BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XIV
G
34
NAPOLI

BIBLIOTECA NAZ
XIV
G
34
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIA
AD
CONSTITUTIONES
Apoſtolicas,
SEU BULLAS SINGULAS
SUMMORUM PONTIFICUM
In Bullario Romano contentas ſecundùm collectionem CHERUBINI,

INCIPIENTES

A DIVO LEONE MAGNO.

AUCTORE

VINCENTIO PETRA

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALE
Tituli Sancti Onuphrii.

TOMUS QUINTUS.



VENETIIS, MDCCXXIX.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCHUS CONSTITUTIONUM
SEU BULLARUM, AC MATERIARUM,
Quæ in hoc Quinto Tomo continentur.

NICOLAI V.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Ad ſacram.*)

Epitome Bullæ. Commentatium. De Natalibus, electione, ac geſtis dicti Pontificis. Recenſetur origo Concordatorum Germaniæ, quæ ſervari mandaverunt Summi Pontifices, ac declarata fuere ab iis. pag. 1

Seſſio Unica. De Concordatis Germaniæ cum Sede Apoſtolica, eorumque enucleatione; ubi de ethymologia, definitione, ac motivo eorum, necnon de differentia à Concordatis Galliæ; & quas Eccleſias comprehendant, atque differitur ſingulariter de pluribus Eccleſiis Germaniæ, & Confinium, an comprehendantur ſub dictis Concordatis, & quomodo, & an privilegia habeant. De reſervationibus Beneficiorum apud Sedem Apoſtolicam, juxta Concordata; ubi de vacatione apud Sedem per obitum Officialium ejuſdem, & quorum. De vacantia per privationem, depoſitionem, vel translationem, prout de præventione ad ſavorem Papæ; non autem dantur expectativæ. An procedat reſervatio in Beneficiis electivis, & in illis promotorum ad Cathedrales, & Abbatiales Eccleſias. Agitur de Indultis Apoſtolicis retentionis Beneficiorum, necnon de reſervatione Dignitatum, ac Beneficiorum vacantium ratione menſis; & an detur ea in beneficiis de jurepatronatus laicalis. An ſub dicta reſervatione alternativæ menſium veniant officia Eccleſiaſtica, Beneficia curata, & Vicariæ. Quando intret, juxta Concordata, devolutio proviſionis à Papa ad Ordinarium, & quid in infirmitate Papæ, vel Sede Vacante Pontificia. De annatarum ſolutione, juxta dicta Concordata Germaniæ. 3

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Miſericordias.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Canonizatione Bernardini Senenſis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci; ubi de illius Natalibus, geſtis, obitu, & corporis tumulatione, ac feſto. Ritus indicantur ſervandi in Canonizationis Sanctorum ſolemnitate. Quomodo promulgatur Breve Beatificationis. Quid agendum per ſucceſſorem Pontificem, ſi poſt Decretum Canonizationis alicujus Servi Dei, deceſſiſſet prædeceſſor ante actus ſolemnis Canonizationis. 31

CONSTITUTIO III.
incipiens(*Olim.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De innovatis, & auctis pœnis contra Chriſtianos mittentes arma, aliaque ad partes Saracenorum, eiſque auxilium, & favorem præſtantes; ubi de pœnis prædictis etiam à jure civili inflictis, & quæ Perſonæ, & Sectæ veniant ſub dicta prohibitione iis non conferendi auxilia; necnon quarum rerum tranſmiſſio prohibeatur. 35

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Imperator.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Coronatione Friderici III. Imperatoris Romanorum in Urbe, ubi recenſentur ritus, & rationes hujuſmodi Coronationum, quæ fiunt per Summos Pontifices. 40

CALLISTI III.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Qua laudabili.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Vita dicti Pontificis, geſta, & obitus recenſentur. De confirmatione facta ſtatutorum, circa Cameram Apoſtolicam, ac ejus Clericos, ac de iſtorum præfixo numero. De Cameræ Apoſtolicæ Tribunali, ac cauſis illius. De Theſaurario. De aſſiſtentia Clericorum prædictorum in Capella Pontificia, ac præcedentia, eorumque privilegiis. 41

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Sacra.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De declaratione facta Canonicorum Regularium S. Salvatoris, quòd ſint veri Canonici Regulares S. Auguſtini. De conceſſione privilegiorum *ad inſtar* aliorum, & quid importet. An dicti Canonici S. Salvatoris in proceſſionibus præcedant Caſſinenſes, & alios. 54

CONSTITUTIO III.
incipiens(*Super gregem.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Prohibetur tranſitus Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede ad alium Ordinem etiam Mendicantium; ubi de tranſitu Regularium ad alium Ordinem, & ad quem permittatur, & quæ

expeditiones fiant, & ubi, pro his Indultis, ac varii reſeruntur caſus in hac materia; & an permittatur tranſitus ad laxiores Hoſpitalarios, & Militares Religiones, & à Mendicantibus ad Monachales. Et tranſitus ad Religionem non clauſtralem an ſit nullus. 45

Poſtquam fuit typis mandatum hoc Commentarium, noviſſimè edita fuit à S.D.N. BENEDICTO XIII. *Conſtitutio incipiens, Licèt ſacra Idib. Februarii currentis Anni 1726. Regulare, & Clauſtrale inſtitutum profeſſos omninò prohibens quacumque de cauſa tranſire, ad profitendam regulam alterius Ordinis, in quo Regularis, & Clauſtralis obſervantia non vigeat: item cujuſcumque Ordinis Hoſpitalarii, aut Militaris, vel etiam Hoſpitalarii ſimul, & Militaris, licèt in eis Regularis, & Clauſtralis obſervantia vigeret, facultas hujuſmodi tranſitus in poſterum concedendi reſervatur uni Summo Pontifici, prætereà nemini*. Unde ex ſumma vigilantia ejuſdem Sanctiſſimi viſa fuerunt confirmata, quæ dixi in hoc Commentario, in quo dictam Bullam, tempore editionis Commentarii non publicatam, ponere non valens, hic in Elencho innuere curavi.

CONSTITUTIO IV,
incipiens (*Urget.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De confirmatione privilegiorum exemptionis Monaſterii, & Monachorum Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Baſilii, etiam quoad loca, & incolas, à juriſdictione Archiepiſcopi Meſſanenſis; ubi de Archimandrita dicti Monaſterii, & de traditis ſuper hoc, in aliis Commentariis, & agendis in præſenti. 49

Sectio I. De diverſitate Abbatum, ſeu Prælatorum inferiorum. Ubi de Abbatibus, ſeu Prælatis inferioribus, eorumque ſpecie, ac varietate exemptionum; & qui eorum dicantur *Nullius Diœceſis*, & quando dicantur habere ſeparatum Territorium ab Epiſcopo, & dici valeant habere Territorium proprium, & nuncupari Diœceſani, & quod privilegium requiratur pro hac qualitate *Nullius*. 50

Sectio II. De modis quibus acquiritur exemptio per Prælatos inferiores, & de pluribus actibus juriſdictionalibus, iis permiſſis, vel prohibitis. De varia ſpecie exemptionum Nativa, Dativa, & Præſcriptiva. Nativa quando dici valeat, vel non, & quomodo probari poſſit; ubi de Epiſcopis Regionariis. De exemptione Dativa, & à quo dari poſſit; ac dividitur in Paſſivam, & Activam, & quæ ſint; & de formula privilegii hujuſmodi; ubi de formula privilegii conceſſi in qualitate vera *Nullius* Forrafalitio Urbano per ſanct. mem. Clementem XI. De præſcriptiva exemptione, & quatenus habeat locum, & quid requiratur pro ea. Quoad dependentiam ab Ordine Epiſcopali, non poſſe præſcribi, poſſe tamen actus juriſdictionales Epiſcopales, etiam omnes, exceptis aliquibus ex jure noviſſimo Concilii Tridentini. Pro præſcriptione requiritur Titulus, & quis. Pro cauſis Matrimonialibus requiritur immemorabilis quoad Prælatos Inferiores; & quid quoad Prælatos verè *Nullius*? Dataria quibus Prælatis inferioribus committere ſolet diſpenſationes Matrimoniales? Qui Prælati inferiores poſſint diſpenſare in denunciationibus Matrimonialibus? An poſſit præſcribi facultas, & quæ, pro cognitione Cauſarum Matrimonialium; & quid quo ad facultates concedendas Sacerdotibus adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ, & reſervandi caſus; & quid quoad Prælatos Regularium circa Regulares. An Prælati inferiores poſſint præſcribere facultatem impertiendi licentiam concionandi, dimiſſoriales concedendi pro Ordinibus, concedendi monitoriales pro rebus deperditis, & ad quem pertineat dictos actus facere, & quid in Regularibus. Quomodò juvare poſſit dicta præſcriptio, & interim quis manutenendus, Epiſcopus, vel Prælatus inferior. Dum committitur per Sacras Congregationes, vel Rotam interna juriſdictio Epiſcopalis alicui Epiſcopo extraneo, impetratur oraculum Papæ pro exercitio dictæ juriſdictionis Epiſcopalis. Prælati inferiores an poſſint vocare Epiſcopos ad adminiſtrandum in proprio Territorio Ordinum, & Confirmationis Sacramenta; & à quo debeant recipere Oleum Sanctum; & an valeant reſervare caſus, & quid quoad Regulares; & an publicare Indulgentias, & Jubilæa; & an concedere valeant Indulgentias, quas concedunt Epiſcopi; & quid in Prælatis Regularibus, Vicariis Generalibus, & Capitularibus. An Prælati inferiores teneantur intereſſe Synodo Epiſcopi, vel habeant jus illam convocandi; ubi etiam de Regularibus vocandis ad dictam Synodum, & quòd requiratur privilegium pro convocatione Synodi per Prælatum inferiorem facienda, & ea convocatio an fieri poſſit per Vicarium Capitularem; & quæ præſcriptio ſuffragari poſſit ad favorem Prælati inferioris circa prædicta. Prælati inferiores quatenus poſſint concedere inſtitutionem in Beneficiis, & Parochiis, ubi de triplici ſpecie inſtitutionis. De concurſu præſcripto in proviſione Parochiarum; & quid in Capitulo Sede Vacante, & Vicario Capitulari circa dictam inſtitutionem; & an tale jus inſtitutionis ſit præſcriptibile; & quomodo Epiſcopus debeat manuteneri in inſtituendo concurſu, donec probentur requiſita; & quæ ſint ad favorem Prælati inferioris. Et an Epiſcopus vicinior inſtituat concurſum in Territorio *Nullius*, & quomodo; & an habeat jus viſitandi Eccleſias exemptas, vel *Nullius*; & in pertinentibus ad Clauſuram Monialium in Monaſteriis exemptis, an Epiſcopus habeat jus; & quid quoad extractionem Reorum à loco immuni in vim Bullæ Gregor. XIV. in excluſione Prælati *Nullius*. 54.

Sectio III. De præſcriptione requiſita pro conſtituendo Prælato inferiore verè *Nullius* cum proprio ſeparato Territorio, ubi enunciatur diſputatio in *Cauſa Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis*, inter Epiſcopum Erbipolenſem, & Abbatem Fuldenſem, peracta in Rota, & in Sacra Congregatione Concilii, ac in Signatura gratiæ, de articulo, an pro inducenda vera qualitate Nullius in Territorio ſeparato, ſit ſufficiens quadragenaria cum titulo putativo, vel requiratur immemorabilis. Refertur tota ſeries hujus Cauſæ agitatæ cum rationibus, & diſtinctionibus caſuum, ſi agatur de præſcribendis certis juribus Epiſcopalibus, vel etiam omnibus ſub Epiſcopo, vel demùm cum qualitate verè *Nullius*, & ſeparatione Territorii à quacumque Diœceſi, ubi incidenter de pluribus

ribus

ribus actibus Epiſcopalibus acquirendis per Prælatos Inferiores. Et denique adducitur Reſolutio Congregationis particularis deputatæ à ſanct. mem. Clemente XI. & ab iſto approbata ſuper dicto articulo, quoad acquiſitionem juriſdictionis verè *Nullius*, cum Territorio ſeparato, quæ præſcriptio requiratur. 81

PII SECUNDI

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Rationi congruit.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Referuntur ortus, geſta, & munia Pii, & ejus aſſumptio ad Pontificatum, ac virtutes recenſentur. De hac Bulla Canonizationis D. Vincentii Ferrerii, publicata per Pium ſub clauſula, *Rationi congruit*; quia iſtius Canonizatio fuit decreta per Callixtum III. Summatim recenſentur geſta dicti Sancti. De ſtylo, & regula Cancellariæ, qua expediuntur, per Pontificem viventem, gratiæ, & acta, quorum Bullas non expediverunt ejus Anteceſſores Pontifices. Et an quoad Pontificem mediatum, vel etiam immediatum; quæ expeditio fit cum formula, *Rationi congruit*; ubi plura explicantur quoad iſtam formulam expeditionis. Et caſus diſtinguitur, an requiratur expeditio pro exigenda penſione, & validitate ipſius, reſervatæ ab Anteceſſore Pontifice. 92

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Religioſorum.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De juriſdictione conceſſa ab hac Bulla Generalibus Ordinis Mendicantium in omnes Scolares, & Officiales ſui Ordinis, non obſtantibus ſtudiorum Privilegiis; ubi an ſtudia permitti debeant Monachis, & Regularibus, & de pœnis illorum, ſtudentium extra Clauſtra; & pro hoc cujus licentia ſuffragetur. 97

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Triumphans.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De erectione Eccleſiæ Epiſcopalis Senenſis in Metropolitanam, aſſignatis ſub ea Epiſcopis Suffraganeis, & conceſſione facta Archiepiſcopo uſus Pallii, aliorumque inſignium, & Jurium Archiepiſcopalium; ubi de poteſtate Papæ in erectionibus hujuſmodi, ac exemptione Eccleſiarum Epiſcopalium. De antiqua, & moderna diſciplina in erectione dignitatum Patriarchalis, Archiepiſcopalis, Metropolitanæ, & Epiſcopalis. De praxi hujuſmodi erectionum Eccleſiarum in Metropolitanas, & qui audiri debeant. An requiratur numerus duodecim Suffraganeorum Epiſcoporum pro conſtituenda Eccleſia Archiepiſcopali, vel ſufficiat minor, imò unus, & ratò ſine ullo Suffraganeo. Archiepiſcopus conſtitutus ſine Suffraganeis eſt verus Archiepiſcopus, & quomodo id intelligatur. Prælati Nullius Diœceſis an teneantur accedere ad Concilium Provinciale, & non ſubjecti alicui Metropolitano, eligere Metropolitanum, ad cujus Concilium accedere debeant. Archiepiſcopus, & Metropolitanus habent juris aſſiſtentiam in tota Provincia, & quando ea probetur. Quæ præſcriptio ſuffragetur Eccleſiæ Epiſcopali pro exemptione à Metropoli. Refertur votum Auctoris editum in cauſa erectionis Eccleſiæ Epiſcopalis Viennæ in Auſtria in Archiepiſcopalem, diſcuſſa in Congregatione Conſiſtoriali; in qua cauſa ſucceſſivè fuit per Summum Pontificem facta dicta erectio; in eoque voto plura adducuntur quoad has erectiones antiquas, & modernas factas, & quoad opportuna motiva earumdem, juxta diverſitatem caſuum ibi expreſſorum. 101

Sectio Unica. De Pallio, & Cruce Archiepiſcopali. Ubi de Pallii origine, ac uſu antiquo; & recipi debere à Summo Pontifice. Et quid in Oriente actum fuerit in hoc. De forma Pallii, & in quibus ſolemnitatibus adhiberi poſſit; & an poſſit in Synodi Diœceſanæ, vel Provincialis celebratione adhiberi. Refertur caſus, & reſolutio, quo Archiepiſcopus Grancanorenſi acceperat Pallium ab alio, quàm à Delegato per Summum Pontificem, & conſecrationem ultra tempus præfixum in litteris Apoſtolicis. De forma traditionis Pallii. Et quid ſervatur per Papam cum Cardinali Epiſcopo Hoſtienſi, qui habet uſum illius. Nec extra Provinciam uti quis poteſt ſine privilegio Papæ. Et ſi quis transferatur ab uno Archiepiſcopatu ad alium, vel ad Epiſcopatum, quomodo agendum ſit? Et quid ſi amittatur? Et an bis concedi valeat, & præſertim ſi corroſum fuerit. De Cruce Archiepiſcopali, antiquitus deferenda à Summo Pontifice, & Legatis, deinde à Patriarchis, & Primatibus, ac Archiepiſcopis intra Provinciam, & ab Epiſcopis habentibus certum privilegium Pontificium. Et an ea uti poſſint in loco exempto, vel Diœceſi exempta? Rationes adducuntur hinc inde; ac Reſolutio Congregationis in hac re; ubi de Epiſcopo Papienſi, habente privilegium deferendi Crucem. Recenſetur petitio facta Papæ Clementi XI. à Patriarcha Græco Alexandrino, qui ſchiſma abjuraverat; ac indicantur rationes hinc inde ſuper dicta conceſſione, & reſolutio, ac refertur actus in Conſiſtorio geſtus à dicto Summo Pontifice, conceſſionis præfatæ, indultæ. 112

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Cum ſervare.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Agitur de Pronotariis Apoſtolicis, eorum origine, ac munere, necnon præcedentia Protonotariorum participantium, quam habebant antiquitus, etiam ſuper Epiſcopis, revocata in præſenti Conſtitutione; eamque retinent ſuper aliis Prælatis Urbis, excepto Gubernatore Urbis, Auditore Cameræ, & Theſautario; & quomodo procedendum, ſi addantur Protonotarii extra numerum. Ac adducitur reſolutio Præfecti Domus Pontificiæ, creati ſupranumerarii, circa præcedentiam cum aliis. De eorum veſtibus, inſignibus in pileo, ac honorificentiis, & munere in Capella Pontificia; ac plura privilegia eorum indicantur. 125

Elenchus Conſtitutionum, &c.

CONSTITUTIO V.
incipiens (*Execrabilis.*)

Epitome Bullæ. Commentatium. De Provocatione à Papa ad Concilium; qua occaſione inventa, & de prohibitionibus factis illius; & quibus pœnis per Summos Pontifices reprobatur dicta irrationabilis provocatio; ac enunciantur caſus obventi, ſemper reprobati. Pius Secundus in hac Conſtitutione decrevit pœnas contra Appellantes; ubi de Bulla Cœnæ Domini in hoc. Rejiciuntur dictæ appellationes auctoritatibus Decretalium, Conciliorum, Rationum, & DD. etiam Gallicæ nationis. 128

CONSTITUTIO VI.
incipiens (*Miſericordias Domini.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Canonizatione Sanctæ Catharinæ Senenſis Ordinis Sancti Dominici de pœnitentia. Referuntur plura quoad ejus ortum, geſta, & virtutes; ubi an ſit neceſſaria Miſſæ celebratio in actu ſolemni Canonizationis; & plura adducuntur relativè ad Canonizationes Sanctorum. 134

CONSTITUTIO VII.
incipiens (*Cum ex Sacrorum.*)

Epitome Bullæ, Commentarium. Prohibetur, Ordines Sacros extra tempora à jure ſtatuta, ſeu ante legitimam ætatem, vel abſque dimiſſoriis conferri, & ſub quibus pœnis id veritum fuit explicatur. Ubi de antiqua diſciplina quoad prædicta in Eccleſia; & de ſtatutis temporibus Ordinationum in quolibet Ordine, & quid ſervetur in Oriente. Ordinationes in Veſperis Sabbati quomodo permittebantur, & an Ordinationes celebrari debeant cum Miſſa. Romanus Pontifex non comprehenditur in dicta prohibitione, itaut poſsit ſemper, & ubique Ordines conferre, & diſpenſare, ut recipi valeant extra dicta ſtatuta tempora, & de praxi hujuſmodi Indulti Pontificii. De privilegiis Regularium in hoc, & quibus conceſſa; an vigeant conceſsa ante Concilium Tridentinum, ſeu poſt Bullam Pii Quarti derogatoriam omnium privilegiorum, quæ contrariantur diſpoſitionibus Tridentini; ubi de privilegio in hoc à PP. Societatis Jeſu, & ab aliis poſt Concilium obtento, id latè diſcutitur rationibus, & auctoritatibus hinc inde adductis, ac reſolvitur, utramque opinionem fuiſſe in praxi poſitam, nec adeſſe reſolutionem præciſam Sacr. Congregat. Concil. ac proinde deſiderari declarationem Papæ, ne vario ritu illud in praxi ponatur ab Epiſcopis; adducitur in hac re decretum declaratorium noviſſimè editum in Concilio Romano. Dies feſti, in quibus Ordines extra tempora conferri valent, debent eſſe feſti de præcepto. Duo Sacri Ordines nequeunt conferri eodem die, & de pœnis contra id non ſervantes; ubi adducitur caſus diſcuſſus in Sacra Congregatione Concilii. Numquid poſſint licitè conferri eodem die Ordines Minores, & Subdiaconatus; Ætas, quæ ſit neceſſaria ad Ordines validè recipiendos, & quid in Infante, ſeu Amente. Quid fuit ſtatutum, quoad ætatem Ordinandorum per Eccleſiam, & quomodo in Oriente. Papa ſolùm diſpenſat in ætate Ordinandorum, & qua cauſa. Privilegia Regularium, & alia ſunt abrogata, quoad ætatem in Ordinibus, etiam quoad forum conſcientiæ. De diſciplina veteri Eccleſiæ, ut quis non poſſit Ordinari ab alieno Epiſcopo, & quomodo id procedat. De Dimiſſorialibus litteris ad Ordines antiquo ritu, & poſteriori expediendis; fuitque injunctum, ut ordinari quis poſſet ab Epiſcopo originis, domicilii, vel beneficii, nec ab alio Epiſcopo, ſub pœnis ibi contentis, quoad Ordinantes, & Ordinatos. Et pluribus in hoc exortis dubiis, noviſſimè ſanct. mem. Innocentius XII. promulgavit circa hanc rem Conſtitutionem, cujus ſumma refertur. Quam facultatem habeat Cardinalis Vicarius Urbis ordinandi exteros: de lege impoſita per Papam in Ordinatione Ultramontanorum, & exterorum in Urbe commorantium, qui obtineant dimiſſorias à ſuis Ordinariis, & in Ordinandis ex Epiſcopatibus Cardinalitiis propè Urbem. Quid ſervandum quoad Græcos ordinandos in Italia. Papa poteſt omnes ordinare ſine Ordinarii proprii dimiſſoriis; & indultum concedere, ut quis ordinetur ab Epiſcopo non ſuo, ſine dimiſſoriis; ſed raro id agit, PP. Oratorii, quod Indultum habeant in hoc, & quod PP. Societatis Jeſu, & quid ſervari debeat quoad Regulares, qui habebant privilegia Ordines recipiendi à quocumque; ac refertur noviſſimum decretum Concilii Romani. 136

Sectio Unica. De pœnis latis contra non ſervantes diſpoſita ab hac Conſtitutione; ubi quoad validitatem Ordinis recepti, & pœnis ſuſpenſionis, & irregularitatis, quoad Ordinatos ante ætatem, vel extra tempora à jure ſtatuta, aut ſine litteris dimiſſorialibus Ordinarii. Et quid quoad Regulares, necnon quoad Epiſcopos Ordinantes; & an ſequiratur Miſſæ celebratio Ordinantis in Sacris, vel in Epiſcopatu; & ſi celebrata non fuerit, quid agendum. 152

CONSTITUTIO VIII.
incipiens (*Ad retinendas.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Bannitorum ob homicidium remiſſio à quocumque Officiali in Terris Eccleſiæ dari non valet, aut Salvuſconductus. Sicuti nec homicidis; & iſti notorii, ſeu diffamati non poſſunt habere Officia, nec actus legitimos facere. Plura adducuntur circa homicidas, & Bannitos, pro eorum vocabulorum notione, & ſignificatione, ac de aſſecutione, ſeu Salvoconductu; & an ſuffragetur reo Salvuſconductus, ſi fiat ab Officiali, cui fuit prohibitum concedere illum; & quatenus Judex teneatur Salvumconductum concedere inquiſito, ubi quoque explicantur pœnæ inflictæ contra homicidas, & Bannitos in hac Conſtitutione, quoad inhabilitationem ad munera publica Tabellionatus, & hujuſmodi, & ad actus legitimos teſtandi, ac alios. 160

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO IX.
incipiens (*Licet*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. Agitur de privilegiis conceſſis Congregationi Olivetanæ Monachorum Ordinis Sancti Benedicti; iiſque fuerunt communicata privilegia Congregationis Caſſinenſis. 168

Sectio Unica. De Benedictione Abbatum; & an ea ſit neceſſaria pro Ordinibus Minoribus per ipſos conferendis; ubi agitur de Benedictione Abbatum, de qua plura adducuntur. De Privilegiis aliquotum Monachorum, ut poſſint à quocumque Epiſcopo benedici; aut, ter requiſito Epiſcopo Diœceſano pro benedictione, poſſint non benedicti exercere actus, quos exercent Abbates benedicti; prout, quod ſine benedictione, & requiſitione præfata, poſſint eos exercere, ut ſupra; necnon obtinuerunt Ciſtercienſes, quod Generalis dictam benedictionem impertiri valeret, prout Vicarius ab eo deputatus. Adducitur noviſſima Conſtitutio Sanctiſſimi D. N. BENEDICTI XIII. in Concilio Romano edita, ſuper hac re benedictionis Abbatum. An Abbates non benedicti habeant facultatem, Ordines Minores conferendi? Et quid in Abbatibus habentibus dicta Privilegia, faciendi ea omnia, quæ peragere valent benedicti? Plures rationes hincinde adducuntur, tam quoad validitatem, quàm quoad illicitam Ordinationem. Et etiam quid ſit, ſi ordinetur ab Abbate Regulari non ſubditus? Pluresque caſus proponuntur, & reſolvuntur. Et an concedatur privilegium conferendi Ordines alicui, qui ex jure illud non habet. 168

CONSTITUTIO X.
incipiens (*In minoribus*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. Refertur hiſtoria Retractationis, quam fecit Pius Papa II. eorum, quæ ipſe in minoribus exiſtens tempore Concilii Baſileenſis docuerat de poteſtate Concilii Generalis ſupra Summum Pontificem; ubi refertur, quomodo dicta ſententia orta fuerit, Et pluribus rationibus, ac auctoritate SS. PP. necnon Conciliorum confutatur; itemque plura ad rem remiſſivè ad alia loca hujus operis indicantur; ubi etiam de jure appellandi ad Romanum Pontificem, & de appellationibus Tranſmarinis. 175

CONSTITUTIO XI.
incipiens (*Ineffabilis*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De prohibita Fratribus Prædicatoribus & Minoribus diſputatione, ſuper quæſtione, an Sanguis Chriſti Domini, in Paſſione effuſus, in triduo mortis, fuerit à Verbo Divino diviſus? Neve aſſerant alterutram ſententiam eſſe Hæreticam, donec per Sedem Apoſtolicam fuiſſet definitum, ſub variis pœnis; ubi de hiſtoria hujus opinionis exortæ, & de pluribus eventis ante, & poſt iſtam prohibitionem. Exponuntur fundamenta utriuſque ſententiæ, quarum neutra eſt cenſuranda. Et qualis ſit verior, remittitur ad Teologos. 186

PAULI II.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Licet*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. Natales Pauli Secundi, aſſumptio ad Pontificatum, ac ejus præcipua geſta referuntur. De deputatione facta in hac Conſtitutione in Vicarium Urbis, ejuſque Suburbiorum, & Diſtrictus, Epiſcopi Torcilani, cum facultatibus impertitis. De pluribus Dignitatibus, juxta quas poteſt conſiderari Romanus Pontifex, nempè uti Papa, Patriarca Occidentis, Metropolitanus ſuæ Provinciæ Romanæ, & Epiſcopus Urbis; ubi de Provincia Romana antiqua, & moderna latè, & de erectione novarum Metropolum in dicta Provincia. Epiſcopi exiſtentes in ea non tenentur eligere Metropolitanum, in cujus Concilio Provinciali intervenire debeant; & an id procedat etiam in Epiſcopis exemptis; ac firmatur iſtos teneri. Provincia Romana eſt totum id, quod continetur inter Provinciam Capuanam, & Piſanam. Romanus Pontifex in ea Provincia conſiderari poteſt etiam Metropolitanus; & quibus Officialibus pro hac utitur. Uti Epiſcopus Urbis deputat Vicarium, qui habet juriſdictionem in Urbe, Suburbiis, & Diſtrictu, juxta morem modernum. De aliis Vicariis, qui ſolent deputari à Papa in Urbe propter ejus abſentiam. In præſenti Vicarius ſemper eſt Cardinalis, ac perpetuus. De Officio, & muneribus ejuſdem, & Officialibus, ac Miniſtris ejus Curiæ Vicarialis, & de ejus facultatibus. De Juriſdictione Cardinalis Vicarii, & actibus ejuſdem, tam in Urbe, quàm in Diſtrictu, & an iſta protrahatur in aliena Diœceſi Epiſcoporum finitimorum; ubi de cauſis appellationum, & de cumulativa in iis in prima inſtantia. De facultate Cardinalis Vicarii approbandi Confeſſarios in Triremibus Pontificiis in Portu Centum Cellarum. An valeat concedere licentias in Urbe, ut exequantur mandata Judicum in diebus feſtivis. De interventu illius in pluribus Congregationibus. De collatione Ordinum, ac Dimiſſoriis ab eo concedendis, etiam quoad exteros. Adducitur dubium, & reſolutio, an Locumtenens Cardinalis Vicarii Conjugatus valeat ſubſcribere ſententias in cauſa nullitatis Matrimonii; & in hoc Commentario plura dicuntur de Viceſgerente, Locumtenente Civili, & Criminali, Secretario, Notariis, aliiſque Miniſtris, Officialibuſque præfati Cardinalis Vicarii; ubi etiam de controverſia habita inter Notarios, quoad emolumenta, & munus Secretariatus dicti Tribunalis Vicarialis. 189

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Cum in omnibus*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De verificatione injuncta Commiſſariis deputatis pro executione beneplaciti Apoſtolici in alienatione rerum Eccleſiæ, eorum omnium, quæ exprimuntur in ſupplicationibus, & præcipuè de evidenti utilitate, ſub variis pœnis, contravenientibus; pluresque caſus quoad incurſum earum

rum pœnarum explicantur, quæ Ordinatio inſeri debet in quibuſcumque litteris Apoſtolicis, quæ expediuntur pro præfatis alienationibus. 204

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Munera*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De prohibitione facta in hac Conſtitutione recipiendi, & dandi reſpectivè munera Officialibus quibuſcumque in terris Sedi Apoſtolicæ ſubjectis. A qua prohibitione excipiuntur xenia, & munuſcula, eſculenta, & poculenta; ubi de perſonis, quibus prohibetur dare munera, & à quibus recipi reſpectivè, juxta hanc Bullam, aliaſqua Pontificias diſpoſitiones. Ac depœnis contra inobſervantes; pleraque referuntur quoad munera, & dona reſpectu Judicum, & Epiſcoporum etiam tempore Viſitationis; ubi de ſtrenis, quæ ſolvi ſolent à Capitulo, Clericis, aliiſque. Et quæ ſint munuſcula, quæ permittuntur, ut ſupra; & diſtinguuntur plures caſus, adductis reſolutionibus Sacr. Congregationum. 206

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Viros ſanguineos*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De crimine vindictæ tranſverſalis, & pœnis ipſius, impoſitis in hac Bulla, aliiſque Conſtitutionibus; ubi quæ actiones prohibeantur; & an habeant locum in toto Statu Eccleſiæ? Et quid juxta Bannimenta generalia, & quæ perſonæ offenſæ valeant verificare, quòd fuerit per vindictam tranſverſalem? Et an habeat vim hæc Ordinatio contra mandantes, faventes, & hujuſmodi? Et quid, ſi offenſa fuerit in Advocatum, Procuratorem, & teſtes Principalis offendentis? Quid probari debeat à Fiſco? nempè non adfuiſſe aliquam inimicitiam inter Offendentem, & Offenſum; & an in delicto commiſſo in rixa, vel à *ſangue freddo*, dici queat, interveniſſe vindictam tranſverſalem? Explicantur rurſus plures caſus, & pœnæ, earum incurſionis, vel non; ubi de pœna demolitionis domus, picturæ inverſo capite delinquentis. 214

CONSTITUTIO V.
incipiens (*Ambitioſæ*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De prohibita per Paulum II. alienatione rerum Eccleſiæ ſine Beneplacito Apoſtolico, & utilitate evidenti Eccleſiæ; ubi innuuntur plura remiſſivè ad alibi dicta in hoc opere, & quæ agenda erunt in hoc Commentario. 217

Sectio I. Pluta explicantur quoad contractus prohibitos in rebus Eccleſiæ ſine beneplacito, & de alienatione prohibita, & in quibus contractibus; ubi de venditione voluntaria, vel neceſſaria, datione inſolutum, ſubhaſtatione, retractu Bullæ Gregorianæ, & *leg. ſi quis ſepulchrum, ff de Relig. & ſumpt. funer.* emptione, permutatione, donatione, condictione, & contractu conditionali, pactis reſolutoriis, ſeu redimendi, Emphyteuſi, aliiſque contractibus. 218

Sectio II. De rebus, & bonis, quæ comprehenduntur ſub prohibitione alienationis bonorum Eccleſiæ. Quæ bona, & res ſubjiciantur dictæ prohibitionis latè; ubi de immobilibus, mobilibus, annuis redditibus, Cenſibus, rebus ſacris, locis Montium, Juribus præminentialibus, ſylvis, arboribus, animalibus, Sepulturis, Capellis, Eccleſiis, decimis, ſervitutibus, pecunia, remiſſione hypothecæ, pignore, aliiſque rebus, & bonis diſtinctim in *Sectione* explicatis; & de praxi impetrandi beneplacitum hujuſmodi alienationum; ac de caſibus, in quibus permiſſum eſt fieri alienationes prædictas cum aſſenſu Ordinarii tantùm, vel non requiratur Apoſtolicus, & etiam ſine illo; ubi de repudiatione hæreditatis, de acceptatione donationum, de bonis parvi valoris, & imminente neceſſitate, de renovatione emphyteuſis, & an alienatio fieri poſſit in Conſanguineos Prælati, atque de hujuſmodi ad materiam facientibus plura explicantur. 222

Sectio III. De perſonis, quæ ſubjiciuntur prohibitioni hujus Bullæ quoad alienationem prohibitam rerum Eccleſiæ; ubi de Romano Pontifice, de S. R. E. Cardinalibus, Epiſcopis; & quo ad iſtos, an poſſint alienare bona Menſæ ad favorem Capituli, vel Eccleſiæ, & loci Religioſi, ſine beneplacito; quid inter Beneficiatos, ſeu Canonicos ejuſdem Eccleſiæ, & inter Abbatem Commendatarium, ſeu Clauſtralem, & Monachos. Comprehenduntur quoque ſub hac prohibitione Capitula Patriarchalium, aliarumque Eccleſiarum, Regulares etiam privilegiati, niſi ſint ex incapacibus poſſidendi; & quomodo ad id teneantur Moniales, loca pia Eccleſiaſtica, non autem Laicalia, & quæ ſint talia; ubi de Seminariis, Confraternitatibus, Collegiis, Hoſpitalibus, Oratoriis, Montibus Pietatis. An diſpoſitioni hujus Bullæ Paulinæ poſſit contraveniri ſub motivo conſuetudinis contrariæ, ubi reprobatur conſuetudo prætenſa Mediolanenſis. 237

Sectio IV. De pœnis alienantium bona Eccleſiæ ſine beneplacito Apoſtolico; ubi de nullitate contractus facti ſine ſolemnitate demandata per ipſam; & an dicta nullitas poſſit allegari à Laico, vel ſola Eccleſia, & quæ remedia competant Eccleſiæ in Judicio. An Eccleſia ſola poſſit pœnitere; ſed etiam aliquando Laicus contrahens ante beneplacitum. An Eccleſia teneatur ſtare facto Rectoris malè alienantis. De fructibus reſtituendis Eccleſiæ rei malè alienatæ; & quid de melioramentis factis per contrahentem; ubi plures adducuntur caſus; ac diſtinguuntur melioramenta neceſſaria, & utilia, cum variis circumſtantiis facti, idque etiam quoad fructus melioramentorum. Eccleſia quando teneatur ea reſtituere, vel non, in contractu nullo. An dicta nullitas contractus procedat etiam in foro conſcientiæ, & quid quoad alias pœnas; & quæ ignorantia excuſat, præſertim ab incurſu in excommunicationem, & à quo datur abſolutio ab illa. 243

Sectio V. De conceſſione, & executione beneplaciti Apoſtolici pro alienatione rerum Eccleſiæ; ubi an Legati à Latere, & Nuncii habeant facultatem concedendi beneplacita in alienationibus rerum Eccleſiæ. De expeditione

ne eorum per litteras Apoſtolicas, ſeu Bullas, per Brevia, & per reſcripta Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, ac Concilii, & aliquoties per ſimplex reſcriptum Papæ; & quid quoad Regulares, & Moniales procedat in expeditionibus hujuſmodi; ubi de exprimendis in petitione hujus beneplaciti. De conditionibus, quæ in ipſis apponuntur, præſertim quoad depoſitum, & extinctionem impoſitam Cenſus, vel debiti, quod contrahitur per Eccleſiam. De contractu facto abſque reſervatione beneplaciti, vel cum reſervatione, & an debeat obtineri ante contractum; & quid ſi non obtento beneplacito reſervato, fuerit tradita poſſeſſio; ubi de pœnitentia competente Eccleſiæ recedendi à contractu ante beneplacitum obtentum; & quid quoad Laicum, & quatenus non obtineatur, an reſolvatur contractus; & quid, ſi Eccleſia promiſerit illud obtinere. Quatenus ſucceſſor Rector Eccleſiæ poſſit recedere à contractu, ſicuti an Laicus. Conceſſum beneplacitum quando dicatur habere vim ad expeditionem, vel non, ac ſi fuerit obreptitiè, vel ſubreptitiè obtentum. Beneplacita hæc quibus committi debeant, & cum clauſula: *Si in evidentem Eccleſiæ utilitatem contractus ceſſerit*; ubi de proceſſu, & probatione facienda coram Commiſſario, & de forma procedendi per eos ſervanda; & an mortuo Pontifice concedente beneplacitum poſſit exequi à Commiſſariis; & an iſti poſt interpoſitum Decretum valeant illud reformare. 249.

CONSTITUTIO VI.
incipiens (*Decet Romanum.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De ſolutione minutorum ſervitiorum, & annatæ, facienda Cameræ Apoſtolicæ quolibet quindennio pro Beneficiis unitis Eccleſiis, Monaſteriis, aliiſque, ob non vacationem eorum; ubi plura circa quantitatem, & modos ſolutionis quindenniorum, à Summis Pontificibus ſtatutos; ubi etiam aliqua de annatis, & minutis ſervitiis. Et quando ſit locus ſolutioni eorundem. Et de Capitulo, quod habebat privilegium exigendi annatas, an valeat prætendere ſolutionem quindenniorum ex Beneficiis unitis præfatis locis. 259

CONSTITUTIO VII.
incipiens (*Ineffabilis.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De reductione Jubilæi, ſive Anni Sancti ad vigeſimum quintum annum; ubi plura de mutatione ſecuta temporis illius. De Viſitatione Eccleſiarum, aliàs demandata. Et quid in præſenti ſervetur. Et de vicibus viſitationum faciendarum, ac pluribus dubiis circa hoc explicatis. De apertione Januæ Sanctæ in Baſilicis, ac de earum occluſione, à quibus facienda, & quo ritu. Adducuntur reſolutiones Sacr. Congregat. Concilii, & Indulgentiarum, non eſſe concedendas Indulgentias cum ſolemnitate apertionis Portæ Sanctæ, quem uſum adeſſe prætendebant aliquæ Eccleſiæ: ſed non videtur approbatus à Congregatione talis uſus. 264

SIXTI IV.

CONSTITUTIO I.
incipiens (*Diſpoſitione.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Confirmata fuere privilegia Clericis Cameræ Apoſtolicæ, ac conceſſum fuit illud, obtinendi gratis expeditionem litterarum Apoſtolicarum ad eorum favorem expediendarum; ubi de eo privilegio, ac aliis conceſſis, ac de cauſa agitata ſuper receptione emolumentorum tempore Sedis Vacantis Papæ, prætenſa per Clericum, qui non adfuit tempore obitus illius. 267.

CONSTITUTIO II.
incipiens (*Romani Pontificis.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Reductione numeri Auditorum Rotæ, ac aliis ad ipſos ſpectantibus, & quòd promoti ad Epiſcopatus uti Locumtenentes ſedeant in Rota. 269.

CONSTITUTIO III.
incipiens (*Præclara.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De feſto D. Franciſci de Aſſiſio obſervando, & Indulgentiis in die illo conceſſis. 270

CONSTITUTIO IV.
incipiens (*Sancta.*

Epitome Bullæ. Commentarium. De Protectore Ordinis Minorum Sancti Franciſci, ubi de facultate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Protectorum Ordinum, etiam juxta Conſtitutionem in hac re editam per ſanct. mem. Innocentium XII. 270

CONSTITUTIO V.
incipiens (*Sedes Apoſtolica.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De approbatione Apoſtolica Ordinis Minimorum; ac de initio hujus Religionis, & privilegiis, ac de Sancto Franciſco de Paula plura innuuntur. 271

CONSTITUTIO VI.
incipiens (*Regimini.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De privilegiis confirmatis, ac conceſſis Ordini Minorum in hac Conſtitutione *Mare magnum* nuncupata, ubi de moderatione hujuſmodi privilegiorum iis, & Ordini Prædicatorum, ac aliis conceſſorum; quòdque Regulares ſic privilegiati non valeant uti in foro conſcientiæ pri-

Digitized by Google

privilegiis à Concilio Tridentino expreſsè revocatis, & quid in revocatis implicitè per illud . 272

CONSTITUTIO VII.
incipiens (*Regimini* .)

Epitome Bullæ . Commentarium . De privilegiis confirmatis, & conceſſis Ordini Prædicatorum in hac Bulla *Mare magnum* dicta, remiſſivè. 274

CONSTITUTIO VIII.
incipiens (*Etſi*.)

Epitome Bullæ . Commentarium . De privilegio Curialium obeuntium in Urbe, vel intra decem milliaria, diſponendi de bonis, etiam acquiſitis ratione Beneficiorum. In quibus bonis & perſonis procedit privilegium hoc. De Spolio, à quo ſunt exempti Curiales; ubi de Epiſcopis, Prælatis, & Cardinalibus in hoc. 275

CONSTITUTIO IX.
incipiens (*Etſi*.)

Epitome Bullæ . Commentarium . De habitu albi & nigri coloris deferendo per Monachos Ciſtercienſes, prohibito uſu alterius coloris; ubi de veſtium varietate inducta apud gentes, ad diſtinguendas ſpecies perſonarum, & dignitatum; & quid apud Romanos. Hæc diſtinctio habitus eſt in Religionibus, & ſervanda etiam per Moniales; ac de privilegiis obtentis ab aliquibus Regularibus, ne eorum habitus ab aliis aſſumatur; & an adſit habitus proprius in Societate Jeſu, & quid fuit deciſum quoad colorem Cappæ inter fratres Redemptionis Captivorum, & Prædicatores; de prohibita artificibus facultate aſſumendi marcham alterius, Clericis ſæcularibus deferendi habitum Monachalem, & è contra; ubi de prohibitis picturis, & forma habitus controverſa, SS. Franciſci, Auguſtini, & Antonii de Padua. Cuculla propria Monachorum eſt prohibita Clericis Sæcularibus, & an Abbas cum Cuculla intervenite valeat in Choro cum Clero ſæculari ſibi ſubjecto. De uſu Togæ apud Curiales Urbis, & alibi, ac prohibitione Clericis facta comæ adſcititiæ. An prohibitio deferendi habitum propriæ Religionis comprehendat PP. Societatis Jeſu, Cardinales, & Epiſcopos Regulares. De pœnis contra Regulares dimittentes proprium habitum; ac referuntur Jura Canonica; & quas perſonas ea prohibitio contineat, & quid quoad Milites profeſſos in Ordine militari. In quibus caſibus incurrantur dictæ pœnæ ob dimiſſionem habitus Regularis, ubi plures diſtinguntur caſus, & cauſæ dimiſſionis, & cujus licentia poſſit dimitti, aut occultari habitus prædictus, & adducitur diſpoſitio Conc. Trid. 276

Seſſio Unica. De habitu reaſſumendo per Regulares volentes agere pro nullitate profeſſionis, ac de pluribus quoad iſtam nullitatem, & tacitam profeſſionem ob habitus delationem; ubi de neceſſaria habitus delatione, ſeu reaſſumptione, & reditu ad Clauſtra per Regularem faciendis in Judicio nullitatis profeſſionis ad formam Concilii Tridentini, & de ſtylo Congregationis Concilii reſcribendi in hoc; & quatenus aliquoties relaxetur hæc praxis. Habitus dimiſſio, an, & quæ interrumpat Novitiatum. Canonicus Regularis exiſtens in habitu Clerici ſæcularis cum Beneficio, prævia licentia Generalis, reaſſumere debuit habitum ſuæ Religionis in promovendo judicium ſuper nullitate profeſſionis, & refertur decretum Congregationis Concilii; ubi de incapacitate Canonicorum Regularium Beneficiorum ſæcularium cum cura, vel ſimplicium remiſſivè. Et quatenus ſint beneficiati, debeant retinete habitum proprium, & Socium Regularem. An, & quando dimiſſio habitus excuſet à prædicta reaſſumptione, de tacita profeſſione, quæ inducitur per delationem habitus, & quando, latè diſcutitur, & de varietate profeſſionis, tacitæ nempè, & expreſsæ, quomodo inducantur, & quæ requirantur ad tacitam; ubi de delatione habitus per annum, ac permanentia neceſſaria in Novitiatu. An requiratur pro tacita conſenſus profitentis, & qualis, & ex delatione habitus quæ præſumptio oriatur ad profeſſionem tacitam. Et an metus reverentialis eam irritet? Rursùs an requiratur ſcientia nullitatis profeſſionis expreſsæ, ut inducatur tacita profeſſio per geſtationem habitus, & exercitium actuum profeſſorum, latè diſcutiuntur fundamenta utriuſque opinionis, & reſolvitur cum dictione caſuum; ac adducuntur reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii. An requiratur ſcientia nullitatis expreſſæ profeſſionis in Religione acceptante profeſſionem tacitam alicujus, qui emiſerit nulliter profeſſionem expreſſam. Profeſſio tacita facta in Conventu non deſignato juxta Conſtitutionem Clementis VIII. vel cum Novitiatu non integri anni, vel interrupto, an ſit valida? Refertur decretum Urbani VIII. quoad reclamantes contra profeſſionem prædictam. 282

CONSTITUTIO X.
incipiens (*Dum ad univerſos*.)

Epitome Bullæ . Commentarium . De Canonicis Regularibus Lateranenſibus, qui permanebant in Baſilica Lateranenſi, ac deinde remotis, remiſſivè. De privilegiis iis conceſſis; & præſertim celebrandi Divina tempore interdicti Eccleſiaſtici localis; ubi quando incœperit ejus cenſuræ uſus, & quæ pœna pro medicina infligitur. Plures caſus dicti uſus enunciantur, antiquiſſimum eum denotantes. De rigore antiquæ diſciplinæ tempore Interdicti, deinde moderato. De privilegiis Apoſtolicis obtentis à Regularibus, celebrandi Divina tempore Interdicti; nec ſubſiſtere aliquod privilegium, niſi poſt Concilium Tridentinum obtentum. Et an ſit communicabile. 291

CONSTITUTIO XI.
incipiens (*Dum attenta*.)

Epitome Bullæ . Commentarium . De Fratribus Carmelitanis juxta regulam mitigatam, & Re-

& Reſormatis; ubi recenſetur cauſa, per ipſos agitata in Sac. Congreg. De diſpenſatione jejunii, remiſſa in hac Conſtitutione arbitrio Superiorum. Et an diſpenſatus à jejunio ſit diſpenſatus ab eſu carnium, vel è contra? An contenta in Conſtitutionibus alicujus Ordinis, & confirmatis per Sedem Apoſtolicam, poſſint immutari, vel in eis diſpenſari à Superioribus Ordinis, ſeu à Capitulo Generali ejuſdem Ordinis? 296

CONSTITUTIO XII.
incipiens (*Etſi.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. Declaratur, omnia Hoſpitalia, & Loca Ordinis Sancti Spiritus, eſſe membra, & ſubeſſe Hoſpitali ejuſdem Ordinis in Urbe exiſtenti in Saxia nuncupato, cujus Primatus refertur in praxi; De auctoritate Præceptoris, ſeu Magiſtri Generalis Hoſpitalis ejuſdem Urbis, ac aliis privilegiis eidem conceſſis, & reformatis. Beneficia dicti Ordinis ſunt conferenda Fratribus ipſis, qui ſunt verè Regulares, & tenentur emittere annum Novitiatus, & non poſſunt teſtari; & an concedatur iis Indultum Apoſtolicum teſtandi? Et de aliis ad ipſos pertinentibus. 299

CONSTITUTIO XIII.
incipiens (*Sedes Apoſtolica.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Fratribus Beati Petri de Piſis, eorumque privilegiis, ac de modo, gubernio, & electione Superiorum antiqua, & præſenti. 301

CONSTITUTIO XIV.
incipiens (*Illius.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De erectione Confraternitatis Sancti Spiritus, & præſertim de ea erecta in Hoſpitali Sancti Spiritus in Saxia Urbis, ejuſque privilegiis, necnon Indulgentiis conceſſis. 301

CONSTITUTIO XV.
incipiens (*Etſi.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Ægidiana Conſtitutione plura quoad ejus originem, & uſum indicantur; ubi de Conſtitutione Carpenſi in Provincia Marchiæ; ac de aliis ad rem remiſſivè. 302

CONSTITUTIO XVI.
incipiens (*Divina.*)

Epitomæ Bullæ. Commentarium. De Collegio Abbreviatorum Litterarum Apoſtolicarum; ubi de origine Abbreviatorum de Parco Majori, & Minori, eorumque munere, habitu, & privilegiis. 302

CONSTITUTIO XVII.
incipiens (*Licèt.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De condemnatione errorum Petri Oxomenſis; ubi memorantur ejuſdem geſta, & errores, & præſertim quòd Summus Pontifex non habeat facultatem diſpenſandi in ſtatutis Conciliorum, & Eccleſiæ. Et de aliis erroribus remiſſivè. 303

CONSTITUTIO XVIII.
incipiens (*Ea quæ.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De ritu Sanctiſſimi Roſarii B. M. Virginis, approbatione Apoſtolica, feſtivitate, & officio, aliiſque ad rem. De Proceſſione, quæ in die feſtivitatis fieri ſolet à PP. Prædicatoribus. Et an pro ea requiratur licentia Epiſcopi, vel Parochi? Et adducitur Breve SS. D. N. BENEDICTI XIII. 304

CONSTITUTIO XIX.
incipiens (*Sacri.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De privilegiis conceſſis Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus; & præſertim, ut eorum Superiores abſolvere valeant à caſibus reſervatis; ubi de iſto privilegio, ac de ejus revocatione per Concilium Tridentinum facta, ac de aliis ad hujuſmodi rem pertinentibus. 308

CONSTITUTIO XX.
incipiens (*Etſi.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De juriſdictione Cardinalis Camerarii, & Magiſtrorum Viarum Urbis; ubi de plutibus ad eum Magiſtratum, ac Ædiles ſpectantibus; & de coactione vicinorum ad vendendum pro ornatu Urbis, in hac Conſtitutione inducta, cum retractu coactivo. 314

CONSTITUTIO XXI.
incipiens (*Superna.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De Canonizatione Beati Bonaventuræ Balneoregienſis Ordinis Minorum; ubi de ejus natalibus, & geſtis, promotione ad Cardinalatum, ac obitu. 314

CONSTITUTIO XXII.
incipiens (*Religionis.*)

Epitome Bullæ. Commentarium. De modo electionis Præceptoris, ſeu Commendatoris dicti Sancti Spiritus in Saxia Urbis. Et de ejus Superioritate, ac Curia circa perſonas, & bona dicti Hoſpitalis, & præſertim quoad expoſitos nutriendos; ubi plura de expoſitis, & potiſſimùm an debeant baptizari poſt expoſitio-

tionem? An ſint Irregulares, & proinde indigeant diſpenſatione ad Ordines, & an haberi debeant pro legitimis, vel illegitimis? ubi de expoſitis aliquorum Hoſpitalium. 315

CONSTITUTIO XXIII.
incipiens (*Quoniam*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. De auctoritate Majoris Pœnitentiarii S. R. E. ubi innuuntur reformationes, factæ Officio Sacræ Pœnitentiariæ per Summos Pontifices, & noviſſimè à ſanct. mem. Innoc. XII. Et remiſſivè de ejus origine, ac Majori Pœnitentiario, aliiſque in re facientibus ad libellum, ſeu tractatum de Sacr. Pœnitentiaria, editum ab Auctore. 317.

CONSTITUTIO XXIV.
incipiens (*Cura*.)

Epitome Bullæ. Commentarium. Quòd Conſanguinei, vel Affines uſque ad quartum gradum, Reorum, qui condemnati fuerint in Statu Eccleſiaſtico ad confiſcationem bonorum, compellantur emere bona confiſcata, & in ſubſidium Univerſitates Locorum; necnon Parentes teneantur pro filiis reis ſolvere legitimam eis debitam; ubi plura quoad confiſcationem bonorum, & interpretationem, qui veniant nomine Conſanguineorum. Et an gradus computandus ſit jure canonico, vel civili? Et an coacta emptio, demandata ſit pro virili facienda? Et an diſpoſitio hæc procedat extra Statum Eccleſiaſticum immediatum, & in Curiis Eccleſiaſticis? Referuntur etiam Conſtitutiones Pontificiæ quoad legitimam præfatam, ſolvendam per parentes Reorum prædictorum. 318

COM-

COMMENTARIA
IN CONSTITUTIONES
APOSTOLICAS,
ſeu Bullas
SUMMORUM PONTIFICUM
contentas in Bullario Romano.

CONSTITUTIO I.
NICOLAI V.

Incipiens (*Ad Sacram.*)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS EPISCOPUS AD PERPETUAM Rei Memoriam.

CONfirmat Concordata inter Fridericum Imperatorem, ac Principes Germaniæ, & Legatum Apoſtolicum inita ſuper reſervatione, & collatione Eccleſiarum, & Beneficiorum.

COMMENTARIUM.
SUMMARIUM.

1 *Dei Providentia in Eccleſia gubernio commemoratur.*

2 *Eccleſia afflicta Schiſmate liberatur.*

3 *Felicis IV. dicti V. Pſeudopontificis familia, & animi dotes recenſentur.*
Quonam motivo aſſenſum præſtitit ſuæ electioni, & qua promptitudine renunciavit, ac laudabili receſſu vita functus ſit, ibid.

4 *Nicolai V. Summi Pontificis natales, patria, & familia referuntur.*

5 *Ejuſdem virtutes, & merita, quibus ad ſupremam Sedem aſcenſum ſibi paravit.*

6 *Sub Schiſmate Baſileenſium Germanica Natio neutralitatem profitetur.*

7 *Ablegatur Thomas Sarzanenſis Epiſcopus Bononienſis, (deinde Nicolaus V.) ut ſub vero Capite Germani ſe reponerent.*
Ejuſdem geſta referuntur, & quomodo nonnullis initis conventionibus, legationem expleverit, ibid.

8 *Aſſumptus ad Summum Pontificatum Concordata inita approbavit.*

9 *Concordata Germanica inviolabiliter ſervari mandavit Clemens VII. & declarantur à Gregorio XIII.*

INſcrutabili Dei permittentis arcano, ſæpè in hujuſce Operis progreſſu dolenter vidimus Eccleſiam, tamquam navem in medio maris, Hæreſium, & Schiſ- 1
matum procelli dirè jactatam; ac poſtremò ſub hac luctuoſa facie eam reliquimus, cùm redacto ad juſtam molem quarto tomo, quamplurimis publicis muneribus diſtenti, manum ab opere aliquatenus removimus. At quis noſtrum in ejuſmodi Eccleſiæ periculis poteſt exitium timere? cùm Domin. Noſter Jeſus Chriſtus Supremus moderator, & Rector, tempeſtates non à longè proſpiciat, ſed in ipſius Naviculæ ſinu præſens adſit; quin etiam inter æſtuantes impetus ſoporosè quieſcat, Marc. 4. *verſ.* 38. Hinc cum 2
propè fluctibus obrui, quiſque fidei lumine deſtitutus, eam crederet, ac penè deſperata ſalus ex humano conſilio videatur, ipſe ſurgens imperat ventis, & mari, inſperataque tranquillitas magna redit; Et quidem poſt ſchiſma, quo Eccleſiam ſcindere tentarunt Baſileenſes congregati, electo Pſeudopontifice Felice IV. dicto V. Amadeo de Sabaudia, ut 3
commemoravimus in Conſtitut. 11. Eugenii IV. feliciora Nobis occurrunt Eccleſiæ tempora ſub Nicolao V. Sum. Pontifice, è quibus exordium ſumit quin-

 tus hic

tus hic Commentariorum Liber ipſe enim ſumma doctrina , morum ſuavitate , ac pietate , ita demulſit Schiſmaticorum animos , ut paulò poſt ejus ad Cathedram Petri aſcenſum , omnes ad unitatem veræ Eccleſiæ redierint , Felix quoque ſuſceptum Pontificatum abdicaverit . Fateri tamen bona fide oportet , quod ad Eccleſiæ pacem , ingenita ipſius Felicis pietas non parvum conduxit ; quam omnes illius ævi Scriptores ſumma laude proſequuntur . Præ cæteris verò virtutibus , humilitate enituit ; Etenim ducale faſtigium , quod primùm in ſuam familiam , (etſi aliàs præclariſſimam ,) invexit , mirabiliter deſpexit , in Eremum ſecedendo , una cum aliis ſociis nobilitate , ac pietate præſtantibus . At dum in eo piè vivebat , vocatus fuit ad Summum Pontificatum per congregatos Baſileenſes . Ob id verò nobilis Eremita conſenſum præſtitiſſe dicitur , ex quo periculum habuit , poſſe tunc vigentibus , ac ſemper recrudeſcentibus in Eccleſia ærumnis , aſſentiendo conſulere ; Sicque ſatis credulus Amedeus Pontificatum recepit ,à ſimulata pietate Baſileenſium deceptus . Tandem verò oculos veritati aperiens ſuſceptum Pontificatum abdicavit , ac legitimum Eccleſiæ Paſtorem Nicolaum V. agnovit , & venerari non dubitavit . Deindè licèt Cardinalatus honore ab ipſo Nicolao condecoratus fuiſſet , iterum in Eremum Ripaliæ rediit , ubi piè vitæ finem dedit ; ut latè apud Platinam *in ejus vita* , Pium II. *in Commentar. lib.* 7. Ciaccon. *in ejus vita* , & Victorell. *ad eundem & alios.*

4 Nicolaus itaque V. Thomas ante Pontificatum dictus , obſcuro genere , ex Patre Medico , natales ſumpſiſſe fertur in oppido Sarzani Lucenſis ditionis in Italia; Sed ut alii volunt in Civitate Sarzanæ in Hetruriæ, & Ligurum finibus conſtituta , ex prænobili familia Parentucella . At majorum faſtibus non indiget Nicolaus , cùm certo conſtet , virtutibus omnibus exornatum fuiſſe : ac meritò eo ævo , quo præclariſſimo Pontifice indigebat Eccleſia , ipſe Nicolaus præelectus extiterit , maximo Electorum conſenſu , Populorum plauſu , Principum gaudio , Eccleſiæ univerſalis bono , ac Schiſmatis extinctione . In minori ſtatu ſtudiis vacans , in Theologia præſertim enituit . Pœnitentiariæ Scriptoris munere functus , ac deindè Canonicatum adeptus , doctas cum Græcis , ut quidam ferunt , habuit Collationes ; Miſſus fuit ab Eugenio IV. in Germaniam , ut eam averteret à jactata neutralitate , ab ipſoque Eugenio Cardinalis in reditu declaratus , ac Summus Pontifex denique electus extitit à Sacro Cardinalium Collegio , pridie nonas Auguſt. Ann. 1447. Inter cætera , quæ longa ſerie , in tanti Pontificis laudem retulere Scriptores ;
5 Cardinalis Ægidius de eo dixit : *Enim Nicolaum quanto aliis ſobole inferiorem tantò Philoſophiæ , ac Theologiæ cognitione , virtuteque majorem habitum fuiſſe , Comitate ſibi animos conciliaſſe , doctrina commoviſſe , liberalitate cepiſſe , munificentia in admirationem adduxiſſe ; docuiſſe autem , non majorum , ſed animorum inſtructione , veram Nobilitatem contineri , nec referre quibus homo ſit parentibus genitus , ſed quibus moribus , quo ingenio , qua eruditione ſit ornatus ; quid avaro , ambitioſo , ignavo , voluptatum ſectatori , illuſtris familia , avorum nobilitas ? Hos illa deteſtabiliores facit , quo majores clariores effecerat .* Fuit etenim ita virorum litteratorum amantiſſimus Pater , ut de eo ſcripſerit idem Cardinalis Ægidius : *Hic viros doctos ſui temporis quot quot invenit , toto Pontificatus ſui tempore in libris conquirendis , exſcribendis , interpretandis exercuit , neminemque qui aliquid librorum , aut inveniſſet ſolertia , aut ingenio elaboratum edidiſſet , indonatum abire paſſus eſt : quamobrem tantum bonorum ingeniorum numerum excitavit , & in litterarum certamen adduxit , ut primus auctor fuerit his temporibus eloquii , & eruditionis .* Hoc quidem , exemplum eſſe debet Summis Pontificibus ; ut virtutis aſſeclæ , pro bono Eccleſiæ regimine tàm neceſſarii , multipliciter : idque ſedulò curarunt optimi Pontificis , agnoſcentes , quàm juſtum , & ſalutare ſit , in Eccleſia Dei , doctos , & pios viros , miniſtros haberi . Fuit quoque veræ humilitatis inveſtigator Nicolaus; cum etenim Eccleſiam Regienſem deſtinaſſet Matthæo Reginn , ex Minoribus Sancti Franciſci , Prædicatori inſigni , hunc accerſiri juſſit à Cardinali Capranica , ut ſuaderet , Epiſcopatus onera ſubire : renuit electus , humilitatis argumenta adducens : deindè verò in eamdem mentem non perſiſtens , cùm Epiſcopatum affectaret , Cardinalis Capranicæ Pontificem adiit : Matthæus , inquit , *mutatus eſt ; Epiſcopatum ſi voles accipiet ;* cui Pontifex eximius reſpondit : *& ego mutatus ſum ; volui Epiſcopatum illi committere , cum noluit , cum vult nolo* , ut refert Pius II. in comment. apud Oldon. *in addit. ad Ciaccon. in vita Nicol. V. tom.* 2. *pag.* 965. *lit. B.* Eximius denique iſte vir , ac Pontifex , è vivis deceſſit 9. Aprilis Ann. 1455. ac ſepultus in Vaticano.

Viris agitabatur ærumnis Romana Eccleſia , tem- 6
pore quo Conciliabulum Baſileenſe poteſtatem veri Concilii uſurpare tentavit ; ipſumque legitimum Paſtorem Eugenium IV. injuſto attentato deponere non erubuit , Antipapam eligendo , ut innuit : hinc juxta conſuetam ſchiſmatis naturam , ſtatim ſciſſa fuerunt Principum , populorumque vota , aliis verum Pontificem agnoſcentibus , confugientibus aliis ſub Pſeudopontificis obedientia . Inclyta igitur Natio Germanica , credens ſub tuto ſe ponere , ſi neutrius obedientiæ ſe ſubderet , & ſi aliqui Principes dictæ Nationis , Eugenio parere non deſtiterint , tamen legitimum Paſtorem Eugenium aliqui non agnoverunt , in neutralitate ſe ponentes ; ſatiſque ea Natio in hoc ſe fefellit , dum in ea neutralitate , ſub Imperatore Friderico III. eò devenit apud eam Regionem rerum Eccleſiaſticarum confuſio ; ut ſpreta Pontificia auctoritate , circa proviſionem Beneficiorum Eccleſiaſticorum libertate aſſumpta , atque inducta per Conciliabulum Baſileenſe omnia ferè Beneficia Principes laici conferebant ; ut refert Bzovius ann. 1444. attamen in fine vitæ , ac Pontificatus ejuſdem Eugenii , cum cordi valdè ipſi eſſet , Nationem tam dignam ad juſtitiæ tramites reducere , ac ſub vera credulitate reponere , miſit ad eumdem Fideric. Legatum virum eximium , Cardinalem nempè Thom. Sarzanenſem , Epiſcopum Bonon. poſtea Sum. Pontific. Nicol. V. nuncupatum , conditorem hujus conſtitutionis ; una cum Joanne Carvajale , & Nicolao Cuſano præſtantiſſimis Doctoribus , primo in jure , ſecundo in Theologica facultate ambobus deinde ad purpuram meritò promotis . Anno itaque 1446. pervenit Legatus cum ſociis in Germaniam , ac ſtrenuè cum Principibus , ipſoque Imperatore Friderico ſe geſſerunt , & quamquam pleraque impedimenta interceſſerint , quominus rès componeretur , pluraque gravamina Germanis adducentibus , quibus à Romana Curia premi aſſerebant , ac ipſis levari inſtabant ; nihilominus re maturè conſiderata , tandem conventum fuit : primò ut ſublata neutralitate , Germania tota verum Pontificem Eugenium ſolum agnoſceret ; ac deinde plurima pacta inita fuere Francofurti Anno 1446. inter eumdem Legatum , cum Imperatoris Friderici Auſtriaci Legatis , Alberto Brandeburgenſi , Petro Auguſtenſi , & Silveſtro Chiemenſi Epiſcopis , & Gaſpare SchlicK Cancellario ; nec non cum Electoribus Sacr. Romani Imperii , Moguntino , Colonienſi , Trevirenſi , Archiepiſcopis , Comites Palatino , Marchione Badenſi , Oratoribus Ducis Saxoniæ ; & Marchione Brandeburgenſi . Magdeburgenſi , Saliſburgenſi , Bremenſi Archiepiſcopis , Marſpurgenſi , & Nauburgenſi Epiſcopis , aliiſque nonnullis Doctoribus , ac præfatum Ænea Piccolomineo (qui à Secretis Imperatori erat) poſtea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinale , & deinde Summo Ponti-

Digitized by Google

Pontifice, Pio II. nuncupato; in quibus pactis, ſeu Concordatis plura Nationi Germanicæ indulta fuere per Sedem Apoſtolicam, quoad collationem Eccleſiarum, & Beneficiorum; ut paci, & tranquillitati conſuleretur.

His peractis conventionibus, expedita fuit legatio nomine Imperatoris, totiuſque Germanicæ Nationis, ad Eugenium, ut ei obedientiam deferret; ac poſtulata, & Concordata firmare ipſe dignaretur; Eugenius tamen Anno 1447. auditis, ac receptis in Conſiſtorio Legatis Germaniæ, plura conceſſit: Sed cum è vivis ſtatim ſublatus fuerit, Nicolaus V. Succeſſor ſedulam navavit operam, ut pax ab ipſomet conciliata in Germania, conſummaretur, miſitque Cardinalem Carvajalem, titulo Sancti Angeli nuncupatum, ad Fridericum Imperatorem, ac Principes Germaniæ, cum quibus pax firmata fuit, neutralitas denuò abolita, Conciliabulo Baſileenſi renunciatum, & Sedi Apoſtolicæ, ac Nicolao Papæ V. obedientia præſtita extitit; ſalvis quibuſdam favorabilibus, quæ in Conciliabulo Baſileenſi emanata fuerunt, ut narrat Æneas Sylvius Pius nempe II. epiſt. 371. non quidem ex jure ipſius Conciliabuli, (quod nullum habebat) ſed ex ſola Sedis Apoſtolicæ benignitate, ut inferiùs latiùs dicam; Sicque Legatus ille pactiones, & Concordata de conferendis dignitatibus Eccleſiaſticis, ac Sacerdotiis Germaniæ, annatiſque exigendis, Pontificia auctoritate firmavit; quæ Pontifex
8 Nicolaus, prævio diligenti eorum examine, ac habito maturo conſilio S. R. E. Cardinalium comprobavit, ac rata habuit: Confirmavitque pariter Conſtitutionem Eugenii, in iis in quibus non adverſabatur hujuſmodi Concordatis; hac Conſtitutione promulgata Romæ apud Sanct. Petrum Kal. Aprilis Anno 1447. De quibus Concordatis mentionem faciunt Spondan. *an.* 1447. Raynald. *eodem an. numer.* 17. *& an.* 1448. *numer.* 3. Bzovius *an.* 1448. *numer.* 1. Æneas Sylv. *citat. epiſt.* 369. Goldaſt *Conſtitut. imper. tom.* 1. *pag.* 403. *& ſequent.* Laurentius Nicolarts *in prax. Beneficiaria, ſeu Concordatis Germanicæ Nationis, in proœmio, ubi per extenſum ponit præſentem Bullam*; Gregorius Branden. *de Concordatis Germaniæ in princip.* Thomaſin. *de veter. & nov. Eccleſ. diſcipl. ſeu de benefic. part.* 2. *l.* 1. *cap.* 45. *numer.* 4. *& libr.* 2. *cap.* 38. *numer.* 11. Matta *de Concordatis Germaniæ*, Petrus Laurentius *in foro beneficiali, ac alii.*

Iſtæ etenim pactiones inter Sedem Apoſtolicam, & Germanicam Nationem habitæ, Concordata Germanica nuncupantur; quæque cum à Germanis Præſulibus in proviſione Beneficiorum infringi tentatum
9 fuerit, Clemens PP. VII. Collationes irritavit in Conſtitut. ejuſdem incipit *Admonet* edita prid. Kalend. Julii Anno 1534. atque impreſſa *in Bullar. Cherub. tom.* 1. *Conſtit.* 41. *ejuſdem Pontificis*; ac dicta Concordata circa tempus trium menſium, intra quos Sedes Apoſtolica providere poteſt beneficia, in ſex menſibus ſibi reſervatis vacantia, declaravit Gregorius XIII. *in ejus Conſtitut.* incip. *Quæ in Eccleſiam* 41. *t.* 2. *Bullar. quas Bullas refert quoque citat. Branden.*

SECTIO UNICA.

De Concordatis Germaniæ cum Sede Apoſtolica; eorumque enucleatione.

S U M M A R I U M.

1 *Concordatorum etymologia, & definitio explicatur.*

2 *Non ex alio proceſſerunt motivo, niſi conſervandæ pacis, & unionis.*
Multa à Summis Pontificibus ob pacem conceduntur, quæ de jure non competerent, ibid.

3 *Licèt circa contenta in Concordatis plura in Conciliabulo Baſileenſi fuerint conceſſa, nihilominus irrita fuiſſent dictæ diſpoſitiones niſi auctoritas Pontificia acceſſiſſet.*

4 *Concordata Germanica numquid conveniant cum illis Galliæ, & an favorabiliter ſint interpretanda?*

5 *Verè, & directè comprehendunt tantum Germaniam, extenduntur nihilominus ex privilegio ad alias Provincias.*

6 *Nonnullæ Eccleſiæ Germaniæ prætendunt majora privilegia, exindeque uti renuunt Concordatis. Sed aliis DD. id reiicitur, & in quibus?*

7 *Diſquiritur quo ad Cathedralem Tridentinam, & Aquilejenſem, quæ extra Germaniam habent partem Diœceſis.*
Quid dicendum de Diœceſi Vvurmienſi, ibidem. Ubi de Epiſcopatu Vvurmienſi quomodo provideatur in Conſiſtorio per Summum Pontificem. Nec non de Helvetia. Namurcenſi, & Cameracenſi Diœceſibus, ibid.

8 *Sed quid quo ad Diœceſim Leodienſem, quæ favorabiliora dicitur habere privilegia?*

9 *Biſuntina Eccleſia prætendebat comprehenſionem in Concordatis, ſed cauſa decidit.*

10 *Enumerantur aliæ Eccleſiæ, quæ per viam extenſionis gaudebant Concordatis; & ſpecialiter de Eccleſiis Virdunenſi, Metenſi, & Tullenſi.*

11 *Eccleſia Junnenſis nec per extenſionem prætendere valet Concordata iſta.*

12 *Univerſitas, ſeu Academia Lovanienſis nonnulla Concordatorum privilegia habet ex indulto; quæ aſſignantur.*
Refertur modificatio facta à ſan. memor. Paulo V. ibid.

13 *Diſquiritur numquid clauſula derogatoria Regulæ 9. Cancellariæ infringant indulta Lovanienſia.*

14 *Univerſitas Lovanienſis admittere renuebat Coadiutorias, ex vi Concordatorum, ſed tandem acquievit.*

15 *Multifariam reſervationes Beneficiorum Sedi Apoſtolicæ procedunt, ſed vigore Concordatorum quinque proponuntur inſpectiones.*

16 *Beneficia ex Concordatis ſunt reſervata, quæ apud Sedem vacant. Quæſtio examinatur an beneficia Officialium Romanæ Curiæ ſint reſervata ubicumque deceſſerint, ibid. & n. ſeq.*

17 *Reſervatio ratione vacationis apud Sedem erat inducta ante Extrav.* Ad regimen.

18 *Vacatio apud Sedem inducitur etiam ex contractu Matrimonii in Urbe in terminis Concordatorum.*

19 *Reſpondetur auctoritatibus, & motivis, quæ in contrarium afferri ſolent. Remiſſivè etiam dicitur quo ad vacationes per privationem, & hujuſmodi, ibid.*

20 *Beneficia vacantia per obitum S. R. E. Cardinalium, aliorumque Sedis Apoſtolicæ Officialium, in Concordatis enumeratorum, ſunt reſervata.*
Eadem affectione ſunt reſervata ea beneficia, etiam ſi obitus ſuccedat Apoſtolicâ Sede Vacante, ibid.

21 *Examinatur quæſtio an Cardinales Epiſcopi Indultatarii poſſint in eorum Diœceſibus conferre beneficia vacantia per obitum Cardinalium.*

22 *Reſolvitur negativè, quando prædicti Cardinales Indultatarii conferunt tamquam Ordinarii.*

23 *Idem dicendum etiam ſi conferrent tamquam Indultatarii; pleraque aſſignantur rationes.*
Extenditur concluſio etiam in beneficiis vacantibus per obitum familiarium Cardinalium, ibid.

24 *Cardinales Epiſcopi Indultatarii conferunt Jure Delegato, non verò Jure Ordinario.*

25 *Notantur bini errores Typographi in Bulla Concordatorum, quæ extat in Bullario.*

26 *Numerantur in Bulla Concordatorum Officiales Sedis Apoſtolicæ, quorum beneficia ſunt reſervata.*

27 In terminis Concordatorum ſatis eſt, quod officia retineantur, nec requiritur actuale exercitium, ut diſputatur quoad Cancellariæ regulas.

28 Concordata numquid comprehendant omnes Protbonotarios participantes, ad effectum reſervationis Beneficiorum, vel potius ſeptem tantùm?

29 Quid dicendum de Protonotariis honorariis non participantibus, latè diſquiritur.
Concluditur diſtinguendo inter Eccleſias comprehenſas in Concordatis, & per via extenſionis incluſas, ibid.

30 Si Epiſcopus Germaniæ ſit Indultarius in menſibus Apoſtolicis, non poſſet conferre beneficia vacantia per mortem Protonotariorum honorariorum.

31 Ratione vacantiæ ſunt reſervata beneficia, quæ per privationem, depoſitionem, vel translationem vacant, auctoritate Apoſtolica.

32 Quid dicendum ſi pœna privationis, ſint indicta ex Bullis, poſt Concordata editis?

33 Declaratur opinio Nicolarts, quod omnia beneficia vacantia ipſo Jure ſint Papæ reſervata, etiam ſi non concurrat reſervatio, & affectio.

34 Vacatio Beneficii ipſo Jure ſtatim habet locum, neque expectanda eſt ſententia, vel declaratio.
Quid dicendum ſi in ſententia fiat mentio privationis? ibid.

35 In beneficiis vacantibus ex privatione Apoſtolica, ſemper habet locum reſervatio; ſecus ſi ſententia privationis feratur ab Ordinariis.

36 Papa poteſt prævenire, ſeu concurrere in collatione Beneficiorum, abſque vulneratione Concordatorum, & nn. ſeqq.
Secùs in præventione ante vacationem Beneficiorum, ibid.

37 Non concedit Papa gratias expectativas juxta dicta Concordata.

38 Quando dicatur velle Papam concurrere cum Ordinario?

39 Papa ſolet abſtinere à præventione, ſeu concurſu hujuſmodi, ſed ex ſua æquitate.
Poteſt tamen id facere ſine cauſa, ibid.
Papa poteſt prævenire etiam cum aliis Collatoribus mediatis, ad quos devolvitur collatio, ib.

40 An Legatus à Latere valeat prævenire, ſeu concurrere in collationibus prædictis cum Collatoribus. Quid in Nunciis Apoſtolicis? ibid.

41 Beneficia vacantia ob electionem illegitimam caſſatam, vel non admiſſam poſtulationem providentur per Sedem Apoſtolicam, & nn. ſeqq.

42 Quæ forma electionis ſervari debeat in Germania in Eccleſiis Metropolitanis, Cathedralibus, aliiſque Eccleſiis viduatis? Ubi de electione canonica requiſita in vim Concordatorum.

43 Debet acceptari electio ab electo, & à Papa confirmari.

44 Papa quomodo ſe gerere ſoleat in confirmatione hujuſmodi electionum, non habentium requiſita canonica. Ubi de ſtylo Congregationis Conſiſtorialis; & caſſandi electiones nullas, & providendi per Sedem Apoſtolicam, ibid.

45 Quomodo electio facienda ſit quo ad dignitates inferiores, quando Eccleſia non dicitur viduata.

46 Beneficia electiva ſi fuerint renunciata, an ſint Papæ reſervata juxta Concordata? Ubi de appoſitione manuum Papæ, ibid.
Quid de Eccleſia ceſſa per poſſeſſorem in manibus Papæ? ibid.

47 Sunt Papæ reſervata omnia Beneficia vacantia per promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, & Abbatiales.
Quid intelligatur per dictam reſervationem; & an poſſit reſignari intra tempus vacationis, & promotionis? ibid.

48 An dicta reſervatio procedat in promotis per electionem.

49 Solet Papa concedere promotis retentionem aliorum beneficiorum, & n. ſeq.
Quid ob Concordata, juxta quæ Papa non debet concedere gratias præventivas? ibid.
An per conceſſionem Coadiutoriæ dicatur derogari Concordatis, & requiratur derogatio? ibid. & ſequ.

50 Sequitur de Indultis retentionis Beneficiorum quoad Concordata in actu promotionis.

51 An qui habet Indultum conferendi beneficia reſervata, valeat conferre beneficia retenta per Indultum conceſſum promotis? Diſtinguuntur caſus, ibid.

52 Vacatio Beneficiorum ob promotionem non procedit in Epiſcopis in partibus, ſeu titularibus.

53 Reſervata fuerunt in Concordatis Sedi Apoſtolicæ Beneficia vacantia per aſſecutionem alterius, auctoritate Apoſtolica obtenti.

54 Reſervatio dignitatum, juxta Concordata, quas comprehendat?
Ubi de primis Dignitatibus Monocularibus, aliiſque.
De indultis circa proviſiones earum, ibid.
Obſervantia contraria an Concordatis ſuffragetur? ibid.

55 Reſervatio Beneficiorum ratione menſium juxta Concordata, quæ ſit?
Ubi an cadant in hac reſervatione beneficia electiva?

56 Beneficia Juriſpatronatus an cadant ſub dicta reſervatione?
Quid in Jurepatronatu Eccleſiaſtico, & mixto? ibid.
Quid ſi minor pars ſit Eccleſiaſticorum an dicatur mixtum, ad effectum dictæ reſervationis? ibid.

57 Procedunt prædicta in Jurepatronatu vero, ut non intret reſervatio; & quid ſit?

58 Juſpatronatus Confraternitatum an dicatur Eccleſiaſticum?
Requiritur derogatio in proviſione beneficii de Jurepatronatu laico, ibid.

59 An beneficia erecta poſt hanc Conſtitutionem Nicolai cadant ſub alternativa Concordatorum?

60 An ſub dicta Alternativa cadant officia Eccleſiaſtica nuncupata in Germania.
Diſtinctio adducitur inter conceſſa in titulum, & perpetua, ac non talia, ibid.

61 Quid in Beneficiis curam Animarum habentibus?
An debeat fieri concurſus? ibid.
Ubi de Vicariis in Germania.

62 Devolutio Beneficiorum à Papa ad Ordinarium, quando intret juxta Concordata, in beneficiis reſervatis ratione menſium, & n. ſeq.

63 Trimeſtre requiſitum pro dicta devolutione, quomodo intelligendum; utile, vel continuum?
Ubi de impedimentis curſus dicti temporis.
Ubi & quid de infirmitate Papæ, & Sede Vacante?
S. R. E. Cardinalium Collegium non providet Beneficia Sede Vacante, ibid.

64 Si fiat proviſio per Ordinarios non expectato lapſu Trimeſtris, vel non ſobducto tempore Sedis Vacantis, eſt nulla.

65 An vim habeat revalidatio facta poſt Trimeſtris lapſum. Et quomodo habeat id locum?
Ubi de ſolemnitatibus, ut non dubitetur de anticipatione proviſionis, ibid.

66 An requiratur mentio menſis in proviſione hujuſmodi beneficiorum latè diſcutitur?

67 De Annatarum ſolutione juxta hæc Concordata Germaniæ.

COncordatum ex ipſo nomine, ſui eſſentiam, atque ſignificationem indicat: quod ſit lex par- 1
ticularis, communi concordia partium, lata; *l. penultim. Codic. de donat. inter Vir. & Uxor.* Paul. Pariſius

Digitized by Google

tiſius *conſ.* 11. *numer.* 56. Ita fuerunt iſta, de quibus, Deo propitio, modo differendum eſt: quæ inita fuerunt ſuper forma tenenda, in conferendis beneficiis, inter legatum Apoſtolicum ex una, & Impetatorem, alioſque Principes, tùm Eccleſiaſticos, tùm ſæculares totius Regni Germaniæ ex altera, partibus, Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 25. *numer.* 2. & 3. Cherubin. *ad Bull. Gregor. XIII. la* 41. *ſch.* 1. *tomo* 2. *pagin.* 93.

2 Hujuſmodi autem Concordata petentibus præfatis Principibus nomine totius Nationis Germanicæ, ſua Apoſtolica auctoritate approbavit atque confirmavit (ut ſupra innui) Nicolaus V. & patet ex hac conſtitutione. Porrò peracta fuere conſervandi cauſa pacem, unionem, & tranquillitatem inter Eccleſiam Romanam, & Germaniæ Regnum, ejuſque Principes; ut tradunt Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 28. *num.* 66. Gonzal. *loc. citat. numer.* 10. Remochamps *in Synopſi de benefic. Coadiutor. cap.* 5. *numer.* 16. Vaneſpen. *p.* 1. *titul.* 13. *numer.* 9. *de elect. & nominat. Epiſcop.* Puteus *deciſ.* 225. *in princip. lib.* 3. Et ſanè ad conſervandam pacem, & concordiam, multa per Summ. Pontifices ex eorum benignitate rationabiliter conceduntur, quæ aliàs de Jure minimè competerent, ut notat *citat.* Gonzal. *numer.* 12. Sic accidit in hujuſmodi Concordatis, in quibus ad favorem Ordinariorum fuit jus commune reductum quoad aliqua, quæ erunt contra jus ordinata in reſervationibus, ut benè ponderat idem Gonzalez *ad Regul.* 8. *gloſs.* 25. *numer.* 9. Rota *in Monaſterien Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *nec ſubſiſtit, coram Caſſarello*.

3 Plura in iis contenta videntur prius diſpoſita etiam in Concilio Baſileenſi; invalidè tamen; quia licèt præfatum Concilium ab initio fuerit œcumenicum; utpotè convocatum auctoritate Romani Pontificis; ac ſub præſentia, & interventu Cardinalis de latere Legati, Pontificia auctoritate ſuffulti; nihilominus poſtquam temerario conatu multa contra Pontificiam auctoritatem, ab omni Juriſdictione exemptam in terris, attentare non erubuerit, tunc à Capite ſuo divulſum, non amplius legitimi Concilii, ſed infelicis Conciliabuli munus obivit, ut latiùs dixi *tom.* 4. *ad Conſtitut. XI. Eugen. IV.* atque tale appellatum, declaratumque extitit in *Concil. Lateranenſ. ſub Julio II. ſeſſ.* 4. *ac ſub Leon. X. ſeſs.* 11. prout idem Eugenius IV. ad orationem habitam per Joannem Bancheſtein, & ad petitionem ejuſdem Concilii Baſileenſis, ut confirmaret plura circa electiones, aliaque per ipſum Concilium diſpoſita, noluit aſſentiri, ſed ſe proviſurum reſpondit, in Concilio quamprimum indicendo, quemadmodum æquitas, & juſtitia exegiſſet; Ita ex *tom.* 4. *p.* 1. *Conciliorum Coloniæ impreſſ. in appendice fol.* 177. & 179. Verùm Nilaus V. Conditor hujus conſtitutionis pro bono pacis quoad concernentia electiones, & nonnulla alia geſta in dicto Baſileenſi Concilio, circa proviſionem Eccleſiarum confirmavit, imò ex integro conceſſit; non utique canonizando geſta illa, uti legitima, ſed ſua auctoritate Apoſtolica, robur, & firmitatem, quibus carebant, eis impartiendo, ſicuti etiam ſcripſit Æneas Sylvius poſteà Pius II. Ep. 369. ſub dat. Romæ 8. Auguſti 1457. Martino Mayer Cancellario; *Itaque fuit denique compoſitio facta* (ſcilicet, concordata) *eam certam legem dedit, deinde inviolabiliter obſervandam; per quam aliqua ex decretis Concilii prædicti, recepta videntur, aliqua rejecta; hoc eſt, fuerunt facta concordata, per quæ aliquid fuit conceſſum Nationi:* quapropter conceſſio emanavit ex beneficentia Apoſtolica, qua ſemper ſolent Romani Pontifices erga Principes, & Nationes eſſe liberales; ut tempore Leonis X. practicatum extitit in Concilio Lateranenſi, in quo multa cum Gallis concordata fuere; de quibus Concordatis alibi dicam: & ſic regrediendo ad noſtrum propoſitum, diſpoſitis in Concilio Baſileenſi Papa materialiter uſus fuit; non autem formalem poteſtatem, quam non habebat Concilium præfatum, approbavit, ut doctè & latè ratiocinatur Rot. *deciſ.* 1552. *numer.* 46. & *ſeq. coram Coccino*.

Verum tamen eſt, Concordata Germaniæ in plu- 4
ribus differre ab illis Galliæ; ac plures cadere quæſtiones in illis, quæ non conſiderantur in his, tradit Cardin. de Luca *in ſumm. de benefic. p.* 1. *numer.* 127. ſunt tamen favorabiliter interpretanda ad favorem Ordinariorum, quo ad alternativam Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloſs.* 25. *numer.* 9. Simonet. *de reſervat. qu.* 99. *numer.* 24. ChoKier *ad Reg. Cancell. gloſs.* 11. *n.* 10. Ricc. *Collect.* 4072. Put. *dec.* 108. *num.* 1. *libr.* 2. Caſſador. *dec. unic. num.* 2. *de pact.* dummodò tamen eorum diſpoſitio, & vera mens concedentis non lædatur: prout quoque an ſint favorabiliora indultis Cardinalium, Gonzal. *loc. cit. num.* 11. Rota *deciſ.* 291. *n.* 18. *p.* 15. *recent.*

Ad majorem hujuſmodi Concordatorum explanationem occurrit quoque præmittere loca, & Eccleſias, in quibus Concordata vigent. Et quidem licèt aſſerere oporteat, hæc Concordata comprehendere Regiones totius Germaniæ, dumtaxat ex quo cum ſo- 5
lo Imperatore, & Principibus ejuſdem Germaniæ, nomine ſolius, & totius Germanicæ Nationis, inita fuerint, ut clarè, apertèque legitur in principio præſentis Conſtitutionis, & firmant Nicolarts *ad concordata Germaniæ titul.* 3. *dub.* 1. §. 2. *in princip.* & §. 9. & 10. Vaneſpen. *p.* 1. *t.* 13. *numer.* 11. *de elect. & nomin. Epiſcop.* Vameſius *in conſ. can. tit.* 1. *conſ.* 246. *numer.* 10. & *conſ.* 255. *numer.* 10. & *ſeq. ac conſ.* 259. *numer.* 3. Zypæus *in conſult. Canon. libr.* 3. *tit. de præben. conſ.* 3. 5. & 6. Etenim tritum eſt in jure, pacta non niſi partes contrahentes ligare, nec ultra eas extendi, aut aliis prodeſſe, vel obeſſe *l.* 2. *Codic. Res int. all. act.* Nihilominus quia ex benignitate Summorum Pontificum, aliqua privilegia contenta in his concordatis, ad alias Eccleſias extra Germaniam extenſa fuerunt, diſtinctione uti neceſſe eſt; & aſſerere, aliquas Eccleſias, ſeu Diœceſes complecti in illis per viam comprehenſionis, & alias per viam extenſionis. In prima etenim claſſe adnumerantur omnes Eccleſiæ quæ ſitæ ſunt intra fines totius Germaniæ, quæque ea acceptarunt. Ve- 6
rùm Eccleſiæ Herbipolenſis, & Bambergenſis prætendunt ſe non eſſe comprehenſas, nec dicta concordata acceptaſſe, aſſerentes privilegia majora obtinuiſſe, ut notat Zypæus *conſult. Canon. lib.* 3. *conſul.* 3. §. *acceptata, de Præbend.* Sed huic prætenſæ exceptioni obſtant rationes adductæ à Nicolarts, *titul.* 3. *dub.* 1. §. 10. & *dub.* §. 2. 19. & *ſeq.* Branden. *q.* 3. & 4. Pirring. *tom.* 3. *tit.* 5. *de Præben.* §. *notandum* 5. quia dicta privilegia non probantur.

Eccleſia quoque Tridentina, etſi in finibus, inter 7
Germaniam, & Italiam, ſubeſt Concordatis prædictis, Rot. *deciſ.* 410. *numer.* 5. & *deciſ.* 420. *numer.* 12. *coram Millin. relat.* à Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 25. *num.* 5. *deciſ.* 2005. *numer.* 5. & 6. & *deciſ.* 2315. *numer.* 1. *num.* 9. *coram Coccin.* hoc tamen intelligitur quo ad loca Diœceſis exiſtentia intra fines Imperii; cum plura loca obtineat Eccleſia prædicta extra ditionem illius, Rota *in Tridentina Parochialis deciſ.* 227. *numer.* 14. *coram Cerro*, Et ita obtinet praxis in Diœceſi Aquilejenſi; ut ſcilicèt in locis Diœceſis ex parte Imperii tantùm, vigere poſſint Concordata; & quando conſtaret de acceptatione Ordinariorum, quæ requiritur pro Ordinariorum uſu ad favorem iſtorum Rot. *deciſ.* 1126. *numer.* 8. *coram Emer. Junior.*

Eccleſiam itidem Vvarmienſem, idiomate vulgari Vvarmia nuncupatam, quæ Metropolitanæ ulli Eccleſiæ minimè ſubjacere prætenditur; gaudere quoque iſtis Concordatis, dixit Rota *deciſio* 426. *numer. tertio, coram Millino*; Sed talis deciſio emanavit cum ſuppoſito, quod fuerint jura in forma probanti; ſed deinde recognita inſubſiſtentia talis

ſuppoſiti in *dec. 438. & deciſ. 447. coram eodem Millino*, *& dec. 1180. coram Pœnia* fuit contrarium reſolutum, ſcilicet pro non comprehenſione, *&c dec. 14. num. 14. par. 18. rec.*

Capta itaque occaſione iſta, agendi de Concordatis Germaniæ, an vigeant in Eccleſia Vvarmienſi, referre putavi controverſiam nuper agitatam in Sacra Congregatione Conſiſtoriali, & deinde in Congregatione Deputata, quo ad expreſſionem in promotione, quæ juxta morem in Conſiſtorio ſervatur; an ſcilicèt Eccleſia Vvarmienſis proponi debeat utì ad ſupplicationem Regis Poloniæ, vel utì ad electionem Capituli. Si quidem eam Eccleſiam in Regione Pruſſiæ exiſtentem, diù fuiſſe electivam, doctum fuit in dicta Congregatione, uſque ad ann. 1479. ab ejus in Cathedralem erectione, ſequuta anno 1260. Exorto poſteà bello inter Magnum Magiſtrum Religionis Teutonicæ, & Regem Poloniæ ſuper Pruſſiæ dominatu, hinc inde diviſo, atque ſciſſo; pro Eccleſia illa, ne bellico turbine diutiùs vexaretur, inita fuit Concordia inter Capitulum, & præfatum Regem Poloniæ, cujus clientelæ ſubiici Eccleſiam præfatam opus fuit: In qua prætet alia conventum fuit, quod per Capitulum ſemper eligeretur in Epiſcopum, perſona Regibus grata. Succeſſivè verò ann. 1512. exorta controverſia ſuper qualitate dictæ perſonæ eligendæ, cum Rege Sigiſmundo I. alia inita fuit Concordia, quod ſcilicet eveniente vacatione dictæ Eccleſiæ, Capitulum tranſmitteret notulam Canonicorum, & Prælatorum illius Eccleſiæ eligibilium Regi; ex quibus per iſtum nominarentur quatuor, quorum unum Capitulum eligeret in Epiſcopum, quem judicaverit meliorem, & utiliorem; quæ tranſactio roborata fuit per Leonem Papam Decimum, & in proviſionibus Conſiſtorialibus dictæ Eccleſiæ fuit expreſſum: *Ad electionem, ſeu reſpectivè poſtulationem Capituli.* Verùm à longævo hinc tempore, emanavit expreſſio: *Ad ſupplicationem Sereniſſimi Regis Poloniæ*; die tamen 4. Decembris 1698. in Congregatione Conſiſtoriali editum fuit decretum ſequens.

Cum Capitulum, & Canonici Cathedralis Eccleſiæ Varmien, eveniente caſu vacationis, jus eligendi Epiſcopum ſibi competere deduxerint, & alias in decretis proviſionum ejuſdem Eccleſiæ in Conſiſtorio factis, dicti Capituli electio, ſeu poſtulatio confirmata, & admiſſa reſpectivè fuerit, ab aliquo autem tempore ſupplicationis tantùm Regum Poloniæ mentio facta ſit; ideòque Capitulum, & Canonici præfati, ne illorum jus detrimentum patiatur, ſupplicaverint, ut deinceps in hujuſmodi decretis, electionis, ſeu poſtulationis Capituli, mentio fieri debeat; Sacra Congregatio rebus Conſiſtorialibus præpoſita, ſupplicationi Capituli annuendum cenſuit; & in poſterum hujuſmodi electionis ſeu poſtulationis, unà cum ſupplicatione Regis Poloniæ in decreto, ac ſchedula Conſiſtorii, quoties dictam Eccleſiam vacare contigerit, mentionem reſpectivè faciendam eſſe mandavit. Et facta relatione, Sanctitas Sua Sacræ Congregationis ſententiam benignè probavit.

Succeſſivè emanavit aliud Decretum, die decimaſeptima Decembris anno 1711. quod eſt ſequens.

Perpenſa poſtulatione Capituli vacantis Eccleſiæ Varmien, in eorum Epiſcopum, de perſona Reverend. Padr. Domin. Theodori PotoKi Epiſcopi Culmen. Sacra Congregatio rebus Conſiſtorialibus præpoſita, cenſuit, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro placuerit, eam eſſe admittendam, & juxta decretum Sacræ Congregationis die 4. Decembris 1698. tam in decreto, & ſchedula Conſiſtoriali, quàm in expeditione Bullarum, admiſſæ poſtulationis Capituli, unà cum ſupplicatione Sereniſſimi Regis, mentionem eſſe faciendam. Et facta per me infraſcriptum Secretarium relatione, Sanctitas Sua, Sacræ Congregationis ſententiam benignè probavit.

Attamen prætendente Rege, juribus, & concordiæ præfatæ, & noviſſimæ obſervantiæ adverſari prædictas reſolutiones, etſi jam executas in propoſitione dictæ Eccleſiæ; fuit denuò de hac re actum in dicta Congregatione ſub die 4. Julii 1724. in qua ob votorum diſcrepantiam nulla fuit capta reſolutio, dilata ad aliam Congregationem. Senſus itaque Mei, qui unus ex Votantibus in ea aderam, peculiaris fuit; quod non videbatur juſta expreſſio, in propoſitione dictæ Eccleſiæ in Conſiſtorio, *Ad electionem Capituli*, ut per iſtud prætendebatur; quia in electione debet eſſe libertas apud Electores, & ſine tali libertate, nequit conſiderari quidditas canonicæ electionis; hinc non poſſet conſuetudine induci, quod requiratur in electione conſenſus Principis, talis perſonæ eligendæ; nec quod, ſi contra conſenſum Principis, eo vel requiſito, & repugnante, aut voluntate ejus non interpellata fieret electio, irrita ea ſit, vel irritanda; cùm hujuſmodi coarctationes ſubmoveant eſſentiam canonicæ electionis, in libertate conſiſtentem, juxta canonicas ſanctiones relatas apud Paſſerin. *de election. capit. octavo*, *numer.* 13. Et ſi cum dictis limitationibus, & Principis prætenſionibus, electio eveniret, diceretur facta abuſu laicæ poteſtatis. Solumque habet jus Princeps opponendi, ut non confirmetur à Superiore Eccleſiaſtico electio liberè facta, ſi agatur de electo ſibi ſuſpecto, & præjudiciali Reipublicæ, *Capit. quod ſicut, de elect.* Paſſerin. *citat. numer.* 14. Quare attenta dicta Concordia, quod Princeps nominet quatuor, ex quibus unum eligere teneretur Capitulum, excluditur quidditas electionis canonicæ, conſiſtens in libertate eligentium, eligendi quem putaverint dignum ex quibuſcumque capacibus, *Cap. cum terra, cap. quod ſicut, & capit. ſacroſancta, de elect.* Unde extranei ſunt in dicto caſu, termini electionis canonicæ, prout forma electionis à Jure præſcripta in illa, & confirmatio electionis; quia dictus actus non eſt canonica electio.

Prout neque dici valet *Ad ſupplicationem Regis* proviſio, quia Rex non nominat, ſeù ſupplicat pro perſona ſibi beneviſa, ſicuti evenit in aliis Eccleſiis, quæ providentur ad ejus ſupplicationem; ſed promovendus; juxta dictam Concordiam, debet nominari à Capitulo, ex quatuor eidem à Rege nominatis. Unde credebam non eſſe propoſitionem faciendam, neque juxta terminos canonicæ electionis factæ, neque ad ſupplicationem Regis, ſed fieri debere juxta veritatem facti quod ſcilicet prævio actu ad formam Concordiæ, perſona nominata à Capitulo, ad ſupplicationem Regis in Conſiſtorio per Papam admittatur.

Hinc ut maturiùs dicta controverſia, dilata in Congregatione Conſiſtoriali cognoſci valeret, fuit deputata per Summum Pontificem, Congregatio particularis trium S. R. E. Cardinalium ejuſdem Congregationis, nec non Secretarii, & ſub die 31. Auguſti 1724. emanavit ſequens reſolutio: *Proponendam eſſe Eccleſiam ſi Sanctiſſimo placuerit cum ſequenti expreſſione: Ad ſupplicationem Sereniſſimi Regi Poloniæ, prævio actu Capitulari Canonicorum dictæ Eccleſiæ, facto ad formam Concordiæ initæ anno 1512. die 8. Decembris inter Sigiſmundum Regem, & Epiſcopum Vvarmienſem à Sede Apoſtolica confirmata, & hactenus obſervata.*

Concordata rurſus habent locum in Helvetia, Rota *in Virdunen. Abbatiæ* 3. *Aprilis* 1702. *§. hinc tranſeundo, coram Molines.* Et in Collegiata di Nivelles, in Diœceſi Namurcenſi: Zypæus *libr.* 3. *conſ.* 3. *&* 5. *de præben.* Nicolarts *dict. titul.* 3. *dub.* 1. *§.* 2. Vvames *conſ.* 33. *numer.* 13. *libr.* 1. Prout vim habent dicta Concordata, quod ad proviſionem Beneficiorum, in Eccleſia Cameracenſi, poſita in inferiori parte Germaniæ, ſeu in Hannonia, & Gallia Belgica, eſtque Metropolis vulgo *Cambray*; & Concordata obſervat uſque à tempore Caroli V. ut notat Vaneſpen. *in Jus Canon. par.* 1. *tit.* 13. *numer.* 14. *de elect.*

Digitized by Google

de elect. & nominat. Epiſcop. Nicolarts *citat. titul.* 3. §. 5. Vvames *conſ. can. tom.* 1. *conſil.* 33. *numer.* 13. Zypæus *citat. libr.* 3. *conſ.* 3. *de Preben.* Rot. *deciſ.* 1126. *numer.* 8. *coram Emerix Jun.* Quia verò Diœceſis illa comprehendit loca Germaniæ, Galliæ, & Hannoniæ, ideò in primis ſervari debere Concordata iſta, in ſecundis Concordata Galliæ, & in tertiis regulas Cancellariæ, notant Zypæus *libr. tertio, conſil. canon.* 6. *numer.* 8. *in fin.* & diſtinguit Vvames *conſ.* 255. *numer.* 10. *verſic. quæ iterum*; & Rota *in Virdunen. Abbatiæ* 3. *Aprilis* 1702. *coram Molines*, ſic dixit: *In ea parte Diœceſis Cameracenſis, in qua vigent Concordata Germaniæ*; In electione tamen Archiepiſcopi non habent locum Concordata; ita ut Sedes Apoſtolica rejecerit electionem factam à Capitulo; ſed anno 1695. Innocent. Papa XII. conceſſit Regi Chriſtianiſſimo facultatem nominandi Archiepiſcopum; prout in caſu ſolet gratia iſta præſentationis à Regibus peti, & concedere ſolent alii Summi Pontifices.

8 In Diœceſi Leodienſi, quæ Civitas poſita eſt in Belgio ad dexteram Moſæ, etiam habere locum iſta Concordata dixit Rot. *deciſ.* 510. *numer.* 7. *coram Seraphin. deciſ.* 100. *numer.* 20. *coram Martino Andrea, & in Bulla Julii Papæ III. apud Nicolarts, citat. pagin.* 183. quidquid ſit an Concordata hujuſmodi Civitatem, & Diœceſim Leodienſem comprehendant, vel ad eam extenſa ſint. Cæterùm id procedit in locis exiſtentibus ſub Imperio, & Germanica Natione, non autem in non ſubjectis, etſi ſint in dicta Diœceſi. Vvames *citat. conſil.* 225. *numer.* 10. & 259. *numer.* 3. Zypæus *cit. conſil.* 3. 5. & 6. *titul. de preben.* Verumtamen eſt, quod Diœceſis Leodinenſis ex ſpecialibus Indultis Eugenii IV. Pii II. Sixti IV. Clementis VIII. & Pauli V. gaudet favorabilioribus gratiis, & privilegiis, ita nuncupatis, ut in forma ſupplicationis apud Amyden. *de ſtylo Datar. cap.* 15. §. 6. *numer.* 24. & notat Matta *de cauſis Conſiſtorial. ſection.* 19. §. 3. *numer.* 54. & in Bullis proviſionum exprimitur *ex privilegiis Apoſtolicis, quibus hactenus non fuit derogatum*. De quibus privilegiis ſpecialibus, ac de iſtis Leodienſibus indultis, favorabilioribus Concordatis meminerunt Cochier. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 11. *num.* 3. Nicolarts *cit.* §. 13. 14. & 15. *ubi adducuntur Bullæ*, Rot. *dec.* 1096. *nu.* 6. *coram Coccin.*

9 Similiter Biſuntini, vulgo di Biſanzone prætendunt ſubdi Concordatis iſtis. Pignatell. *conſ.* 130. *numer.* 15. & *ſequent. tom.* 10. Sed cùm dicta Civitas poſita ſit in Gallia Celtica, Sedes Apoſtolica id non admiſit; proindè nec electionem Capituli, quo ad Antiſtites dictæ Eccleſiæ; prout reſolvit Congregatio Conſiſtorialis, ex rationibus adductis in voto Cardinalis Corradi 16. Julii 1657. Sed ex Indulto etiam Innocent. Papæ XII. Ann. 1698. fuit conceſſa nominatio Regi Chriſtianiſſimo. Et quo ad Canonicatus, & Beneficia, Dataria ea confert in menſibus reſervatis, juxta regulas Cancellariæ; & aliquando Archiepiſcopi expediverunt alternativam, ut teſtatur in voto *cit.* Card. Corradus §. *ad cujus*.

10 Utitur quoque Concordatis Civitas, ſeù Eccleſia Virdunenſis, vulgariter appellata *Verdum*, quæ licèt poſita ſit in Lotharingia, & ſic extra Germaniam, ſubeſt tamen Metropolitanæ Eccleſiæ Trevirenſi, quæ ſita eſt intra fines Germaniæ; & ex hac ratione Leo X. extendit hujuſmodi Concordata ad memoratam Eccleſiam Virdunenſem, in omnibus, & per omnia, ac ſi eſſet in Germania, Puteus *libr.* 1. *deciſ.* 45. *ante numer.* 1. & Rot. *dec.* 840. *in princip. part.* 3. *lib.* 3. *diverſor.* Hujuſmodi autem extenſionem non fuiſſe ſimpliciter factam; ſed dumtaxat ad favorem Capituli, quo ad alternativam menſium tantùm Rot. *deciſ.* 100. *coram Martino Andrea dec.* 2245. *n.* 31. & 2252. *n.* 3. *cor. Coccin.* & *deciſ.* 510. *numer.* 5. *coram Seraphin.* & *deciſ.* 840. *part.* 3. *libr.* 3. *diverſor. in princip.* quam tamen extenſionem conceſſit Papa non per viam contractus, ſed ad partis ſupplicationem, & ſic conceſſio illa facta Capitulo hujus Eccleſiæ Virdunenſis, reducitur ad merum privilegium, ut benè firmant *citat. deciſ.* 100. *coram Martino Andrea, deciſ.* 510. *numer.* 1. *coram Seraphin.* Sic quoque Eccleſia Meten, vulgo dicta *Metz*, pariter poſita in Lotharingia, & eidem Archiepiſcopo Trevirenſi ſubjecta, ex literis Nicolai V. ſub Anno 1453. gaudet quoque Concordatis per viam extenſionis, ut aſſerit Rota *deciſ.* 230. *ſub numer.* 3. *coram Cavaler.* & *deciſ.* 43. *numer.* 19. *coram Dunozett.* Similis extenſio facta fuiſſe dicitur ad favorem Capituli Tullen, vulgò *Toul*, per Paulum Pap. III. anno 1544. quinto Non. Julii.

Partitio menſium ſervatur in præſenti, cum iſta tamen variatione; ut in parte ſubdita Regi Galliarum, Rex Chriſtianiſſimus obtinuerit Indultum à Clemente IX. nominandi in Territoriis ſuæ dirionis. & dominio temporali, de tempore dicti Indulti ſubjectis dumtaxat, cum aliquibus limitationibus, & præſertim excipiuntur Parochiales: & alia beneficia, quibus eſt annexa Cura Animarum. Et licèt juxta dictam extenſionem, reſtrictam ad alternativam menſium tantùm, & proindè non potuiſſe Capitulum Virdunenſe eligere Epiſcopum juxta Concordata, innuit Rota *in Virdunen. electionis Epiſcopat.* 15. *Octobris*, & 15. *Novembris* 1593. *coram Cardinal. Pamphilio*; nec habuiſſe locum Concordata Germaniæ in Epiſcopatibus Tullen, Virdunen, & Meten, Cardinal. de Oſſat *latè ep.* 305. & refert Thomaſin. *de Benefic. part.* 2. *libr.* 2. *capit.* 40. *numer.* 9. tamen in vim Indulti Alexandri VII. ſub die 11. Decembris 1664. obtinuit Rex Galliarum ad ejus vitam, nominationem in dictis Epiſcopatibus. De quibus Indultis apud Doctores Gallos præſertim Pinſon. *Des Regales, tom.* 2. *pagin.* 1020. & 1023. Quod Indultum fuit deindè conceſſum etiam Succeſſoribus Regibus. In ea verò parte Diœceſis, quæ ſubdita eſt Duci Lotharingiæ, Monachi non poſſunt eligere Abbates, juxta diſpoſitionem Concordatorum, ſed ceſſante aliquo particulari privilegio Apoſtolico, Abbatiæ providentur à S. Sede in vim Regulæ 2. Cancellariæ, Rota *in Virdunen. Abbatiæ* 26. *Junii* 1699. & 2. *Julii* 1701. & 3. *April.* 1702. *coram Molines*, ubi *in* §. *curet* fit mentio, Lotharingiam non cadere ſub Concordatis, citans dictum Thomaſinum, & *epiſt. Card. Oſſat, ac Rotam coram Pamphilio*.

Ad Eccleſiam etiam Januenſem, ſeù Genevenſem,
ut alii volunt, extenſa fuiſſe Concordata meminit 11
Geminianus *conſil.* 36. & 56. & ex iſto Tuſch. *concluſion.* 565. *litter. C.* Lotter. *de re benefic. libr.* 2. *quæſt.* 28. *numer.* 63. *in fin.* Scott. *ad Select. Pontific. conſtit. epitom.* 61. *Theorem.* 165. *in fin.* Sed non debet id intelligi de iſtis Concordatis Nicolai V. ſed antiquioribus in Concil. Conſtantienſ. editis, quæ neque habuerunt effectum; & Conſilium Geminiani dubium, & periculoſum appellavit Rota *deciſ.* 109. *numer.* 15. & *ſequent. coram D. Martino Andrea*, & demum obſervantia in cauſa, eſt contra dictum Conſilium, prætenſaque Concordata.

Univerſitas quoque Studiorum, ſeu Academia
Lovanienſis in Brabantia in Belgio, obtinet ex In- 12
dultis Pontificiis plures gratias in his proviſionibus beneficiorum, de quibus meminerunt etiam Nicolarts *in Concord. pagin.* 184. Cerr. *deciſ.* 72. *numer.* 5. & *deciſ.* 85. *numer.* 2. Merlin. *deciſ.* 139. & 891. Obtinuit ſi quidem à Sixto Quarto, Leone Decimo, Hadriano Sexto, & Gregorio Tertiodecimo jus nominandi ſemel quolibet decennio ad beneficia vacantia quovis menſe, ſi collatio ſpectaret ad Capitula, Collegia, &c. ſi autem ad Prælatum, aut alium Collatorem ſingularem, ad ea nominandi bis, durante vita cujuſque Prælati, ſeù Collatoris ſpecialis; idque in beneficiis exiſtentibus in Belgio, & Leodienſi Territorio, & redditus ducatorum ſexaginta Cameræ habentibus, imò quo ad centum, Rota

deciſ. 139. *coram Merlin.* quæ privilegia regiſtrantur in libro, cujus titulus eſt: *Privilegia nominationum Lovanienſium*, typis impreſſa anno 1665. Deindè ad conſulendum, ne continuo lites pullularent, Paulus V. immutavit formulam, quò ad Beneficia in Regione Leodienſi; ac loco nominationis, conceſſit Univerſitati jus conferendi beneficia, per obitum tantùm vacantia menſe Januarii, & Novembris in anno diſpari, ut v. grat. Anno 1617. & Novembris tantùm in anno pari, ex. grat. 1618. & ſic ſucceſſivè alternatim duobus menſibus in uno anno, & unico menſe in anno ſequenti; quod Indultum refertur in dicto libro pagin. 47. De quibus Indultis agunt Cochier. *ad Reg. 8. Cancell. glaſſ.* 11. *numer.* 32. Nicolarts *tit.* 1. *dub.* 7. §. 10. Rota *in Leodien. Beneficii* 21. *Junii* 1706. § *quo enim*, *coram Molines*, *in Leodien. Parochialis*, *ſeu Vicariæ* 25. *Junii* 1706. *coram eodem*, *confirmata* 1. *Julii* 1707. *coram D. Aldovrando*. *Leodien. Beneficii* 25. *Februarii coram Anſaldo*, & *Leodien. Canonicatus* 1. *Julii* 1709. § *quod coram Molines*, & 23. *Junii* 1710. *coram D. Criſpo*, Diſpoſuit quoque Paulus V. quòd dicta Univerſitas in prædictis beneficiis, & vacationibus tantùm, gaudeat Concordatis inter Sedem Apoſtolica, & Nationem Germanicam initis, aliiſque Juribus, quibus gaudent cæteri Collatores, exceptis Beneficiis Conciſtorialibus, ſeù in libris Cameræ taxatis; beneficiis vacatis apud Sedem, & aliis, reſervatione, ſeù affectione in corpore Juris clauſa, Sedi Apoſtolicæ reſervatis.

13 Illud verò eſt præcipuum dubium, neque adhuc in Sacræ Rotæ Auditorio definitivè explicatum, an ſcilicèt clauſulæ derogatoriæ contentæ in Regula 9. Cancellariæ inſtingant vim hujuſmodi Indultorum Lovanienſium. Et quidem licèt pro affirmativa concludere videantur *deciſ.* 891. *coram Merlino*, & *deciſ.* 72. & 85. *coram Cerro*; tamen reaſſumpta dubii diſceptatione noviſſimè in *Leodien. Canonicatus* 23. *Junii* 1710. *coram D. Criſpo*, & in alia cauſa *Leodien. Canonicatus* 19. *Januarii* 1714. *coram eodem*, latiùs firmatur, quod ex clauſulis regulæ 9. nequaquam hujuſmodi Indultis derogatum fuit; ea præcipuè adducta ratione, quod ex diſpoſitione ſan. memor. Pauli V. Univerſitas Lovanii frui debet privilegio Concordatorum Germaniæ. Cumque hæc Concordata, abſque dubio in dicta Regula excepta fuerint, etiam excepta dici debent Indulta Lovanienſia; quia etiam in memorata Leodien. ultimo loco adducta, ut certiùs hoc aſſumptum comprobetur, aſſeritur nequaquam ex mera gratia, & liberali privilegio conceſſa fuiſſe, ſed ex cauſa, ad ſedandas controverſias, & lites; quæ inter proviſos Apoſtolicos, & nominatos ab Univerſitate dietim excitabantur. Etenim ipſa Univerſitas ſibi vindicabat jus nominandi ſatis amplum, ex aſſerto Privilegio Sixti IV. Verùm enimvero non levem difficultatem ingerit animadverſio, quod ejuſmodi jus Concordatorum Lovanienſis Univerſitatis, non inſurgit per comprehenſionem, ſed per extenſionem in vim Indulti; quo caſu cum non intret ratio contractus, & comprehenſionis in Concordatis, remanet in linea privilegii; cui non eſt derogandum ſpecificè, pro ut fieri debet Concordatis, Rota *in Virdunen. deciſ.* 100. *coram Martino Andrea*, & dixi ſupra, ac plenè Remocham. *de Coadjutor. Capit.* 5. *numer.* 18. & *ſequent.* & *deciſ. poſt eum* 1. *numer.* 16. & *ſequent.* aliiſque ex rationibus diſcretivis, idem Sacræ Rotæ Auditorium, neutram ex dictis cauſis adhuc reſolvit, quod ſciam, ſed juxta laudabilem morem, ſumma maturitate procedendo, utriuſque cauſæ jura, & rationum momenta iterum examinanda cenſuit, ſub die 16. Junii 1714. cujus oraculum expectandum.

14 Sed prætendente rurſus dicta univerſitate Lovanienſi, non poſſe concedi per Sedem Apoſtolicam, Coadjutorias in Leodienſi ditione, in præjudicium collationum ad eam ſpectantium, Rota contrarium reſolvit ex rationibus adductis *in dec.* 92. *numer.* 11. *part.* 12. *recent.* unde cum Univerſitas id ægrè ferens, plura commiſerit; idcircò eam parere reluctantem, relaxatis declaratoriis, & aggravatoriis cenſurarum, cogendam dixit Rota *in dicta dec.* Hinc Clemens Papa IX. ſuſpendit dictæ Univerſitati, indultum conferendi in Diœceſi Leodienſi, ad ſuum, & S. Sedis Apoſtolicæ beneplacitum; ut ex Brevi expedito apud Sanct. Mariam Majorem 13. Septembr. 1669. A. tertio Pontificatus; & poſt aliquot annos data ab Univerſitate debita ſatisfactione, fuit relaxata dicta ſuſpenſio, ac reintegrata Univerſitas ad jus prædictum Conferendi; receptis variis limitationibus, & proviſionibus à Sede Apoſtolica; tam circa Coadjutorias, quam ſuper pleriſque exceſſibus Univerſitatis, in exercitio juris præſati, ultra indultorum conceſſionem; ut ex alio Brevi Clementis X. die 10. Octobris 1673. an. 4. Et ita fuit res ad tranquillitatem redacta: & ſic reſpectu Coadjutoriarum, ſi agatur de privilegiis Pontificiis, non requiri derogationem ſpecialem in conceſſione earum, quia ſemper præſumitur, Papam ſibi reſervaſſe jus providendi neceſſitati Eccleſiæ; requiri verò ſpecialem derogationem, in Eccleſiis, ubi vigent Concordata per viam contractus; ut derogetur conſenſui Ordinarii, ſeu Capituli, ad quæ ſpectaret proviſio; latè citat. Remocamp. *de Coadjutoriis*, *cap.* 5. *numer.* 18. & 19. & *ſequent.* & *deciſ.* 1. *poſt eum latius*, etſi Papa tali derogatione paſſim uti non ſoleat; & in Diœceſi Leodien derogatum non ſemel fuit Indultis Lovanienſibus in proviſione Coadjutoriarum; ſed ſolet haberi cenſus Ordinarii.

15 His igitur in genere prælibatis, deveniendum modò eſt ad ſingula in hac Conſtitutione, ſeù Concordatis diſpoſita. Primò operæ pretium eſt, ſermonem texere ſuper beneficiorum reſervationibus, explanare ſcilicet, quæ beneficia vigore Concordatorum, diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis reſervata fuerunt, & quæ Ordinariis, aliiſque inferioribus Collatoribus Germaniæ. Sanè diſpoſitioni ejuſdem Sedis, quamvis multifariam beneficia reſervata dicantur, eorumque reſervatio pluribus modis evenire poſſit; ut patet ex regulis Cancellariæ, & aliis Conſtitutionibus Summorum Pontificum, & præcipuè ex Conſtitutionibus *Execrabilis*, *Extravag. Joann. XXI. de prebend. & dignit. Ad regimen*, *Extravag. Com. lib.* 3. *capit.* 13. *de preben. & dignit.* quæ incorporatæ fuerunt in his Concordatis, atque modificatæ ut infra patebit; nihilominùs, ut faciliùs ejuſmodi reſervationes in Concordatis comprehenſæ, agnoſci, atque intelligi valeant, ſequentes quinque qualitates inſpiciendas propono; quarum prima eſt qualitas loci, ſecunda qualitas perſonæ, tertia qualitas vacantiæ, quarta qualitas beneficii; & demùm qualitas temporis, (ſcilicet ex menſe) quæ eſt reſervatio magis frequens. Certum autem eſt, ratione primæ qualita- 16
tis, nempè loci, omnia omninò beneficia vigore Concordatorum S. Sedis diſpoſitioni reſervata fuiſſe, & eorum Collationes, privativè quo ad alios omninò Collatores, ad Apoſtolicam Sedem ſpectare; ſuntque illa quæ apud Sedem quocumque modo vacaverint; ſuper qua ſpecialitate orta fuit dubitatio; quia cum in dictis Concordatis incluſa fuerit diſpoſitio *Extravag. ad Regimen*, *de preben.* & in iſta reſervata ſit vacatio apud Sedem, ſi non ultra duas dietas legales ab Urbe, obitus evenerit Beneficiatorum; videbatur excluſa reſervatio Officialium Romanæ Curiæ, ſi decederent ultra duas dietas, exceptis Legatis, Nunciis, Rectoribus, & Theſaurariis, quorum beneficia juxta literam dictæ Extravag. ubicumque illi obierint, antequam ad Romanam Curiam redierint, vel venerint, ſunt reſervata: unde in aliis Officialibus ſi decedant ultra duas dietas, videbatur excluſa reſervatio, ex littera dictæ Extravagan. relatæ, & inſertæ (quibuſdam tantùm aliis modificatis) in his Concordatis; quodque literalis ſit contextus dictæ Extravagantis, innovatæ in re-

gula

gula prima Cancellariæ, diſponentis circa dictos quatuor, nempè Legatos, Nuncios, Rectores, & Theſaurarios, ut obitus ubicumque, induceret reſervationem, non autem in reliquis Officialibus, in quibus requiritur obitus non ultra duas dietas, docuerunt Geminian. *conſil. 92. numer. 1. & ſeq.* Rebuff. *in addit. ad Reg. 1. Cancell. verſ. in primis poſt praxim f.* 439. Rot. *dec. 169. numer. 15. coram Priolo repetita in deciſ. 266. part. 13. recentior.* quæ eſt deciſ. in Bononien Beneficiorum, in famigerata cauſa inter Cardin. Caprara, & Marcellum Severolum, Signaturæ Juſtitiæ Decanum, ambos doctrina ſatis celebres; quod argumentum confirmabatur à Rota, quia ideò Paulus III. declaravit omnes Officiales familiares, ex eo quod antea ſi decederent ultra duas dietas, eorum beneficia non caderent ſub reſervatione, vel ſaltem de hoc poſſet dubitari, prout de facto dubitabatur; ut ex Conſtitutione illius 3. ab initio; voluit ita, ut eorum beneficia remanerent affecta reſervatione perſonali, ubicumque ſcilicet deceſſerint, Lotter. *de re beneſ. lib. 2. qu. 32. num. 59. & ſeq.* nec obſtare auctoritatem Æneæ de Falconibus *de reſerv. qu. 3. num.* 15. quia verè non videtur reiicere opinionem Geminiani.

17 Verùm diligenter veritatem intuendo, reſervatio ratione beneficiorum vacantium apud Sedem, erat inducta ante dictam Extravagan. pro vacatione in Curia, vel intra duas dietas, *Cap. 2. & Cap. præſenti de præben. in 6.* Et ſic ſervatur in praxi: cumque inducta fuerit reſervatio beneficiorum Officialium, in dicta Extravaganti ſpecificatorum, & quoad reſervationem per obitum in Curia, ſeù intra duas dietas, percutiat locum obitus, & reſervationem ratione loci; quo ad verò officiales ibi expreſſos, percutiat qualitatem muneris affixi oſſibus eorum, & ſic ubicumque deceſſerint, intrat reſervatio illa perſonalis: & licèt quoad dictos quatuor Officiales, dictum fuerit, habere locum reſervationem ubicumque deceſſerint, non intrat ratio diſcretivæ, ut id non intelligatur in reliquis; ac ideò id expreſſum fuit in dictis quatuor, quia opus fuit; cum ipſi eſſent officiales durante munere, quod exercent extra Curiam, & in redeuntibus ad Curiam ceſſat tale munus; proindeque uſquequò redierint vim habet reſervatio: optuque fuit declaratione, quæ non erat neceſſaria in Officialibus aliis ibi expreſſis, cum ſint ſemper tales, & uti tales ubicumque deceſſerint, ſubiunt reſervationi abſque difficultate; & Paulus III. non meminit in dicta Conſtitut. 3. de dubietate hujus opinionis, ut dicit Rota; ſed de dubio, an Officiales eſſent omnes familiares veri Papæ, ut in ejus contextu; cum de familiaribus Papæ inducta fuit reſervatio in Regula 4. Cancellariæ, nec continetur in Extravaganti, & ſic neque in Concordatis. Firmum itaque erit quod per Extravagan. *Ad regimen*, quo ad Officiales Curiæ, ibi expreſſos, non requiritur obitus intra duas dietas legales, ſed ſufficit qualitas Officialis, ubicumque decedat Lotter. *citat. numer.* 60. Et iſte requiritur in aliis Curialibus, vel exteris ad Curiam accedentibus, de quibus fit mentio in ſubſequenti parte Extravagantis, & in ipſa Rota in repropoſitione cauſæ *prima Junii* 1663. & 28. *Aprilis* 1664. de mandato SS. *coram Bourlemont.* dilata fuit reſolutio: & in hanc formam declaraſſe liquet Alexand. VII. contra dict. deciſionem in dicta cauſa Bononien. Beneficiorum, cum Conſtitutione particulari, edita 12. Aprilis 1666. in Bullario impreſſ. Lugdun. *la* 171. ut meminit Card. de Luca ſcribens in dicta cauſa *diſc.* 3. *numer. 3. & 8. de Ben.* ibi: *Beneficia Prothonotariorum, Scriptorum, & aliorum Officialium enumeratorum in dicta Extravaganti ad Regimen, eſſe reſervata ubicumque decedant, etiam extra Romanam Curiam, & duas dietas.* Cumque fuerit recurſum ad Signaturam gratiæ, fuit dictum, *pro Concordia*, quia agebatur de caſu præterito ante Conſtitutionem; ſed repropoſita cauſa in eadem Signatura, reſcriptum fuit, *nihil*, ut apud cit. Card. de Luc. *in ſuppl. de Ben. adn. ad diſc.* 3.

Sed nunquid per contractum Matrimonii in Urbe, dicantur Beneficia vacare apud Sedem, ſeù in Curia, 18 in terminis etiam horum Concordatorum? & videtur affirmativè dicendum; cum non ſit opus ut quis ſit Curialis, ut dicantur ejus Beneficia vacare apud Sedem, ad effectum reſervationis; ſed quòd vacatio eveniat in Curia, vel intra duas dietas, quia *Cap. 2. de Præben. in 6.* à quo primario elicitur talis reſervatio, comprehendit tàm Curiales, quàm exteros in Curia decedentes, ut ibi, Barboſ. *num. 17. & de jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 13. num.* 23. Rota *dec. 28. num. 17. & ſeq. ac per tot. & dec. 150. num. 4. & 14. part. 6. & dec. 174. num. 4. & ſeq. part. 12. recent. & deciſ. 16. num. 7. & ſeq. confirmata dec. 73. coram Benincaſa*; & in ipſa Extravagan. *Ad Regimen* fit mentio de exteris accedentibus ad Urbem, & ibi decedentibus, & de Curialibus, diſcretiva locutione; unde cum Concordata, ut dixi, præſervent reſervationes Juris, ut in initio eorum; quinimo expreſsè præſervent diſpoſitum in dicta Extravag. modificationibus aliquibus adhibitis, circa numerum Officialium; non eſt dubium, ut comprehendat etiam beneficia exterorum, licèt non Curialium, decedentium in Urbe, ut ſint reſervata. Rurſus non requiritur mors naturalis pro tali reſervatione; cum iſtius ſubjectum ſit vacatio in Curia, ſeu apud Sedem: quæ vacatio æquè provenit tàm per obitum naturalem, quàm civilem; ſivè per privationem beneficii, ut infra dicam, aut contractum Matrimonii in Urbe, ex quo ſequi amiſſionem beneficii in tali loco cautum eſt in *Cap. 3. & 5. de Cler. conjug.* Ancharan. *cit. cap. præſenti numer. 3. verſ. vel ibi uxorem ducem*, Rota *deciſ. 599. numer. 3. part. 18. to. 2. recentior. & citat. deciſ. 16. & 73. coram Benincaſa*, ubi in terminis horum Concordatorum, in quibus etiam Branden. *de Concordatis qu.* 10. Cochier. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 7. numer. 11. & 20.* In caſu privationis quoque (ut innui) locum ſibi vindicat reſervatio Franchus *cit. capit. præſenti, §. ſanè numer. 4. de Præben. in 6.* Garzias *de beneſic. part. 5. capit. 1. numer.* 73. Rubeus *ſingul.* Rota *ad idem capit. 2. part. 5. fol.* 504. Rot. *deciſ. 29. numer. 20. verſ. item videtur caſus, de præbend. in novis*: & præſertim quia verba dictæ Extravag. *Ad Regimen*, inſerta in Concordatis adſtipulantur: ibi: *Omnia beneficia quæcumque, & qualiacumque fuerint, apud Sedem Apoſtolicam quocumque modo vacantia, & vacatura*, quæ verba univerſalia, quamcumque vacationem, quæ apud Sedem eveniret, important, *gloſ. in cap. ſuſceptum v. expreſsè*, Ancharan. *numer. 2. verſ. ut ergo*, Franc. *numer. 9. de reſcript. in 6.* Felin. *cap. ad petitionem num. 1. de accuſation.* Pariſ. *de reſign. l. 1. quæſtion. 4. numer. 53. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 1. de reſerv. in novis*; ubi de contractu Matrimonii, & in terminis dictæ Extravag. *Ad Regimen dec. 42. num. 11. 16. & 17. cor. Comitulo, dec. 1321. n. 20. & 21. & dec. 1451. nu. 3. & 4. cor. Pœnia impreſ. Lugdun.*

Nec obſtat, quod dicta verba reſtringi debeant ad vacationem apud Sedem per obitum, eò ducta ratione; quòd cum per decretalem Clemen. IV. relatam *in cap. 2. de Præb. in 6.* (juxta etiam antiquam conſuetudinem,) beneficia vacantia apud Sedem, ſeu in curia, reſervationi ſubjacere ſtatutum fuerit, & deindè cum *in cap. præſenti 34. eodem titul.* declarati fuerint caſus vacationis apud Sedem, ac unius tantùm obitus mentio habeatur, videtur omnis vacatio apud Sedem, reſtringi ad obitum naturalem, ibi expreſſum, ut videntur aſſerere Æneas de Falconib. *de reſervat. quæſt. 2. princip. numer.* 13. Covarr. *practic. quæſt. cap. 36. numer. 4. §. cæterum*, Gomez *ad regul. Cancell. de triennal. poſſ. quæſt. 31. num.* 5. Cochier. *citat. gloſſ. 6. numer.* 6. & penes eum antiquus Gloſſator *ad regul. 33. alias 35. numer. 4. & ad reg. 62. numer.* 12. Corrad. *in prax. Beneſ. lib. 5. cap. 1. numer. 59. verſ. ego tamen*, Lotter. *de re beneſic. lib. 2.*

quæſt.

quæſt. 28. *numer.* 28. 32. 69. & 72. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 57. *numer.* 22. & *ſeqq. part.* 3. Rota *deciſ.* 9. *de Conceſ. preben. in antiq. deciſ.* 264. *n.* 3. *p.* 9. *recent.* & *citat. dec.* 73. *numer.* 4. & 5. *coram Benincaſa*.

Nam quidquid ſit de iſta inductione, pro qua inſurgit difficultas ex eo, quod poſita generaliter contenta in dicto *cap.* 2. in verbo *vacationis apud Sedem*, comprehendere valente quemcumque modum vacationis, vel per obitum, vel per privationem; videtur in *Cap. præſenti* demonſtrativè tantùm, (explicando varios caſus obitus, in quibus cadebat dubietas) de obitu ſolùm habita fuiſſe mentio, ut docent Roman. *conſ.* 342. *numer.* 2. Vvamex *conſ.* 249. *numer.* 3. & *ſeq. tom.* 1. Parii. *de reſign. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 54. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſs.* 51. *numer.* 32. & 33. Garz. *de beneſ. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 73. Rot. *dec.* 29. *num.* 2. *in novis, dec.* 122. *n.* 3. *cor. ſan. mem. Alex. VIII. dec.* 200. *n.* 5. & *dec.* 247. *n.* 2. *par.* 16. *rec.* & *alii apud cit. dec.* 73. *n.* 7. *cor. Benincaſa*.

Hoc certiùs tamen eſt, quod in vim Extravag. *Ad regimen*, ſumitur lato modo vacatio, etiam in caſu obitus civilis; cum idem videatur dicendum de vacatione in Curia, quæ importat materialem obitum in loco; ac vacatione apud Sedem, quæ importat formalitatem vacationis, quocumque modo ſit, apud Sedem; & ſic etiam per mortem civilem, ut ultra citatos ſupra, docent Gonzal. *ſuper Reg.* 8. *Cancell. in proœm.* §. 5. *numer.* 26. Monet. *de option. capit.* 3. *quæſt.* 13. *numer.* 17. & 52. Coccin. *in annotatione* 315. *numer.* 5. & *ſequent.* & 29. 37. & 38. *deciſ.* 83. *coram Ubald.* & *deciſ.* 599. *numer.* 2. *ad* 8. ubi de obſervantia Datariæ, *part.* 18. *recent.* & in *citat. deciſ. coram Benincaſa*, *præſertim* 73. *numer.* 8, Et videtur citat. Extravagan. ampliativè, & declarativè emanata ad jam diſpoſita in citat. textib. Lotter. *citat. libr.* 2. *quæſt.* 27. *numer.* 30. *ad* 44. & *in citat. dec.* 73. *numer.* 11. & 12. ubi quod ſuperfluum fuiſſet, in hiſce Concordatis apponere diſpoſitionem Extravagan. prædictæ *Ad regimen*; ſi vacatio apud Sedem, in iſta expreſſa, importaret idem ac diſpoſita in dictis decretalibus; cum jam in initio Concordatorum præſerventur diſpoſita in illis; circa reſervationes in Jure contentas; ſicque dicendum, aliquam majorem latitudinem vacationis apud Sedem, fuiſſe inductam per Extravagantem prædictam, in Concordatis inſertam, quam per obitum naturalem in dictis decretalibus contentum; ſicque vacatio apud Sedem dici debet ſumpta, quocumque modo eveniat, ſivè per ceſſum, ſivè per deceſſum, ſivè privationem, de qua iterum infra redibit ſermo; & in terminis decreti Papæ, quod Beneficium ab aliquo obtentum vacet eo ipſo, ita ut ad ſolum Papam pertineat diſpoſitio, cùm inducatur vacatio apud Sedem, ita ut non intrent indulta Leodienſia, ad inſtar Concordatorum conceſſa, dicit Rot. *deciſ.* 200. & *deciſ.* 247. *part.* 16. *recentior.* & in terminis vacationis per Matrimonium in menſe Apoſtolico, in vim Concordatorum, ſpectare proviſionem ad Papam, Rot. *deciſ.* 468. *numer.* 6. & *ſequent. part.* 19. *tomo* 2. *recentiorum*.

20 Ratione ſecundæ qualitatis, (nempè perſonæ) in his Concordatis reſervantur Sedi Apoſtolicæ omnia, & quæcumque beneficia vacantia per obitum, quocumque modo ſequutum, S. R. E. Cardinalium, & infra enumerandorum Officialium Apoſtolicæ Sedis; adeò ut eorum Collatio, privativè quo ad alios omninò Collatores, ſemper, omnique tempore ad Sum. Romanum Pontificem ſpectet; etiam ſi vacatio hujuſmodi beneficiorum, & aliorum in Concordatis reſervatorum, eveniret de tempore Sedis Apoſtolicæ vacantis: quinimò nec tunc Sacrum Cardinalium Collegium, illorum conferendorum poſſet ſibi facultatem aſſerere; ut notat Fagnan. *in capit. cum olim*, *num.* 30. *de major.* & *obedient.* Pinſon. *de beneſic.* §. 9. *numer.* 14. Rebuff. *ad Concor. Galliæ*, §. 1. Rota *in Auguſtana Canonicatus* 12. *Januarii* 1703. *coram Molines* (exceptis Parochialibus) nec Ordinarii Germani habent tale jus; quia obſtant regulæ Cancellariæ; quæ licèt expirent morte Papæ, tamen in hoc caſu vim habent; ratio eſt, quia reſervatio hujuſmodi, non inducitur in actu obitus Beneficiati, per quem evenit vacatio, tempore Sedis Apoſtolicæ vacantis, (quo tempore locum utique haud habent regulæ Cancellariæ,) ſed reſervatio jam anteà erat præfixa, & inducta uſque à principio, ac eo ipſo quo Beneficiatus fuit familiaris, Officialis Sedis Apoſtolicæ, &c. & ſic ante obitum Papæ; & eo tempore, quo regulæ Cancellariæ locum ſibi vindicabant; proindè ſit, quod reſervationes tunc inductæ (ideſt tempore quo regulæ vigebant) non ceſſant per mortem Papæ; ſed intrat regula illa, quod Beneficium ſemel affectum, ſemper remanet affectum, ut docent Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *poſt numer.* 63. *verſ. finem*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 5. *proœmial. numer.* 85. & *ſequentibus*; Verùm quidquid ſit de hujuſmodi ratione; in Beneficiis Germaniæ, eiſdem Ordinariis, & aliis inferioribus Collatoribus, nullum dubium eſt, quin etiam obſtent Concordata, ne dum in reſervatione Beneficiorum vacantium, per obitum S. R. E. Cardinalium, & Officialium inferius dicendorum, ſed etiam in omnibus reſervationibus, favore Apoſtolicæ Sedis, in Concordatis incluſis, ut clariùs alibi dicam; ſivè vacatio hujuſmodi beneficiorum eveniat tempore, quo vacat Sedes prædicta, ſivè ante vacationem ejuſdem Sedis; nam per ſupervenientem vacationem Sanctæ Sedis, adhuc beneficia ſic vacantia, minimè Ordinarii Germani conferre valent. Ratio eſt, quia ex quo Concordata vim pacti, & contractus habent, ut inita inter ipſam S. Sedem, & inclytam Nationem Germanicam, quemadmodum Apoſtolica Sedes numquam moritur; ita in vacatione ejuſdem S. Sedis, Concordata non evaneſcunt, ſed perpetuò durare debent, juxta eorum naturam, & diſpoſitionem, ut notat ad differentiam regularum Cancellariæ, Barboſ. *loc. citat. numer.* 63. *in princip.* ac firmat Nicolarts *tom.* 1. *dub.* 8. §. 4. Cochier. *in comment. regul. Cancell. in proœm. numer.* 21. Rot. *deciſ.* 185. *numer.* 3. & *ſequent.* & 215. *numer.* 4. & *ſequent. part.* 17. *rec.*

Dum tamen agitur de reſervatione Beneficiorum Cardinalium, expreſſa tam in dicta Extravaganti *ad Regimen*, innovata per regulam primam Cancellariæ, quàm in hiſce Concordatis, ut proviſio illorum ſpectet omninò ad Sedem Apoſtolicam Hieronym. Paul. *ad praxim Cancellariæ*, §. *de beneſic. generaliter reſervat. verſic. item beneficia Cardinalium*, Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloſs.* 51. *numer.* 6. Cochier. *ad dict. regul. primam*, *numer.* 13. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *capit.* 13. *numer.* 45. Tondut. *reſolut. Beneſic. part.* 2. *cap.* 3. §. 5. *numer.* 1. Rota *deciſ.* 29. *numer.* 11. poſt Novar. *in Summ. Bullar.* & *deciſ.* 382. *numer.* 9. *part.* 17. *recentior.* occurrit diſputatio, an ſi ex vi Indulti, quod habent S. R. E. Cardinales, conferendi Beneficia reſervata Sedi Apoſtolicæ in eorum Epiſcopatibus, poſſit hujuſmodi Indultarii providere Beneficia vacantia per obitum Cardinalium: & poſſet dici quod valeant providere ea ex vi Indultorum Germon. *de Indult. Cardinalium*, §. *Præterquam*, *numer.* 3. & 7. Maſſobr. *in praxi concurſus*, *dub.* 12. *ſub lit. de Indulto Cardinalium*, §. *præterquam*, *numer.* 7. & §. *etiam ex eo*, *numer.* 4. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſs.* 24. *numer.* 75. Borrell. *in Summa deciſionum*, *de beneſic. Collect. numer.* 392. & Rota *deciſ.* 3. *de privileg. coram Creſcentio*, ex multiplici ratione; primò, quia Cardinales non ſunt familiares Papæ, cumque in Indultis excipiantur iſtorum beneficia, non videntur excepta beneficia Cardinalium, quia non ſunt Papæ familiares; ſecundò quia Indulta hujuſmodi nihil de novo conferunt, ſed removent obſtacula; unde Indultarii poſſunt conferre omnia beneficia Jure primævo, quo certum eſt potuiſſe conferre beneficia, vacantia per 21

obitum

Digitized by Google

quorum quotumcumque etiam Cardinalium ; & tertiò quòd Indulta hujuſmodi ſint latè interpretanda ; cumque in iſtis fiat mentio Beneficiorum vacantium per obitum Officialium, iſtorum mentio includit Cardinales, ſaltem lato modo ſumpta.

Verùm contrarium reſolvit Rota Magiſtraliter in *Corduben. Beneficiorum 18. Februarii 1704. coram*
22 *Molines*, & 12. *Decembris ejuſdem anni*, *coram Omanna* cum ſucceſſiva canonizatione Signaturæ Juſtitiæ, prævia Clauſula, *ſine præjudicio* : quarum deciſionum caſus erat, quod Cardinalis de Salazar Epiſcopus Cordubenſis, (habens proindè Indultum Cardinalium conferendi Beneficia reſervata) providit quædam Beneficia vacantia in ſua Diœceſi, per obitum Cardinalis de Aquillar; cumque de iis, proviſus etiam fuiſſet per Sedem Apoſtolicam alter Clericus ; diſputatum fuit in Rota, an hujuſmodi litteræ Apoſtolicæ eſſent exequendæ, & affirmativè fuit reſolutum ; motiva enim fuerunt, quod dictus Cardinalis Epiſcopus contulerat, non tamquam Indultarius, ſed tamquam Ordinarius, ex pluribus conjecturis ibi cumulatis ; præſertim quia vacatio evenerat in menſe Ordinarii ; nec in proviſione facta, aderat decretum, quòd proviſus intra ſpatium octo menſium, in vim nominationis Indultatarii, obtinere deberet litteras Apoſtolicas (prout intra dictum tempus limitatum quoad proviſiones ultra montes, impetrari præcipitur in Indultis, quæ Cardinalibus conceduntur) Germon. *de Indult. Cardinal. fol.* 515. §. *volumus*, & §. *cæterùm*, Rota *deciſ.* 444. *numer.* 34. *part.* 5. *recentiorum*, *tom.* 2. Tales verò literas proviſus non obtinuit : quibus non adimpletis, proviſiones ſunt nullius valoris Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloſs.* 15. *numer.* 109. Rota *deciſ.* 18. *coram Creſcentio*, *de præben.* & *deciſ.* 440. *numer.* 13. *part.* 4. *tom.* 2. *recentiorum*, & *latè in prima citat. deciſ. Corduben.* §. *ſivè certiùs* ; proindè vel ex præſcriptis dici debet, Cardinalem contuliſſe Beneficia Jure Ordinario, & non Indultatario, prout in dubio dici debet ; Germon. *citat.* §. *Volumus*, *numer. quinto*, & *ſexto*, Tondut. *reſolut. Benefic. parte* 2. *capit. tertio*, §. *quinto*, *numer.* 20. *in fin.* vel quòd proviſiones factæ in vim Indulti fuerint irritæ.

23 Attamen etiam in articulo principali, Cardinalis Epiſcopus Indultatarius, non poſſet providere beneficia vacantia per obitum S. R. E. Cardinalium; cum hæc non compræhendantur ſub modernis Indultis, quæ Cardinalibus conceduntur; primò quia Cardinales nedum nequeunt conferre, ex vi Indulti, Beneficia vacantia familiarium Papæ, ſed etiam ex *Conſtitut.* 19. *Gregorii XIV.* & *Conſtitut.* 58. *Pauli V.* neque poſſunt conferre Beneficia familiarium alterius Cardinalis Lotter. *de re benefic. libr.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 93. Coccin. *annotat.* 40. *per tot.* & *deciſ.* 1632. *numer.* 38. *ad fin. coram eodem*, & *deciſ.* 28. *numer.* 2. & 32. poſt Novat. *in Summ. Bullar.* Sicque maximum abſurdum eſſet, quod Papa Indulto concedere dicatur majus, quod eſt conferre Beneficia Cardinalium, & denegare minùs, quod eſt conferre Beneficia familiarium Cardinalium, ut perpendit Cardinalis de Luca *diſcurſ.* 103. *numer.* 4. *de Beneficiis*; *Julius III. anno* 1553. decreto impreſſo poſt regulas Cancellariæ, ab ipſo editas, declaravit Beneficia Cardinalium compræhendi ſub reſervatione Beneficiorum, vacantium per obitum familiarium, & continuorum Papæ commenſalium, ex ea ratione, quod eorumdem Cardinalium opera, præ cæteris familiariſſimè Papa utitur, & propterea majorem eſſe rationem reſervationis Beneficiorum Cardinalium, quàm eorumdem familiarium : & licèt Cardinales non veniant ſub nuncupatione Officialium Papæ, poſſunt venire ſub nuncupatione familiarium ; ut proſequitur citata Rota §. *Omnium*, & ſic ceſſat primum fundamentum deciſionis Creſcentii ; quia talis dubietas forſan tunc exiſtens, ſublata fuit per dictum *Julium III.* qui declaravit, Cardinales eſſe familiares Papæ, ad hunc præciſum effectum.

Secundò, quod poſt emanatam *Conſtitutionem* 59. 24
Urbani VIII. Cardinales Indultatarii conferre dicuntur Jure delegato Papæ ; etſi priùs vigeret opinio, quòd per Indulta removerentur ſolùm obſtacula reſervationum, Cardinal. de Luc. *diſcurſ.* 1. *numer.* 36. & 37. *de Benefic.* & *in ſumma numer.* 32. Amyden. *de ſtyl. Datar. libr.* 1. *cap.* 29. *numer.* 53. De Luca *ad Ventrigl. tom.* 2. *adnotat.* 2. §. 1. *numer.* 10. *in fin.* Rota *deciſ.* 483. *numer.* 7. *coram Dunozett. Jun. deciſ.* 329. *numer.* 12. *part.* 9. *recentior.* Sicque Cardinales Indultatarii non poſſunt conferre, niſi Jure delegato, & ſic reſtricto ad res, & perſonas in delegatione compræhenſas Rota *deciſ.* 14. *numer.* 18. poſt Novarr. *in Summ. Bullar.* & *deciſ.* 518. *numer.* 15. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* nec Cardinales compræhendi poſſunt ſub nomine Officialium Papæ, & Sedis Apoſtolicæ, quorum Beneficia in Indulto conceduntur, quia ibi ſpecificantur Officiales, & quamvis ſubdatur Clauſula generalis, *ſeu quicumque alii dictæ Curiæ*, & *Sedis Officiales* ; tamen non poteſt extendi ad Cardinales, tam præeminentis qualitatis ; ſed ad alios Officiales ejuſdem notæ, ſpecificatos ; imò videtur in *Extravagan. ad regimen*, & in his Concordatis, facta ſpecificatio Cardinalium, & deinde aliorum Officialium, prout in Indultis, quæ ſpecialiter conceduntur Cardinalibus nepotibus, expreſsè fit mentio de dd. Cardinalibus, quia uberius iis Indultum concedi ſolet ; proindéque elicitur, illos non compræhendi ſub generalitate verborum, *Officialium Papæ*, *ſeu Sedis*, Rot. *deciſ.* 599. *numer.* 9. *part.* 18. & latè *in prima dicta. deciſ. Corduben.* §. *Non refragante* ; ex quibus eruitur ſecundum argumentum deciſionis Creſcentii, imò etiam tertium, quod extendere Indultum ad Cardinales, non eſſet interpretari favorabiliter illud, ſed extendere ad perſonas non compræhenſas.

Poſt Cardinales fit mentio in Concordatis Officia-
lium Sedis, quorum Beneficia reſervata remanent ; 25
quo loco advertendum eſt, in Bullario duos errores Typographi irrepſiſſe. Primò, quia poſt verba *per obitum Cardinalium ejuſdem Eccleſiæ Romanæ*, *aut* : deficiunt verba ſequentia : *Officialium d. Sedis quamdiù* : & deindè ſequuntur verba *Officia actualiter tenebunt*, prout hoc modo exprimitur in Bulla Concordatorum, relata per extenſum à Branden. & Nicolaus *de Concordatis*, necnon Pax. Jordan. *lib.* 10. *tit.* 2. *numer.* 66. Secundus error eſt, quod appoſita fuit parentheſis ante verba *videlicet Vicecancellarii*, uſque ad verbum *Deſcriptorum* : quæ parentheſis non adeſt in Originali regiſtro Archivii Secreti Vaticani; & verè in Bullis ſtylus eſt, non apponendi virgulas, nec puncta, nec diphtongos, nec parentheſes : quæ parentheſis appoſita in Bullario reddit obſcurum ſenſum in pluribus, ut dicam. Ulterius præmittendum eſt, quòd in Concordatis apponitur diſpoſitio, citatæ Extravagantis *Ad Regimen* ; ibi inſertæ ; ſed modificatis pluribus, ut innuitur in initio Concordatorum, & hujus Bullæ; & notavit Pirringh. *in Jus Canon. tom.* 3. *tit.* 5. *de præbend. num.* 357. Vvagnarech. *ad eumdem tit. pag.* 508.

His prænotatis ; poſt R. E. Cardinales, ut dixi- 26
mus, mentio fit in Concordatis, & in citata Extravaganti, Officialium Sedis Apoſtolicæ ; ut eorum Beneficia reſervata remaneant. Verùm dum ea dictorum Officialium mentio habetur in Concordatis, certus numerus in aliquibus Officialibus præſcribitur, cùm in Extravaganti indefinitus numerus, quoad omnes ponitur. Hinc numerantur in Concordatis Beneficia Vicecancellarii, Camerarii, ſeptem Notariorum, Auditoris Literarum Contradictarum, Auditoris Cauſarum Apoſtolici Palatii, Collectorum, centum & unum Scriptorum Litterarum Apoſtolicarum, & viginti quatuor Pœnitentiariæ, & 25. Abbreviatorum, necnon verè commenſalium Papæ, & aliorum

rum

rum 24. Cappellanorum Sedis Apoſtolicæ, in epitaphio deſcriptorum, & etiam Beneficia quorumcumque Legatorum, ſeù Collectorum, & in Terris Romanæ Eccleſiæ Rectorum, Theſaurariorum deputatorum, ſeù miſſorum hactenus, vel deputandorum, nunc vacantia, & in antea vacatura, ubicumque dictos Legatos, Collectores, ſeu Rectores, & Theſaurarios, antequam ad Romanam Curiam redierint, ſeù venerint, rebus eximi contigerit ab humanis.

Additur quoque in Concordatis, quod deficit in Extravaganti, *quamdiu Officia prædicta actualiter tenebunt*, ut ſupra dixi; quæ verba important neceſſitatem ſolùm, quod tempore vacationis Officia reti-
27 nuerint; non autem requiritur, quod Officia actu exercuerint; quod diſputatur in terminis regulæ 5. Cancellariæ de Subcollectoribus, ſuper quibus prædictis verbis: *quamdiu Officia actualiter tenuerint*: dubitatum fuit an etiam qualificent perſonas Commenſalium, ex dubitandi ratione, quia Commenſales ſunt incluſi in parentheſi, ſub eadem conditione: *quamdiu Officia actualiter exercebunt*: de quo articulo egit Rota *in Monaſterien. Præpoſituræ 26. Junii* 1702. *coram Domino Anſaldo*, in qua deciſione dicitur, formulam Concordatorum eſſe ab alto involutam; licèt ſuperficialiter tantùm, fuit ibi dictum dubium indicatum, pro excludenda calumnia oppoſita ſubrogato, non definiendi cauſa quæſtionem principalem.

Ad rem quoque hujus perſonalis reſervationis, du-
18 bitari poteſt an comprehendat omnes Prothonotarios; cum in Concordatis fiat tantùm mentio de ſeptem Notariis, quos Sixtus V. in ſua *Conſtitut.* 12. *tom.* 2. *Bullar.* ad numerum duodenarium ampliavit, & ſic dubitari poſſit, an iſte quinarius numerus adauctus, ſit comprehenſus, in Concordatorum præjudicium, ſub reſervationibus Apoſtolicis; & ſanè videtur comprehendi juxta aliquos; quia hujuſmodi Notarii adaucti, Prothonotarii participantes dicti (etſi in Bullis Apoſtolicis à Summis Pontificibus Notarii S. Sedis appellentur) ſunt veri familiares Papæ, & Sixtus V. iſtos quinque creando, ſimiles omninò in omnibus, primis ſeptem eſſe voluit, adeòut nulla penitùs inter illos vera occurreret differentia: & demum ſupponitur, ita ferre obſervantiam. Verùm contra prædicta urget; quòd Papa in Concordatis voluit modificare diſpoſitionem Extravagantis *ad Regimen*, indiſtinctè de Prothonotariis abſque numero agens, & tantùm diſponere, quæ litteraliter contenta ſunt in illis; ac proinde nequit fieri illatio de numero ſeptenario in Concordatis expreſſo, ad adauctum, cum videatur taxatus numerus ad hunc præciſum effectum, nec conſtet de obſervantia, quia caſus facilè evenire non poteſt, cum Germani Prothonotariatus iſtos obtinere non ſoleant: nec familiaritas à Sixto invecta, inducit veram Commenſalitatem, quæ in Concordatis exprimitur, quia eorum familiaritas eſt privilegiativa, non autem ex mente, & dente, nec poteſt præjudicare Concordatis, cum habeat tantùm panem honoris; ſicque videntur Prothonotarii non participantes, à Papa creati, etiam declarati familiares in *Conſtitutione* 3. *Pauli III.* tamen non comprehenduntur ſub Concordatis, ut mox dicam, & perinde in caſus occurrentia, qui ut dixi non facilè eveniet, tunc ſtrictiùs eſt indaganda veritas.

29 Cum autem ultra duodecim Prothonotarios participantes, adſint alii non participantes ſimplices, honorariique appellati, qui nedum per Summos Pontifices, ſed etiam per alios auctoritate Apoſtolica ſuffultos, creantur, ut indicat Cardin. de Luca *in relat. Roman. Cur. diſcurſ. 44. numer.* 2. cumque de iſtis non participantibus, nullam penitùs explicitam mentionem, habitam fuiſſe in Concordatis perhibeatur; etſi implicitè videantur in illis comprehenſi ex citat. Conſtitutione III. Pauli III. qua cavetur, hujuſmodi Prothonotarios non participantes, etſi fictos, tamen cenſeri, & reputari veros, ac continuos Commenſales, de quibus, ut dixi, expreſſa mentio in Concordatis habita fuit; propterea iterum dubitari contingit, an ſub reſervatione Apoſtolica, in eiſdem Concordatis contenta, intrent Beneficia vacantia per obitum hujuſmodi Prothonotariorum non participantium? Quamvis huic dubio videatur affirmativè reſpondendum, ex quo dicta *Conſtitutio 3. Pauli III.* munita reperitur clauſulis ampliſſimis, & generalibus, & etiam cum Clauſula: *Quorum tenores*, per quam non parùm dubitari poteſt, quin Papa voluiſſet Concordatis derogare; etenim Clauſula prædicta: *Quorum tenores*, juxta *conſil. Butr.* 2. per Rotam amplexum, omnia comprehendit, Put. *dec.* 26. *de privileg.* Rota *deciſ.* 291. *numer.* 8. *& 9. coram Seraphin. tom.* 1. ubi teſtatur de ſtylo apponendi dictam Clauſulam: *Quorum tenores*, & quod ſine illa de ſtylo Rotæ multæ derogationes, quæ aliàs eſſent efficaces, remanent nullius momenti; prout etiam videtur ſentire Barboſa loquens in terminis Concordatorum *de Jur. Eccleſiaſt. libr. primo, cap.* 23. *numer.* 46. ubi docet, mentem Pontificum fuiſſe, includere Prothonotarios non participantes in vim *Extravagantis*, quæ cum inſerta fuerit in Concordatis videtur juxta illam intelligenda. His tamen non obſtantibus poſſet dici, quòd dicta Conſtitutio Pauli III. ſicuti Regula 5. Cancellariæ eiſdem clauſulis munita, locum dumtaxat ſibi vindicent in Beneficiis illarum Eccleſiarum, quæ extenſivè, ſcilicet per viam Privilegii, & extenſionis gaudent Concordatis, non autem in Beneficiis Eccleſiarum Germaniæ, quæ comprehenſivè, ſeù per viam comprehenſionis in eiſdem Concordatis complectuntur. Sanè ratio hujus diſtinctionis eſt, quia quoties Eccleſia eſt complexa ſub Concordatis per viam comprehenſionis, tunc ſiquidem Concordata dicuntur vim pacti habere, & fuiſſe emanata per viam contractus pro bono publico, & ad ſedandas diſcordias, & ut ſupra dixi, in Concordatis fuerunt plura modificata ex contentis in dicta Extravaganti *ad Regimen*, & ſic ea percutere reſervationem Prothonotariorum participantium, non autem non talium Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 25. *numer.* 22. *& ſeqq.* Rota *in Leodien. Canonicatus* 14. *Martii* 1710. § *nec etiam coram Eminentiſſ. Falconerio*. Clauſulæ contentæ in dicta Conſtitutione Pauli III. ac in Regula 1. Cancellariæ, etſi ampliſſimæ, generales, & prægnantiores, ſicuti inſufficientes ſunt ad inducendam Papæ voluntatem, qua poſſit dici voluiſſe Concordatis derogare; & quæ numquam ex dictis clauſulis præſumi poſſit; ita ad hunc effectum expreſſa, & ſpecialis derogatio Concordatorum requirebatur, ut latè hanc quæſtionem ſuſcitans firmat Lotter. *de re beneſic. libr.* 2. *quæſt.* 28. *à numer.* 52. *ad* 69. & plenè Rota *deciſ.* 100. *per totam coram Martino Andrea*, *& deciſ.* 303. *part.* 3. *diverſor. deciſ.* 510. *&* 1251. *numer.* 6. *& ſequent. coram Seraphin. deciſ.* 1096. *numer.* 7. *coram Coccin. deciſ.* 45. *ſeu* 47. *libr.* 1. *in nov. coram Puteo*, Creſcent. *deciſ.* 5. *de Privileg.* Jo: Paul. *deciſ.* 85. *&* 109. Mohedan. *deciſ.* 23. *in fin. de Præben. deciſ.* 266. *numer.* 1. *in fin. part.* 3. *recent.* & benè Rot. *in Meten. Abbatiæ deciſ.* 43. *numer.* 18. *coram Dunoz. Jun.*

Quoties autem Eccleſia eſt de illis, quibus Concordata communicata fuere per viam extenſionis (& ſic Privilegii) tunc porrò ceſſant rationes ſuperadductæ, quia Concordata taliter conceſſa, minimè dici valent fuiſſe inita per viam contractus, aut vim pacti habere; & ſic quemadmodum ceſſat illud jus pacti, ita ſolum intrat merum jus Privilegii; potiſſimum ex quo hujuſmodi extenſio non aliter concedi ſolet à Papa, niſi ad partis ſupplicationem, prout tali modo conceſſa fuit Eccleſiis Virdunen. Meten. & aliis, de quibus ſuperiùs dixi; & habetur mentio apud Nicolarts *ad Concordata Germ. titul.* 3. *dubio* 1.

bio 1. §. 2. & proinde ceſſante illo jure pacti, aut contractus, atque intrante ſolo jure Privilegii, cui nullum dubium cadere poteſt, quin per clauſulas generales derogetur; ut benè firmant præallegati DD. *& dicta deciſ.* quibus adde *deciſ.* 840. *part.* 3. *lib.* 3. *diverſ. ac diſtinguendo* dixit Rota *in cit. Mæten. coram Dunoz. Jun.* & alias dixi ſupra.

In iſta tamen materia Beneficiorum Protonotariorum non participantium, notabilis eſt diſtinctio fa-
30 cta à S. Rot. *in Leogien. Canonicatus* 14. *Martii* 1710. *cor. Emmo Falconerio*, quod ſcilicet in caſu obitus dd. Protonotariorum in aliquo ex ſex menſibus, Ordinariis competentibus, circa proviſionem Beneficiorum, ad formam Concordatorum, proviſio Beneficiorum Protonotarii prædicti obeuntis, ſpectat ad Ordinarium ex rationibus ſupradictis; ſed ſi conceſſo per Summum Pontificem, Epiſcopo Germano, Indulto conferendi in Menſibus Apoſtolicis, in quorum uno objerit Protonotarius non participans, tunc proviſionem ſpectare cenſuit Rota, non quidem ad Epiſcopum indultatarium, ſed ad Sedem Apoſtolicam, quia non agitur de reſtringendis Concordatis, & ipſis addendo reſervationes in præjudicium eorum (ſed dicta deciſio verè emanavit unica parte informante), ut in proximis terminis familiaritatis fictæ, ut non præjudicet Concordatis, ſed quidem Indultis, dixit Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 25. *numer.* 22. *& ſeqq.* Etenim Concordata iſta ſolummodo reſpiciunt Beneficia vacantia in menſibus Ordinariorum, ne in illorum præjudicium augeantur reſervationes, in quorum gratia geſta fuerunt, non autem vacatura in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, in quibus conceditur Indultum. Unde ſublatis de medio Concordatis, habet locum cit. Extravagans *Ad Regimen*, & Regula prima Cancellariæ, quæ compræhendit tàm Protonotariorum participantium, quàm non participantium Beneficiorum reſervationem, ut latè Rot. *in Burgen. Archipresbyteratus de Birbieſco* 4. *Decembris* 1705. §. *Nulla habita, & ſeqq. coram Anſald.*

31 Deveniendo modò ad tertiam, ſupra propoſitam qualitatem, nempè *Vacantia*, non eſt dubitandum, quin ex hujuſmodi qualitate, beneficia etiam diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis reſervata dicantur. Verùm quia beneficiorum Vacationes, innumeris ferè modis contingere poſſunt, hinc ne extra rem noſtram diſcurſus vagetur, dumtaxat eas vacationes proponam, ſuper quibus vigore Concordatorum intrant Apoſtolicæ reſervationes. Porrò quamvis beneficia, quæ per *privationem*, vel *depoſitionem* aut *translationem* auctoritate Apoſtolica factas, vel ubilibet faciendas, vacaverint, dubio procul diſpoſitioni ejuſdem Apoſtolicæ Sedis, privativè quoad alios omninò Collatores reſervata fuerint, ut expreſsè cavetur in Textu Concordatorum & de his innui etiam ſupra *numer.* 18. *&* 19. & in his terminis Rot. *deciſ.* 16. *numer.* 11. *coram Benincaſa*: Nihilominus non levis occurrit dubitatio circa novas Conſtitutiones Pontificias, hujuſmodi pœnam privationis ipſo jure, cum reſervatione beneficiorum ſic vacantium ſtabilientes, nulla facta mentione Concordatorum, an hujuſmodi Conſtitutiones obſtare poſſint Ordinariis, ne in eorum menſibus hujuſmodi beneficia ſic vacantia, ab eiſdem conferri valeant?

32 Ad hujus dubii reſolutionem, ſicuti pro Ordinariis Germanis plures adduci poſſent rationes, quibus videtur, hujuſmodi Conſtitutiones ipſis Ordinariis non obſtare; ita contra eos plures militare rationes viciſſim apparet. Sanè ex iis quæ pro Germanis Collatoribus faciunt, fortior eſt illa, quod nempè per hujuſmodi novas Conſtitutiones, videntur in Concordatorum præjudicium, novæ augeri reſervationes; quas ut Papa inducere poſſit, deberet utique Concordatis expreſsè derogare; ratioque eſt, ut ſupra probavi, quia Concordata vim pacti, & contractus habent, & propterea ſine illorum expreſſa derogatione (quæ non adeſt in hujuſmodi novis Conſtitutionibus Apoſtolicis; & ad quam inducendam inſufficientes ſunt, ut etiam probavi, clauſulæ generales) Concordatis contravenire Summi Pontifices non ſoleant; & ſic quemadmodum quidquid novi contra Concordata inductum eſt, vel inducatur, ſi de his nulla adſit expreſſa derogatio, videtur minimè eidem præjudicare valere; ita novæ reſervationes pèr dictas Conſtitutiones inductæ, Germanis Collatoribus nequeunt obſtare, ut beneficia ſic vacantia in eorum menſibus non conferant. Verum tamen eſt, quod contra hujuſmodi rationes reſponderi ſolet à Curialiſtis, eas nedum obſervantia contraria diſpelli, ſed etiam ad caſum non applicari. Sanè quod non applicantur, probant ex his; quia hæ reſervationes inductæ per Conſtitutiones Pontificias, quæ habentur in Bullario novo, & inter alias *la* 8. Clementis VII. *la* 11. *&* 12. Pauli IV. *la* 85. *&* 86 Pii IV. *la* 29. *&* 85. S. Pii V. *la* 66. *&* 85. Gregorii XIII. non poſſunt quidem dici novæ, vel in Concordatorum præjudicium adductæ; ratio eſt, quia jam in Concordatis erant comprehenſæ, dum in iſtis, ut dixi, favore S. Sedis generaliter reſervata fuerunt omnia beneficia, quæ vacare contigerint, per privationem auctoritate Apoſtolica factam, vel faciendam, & ſic cum hujuſmodi privationes, contentæ in his Conſtitutionibus, ſint pœnæ latæ ſententiæ, atque auctoritate Apoſtolica emanatæ, eſt clarum, quod beneficia ſic vacantia, etiam vigore Concordatorum, ſunt Papæ reſervata, ut advertit Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloſs.* 51. *numer.* 100. 101. 102. 106. Branden *ad Concordata Germaniæ quæſt.* 10. *per totam*, *Nicolarts ad hujuſmodi Concordata tit.* 1. *dubio* 1. §. 22. proindè evaneſcit dubitatio, & locum minimè ſibi vindicant præallegatæ rationes contrariæ. Hinc inferunt, quod in beneficiis ſic vacantibus non debeat attendi tempus vacationis; nec ut vacare dicantur, requiratur ſententia privatoria, quia ipſo jure vacent, & hæc verba *ipſo jure* canonem latæ ſententiæ importent *Eugen. conſil.* 12. *libr.* 1. adeòut contra delinquentes, in hujuſmodi Conſtitutionibus, non expectata ſententia, neque citato beneficii ſic vacantis poſſeſſore, cadit impetratio beneficiorum, quæ dumtaxat à Summo Pontifice obtineri poſſent. *Cap. licet Epiſcopus* ubi gloſſa notat in *verbo te non vocato de prebend. in* 6. *& cap. commiſſa gloſſ. verbo juſto de elect. in* 6. Felin. *Cap. cum non ab homine de judic. numer.* 10. Paris. *de reſignat. benefic. libr.* 11. *quæſt.* 7. *numer.* 34. *& quæſt.* 10. *numer.* 10. Rota *deciſ.* 707. *&* 728. *part.* 3. *diverſ.* & alii relati per Rotam *deciſ.* 69. *numer.* 7. *&* 8. *part.* 12. *recent.* Et proinde Ordinarii minimè ſe ingerere poſſint in hujuſmodi vacationibus: ratio eſt, non quia beneficium vacat ipſo jure, ſed quia eſt ſpecialiter reſervatum Papæ, ut infra dicam: & hoc adeo eſt verum, ut nunquam auditum fuiſſe, ajunt, in Germania, beneficia vacantia per privationes, indictas à præfatis; aliiſque Conſtitutionibus Apoſtolicis, Ordinarios contuliſſe, licèt illorum vacatio in menſe Ordinarii accidiſſet, quod negant Germani, ſed ſemper è contra Papa pro hujuſmodi beneficiis ſic vacantibus, nulla habita ratione menſis, in quo vacent, ſignat ſupplicationes, ut omnibus in Curia notum eſt, & teſtatur Branden *ad Concordata quæſt.* 10. Nicolarts *pariter ad Concordata tom.* 1. *dub.* 1. §. 22. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 11. *tom.* 2. *qu.* 8. *numer.* 12. ubi de vacatione ob non factam publicationem *& cit. deciſ.* 16. *numer.* 11. *coram Benincaſa*.

Hinc animadvertendum eſt, quod licèt hujuſmodi 33
reſervationem, (Concordatis non obſtantibus) Nicolarts *loc. cit.* extendat ad beneficia ipſo jure vacantia; dicit enim veroſimilius eſſe, quod beneficia ipſo jure vacantia ſic ſint affecta, ſeu reſervata Papæ, ut etiamſi vacent in menſe Ordinario, non poſſit Ordinarius in Germania, vigore Concordato-

rum

Digitized by Google

rum ea conferre, ſed ſolus Papa; nihilominus hic diſcurſus Nicolarts ex quo eſt nimis generalis, non verificatur; ſi enim eſſet verus, ſequeretur, quod beneficia vacantia per mortem naturalem, quæ ipſo jure dicuntur vacare, ut oſtendit Nicolius *Lucubrat. jur. canon. lib.* 3. *tit.* 5. *numer.* 43. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſs.* 15. *caſu* 1. *num.* 2. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 57. *numer.* 199. non poſſent Ordinarii in eorum menſibus, per Concordata conceſſis conferre, quod non eſt verum; nam Ordinarii Collatores Germaniæ, vigore Concordatorum, poſſunt beneficia vacantia in eorum menſibus, ſi non cadant ſub reſervatione Apoſtolica, liberè conſerre; adeòut ratio vacationis ipſo jure, nullum obicem præſtare poſſit, quin Ordinarii Germani in eorum menſibus, beneficia liberæ collationis conferant; ſed illis impeditur collatio in eorum menſibus ſolùm ex eo, quia beneficia tunc vacantia, Apoſtolicæ Sedi ſunt reſervata; Quapropter poſſet dici, quod beneficia omnia vacantia ipſo jure, ſi Papæ non ſint ſpecialiter reſervata per Concordata, aut per dd. Conſtitutiones Apoſtolicas, quotieſcumque vacent in menſe Ordinario, poſſunt quidem ipſi Ordinarii Collatores vi Concordatorum illa conſerre. Hinc ad
34 dignoſcendum tempus vacationis hujuſmodi beneficiorum ipſo jure, ſi cadat in menſe Apoſtolico, vel Ordinario, habenda dumtaxat erit ratio temporis vacationis ipſo jure; ſcilicet puncti ipſius, in quo Beneficiatus moritur, contrahit Matrimonium, religionem profitetur, delictum committit, militiam aggreditur, &c. non autem inſpiciendum eſt tempus amotionis ab injuſta detentione, ut benè ponderat Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſs.* 15. *numer.* 141. & 142. Barboſ. *de officio, & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 57. *numer.* 253. adeòut minimè attendi debeat, in hujuſmodi beneficiis vacantibus ipſo jure, tempus ſententiæ declaratoriæ, qua quis declaratur privatus beneficio, ex pœna privationis ipſo jure incurſa; ratio eſt, quia ſententia declaratoria non operatur, ut tunc vacet beneficium, ſed illius vacationem oſtendit, atque detegit, ut ſuperius dixi; & firmat Rota *deciſ.* 707. *numer.* 4. *part.* 3. *diverſ. & deciſ.* 122. *num.* 6. *in fine part.* 3. *recen.*

Porrò animadvertendum eſt, Ordinarios non poſſe hujuſmodi beneficia ipſo jure vacantia, etſi non ſint reſervata, conferre, ex quo eorum auctoritate, & in eorum menſibus ferretur hujuſmodi ſententia declaratoria; & hoc ex ſupradicta ratione, quia hujuſmodi ſententia non inducit, ſed pandit vacationem; & ſic in his beneficiis conſerendis ab Ordinariis, attendi debet tempus vacationis ipſo jure, non autem ſententiæ declaratoriæ, ut ſupra inſinuavi. Non ita accidit, ſi pœna privationis beneficii non ſit ipſo jure, quia tunc, ut beneficium dicatur vacare, non ſufficit ſententia declaratoria, ſed requiritur ſententia privatoria, adeòut nemo habeatur privatus beneficio, niſi de privatione expreſsè facta fuerit mentio in ſententia, ut benè notat Raynald. *obſerv. crim. & civil. tom.* 1. *cap.* 8. §. 1. *num.* 42. *pag.* 491. quapropter animadverti quoque debet,
35 quod ſi ſententia privatoria feratur auctoritate Apoſtolica, tunc quidem abſque inſpectione menſis, in quo beneficium ſic privatum vacat, vigore Concordatorum, ſemper ejus collatio ſpectet ad Apoſtolicam Sedem, ex ratione, quia per Concordata favore ejus Sedis, fuerunt reſervata omnia beneficia, quæ vacare contigerint per privationem Apoſtolica auctoritate factam, vel faciendam, ut ex contextu Concordatorum. Si autem ejuſmodi ſententia privatoria feratur auctoritate Ordinaria, tunc ſiquidem non intrat dicta reſervatio, ſed locum ſibi vindicat Alternativa menſium, Ordinariis Collatoribus conceſſa per Concordata, adeòut ſi ſententia privatoria emanetur in menſe Ordinariis, & beneficium non eſt alia ratione reſervatum, ut ſupra dixi, in privationibus indictis à Papa, proculdubio ipſius collatio ad Ordinarium Collatorem ſpectat; ſi verò hujuſmodi ſententia licèt facta ab Ordinario cadat in menſe Apoſtolico, tunc collatio pertinet ad Papam Nicolarts *ad Concerdata tit.* 1. *dub.* 1. §. 22. *verſic. Ideò,* Zerola *in prax. Epiſcoporum part.* 2. *verb. Alternativa* §. 1. Simonet. *de reſevat. qu.* 99. *numer.* 9. & *ſeq. uſque ad finem* ChoKiet *ad reg.* 8. *numer.* 23. & *ad eandem regul. gloſs.* 7. *num.* 2.

Hoc tamen verum eſt, quod Papa tamquam Or- 36
dinarius univerſalis ſua plenaria poteſtate, qua pollet ſuper omnibus Mundi beneficiis *Can. per principalem, Can. Cuncta per mundum* 9. *quæſt.* 3. *Cap. Dudum, & Cap. quamvis de Prebend. in* 6. in beneficiis, & ſi liberæ collationis, vacantibus in menſibus, conceſſis per Concordata Ordinariis Germanis, poteſt abſque violatione Concordatorum ea conferre, ideſt, in illis conferendis cum ipſo Ordinario concurrere, & eumdem prævenire, ut egregiè firmat idem Nicolarts *ad Concordata tom.* 1. *dub.* 11. §. 3. *ac etiam Branden ad eadem Concordata quæſt.* 6. *numer.* 18. & *notab.* 1. *num.* 2. Gonzal. *ad Reg.* 8. *gloſs.* 25. *numer.* 20. ChoKiet *ad eandem Regul. gloſs.* 11. *numer.* 5. 15. 16. & 17. & *optimè Rota deciſ.* 2. *per totam part.* 3. *rec. deciſ.* 516. & 531. *coram Coccino deciſ.* 1117. *coram Pania, deciſ.* 426. *numer.* 7. *coram Millino, & in Monaſterien Decanatus* 28. *Junii* 1709. §. *Tamen Summus Pontifex coram R. P. D. Criſpo*. Ratio eſt, quia Concordata ſolummodò tollunt gratias præventivas, ſcilicet, quæ præveniunt vacationem, in quibus Papa, ut infra latiùs dicam, non poteſt niſi prævia Concordatorum derogatione, Ordinarium prævenire, ut firmat *d. deciſ.* 516. *num.* 13. *coram Coccino*; & ſic cum nullum ponant obſtaculum ſuper beneficiis vacantibus, pro quorum collatione, quemadmodum Ordinariis Collatoribus, per Concordata fuerunt conceſſi, alternatim cum Sede Apoſtolica, ſex menſes, ita Nicolaus V. qui hujuſmodi Concordata confirmavit, nec ſibi, nec ſucceſſoribus ligavit manus, ut non poſſit, ſi vellet S. Sedes, beneficia vacantia in menſibus Ordinariis conferre, ipſumque Ordinarium in hujuſmodi Collationibus prævenire, atque cum illo concurrere; Imò Summus Pontifex concedendo Ordinariis Collatoribus, facultatem conferendi beneficia non reſervata in dictis ſex menſibus, majorem ſibi dicendum eſt reſervaſſe poteſtatem, quam ipſis Ordinariis dediſſe, ut ex *d. Cap. Dudum de Præbend. in* 6. & in terminis Concordatorum firmant Branden, & Nicolarts *loc. cit. atque præallegata deciſiones, & etiam Rot. in Leodien ſeu Aquiſgranen Canonicatus* 22. *Januarii* 1703. §. *Verùm coram Molines Decano*. Et ſic facultas illa conceſſa Ordinariis Collatoribus, conferendi in eorum ſex menſibus, intelligenda non eſt privativè quoad Papam, ſed cumulativè, adeòut inter Ordinarium, & Papam, in conſerendis hujuſmodi beneficiis dicto tempore, detur locus præventioni, & ſic eodem tempore, quo Papa utitur jure ſuo, Ordinario non impedit, quin ipſe conſerat, ut benè Staphil. *de grat. & poteſt. pag.* 3. *numer.* 8. & *ibi in addit.* Rota *d. deciſ.* 2. *part.* 3. *rec.* Rubeus *in adnot. ad iſtam deciſ. numer.* 209. & *ſeq.* eadem Rota *in Auguſtana Canonicatus* 12. *Januarii* 1703. §. *Propterea coram Molines Decano, & in Monaſterien Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *Altera coram Caffarello*.

Et quamvis huic veritati obſtare videantur verba 37
illa in Concordatis appoſita, nempè *aut quamvis aliam diſpoſitionem* ex eo quia hujuſmodi verba loquuntur de quibuslibet diſpoſitionibus, & ſic per illa nedum excludi videntur gratiæ præventivæ quoad beneficia vacatura, ſed etiam aliæ gratiæ quoad vacantia, aut jam vacata. Nihilominùs hoc non eſt verum, neque ſubſiſtit, quia re vera Concordata dumtaxat loquuntur de gratiis expectativis, & ſic ſolùm excipiunt gratias cadentes ſuper beneficiis vacaturis, non autem illas ſuper vacantibus. Etenim in

Con-

Digitized by Google

Concordatis primo dicitur *per quamcumque aliam reſervationem , gratiam expectativam* , & poſtea adjunguntur prædicta verba *aut quamvis aliam diſpoſitionem* : unde cum Concordata primo loco de reſervationibus , & gratiis expectativis loquantur , nulli dubium eſſe poteſt , quod verba illa ſubjuncta *aut quamvis aliam diſpoſitionem* , intelligi debent de ſimilibus diſpoſitionibus , ideſt de gratiis , quæ vacationem præveniunt , ut ſunt gratiæ expectativæ ; potiſſimè cum ultimò poſt dicta verba , in Concordatis etiam ſubnectitur *cum vacabunt* , quod clarè oſtendit , Concordata ſolum diſpoſuiſſe de gratiis præventivis , reſpicientibus vacationem futuram , ſed non præſentem , & actualem ; & ſic firme tenendum , Concordata nullum obſtaculum præbere , quominùs poſſit Papa , ſi velit , in beneficiis liberæ Collationis , vacantibus in menſibus Ordinarii , cum ipſo concurrere , ipſumque prævenire , ut benè firmat Nicolarts *ubi ſupra* , & ita ſemper fuit conſtans opinio *Sac. Rotæ* , quæ ſic Concordata interpretata eſt . Rota *in dicta deciſ. 2. part. 3. recent.* Nec obicem ponit verbum illud – *liberè* – in Concordatis appoſitum ; quia intelligitur adjectum : retentis terminis eorumdem Concordatorum , ideſt non obſtantibus gratiis præventivis , ut bene notat Branden. *loc. cit. & dict. deciſ. 2. part. 3. recent.* Quapropter ambigendum non eſt de hujuſmodi poteſtate Papæ , quia hoc adeo eſt verum , ut etiam ceſſante negligentia Ordinarii Collatoris , poſſit Papa , ſi velit , cum eo concurrere , & hujuſmodi beneficia , in menſibus ejuſdem Ordinarii vacantia , providere præveniendo , ut benè firmat Abbas *in cap. quia diverſitatem , numer. 5. de conceſſ. præbend. relat.* à Rota *dicta deciſ. 2. part. 3. recentiorum , & deciſ. 516. & 531. coram Coccino* . Proindeque cum nulla , ut dixi cadat dubitatio circa ſupremam Papæ poteſta-
38 tem , ex quo eſt Ordinarius Ordinariorum , & omnia mundi beneficia in ejus plenaria poteſtate, liberaque diſpoſitione , ſunt poſita , *Clement. 1. ut lite pend. in fin.* Rot. *deciſ. 114. numer. 2. part. 6. recentiorum* , quæſtio dumtaxat emergit ſuper ejus voluntate , quæ , ut dicatur Papa in menſibus Ordinarii cum ipſo ad Collationem beneficiorum voluiſſe concurrere , non ſufficit quod ſit dubia ; quia , cum tractetur de præjudicio inferendo , Ordinariis Collatoribus , utique de vera intentione Papæ , concurrere volentis , conſtare , & apparere debet; etenim in dubio numquam præſumitur Papam voluiſſe Ordinariis præjudicare , ut benè ponderat Gonzalez *ad regul. octava* , §. 4. *proœm. num. 6.* Hinc benè infertur , quod ſi Papa neſciat , Collationem ſpectare , vigore Concordatorum , ad Ordinarium , & tamen conferat , tunc ſiquidem videtur Pontificia collatio minimè ſuſtineri poſſe ; ratio eſt , quia Papa regulariter , & ferè numquam intendit libera beneficia , in menſibus Ordinariis vacantibus providere , & ab hoc ſe abſtinet , ne ipſis Ordinariis præjudicium inferret ; ut proſequitur Gonzalez *loc. citat. numer. ſeptimo* , & clarius *Gloſ. 32. numer. 2.* Unde ut præjudicium inferatur , per neceſſe requiritur in Pontifice ſcientia vacationis , ut ſupra probavi , & ſic ceſſante hujuſmodi ſcientia , nullum dubium , quod tunc proviſio Papæ corruit . Et ex quibus dignoſcatur Papam voluiſſe conferre Jure præventionis Rota *in Auguſtana Canonicatus 23. Junii 1704. §. nec dicatur coram Molines , & in Monaſterien. Decanatus 28. Junii 1709. §. de hac autem , coram Dom. Criſpo* . Ubi quod aſſertio Papæ temporis vacationis , importet eum voluiſſe prævenire Collatorem in proviſione, dum ſciens non eſſe elapſum tempus, quod habet inferior Collator ad providendum , Papa confert .

39 Veruntamen Branden. *ad Concordata quæſt. 2. numer.* 20. & alii , quos refert Nicolarts *titul. 1. dub. 11. §. 3. in fin.* videntur velle , & tenere , ſolitum Papæ eſſe, in hujuſmodi Collationibus liberorum beneficiorum , vacantium in menſe Ordinarii , non concurrere cum ipſo Ordinario , niſi rariſſimè , & niſi interveniat gravis cauſa ; quod verum eſt in facto , ob benignitatem Roman. Pontificis . Et licèt verùm ſit , quod Summus Pontifex ſoleat ſe abſtinere ab hujuſmodi proviſionibus , nedum in Germania , ſed etiam alibi , & in Italia, nihilominùs hoc ſolummodò accidit ex Apoſtolica beneficentia , non autem , ut neceſſariò requiratur cauſa gravis ; quæ ſanè ſi requireretur , ſequeretur , poteſtatem Papæ non eſſe plenariam , quod ex ſuperius adductis non eſt dicendum ; quapropter in hujuſmodi Collationibus , ſcilicet quando Papa concurrere velit cum Ordinario , ſufficeret , quod habeat ſcientiam vacationis ſecutæ in menſe Ordinarii , & non eſſe elapſum tempus Ordinario conceſſum ad providendum , & tunc etiam ſine ulla cauſa poſſet Papa , ſi velit , concurrere , & ipſum Ordinarium prævenire ; docent deciſiones Rotæ *deciſ. ſecunda , part. tertia recentior. deciſ. 516. coram Coccin. deciſ. 426. coram Millino , deciſ. 1117. coram Pæn.* , *& in Monaſterien. Decanatus* 28. *Junii* 1709. *coram Domin. Criſpo* ; Dummodò proviſio Papæ ſit anterior illa Ordinarii , ut ex relatis *deciſ.* & firmat Nicolarts *ad Concordata titul. 1. dub.* 11. §. 3. Hæc autem præventio in Summo Pontifice , ne dum eſt in tempore conceſſo Ordinariis ad conferendum , ſed etiam in tempore ſpectante ad alios Collatores ſuperiores , utpotè Metropolitanos ; ita ut non debeat Papa expectare gradualitatem Collatorum, ut ea expleatur , ſed poſſit quemcumque prævenire , quia gradualitas relata ex decreto *Concil. Lateranenſ. ſub Alexand. III. in cap. 2. §. cum verò de conceſ. præben.* ut beneficia per devolutionem , devolvantur ad proviſionem Metropolitani , & ultimo loco ad Papam, intelligi debet jure regulari ; non autem quando Papa vult prævenire, & concurrere cum Collatoribus , Gonzal. *ad Reg. 8. Cancell. §. 3. proœm. numer. 3. & ſeq.* Corrad. *in prax. benefic. lib. 5. cap. 1. numer. 62.* Antonell. *de temp. leg. lib. 3. cap. 16. numer. 16. & ſeq. & dec. 134. numer. 14. & 15. coram Cerro , & in cit. Monaſterien. Decanatus 28. Jun. 1709. §. & quamvis, coram D. Criſpo, & 3. Junii 1711. §. fortius , cor. eod.*

Sic quoque Concordatis non obſtantibus , ex eiſ- 40
dem ferè rationibus ſuperiùs adductis , Legatus à Latere in Germania poſſet , ſecundùm aliquos DD. ſi velit in ſex menſibus , Ordinariis Collatoribus per Concordata conceſſis , cum quolibet Ordinario concurrere , & eos in hujuſmodi collationibus prævenire , ex ratione , quia Concordata tantùm tollunt gratias præventivas , ſcil.; quæ vacationem præveniunt , non autem gratias cadentes ſuper Beneficiis vacantibus ; unde cum Legatus in ſua Provincia dicatur Ordinarius *cap. 1. de Offic. legat. & cap. 2. eodem titul. in 6. & C. ſi à Sede de præbend. in 6.* & per Concordata fuerit permiſſa in dd. menſibus collatio , ſeù proviſio , illis , ad quos antea pertinebat, quemadmodum ſequitur, non fuiſſe ſolis Epiſcopis permiſſam poteſtatem conferendi in dictis menſibus ; ita Legatum jure ſuæ Legationis, & tamquam Ordinarium Collatorem poſſe utique , ſi velit , jure ſuo uti in Beneficiis ſic vacantibus conferendis , & ipſos Epiſcopos , ſeù alios inferiores Collatores prævenire , docent pluribus relatis Gonzalez *ad Reg. 8. gloſ. 25. numer. 15. & ſeqq.* & in terminis Concordatorum Galliæ Rebuff. *ad Concordata , in rubrica de collation. §. ſi quis , verb. alium Superiorem , poſt principium* . Contrarium tamen in terminis horum Concordatorum docent Layman. *in cap. dilectus in 6. de Offic. legat.* Pirtingh. *tom. 1. eodem titul. numer. 25. in fine Encel. ibidem , & ad titul. de Præbendis , numer.* 60. ubi reſpondet rationibus adductis à Gonzalez VvagnarcK *ad cap. 1. de offic. leg. in 6.*

inter

Digitized by Google

inter alia motiva adducentes, Rotam ita ſolitam fuiſſe judicare; ſed quidquid ſit de hoc, in praxi Cardinales Legati ab hoc ſe abſtinere ſolent. Quoad verò Nuncios, etiam cum facultate Legati à Latere, minori difficultate, tali jure uti non poſſunt, quia non ſunt Collatores Ordinarii in Provincia *cap. 1. de offic. leg. in 6.* eorumque Collationes, nec etiam præſtant titulum coloratum, ad effectum regulæ triennalis; quia non conferunt jure ordinario Rota *deciſ.* 298. *numer.* 22. *& ſeqq. part.* 17. *recent.* & proinde nequeunt concurrere cum Ordinario Gonzal. *cit.* §. 2. *proœmial. num.* 55. Rota *in Compoſtellana Beneficis* 13. *Junii* 1704. §. *vacatio & ſeqq. coram Card. Caprara*, & nequeunt conferre niſi in menſibus reſervatis Rota *in Tuden. Beneficii* 20. *Aprilis* 1703. §. *juſtificatio, coram eodem*. Unde eo minus in Germania, ratione Concordatorum, vim pacti habentium. Conti-
41 nuando principale aſſumptum alia Beneficia propono, quæ ratione ejuſdem qualitatis *vacantiæ*, in Concordatis reſervata fuerunt diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis. Porrò ratione hujus qualitatis, reſervata quoque fuerunt omnia ea Beneficia, quæ vacare contigerit per eos, qui in Concordia, vel diſcordia, electi, vel poſtulati fuerint, quorum tamen electio auctoritate Apoſtolica caſſata, ſeù poſtulatio repulſa fuerit; vel per eos facta renunciatio apud Sedem Apoſtolicam, vel alibi ubicumque, ſi ipſa tamen fuerit admiſſa, & acceptata, ut patet ex contextu Concordatorum. Verùm in reſervatione hujuſmodi Beneficiorum, vacantium per electionem nullam, cum vigore Concordatorum, vel ex conſuetudine, aut ex particulari Indulto Apoſtolico; permittantur fieri electiones Canonicæ, in vacatione Eccleſiarum Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium, & aliarum Dignitatum, tàm Eccleſiarum Cathedralium, quàm Collegiatarum; quæ electio tàm apud Clericos Sæculares, quàm Regulares, à benignitate Sedis Apoſtolicæ initium ſumpſit, latè Fagnan. *in cap. nullus de elect.* Matta *de Cauſ. Conſiſt. ſect.* 9. & Rot. *in Virdunen. Abbatia* 3. *Aprilis* 1702. *cor. Molines*; hinc inquirere opportunum exiſtimo, qualis forma ſervari debeat in hujuſmodi electionibus, ut electio mereatur, vigore Concordatorum, dici valida? Sanè pro agnoſcenda forma valida, tenenda in hujuſmodi electionibus, cum diſtinctione procedendum eſt; nam aut electio fieri debet pro providendis Eccleſiis Metropolitanis, Cathedralibus, & Abbatialibus, prout etiam in Collegiatis de prima, & principali Dignitate Juriſdictionem habente; & tunc nullum dubium, quod ſervanda erit una ex tribus formis præſcriptis *in cap. quia propter* 42. *de elect.* ex ratione, quia per vacationem Dignitatis Epiſcopalis, vel Abbatialis, & primæ Dignitatis in Collegiatis, Eccleſia remanet viduata. Quòd autem forma *dict. cap. quia propter* ſervanda ſit in electionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum, qui Juriſdictionem generalem habent in eiſdem Eccleſiis Collegiatis, & etiam in electione Regularium Prælatorum, firmatur *à Gloſs.* 1. *in dict. cap. quia propter*, ubi Abbas *numer.* 7. *verſic. circa iſtam partem primam*. Prout hujuſmodi formam locum habere, & ſervari debere in electione Abbatis, tenet *Bellamer. ad dict. cap. numer.* 3. & hanc eſſe communem opinionem teſtantur Imol. *numer.* 3. Abbas *dict. numer.* 7. *in fine*, *& numer.* 8. Butr. *numer.* 20. Gloſs. *in cap. ſicut, ante figurationem caſus, de elect. in* 6. Petrus de Baiſio *in direct. elect. part.* 3. *cap.* 39. *numer.* 1. Franc. Marcus *deciſ.* 992. *numer.* 1. *libr.* 1. Rota *deciſ.* 5. *in princ. & numer.* 2. *de elect. in nov. & deciſ.* 647. *numer.* 4. *coram Seraphino*: proindè cum *dict. cap. quia propter*, pro eligendis hujuſmodi Dignitatibus, ob quarum vacationem Eccleſiæ remanent viduatæ, det formam electionis, procul dubio ſi contra hanc formam electio ſequeretur, tunc nedum reputatur hujuſmodi electio nulla, & invalida, ſed etiam ex hac nullitate, proviſio vigore Concordatorum, devolvitur ad Apoſtolicam Sedem; ratio eſt, quia Concordata electionem Canonicam expoſtulant, ideſt ſecundùm diſpoſitionem Canonum; adeòut electio, quæ non fit ſecundùm Canones, canonica haud dici mereatur *cap.* 1. *de elect.* Siquidem electio hujuſmodi Dignitatum Epiſcopalium, & Abbatialium, prout quoque primæ Dignitatis in Eccleſiis Collegiatis, Juriſdictionem habentis, ut valida dici, atque reputari valeat, non debet eſſe electio canonica, largè, vel ſtrictè ſumpta, ſed omninò requiritur, ut ſit canonica ſtrictiùs ſumpta, ideſt, quod illa concurrere, & intervenire debeant, nedum ſubſtantialia, ſed omnes omninò ſolemnitates in *dict. cap. quia propter* præſcriptæ, adeò ut ex defectu unius ex ſolemnitatibus, dubio procul electio nunquam dicitur valida, ut ſtatuitur *per dict. cap. quia propter*; & debet Collegialiter fieri, itaut abſentes nequeant ſuffragia mittere, etiamsì impediti *cap. ſi quis juſto* 46. §. *abſens de elect. in* 6. *& infra numer.* 45. Hinc ſequitur, ut dixi, non ſufficere, electionem canonicam ſtrictè ſumptam, in qua licèt ſerventur ſubſtantialia, nihilominus ex omiſſione eorum, quæ ad ſolemnitatem pertinent, tunc electio quamvis non dicatur nulla, venit tamen annullanda, *ut in cap. quod ſicut* 28. *de elect.* ubi Innocent. *numer.* 8. *verſic. unde ſicut condemnatus*, Compoſtell. *ibidem numer.* 17. *&* 19. Prout nec ſufficit electio canonica largè ſumpta, quia in iſta nedum non ſervantur ſubſtantialia, ſed nec minus ſolemnitates à jure poſitivo requiſitæ; & quamvis hujuſmodi electio, per ſimplicem eligentium conſenſum, de jure naturali, ideſt in foro conſcientiæ, validitatem acquirat, attamen de jure Canonico, ideſt in foro fori, non eſt valida, *ut in d. cap. quia propter*, *& in cap. ſicut de elect. in* 6. Rota *deciſ.* 2021. *numer.* 30. *coram Coccino*. Quapropter pro certo haberi debet, quòd Papa, confirmando in præſenti Conſtitutione Concordata, cum hujuſmodi electiones appellaverit canonicas, procul dubio intellexiſſe putandum eſt, de electionibus canonicis, ſtrictiori modo ſumptis; quia alias ſi intellexiſſet de Canonicis electionibus largè, aut ſtrictè acceptis, ſequeretur, quòd jura hujuſmodi electiones approbarent; quod non eſt verum, ut ſupra oſtendi; potiſſimè quia cum jura loquantur de Canonica electione, intelligunt de valida, *ut ex cap. poſtulaſti in princ. de Cler. excom. miniſtr.* & illa quidem eſt valida, atque Canonica electio, quæ fit ſecundùm Canones *cap. cum aliter, de dolo, cap. gravis de Cenſ. cap. unic. de ætat. & qualit. in* 6. & electio, quæ ſecundùm Canones non fit, Canonica nunquam dici meretur *cap.* 1. *de elect.* Hinc optimè infertur, duo requiri, ut electio ſit Canonica, & valida, nempè ſubſtantia conſenſus, & ſubſtantia formæ, à quibus ſanè recedi minimè valet, ut docet Bald. *in dict. cap. quia propter nu.* 20. *& ſeqq. &* Boer. *deciſ. prima numer.* 70. adeòut ſi recedatur, electio ipſo jure eſt nulla idem Bald. *in conſil.* 318. *Ponitur quod electio Rectoris, num.* 2. *verſ. ſed iſte, lib.* 3. Rot. *deciſ.* 1326. *num.* 5. *coram Coccino tom.* 3. potiſſimè quando lex, prout in noſtra hypotheſi, roborata exiſtit decreto irritanti; quod utique decretum adeſſe videtur *in dict. cap. quia propter* per illa verba *electio aliter facta non valet*; quæ verba, cum ſint tempore præſenti prolata, proculdubio inferunt nullitatem ipſo jure, abſque eo, quod ulla egeat ſententia; de qua te Matta *de cauſ. Conſiſtorialibus ſect.* 20. *numer.* 23. *& ſeqq.* ut probant omnes DD. *ad dict. cap. quia propter* præcipuè Compoſtell. Jo: Andr. Innoc. *nu.* 8. Roman. *conſ.* 322. *n.* 12. & teſtatur de communi Boer. ad Mandagot. *de elect. cap.* 22. *lit. B.* qui reprobat Hoſtienſem contrarium tenentem; prout Rota, neglecta ſingulari opinione Hoſtienſis, idem ſemper tenuit, *ut in dec.* 1326. *n.* 2. *&* 24. *dec.* 2021.

Digitized by Google

2021. *num.* 3. *& 4. deciſ.* 1552. *numer.* 3. 10. *&* 27. *coram Coccino*. His igitur firmatis, conſtanter, & indubiè tenendum eſt, quòd in electionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum, Juriſdictionem exercentium, nec non Abbatum, & Regularium Prælatorum, omninò ſervari debet una ex formis præſcriptis *in d. cap. quia propter*, ut Concordatis non obſtantibus, tenent Henric. Caniſius *Compend. jur. Canonic. in adnot. ad Concordata*, Nicolartz *ad Concordata tit.* 1. *dub.* 11. §. 6. Rota *in ſupracitatis deciſ. & præcipuè in dec.* 1326. *num.* 6. *&* 7. *coram Coccino*; & conſequenter electio aliter facta, quemadmodum eſt nulla, ut ſuperiùs probavi, ita poteſtas providendi vigore Concordatorum, devolvitur ad Apoſtolicam Sedem, uti tenet Nicolartz *ad Concordat. titul.* 1. *dub.* 1. §. 4. *in fine*.

Animadvertendum tamen eſt, quòd electiones hujuſmodi Dignitatum principalium, & ob quarum vacationem Eccleſiæ dicuntur viduare, etſi canonicè
43 factæ, ideſt ad formam *capitul. quia propter de electión.* ut ſuſtineantur, & à Summo Pontifice confirmentur, non ſufficit eſſe canonicè factas; quia per Concordata, nedum expoſcitur canonica electio, ſed etiam quod perſona electa per ſe, vel per Procuratorem legitimè conſtitutum, ſuam electionem canonicam, intra tempus per Conſtitutionem Nicolai III. *in capitul. cupientes de electíon. in* 6. præſcriptum, Sedi Apoſtolicæ præſentare teneatur, & confirmationem ſuæ electionis petere; adeout, ſi præſentatio, aut petitio non fuerit facta intra dictum tempus, tunc quoque poteſtas providendi devolvitur ad dictam Sedem. Prout quoque etiamſi electio eſſet canonicè facta, nec non intra dictum tempus legitimè præſentata; nihilominus ſufficere minimè videtur, ut canonicè electus, & in tempore præſentatus, Apoſtolicam confirmationem obtinere valeat; quia licèt in Concordatis dicatur ibi: *& ſi canonicæ fuerint, eas confirmabimus*: attamen illis ſubnectitur: *niſi ex rationabili, & evidenti cauſa, ac de dictorum Fratrum (ideſt S. R. E. Cardinalium) conſilio, de digniori, & utiliori perſona duxerimus providendum*: proindè ex his ſanè verbis Concordatorum, poteſt Papa aliqua rationabili cauſa concurrente, (puta ſi perſona ſic electa non ſit undequaque idonea, & qualificata) quemadmodum electum excludere; ita de conſilio Cardinalium, utilitati Eccleſiæ viduatæ, per aliam perſonam digniorem, & utiliorem providere, ut reſpondendo ad obiectum, de quo infra mentionem habebo, firmat Rot. *deciſio.* 518. *numero* 10. *parte* 19. *recent. tomo* 2. *& dixi ego ipſe ad Conſtitut.* 4. Clement. IV. *tomo* 3. *numero* 17. *ad* 20. *pagin.* 410.

Sed quæritur, numquid, Papa confirmet electio-
44 nem factam, non ſervatis ſolemnitatibus præſcriptis in *capitul. quia propter de elect.* etſi conſenſus majoris partis, reſpectu totius Capituli, in hujuſmodi electione intervenerit, & perſona electa ſit undequaque qualificata? Huic ſanè quæſito quamvis reſpondendum videatur, Papam non teneri ex juſtitia hanc electionem confirmare, ex ratione, quia hujuſmodi electio, ob non ſervatas ſolemnitates, valida dici non poteſt, prout requiritur, & ſuperiùs probavi; attamen quia conſenſus majoris partis, habito reſpectu ad totum Capitulum, interceſſerit, per quem conſenſum electio de Jure naturali ſubſtinetur, ut etiam probavi; & quia nihil contra perſonam electam opponi poteſt; utique his concurrentibus, poteſt Summus Pontifex, auditis partibus, ex gratia, electum à majori parte confirmare, ut latè, & doctè firmat Rota *dec.* 2082. *per tot. cor. Coccino*. Stylus tamen Congregationis Conciſtorialis, in qua hujuſmodi electionum validitates examini ſubijciuntur, eſt, quod aliquando reſcribitur, ut Papa utatur clauſula: *Supplentes defectus &c.* aliquoties clauſula: *Supplentes etiam quo ad ſubſtantialia, &c.* & aliquando, *caſſata electione: provideatur Eccleſia ex integro de eadem perſona*. Imò aliquoties, & raro, providendum de alia: ſuper quibus certa regula præſcribi nequit, ut notat Marta *cit. de cauſ. Conciſtor. ſect.* 20. *nu.*40. *& Cellor.* 3. *per tot.* Hinc in celebri cauſa *Monaſterien.* 10. *Maii* 1707. reſolutum fuit in concurſu duarum electionum, quod caſſata utraque electione, fieret proviſio ex integro ad favorem Epiſcopi Paderbonen. unius ex duobus electis; & die ſequenti 11. Maii deputatus fuit Adminiſtrator ejuſdem Eccleſiæ Monaſterien. & deinde electus Epiſcopus, ut notatur per Rot. *in Monaſterien. Decanatus* 3. *Junii* 1711. §. *hac autem*, *& die* 9. *Junii* 1713. *coram D. Criſpo*, & de alio caſu electionis, caſſata electione Capituli Ratisbonenſis, meminit *Branven. ad Concordat. Germania*.

Aut verò electio fieri debet pro dignitatibus infe-
rioribus, & tunc ſiquidem, quia per vacationem hu- 45
juſmodi dignitatum inferiorum, Eccleſia minimè dicitur viduata, tenendum eſt, in earum electione ſervandam non eſſe formam *capitul. quia propter*, cum hæc forma, ut ſuperius probavi, ſolummodò ſervari debeat in electionibus illarum dignitatum, ob quarum vacationem Eccleſia remanet viduata. Hinc ut electio harum dignitatum inferiorum ſubſtineatur, & valida dici poſſit, ſufficit, ut ſit facta, & conſenſus præſtetur à majori, & ſaniori parte totius Capituli, juxta *Textum in capitul. Eccleſia veſtro* 48. *de electíon.* ubi Abbas *numero* 4. *libr.* 2. Franciſcus Marcus *deciſio.* 922. *libr.* 1. Rota *deciſio.* 89. *numero* 1. *&* 2. *coram Manzaned.* Debere tamen ſuffragia præſentium tantùm concurrere, non autem abſentium, etiam impeditorum, per literas, aut ſchedulas, tàm in electionibus ad formam *capitul. quia propter*, quàm aliis; nam debet adimpleri forma prædicta actus Capitularis, & inter præſentes, *capitul. ſi quis juſto* §. *abſens de elect. in* 6. *Gloſſ. citat. capitul. quia propter v. venire in fin. citat.* Barboſ. *num.* 17. Paſſerin. *de elect. cap.* 10. *numer.* 31. *& ſeq. & latè* Rot. *in Leodien. Vicaria* 10. *Decembris* 1698. 11. *Maii* 1699. *coram Olmo*; ubi non ſuffragari conſuetudinem, imò nedum ſufficere conſenſum naturalem, ex verbis, ſed etiam ex ſucceſſivis factis deductum, latè Rot. *in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Decanatus* 20. *Junii* 1701. *&* 7. *Martii* 1702. *coram Cardin. Caprara*, *& in Monaſterien. Decanatus* 18. *Junii* 1706. §. *Advertunt cor. D. Lanceta.*

Sic quoque, ut præmiſi, vigore Concordatorum,
beneficia electiva, nedum ob electionem nullam, 46
vel caſſatam poſtulationem, diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis reſervata fuerunt, ſed etiam ſi per electos fuerit facta renunciatio, & Apoſtolica auctoritate admiſſa extiterit, ut ex verbis Concordatorum patet ibi: *Vel per eos; ideſt electos, facta renunciatio, & admiſſa auctoritate noſtra extiterit*; & infra ſubnectitur: *Aut renunciationem admitti per nos, aut auctoritate noſtra continget apud Sedem prædictam, vel alibi ubicumque*: Quæ ſanè verba intelligi poſſent juxta aliquos, etiam de renunciatione electionis, non adhuc confirmatæ; ob quam electus tantùm jus ad rem, non autem in re acquirit, juxta ea, quæ dixi in *tomo* 3. *ad Conſtit.* 4. Clem. IV. *à numero* 6. *& ſeq. pag.* 409. ob eam poteſt tale Jus renunciari ſine auctoritate ullius ſuperioris. Pariſ. *de reſignat. libr.* 7. *quæſt.* 1. *numero* 76. *& ſeq. & dixi cit. loco*, *numero* 10. Rot. *deciſ* 351. *num.* 24. *coram Bichio*: tamen ſi electus nondum Confirmatus, dicto Juri ad rem acquiſito, apud S. Sedem renunciat, & hujuſmodi renunciatio per Papam admittatur, tunc beneficium remanet Sedi Apoſtolicæ reſervatum, ex dicta admiſſione, & manus Papæ appoſitione, ut benè firmat Æneas *de Falconibus de reſerv. quæſtion. princ. effect.* 46. *relat. à Gonzal. in reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 52. *numero* 17. *&* 18. Sed in hoc poſſet dici, quod cum factum renunciantis, non neceſſarium, manibus Papæ, ſed voluntarium haberi debeat, cum quis poſſit

ale jus ad rem, abſque auctoritate ullius ſuperioris à ſe abdicare; non videatur poſſe præjudicari Concordatis. Si autem hujuſmodi renunciatio fiat poſt electionem confirmatam, tunc quia Concordata nihil de his renunciationibus diſponunt, certius eſſe ſervandum jus, vel regulas reſervatorias; quæ proculdubio tunc intrant, quando per Concordata contrarium non diſponitur. Branden. *ad Concord. quæſtion.* 1. *numero* 4. *& ſeq. & quæſtion.* 9. *numero* 6. *& ſeq.* CoKiet *ad reg. menſ. gloſſ.* 11. *numero* 30. Mean. *obſer.* 375. Rot. *deciſ.* 522. *numero* 10. *parte* 19. *tomo* 2. *recent. & deciſ.* 351. *numero* 26. *&* 27. *coram Bichio*: & Pittingh. *tom.* 3. *titul.* 5. *de præb. numero* 360. ait fuiſſe diſputatam in Germania quæſtionem, ſi Epiſcopo cedente Epiſcopatui in manibus Papæ; poſſit Capitulum eligere; & concludit negativè, quia in vim Concordatorum, reſervata eſt Eccleſia, cui ceditur; & ſicuti in renunciatione ante confirmationem, reſervatio intrat, multò magis videtur intrare poſt Confirmationem, quia ſaltem intraret vacatio apud Sedem, & in Curia ubi admittitur, & fit ceſſio; ſed de hoc non fuit adhuc diſputatum ad mei notitiam in caſu ſpeciali, in quo erit inquirenda veritas, in materia, in qua non debet præjudicari hujuſmodi Concordatis, nec Sedis Apoſtolicæ facultati; Sed in caſu hujuſmodi facilè poſſet fieri recurſus ad Summum Pontificem, pro obtinendo indulto eligendi, quod utique Papa ex ſui benignitate non denegabit.

Rurſus ratione antedictæ qualitatis, nempe *va-*
47 *cantia*, ſimiliter per Concordata fuerunt ſavore Apoſtolicæ Sedis reſervata omnia omninò beneficia, quæ vacare contingent per promotionem ad Eccleſias Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales, nec non etiam Abbatiales; ideſt ea beneficia, quæ promoti ad hujuſmodi Eccleſias tempore eorum promotionum obtinebant; ut patet ex eiſdem Concordatis ibi: *Rurſus Monaſteria, Prioratus, Dignitates, Perſonatus, Decanatus, Adminiſtrationes, Officia, Canonicatus, Præbendas, & Eccleſias, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica, &c. etiam ſi ad illa perſonæ conſueverint per electionem, ſeu quemvis alium modum aſſumi, quæ promoti per nos ſeu auctoritate noſtra ad Patriarchalium, Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium Eccleſiarum, nec non Monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum, nunc quocumque modo vacantia, aut impoſterum vacatura, &c. Ordinationi; diſpoſitioni, ac proviſioni noſtræ, &c. auctoritate Apoſtolica reſervamus*: Et ita firmant Branden. *ad Concordata notab.* 3. Nicolarts *ad ead. Concordat. tit.* 1. *dub.* 1. §. 23. Rot. *deciſ.* 246. *part.* 14. *recent. & deciſ.* 385. *num.* 6. 7. *&* 8. *& deciſ.* 518. *num.* 13. *part.* 19. *recent.* Ita ut beneficia iſta vacantia per promotionem, nequeant reſignari intra tempus vacationis, & promotionis in vim regulæ 26. alias 24. Cancellariæ, quæ habet locum etiam in Germania. Nicolarts *titul. lib.* 2. *cap.* 94. *num.* 50. & facit Rot. *deciſ.* 1364. *numer.* 4. *coram Emerix. Junior.* & quod regulæ Cancellariæ procedant in Germania, ubi non agitur contra Ordinarios, in gratiam quorum fuerunt facta Concordata plenè Rot. *deciſ.* 468. *&* 522. *numero* 10. *& ſeq. parte* 19. *tomo* 2. *recent.* Quæ quidem beneficia ſic vacantia per has promotiones ad enunciatas Eccleſias Epiſcopales, videntur, vigore Concordatorum, fuiſſe quoque reſervata diſpoſitioni Sanctæ Sedis; ſivè promotio fiat immediatè ab ipſa Sede, ideſt à Summo Pontifice, ſivè etiam ſi ea fiat mediatè, ideſt ab alio habente, Indultum promovendi, ſeù jus eligendi Card. de Luca *de beneſic. in ſupplem. diſcur.* 110. *numero fin.* Rota *deciſ.* 618. *numer.* 6. *in Salisburgen. Canonicatus p.* 19. *to.* 2. *recent.* ubi de vacatione beneficii per obitum Epiſcopi Gurgen. quem providet Archiepiſcopus Salisburgenſis; quod videtur reſultare ex ipſis Concordatis, in quibus nedum fuit dictum *per nos*, quæ verba utique videntur demonſtrare immediatam promotionem, quæ fit ab ipſo Summo Pontifice; ſed etiam fuit ſubnexum, *ſeu auctoritate noſtra*, ad denotandum intrare quoque ſavore ejuſdem S. Sedis reſervationem, quando promotio ad hujuſmodi Eccleſias Epiſcopales, fit mediante auctoritate Apoſtolica, ideſt ab habente Indultum Pontificium; & potiſſimum hoc aſſumptum videtur veritati adhærere, ex quo ſi Concordata voluiſſent ſolummodò compræhendere, ſavore Apoſtolicæ Sedis, reſervationes Beneficiorum vacantium per promotiones hujuſmodi, quæ fierent dumtaxat ab ipſomet Papa, utique hoc expreſſiſſent, pro ut expreſſum fuit in eiſdem Concordatis, quando per ea reſervantur eidem S. Sedi, beneficia vacantia per aſſecutionem pacificam alterius beneficii, collati, immediatè per literas Apoſtolicas ab ipſo Papa, ut patet ex contextu Concordatorum, & dicam inferiùs.

Neque contra hujuſmodi claram concordatorum
diſpoſitionem, ſuperiùs enunciatam, dici valet, 48
quòd Beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopatum, non ſint Apoſtolicæ Sedi privativè, quo ad alios omninò Collatores, reſervata, quando illa promotio, ſeu proviſio Epiſcopi fit per electionem Capitularem; quia licet Concordata permittant, quod hujuſmodi electio fieret per Capitulares; per quam electus videtur juxta *capitul. cum inter* 21. *de election.* acquirere jus ad Epiſcopatum ex ipſa ſola electione, confirmanda actu neceſſariæ juſtitiæ, ut dixit Rota *coram Gregorio XV. deciſio.* 240. *numero* 10. *& ſeq. relat. in citat. deciſ. Salisburgen. Canonicatus coram Rondinino, confirmata die* 8. *Aprilis* 1680. *coram eodem*; & ſic, quo ad collationem Beneficiorum, vacantium per electionem factam ad Epiſcopatum, ac electi confirmationem, vigere diſpoſitionem Juriſcommunis *cap. cum in cunctis* 7. §. *cum verò de elect.* per quod Ordinarii Collatores poſſunt Beneficia ſic vacantia conferre, ut not. Gloſ. *in Clement.* 1. *v. collato, ut lit. pend.* & firmant alii relati per *Capon. diſcept. foren.* 10. *num.* 2. *&* 8. Nihilominus hæc omnia ceſſant, nedum ex Concordatorum diſpoſitione, quibus favore Apoſtolicæ Sedis cautum reperitur, quod hujuſmodi electio, Capitulis in Germania permiſſa, utique non debeat perneceſſe à Papa confirmari, ſed ſi velit, poſſit juſtis de cauſis electum excludere, & aliam digniorem perſonam ad Epiſcopatum aſſumere, ut ſuperiùs dixi. Ex quo palam fit quanta ſit diverſa Concordatorum diſpoſitio ab illa *dict. capitul. cum in cunctis de elect.* & ſic cum confirmatio Pontificia ſit independens ab electione Capitulari, utique dicendum eſt, potiùs illam, quam iſtam tribuere jus validum Prælato ad Prælaturam, ut benè ponderatum fuit *in dicta Salisburgen. Canonicatus impreſſa in Rot. deciſio.* 518. *parte* 19. *tomo* 2. quapropter cum promotio ad Epiſcopatum, non eveniat ab electione Capitulari, ſed à confirmatione Pontificia, fit clarum, quod Beneficia vacantia per promotionem, vigore Concordatorum ſint S. Sedi reſervata, ut tenent CoKier *ad reg.* 24. *Cancell. numer.* 21. *in fin. & ſeqq.* Branden. *notab.* 3. *num.* 13. *&* 14. Nicolarts *ad Concordata dub.* 1. §. 24. & reſpondendo huic objecto firmavit Rota *in dicta Salisburgen. Canonicatus*. Et hujuſmodi concluſio in Beneficiis Germaniæ pro certa tenenda eſt, quia ſi admitteretur, eſſe tantùm reſervata ea Beneficia, quæ vacant per promotionem, quæ dumtaxat fit à Papa ſine electione, dubio procul ſequeretur abſurdum, & inevitabilis correctio. Ratio eſt, quia eodem tempore, quo Concordata reſervant diſpoſitioni S. Sedis, Beneficia vacantia per promotionem ad omnes Epiſcopales Eccleſias, permittunt quoque Capitulis, quod fiat proviſio illarum omnium Eccleſiarum per electiones Capitulares; hinc proindè numquam verificaretur in Germania, habere locum reſervationem Apoſtolicam, & ſic iſta fruſtra, & prorſus inutiliter fuiſſet appoſita in Concordatis; quapropter ad evitandum hujuſmodi inconveniens, & incongruitatem, recipi omninò debet congrua, & juridica interpretatio, juxta *Text. in capit. ſi Papa*

ad

Digitized by Google

ad med. de Privil. in 6. ut benè proſequitur *dicta deciſio* 518. *in Salisburgen. Canonicatus par.* 19. *tom.* 2. *rec. confirmata die* 8. *Aprilis* 1680. *cor. eodem Rondinino, ut fit mentio in calce dictæ deciſionis* 518.

Verùm S. Sedes, antequam fiat promotio ad Epiſcopatum, & ſic priuſquam ſequatur Beneficiorum va-
49 catio per hujuſmodi promotionem, ſolet eidem promovendo, per literas Apoſtolicas, concedere retentionem Beneficiorum, quæ alias vacare deberent per ſubſequentem promotionem, quod Indultum retentionis neque recens in Dataria excogitatum fuit, cum à tempore *Cœleſtini III.* jam in uſu eſſet, ut teſtatur Innoc. III. *libr.* 1. *epiſt. edit. colon. fol.* 88. ibi: *Cœleſtinus Prædeceſſor noſter eidem per Apoſtolicam Indulgentiam conceſſit, ut beneficia, quæ habebat, quando fuit ad officium Pontificatus vocatus, ei liceret uſque ad triennium poſſidere.* Et memorat Gonzal. *in cap. cum in cunctis* 7. §. *cum verò n.* 8. *de elect.* Rot. *deciſ.* 385. *num.* 9. *par.* 19. *Recent.* Hinc dubitari contigit, an Papa abſque Concordatorum derogatione, & ſine eorum præjudicio, poſſit de hujuſmodi Beneficiis nondum vacantibus, enunciatam retentionem concedere? ſanè ratio hujus dubii exoriri videtur, ex quo Concordata tollunt hujuſmodi gratias præventivas, ut ſuperiùs dixi *num.* 37. ex ibi allegatis Rotæ *deciſ.* & tenent Branden. *ad Concord. notab.* 1. *num.* 2. Nicolarts *titul.* 1. *dub.* 11. §. 3. quapropter ſi Papa concedendo Beneficiorum retentionem, ea provideat, antequàm ipſa vacent, & ſic præventivè gratiam concedat; videtur minimè id facere poſſe, niſi cum præjudicio Concordatorum; & proindè, ut retentionem concedere valeat, requiri expreſſam derogationem Concordatorum; ut in terminis conceſſionis coadiutoriæ, cum futura ſucceſſione, quæ pariter eſt gratia præventiva, requiri dictam derogationem doctè, ac latè firmat Puteus *lib.* 3. *deciſion.* 225. *num.* 1. 2. & 3. & *à num.* 14. *uſque ad fin.* Et hoc adeò eſt verum, ut Papa hodie concedendo in Germania hujuſmodi coadiutorias, ſemper in literis Apoſtolicis de Concordatis habet ſpecialem mentionem, & eiſdem deroget, ut docet quotidiana praxis. Remocham. *de coadiutoriis cap.* 10. *nu.* 53. Hinc quid quid ſit circa conceſſiones coadiutoriæ, & an poſſint dari; inferri videtur, quod Papa concedendo recenſitam retentionem, quæ ex dictis apparet eſſe gratiam præventivam, etiam deberet expreſsè Concordatis derogare.

Verumtamen his non obſtantibus, contrarium eſt verius. Etenim Papa, indulgendo promovendis ad Epiſcopatum, Beneficiorum retentionem, re vera ſicuti Concordatis non contravenit, ita nullam habet neceſſitatem eiſdem derogandi. Ratio quidem eſt clara, quia facultas retinendi Beneficia, quæ jam obtinebat promovendus, & quæ vacare debebant per ſubſequentem promotionem, quemadmodum nihil innovit, ita impedimentum præſtat vacationi; adeòut per hujus retentionis conceſſionem, utique non fiat nova collatio, titulos non innovetur, nec Indultararius novam ſuorum Beneficiorum poſſeſſionem accipiat; cum hoc retentionis Indultum & jus primævum jam quæſitum, Indultatario conſervet, & eidem ſuæ poſſeſſionis continuationem præſtet, ac ſuſpendat vacationem uſque ad obitum Beneficiati, ut benè firmat Barboſ. *vot.* 28. *nu.* 13. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 246. *num.* 5. *par.* 14. *recent. quæ eſt deciſ.* 797. *coram Cerro*, & *deciſ.* 1177. *num.* 12. & 13. *coram Penna deciſ.* 246. *num.* 4. & 5. *part.* 14. & plenè *in citat. deciſ.* 518. *num.* 2. & *ſeq. part.* 19. *tomo* 2. *recent.* & ſic cum non adſit nova collatio, minimè dici valet, quòd Papa indulgendo hujuſmodi retentionem, conferat Beneficia præventivè; ideſt ante vacationem. Potiſſimè cum in hac conceſſione retentionis Beneficiorum, nulla varietur perſona. Etenim ut dici poſſit vera collatio, certum eſt requiri etiam variationem perſonæ; quæ variatio cùm non adſit in hoc caſu, dum eidem perſonæ, quæ priùs Beneficia obtinebat, conceditur retentio; & cum Concordata ſolùm diſponant, & intelligi debeant de illis collationibus, quæ ante vacationem fiunt in diverſis perſonis; hinc optimè infertur, quòd Papa concedendo retentionis Indultum, quemadmodum non variat perſonam, ita novam collationem non facit, & conſequenter nec Concordatis contravenit, ut benè ponderat Rot. *dict. deciſion.* 225. *numero* 15. *coram Puteo libr.* 3. Ex his enim clarè inducitur, adductum exemplum conceſſionis coadiutoriæ corruere, nedum quia per hujus coadiutoriæ gratiam, acquiritur novus titulus, capitur poſſeſſio, ſed etiam quia illa confertur in diverſa perſona; & ſic cum coadiutor non dicatur jus coadiuti continuare, ſed per diſpoſitionem Pontificiam, morte coadiuti, eidem abſque alia proviſione ſuccedere, ſequitur proindè, quod gratia coadiutoriæ, ſit vera collatio Beneficii vacaturi, quæ fit in diverſa perſona; ad differentiam gratiæ retentionis, per quam, ut dixi, non mutatur ſtatus, nec perſona. Igitur nil mirum, ſi Papa concedendo primam, ideſt coadiutoriam, quemadmodum Concordatis contravenit, ut proſequitur *dicta deciſio.* 225. *libr.* 3. *coram Puteo*, ita in hujuſmodi conceſſione, eiſdem Concordatis expreſsè deroget, & concedendo ſecundam, de illis nullam mentionem faciat.

Verùm, quòd gratia retentionis, non inducat ullum præjudicium Concordatis, patet etiam ex clara diſpoſitione eorundem Concordatorum; in quibus cavetur, favore Apoſtolicæ Sedis, eſſe reſervata Beneficia quæcumque, nedum vacantia in actu promotionis, ſed etiam poſt promotionem, quocumque modo vacatura, ut firmat Rot. *deciſio.* 797. *num.* 6. *coram Cerro*, quæ bis fuit confirmata, & *deciſ.* 385. *numero* 11. *parte* 19. *recentior.* & expreſsè per ipſamet Concordata ibi: *Quæ* (ideſt Beneficia) *promoti per Nos, ſeu auctoritate noſtra, ad Patriarchalium, Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum regimina, obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum, nunc quocumque modo vacantia, aut in poſterum vacatura, &c. diſpoſitioni, &c. noſtræ, &c. reſervamus.* Unde ſi vigore Concordatorum reſervata fuerunt Beneficia, quocumque modo vacantia, & vacatura, ſivè per ipſam promotionem, ſivè poſt dictam promotionem ex alia quavis cauſa; eſt clarum, quod Papa concedendo promovendis, in actu promotionis, retentionem, per quam, ut dixi, non fit nova proviſio, nullum præjudicium inferat Concordatis; & proindè etiam eſt clarum, non requiri in conceſſione retentionis, derogationem Concordatorum, ut benè, & doctè concludit Barboſ. *d. vot.* 28. *numero* 13. *in fin.* Sed animadvertendum eſt, quòd pluribus modis, evenire poteſt Beneficiorum vacatio per promotionem, in quibus ſem- 50
per intret reſervatio; inter quos adnumerari poſſunt ſequentes caſus: videlicet ſi retentio concedatur promovendis ad Epiſcopatum; tùm ſiquidem, ut diximus, per dictam retentionem impeditur vacatio; quæ aliàs ſuccedere debebat, per ſubſequentem promotionem: poſſent tamen ea Beneficia vacare, vel per obitum promoti, ut firmat *d. deciſ.* 246. *numero* 9. *part.* 14. *recent.* vel per reſignationem, *ut eſt deciſ.* 1488. *num.* 1. *coram Coccino*, & utroque caſu ſemper eorum collationem ſpectare, vigore Concordatorum, ad Apoſtolicam Sedem, firmant allegatæ deciſiones. Si verò retentionis gratia fiat, & concedatur poſt promotionem, tunc Beneficia non poſſunt dici vacare, per obitum ipſius promoti, ſed vacare, ut priùs; ideſt per promotionem, ante conceſſam retentionem. Ratio eſt, quia tunc retentio non extinguit vacationem jam ſecutam, ſed tantùm illam prorogat, uſque dum locum ſibi vindicet ipſa retentio; qua expirata, vel per obitum ipſius, qui jus retinendi habet; vel quovis alio modo, proculdubio collatio fieri debet, tamquam de reſervatis, à Papa, & uti de Beneficiis vacantibus per promotionem Barboſ. *loc. cit.* Rot. *d. deciſ.* 246. *nu.* 8. & 9. *part.* 14. *recent.* & *dec.* 518. *n.* 4. *par.* 19. *to.* 2.

Verùm ad rem quæri poteſt, an Capitulum ha-
51 bens Indultum, vel alius Indultatarius, conferendi Beneficia reſervata, poſſit conferre Beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopatum; quorum Beneficiorum retentionem à S. Sede promotus obtinuerit. De qua re latè agit Capon. *tom. 1. diſcept.* 10. & adducit votum *Remboldi*, in quo fuit dictum, non poſſe provideri ab Indultatario, quia Indultum non comprehendit Beneficia vacantia in Curia, & apud Sedem, ſed ſolum tollit impedimentum Regularum Cancellariæ, & reſervationem Extravag. *Ad Regimen*, non autem eas contentas in corpore juris, niſi ſpecialiter concedatur; quæ conceſſio non ſolet dari nec etiam in Indultis Cardinalium Nepotum, & clarè excipi ſolet, Rota *deciſ.* 28. *numer.* 31. poſt Novar. *in Summ. Bull.* ut latè etiam docent Card. de Luca *diſcur.* 104. & 109. *de Benef.* Otthobon. *deciſ.* 187. Rot. *dict. deciſ.* 28. & 30. poſt Novar. *in Summ. Bullar. & deciſ.* 31. *numer.* 4. ubi de Indulto Legati Avenionenſis. Beneficia autem hujuſmodi Epiſcoporum, qui obtinuerunt retentionem; ſi obierint, dici debent vacare apud Sedem; quia vacatio dilata fuit per Summum Pontificem, ad tempus obitus; unde ſicuti tempore promotionis, Beneficia vacarent in Curia, & apud Sedem, ita idem dici debet tempore obitus, ſtante retentione obtenta. Tamen contrarium reſolutum fuit in Mediolanen. *Benefic.* de qua agit Card. de Luca *diſcur.* 104. *de Benefic.* quæ eſt *deciſ.* 30. poſt Novar. *confirmat. dec.* 599. *parte* 18. *tomo* 2. *recent.* in qua reſpondetur contrariis.

Unde diſtinguendi ſunt caſus; aut enim (prout fieri conſuevit) Papa interponit decretum, Beneficium cenſeri vacare per promotionem, in actu promotionis, & tunc certum eſt vacare apud Sedem, & in Curia, & ſic non intrare ſub Indulto; ut recedendo à priùs firmatis *in deciſ.* 30. poſt Novar. firmavit Rota *in citat. deciſ.* 599. quia dicuntur vacare apud Sedem, non ſolùm Beneficia decedentium in Curia, ſed etiam vacantia per actum, qui fit in Curia, ut eſt promotio, & decretum vacationis in Curia factum, ut in *citat. deciſ. numer.* 3. *& ſequen. & num.* 12. & in iſto caſu eſt dicta *Saliſburgen. Præpoſitura* 17. *Junii* 1621. *coram Veroſpio*; ubicumque dictus promotus decedat.

Vel agitur de retentione conceſſa, dictorum Beneficiorum; & quia iſta operatur, ut non ſequatur vacatio tàm de jure, quàm de facto, nec naſcatur novus titulus; proindè Beneficia vacant per obitum, non autem per promotionem, Rot. *deciſ.* 246. *num.* 5. *& ſeq. par.* 14. *& deciſ.* 1177. *num.* 12. *&.* 13. *coram Pænia*; ac conferri poſſunt ab Indultatario, quia non dicuntur vacare in Curia, & apud Sedem, ſi extra Curiam decedat ille, qui obtinuerat retentionem, ut fuit reſolutum *in citat. deciſ. Mediolanen.* tum ex praxi Datariæ, tum ex pluribus rationibus ibi adductis: & ipſa Rota *in dec.* 1488. *coram Coccino* ſe remittit ad ſtylum Datariæ, an dicta Beneficia vacare dicantur apud Sedem, vel ſint tantum ſimpliciter reſervata, quia primo caſu non intrat Indultum, prout in ſecundo.

Aut agitur de decreto Papæ, concedentis retentionem per aliquot annos tantùm, de quo agit Card. de Luca *citat. diſc.* 109. *de Benefic. numero* 4. ubi etiam in terminis Concordatorum. Et demum poteſt eſſe caſus, in quo Papa interponit decretum tempore promotionis, quòd Beneficia vacent eo ipſo, ſuſpenſo vacationis effectu uſque ad obitum, ut eſt moderna frequentior praxis ad tollendum omne dubium; de qua Card. de Luca *diſc.* 143. *de Benefic. in ſupplemento*, & hoc modo dicuntur vacare ſemper apud Sedem, etſi obitus ſequatur extra Curiam, Rot. *dec.* 200. *& dec.* 247. *par.* 16. *rec.* & ſupra dixi.

Hinc in caſu, quo fuerit data retentio Beneficiorum coadiutori, donec factus fuerit locus ſucceſſioni; ſi objerit deinde coadiutor ante Epiſcopum coadiutum, an intret reſervatio dictorum Beneficiorum, Rota *in una Olomucen.* dixit affirmativè, ſed deindè receſſit, *ut in deciſion.* 15. 16. *&* 17. poſt Remocham. *de Coadiutoris.*

Verùm in quocumque caſu ſit conceſſa retentio Beneficiorum, ſemper erunt ea reſervata Sedi Apoſtolicæ. Quapropter, ut poſſit Indultatarius ea providere, opus eſt; ut in Indulto, de reſervatis per promotionem, vel generaliter quocumque modo, mentio habeatur. Secus ſi ad reſervata tantùm ratione menſium, reſtringatur, quia tunc Indultum illa non comprehenderet, nec ad controverſiam reſervationem extenderetur. Et ſic verba Indulti ſunt perſcrutanda, & mens Pontificis; ut plenè Rota *in Saliſburg. Canonic. deciſ.* 385. *part.* 19. *t.* 1. *rec. & dec.* 518. *ead. par. t.* 2. *confirmata die* 8. *April.* 1680. *cor. eod. Rondinino*, *quarum prima eſt etiam dec.* 14. poſt Novar. *in Sum. Bullar.* Quodque ſint ſemper reſervata, nec poſſint ea umquam Ordinarii providere, etſi data fuerit retentio, patet; quia quid quid ſit de quæſtione, an beneficia dicantur vacare per obitum, vel per promotionem, ſi obierint, qui obtinuerant retentionem; ea tamen quæſtio excitatur tantummodò ad effectum, ut compertum fiat, an dici debeat vacatio apud Sedem, vel ne. Secùs autem ad effectum reſervationis, cum ſemper ſint reſervata. Etſi enim jure communi relato in *capit. cum in cunctis* 7. *§. Cum, de electlon.* liceret cuicumque Epiſcopo, in cujus Diœceſi erant Beneficia promoti ad Epiſcopatum, illa liberè conferre, tamen ex Conſtitution. Benedicti XII. *in citat. Extravag. Ad Regimen*, innovata *in reg.* 1. *Cancell.* fuerunt Sedi Apoſt. reſervata; quæ diſpoſitio Extravag. fuit inſerta in his Concordatis; & in praxi ſervatur; ut apud ipſos Germanos Scriptores, latè, & eruditè poſt *deciſion.* 246. *part.* 14. *recent.* dixit Rota *citat. deciſ. Saliſburgen. Canonicatus*. Et reſervatio ex verbis Extravagantis procedit, ſivè ex eadem promotione, ſivè ex quacumque alia cauſa, poſteà vacaverint: ibi *Beneficia, quæ promovendi, tempore promotionis obtinebunt, & quomodocumque poſtea vacatura*; nec retentio, talem reſervationem extinguit, ſed ſuſpendit uſque ad obitum, vacationem, quæ aliàs ſtatim per promotionem inducta fuiſſet; ut latè deciſionibus antiquis, & modernis comprobatur *in dd. deciſionibus Saliſburgenſ. Canonicatus, & in citation. deciſ.* 246. *parte* 14. *recent. in Moguntina Canonicatus, & in eadem deciſion.* 845. *numero* 2. *& ſequentibus cor. Card. Cerro: Et in dicta deciſion.* 246. firmatur, hujuſmodi Beneficia, in vim diſpoſitionis Apoſtolicæ retenta, vacare per obitum; ſed eſſe ſemper reſervata; & ſi impetrentur à Papa, tamquam de promoto, non valere impetrationem.

Ac demùm advertendum, dictam vacationem Be-
neficiorum ob promotionem, non habere locum in 52
promotis ad Epiſcopatum in partibus, & titularibus, ut in *dd. deciſionibus Mediolanen.* Capon. *cit. diſcept.* 10. *num.* 6. Card. de Luca *de benef. diſc.* 118. *numer.* 3. Garzias *de Benef. part.* 11. *cap.* 6. *num.* 24. Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *quæſit.* 11. Barboſ. *lib.* 2. *vot.* 28. *num.* 9.

Sed quid dicendum, an habeat locum reſervatio in beneficiis Coadiutoris, alicui Eccleſiæ Epiſcopali dati per Summum Pontificem, cum futura ſucceſſione, ità ut ſi obeat Coadiutor ante factum caſum ſucceſſioni, in menſe Ordinario reſervato, beneficia talis Coadiutoris provideri debeant à Papa, prout providentur ea, quæ vacant per promotionem ad Epiſcopatum? Et intrare reſervationem dixit *cit.* Barboſ. *vot.* 28. ubi de proviſione beneficiorum Coadjutoris Eccleſiæ Epiſcopalis Oſcenſis in Hiſpania, per obitum ejus, ante obitum Coadiuti, cui fuit data retentio per Summum Pontificem, uſque ad caſum ſucceſſionis in Epiſcopatum, ut ſpectare deberet dicta proviſio tamquam de reſervatis, ad Sedem Apoſtolicam. Et idem ſenſit Rot. *in Olomucen. Canonicatus* 4. *Decembris* 1693. *coram Manuel*, *quæ eſt deciſion.* 15. *poſt* Remocham. *de*

Coa-

Digitized by Google

Coadiutoriis, in terminis obleus Coadiutoris Epiſcopi Olomucenſis, ante mortem ipſius Coadiuti; qui obtinuerat Coadiutoriam à Sede Apoſtolica, cum futura ſucceſſione, unà cum gratia retentionis dicti Canonicatus, uſquequo factus fuerit Caſus ſucceſſioni; eoque facto vacare deberet ipſo Jure; ita ut de illo per Sedem Apoſtolicam tantùm diſponi poſſit; & cenſuit Rota proviſionem ſpectare ad Sedem Apoſtolicam, etiam in terminis Concordatorum Germaniæ, quæ ibi vigent; ex ratione; quod cum agatur de retentione conceſſa, beneficii incompatibilis, durante Coadiutorio, inducitur reſervatio: quodque Coadiutoria ſit reſidentialis, & ſic incompatibilis cum alio reſidentiali beneficio, firmant Campanil. *in diver. Juris can. rubr. 7. capitul. 6. numero* 104. Moneta *de optione capitul. 4. quæſt. 8. num.* 157. Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſtico libr. 3. capitul.* 10. *numero* 31. Gratian. *diſc.* 805. *numero* 31. & 32. ubi poſſe *ex deciſ.* Rotæ Coadiutorem privare ob non reſidentiam, & *d. voto* 28. *numero* 4. Garz. *de Beneſic. part. 4. capital. 5. numero* 132. *ubi reijcit* Gonzal. Ventriglia *in praxi tomo 1. annot. 17. §. prim. numer.* 9. Caſtropal. *oper. Moral. tomo 2. tract. 3. diſput. 1. part. 10. numero* 10. Remochamp. *de Coadiutor. cap.* 12. *numero* 37. Rot. *dec.* 276. *numero* 3. & *per tot. p. 1. deciſ.* 392. *numero* 3. & 4. *part. 3. rec.* & *deciſion.* 434. *numero* 3. & 4. *coram Remboldo*, & *in citat. deciſion. Olomucen. numero* 9. ubi hoc firmatur, etiamſi in Bulla Coadiutoriæ, reſidentia non demandaretur. Unde vacante, in ipſa Coadiutoriæ conſecutione, dicitur illud reſervatum per retentionem conceſſam, quia jam vacare debuerat, ut in *citat. deciſ. Olomucen.* Et ulterius, quia etſi *in Extrav. ad Regim. de præb.* reſervata dicantur beneficia ob promotionem; ac coadiutoria non poſſit verè dici beneficium; tamen cum ſit incompatibilis cum alio beneficio reſidentiali, videtur habere affinitatem, & ſimilitudinem cum beneficiis, quæ per promotionem vacare dicuntur; ac reſervata ſunt Sedi Apoſtolicæ, ut proſequitur Barboſ. *cit. num.* 3.

Verùm contrarium, recedendo à prima *deciſion. in dicta Olomucen.*, reſolvit Rota *die 29. Martii*, & *25. Junii.* 1694. *coram eodem Manuel*, *quæ ſunt deciſ.* 16. & 17. *poſt Remocamp. de Coadiutoriis*; exque nituntur fundamento, quòd neque ratione diſpoſitionis *Extrav. ad Regimen. de præb.* & *Extrav. execrabilis*, *eodem titul.* neque ratione incompoſſibilitas, reſultat reſervatio; nam dicta Extravagans procedit in Beneficiis, quæ vacant per promotionem ad Eccleſias Cathedrales, ad quas nequit dici promotus ſimplex Coadiutor, cum futura ſucceſſione, ac intelligitur de eo, qui acquirit titulum, & Juriſdictionem Epiſcopalem, ita ut actu ſit Epiſcopus; qualis non eſt Coadiutor, aliàs eſſent duo Epiſcopi, & duo Capita, & ſponſi in eadem Eccleſia, quoad Jura abhorrent quaſi monſtrum. *Mean. ad jus Leodien. obſerv.* 277. *numero* 13. & 14. *Add. ad Quarant. in Sum. Bullar. v. Archiepiſcopi auctoritas numero 12. in fine lit. A.* & *B.* Anton. Fabrit. Blevian. *in Theor.* & *prax. Beneſic. lib. 2. titul. 8. numero* 19. Campanil. *in diverſ. juris annot. rubr. 7. capit. 6. numero* 107. Barboſ. *de jur. Eccl. libr. 3. capitul. 10. numero* 34. & *ſeq.* Tond. *quæſt. beneſ. lib. 2. part. 5. capitul. 194. numero 1.* & *ſeq.* Non habet enim Coadiutor jus in re, ſed in ſpe, nec dicitur propriè Epiſcopus. *Tondut. citat. numero* 3. *Megal. in prompt. moral. v. Coadiutor numero 1.* & *in citat. deciſ. Olomucenſ. deciſ. 16. numero 13.* & *deciſ. 17. n.* 6. & 7. Quodque procedit nedum in Coadiutore temporali, ſed etiam cum futura ſucceſſione, juxta ponderata per VVannes *conſ. canon. 16. nu. 12. circa fin. tomo* 1. Blevian. *citat. titul. 8. numero* 19. Barbaſtren. *Paſtorali Regul. par. 1. claaſ. 5. numero* 22. unde cum in actu receptionis Coadiutoriæ, non vacet beneficium, nec conſiderari valet reſervatio, antecedenter ad ejus aſſecutionem; indultumque retentionis conceſſum à Summo Pontifice, dicitur conceſſum ad cautelam, & de ſtylo Datariæ, vel utpotè ex falſa cauſa, quòd aderat vacatio; quia non cenſetur, Papam voluiſſe lædere jus Ordinariorum Collatorum, inducendo novam reſervationem in beneficio non vacato. Gonz. *ad regal. 8. Cancell. gloſſ.* 52. *numero* 45. *cum ſeq.* Rot. *deciſion.* 570. *numero* 8. *parte 1. recent.* & poſt Novar. *in Summ. Bullar. deciſ.* 30. *numero* 23. & *coram Richio deciſion.* 244. *numero* 6. eo magis ſi indultum reſpiciat reſervationem, ſolummodò in caſu ſecutæ ſucceſſionis in Epiſcopatu, ſcilicet retinendi, verbi gratia, Canonicatum durante Coadiutoria, quia, facto loco ſucceſſioni, vacat eo ipſo; ita ut de illo per Sedem Apoſtolicam tantùm diſponi poſſit, & ſic cum obierit Coadiutor ante ſecutam ſucceſſionem, non videtur intrare reſervatio, ut proſequitur *citat. deciſion. Olomucen. deciſ.* 16. *numero* 6. & 8. ubi quod reſervatio in Coadiutoria inducta, debeat ad unguem ſervari, juxta ejus terminos expreſſos, & in *deciſion. 17. numero* 19. & 20. Quod eo magis procedit in terminis Concordatorum, per quæ cum fuerint prohibitæ quæcumque expectativæ Beneficiorum, ac gratiæ præventivæ, neque per eas impediri debeat Ordinariis, libera collatio Beneficiorum in ſuis menſibus; nequit reſervatio induci pro actu futuræ vacationis, tempore quo Coadiutor decederet, ut eſſet in hoc caſu; Nicolarts *de Concord. titul. 2. dub. 8. §. 7.* Rot. *deciſ. antiq. de pact. coram Caſſador.* Mohed. *deciſ. 10. de privil. Pat. deciſion.* 108. *libr.* 2. & 225. *lib. 3. dec. 36. numero 12. coram Buratto*, & *coram Merlin. deciſ.* 768. *numero* 16. & *in Leodien. Canonicatus* 16. *Junii* 1606. *§. ratio eſt*, *coram Marcomontio*, penes Nicolarts *cit.* & ſolum dici poteſt inducta reſervatio in futura vacatione, ſi Papa derogaverit expreſsè Concordatis, vel Coadiutor moriatur in menſe reſervato. Fagnan. *capitul. nulla numero 77. de conceſ. præb.* Gonzal. *ad citat. gloſ. 5. §. 9. num.* 11. & 12. Pariſ. *de reſign. lib. 6. qu. 5. numer.* 70. & *ſeq.* CoKier *ad reg. Cancell.* 1. *num.* 22. & 8. Gloſſ. 12. *numer.* 7. & 23. Branden. *ad Concordata. qu.* 11. *numer.* 2. Nicolarts *cit. dub. 8. §. 6. cum ſeq.* Simonet. *de reſervat. quæſtio. 1. numer.* 5. Monet. *de option. capit. 4. quæſt. 8. numer.* 171. & *in citat. deciſ. Olomucen. 16. numer.* 12. & 13. & *numer.* 22. & 23. *in dec. 17. num.* 12. & 13. ubi quod Coadiutoria Epiſcopalis, videtur habere vim expectativæ, juxta Concordata Germaniæ: & cum futura ſucceſſione, poſſet dici, non deſinere eſſe odioſa; quia Papa eam concedit non jure Ordinario, ſicuti aliæ Coadiutoriæ temporales conceduntur, ut diſſerit Fagnan. *capit. nulla numer. 49. de conceſ. præben.* Hinc etſi Papa, in collatione Canonicatus Olomucen. vacati per obitum Coadiutoris, ante factum ſucceſſionis caſum, expreſſiſſet modum vacationis, & ſic viſus ſit voluiſſe providere; tamen dictum fuit, quòd aderat in proviſione clauſula: *Dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*; quæ qualificat totam gratiam, & non voluiſſe providere dicendum eſt, niſi Canonicatus fuiſſet reſervatus, & collatio ad ipſum pertineret. Roſ. *de execut. liter. Apoſt. par. 1. cap. 5. num.* 8. & *ſeq.* & *cap. 7. num.* 64. & 65. *deciſ. 25. nu.* 27. & *ſeq. par. 10. deciſ. 224. nu. 11. par. 12. recent.* etiam concurrente clauſula: *ſive alio quovis modo vacet*, quia quando non conſtet de clara intentione Papæ, volentis providere, non obſtantibus Concordatis, ac ipſis non derogavit expreſsè, non cenſetur voluiſſe præjudicare in collatione de reſervato, quando reſervatio non fuerit inducta in caſu obitus, ante aſſecutum Epiſcopatum, ut proſequitur *cit. dec. 16. n. 20. ad fin.* & *17. n. 14.* & *ſeqq. poſt cit.* Remoc. *de Coadiut.*

Nec etiam reſervatio potuerit induci ratione incompatibilitatis, quia ultra quod, plures DD. talem incompatibilitatem Coadiutoriæ Epiſcopalis, cum beneficio reſidentiali excludunt, quia Coadiutoria non requirit reſidentiam, niſi cautativè. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 9. nu. 122. in fin.* Franc. *de Eccl. Cathedr. capit. 32. num.* 116. Lotter. *de re beneſ. libr. 2. qu. 25. n.* 11. Vivian. *de Jurep. par. 2. libr. 5. 6. 8.*

Digitized by Google

numer. 76. *&* 77. Fabr. Blevian. *in theor. & praxi beneſic. libr.* 2. *titul.* 2. *numero* 11. *v. Coadutor*; tamen inſpici debet tenor Coadiutoriæ, qui ſi importet, tale onus non impoſuiſſe Papam, ſed potiùs remiſiſſe, dum voluit effectum futuræ ſucceſſionis, etiam ſi non inſerviſſet; proinde, conceſſa ſolùm facultate exercendi, non cenſetur inducta incompatibilitas. Rot. *dec.* 276. *numero* 3. *& per tot. part.* 1. *dec.* 392. *numero* 3. *&* 4. *part.* 3. *recent.* præſertim in Eccleſiis Germaniæ, in quibus ut plurimùm Principes, & aliquando minores, ad munia Epiſcopalia non habiles, aſſumuntur ad hujuſmodi Eccleſiarum Coadiutorias, ad effectum præventivè occurrendi periculis, quæ in Eccleſiæ vacatione, vel electione ſolent evenire. Card. de Luca *de regular. diſcur.* 53. *in princip. Mean. ad conſtituta Leodien. tomo* 3. *obſerv.* 277. *numero* 13. *Remoc. citat. capitul.* 13. *numero* 8. & ſolet proindè eſſe ſuffraganeus in dictis Eccleſiis Germaniæ, ultra Coadiutor; & ſic videtur excluſa obligatio reſidendi in Coadiutore, ſi non detur ob inhabilitatem Coadiuti Remocamp. *citat. capitul.* 13. *numero* 7. *&* 8. *& in citat. Olomucen. deciſ.* 16. *num.* 15. §. *pariter obſequentibus, & deciſion.* 17. *numero* 8. *& ſeqq.* Sicque Indultum retentionis, quod ſupponit incompatibilitatem, videtur receptum ad cautelam, & ex ſtylo Datariæ eitra neceſſitatem, dum Coadiutor non tenebatur dimittere Canonicatum, niſi poſt caſum ſucceſſionis in Canonicatu, ut proſequitur *citat. deciſion.* 16. *numera* 19. quæ *numero* 20. reſpondet *voto* 18. Barboſ. quod procedat extra terminos Concordatorum Germaniæ; tùm quia in dicta Coadiutoria Olomucen. ceſſabat onus reſidentiæ; & proindè incompatibilitas cum Canonicatu, in qua Barboſa magis ſe fundabat, ut putaret eveniſſe vacationem Canonicatus, & fuiſſe proindè conceſſam retentionem per Sedem Apoſtolicam, uſque ad tempus ceſſationis Coadiutoriæ, Sicque in caſu extra Concordata, vel obligationis reſidentiæ, præcisè in Coadiutore Epiſcopi, videtur intrare reſervatio ex vi decreti, in retentione appoſiti, ex rationibus à Barboſa adductis; & proportionabiliter ſupradictis applicandis; ſed verè eſt ſtylus in Congregatione Conciſtoriali, ut petatur retentio beneficiorum per Coadiutum in Epiſcopatu, etiam donec fuerit factus caſus ſucceſſioni; & conceditur retentio, vel hoc modo, vel etiam poſt factum dictum caſum, dependenter, an Coadiutor etiam poſt ſucceſſionem, non habeat redditus ſufficientes, pro dignitatis ſuæ, & Eccleſiæ decore conſervando; unde conſtat quod retenti beneficii vacatio intrat apud S. Sedem, etſi moriatur Coadiutor Epiſcopi ante caſum ſucceſſionis; & videtur facere *Clementin. Gratia de reſcriptis*, quòd gratia Expectativæ amittitur, ſi quis beneficium incompatibile recipit; & ſic in ſtatu Expectativæ datur incompatibilitas; ac proindè requiritur retentio.

Cœterum ratione ejuſdem qualitatis, nempe va-
53 cantiæ, per Concordata reſervata quoque fuerunt, diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis, omnia, & quæcumque Beneficia vacantia, aut vacatura per aſſecutionem quorumcumque Prioratuum, Dignitatum, Perſonatuum, Officiorum, Canonicatuum, Præbendarum Eccleſiaſticarum, aut Beneficiorum aliorum, auctoritate Apoſtolica immediatè Collatorum, aut conferendorum, quoties tamen virtute gratiæ expectativæ, aſſecutio facta non fuerit, ut ferè eiſdem verbis cavetur in Textu Concordatorum. Hin ſi quis aſſequatur ſecundum Beneficium ab Ordinario, aut quovis alio, Jus conferendi habente, ex auctoritate Apoſtolica; tunc ſiquidem ceſſat hujuſmodi reſervatio, ex ratione, quia Concordata ſolùm procedunt de verbo aſſecutionis, quæ immediatè fiat à Papa, ſeu per literas Apoſtolicas, non autem mediatè; & ſic cum ceſſet diſpoſitio Concordatorum, ceſſare videtur reſervatio, ut advertit Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 51. *caſ.* 8. *numero* 37. niſi primum Beneficium vacans per aſſecutionem ſecundi, etſi per collationem auctoritate ordinaria factam, eſſet alia ratione Apoſtolicæ Sedi reſervatum, quia tunc ceſſante una reſervatione ſubintrat alia, ut notat idem Gonzal. *gloſſ.* 25. *numero* 23. *in fine, & gloſſ.* 13. *numero* 81. 87. *&* 88. nec poteſt quis obtinens incompatibile Beneficium, illud dimittere in fraudem imminentis vacationis, ut in terminis etiam Concordatorum Rot. *dec.* 1364. *nu.* 4. *coram Emerix Jun.*

Progrediendo ad quartam reſervationem in Con-
cordatis, qualitatem, nempè Beneficii; certum 54
quidem eſt, quod ratione ejuſdem qualitatis, vi Concordatorum, collatio dignitatum Pontificalium, Abbatialium, & Majorum poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principalium in Collegiatis Eccleſiis, fuit reſervata ſoli diſpoſitioni S. Sedis in quocumque menſe, privativè quoad omnes alios Collatores, non habentes ſpeciale Indultum, ut ex contextu præſentis Conſtitutionis Cardin. de Luca *de Beneſic. diſc.* 13. *numero* 3. *Branden. ad Concord. iſta notabil.* 1. *numero* 9. *& ſupra innui*. Et ſic hæc reſervatio comprehendit Præpoſituras in Germania, quia regulariter ſunt primæ Dignitates ex relat. apud Rot. *deciſ.* 540. *numero* 8. *part.* 18. *recent.* Sed nunquid hæc reſervatio percutiat Dignitates etiam electivas? Rota *deciſ.* 572. *numero* 8. *coram Card. Cerro deciſ.* 580. *num.* 2. *par.* 2. *& dec.* 540. *num.* 10. *par.* 18. *to.* 2. *recent. & in Monaſterien. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *ſiquidem, &* 13. *Junii* 1710. *coram Caffarello, & Moguntina Decanat.* 15. *Januarii* 1712. §. *exiſtimarunt, coram Lancetta*, eſt pro affirmativa, non obſtante contraria obſervantia ad favorem Capitulorum; ſtante decreto irritante; ut de Concordatis dixit Rot. *in citation. Moguntina* §. *final. & Monaſterien.* 26. *Aprilis* 1709. §. *non obſtat, &* 13. *Junii* 1710. §. *final. coram Caffarello*, ubi firmatur, non prodeſſe collationes à Capitulo factas, niſi doceatur, fuiſſe approbatas à Sede Apoſtolica, juxta *Conſtitutionem* 41. Clement. VII. §. 2. in qua declaratur, ut per collationes, & alias diſpoſitiones, contra tenorem, & formam Concordatorum, quomodolibet factas; & quæ in poſterum fient, nullus titulus poſſeſſoribus acquiratur, ſed habeantur pro merè intruſis, Branden. *citat. queſtion.* 2. *numero* 11. & *queſtion. ſeq.* Rota *deciſ.* 572. *numero final. cor. Card. Cerro, & in citat. Monaſterien.* §. *non obſtat*: rationeſque prædictorum videndæ ſunt apud eoſdem: in quo poſſet dici, ſecundùm praxim, quòd procedat reſervatio in Dignitatibus electivis, ſivè ex ſtatuto, ſivè conſuetudine; ſed in primis Dignitatibus, ex privilegio, ſeu Indulto Apoſtolico conceſſo poſt Concordata, paſſim admittitur electio facta à Capitulis, quæ tale privilegium obtinuerunt; prout dictis Leodienſibus tale privilegium conceſſum fuit per Sixtum V. eligendi ad Præpoſituras, & Abbatias Sæculares, primas Dignitates poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis Eccleſiis ejuſdem Civitatis, & Diœceſis Leodienſis, intra 30. dies, à die vacationis computandos; quarum tamen electionum confirmationem à Summo Pontifice, intra ſemeſtre à die factæ electionis computandum, exquirere teneantur, adeòut ſi hujuſmodi electiones, & confirmationes ultrà reſpectivè ſtatuta tempora fiant, vel non petantur, tunc proviſio earumdem Præpoſiturarum, ſeu Dignitatum ad Apoſtolicam Sedem devolvatur; ut fuſiùs Indultum hoc refertur in *Conſtitutione* Urbani VIII. in qua nedum primum confirmatum fuit, ſed in multis ampliatum apud Nicolarts *citat. titul. primo dub.* 1. §. 12. ubi per extenſum refertur Bulla Urbani, & CoKier. *ſuper reg.* 3. *Cancellariæ n.* 36.

Verùm Paulus V. *in ſua Conſtitutione*, quam refert CoKier. *citat. ad reg.* 8. *numero* 21. *& ſeq.* licèt ſtatuerit, Ordinarii, & Capituli Leodienſis conſenſum, in coadiutoriis conferendis non requiri; quem conſenſum ex æquitate ſaltem requiri, innuit ex Concordatis Remocamp. *de coadiut. cap.* 5. *numero* 23.

nibi-

Digitized by Google

nihilominus quid quid ſit de juris rigore, in praxi non ſolet coadjutoria concedi per Sedem Apoſtolicam, niſi Concordatis derogaret. In hac quoque materia Dignitatum principalium adeſt *reg. 4. Cancellariæ* diſponens, quod tunc reſervatæ ſint Sedi Apoſtolicæ, cum excedant valorem decem florenorum Cameræ. Sed an procedat in Dignitatibus Germaniæ; negat, quia Concordata quidquam commune non habent cum *reg.* Gomez *deciſ. 6. lib. 2. poſt deciſ.* Coccin. *ant. impr.* Sed contrarium videtur innuere Rot. *in Monaſterien. Decanatus 17. Jun. 1718. num. 19. coram Foſcaro* apud Fagnan. *de Jurep. par. 6. pag. 256.*

Itidem inter Beneficia reſervata ſub hac alternativa, adſunt Beneficia monocularia; quæ ſic appellantur, vel quando in Eccleſia unum dumtaxat exiſtit Beneficium; vel quoties ad Collatorem unius tantùm Beneficii ſpectat collatio, ut docet Zerola *in prax. Epiſcop. part. prima ver. Beneficium §. 4.* CoKier *ad reg. 8. Cancellariæ gloſſ. 4. numero 5.* Nicolarts *ad Concord. German. dub. 2. §. 2.* Et quamvis de hujuſmodi monocularibus Beneficiis, ſpecialis mentio non habeatur in noſtra Conſtitutione, & Concordatis, nihilominus, quia illa generaliter loquitur de quibuſcumqne Beneficiis, nulli dubium eſt, quin monocularia, etſi tenuiſſima, ſub dicta alternativa comprehendi debeant, juxta regulam juris: qui totum dicit nihil excludit *l. teſtatorem 68. ff. de legat. 3.* Garz. *de Benef. part. 5. capitul. 1. §. 11. numero 514.* & lex generaliter loquens, ſic complectitur omnia, ac ſi ſingula individualiter eſſent ſpecificata *l. 2. Cod. de quadriennii præſcript.* VVameſ. *conſ. Can. tomo 2. conſ. 596.* Nicolarts *ad Concord. Germaniæ titul. de reſerv. dub. 2. §. 3.* Attamen ſi dignitas monocularis ſit in Cathedrali prima Dignitas, poſt Pontificalem, vel in Collegiata Dignitas Principalis, tunc locum non habet alternativa, ſed collatio hujus Dignitatis, licèt unicæ, & monocularis ſemper ſpectat ad Papam, Barboſ. *de offic. & pot. Epiſ. part. 3. alleg. 57. n. 102.* Caſtropalao *to. 2. tr. 13. punct. 19. n. 4. verſ. & contrarium*, Pariſ. *de reſign. Benef. lib. 7. qu. 11. n. 30.* Garz. *de Benef. par. 5. c. 1. §. 5. n. 267. & ſeq.* Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſ. 9. §. 4. n. 19. & ſeq.* CoKier. *ad reg. 3. Canc. n. 23. & 24.*

Quinta demùm qualitas reſervationis, eſt qualitas
55 temporis; ſcilicet, ut per ſex menſes proviſio ſpectet ad Ordinarium, & per alios ſex menſes ad Sedem Apoſtolicam; itaut alternatim menſium computatio fiat, ut ſcilicet menſis Januariii ſpectet ad Papam, menſis Februarii ad Ordinarium, & ſic deinceps.

Qualitas autem Beneficii de Jure Patronatus Lai-
56 calis, proculdubio excludit hujuſmodi alternativam, nec talia Beneficia de Jure Patronatus Laicalis ſub Concordatis comprehenduntur, adeòut in hujuſmodi Beneficiorum vacatione, quocumque menſe eveniente, Patronis Laicis liberum remaneat Beneficiatos præſentare, ſeu nominare coram Ordinario, qui proculdubio taliter præſentatos ad Beneficia inſtituere poteſt; firmat Nicolarts *ad Concord. German. titul. de reſerv. dub. 5. §. 8.* CoKier *ad regul. 8. Canc. gloſſ. 1. numero 3. & gloſſ. 8. per tot* Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. parte 3. allegat. 57. numero 25. & ſeqq. & numero 144.* & omnes communiter. Hoc tamen permittit Papa ex æquitate, ne Patroni Laici, qui hoc jus fundatione, dotatione, vel conſtructione de conſenſu Eccleſiæ acquiſiverunt: ad hujuſmodi piis operibus impendendis retrahantur; & hoc *per Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. capitul. 9. de reform.* pro certo habitum fuit: ibi: *Sicuti legitima Patronatuum Jura tollere, piaſve fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare æquum non eſt*. Beneficia tamen Juris Patronatus Eccleſiaſtici, ſub hac alternativa comprehendi debent ex ratione ſupra adducta, quia Concordata loquuntur de omnibus omninò Beneficiis, quorum collatio, præſentatio, electio, ſeù quævis alia diſpoſitio ad inferiores Collatores pertinet; Et ſic hac ratione nullum dubium cadere poteſt, quin ſub hujuſmodi alternativa, tàm vigore regulæ nonæ Cancellariæ, quàm Concordatorum, veniant comprehenſa Beneficia Juris Patronatus Eccleſiaſtici, tùm etiam quia faciliùs præjudicium infertur Clericis, quàm Laicis, *capitul. cum dilectus de Jure patron. capitul. dilectus de offic. delegat.* & ſic communiter firmant DD. Nicolarts *loco citat. dub. 5. §. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 18. numero 6.* Garz. *de Beneſic. part. 5. capit. 1. §. 11. numero 552. & ſeq.* CoKier. *citat. gloſſ. 8. numero 1.* Rota *in Monaſterien. Vicariæ 12. Martii 1706. coram Omanna §. juſtificatio autem, cum ſeq. & in Monaſterien. Decanatus 26. Aprilis 1709. coram Caſſarello.* Dubitari tamen poteſt, an Beneficia de Jure Patronatus mixto, cadant ſub hujuſmodi alternativa? Et quamvis favore Laicorum videatur poſſe capi negativa reſolutio, cum Laici excidere non deberent, propter Clericos, eorum privilegio; aliàs ſequeretur, quem in re individua, ratione ſocietatis, quæ communis eſt, præjudicium recipere; quod in Jure ſaperet abſurdum, ut probat Covar. *in pract. quæſtion. capitul. 36. numero 5.* Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 18. numero 17. & ſeq.* CoKier. *ad reg. 8. gloſſ. 1. ſub numero 3.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. parte 3. alleg. 57. numero 27. 144. & 257.* Piaſc. *in praxi Epiſcop. parte 2. cap. 5. art. 1. ſub numero 4.* Garz. *de Beneſic. parte 5. capitul. 1. numero 582.* Card. de Luca *de Jure Patron. diſc. 59. num. 20. & ſeqq.* Rot. *in recent. parte 13. deciſ. 376. numero 6. & ſeqq. & deciſ. 9, numero 30. coram Anſaldo, ac in d. Monaſterien. Vicaria 12. Martii 1706. §. Minuſque refragatur coram Omanna.* Nihilominus hujuſmodi negativa reſolutio, locum dumtaxat ſibi vindicat, quoties Patroni Laici ſunt potentiores, & numerum Eccleſiaſticorum excedunt; ſcilicet, quando majorem partem vocum, vel ſaltem æqualem cum Eccleſiaſticis habent in dicto Jure Patronatu mixto, ut aſſerit Nicolarts *ad Concord. Germaniæ titul. de reſerv. dub. 5. §. 15.* & Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 18. numero 15.* Minimè verò concluſio dicta procedit, ſi pars vocum Patronorum Eccleſiaſticorum excederet voces Laicorum; nam tali caſu ſemper major pars abſorbet minorem, & ſic à majori, & potentiori ſemper fit denominatio, & pars prædominans attendi debet, *capitul. ſedes, de reſcriptis, l. quod major ff. ad municipalem, l. quæritur ff. de ſtatu hominum*, & ità firmant *DD. ſupra allegati*. Sed contrarium docent; ſcilicet, etſi tenuis pars ſpectet ad Laicos, non intrare reſervationem in hoc Jure Patronatu mixto Amyden. *de ſtylo Datar. capitul. 15. §. 15. quæſtion. 24. numero 97. & ſeqq.* Cardin. de Luc. *diſcur. 59. numero 23. de Jure Patronat.* Rot. *deciſion. 323. numero 12. & ſequent. & deciſion. 376. per tot. parte 13. recent.* Et quidem videtur certè æquior opinio; quia illa tenuis pars Laici præponderare debet, ne præjudicetur Laicis, ac proindè diſtrahantur à fundationibus Eccleſiarum; quæ eſt ratio motiva non derogandi per reſervationes hujuſmodi patronatibus, Hinc videmus, quod Sacr. Congreg. Concilii non requirit concurſum, in Parochiis Juris Patronatus mixti, & ſi præponderent voces Eccleſiaſticorum. Amyd. *citat. & prius capitul. 15. §. 4. numero 28.* Fagnan. *capitul. Cum propter, à numero 40. de Jure Patron.* etſi Pignatell. iſtis contradicat *tomo 9. conſ. 82. numero 122.* Ulteriùs videtur facere praxis Datariæ, quia in proviſione beneficii Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, providet uti de reſervato, nec proceditur per viam derogationis; Si tamen agatur de patronatu mixto, numquam illud confert uti de reſervato, etſi minima pars ſpectet ad laicum, ſed illud providet uti de non reſervato, cum derogatione Juriſpatronatus; prout fit quando eſſet laicale in totum. Amyd. *ubi ſupra numero 113.* & notat hanc praxim Fagnan. *in dicto capitulo cum propter numero 64. de Jurepatr.*

Imò juxta ſtylum modernum Datariæ, etſi anti-

quitùs paſſim derogabatur Juripatronatui mixto, præſertim ſi præponderarent voces Eccleſiaſticorum, hodie non derogatur, niſi in paucis caſibus, in quibus ſolet derogari laicali in totum. Piton. *diſcept.* 3. *num.* 5. *&* 6. Requiritur enim derogatio ſpecialis fundationi, io proviſione Apoſtolica Beneficii Juriſpatronatus, ſi agatur de Jurepatronatu laico, & ex juſtitia; ſcilicet ex fundatione, conſtructione, ſeù dotatione; Secùs eſt in patronatu ex privilegio, Card. de Luca *diſc.* 65. *num.* 20. *& ſeq. de Jurepatr.* & requiritur derogatio ſpecialis Concordatis. Rota *in Moguntina Decanatus* 15. *Januarii* 1712. §. *eamdem, coram Lancetta, & Virdunen. Abbatiæ* 3. *Aprilis* 1702. §. *minuſque coram Molines.*

Prædicta tameo favore Juriſpatronatûs merè laicalis, & etiam mixti, intelliguntur quoties patroni laici probant, patronatum eiſdem competere ex fundatione, dotatione, ſeu conſtructione, vel habere cauſam ab habente unum ex dictis titulis; non au-
57 tem ſi tale Juſpatronatus patronis laicis competeret ex præſcriptione, conſuetudine, vel privilegio, aut quovis alio modo, quia talia Jurapatronatus fuerunt ſublata per Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *capit.* 9. *de reform. & ſeſſ.* 14. *capit.* 18. *pariter de reform.* tum quia hujuſmodi Jurapatronatus ante Concilium Tridentinum ſub reſervatione Apoſtolica comprehendebantur, ex quo Eccleſiaſtica cenſebantur, cùm traherent originem ab Eccleſiaſticis; nec laici qui non gaudent uno ſaltem ex ſupradictis titulis, dici poſſunt, quòd io Eccleſia aliquid contulerint, & proptereà uſquequo per Patronos laicos non probetur, Juſpatronatus ſibi competere ex fundatione, conſtructione, vel dotatione &c. ſemper comprehendi ſub reſervatione Apoſtolica dixerunt Garz. *de beneſ. part.* 5. *capit.* 1. §. 11. *num.* 576. CoKier *ad reg.* 8. *gloſ.* 1. *numer.* 5. *& gloſ.* 8. *num.* 2. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 57. *numer.* 28. Leſſius *de juſtit. & Jur. lib.* 2. *cap.* 34. *dubit.* 9. *num.* 40. & latè Gonzal. *ad regular.* 8. *gloſſ.* 18. *numer.* 18. *cum plur. ſeqq.*

Quando autem Juſpatronatus dicatur Eccleſiaſti-
58 cum, & quando laicale, aut mixtum, dicam alibi. Solummodò ſufficiat nunc aſſerere, quod Juſpatronatus, Confraternitatibus laicalibus relictum, ſi intuitu laicorum Confratrum relinquatur, tunc merè laicale eſt, & ſub alternativa Concordatorum, aut aliis reſervationibus non cadit, Rota *coram Priolo deciſ.* 104. *numer.* 17. *impreſſ.* apud Mantiſ. Card. de Luca *tomo* 4. *tit. de Jurepatron. deciſ.* 37. *numero* 14. *& in Parmen. beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *reſervatio autem in fine, coram Card. Scotto impreſ. apud Piton. diſcept. Eccl.* 15. *num.* 41. *in fine.* Si autem relinquatur laicis adminiſtratoribus, intuitu alicujus Eccleſiaſtici loci, Cappellæ, ſeu Monaſterii, & laicis adminiſtratoribus relicta fuiſſet ſola adminiſtratio, proculdubio hoc Juſpatronatus eſſet Eccleſiaſticum, caderetque ſub dicta alternativa, necnon ſub reſervationibus aliis Apoſtolicis, & regulis Cancellariæ etiam, prout diſtinguunt Anſald. *in* 2. *adnot. ad deciſ.* 9. *num.* 53. Rota *deciſ.* 661. *num.* 5. *part.* 19. *recen. & in Monaſterien. Vicaria* 12. *Maii* 1706. §. *eo autem fortiùs cum ſeq. &* 18. *Maii* 1707. §. *præſertim coram Omanna*, & in terminis Juriſpatronatus relicti Operariis laicis, quod dicatur Eccleſiaſticum, utpotè relictum intuitu Eccleſiæ, *in Barchinonen. Beneficii* 12. *Junii* 1688. §. *agitur ad finem, coram Card. Matthajo*, & in ſimili contra Capitaneos Poloniæ, adminiſtratores cujuſdam Eccleſiæ, etſi laicos *in Cracovien. Cantoria* 25. *Januar.* 1700. §. *verum cor. Lancetta, &* 11. *Maii* 1701. §. *tum quia; &* 6. *Junii dicto Anno* §. *reſpectu, coram Card. Caprara*. Et in terminis Canoniſſarum, quæ ſunt etiam laicæ, quòd Juſpatronatus relictum iis, contemplatione Eccleſiæ, ſeu Capituli conſtantis ex illis, & ex beneficiatis, dicatur Eccleſiaſticum Rota *in Monaſterien. Vicaria* 12. *Martii* 1706. *coram Omanna*. Et io terminis Juriſpatronatus hæreditatis deſtinatæ ad loca pia, ut dicatur Eccleſiaſticum, etiam ſi hæreditas ſit jacens, in *citata Barchinonen. Beneficii* 5. *Decembris* 1685. §. *quinimò, coram Cardin. Matthajo*. Ita ut ſi Juſpatronatus laicale transferatur io Eccleſiaſticas perſonas, evadat Eccleſiaſticum, & ſic ſubiectum dictis reſervationibus. *Cap. unica* §. *final. de Jurepatron. in* 6. Rota *in Aprutina Beneficii* 10. *Jun.* 1705. §. *etſi, coram Card. Scotto*; dummodò tamen mens Teſtatoris non eliciatur, ut etiam tamquam laicale habeatur, & non ſubjectum proindè reſervationibus; quæ mens etiam ex conjecturis, & argumentis convincentibus elici valet, ut in terminis dixit Rota *in Monaſterien. Canonicatus* 19. *Februarii* 1714. *coram Anſaldo*. Piton. *diſc.* 25. *numero* 21. *& ſeq. &* Rota *in Parmen. beneſ. poſt eum impreſſa numero* 47. Et in terminis hujuſmodi Concordatorum, Juſpatronatus Eccleſiaſticum, cum dicta diſtinctione, cadere ſub alternativa menſium, ſecùs autem Juſpatronatus laicale, dixerunt CoKier *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 8. *numero* 1. VVames *conſ. canon. tomo* 1. *conſ.* 292. *numero* 11. Zyp. *conſ. canon. lib.* 3. *titul.* 1. *latè* Nicolarts *citat. titul.* 1. *de reſerv. dub.* 5. §. 7. Rota *in Monaſterien. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *quod tamen coram Caſſarello, & in Leodien. Beneficii* 28. *Februarii* 1706. *coram Cardin. Priolo*, ubi in terminis Mamburnorum & Capitulorum utriuſque ſexus, *&* 29. *Novembris dicti anni, &* 25. *Februarii* 1707. *coram Omanna, & Monaſterien. Vicaria* 12. *Martii* 1706. *&* 18. *Martii* 1707. *coram eodem*, & in terminis Juriſpatronatus relicti Abbatiſſæ Collegiatarum *in Monaſterien. Vicariæ* 6. *Junii* 1707. *coram Cardinalis Scotto.*

Alia quippè cadit dubitatio in his Concordatis,
nempè an ſub alternativa prædicta, comprehendan- 59
tur beneficia erecta poſt datam hujus Conſtitutionis, vel ſolùm erecta ante illam; & quamvis nonnulli DD. negativam reſolutionem conentur ſubſtinere, ſcilicet, quòd beneficia creata, & erecta poſt promulgationem noſtræ Conſtitutionis, comprehendantur ſub alternativa Concordatorum; & moventur ex declaratione Papæ habita in *Clement. finali de reſcript.* nihilominùs cum dicta Clementina ſolùm procedat in reſervationibus ſpecialibus, pro certis, & individuis perſonis, proculdubio locum non habet, nec extendi poteſt ad reſervationes generales, uti ſunt illæ in Concordatis incluſæ, ut probat Nicolarts *citation. dub.* 4. §. 3. Gonzal. *ad regular.* 8. *gloſſ.* 9. §. 5. *numero* 44. *& ſeq.* CoKier *ad reg.* 8. *gloſſ.* 4. *numero* 9. *& ſeq.* VVames *conſ. canon. tom.* 1. *conſ.* 242. *numero* 4. quapropter cum leges generales ſemper reſervent, ſemperque loquantur *l. Arriani* 5. *Cod. de hæredit.* Rota apud Caputaqu. *parte* 1. *deciſion.* 200. *nu. final. & in Monaſterien. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *ſiquidem erectio, coram Caſſarello*, & proindè ſive beneficia ſint ante, ſive poſt datam Concordatorum erecta, ſemper ſub alternativa comprehendi debent. Nicolarts *loco cit. dub.* 4. §. 1. *&* 2. Æn. de Falcon. *de reſer. quæſt.* 3. *princip. numero* 8. & Rota *in d. Monaſterien. loco citat.* Garzias autem *parte* 5. *capitul.* 1. §. 11. *numero* 520. licèt hanc ſententiam amplectatur; attamen conatur defendere, quòd reſervatio non procedat in prima vacatione, quæ evenit poſt ipſam creationem, ſeu erectionem; ſed ſolùm io vacationibus poſt primam ſuccedentibus; atque ita loquitur: *Durum enim videtur, & à mente Papæ alienum, quod, ſi in menſe Apoſtolico crearetur, ſeu erigeretur beneficium per Ordinarium quod non eſſet de Jurepatronatus laicorum, Ordinarius ipſe non poſſet illud conferre pro illa prima vice, nec patronus Eccleſiaſticus præſentare.* Verùm hujuſmodi ratio per Garziam adducta non ſatisfacit, nam quidquid ſit, ſi à mente Summi Pontificis id ſit alienum, hoc unùm eſt verum, quod mens Papæ potiùs eſt, ut leges ſerventur; quam ut Sedi Apoſtolicæ præjudicium inferatur, & ſi minimum; ut eveniret, ſi hoc permitteret. Neque reſervati hujuſmodi

bene-

Digitized by Google

beneficii videtur dura, ut ſupponit *cit.* Garz. nam liberum eſt Ordinariis, & Patronis Eccleſiaſticis novam beneficii erectionem facere, vel in menſe Apoſtolica, vel in menſe ad Ordinarios ſpectante, adeòut vacatio beneficii, quæ ſuccedit per ipſam erectionem, ut eſt communio opinio *DD. in Clem. fin. de reſcriptis*, ubi Vitalin. *numer.* 18. *poſt gloſs. fin. ibid.* Geminian. *conſ.* 69. *num.* 1. dumtaxat dependeat à voluntate erigentis; & proptereà per hujuſmodi reſervationem nihil durum. Hinc cum Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſs.* 9. §. 5. *num.* 50. tenendum eſt, hujuſmodi beneficia de novo creata, & poſt Conſtitutionem erecta, comprehendi ſub hac alternativa, ac aliis Apoſtolicis reſervationibus, adeò ut ſi erectio facta fuerit in menſe Ordinarii, dubio procul collatio prima ad eumdem Ordinarium ſpectaret; quod ſanè procedit quoties nova creatio fit auctoritate Ordinaria. Si autem hujuſmodi creatio fieret Pontificia auctoritate, tunc collatio ad S. Sedem pertineret, etiamſi ipſa creatio in menſe Ordinarii eveniret, cum dicatur vacare in Curia. cum enim verba reſervatoria menſium ſint generalia, ità innovata in Concordatis ibi: *Quæcumque & qualiacumque*, ſufficit quod actu ſit beneficium, tàm ſi ante, quàm poſt tale tempus fuerit erectum. Gonzal. *ad reg. prædictum menſium*, *gloſ.* 9. §. 5. *num.* 44. Nicolarts *ad Concord. tit.* 1. *de reſerv. dub.* 4. §. *ſecundo in fin. & in Monaſterien. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *ſiquidem*, *coram Caffarello*; prout procedit in beneficiis regularibus ſæculariżatis, quia etſi beneficia regularia ſint manualia, etiam in vim Concordatorum (exceptis electionibus Monaſteriorum) & ſint ſub obedientia ſuperiorum, ſicque impediatur cum illis reſervatio; de qua Rota *in Virdunen. Abbatia* 26. *Junii* 1699. §. *præterea*, & 3. *Aprilis* 1702. §. *alienam*, *coram Molines*, tamen poſita ſæculariżatione, remanet beneficia perpetua, & ſic ſub reſervatione. Rot. *in Moguntina Decanatus* 15. *Januarii* 1712. §. *quandoquidem*, & *ſeq. coram Lancetta*; ubi, etiam ſi præſervata fuerint privilegia regularium, quia intelligi debent de compatibilibus; prout, quod non ſit manualitas, & obedientialis qualitas cum ſæculariżatione.

Dubitari etiam poteſt, an ſub hujuſmodi alternati-
60 va, comprehendantur Beneficia, quæ in Germania Officia Eccleſiaſtica appellantur? Et quidem pro hujus dubii reſolutione, videtur cum diſtinctione reſpondendum; nam vel hujuſmodi Officia conferuntur in titulum; & tunc quia æquiparantur Beneficiis, nec aliam naturam conſequi poſſunt, *cap.* 2. §. *cum vero de conceſs. præben. & gloſ. in Clem. fin. verſ. à Beneficiorum*, *de Decim. & in cap. fin. de Conc. præb. in* 6. utique comprehenduntur ſub dicta alternativa; ut advertit Nicolarts *ad Concor. Germ. tit.* 1. *de reſerv. dub.* 3. *numer.* 2. vel non dantur in titulum, & tunc quia Benefici naturam non aſſecuntur, proculdubio nec minùs ſub alternativa complecti debent. Nec pro comprehenſione facit, hujuſmodi Beneficia (ut ſunt officia Cuſtodis, Cellararii, & his ſimilia) eſſe Eccleſiaſtica, etſi ad nutum amovibilia, prætertim ſi onus miſſarum annexum habeant; quoniam, ut cadant ſub reſervatione debet eſſe omninò collativa; cùm reſervatio titulum collativum, & veras Beneficii qualitates præſupponat. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 5. *paragrapho* 11. *numer.* 17. & 18. & Nicolarts *loco ſupra citato*, CoKier *ad reg.* 8. *n.* 24. Garz. *de Benef. part.* 5. *capit.* 1. *numer.* 119. §. 1. optimè Rota *in deciſ.* 257. *per tot. coram Millin. Monaſterien. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. *paragrapho ſiquidem coram Caffarello*, & *Monaſterien. Vicariæ* 3. *Aprilis* 1713. *paragrapho neque*, *coram Lancetta*, & *in Auguſtana Summæ Cuſtodiæ* 21. *Junii* 1715. & 15. *Junis* 1716. *cor. Cardinali Falconerie*, ubi agitur de officio nuncupato *Summa Cuſtodia*.

Verùm in caſus contingentia, perſpicuè ad trutinam revocari debet, an verè Officium Eccleſiaſticum ſit ſimplex, & manuale, ut ſub Concordatorum diſpoſitione non comprehendatur, vel potiùs requiſita habeat Beneficii, vel Dignitatis Eccleſiaſticæ collativæ, quæ proculdubio Concordatis ſubiunt, ut circumventio ingeri ſolita declinetur, de qua teſtatur Nicolarts *in ſæpedicto tractatu dub.* 3. *paragrapho* 1. ibi: *Inter alia argumenta, quibus Ordinarii quidem collatores eludere, ſeù potius eludere conantur Concordata Nationis Germanicæ eſt, illud, quo Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacantia, colorare ſolent titulo Officiorum Eccleſiaſticorum, exiſtimantes ea ſub Concordatorum alternativa non comprehendi.*

Qualitas Curata in Beneficiis licèt non enuncietur
in hac Conſtitutione, quando alternativa permittitur, 61
nec ulla fiat ſpecialis mentio de ea; nihilominus hujuſmodi Beneficia curata, per illa verba generalia: *De cæteris vero Dignitatibus, & Beneficiis quibuſcumque Sæcularibus, & Regularibus*, videtur nullum dubium cadere poſſe, quin ſub hac alternativa complectantur; cum dictio *quibuſcumque* eam vim præſeferat, ut omnia Beneficia comprehendat, ac ſi ſingula ſpecialiter expreſſa fuiſſent, ut ſupra innui, & tenet Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 8. *numer.* 61. Rot. *deciſ.* 680. *numer.* 5. *part.* 2. *recent.* & alii quos refert Nicolarts *loc. cit. dub.* 6. *paragrapho* 1. In hujuſmodi autem Beneficiorum vacatione, quæ Curam Animarum annexam habent, etiam ſi vacatio occurreret in Menſibus S. Sedi reſervatis, nihilominus eorumdem proviſio, Concordatibus non obſtantibus, per concurſum fieri debet, juxta diſpoſita per Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſs.* 24. *cap.* 18. *de reform. & per Conſtit.* 5. S. Pii V. *la* 33. *tom.* 2. *Bullarii*; & ſic pluries declaravit *Sac. Congregatio Concil.* teſte Pariſ. *de reſign. lib.* 8. *quæſt.* 9. *numer.* 103. latè Rota *in Leodien. Parochialis*, *ſeù Vicaria* 1. *Julii* 1707. *paragrapho in idem*, & *ſeq. coram D. Aldovrando*; ubi reſpondet exceptioni, quòd Concilium, & Bulla Piana, circa concurſum prædictum, non fuerit recepta in Germania; prout etiam vigore dictæ Conſtitutionis Pianæ, Vicariæ perpetuæ minimè ſubſint Concordatis, nec regulis Cancellariæ, itaut quocumque menſe illæ vacaverint, ſemper earumdem diſpoſitio ſpectat ad illos, quibus Eccleſiæ Parochiales unitæ reperiuntur, Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 5. *paragrapho* 3. *num.* 59. & 60. Garzias *de Benef. part.* 9. *cap.* 2. *paragrapho* 2. *numer.* 189. & *ſeq.* & quod Vicariæ non cadant *ſub reg.* 9. nec ſub reſervatione Concordatorum. Rota *in Leodien. Beneficii* 25. *Februarii* 1707. *paragrapho quia coram Anſaldo*. Sed id verum eſt quoad jus nominandi, quod competit rectori habituali, cui eſt unita; non autem, quoad proviſionem, quæ in menſibus reſervatis fieri debet à Sede Apoſtolica, ad favorem perſonæ nominatæ; ut diſtinxit Rota *in Tiraſonen. Vicaria apud Piton. diſcept.* 27. *numer.* 3 & etiam in Vicariis Germanicæ recipitur proviſio Apoſtolica prædicta, *cit.* Leodien. *coram Anſaldo*, *paragrapho avulſa*, prout fuit recepta dicta proviſio in caſu deciſionis *Leodien. Vicaria* 25. *Junii* 1706. *coram Molines*, *confirmata* 1. *Julis* 1707. *coram D. Aldovrando*. Ob eam rationem, quòd reſervatio cum non tollat jus Rectoris habitualis, nominandi Vicarium, proviſio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, vel Ordinarium, prout cadit reſervatio; hinc Lovanienſem Univerſitatem in vim ejus privilegii, ne quidem conferre Vicarias dixerunt Nicolarts *cit. dub.* 7. *paragrapho* 10. Vvames *conſ.* 294. *numer.* 23. Rota *in deciſ. Leodien. Parochialis coram Molines*, & *Aldovrando*, & *in dicta Leodien. Beneficii coram Anſaldo*.

Agendo tamen de Parochialibus Patronatus Eccleſiaſtici, dubitari poſſet, an non obſtante Bulla Piana, ſi concurrat lapſus centum annorum, quo non fuerit factus concurſus, id ſuffragetur, ut fieri non debeat in futurum, ex præſumpto privilegio Apoſtolico, à dicta centenaria procedente? Et affirmat Rota *deciſion.* 52. *numer.* 4. & *ſeq. coram Ubago*, & latè *in Legionen. Parochialis* 27. *Aprilis* 1703. *in fine*, *coram Pio*, & 11. *Januarii*, & 2. *Julii* 1706. *coram Kaunitz*, & *in Novarien Parochialis*, *ſeù*

Vica-

Vicaria Sancti Martini 12. *Junii* 1705. *paragrapho finali*, *coram Card. Caprara*, *&* 2. *Julij* 1706. *paragrapho nihilominus coram Anſaldo*; de qua tamen opinione dubitavit deindè Rota in repropoſitione dictæ cauſæ *Legionen.* ac ſcribi mandavit, à duobus Urbis Advocatis; quod non fuit executum ob obitum collitigantis, ex quo dicta cauſa ſiluit, ut narratur *in Novarien. Parochialis, loci Ciſti* 27. *Januarii* 1710. *paragrapho hinc non minus*, *coram Card. Priolo*, & ſic videtur Rotæ opinio non fuiſſe conſtans in affirmativa, ſed inclinaſſe etiam in negativam, nempè non ſuffragari immemorabilem pro exemptione à concurſu prædicto. *Novarien. Canonicatus prima Decembris* 1690. *paragrapho nihil refragante coram Manuel*, *& latè de re D. Piton. Advocatus ex primariis Urbis de controverſ. Patron. tom.* 1. *alleg.* 5. ubi poſuit votum ſuum negativum, cum fuerit unus ex Advocatis requiſitis à Rota ad ſcribendum; de quo articulo ſuo loco ad Pianam Conſtitutionem dicam.

Verùm beneficia, quæ vigore hujuſmodi alternati-
62 væ, ideſt quæ vacant in menſibus Apoſtolicis, conferuntur à Papa, quamvis vi Concordatorum, intra tres menſes decurrendos à die notæ vacationis in loco Beneficii, à S. Sede Apoſtolica conferri debeant; adeò ut dicto trimeſtri elapſo, intret tunc devolutio à majori Collatore ad minorem; nempè à Papa ad Ordinarios; ut apertis verbis cavetur per Concordata; ibi: *Quoties verò aliquo vacante beneficio in Januarii*, *Martii*, *Maii*, *Julii*, *Septembris*, *& Novembris menſibus*, *ſpecialiter diſpoſitioni dictæ Sedis reſervatis*, *non apparuerit intra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficii*, *quod alicui de illo Apoſtolica auctoritate proviſum fuerit*; *ex tunc & non ante*, *Ordinarius*, *vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinebit*, *de illo liberè diſponere poterit*. Quod ſanè eſt ſingularis permiſſio, ac præcipua conceſſio à ſumma quidem Apoſtolica benignitate elargita, favore Germanorum, contra jus commune *in cap. licet* 3. *de ſupplen. neglig. Prælat. cap. poſtulaſti* 15. *de Conc. Præb. gloſ. in cap. ſtatutum* 3. *in ver. numerandum ſub fin. de præb. in* 6. quod etiam notat Branden. *ad Concord. quæſt.* 6. *num.* 17. Nicolarts *ad eamdem Concord. tit.* 1. *dub.* 11. *paragrapho* 2. ac dixit Rot. *deciſ.* 16. *numer.* 18. *&* 19. *coram Benincaſa*; *in Auguſtana Canonicatus* 12. *Januarii* 1703. *paragrapho aut poſt coram Molines*; imò Rota *in citat. deciſ.* 16 *coram Benincaſa* innuit trimeſtre à die notæ vacationis, Pontifici currere, ſupponens ita declaratum in *Conſtitut.* Greg. XIII. *incip. Quæ in Eccleſiam* 42. Sed Bulla diſponit tantùm, ſufficere, ut collatio fiat intra trimeſtre per Papam, etſi non fuerit inſinuata, & denunciata in partibus intra tale tempus. CoKier *ad regul.* 8. *Cancellariæ gloſ.* 11. *numer.* 4. *&* 5. Rota *deciſ.* 205. *numer.* 3. *&* 4. *part.* 10. *rec. deciſ.* 364. *numer.* 6. *coram Emerix Junior.* Nec dicta Bulla irritat proviſiones, ſi omiſſa fuerit præfata denunciatio proviſionis Apoſtolicæ intra tres menſes, ut reſpondit Rota *in Colonien. coram Comitulo deciſ.* 69. poſt. Poſth. *de manuten. num.* 4. *& in Treviren. Parochialis* 26. *Junii* 1715. *paragrapho atque*, *& ſeq. coram Lancetta*, ſatiſque eſſe, quòd Papa appoſuerit manum per ſupplicationem ſignatam, ut impediatur Ordinarius in collatione Beneficii, etſi intra dictos tres menſes ſignificata non fuerit in partibus; ut in his terminis Concordatorum, etiam conſiderata dicta Conſtitutione Gregoriana, nullitatis pœnam non imponente, ob non factam dictam denunciationem, docuit Nicolarts *cit. tit. de reſervat. num.* 2. CoKier. *cit. gloſ.* 18. *num.* 4. *&* 5. Rot. *cit. deciſ.* 69. *numer.* 4. & benè *deciſ.* 205. *num.* 4. *part.* 10. *rec. & in cit. Treviren.* quemadmodum & noviſſimè Rot. *in Hildeſimen. Canonicatus* 20. *Januarii* 1717. *paragrapho nec demùm relevat*, *coram D. Cerro*, *&* 14. *Martii* 1718. *paragrapho parùm officiente coram D. Criſpo*, in quibus deciſionibus ulterius agebatur de gratia proviſionis factæ, intra trimeſtre per Summum Pontificem; de qua conſtabat ex parva epiſtola, vulgo *biglietto*, Eminentiſſimi Prodatarii, Summum Pontificem feciſſe gratiam Canonicatus ei, cui dictam epiſtolam, ſeù *biglietto*, tranſmiſerat, cum Datario plena fides haberi debeat, tamquam organo Summi Pontificis. Amyden. *de ſtylo Datar. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 3. *& ſeq.* Corrad. *in prax. Benef. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 47. Card. de Luca *in relat. Rom. Cur. diſc.* 9. *numer.* 33. Gonz. *ad reg. Cancellariæ gloſ.* 63. *numer.* 60. Rot. *de execut. liter. Apoſtol. par.* 1. *cap.* 1. *numer.* 55. *&* 56. Rota *deciſ.* 68. *num.* 8. *&* 17. *part.* 5. *recent.* non obſtante, quod in dicto caſu deciſionis, Signatura, & Datario proviſionis provenerit poſt trimeſtre; quia pro perfectione gratiæ cum ſufficiat ſola voluntas explicata Summi Pontificis. Rebuff. *in Concord. in rubric. de mandato Apoſtolico paragrapho* 1. *verſ. literas*, Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 25. *numer.* 33. *& ſeq.* Signatura, & Datario non requiruntur niſi ad probationem gratiæ jam obtentæ, Geminian. *conſ.* 106. *col.* 2. *verſ. in contrarium*, Gomez *ad reg. Cancellariæ*, *Comment. de non judic. juxta form. ſupplic. part.* 1. *num.* 9. *verſ. & licet*; in lingua enim Principis ſtat gratia, & in ſcriptura teſtimonium, Gonzal. *gloſ.* 12. *numer.* 25. *& ſeq.* Rot. *cit. cap.* 2. *numer.* 25. Anaclet. *in lib.* 5. *decretal. tit.* 33. *paragrapho* 2. *numer.* 28. *in fin. tom.* 5. ſolùmque pro plenario effectu exequutionis, literæ expediuntur, ut in *deciſ. Hildeſimen.* & præſertim ultima, *§. de medio*, *& ſeq.* quæ cauſa dicitur fuiſſe compoſita inter partes.

Verùm dubitari poſſet, an in termino iſto trimeſtris, Apoſtolicæ Sedi aſſignato ad conferendum, minimè computandus ſit dies ille, in quo vacet Beneficium, ſed omninò hujuſmodi vacationis dies excludi debeat à dicto trimeſtri; ut vigore illarum dictionum *A.* & *Ex* in Concordatis appoſitorum, nempè *à die vacationis*, *&c. Ex tunc*, *& non antea*, *&c.* excideſit. *Et ex Bulla*. Greg. XIII. ibi: *Poſt lapſum trium menſium à die notæ vacationis*. *Rota in dicta Auguſtana Canonicatus paragrapho huc uſque*, firmat non computandum, atque infraſcriptis utitur fundamentis: quòd ſcilicet dictæ dictiones de ſui natura, denotent ſeparationem diei, in quo datur terminus, à termino præfixo; adeòut tempus illud trimeſtrale in Concordatis præfixum, dimetiendum non ſit de momento ad momentum; ſed excluſo penitùs illo die vacationis, computandum venit à die poſt ſecutam vacationem, juxtà optimam *gloſ. in dicto cap. ſtatutum ver. numerandum num.* 3. *verſ. tertium de præben. in* 6. ibi: *Tertium*, *quod non ſit computatio de momento ad momentum*, *ſed dies vacationis non computatur in menſe*, *ut hic patet*, *dum dicit à die*: Quam *gloſ.* ſequuntur Canoniſtæ præſertim Franc. *in eodem cap. ſtatutum numer.* 5. Barboſ. *ibid. num.* 5. *&* 14. Joannes Andreas, & Geminian. *numer.* 3. ac probant Tiraq. *de retract. lignag. paragrapho* 2. *gloſ.* 11. *numer.* 15. Alex. *conſ.* 114. *numer.* 2. *lib.* 5. Gomez *ad regul. de infirm. qu.* 37. *verſ. tamen*, Rebuff. *ad Concord. Galliæ tit. de reg. ad Prælat. nom. paragrapho* 1. *litt. N.* Verùm tamen eſt quod *dicta deciſio Auguſtana* emanavit unica parte informante; & in ſubſequentibus deciſionibus motivum hoc fuit omiſſum; & illæ innixæ fuere aliis, ut in eadem *Auguſtana Canonicatus* 23. *Junii* 1704. *coram eodem Molines*, *&* 19. *Januarii* 1705. *coram Omanna*, in quibus fuit dictum, fuiſſe collationem Ordinarii nullam, non quia contulit die 6. Octobris, quando vacatio contigerat die 6. Julii (& ſic computata die vacationis intra trimeſtre, ut dixerat Rota *in prima deciſ.*) ſed ex alio motivo, ut inferiùs dicam.

Sic quoque in dicta *prima deciſione Auguſtana Ca-*
nonicatus 12. *Januar.* 1703. firmatum fuit, quod præ- 63
fatum trimeſtre numerari minimè valeat materialiter, aut continuè, ſed dubio procul dimetiendum utiliter, & prout de jure, juxta *Text. in cap. quia diverſitatem de Conc. præb.* Etenim regulare eſt in jure quod legitimè impedito non nocet temporis lapſus, nec dies impedimenti contra ipſum computatur, *ad Text. in l. quibus die ff. de condit. & demon. Antonell. de temp. legal. lib.* 3. *cap.* 16. *numer.* 1. *Sabell. in ſum. paragrapho*

Digitized by Google

grapho impedimentum ſub num. 2. quod etiam currit in terminis Collatoris, quando huic occurrit impedimentum aliquod, quo legitimè durante, nullum dubium, quin eidem Collatori remaneat jus ſalvum, ut decidit *d. Text. in cap. quia diverſitatem de conceſ. præb.* ibique Fagnan. *numer.* 1. *& in cap. nulla* 33. *eodem tit.* Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *quæſt.* 10. Rebuff. *in prax. tit. de devolut. numer.* 13. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 10. Guttierez *Can. qu. lib.* 1. *cap.* 28. *numer.* 11. Murga *de Benefic. quæſt.* 3. *num.* 403. Garz. *eodem tract. part.* 10. *cap.* 2. *numer*{ 17. Pax Jord. *lucubr. Eccleſ. to.* 2. *lib.* 10. *tit.* 12. *numer.* 26. quapropter legitimo ſuperveniente impedimento, nulli dubium eſt, quin etiam loquendo in terminis Concordatorum, tempus trimeſtre Apoſtolicæ Sedi præfixum, impedimento durante, computari nequaquam valeat continuè, ſed utiliter; ut conſtanter ex dictis rationibus, tenuit Rot. *incit. Auguſtana Canonicatus paragrapho ſiquidem, confirmata ſub die* 23. *Junii* 1704. *coram Molines, paragrapho ſi agitur; & ſub die* 19. *Januarii* 1705. *coram Omanna paragrapho nec iterum*. Porrò plura occurrere poſſunt impedimenta, quibus dictum trimeſtre, utiliter, non autem continuè computandum eſt. Et quidem inter alia illud adnumeratur, quod provenire poſſet ex gravi Papæ infirmitate, quæ talis debet eſſe, ut Papa ex illa minimè valeat ſupplicationes gratiarum ſignare, nec Beneficiorum proviſionibus eſſe intentus: quæ ſanè infirmitas, generaliter loquendo, ac in omni materia, rationabile, legitimumque cauſat impedimentum, ut eſt *Text. expreſsus in l.* 2. *paragrapho confeſtim ad ſen. conſ.* Tertull. Caſtr. *conſ.* 398. *num.* 3. *lib.* 2. Sabell. *in ſum. verb. impedimentum numer.* 2. *verſ. quod legitimè*. Rot. *deciſ.* 386. *in fin. coram Durano, & deciſ.* 499. *numer.* 6. *part.* 13. *recent.* & quod infirmitas ſimile impedimentum cauſet in jure conferendi Spin. *in ſpec. teſtam. gloſ.* 4. *princip. num.* 23. Sanchez *conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 59. *num.* 11. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part.* 2. *verb. Beneficium cap.* 9. *verſ. intra quod*; prout ex his rationibus firmavit in terminis Concordatorum *d. deciſ. Auguſtana Canonicatus die* 12. *Januarii* 1703. *paragrapho duplex impedimentum, coram Molines*. Verùm plura urgere poſſent in contrarium. Unde dictum fundamentum non curſus temporis ob infirmitatem Papæ, uti minus tutum, noluit Rota ſequi in ſubſequentibus *deciſ. ejuſd. Cauſa Auguſtana Canonicatus* 23. *Junii* 1704. *coram Molines, &* 19. *Junii* 1705. *coram Omanna*. Sed reliquit illud in ſuſpenſo, innitendo alio fundamento firmiori, de quo inferius. Juſtum tamen, & legitimum conſiderari debet impedimentum, ſi intra hujuſmodi trimeſtre, ideſt eo non elapſo, occurrat vacatio Sedis Apoſtolicæ, quia tunc nemo dubitat, quin nullum currat tempus, per ea quæ genericè loquentes tradunt Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 13. *num.* 120. Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 562. & alii quos refert *præcitata deciſ. in Auguſtana Canonicatus*, ubi firmatur, quod tempore Sedis vacantis, tres menſes eidem Sedi per Concordata præfixi ad conferendum, non currant; & ſic per hujuſmodi legitima impedimenta, quemadmodum tempus non currit; ita ceſsat devolutio per Concordata permiſſa, ut etiam in terminis Concordatorum Galliæ probat Rebuff. *tit. de reg. ad Prælat. nomin. lit. N. circa fin. & lit. O. verſ. nec etiam*.

Et quamvis de jure ſit cautum, imò per Concordata; quod elapſo termino, à Summo Pontifice, jus conferendi tranſit ad Ordinarium, aut per viam præſcriptionis, ut volunt DD. *in cap. ſtatutum de præb. in* 6. præſertim Butr. *num.* 8. ibi: *Contra Romanum Pontificem inducta eſt hæc præſcriptio*; Joan: Andreas *num.* 1. Anchar. *ſub numer.* 1. *in* 2. *notab.* Franc. *numer.* 4. *verſ. pro quo facit*, & Gemin. *numer.* 10. *in fin.* aut juxta ſenſum Doctorum Germanorum, per viam devolutionis; nihilominùs legitimo concurrente impedimento, ſicuti præſcriptio locum ſibi vindicare non poteſt, ita pariter ceſſat devolutio. Et ſanè præſcriptio non intrat; quia contra non valentem agere, præſcriptio currere nequit, ad *text. in l. cum potiſſimè, paragrapho in iis, & paragrapho illud Cod. de præſcript. l.* 1. *Cod. de annal. except. cum aliis adductis per Rotam coram Coccin. deciſ.* 517. *numer.* 8. *deciſ.* 1699. *numer.* 13. *coram Cerro, deciſ.* 209. *num.* 2. *coram Priolo, deciſ.* 417. *numer.* 22. *& in rec. deciſ.* 330. *num.* 17. *& deciſ.* 366. *numer.* 5. *part.* 19. *recen. relat. in prima deciſ. dicta Cauſa Auguſtana Canonicatus paragrapho quinimmò*. Et urget ratio impedimenti, quod cauſat vacatio Sedis Apoſtolicæ, quia tempore S. Sedis vacantis nullum adeſt, qui beneficia tunc vacantia conferre valeat. Sanè non Pontifex, quia obiit; non Sedes Apoſtolica, ex quo iſta providere nequaquam poteſt, cùm ſit res inanimata, voluntate, & beneplacito carens, ad quod facit *Text. in cap. ſi gratioſè col.* 2. *de reſcript. in* 6. nec quidem S. R. E. Cardinales, quia quemadmodùm non ſolent, ita non poſſunt, Apoſtolica Sede vacante, beneficia conferre, ut ſuperius innui ex Fagn. *in cap. cum olim numer.* 30. *de major. & obed.* & tenent Pinſon. *de benef. paragrapho* 9. *numer.* 14. *fol. mihi* 386. Rebuff. *ad Concord. Gallia paragr.* 1. *lit. O. verſ. nec etiam, relat. in dicta Auguſtana Canonicatus paragrapho cit.* Hinc cum tempore, quo S. Sedes vacet, & deficiat ſubjectum habile, non valent beneficia provideri, adeòut verificari videatur Adagium illud: quod non entis nullæ ſunt qualitates, ut not. Rub. *in adnot. ad* 6. *num.* 121. *part.* 3. *recent.* proculdubio ſequitur per neceſſariam conſequentiam, quod tempus trimeſtris, dictæ Apoſtolicæ Sedi in Concordatis præfixum, obdormire debet; & in præjudicium S. Sedis currere non valet. Card. de Luca *de teſtam. diſc.* 72. *num.* 8. potiſſimè, ſi nulla concurrat negligentia; quæ cum ſit fundamentum præſcriptionis, probari utique debet, quòd per negligentiam factum non fuerit, id quod fieri potuerat, ut tradit Anchar. *in cap. ſtatutum de præb. in* 6. *num.* 2. cum aliis quos refert Rub. *in d. adnot. ad deciſ.* 6. *num.* 12. *part.* 3. *recent.* Prout quoque idem eſt, ſi dicatur hoc Jus conferendi poſt lapſum trimeſtris, redire ad Ordinarium, per viam devolutionis, quia ut proſequitur *prima deciſ. in dicta Auguſtana Canonicatus paragrapho aut poſt*, hujuſmodi devolutio præſupponit quoque negligentiam; quæ quidem nullimodè reputari valet, Sede vacante, Pontifice non exiſtente; ut ſuperiùs dixi; & tunc in rerum natura, nullus exiſtit Collator: & ſic ſubjecto non exiſtente, quemadmodum excluſa remanet quælibet devolutio, *juxta Text. in cap. illis, ne Sede vacante*: ibi: *Nec in eodem caſu poteſt dici, poteſtas conferendi ad Capitulum per Superioris negligentiam devoluta, cum non fuerit ibi Superior, qui eas poſſet de facto, vel de jure conferre. Et juxta gloſ. ibid. in fin.* aſſerentem: *Ubi nullus eſt Prælatus, non eſt negligentia*. Et ſic ſentiunt Rebuff. *de devolut. num.* 72. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 123. *ſub num.* 28. *par.* 3. Rota *in Cæſarauguſtana Beneficii* 20. *Novembris* 1686. *§. quorum, coram Cardin. Cavcia*. Ita terminus trimeſtralis, legitimo impedimento exiſtente, & interveniente, currere nequit; ut Concordatis non obſtantibus, firmant prædictæ tres deciſiones in *Auguſtana Canonicatus, cum DD.* ibi, & ſuperius allegatis; quarum duæ ultimæ deciſiones, relictis aliis motivis, vel infirmitatis Papæ, vel proviſionis factæ ab Ordinario poſt trimeſtre, computato die vacationis (quæ motiva canonizaverat Rot. *in* 1. *deciſ.*) unicè firmantur in nullitate proviſionis factæ ab Ordinario intra tres menſes; quia interim vacaverat Sedes Pontificia; & in computatione menſium non fuerat ſubductum tempus vacationis, prout fieri debebat.

Hinc propterea infertur, quod ſi Ordinarii Ger-
mani, vel alii ad quos collatio inibi pertinet, con- 64
ferant hujuſmodi beneficia, nondum expirato trimeſtri, ſubducto tempore Sedis vacantis, proculdubio hujuſmodi Collationes ſic factæ, ipſo jure ſunt nullæ, nedùm vigore Concordatorum, in quibus cavetur, ut innui, Ordinarios poſt lapſum trium menſium,

Digitized by Google

ſium, & non ante, conferre poſſe : ibi : *ex tunc & non antea* ; ſed etiam vigore Conſtitutionis ſanctæ memoriæ Clementis VII. in *Bull. tom. 1. Conſtitut.* 47. quæ munita eſt decreto irritanti ; & per quam collationes Ordinariorum, factæ contra formam Concordatorum, irritantur ; adeòut ſic proviſi ab Ordinariis, nullum jus, aut colorem acquirant ; ſed illos pro malæ fidei poſſeſſoribus, & intruſis haberi, & cenſeri ſtatuitur, ut benè firmat Nicolarts *ad Concor. Germ. tit. 1. de reſerv. dub. 2. paragrapho 5. verſ. tum ob Conſtitutionem ; ac eruditè in tit. 3. paragrapho 3. & ſeq.* ubi de Conſtitutionem tranſcribit per extenſum : cùm collatio nulla, collationis nomen non mereatur, ut in terminis Concordatorum dixit Vvames *conſ.* 223. *numer.* 8. & *conſ.* 239. *ante numer.* 1. & latè Rota *in cit. Auguſtana Canonicatus, & Monaſterien. Decanatus 26. Aprilis* 1700. *paragrapho ſi quidem cum ſeq. coram Caffarello*. Hinc etiam infertur, hujuſmodi collationem factam per Ordinarios, in termino trimeſtris, imò in ultimo die illius, poſt lapſum legitimi trimeſtris reconvaleſcere non poſſe, utpotè nulliter factam ; nec etiam ſi ex poſt, lapſum fuerit trimeſtre . Vvames *d. conſ.* 233. *numer.* 14. *& ſeq. & conſ.* 247. *num.* 4. Anchar. *in dicto cap. ſtatutum num. 2. verſic. quærit, & verſic. collationem, ibique* Franc. *numer.* 9. Rebuff. *in prax. tit. de devolut. numer.* 32. Ventrigl. *in prax. p. 2. adn. 3. paragrapho 3. num.* 28. *& alii*, quos refert Rota *in dd. deciſ. in cauſa Auguſtana Canonicatus* ; ubi quod ſatis eſt, ut factum ſit narratum Papæ, ex quo poſſit arguere nullitatem proviſionis Ordinarii, utì factæ intra trimeſtre ; quodque proviſio Pontificia ſit intelligenda eo modo, quo ſubſtineri poteſt, vel per viam præventionis, vel per viam devolutionis, ſtante nullitate proviſionis Ordinarii : etenim qui contra decretum Papæ contulit, deliquit, & proindè non debet ex delicto præmium reportare, ut notat Oldrad. *conſ.* 306. *incip. Quamvis Pater, & latius* Card. Zabarella *conſ.* 305. *numer. 6. verſic. in contrarium cum ſeq. uſque ad fin. Canoniſtæ in dicto cap. ſtatutum de Præb. in 6.* ac Rebuff. *ad Concor. in rubr. de collationibus, paragrapho ſi quis verò, ver. diſpoſuerit, verſic. 2. infertur circa final. & in tract. de nomine qu. 17. numer.* 12. Azor. *Inſt. mor. par. 2. lib. 6. cap.* 27.

An autem hujuſmodi collationes ab Ordinariis Ger-
65 manis factæ, contra formam Concordatorum, ideſt intra trimeſtre S. Sedi præfixum, poſſint per novum actum, ſeù per novam proviſionem revalidari poſt legitimum lapſum dicti trimeſtris ? Huic quæſito, quamvis videatur ex ſupra relatis rationibus dicendum, non poſſe Ordinarios Collatores per novum actum, primam collationem nulliter factam revalidare, ne videantur reportare præmium, ex delicto commiſſo contra Pontificias Conſtitutiones ; nihilominus quoties novus actus, ſivè nova collatio fit ex integro, poſt elapſum tempus trimeſtris Sedi Apoſtolicæ præfixi, tunc ſiquidem ſubſtinetur ; ratioque eſt, quia etſi actus nulliter geſtus tempore inhabili, per tempus habile ſuperveniens non revalidetur, juxta Juris regulam : *Quod ab initio non valet, tractu temporis convaleſcere non poteſt* ; verumtamen ſi actus ille, per novum actum ex integro reiteretur tempore legitimo, utique ſubſtineri debet ; ut in terminis devolutionis ; quando ſcilicet quis Jure devoluto conferre poteſt, ſi ante tempus devolutionis conferat, quòd tunc collatio eſt nulla, quam nec ſuperveniens devolutio, nec facultas conferendi in Ordinario validam efficere poteſt, niſi ex integro interveniat novus actus, ſeù nova collatio, latè firmat Oldrad. *ad d. conſ.* 306. Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 27. verſ. ſexto quæritur*. Verùm quia poſt lapſum legitimi trimeſtris, licèt fiat locus, favore Ordinariorum, devolutioni, nihilominus poteſt Papa ſi velit, ut ſuperiùs innui, Ordinarium prævenire, & cum ipſo concurrere, etiam in hujuſmodi beneficiis ſic devolutis, conferendis : hinc animadverti debet, quòd ut proviſio Ordinarii in hujuſmodi caſu locum ſibi vindicet, nedum debet eſſe anteriùs facta proviſione Apoſtolica ; ſed ut dictæ proviſioni Ordinarii credatur ; eam ſcilicet fuiſſe factam anteriùs illa Summi Pontificis ; debet ea eſſe munita omnibus ſolemnitatibus de jure requiſitis, de quibus latè Gonzal. *ſuper reg. 8. Cancellariæ de menſib. paragrapho 3. Proemial. num. 147. cum ſeq.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 57. verſ. qua de re*, Vaulx *de Benefic. lib. 2. tit. 5. numer.* 5. Lotter. *de re Beneficiaria lib. 2. quæſt. 23. numer.* 11. Pa. Jord. *elucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 3. de prævent. numer. 22. & ſeq.* Pyr. Corrad. *in prax. Benef. lib. 5. cap. 1. ſub num. 63. verſ. & quia ſæpè*, & alii relati per Rot. *in Monaſterien. Decanatus 28. Jun. 1709. paragrapho quin attendi coram D. Criſpo*, & in duabus confirmatoriis *coram eodem die 23. Julii 1711. paragrapho fruſtra denique, & die 22. Januarii 1712. paragrapho quin iterum* ; adeòut ſi proviſio Ordinarii deſtituta appareat dictis ſolemnitatibus, ſtatim intrat ſuſpicio anticipationis datæ, & ſic uſquequò non tollatur hujuſmodi ſuſpicio, non eſt ſufficiens ad impediendam proviſionem Apoſtolicam, ut firmant allegatæ tres *deciſ. in Monaſterien. Decanatus, & DD. præallegati, & Rota alibi paſſim*.

Hinc datur devolutio ad Papam, ſi intra ſex menſes, tempus à jure præfixum, Ordinarius Collator, vel alius Superior non provideat ; ita tamen, ut ſuperiùs dixi, poſſit Papa prævenire tempus Collatorum intermediorum, & cum ipſis concurrere, ut latè *in cit. deciſ. Monaſterien. Decanatus* ; ſed proviſionem Ordinarii debere eſſe immunem à quacunque ſuſpicione antidatæ requiritur ; & munitas literas proviſionis, nedum ſubſcriptione Ordinarii, & ſigillo, ac in publicam formam redactam proviſionem, ut proviſum Apoſtolicum excludere valeat, ait Rota *in cit. Monaſterien. Decanatus 28. Junii 1709. coram D. Criſpo* & in eadem 3. *Junii 1711. paragrapho fruſtra denique, coram eodem*, & generaliter Selva *de Benefic. p. 3. quæſt.* 23. Rebuff. *in prax. Benef. ſub rubr. ne quis ad collat. concl.* 12. Garz. *de Benef. par. 8. cap. 4. n.* 11. Murg. *eod. tract. quæſt. 3. num.* 28. Vanespen. *in Jus Eccleſ. Univ. tom. 2. part. 2. tit. 1. cap. 2. numer. 14. deciſ. 13. de probat. coram Creſcent. & in Melphicten. Cappellaniæ 26. Junii 1711. paragrapho & demum, coram Card. Priolo, & 22. Junii 1712. paragrapho fin. cor. Lancetta*. Sed recedendo à dictis deciſionibus Rota *in cit. Monaſterien. Decanatus 9. Junii 1713. coram eodem D. Criſpo* dixit quòd ad evertendam ſuſpicionem dictam antidatæ, in Collatione Ordinarii, ſatis eſt, quòd aliqua concurrat præſumptio, ſeù veriſimilitudo, quæ illam antidatæ excludat ; ut dicto caſu plura cumulat, nempè regeſtum literarum Ordinarii apud Notarium, atteſtationem Epiſcopi Suffraganei, inſignitatem Ordinarii Collatoris.

Occaſione etiam hujuſmodi Cauſæ Monaſterien. fuit in deciſionibus enucleatum, quod etſi, ut intret devolutio Beneficii Juriſpatronatus laicalis ad Ordinarios Collatores, requiratur notitia individua vacationis ; in patrono, nec ſufficiat præſumpta, ad latè tradita *per Rotam in Oſtunenſi Beneficii 10. Decembris. 1708. coram D. Criſpo, & in Capuana Juriſpatronatus 10. Junii 1709. coram D. Aldovrando*, tamen id procedit cum patrono laico, cum quo Eccleſia mitiùs agere ſolet, ut dicitur in dictis deciſionibus ; ſecùs tamen eſſe dicendum cum Epiſcopo, cui utì obſtricto ad viſitandam ſuam Diœceſim, & ſtatum Beneficiorum inquirendum, currit tempus à die vacationis, quàm vel ſcivit, vel ſcire debuit, ut in terminis dicti Decanatus dixit Rot. *in cit. deciſ. 3. Junii 1711. paragrapho pro evitando*, & generaliter Garzias *de Benef. part. 5. cap. 4. num. 3. part. 10. cap. 2. numer. 23. & ſeq.* Murga *de Benef. quæſt. 3. paragrapho 7. numer. 349. verſ. intelligitur*, Piaſec. *in prax. Epiſc. part. 2. cap. 5. de collat. Benef. num. 14. verſ. devolvuntur in fin.* Ventriglia *in prax. part. 2. adnot. 3. §. 2. numer.* 13. Berton. *de neglig. part. 1. artic. 3. numer. 15: & part. 2. art. 17. num.* 47. Rot. *deciſ. 48. numer. 6. ad 14. coram Priolo, & deciſ. 217. numer. 3. & 4. part. 12. rec.* ubi de Beneficio curato ; ut eò

magis

Digitized by Google

magis debeat Epiſcopus ſcire vacationem; nec excuſari valeat, ad tollendam proviſionem Apoſtolicam per viam devolutionis.

Hoc autem Jus Ordinariorum in providendis Beneficiis, intra tempus ſex menſium, procedit etiam in Beneficiis, quæ vacare contigerit Sede vacante Epiſcopali, incipiente tamen tempore ſex menſium, à die poſſeſſionis Epiſcopatus. Sed in citata *Monaſterienſi* fuit dictum, in primis deciſionibus, currere tempus à die, quo dictus Epiſcopus Paderbonenſis Adminiſtrator, fuerat à Summo Pontifice deputatus in Eccleſia Monaſterienſi, tunc vacante, in temporalibus, & ſpiritualibus, cum omnimoda Juriſdictione Epiſcopatus, eodem modo qua Epiſcopo competebat, & cum libera facultate percipiendi fructus dictæ Eccleſiæ; cùm inter actus Juriſdictionis, & fructus Eccleſiæ, proviſio Beneficiorum veniat, Gonzal. *cap. noſtrè numer. 7. verſ. nec ſecunda difficultas, de elect. & electi poteſtate.* Calderin. *conſ. 2. de elect.* Vvames *conſ. can.* 260. *numer.* 2. *tit.* 1. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quaſt.* 50. *num.* 8. Tondut. *quaſt. & reſol. Benefic. p.* 1. *cap.* 111. *num.* 2. Lagunez. *de fructib. cap.* 31. *numer.* 24. Rot. *deciſ.* 134. *numer.* 17. *coram Cerro, deciſ.* 1215. *numer.* 5. & 6. *coram Emerix. Jun.* Et dubitari solùm poteſt, an talis facultas conferendi Beneficia, ſit apud Adminiſtratorem à Capitulo deputatum Sede vacante. Dart. *Oper. Can. de Benefic. ſect.* 3. *cap.* 10. *in fin. Romag. ad Conſtit. Synod. Gerund. lib.* 5. *tit.* 13. *cap.* 3. *numer.* 10. Quippè eam facultatem non habere Adminiſtratorem, ſeu Viſitatorem deputatum ab Archiepiſcopo, in caſu negligentiæ Capituli; ſed in Adminiſtratore immediatè a Papa deputato, non videri de talis facultatis conceſſione dubitandum, in individuo dixit Pariſ. *de reſign. Benef. lib.* 7. *quaſt.* 21. *numer.* 10. & de adminiſtratore Deputato in Eccleſia Montis Faliſci Mandoſ. *ad reg.* 27. *Conc. quaſt.* 17. *in princ.* ac docent in Zoeſ. *in Com. ad lib.* 1. *decret. tit.* 10. *numer.* 7. *poſt cap. Eccleſia* 4. *de ſuppl. negl. Prel. in* 6. *paragrapho hujuſmodi, & gloſ. ibi, ver. utrum viſitator*, ubi Barboſ. *numer.* 2. Paſſerin. *numer.* 33. *aliique Scribentes*, Solorz. *de Jur. Ind. lib.* 3. *tom.* 2. *cap.* 4. *numer.* 51. & 52. Tuſch. *concl. prat. lit. v. concl.* 192. Oltrad. *conſ.* 208. *n.* 3. & 6. & dixit Rota *in cit. deciſ Monaſterien. Decanatus* 3. *Junii* 1711. *paragrapho hec autem Apoſtolica proviſio, & ſeq.* ubi quod negligentia Epiſcopi Adminiſtratoris valuerat inducere lapſum temporis ſex menſium, incipientium à die adminiſtrationis captæ, ad hoc, ut devolveretur proviſio ad Sedem Apoſtolicam; eòque magis, quia cum proviſio Epiſcopatus prædicti Monaſterienſis, deindè fuiſſet facta à Papa in perſonam ejuſdem Epiſcopi Paderbonenſis, electi jam Adminiſtratoris, & exerciti in dicto munere, videtur in eadem perſona negligentiæ origo fuiſſe. Verùm *in deciſ. edita* 9. *Junii* 1713. *coram eodem D. Criſpo paragrapho Quamvis*, Rota admiſit, Adminiſtratorem Apoſtolicum, ampliſſimis clauſulis conſtitutum, facultatem conferendi Beneficia habere, prout fuit in præteritis *deciſ.* firmatum. Et quidquid ſit, an negligentia Adminiſtratoris futuro Epiſcopo poſſit præjudicare, ad effectum inducendi lapſum temporis ad providendum Beneficia, & devolutionem cauſandi, ſuper quo valdè dictum fuit, hæſitari; ſed receſſit in hoc, quòd habeat locum in Adminiſtratoribus deputatis per SS. Pontifices, in Epiſcopatibus Germaniæ, ſed Epiſcopali vacante, ut poſſint conferre Beneficia; *Ubi enim*, proſequitur præfata deciſio *vigeant Concordata, cum Sede Apoſtolica, per quæ ſublata extitit reg.* 2. *Cancellariæ reſervatoria Beneficiorum vacantium tempore viduitatis Sedis Epiſcopalis, ac reſervatio prædicta, ibi Epiſcopos non ligat; qui poſtquam fuerunt electi, & confirmati, habent liberam poteſtatem providendi Beneficia ad eorum Collationem ſpectantium, quæ Sede etiam vacante contigerint vacare; prout de jure communi, Epiſcopis competit; quibus in Germania in hac parte per regulam Cancellariæ, quidquam derogatum non fuit*; & docent etiam CoKier *ad reg.* 2. *Cancellar. num.* 9. *Heger. ad d. reg.* 2. *per tot.* Nicolarts *ad Concord. Germ. tit.* 1. *dub.* 7. *paragrapho* 10. *numer.* 8. quòdque per deputationem Adminiſtratoris, etiam cum ampliſſimis facultatibus, non videtur Papa voluiſſe apponere manus, tribuendo illis dictam facultatem, & auferendo eam Epiſcopis, vulnerando Concordata; quibus, etſi poſſit derogare, Branden. *ad Concord. quaſt.* 8. Engel. *in Jus Canc. lib.* 3. *tit.* 5. *numer.* 54. *verſ. unde*, ac ſupra dixi; tamen requiritur ſpecialis derogatio eorum, ad tradita per Engel. *cit. numer.* 54. *verſ. quidquid*, Nicolarts *ad Concord. tit.* 1. *dub.* 7. *paragrapho* 10. *in fin.* Rota *deciſ.* 16. *numer.* 11. & 23. *poſt* Remocamp. *de Coadiutoriis, & deciſ.* 17. *numer.* 15. & 16. *verſ. abſque ſpeciali*, ac innui etiam ſupra, & *in cit. deciſ.* Et ſic Papa non cenſetur, Indultatario majorem facultatem tribuere, quàm ipſe concedens habet, ac exercet, ut eſt textus notabilis *in cap.* 1. *paragrapho quia enim ille de conceſ. preb. in* 6. Nicolarts *d. paragrapho* 10. *in fin. & paragrapho* 11. Ex Rota *in citat. Monaſterien.* 1713. *paragrapho quoties, & paragrapho ſeq.* ſubdit, quòd, etſi in dicto caſu deciſionis, idem Paderbonenſis Epiſcopus, Adminiſtrator deputatus à Papa Eccleſiæ Monaſterienſis, deindè electus ab eodem fuerit in Epiſcopum; non proindè tempus ſex menſium, currere deberet à die captæ adminiſtrationis, ſed à die ipſa deſponſationis Eccleſiæ, ſecutæ poſt electionem Pontificiam, in illius Epiſcopum, quia hoc ſecundo tempore jure proprio exercuit, primo autem jure Papæ deputantis, Fagnan. *capit. quia diverſitatem numer.* 30. *de conceſ. preb.* & ſic tempus præfixum Epiſcopis, fuit præfixum illis, qui jure proprio Beneficia conferre poterant: quam Collationem, ex dictis, neque Epiſcopus ille poterat facere uti Adminiſtrator, quia tale jus non habebat, nec uti Epiſcopus, quia talis adhuc non erat.

In facti etenim contingentia, animadvertendum, quòd ſolent expediri literæ deputationis hujuſmodi Adminiſtratorum Eccleſiarum vacantium, citra Montes, nedum in forma Brevis, ſed etiam per Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, prævio oraculo ſpeciali Papæ, directæ eidem electo Adminiſtratori, cum facultatibus adminiſtrationis, per Sanctiſſimum conceſſis, & aliæ literæ Capitulo, ut remoto Vicario Capitulari, eum uti Adminiſtratorem recognoſcant; ſed expreſsè limitari ſolet facultas conferendi Beneficia, ac etiam aliquoties concedendi dimiſſorias ad ordines, ſivè ipſos conferendi ſubditis: prout tempore noviſſimo fuerunt Adminiſtratores deputati Eccleſiis Urbevetanæ, Firmanæ, Sarſitanen. Auximanæ; & aliquoties deputantur Adminiſtratores Eminentiſſimi Cardinales, cum minori reſtrictione dd. facultatum. Prout etiam ſolent deputari Vicarii Apoſtolici, cum dd. limitationibus: ac de uſu hujuſmodi deputationum Vicariorum per Sedem Apoſtolicam, in caſu Epiſcopi ſuſpenſi à Juriſdictionem ob delictum, vel ob inhabilitatem Fagnan. *capit. cit. quia diverſitatem numer.* 32. *de conceſ. preb.* quòdque hæc expeditio fiat citra Montes, tàm per Breve Pontificium, quàm per literas Congregationis Epiſcoporum, & Regularium de mandato Papæ Nicolarts *in floſc. ver. Vicarius Apoſtolicus, & Monacell. in formul. tom.* 2. *tit.* 16. *form.* 8. & ita in praxi vidi, dum munere Secretarii Congregationis prædictæ fungerer.

Poteſt etiam inquiri in hac materia proviſionis Be- 66
neficiorum Germaniæ, in vim Concordatorum, in alternantibus menſibus, an fieri deberet in proviſione mentio menſis, in quo ſequuta fuerit vacatio, juxtà *regulam Cancellaria* 9. Et videtur in hoc Rot. *deciſ.* 516. *numer.* 7. *in Paderbonen.* 29. *Martii* 1610. *coram Coccino*, affirmaſſe, & *in Olomucen. Canonicatus.* 26. *Januarii* 1697. *coram Vicecomite, qua eſt deciſ.* 468. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* renuiſſe neceſſariam dictam expreſſionem, ad formam dictæ regulæ; cum narrari debeat vacatio menſis, qui innoteſcere debet Papæ, ut perſpiciat ad ſe ne, an ad Ordinarium ſpectet proviſio; pro quo fuit inducta dicta regula; quæ ratio militare videbatur, etiam ubi vigent Concorda-

ta, in

Digitized by Google

ta, in hoc ſolùm à regula diſcrepantia, quòd vigore iſtius Beneficia remanent perpetuò effecta, & non acquiruntur proviſo; io vim verò Concordatorum, affectio reſtringitur infra tres menſes, & deindè devolvitur jus ad Ordinarium, ita tamen, ut poſſit Papa ſemper prævenire, antequam Ordinarius provideat, ex vi d. devolutionis, ut in *cit. deciſ. numer.* 18. *& ſeq. ad fin.* & ſatis eſt, quòd Papa appoſuiſſet manum ante proviſionem Ordinarii; ut ex *citatis DD.* univerſaliter procedentibus, quòd per appoſitionem manus Papæ, Beneficium ſtatim remaneat affectum diſpoſitioni illius; & ſpecialiter, quoad Concordata in caſu prædicto lapſus trimeſtris, Rota *in Treviren. Parochialis* 26. *Junii* 1705. *coram Lancetta paragrapho non obſtat, & ſeq. impreſſa* poſt Fargnam *part.* 6. *de Jurepatr. pag.* 241. Tamen circa expreſſionem menſis vacationis, *in deciſ. noviſſimis citatis, Hildeſimen. in prima nempè paragrapho pleniſſimè, coram D. Cerro, & in ſecunda paragrapho haud obſiſtente, coram D. Criſpo*, dictum fuit; non fuiſſe neceſſariam expreſſionem menſis; ac ſatis fuiſſe generalem narrationem vacationis in menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato; ex ea ratione, quòd neceſſitas mentionis in regula demandatæ, procedat in vacatione in menſe Ordinario reſervato; ſed in reſervato Sedi Apoſtolicæ, ſufficit generalis expreſſio, quòd vacatio ecciderit in menſe reſervato; Gonzal. *ad reg. Cancellariæ gloſ.* 32. *numer.* 49. *&* 52. cum aliis citatis in dictis deciſionibus; ex ea ratione, ut dicit, quòd in reſervatis menſibus, Ordinarii habeant ligatas alas, & concurrere non poſſint cum Papa; nec eis inferri aliquod præjudicium; ut non relinquatur conſequenter locus regulæ, quæ ſolùm fundatur io præjudicio Ordinariorum; & ita fuiſſe dictum ſubdit Gonzal. *in una Tiraſonen. Canonicatus* 27. *Maii* 1602. *coram Pamphil.* & in aliis ab ipſo citatis.

Sed verè conſiderata diſpoſitione dictæ regulæ, in qua poſtquam fuerunt reſervati Sedi Apoſtolicæ octo menſes, ſtatim Papa ſubdit: *Volentes his ſupplicationibus, ſeù conceſſionibus gratiarum, quæ de dictis Beneficiis tunc vocantibus, etiam motu proprio fient, de menſe, in quo vacaverint diſpoſitivè mentionem fieri, alioquin gratias nullas eſſe*; neceſſariò talis mentio injuncta, referri debet ad vacationem in octo menſibus reſervatis, antecedenter expreſſis, numquam tamen ad quatuor menſes Ordinariorum, de quibus nulla antecedenter fit mentio; & ſic habere locum regulam, in menſibus reſervatis, non autem in menſibus Ordinariorum, ſenſit CoKier *ad dictam regul.* 8. *gloſ.* 13. Garzias *de Benefic. part.* 5. *paragrapho* 11. *cap.* 1. *numer.* 657. Rota *cit. deciſ. Paderbonen. Canonicatus* 516. *numer.* 7. *coram Coccino, & in eadem deciſ.* 79. *numer.* 3. *part.* 4. *recent. deciſ.* 53. *lib.* 2. *coram Puteo*; ac indeciſum hoc reliquit etiam Rota *deciſ.* 205. *numer.* 2. *&* 3. *part.* 10. *recent.* ſed ſolùm innuit, in regula reſervatoria excipi proviſionem io vim Concordatorum; ipſeque CoKier refellit *cit.* Gonzal. ac reſpondet *deciſionibus ab eo adductis*, eas nempè procedere, ut non requirant mentionem menſis, quando Beneficium ſit reſervatum alia reſervatione, quàm ratione menſium; quia tunc eum non poſſit conſiderari præjudicium Ordinarii, ceſſat ratio regulæ, inductæ, ne per proviſionem præjudicetur io menſibus eorum; & proindè ſi adſit alia reſervatio, non requiri expreſſionem menſis, docuerunt *cit.* CoKier Garz. *cit. loc.* Corrad. *in prax. Benef. lib.* 3. *capit.* 6. *numer.* 44. Rot. *cit. deciſ.* 25. *lib.* 3. *coram Put. deciſ.* 122. *part.* 3. *lib.* 1. *diverſ.* Imò idem Gonzal. videtur hanc veritatem fateri *citat. numer.* 49. ut mentio ſit neceſſaria io menſibus reſervatis. Et auctoritates prædictæ videntur in *d. deciſ. Hildeſimen. a* Rot. *cit.* applicatæ ad concluſionem, ut non requiratur mentio menſis, in menſibus reſervatis, quod non ſubſiſtit. Verùm in caſu præciſo *in cit. deciſionibus Hildeſimen*, aderat expreſſim vacationis in menſe reſervato, quia dictum fuit vacaſſe Beneficium in menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato; cum hoc modo videatur adimpleta mens, & ratio regulæ, ut Papa ſciat, vacationem ſequutam fuiſſe in menſe ſibi reſervato. Et in hoc ſenſu videntur poſſe ſubſtineri dicta per Rot. *in præfatis dec.* ut explicat *ultima deciſio paragrapho non relevantibus*.

Verùm io terminis Concordatorum, non adeſſe neceſſitatem mentionis temporis vacationis, à regula demandatæ, cum talis mentio fuerit inducta in reſervatione menſium, in regula prædicta facta; cumque talis mentio non fuerit volita in Concordatis, ceſſat quæcumque obligatio expreſſionis, ut dixit Rota *in Monaſterien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1643. *paragrapho præterea*, 16. *Januarii* 1645. *paragrapho quia quidquid ſit, &* 10. *Junis* 1648. *paragrapho ſupradictis, coram Ghislerio; quæ eſt deciſ.* 205. *part.* 10. *recent.* Rota autem in eadem *deciſ. Olomucen. ſupra adducta*, confirmatoria *deciſ.* 522. *pars.* 19. *tom.* 2. *recent.* diſtinxit, quòd aut agitur de menſibus, in Concordatis tantùm Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ut ſunt menſes Martii, & Septembris, qui ratione regulæ noo erant reſervati; & in iſtis expreſſio menſis ad ſummum poſſit admitti, quòd non ſit neceſſaria, quia in Concordatis, in quibus de oovo Sedi Apoſtolicæ reſervati fuere, noo demandatur talis mentio; ſi verò agatur de aliis quatuor menſibus Januarii, Maii, Julii, & Novembris, cùm prius in regula reſervabantur, videtur expreſſio menſis neceſſaria; quia quo ad iſtos antecedenter fixè reſervatos, non fuit Papæ novum Jus acquiſitum, ſed primævum tantùm præſervatum; cum Papa in Concordatis proceſſerit, quo ad dictos proprios menſes, per viam ſimplicis reſervationis, ut dicitur in hac Bulla Nicolai, confirmatoria Concordatorum *paragr.* 4. ibi: *Reſervamus, &c.* Et proindè cùm reſervationis natura conſervet jus primævum cum ſuis qualitatibus, infert Rota *prædicta numer.* 9. quòd in dictis menſibus jam ante reſervatis per regulam, & præſervatis in Concordatis, remanent ſub eadem diſpoſitione regulæ; non relevante, quod in eadem regula inſpiciantur, & præſerventur Concordata; quia præſervatio hæc procedit in iis caſibus, io quibus præjudicat juri conferendi, conceſſo Ordinariis in dictis Concordatis, ſecùs autem, in aliis Beneficiis collationis ipſius Papæ, in quibus dicta regula, & aliæ Cancellariæ locum habeot, ſicut in aliis Beneficiis cujuſcumque Regionis, Papæ reſervatis; *Branden. in Concord. Germ. quæſt.* 1. *num.* 4. *& ſeq. & quæſt.* 9. *numer.* 6. *& ſeq.* CoKier *ad regul. cit. gloſ.* 11. *numer.* 30. *Mean. obſer.* 375. prout io terminis aliarum Regularum proſequitur Rota, aliis citatis, *dict. deciſ.* 522. *numer.* 10. quodque procedere dixit, ſtante etiam obſervantia; cum io vacationibus Beneficiorum Germaniæ ſemper expreſſus fuerit menſis; quòdque *citata deciſ. Monaſterien.* proceſſerint in caſu, quando vacatio evenerat menſe Septembris, reſervato Sedi Apoſtolicæ in Concordatis tantùm, & non anteà io regula; & quia, cum in Concordatis nulla inducatur neceſſitas expreſſionis menſis, non venit expreſsè ſervanda, prout eſt in menſibus reſervatis io regula.

Verùm hæc ratio, difficultatis ſpeciem videtur habere; nam reſervatio, quæ fuit facta in Concordatis, poſſet dici de novo facta, cum verè alia antecedens non adeſſet: regula enim octava, ſeù nona reſervatoria menſium, fuit anteà promulgata ab ipſo Nicolao, nec afficit Nationem Germanicam, quæ tantùm ex Concordatis obligatur; & ulteriùs ordinationes Regularum Cancellariæ, expirant morte cujuslibet Pontificis, & denuò ex integro renaſcitur earum obligatio, ab illarum reoovatione, quæ fit poſt diem aſſumptionis, per quemlibet Pontificem; Gonzal. *cit. in proem. paragrapho* 1. *numer.* 55. Adden. *in notis illarum Regularum in proemio*, Caſador. *deciſ.* 3. *numer.* 2. *de reſervat.* Rot. *deciſ.* 255. *numer.* 3. *&* 4. *part.* 2. *diverſ.* ſicque reſervatio menſium Apoſtolicorum in Concordatis, nullo modo poteſt dici præſervatio juris, in vim dictæ regulæ jam nati; cum non adfuerit, vel exſpiraverit toties, quoties evenit mors tot Pontificum: proindè non dicitur in Concordatis præſervari reſervatio, ſed Papa reſervare; prout dixit in ipſa regula, utendo eodem verbo *reſervavit*: quare cum in his

Con-

Digitized by Google

Concordatis, nulla neceſſitas injuncta fuiſset exprimendi menſem, prout injuncta fuit in regula, non videtur ex quo vinculo, ſeù Papæ decreto, talis obligatio oriri valeat in reſervatis in Concordatis, ut intret gravis pœna nullitatis gratiæ; impoſita in dicta regula; eoque fortiùs, quia in regula iſta reſervatoria menſium, quæ à quolibet Pontifice, in craſtino ſuæ aſſumptionis de novo emanatur, apponitur expreſſa exceptio diſpoſitionis Concordatorum, ut benè ponderat Rota *cit. deciſ.* 205. *numer.* 3. *part.* 10. *recent.*

Poſſet tamen potiùs in re dici, quod cum regulæ iſtæ ſint inductæ pro lege expeditionum literarum in Cancellaria, in quibus verſantur in majori parte; & forma inducta in *reg.* 8. *ſeù* 9. expediendi literas in proviſionibus Beneficiorum reſervatorum ratione menſium eſt, ut in ſupplicationibus exprimatur menſis, in quo evenerit vacatio; debet tamquam regula data expeditioni, ſervari à quocumque, qui proviſionem Beneficiorum prædictorum recipere velit, accedente ratione ipſius diſpoſitionis, ne præjudicium inferatur Ordinariis in Collatione Beneficiorum, quoad vacationes occurrentes in eorum menſibus; quæ ratio æquè militat tàm in Beneficiis omnibus in vim regulæ, quàm Concordatorum reſervatis, & multùm ad id faceret obſervantia talium expreſſionum in proviſionibus obtentis, ut innuit Rot. *in cit. deciſ.* 522. *num.* 11. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* de qua obſervantia practici Curiæ conſuli poſſunt, & in qua locum relinquo veritati in caſus occurrentia.

His igitur enucleatis circa Beneficiorum reſervatio-
67 nes in Concordatis, & extra, contentas, finis eſſet huic Commentario imponendus. Verùm quia in eiſdem, etiam de Annatarum ſolutionibus, multa diſpoſita fuerunt, hinc operæ pretium eſt de hujuſmodi Annatis, nonnulla quoque breviter epilogare; cum cæteroquin de illarum juſtitia, ac antiquitate, & praxi latè, ac doctè agat Fagnan. *in cap. preterea, Ne Prælati vices ſuas*, & ego alibi dicam, ut magis in longum, Commentarium hoc non protrahatur. Et quidem licèt per Concordata expreſsè ſtatuatur, quòd proviſi de Eccleſiis Cathedralibus, & de Monaſteriis Virorum, ſolvere teneantur de fructibus primi anni à die jam ſecutæ vacationis, ſummam pecuniarum, juxta taxam in Libris Cameræ Apoſtolicæ adnotatam; quæ ſumma taxata pro media parte ſolvi deberet infra annum, à die poſſeſſionis, & pro alia media parte, infra ſubſequentem annum, imò quod ſi infra dictum annum bis, ſivè pluries occurrerit vacatio, tunc ſemel tantùm taxa prædicta ſolvatur, adeòut debitum hujuſmodi in Succeſsorem minimè tranſire debeat. Sic quoque licèt juxtà Concordata, proviſi Apoſtolici, de cæteris Dignitatibus, Perſonatibus, Officiis, & Beneficiis Sæcularibus, ac Regularibus quibuſcumque, ſolvere debeant Annatas, ſeù medios fructus, juxtà taxam ſolitam à tempore poſseſſionis intra annum (quod debitum minimè tranſire debet in Succeſſorem; nec proviſi de Beneficiis, quæ valorem 24. ducatorum auri de Camera non excedunt, aliquid ſolvere teneantur, ut clariùs per Concordata diſpoſitum fuit). Nihilominus hujuſmodi ſolutio Annatarum, quæ in Beneficiis Conſiſtorialibus dicitur commune ſervitium, quod explicat Amyden. *de ſtylo Dataria lib.* 1. *capit.* 18. *paragrapho* 3. *numer.* 18. Tond. *de penſion. cap.* 10. *numer.* 3. diſpoſitum, ut ſupra, per Concordata, tàm quo ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria Virorum, quàm quoad reliqua Beneficia, minimè juxtà modùm in Concordatis expreſsum, effectum habuit. Etenim quo ad primas, obſervantia eſt, quod ſolutio Annatarum fit juxtà taxam prædictam in actu expeditionis literarum Apoſtolicarum in Cancellaria, ut docet antiqua, & præſentanea praxis Cancellariæ Apoſtolicæ Fagnan. *citat. capit. preterea numer.* 83. ibi: *Quando proviſi expediunt literas bullatas, tunc juxtà obſervatam conſuetudinem; ſolvunt Annatam*; & ſubdit: *Si autem bis, vel pluries eodem anno vacaverit exigitur ſemel, numer.* 87. ubi adducit alios caſus in quibus non ſolvitur, aut ſufficit obligatio ſola; & quatenus ſolutio fit pro fructibus, proindè ſi ſolveret proviſus, & non conſequeretur poſseſſionem reſtitui debet exactum, ut noviſſimè in caſu obitus Coadiutoris Epiſcopi Olomucenſis, qui expeditis Bullis obiit ante Coadiutum, judicatum fuiſse dicitur ad favorem hæredum Coadiutoris, pro reſtitutione per Judicem Annatarum die 12. Maii 1712. per acta Petrucci, ſcribente pro Annatiſtis Pitonio *diſcept.* 18. Et quoad reliqua Beneficia licèt fructus excederent ſummam 24. ducatorum auri de Camera, obſervantia eſt, quod nihil ſolvatur, adeòut in hujuſmodi Beneficiis, expreſſio valoris regulariter ſemper fiat, illum non excedere 24. ducatos auri de Camera; licèt re vera valor ille eſset exceſſivus, & ſolvi deberet juxtà Concordata, media pars fructuum intra annum, ut ſuperiùs dixi, & hoc adeò eſt verum, ut in Canonicatibus Germaniæ, & Beneficiis, numquam quæſtio emergat ſuper valore fructuum; ſed expreſſio per non exceſsum in ducatis 24. præſumitur juſtificata, nec ulla alia indiget juſtificatione Rot. *deciſ.* 522. *numer.* 4. *part.* 19. *recentior.* cum aliis *in Friſingenſi Canonicatus* 27. *Junii* 1712. *paragrapho fin. coram D. Criſpo*, & de praxi in ſupradicta expreſſione juſtificata Rota *in pluribus deciſ.* inter quas adſunt *deciſ.* 139. *numer.* 6. *coram Merlin.* & *deciſ.* 552. *numer.* 4. *part.* 19. *rec.*

Verùm animadverti debet, quod hujuſmodi expreſſio inducat. 24. locum dumtaxat ſibi vindicet ad effugiendam ſolutionem Annatarum, ſeù medii fructus; non autem ad alios effectus, Rota *deciſ.* 400. *numer.* 13. *coram Cerro*, Merlin. *deciſ.* 139. *numer.* 7. & 8. ubi qui dicantur iſti alii effectus, ut exprimi debeat verus valor, & de privilegiis Univerſitatum, quæ ſunt quoad Beneficia certi redditus, & ſic exprimi debet; Et quamvis hujuſmodi Beneficia inferiora Germaniæ vigore dictæ conſuetudinis ſint exempta ab Annatarum ſolutione, nihilominus non ità accidit in penſionibus ſuper hujuſmodi Beneficiis, aſſignatis, ſi penſio ducatos 24. auri excedat, quia tunc cum rei veritas detecta remaneat, & latere non poſſit exceſsus, ut fit in expreſſione fructuum Beneficiorum, utique conſuetudo illa ſuper his inducta, extendi non poteſt ad hujuſmodi penſiones, ſed omninò legibus Ordinatiis, ſivè ipſiſmet Concordatis ſubdi, atque uniformari debet, in ſolvenda Annata, proviſus de his penſionibus, quæ ducat. 24. excedunt Nicolarts *ad Concord. tit.* 2. *dub. un. paragrapho* 3. & quo ad uniones Tond. *de penſ. capit.* 10. *numer.* 14. & 15. CoKier *ad reg.* 21. *num.* 17. exprimendus eſt verus valor Beneficii uniendi, & uniti, & ſic pro quindenniis taxandis. Credo autem in hac materia adfuiſse controverſiam in Curia pro quibuſdam quindenniis ſolvendis in Germania pro unitis Beneficiis.

CONSTITUTIO II.

NICOLAI V.

incipiens (*Miſericordias.*)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS EPISCOPUS.

INter Sanctos Confeſſores adſcribitur Bernardinus Senenſis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Canonizatio B. Bernardini Senenſis.*
2 *Ejus ortus, origo, ac geſta recenſentur.*

3 *Illius*

Digitized by Google

3 *Illius obitus, ac corporis tumulatio enunciantur. Auctor corpus illius veneratus fuit dum juvenis cum Patre, utriuſque Samnii Provinciæ Moderatore Aquilæ fuit, ibid.*

4 *Ritus in Canonizatione Sanctorum indicantur remiſſivè.*

5 *Recenſetur ſolemnitas extrinſeca, quæ adhibetur per Romanum Pontificem in Canonizatione; & num. ſeqq.*

Enunciatur ſolemnis Canonizatio facta anno 1712. per ſa. me. Clementem XI. quinque Sanctorum ibid.

6 *Præviis proceſſibus, ac probationibus Breve Beatificationis promulgatur.*

7 *Decretum itidem ſubſequitur per Canonizationem.*

8 *Quid agendum per Succeſſorem Pontificem, ſi poſt Apoſtolicum illud decretum, & ante actum ſolemnem Canonizationis Pontifex decedat.*

9 *Actus præliminares ſolemni actioni Canonizationis recenſentur.*

10 *Vocantur ad Urbem Epiſcopi finitimi, ut aſſiſtant Conciſtorio ſemipublico faciendo ante dictum actum Canonizationis.*

11 *An expediret vocare alios Epiſcopos longinquos, præſertim Italiæ?*

12 *Conciſtorium ſemipublicum indicatur, & quomodo, & cum quibus id eveniat?*

Quomodo ſuffragia præſtentur; & Papa præſtet Oraculum ſuum? ibid.

13 *Plura recenſentur circa ornatum Baſilicæ Vaticanæ, & alia paranda pro die ſolemnitatis Canonizationis.*

14 *Summus Pontifex die ſtatuto accedit ad dictam Baſilicam, & indicantur omnes actus Cæremoniales pro acceſſu, & Miſſa.*

Aliquæ actiones, & orationes referuntur, ibid.

15 *Actus Canonizationis per Summum Pontificem expletur, & quibus verbis, & quomodo agatur pro futura memoria.*

Oblationes, quæ offeruntur Papæ, ibid.

Indulgentia publicatur, ibid.

16 *Enunciatur liber nuper editus de actis Canonizationis dictorum quatuor per Clementem XI. peracta.*

TAntoperè emicuit Sanctitatis Bernardini Senenſis
1 fama; ac virtutum teſtimonia, Miraculorumque ſigna ita coruſcantia apparuerunt; ut vix poſt ſex annos ab obitu inter Sanctos adſcribi meruerit. Jam enim anno 1444. piè, occubuerat in Civitate Aquilæ; cùm Eugenius Papa IV. ſtatim plures delegavit ad inquirendum de ejus geſtis, virtutibus, ac miraculis; ſed morte præpeditus, talem curam per ejus Succeſſorem (Nicolaum V.) reliquit explendam, qui novis demandatis proceſſibus, ſervatiſque ſervandis, ad Canonizationem illius devenit, illumque adſcripſit inter Sanctos Confeſſores; ut elicitur ex hac ejus Conſtitutione edita in Urbe nonis Kal. Julii anno 1450. In ea etenim ſatis exprimitur, qualis, quantuſque fuerit odor Sanctitatis Bernardini; cum ab ipſis incunabulis perfectioni Evangelicæ ſe totum conſecraverit. Dum enim
2 Senis, celeberrima in Etruria Civitate ortum habuit ex Nobili Familia Albizeſca, teneris etiam annis, orationi, jejuniis, ac Beatiſſimæ Virginis ſpeciali Cultui ſe addixit, & ætate ſimul, ac pietate crevit; Hoſpitali Beatæ Mariæ de Scala pro pauperibus inſerviendis ſedulò incumbens, corporis cruciatus voluntariè ſubſtinuit; ac inter alias præclariſſimas virtutes, tamquam Regina Caſtitas præeminebat, ab ipſo cautè ſemper cuſtodita. Vix ad Religionem Fratrum Minorum, divino ſpeciali nutu convolatus, Vineæ Domini Cultor eximius evaſit; dum in prædicatione Verbi Domini, ita ſe exercuit, ut ferè per totam Italiam Chriſti Evangelium renovaverit; & miram pietatem flagranti charitati conjungens, Deo, & hominibus placere minimè deſtiterit. Sed quia non eſt hujus operis fuſiùs referre Vitas Sanctorum, idcircò ſingulas ejus virtutes, ac miracula recenſere abſtinebo, nonnulla dumtaxat Nicolai verba ipſa, quæ in hac Bulla continentur, tranſcribens: *Tanta Omnipotentis Dei atteſtatione munitur, ut humana non egeat laude. Et tanta in Sanctitatis Suæ teſtimonium coruſca verè miracula, ut etiamſi qui ſint Miniſtri Satanæ, qui ejus cuperent detrahere Sanctitati, tantis viſis ſignis, atque portentis, pœnitùs obmuteſcant; & qui beneficia Dei tempore noſtro exhibita recognoſcant, agant uberes gratias tanta Sanctitate accenſi, videntes in hoc glorioſiſſimo Viro renovari, quod de Unigenito Dei Filio dictum eſt: Veniant ad te qui detrahebant tibi, & adorabunt veſtigium pedum tuorum.* Mira tandem humilitate inſignitus Dignitates etiam Epiſcopales recuſavit Bernardinus, & laboribus pro Eccleſia Dei exanthlatis, libris doctè compoſitis, anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſexto finem vitæ humanæ dedit, ut reciperet æ- 3
ternam: Obiit in Civitate Aquilæ in Veſtinis in Regno Neapolis anno 1444. ejuſque Feſtum colitur die 20. Maii; ac Officium recitatur ſub ritu ſemiduplici à tota Eccleſia Corpus illius primùm in Eccleſia S. Franciſci ejuſdem loci conditum, deindè tranſlatum die 22. Septembris anno 1451. poſt nempè Canonizationem, in celebrem Baſilicam Ordinis Minorum Sancti Franciſci, Deo dicatam in honorem D. Bernardini Senenſis, in eadem Civitate Aquilæ; ubi magna colitur devotione. Illudque veneratus fui egomet puerilibus meis annis, dum in eadem Civitate aliquibus menſibus moram traxi, cùm Carolo Duce Vaſtigirardi meo Patre, tunc Prorege duarum Provinciarum Aprutii.

Plures Ritus, quibus utitur etiam nunc Romanus
Pontifex, in Canonizatione Sanctorum, liquet ex hac 4
Bulla, ſervatos fuiſſe in Canonizatione D. Bernardini. Fit enim ibi mentio de pluribus proceſſibus, de probatione virtutum, ac miraculorum, de inſtantiis enixis Regum, & Civitatum, de Conciſtoriis Secretis, quibus interveniunt cùm Papa Cardinales, ac quoque de Semipublico, ubi interſunt unà cum iis, etiam Epiſcopi Curiæ, ſuffragia præſtantes, ac demum de ſolemni actu Canonizationis in Baſilica D. Petri. De iis tamen omnibus, ac pluribus, tàm quo ad proceſſus extra Curiam, quàm quoad actus judiciales, ſeù probatorios in Curia, ac praxim ſervandam in hujuſmodi Cauſis Canonizationum, latè dixi in ſuperioribus tomis, excepta tamen ſolemni cæremonia ipſius actus
Canonizationis, quàm referre locus non fuit. Cum 5
verò ſumma pietas Clementis XI. in Sanctorum albo retulerit Beatos, nempè Pium Papam V. Ordinis Prædicatorum, Andream de Avellinos Ordinis Clericorum Regularium, Felicem à Cantalicio Laicum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Cappuccinorum, & Beatam Catharinam Bononienſem: quæ ſolemnitas Canonizationis evenit, die Dominico Sanctiſſimæ Trinitatis 22. menſis Maii 1712. idcircò nonnulla de extrinſeca hujuſmodi Canonizationis ſolemnitate, ſuperaddere opportunum exiſtimavi.

Verùm quia edendus forſan eſt liber actorum dictæ Canonizationis, ea proindè in compendio referam, quæ majori indigent diſcuſſione, explanabo, ut poſteris ſit lumen, ac norma.

Poſtquam alicujus Servi, ac Servæ Dei, præviis pro- 6
ceſſibus, tàm auctoritate ordinaria, quàm delegata Sedis Apoſtolicæ, exactè quidem, ac diligenter confectis, diſcuſſiſque rationibus, opponente Promotore Fidei coram Summo Pontifice, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Congregationis Rituum, votis inſuper Canoniſtarum, ac Theologorum requiſitis; merita, ac virtutes, miraculaque trutinata, diſcuſſa, ac comprobata fuerint, cunctaque neceſſaria ad hujuſmodi arduum, ac magni momenti negotium, ab Eccleſia peragendum, completa extiterint, & inter Beatos, mediante Brevi Apoſtolico, quis relatus fuerit; declaratur per ſubſequens decretum Summi Pon-
tificis, prævia attenta diſcuſſione, conſtare de duobus 7
miraculis dicti Beati, ejus interceſſione à Deo factis, poſt Beatificationem, proindèque poſſe tutò deveniri

ad ejus

ad ejus Canonizationem, juxta methodum relatam in ſuperioribus Commentariis plurium Bullarum Canonizationum :in qua re adnotari congruum videtur, quòd
8 etſi per aliquem Summum Pontificem ſtatutum fuerit, ad ſolemnem Canonizationem omninò eſſe procedendum, quæ poſtea per obitum ejuſdem, aut quodvis aliud impedimentum occurrens, diutiùs ſuſpendatur; tamen Succeſſor Pontifex, virtutibus, & miraculis per delegatum demùò referendis, ex integro auditis, ad novas preces Principum, Prælatorum, aliorumque, præfatam ſolemnitatem iterùm peragendam fore decernit. Cum in hac re cunctare potiùs, quam feſtinare ſoleat Romana Eccleſia; quod, & præſtitit ſancta memoria Alexander VII. Hic etenim in Canonizatione Beati Petri de Alcantara, prævia omnium relatione in Congregatione coram ipſo habita, die 12. Aprilis, 1660. non obſtante ſimili decreto Urbani VIII. ad hunc effectum emanato die 5. Martii 1622. ſuum quoque interponere voluit, ex deductis per Cappellum in actis Canonizationis ejuſdem Sancti. *Pag. 4. & 34.*

Summus itaque Pontifex hujuſmodi ſolemnia acturus, plures expectare ſolet, pro Sanctificatione, Beatos, quinque ſcilicèt, vel quatuor, aut ſaltem duos; & hoc ad parcendum expenſis ſolemnitatis; quibus, ſingulis eorum Promotoribus diſtributis, tale opus facilius expeditur; ac non modica vitantur
9 diſpendia. Tantæ igitur ſolemnitatis dies, per annum antea indicitur, ut omnia ad id peragendum neceſſaria, maturiùs præparentur: Intereà Reges, Præſules, Principes, Civitates, atque Religiones, quorum Dominio, atque Ditioni, vel Regulæ ſuberat Canonizandus, novas preces Pontifici ſæpiſſimè porrigunt: qui poſtquam miraculorum, actorumque ſeriem, eleganter expoſitam, audierit, indicit publicas preces, per Populum, ac Viros Religioſos in re tam gravi effundendas, antequem actus Canonizationis fiat.

Interim Pontifex omnibus Chriſtifidelibus, qui ſtatutis diebus jejunaverint; ac Confeſſi, Sacraq; Communione refecti fuerint; & aliquam ex tribus Baſilicis, Lateranenſi ſcilicèt, Vaticana, ac Liberiana, in quibus SS. Euchariſtiæ Sacramentum publicæ exponitur adorationi, viſitaverint, ibique pias ad Deum preces effundentes, neceſſarium pro eodem Pontifice auxilium, in negotio tam arduo peragendo, imploraverint, elemoſynaſque ſibi benè viſas erogaverint, plenariam Indulgentiam, per Cardinalem Urbis Vicarium priùs promulgandam, concedit. Dictæ quoque Baſilicæ per ipſum Pontificem, ut cæteri ſuo moveantur exemplo, viſitantur.

10 Intereà Secretarius Sacræ Congregationis Concilii, qui itidem eſt Secretarius Congregationis ſuper Reſidentia Epiſcoporum, recepto ſpeciali Oraculo à Papa, ſcribit ad Epiſcopos Urbi vicinos, ut niſi ab urgenti Curæ Paſtoralis, vel ſalutis negotio, impedirentur, Urbem accedant, ut aſſiſterent ſemipublico, & ſolemni Conſiſtorio ac vota ibi præſtent pro Canonizatione Beatorum NN. Quod munus ſcribendi, ego uti Secretarius dictæ Congregationis, ſubii, in dicta Canonizatione quatuor Beatorum, facta à ſ. m. Clem. XI. Ann. 1712.

11 In hac re fuit tunc dubitatum, an expediret vocare etiam Epiſcopos longinquos Italiæ; imò remotiores extra Italiam, invitare; ſed mihi, pro voto, requiſito, incongruum viſuum fuit; tùm quia ſtylus erat, proximiores tantùm, ac nonnullos de Provincia Romana, intrà millaria centum, vocare; tùm ne alii Paſtores à reſidentia ſuarum Eccleſiarum abeſſent; tùm demùm quia cum ſolemnitas iſtius interventus Epiſcoporum, pro voto ferendo, circà has Canonizationes, non eſſet ſimpliciter neceſſaria, cum tota auctoritas in Romano Pontifice exiſtat, inolevit ſolùm pro more, ad ſolemnitatem actus indicandam, ut Papa non ſolùm Conſilium in re tanti momenti reciperet Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, quod fieri conſuevit in arduis, ſed etiam Epiſcoporum in Curia præſentium; ut innuit Engenius Papa III. in Canonizatione Sancti Henrici *tom. 1. Bull.* ibi: *Tametſi hujuſmodi petitio, niſi in generalibus Conciliis admitti non ſoleat, auctoritate tamen S. R. E. quæ omnium Conciliorum firmamentum eſt, petitionibus veſtris acquieſcimus; atque ejuſdem memorabilis viri, cujus exaltationem requiritis, de fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, qui præſentes aderant, communicato concilio, memoriam inter Sanctos fieri cenſemus.* Et in Bulla Canonizationis S. Joannis Gualberti *Conſt. 2. Cæleſtin. III.* quæ *tom. 1. Bullarii* habetur. *Viſum itaque eſt Nobis, & communi conſilio Fratrum, & vicinorum Epiſcoporum.* Verùm quia interdum in Curia non adſunt tot Epiſcopi, quorum interventus reſpondeat gravitati actus, ideò ſtylus inolevit, vocandi proximiores; & ſolent eſſe in numero quadraginta circiter. Etſic cum eorum interventus de neceſſitate non ſit, eò minus ſuperior numerus requiritur; cum ad ſubſtantiam actus, ut dixi, non pertineat ipſorum interventus: merito igitur viciniores, ut moris erat, vocati fuere; cùm aliorum invitatio neceſſitatem ſupponeret, vel incommoditatem induceret.

Tempore deindè congruo indicitur à Papa dies 12
Conſiſtorii, ſemipublici dicti, ut plurimum die *Lunæ*, per præventivas pagellas intimationis, typis mandatas; in quo interveniunt S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi Romæ degentes, ut ſuffragium præſtent ſinguli in dicto Conſiſtorio, pro Canonizatione BB. NN. Interveniuntque cum Cappis violaceis ſuper Rocchettum. Rursùs aſſiſtunt Protonotarii, Auditores Rotæ, Secretarius Congregationis Rituum, Promotor Fiſcalis S. R. E. & Promotor Fidei, cum aliis Curiæ Prælatis, cum ſuis indumentis ſolitis deferri in Cappella.

Die deſignato fit Conſiſtorium in Aula Ducali Vaticana, ad quam accedit Papa pluviali indutus, ac ſub Throno poſitus, cæteris hinc indè Cardinalibus adſtantibus, per ſua loca diſpoſitis, ſcilicèt cum ſcamnis; & Epiſcopis poſt horum terga ſedentibus: hinc præfatus Pontifex breviter, ſed eleganti, latino, ac gravi ſermone, præſtari mandat ſuffragia ſuper Canonizatione, initio ducto à digniori Beato, prævia eleganti oratione, oretenus expoſita ab uno ex Advocatis Conſiſtorialibus, pro quocumque Beato aſſignato, in qua brevi methodo referuntur geſta, & miracula Canonizandi. Aliquando, ut dixi, talis relatio fit in alio Conſiſtorio; & aliquoties, ut contigit anno 1712. fit in unico Conſiſtorio.

Hinc Cardinales præ cæteris ad ſublime hoc dignitatis culmen evecti, vetuſtate veluti digniores, præ aliis quoque aſſurgere incipientes, ſuaque detecta capita ante Summum Pontificem inclinentes; ſuffragia ſedentes præſtant, quod, & reliqui ſucceſſivè faciunt; deindè Pontifice iterum ſalutato, ſua quiſque ſubſellia petit; Patriarchæ verò, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, dum Cardinales ſua deferunt vota, tecto capite ſedent; ſummo tamen Pontifice loquente, aſſurgunt: votis deinde Cardinalium patefactis, ipſi quoque flexis genibus ſuffragia præſtare, incipiunt, ac ſtantes proſequuntur; & iis completis iterum ad genua procumbunt: quorum primo loquente, ſtatim omnes aſſurgunt, donec per eorum noviſſimum ſermo compleatur. Prima ergo vota feruntur per Epiſcopos Aſſiſtentes, qui ſunt à dextris Pontificis, ac deindè per non Aſſiſtentes, qui ſunt à ſiniſtris; ità ut Epiſcopus Aſſiſtens, prior ſit Archiepiſcopo non Aſſiſtente. Suffragia feruntur latino, ac eleganti ſermone, per quæ ſummatim deſcribuntur, ac breviter, vita, & miracula Canonizandi: quæ tamen ut legi, aut memoriter pronunciari ſolent.

Quibus itaque ſuffragiis auditis, Pontifex, quia illuc uſque probata, ſibi talia viſa ſunt, propter quæ meritò decernenda ſit Canonizatio, definit eſſe faciendam, ſtatuto die, qui ſolet eſſe Dominicus ex ſolemnioribus anni; præcedentibus tamen novis precibus, & orationibus. De quibus omnibus

in Conſiſtorio geſtis, Procurator Cameræ Apoſtolicæ rogat Protonotarios, ut actum publicum conficiant: Et Decanus Protonotariorum dicit: *Vobis teſtibus*.

23 Ex diverſis igitur Orbis partibus, magna fidelium multitudo Romam convolat, Canonizationis viſura ſolemnitatem. Indicitur denuò Indulgentia plenaria; omneſque Pontifex hortatur, Clerum præſertim Sæcularem, ac Regularem, ut pias Domino fundant preces, orantes, ne permittat Eccleſiam ſuam errare in tanto negotio. Pretioſis itaque periſtromatibus, ſerico auroque contextis, ornatur Baſilica Vaticana; cujus fronti apponitur tabella, Canonizandi imagine adumbrata. Inſuper inſignia Pontificis, & Regis Loci, in quo Canonizandus ortum habuit. Porticus quoque dictæ Eccleſiæ, aliis paramentis mira arte elaboratis, ſternitur, unà cùm inſigniis Romani Pontificis hinc inde diſpoſitis; quibus Clemens IX. ſuperaddere voluit inſignia Alexandri VII: qui decretum Canonizationis anteà promulgaverat; etſi hoc, ipſe Clemens expleverit. Plures ſtatuæ, ac tabulæ depictæ, quæ ſuis radiis, atque coloribus, Canonizandorum gloriam, eorumque inſigniora geſta præſeferunt, inter ejuſdem Baſilicæ columnas appenduntur; atque etiam vexilla multis variata coloribus, eorumdem imaginem exprimentia, eriguntur; innumeris ferè cereis accenſis, per omnes Eccleſiæ partes, & præſertim in Ara majori, ac tumulo SS. Apoſtolorum, eleganti ordine diſtributis; ubi denique ſuggeſtum ſolemni pompa conſtructum, unà cùm Solio Pontificis, cæteriſque, tàm Cardinalium, quàm Prælatorum, aliorumque Officialium ſedibus, præparatur.

24 Statuto igitur die, Pontifex ſummo mane, ut functio diu protrahenda, expediatur, accedit ad Cappellam Sixtinam, à qua Pluviali albo, ac paramentis recenter factis, indutus, Thiaram Pontificiam in capite, necnon cereum accenſum in manu geſtans; præcedentibus Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque Officialibus; ſingulis Sacras Veſtes, albi pariter coloris, & proprio ordini reſpondentes, habentibus; accenſoſque ſimiliter cereos in manu ferentibus; ſummam devotionem, Regiamque præſeferens majeſtatem, ad Porticum Sancti Petri, magna pompa deſcendit, ubi à toto Clero Urbis, in modum Proceſſionis parato, excipitur. Vexilla rursùs ſingula, pro uno quoque Beato Canonizando, deferuntur à Superiore majore Religionis, cui Beatus in terris vivens ultro ſe mancipavit; proſequitur Papa in ſella elevatus, qui per Porticum, ad Januam Eccleſiæ majorem ita delatus, ante aram Sacramenti deponitur, ubi brevi oratione facta, rursùs in ſellam aſcendens, præcedentibus Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Prælatis, progreditur ad Altare majus; ad cujus latus, paratum adeſt ſuggeſtum, Solio Pontificio, cæteriſque Cardinalium, aliorumque hujuſmodi ſolemnitati intervenientium ſedibus circumdatum. Acceditque poſteà ad Solium Pontificium, Cardinalis Procurator Canonizationis, medius inter Advocatum Conciſtorialem, & Magiſtrum Cæremoniarum; & Advocatus nomine Regum, & aliorum, eumdem Summum Pontificem orat; pro Beatorum NN. Sanctificatione ſupplices preces porrigens; cui reſpondet Secretarius Brevium nomine ejuſdem Summi Pontificis, quòd, etſi diligentiæ aliæ opportunè factæ fuerint, tamen Sanctitas Sua, in hoc limine tanti negotii, novas preces fundi per adſtantes decernit: & ſucceſſivè recitantur ab omnibus Litaniæ Sanctorum: quibus expletis, denuò Advocatus Conſiſtorialis cum dicto Cardinali Procuratore, accedit ad Solium Pontificium, inſtando pro Canonizatione; cui iterum Secretarius Brevium, nomine Sanctiſſimi reſpondet, preces denuò fundendas eſſe; recitatoque proindè Hymno: *Veni Creator Spiritus*, à Sanctiſſimo intonato, imploratoque denuò divino auxilio, tertiò fit inſtantia, ut ſupra; cui reſpondet Secretarius Sanctitatem Suam intellexiſſe voluntatem Dei, ut inter SS. Martires, Confeſſores, aut Virgines reſpectivè NNNN. adſcriberentur; hinc Papa ſurgens profert illa verba, reverentia, & terrore plena: *Ad Honorem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Religionis augmentum auctoritate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra; matura deliberatione prahabita, & Divina Ope ſæpius implorata, ac de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, in Urbe exiſtentium, conſilio, Beatos Pium V. Pontificem, Andream Avellinum, & Felicem à Cantalicio Confeſſores, ac Catharinam de Bononia Virginem, Sanctos, & Sanctam eſſe decernimus, & definimus, ac Sanctorum Catalogo adſcribimus; ſtatuentes ab Eccleſia univerſali illorum memoriam quolibet anno, die eorum natali, nempe Pii die quinta Maii, inter Sanctos Confeſſores Pontifices; Andreæ die decima Novembris; & Felicis à Cantalicio die decima octava Maii, inter Sanctos Confeſſores non Pontifices; & Catharinæ die nona Martii, inter Sanctas Virgines non Martyres, pia devotione recoli debere. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ Sancti, Amen.*

Hinc Advocatus Conſiſtorialis pronus in terram, nomine dicti Cardinalis, gratias agit Sanctiſſimo Domino, ac ſupplicat pro expeditione literarum Apoſtolicarum hujuſmodi Canonizationis. Papa reſpondet: *Decernimus*: Cardinalis deoſculatur genua, & manus Papæ, & Advocatus rursùs inſtat apud Protonotarios ibi exiſtentes, ut de recenſitis actibus publicum conficiant documentum. Et antiquior Protonotarius dicit: *Vobis teſtibus*: Poſt, quæ intonatur à Pontifice: *Te Deum laudamus*; quo tempore ad ſonitum Campanæ in Capitolio, reliquæ per Urbem Campanæ per integram horam pulſantur, Tubæ, ac alia lætitiæ inſtrumenta reſonant, tormentaque ænea in magna Platea Baſilicæ Vaticanæ, & Caſtro Sancti Angeli exploduntur; totuſque Populus intùs Eccleſiam, in Platea, imò Urbe, provoluta ad terram facie, gratias Deo agit.

Abſoluto Hymno præfato, Diaconi canunt: *Orate pro Nobis NN.* Sancti nempè Canonizati; & Papa ſubdit alta voce Orationem propriam pro novis Sanctis, ac facta Confeſſione per Diaconum, impartitur ille omnibus, de more, ſolemnem Benedictionem, ac ſucceſſivè celebrat Miſſam Pontificalem, quæ impedito Papa, celebratur per Cardinalem Epiſcopum antiquiorem; & in ea recitatur, poſt Orationem de die, alia novorum Sanctorum, prout Secreta propria; atque poſt recitationem Symboli, per Procuratores, ſeù Promotores Canonizationis, exhibentur Summo Pontifici ſedenti in Solio oblationes; & illi porriguntur à Cardinalibus Congregationis Rituum, ductus nempè Cardinalibus Epiſcopis, duobus Presbyteris, & totidem Diaconis; qui procedentibus propriis Familiaribus, maxima devota pompa, recipientes oblationes à dictis Promotoribus, eas Papæ deferunt. Sunt etenim oblationes duo magni cerei, pro quolibet Sancto, cum effigie ejuſdem, & armis Summi Pontificis, ac Regis, ſeù aliorum, qui Beatorum Canonizationem poſtularunt: dicti verò cerei ſunt floſculis minio, & auro referti, duo, librarum ſexaginta ponderis, aliique tres minoris. Item duo Turtures in ciſtula ex auro artificiosè elaborata; panes itidem duo prægrandes, aureus unus, argento alter contextus; Pontificis, aliorumque, ut ſupra, inſignia habentes; aliaque ciſtula cum variis aviculis, quoque doliola auro, argentoque obducta; quo ſic ſervato, pro qualibet reſpectivè Canonizatione, Miſſaque de more abſoluta, publicatur Indulgentia plenaria, per Sanctiſſimum conceſſa adſtantibus in dicta Canonizatione, & viſitantibus Baſilicam in honorem dictorum Canonizatorum.

Poſtquam

Poſtquam ſupradicta ſcripſeram impreſſus fuit Liber: Acta Canonizationis SS. Pii V. P. M. Andreæ Avellini, Felicis à Cantalicio, & Catharinæ de Bononia celebratæ, ut ſupra dixi, à Romano Pontifice Clemente XI. collecta per Juſtiniaoum Chiapponi Apoſtolicarum Cæremoniarum Præfectum, una cum actibus Beatificationis Servi Dei Joanois Franciſci Regis Societatis Jeſu Anno 1720. ex Typographia Vaticana: in quo Libro, omnia ſupra indicata, ad praxim ſolemnitatis Canonizationis, ſigillatim exponuntur.

CONSTITUTIO III.

NICOLAI V.

Incipiens (*Olim.*)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS AD PERPETUAM Rei memoriam,

INnovat, quin etiam adauget pœnas indictas in Concilio generali, & Lugdunenſi, contra Chriſtianos mittentes arma aliaque ad partes Saracenorum, Soldano Ægypti ſubditorum, eiſque auxilium, & favorem præſtantes.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Pœna lata in Concilio Lateranenſi IV. & Lugdunenſi II. contra Chriſtianos arma, & alia, Saracenis mittentes.*

2 *Nicolaus Papa V. eas, ac alias pœnas impoſuit reis hujuſmodi.*

3 *Capta fuit Conſtantinopolis à Turcis tempore dicti Nicolai.*

4 *Conſtitutio hæc non fuit Nicolai IV. ſed V.*

Diſpoſitio circa hanc rem in pluribus Conciliis, ibid.

Editæ, & innovatæ fuerunt pœnæ prædictæ in Jure Canonico, & Conſtitutionibus Pontificiis, præſertim Bulla Cœnæ, ibid.

5 *Itidem Jus Civile pœnas contra eoſdem indixit, ibid.*

DD. de iis agentes indicantur, ibid.

6 *Quibus perſonis hujuſmodi prohibitio dirigatur? & numer. ſeqq.*

Ubi de Hæreticis, Judæis, ibid.

7 *Ad quas Nationes, & Gentes hujuſmodi tranſmiſſio prohibita fuit?*

Ubi de Saracenis, Turcis, aliiſque Chriſtiani nominis hoſtibus, ibid.

Quid de Gentilibus? ibid.

8 *An Hæreticis tranſmiſſio ſit prohibita?*

9 *An Hæreticis nominatim, vel expreſsè declaratis tantùm, prohibetur tranſmiſſio, & qui ſint tales?*

10 *Quid ſi tranſmiſſio fiat ad Infideles, ſeù Hæreticos, qui contra alios Infideles, & Hæreticos bella gerunt?*

11 *Procedit in tranſmiſſione, quæ fit Infidelibus, & Hæreticis, qui in dominio Catholico ſunt.*

Sed quid, Chriſtianis, & Catholicis exiſtentibus ſub dominio Infidelis, ſeù Hæretici? ibid.

12 *An procedat prohibitio in tranſmiſſione, quæ fit pro redimendis captivis Chriſtianis apud Infideles?*

13 *Quid dicendum ſi recipiatur ab Infidelibus, ſeù Hæreticis pretium, quod utilius ſit tranſmittentibus?*

14 *Quid dicendum de Mercatoribus vendentibus, ubi diſtinguitur inter pœnas has, & fautorum Hæreſis.*

15 *Quæ prohibita fuerunt tranſmitti?*

Quid veniat nomine armorum, & aliorum prohibitorum, ubi de pecunia, inſtrumentis bellicis, & aliis? ibid.

16 *De pœnis temporalibus tranſmiſſionis, remiſſivè.*

17 *Commemorantur geſta in ultimo Bello Chriſtianorum cum Turcis.*

Sanctæ mem. Clem. XI. laudatur, prout Imperator Carolus VI. aliique occaſione dicti belli, ibid.

INdicta jam fuerat in Concilio generali Lateranenſi 1
IV. & Lugdunenſi II. prohibitio, ne impius Chriſtiani Saracenis deferrent arma, ferrum, & ligna nautica, neve ipſis venderent Triremes, aliaſque Naves; diſtrictè quoque Chriſtifideles prohibiti fuerunt, ne in Saracenorum Navibus piraticis curam gubernationis exercerent, vel quomodolibet io bellicis machinis, aliiſque hujuſmodi auxilium, conſilium, & favorem in Chriſtianorum diſpendium, præſertim Terræ Sanctæ, ipſis Saracenis contribuerent; ſub pœna excommunicationis ipſo facto: prætereàque tranſgreſſores rerum ſuarum privatione multati: & eſſent, ſi comprehenderentur, io capientium dominium, ſeù in ſervitutem redigerentur; itaut in Eccleſiæ gremio nequaquam reciperentur, niſi totum id, quod ex damnato hoc commercio perceperint, & tantumdem de ſuo, in ſubſidium memoratæ Terræ Sanctæ præſtiterint; ut æquo judicio, in quo deliquiſſent, punirentur. Has quidem generalium Conciliorum ſanctiones, 2
Nicolaus V. latiùs expreſſit, ac gravioribus prolatis pœnis firmavit, hac edita Conſtitutione apud Urbem Veterem 9. Kal. Septembris anno 1450. io qua nedum ſupradictis pœnis ſubiiciuntur deferentes, & deferri, aut extrahi permittentes equos, ferrum, lignamina, victualia (horum prohibitione reſtricta ad decennium) & alia quoque mercimonia, Alexandriam, vel ad alia loca Saracenorum Terræ Ægypti, ſed inſuper perpetuò declarati fuerunt infames, inteſtabiles, & inhabiles ad quaſcumque ſucceſſiones, tùm ex cauſa teſtamenti, quàm ab inteſtato; prætereàque à publicis officiis prorsùs excludantur; & poſtquam de hujuſmodi temeritate conſtiterit, diebus Feſtis, & Dominicis, publicè nuncientur, ac bona eorum fiſco devolvantur.

3 Hujuſce Conſtitutionis cauſam præbuit, ipſius Nicolai V. ardens zelus, proſternendi Saracenorum tyrannidem, in Orientalibus, & præſertim Terræ Sanctæ, Regionibus; idcircò ſtatim ac ad univerſalis Eccleſiæ gubernacula admotus fuit, nedum hac edita ſanctione quæcumque ſubſidia Saracenis interdixit; verùm etiam Chriſtianis opem ferre cogitabat; ac reipſa magnam pecuniarum vim, Claſſem, & Milites Conſtantinopolim versùs tranſmittenda paravit, ut teſtantur literæ ad C. P. Imperatorem ſcriptæ. Verùm intereà Conſtantinopoli, & Pera à Turcis celeri obſidione ſubjugatis, auxilium præmeditatum inutile remanſit. Quartò etenim Kal. Junii, anno decurrente 1453. capta fuit Conſtantinopolis a Mahometo Othomano, trucidato Conſtantino XV. Palæologo Imperatore, in quo nobile Orientis Imperium defecit, anno ab ejus exordio 1191. & ſicuti à Conſtantino I. Helenæ filio initium habuit, ita ſub alio Conſtantino XV. alterius Helenæ filio ſubverſum fuit. Nicolaus verò poſt hanc calamitatem numquam proſperam valetudinem habuit, neque quiſquam ipſum ridentem deinceps vidit, & anno nondum elapſo ab humanis diſceſſit.

Ad propoſitum verò Conſtitutionis thèma redeundo; nonnullis ejus conditorem volunt Nicolaum IV. 4
forſan argumentum ſumentes ab alia conſimili Conſtitutione ab iſto edita; cum certè hæc Bulla de qua agimus, à Nicolao V. promulgata fuerit, ut teſtantur omnia antiqua monumenta, & præ ceteris

Digitized by Google

teris advertit Scortia ad hanc *Conſtituti n. Theoric.* 102. *in princip.* Cæteroquin verò tàm Nicolaus IV. quàm Nicolaus V. inſtauratores potiùs, quàm inſtitutores hujuſce legis dici poſſunt; etenim antiquior eſt prohibitio facta Chriſtianis, ne arma, ligna, aliaque, ad bellum contra Fideles promovendum, idonea, Saracenis deferrent, & præſertim, ut ſupra innui, hoc idem ſtatutum fuit in Concilio Lateranenſi IV. congregato anno 1215. ſub Innocent. III. quod cum Patrum numero, & celebritate, anteriora Concilia ſuperaverit, meritò in Jure Canonico, Generale Concilium per antonomaſiam ſimpliciter nuncupatur, ut dixi *tom. 2. ad Conſtitut.* 11. *Innocent. III. numer.* 1. ſicque hoc idem Concilium indicare voluit Nicolaus V. qui innuit in hac Conſtitutione, quòd à Concilio etiam Generali fuit indicta hæc prohibitio. Verùm quidem ante tempora Innocentii III. lata fuit ſimilis Conſtitutio in alio Concilio generali Lateranenſi III. ſub Alexandro III. quod celebratum fuit anno noſtræ ſalutis 1179. ut in *cap. ita quorumdam 6. de Judeis*, *in cap. ſignificavit*, & *cap. quod olim eodem tit.* aliiſque Juribus relatis *per* Gonzal. *ad cit. cap. 6. numer.* 2. indicatuſque Canon. in Concilio Generali Lateranenſi IV. ſcilicet ſub Innocentio III. refertur *in cap. ad liberandam 17. eodem tit.* emanatus occaſione recuperationis Terræ Sanctæ, ab eodem Concilio promotæ, de qua dixi *tom. 1. ad Conſtitut. 3. Eugenii III.* & meminit *Innocent. ipſe III. libr. 1. epiſtolar. pag. 258. editionis Colonien. Illud*, ait, *etiam Lateranenſis Concilii conſtitutum curavimus Innovare, quod eos, qui Saracenis arma, ferrum, lignamina Galearum, miniſtrare præſumpſerit, & in Galeis, & piraticis eorum Navibus curam Gubernatoris, & regimen exercere, ab Eccleſiæ communione præcidi, & excommunicationi pro ſua iniquitate ſubjectos, rerum ſuarum per Principes ſæculi Catholicos, & Conſoles Civitatum, privatione multari, & capientium ſervos, ſi capti fuerint, fore decernit.* Innovavit etiam pœnas omnes ſupradictas *Clemens V. in Extravag. prima in tit. de Judæis inter communes*, in qua omnes ferè pœnæ hujus Conſtitutionis infliguntur, tàm ſpirituales, quàm civiles, & corporales, iiſdem verbis ferè, quibus uſus fuit Pontifex in hac Conſtitutione. Demumque appoſita fuit hujuſmodi prohibitio in Bulla ſolita legi in Cœna Domini, uſque à tempore Martini V. ut memorat Gonzal. *cit. numero* 2. & fit mentio *in Bullis Julii II. 25. & Pauli III.* 10. aliiſque ſub ſequentibus Bullis, in Cœna Domini per Succeſſores Summos Pontifices renovatis, uſque ad præſens: ſed ab initio in veteribus Bullis non omnia latè indicantur, prout exprimuntur in d. Bulla legi ſolita, ubi hæc habentur *paragrapho 7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis Hoſtes, & Inimicos, vel Hæreticos, per noſtras, ſivè hujus S. Sedi ſententias expreſsè, vel nominatim declaratos, deferunt, ſeu tranſmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canaben, funes, tàm ex ipſo cannabe, quàm ex quacumque alia materia, & ipſam materiam, aliaque hujuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per ſe, vel alios de rebus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus, in Chriſtianorum perniciem, vel damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis Inimicos, necnon Hæreticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt, illiſque ad id, auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtant, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, quibuſvis perſonis, Principibus, Reſpublicis per nos, & Sedem prædictam hactenus conceſſis, de hujuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.*

5 Conſonat prædictis Juris Pontificii Conſtitutionibus, ac famulatur lex ipſa Civilis, quæ prohibet delationem prædictorum ad barbaras Gentes. *l. 2. C. quæ res exportari*; itaut, qui Naves conficere Barbaros docuerint, capitali ſupplicio puniri, ſtatutum fuerit in *l. his qui C. de pœnis*. Hæc etenim diſpoſitio ſumma ratione fulcitur, quia etſi Jure, quod Gentium nuncupatur, permiſſus ſit contractus mutuus inter homines, juxta annotata per Bobadill. *lib. 1. polit. cap. 1.* Scaccia *de Commerc. quæſt. 1. paragrapho 1. per tot.* tamen quotieſcumque id in damnum Reipublicæ vergit, poſſent Principes prohibere ſubditis Commercium cum certis perſonis, *l. ſed ſi 11. §. item ſi cum plures ff. de inſtitor. act. Cancer. tom. 3. var. cap. 13. numer.* 255. Jus enim Commerciorum æquum eſt; ſed magis prævalet ſalus Populorum, totiuſque Reipublicæ, in qua ipſi gubernantur hac reguntur. Majori tamen jure utitur Eccleſia, ſi pro conſervandis Regionibus ſub vera Fide Divina, Commercium cum Hoſtibus ſuis, Chriſtianis denegat, ne armis ipſis Chriſtianorum, vera Fides expugnetur, neve ſæva cupiditas lucrandi, Chriſtianos ipſos impellat, ut Cooperatores fiant Saracenorum malitiæ: quinimò quaſi homicidæ tranſgreſſores Chriſtiani meritò dicuntur, ut notat Innocentius III. *in cit. cap. 6. ubi gloſ. ver. ſubminiſtrare de Judæis*: quòdque, qui deberent opprobrium Deo illatum ab ipſis Infidelibus, in terram hæreditatis ſuæ, totis viribus vindicare, potiùs contumelia cum afficientibus favent: ideòque fidei negotium deperitur, ut meminit Clem. V. *in cit. Extravag. 1. inter Communes de Judæis*. Has itaque Conſtitutiones prohibitivas Juris Canonici, ac præſertim noviſſimam, ac magis latam in Bulla in Cœna Domini, commentantur, ac declarant DD. *ad cit. cap. 6. & 17. de Judæis, cit. Extravag. com. 1. eodem tit.* ferè omnes morales, aliique Scribentes in Bulla in Cœna Domini, & plures adducti à Gonzal. *cit. cap. 6. numer.* 2. latè Scortia *ad ſelectas Pontif. Conſt. theoremat.* 102. 103. *epitom.* 36. Duardus *ad Bull. in Cœna Domini lib. 2. cap. 7.* Suarez *de Cenſuris diſp. 21. ſect. 2.* Fragoſius *de Regimine Chriſtianæ Reipublica tom. 2. libi 1. diſp. 3. §. 7. numer.* 148. Canter. *quæſt. Crimin. de Hæretic. cap. 1. numer.* 67. Borrell. *de præſtantia Regis Cathol. cap. 6. numer.* 8. Rocca *diſp. Jur. cap. 1. numer.* 33. Chriſtinæus *deciſ. Belgic. 64. vol. 3. & deciſ. 147. vol. 5.* Theſaur. *de pœnis v. Arma cap. 3. ad 8.* Solorzan. *de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 25.* Gibalin. *de Cenſuris diſquiſ. 5. quæſt. 5. concluſ. 21. & in Synopſi ver. arma, & de negotiatione lib. 1. cap. 7. art. 1.*

His præhabitis, opportunè perſcrutandum occurrit, 6
quibuſnam perſonis, delatio, ſivè tranſmiſſio hujuſmodi interdicatur. Et quidem prohibitio explicata tàm in hac Conſtitutione, quam in omnibus prædictis juribus, & in canone Bullæ Cœnæ, petentit tantùm Chriſtianos, imò verò Catholicos, qui judicio Eccleſiæ ſubſunt. Infideles etenim foris eſſe dicuntur; Hæretici verò licèt Eccleſiaſticæ coercitioni ſubſint, tamen de gremio nequaquam dicuntur, ut comprehendi poſſint ſub quibuſdam legibus, quæ Chriſtifidelibus imponuntur, tamquam membris ſupremo Capiti conjunctis. Hinc eſt, quòd Hæretici, uti membra jam abſciſſa, excommunicationis pœna, in his ſanctionibus fulminata, multari nequeunt; cùm excommunicati, & à corpore Eccleſiæ ſeparati per ipſam Hæreſim exiſtant. At Judæi, qui in Republica Chriſtiana tolerantur, ſi contra ipſam attentent, procul dubio puniuntur; ut in his terminis, Judæos deferentes arma Algerium, puniendos eſſe ab Inquiſitoribus notat Cardin. Albit. *part. 1. cap. 31. numer. 107. de inconſtant. in fid.* Latiùs verò eſt diſquirendum, ad 7
quas perſonas, ſivè nationes prohibeatur delatio, & tranſmiſſio rerum ſupra enunciatarum: ac diſtinctè procedendo, certum eſt, ex Jure Decretalium *in cap. 6. & 17. de Judæis, & in Extrav. prima eodem titul. inter communes*, enunciari duntaxat Saracenos, qui Orientem incolentes, Mahometi ſectam profitebantur, ut ad eos prætexta non tranſmittantur; proindèque in præcitatis Sac. Canonibus comprehenduntur omnes Mahometani, ſivè Arabes ſint, ſivè Perſæ, Tartari, Mauri, & Turcæ, aliique, ut notat Scortia *cit. epit. 166. theor. 416. §. porro*. Clemens V. in memorata *Extravagan-*

Digitized by Google

vaganti, & Nicolaus V. in præſenti *Conſtitutione*,
itidem contra Saracenos eorum Conſtitutiones promul-
garunt, ne ipſis arma, aliaque tranſmitterentur. His
agitur attentis juribus, licet ſub nomine Saracenorum
non veniant Gentiles, Judæi, aliique, qui ſectam
Mahometanam non ſequuntur; nihilominùs difficultas
ſupererat, an Chriſtiani arma, aliaque ſubſidia mit-
tentes, quibuſcumque Chriſtiani nominis Impugnato-
ribus, pœnis, & cenſuris afficerentur, cum par, ea-
demque ratio concurreret, itaut indicandi cauſa e-
juſmodi generalem comprehenſionem, Conſtitutiones,
quæ loquuntur contra Saracenos, videntur à Grego-
rio IX. in Decretalibus compilatæ ſub *tit. de Judæis*.
Nec minor ſuſcitari poterat difficultas, numquid præ-
dictæ Sanctiones, quæ favore Terræ Sanctæ, expreſ-
sè fuerunt promulgatæ, noſtris temporibus vigeant,
cum Palæſtina, aliæque Regiones Orientales deſierint
eſſe ſub manu Chriſtianorum, ut tunc erant, quod
innuit *Theſaur. de pœnis part. 2. verbo arma capit.
5. in fine*. Omnem verò dubitandi rationem ſubmo-
vit Bulla in Cœna Domini, ex qua annuatim reno-
vantur prohibitiones recenſitæ, cum latiori expreſſio-
ne termini ad quem, videlicèt: *Excommunicamus,
& anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos,
Turcas, & alios Chriſtiani nomini hoſtes, & inimi-
cos deferunt, ſeu tranſmittunt, &c.* proindeque in-
dubium eſt, quòd quicumque Gentiles, Pagani, A-
thei, Judæi, aliique, qui Chriſtiani nominis hoſtes
dicuntur, noſtris temporibus comprehenduntur ſub
his diſpoſitionibus, & prohibitionibus, quòd tranſ-
miſſio non fiat. Verùmtamen animadverti oportet,
quòd ſicut finalis cauſa ejuſmodi prohibitionis conſti-
tuitur, ne Chriſtiani impugnentur armis ab ipſiſmet
tranſmiſſis; hinc Saraceni, & Turcæ nominatim ſpe-
cificati in Bulla Cœnæ, indiſtinctè comprehendun-
tur, qui continuum bellum adversùs Chriſtianos cu-
ſtodiunt, etſi treguam aliquando habere ſoleant; quo
etiam tempore prohibetur tranſmiſſio, ne fortiores
inſurgant in nova belli proſequutione. Gentiles verò,
ſivè Pagani, qui ſpecialiter, in Bulla Cœnæ non ſunt
nominati, qui bellum contrà Chriſtianos actu, vel
habitu non ſolent promovere, ut Indi, & Chinenſes,
non conveniunt ſub diſpoſitione hujuſce Conſtitutio-
nis, ut benè advertit Scortia *citat. paragrapho quæ-
res*, Azor. *inſtitur. moral. tom. 1. lib. 8. capitol.* 23.
quæſt. 4. Bonac. *de cenſur. in Bulla Cœnæ diſputat.* 1.
quæſ. 8. pun. 3. num. 1. cum ſeqq. niſi bellum id exer-
cerent.

Quoad Hæreticos, evidenter liquet, non fuiſſe
8 comprehenſos, in allegatis antiquis juribus Decreta-
lium, quæ tantùm diſponunt adversùs Saracenos in-
fideles. Neque veniebant ſub diſpoſitione Bullæ Cœ-
næ, quæ antiquis temporibus promulgabatur, cum
ſola mentione Saracenorum, Turcarum, aliorumque
Chriſtiani nominis hoſtium: etenim nemo aſſerere au-
rumabit, Hæreticos eſſe inimicos nominis Chriſti;
quapropter non deſunt Doctores antiqui, qui firmant,
eos ſub dicta prohibitione nullatenus comprehenſos
fuiſſe. Hinc meritò in poſterioribus Bullis, ne Hæ-
retici excipiantur, expreſsè in Canone nominantur:
ibi: *Vel ad Hæreticos per noſtras, ſivè hujus S. Sedis
ſententias expreſsè, vel nominatim declaratos, defe-
runt, &c.* Juſta quidem ratione, ejuſmodi prohibitio
protracta fuit ad Hæreticos, cum noſtris propè tem-
poribus, infenſiores hoſtes non habeant Catholici,
quàm ipſos Hæreticos; unde ſummoperè expedit quæ-
cumque ſubſidia, quæ ex Catholicis percipere poſſent,
ipſis interdicere; cùm bellum habent, vel parant ad-
9 versùs noſtrates. Quoniam verò in Canone Bullæ Cœ-
næ, indiſtinctè non comprehenduntur Hæretici, ſed
tantùm, qui expreſsè, vel nominatim ſunt declarati,
Doctores non conveniunt, quinam Hæretici ſub hac
prohibitione veniant; aliqui enim docent, quòd ad
hujuſmodi effectum, neceſſariò requiratur, quod Hæ-
retici ſint nominatim declarati, expreſſo nomine,
vel ſaltem ex aliquo ſigno æquivalente nomini pro-
prio; neque ſufficiat, quòd eorum ſecta ſit procul-

dubio Hæretica; vel quòd genericè à Sede Apoſtoli-
ca Hæretici ſint excommunicati, prout Lutherani,
Calviniſtæ, &c. ex ea ratione, quod particula *vel* in
hoc caſu non intelligitur alternativè, ſed expoſitivè,
tamquam poſita inter genus, & ſpeciem. Toletus *lib.
1. capit.* 23. *numer.* 5. Sayr. *libr.* 3. *capit.* 11. *numer.*
16. Theſaur. *de pœnis part.* 2. *verbo arma capitul.* 8.
Bonacina *de Cenſur. in Bulla Cœnæ diſp.* 1. *quæſt.* 8.
punct. 3. *numer.* 5. Filliuc. *tom.* 1. *quæſt. moral. tract.*
16. *num.* 26. quod ſatis ſit, ut ex aliquo ſigno æqui-
valente nomini proprio, indicati ſint, ut Rex Angliæ.
Verùm contraria opinio verior mihi videtur, quòd in
hac hypotheſi Hæretici dicantur, qui in ſpecie tales
declarati ſunt, ut Lutherani, Zuingliani, Calviniſtæ,
&c. non enim ſufficit declaratio generalis Hæretico-
rum, ſed ſpecialis hujuſmodi ſectarum, quòd ſint Hæ-
reticæ; vel nominatim, ſi perſonæ particulares Hære-
ticæ denuncientur: neque requiritur, quòd nomina-
tim ſint expreſſi; ſiquidem Summus Pontifex loqui-
tur per particulam diſiunctivam: *Expreſſim, vel no-
minatim declaratos*, unde ſufficit alteram partem ve-
rificari, videlicet, quòd Hæretici, ſi non nomina-
tim, ſaltem expreſsè ſint declarati. Neque dici po-
teſt, quòd particula *vel* hic ponatur expoſitivè, ne
inanis omninò reddatur dictio *expreſsè*; cum cæte-
roquin omnia verba ſuum debeant operari intentum,
juxta communes regulas. Quin etiam ſi contraria opi-
nio admitteretur, nedum unicum verbum, ſed tota diſ-
poſitio, quoad Hæreticos evaneſceret, ut etiam viden-
tur admittere ſupranominati Doctores, qui aſſerunt
nullum eſſe Principem Hæreticum, qui ſit nominatim
declaratus, ut comprehendi, juxta eorum ſenſum, poſ-
ſit ſub cenſura hujus Canonis; quæ concluſio, uti-
que non eſt admittenda, cum Summi Pontifices an-
nuatim hanc prohibitionem renovent; proindeque ſup-
ponunt poſſe in ſuo caſu verificari; & ita firmat Du-
ard. *in Bulla Cœnæ can. 7. quæſt. 4. num. 2. cum ſeqq.*
Vivald. *in expoſ. Bullæ Cœnæ ſuper hoc can. nu. 2. cum
ſeqq. & alii.* Id tamen certum eſt, quòd nequaquam
ſufficit Hæreſis notoria, ut comprehendatur in caſu Bul-
læ, niſi ſit ex iis expreſsè declaratis; & quidem hæc
declaratio procedere debet à Sede Apoſtolica, vel ex
Concilio generali legitimè congregato. Bonaccina *lo-
co citat.* Alter. *de cenſur. libr. 5. capit. 2. quæſ. ultim.
aliique*. Conveniunt pariter Doctores, quòd Schiſma-
tici non veniant ſub hac diſpoſitione, cum Hæretici
non ſint, neque Chriſtiani nominis hoſtes; niſi tamen
Hæreſim aliquam profiteantur, ut paſſim ſolent.
Duard. *loco citato can. 7. quæſt. 5. numero* 3. Bona-
cina *ibid. num. finali*.

Quoniam verò tota ratio hujus Canonis conſiſtit,
ne Chriſtiani, contra Chriſtianos arma, aliaque mi- 10
niſtrent, ut ſæpè dixi, hinc Doctores rectè innuunt,
quòd prohibitio, de qua agitur, ſibi non vindicet
locum, ſi armorum, aliorumque tranſmiſſio fiat ad
Infideles, ſivè hæreticos, qui contra alios Infideles,
ſivè Hæreticos bella gerunt, Chriſtianos coadjuvan-
do, ut notat Scortia *cit. paragrapho ſed quid*. Azor.
cit. quæſt. 8. Navar. *in cap. ita quorumdam notab. 4.
numer. 15. de Judæis*. Nullum enim eſt dubium quin
à Fidelibus, Paganos, vel Hæreticos advocari liceat,
adversùs alios Hæreticos, ſivè Infideles. Sed num-
quid Catholico Principi liceat fœdus inire cum Pa-
ganis, & Hæreticis adversùs alium Catholicum Prin-
cipem? Quæſtionem tractant in Duard. *in Bulla Cœ-
næ lib. 2. cap. 1. quæſt. 36. numer.* 18. Scortia *citat.
theor.* 416. *§. ſed quid*, Layman. *lib. 2. tr. 3. cap. 12.
num.* 6. Suarez. *de charit. diſp. 3. ſect. 7. in fine. The-
ſaur. part. 2. verbo arma cap. 8. §. quæres ſecundò*, qui
nonnulli aſſignatis conditionibus affirmant; nempè
quòd bellum, quoad Principem Confœderatum ſit ju-
ſtum, ac provideatur, ne injuria fiat Eccleſiis, rebus,
ac perſonis Deo dicatis; & quòd indè non reddan-
tur Infideles, vel Hæretici potentiores contra Chri-
ſtianam Rempublicam, ac citra periculum perverſionis
Fidelium à Catholica Fide; quæ requiſita difficulter in
praxi ſervari poſſe, dicunt; itaut graviſſimè monitum fuiſſe

Digitized by Google

à Fulcone Rhemenſi Archiepiſcopo, Carolum Francorum Regem, ne cum Nortmannis fœdus bellicum iniret narrat Baronius *anno* 898.

11 At proſequendo diſpoſitionem noſtræ Conſtitutionis, & Canonis Bullæ Cœnæ, nullum eſt dubium, quòd ulteriùs ſit prohibitum, arma, aliaque deferre Infidelibus, & Hæreticis, licèt ſub Dominio Catholici Principis exiſtant, quando cum his armis Chriſtiani impugnari poſſunt, ut notat Fermoſin. *in citat. capit. quod olim quæſt.* 2. *numer.* 1. *cum aliis*. E contra verò nulla intercedit prohibitio, quin arma, aliaque deferri valeant Chriſtianis, ſeù Catholicis exiſtentibus ſub Principe Infideli, ſeù Hæretico; niſi probabiliter ſuſpicari poſſit, eos ſpoliari poſſe à Principe, ac hujuſmodi armis contra Catholicos uti, ex animadverſis per Bonac. *loc. cit. pun.* 3. *num.* 6. Scortia *ibidem verbo tranſmittentes*. Exinde etiam infertur, quòd tranſmittentes, dantes, vel vendentes arma, aliaque prohibita Chriſtianis, quæ certo ſciant deferenda eſſe ad loca prohibita, comprehenduntur ſub canone Bullæ Cœnæ; etenim, qui actioni prohibitæ cauſam voluntariam præſtant, proculdubio in ejuſdem reatum incurrunt, ut in propoſito proſequitur Scottia *ibid.*

Sed numquid prohibitio, de qua agimus, proce-
12 dat, cum tranſmiſſio ſit pro redimendis Fidelibus captivis in manu Infidelium. Et quidem Theologi ferè omnes conveniunt indiſtinctè, nullam in hoc caſu incurri excommunicationem, nec peccatum committi, potiſſimùm ſi aliæ merces pro redemptione non recipiantur; pluribus adductis rationibus, & præſertim ex majori bono; cùm captivi, ac faciliùs pueri, & fœminæ, ſint in periculo abnegandæ fidei; proindèque tranſmiſſio ad hunc effectum potiùs dicitur neceſſaria, quàm voluntaria, ut proſequuntur Caſtropalao *oper. moral. par.* 6. *diſput.* 3. *pun.* 8. *num.* 17. Leander. *oper. moral. lib.* 4. *tract.* 3. *diſput.* 7. *quæſt.* 19. *verſ. reſpondeo*. Nihilominùs Canoniſtæ ſuper hac quæſtione animadvertunt; quòd ſi magna armorum quantitas Infidelibus ſubminiſtraretur, pro redimendis captivis; utilitatem ſuperaret damnum, quod indè inſurgere poſſet; ſubſidiaque ipſis Infidelibus darentur, ut majorem Chriſtianorum numerum captivare poſſent; idcircò ipſi Canoniſtæ indiſtinctè nequaquam admittunt præallegatam Concluſionem, ſed tantùm procedere inquiunt, cum parva armorum quantitas pro redemptione exhibetur, quodque alio modo redemptio expleri nequeat; prætereàque accedere debeat Summi Pontificis beneplacitum, ſivè licentia. Gloſ. *in cap. ſignificavit, verſ. commodum de Judæis*, ibique Abbas, Butrius aliique Repetentes. Fermoſin. *in capit. ita quorumdam quæſt.* 1. *numer.* 29. & *numer.* 30. *de heret.* Stracca *de mercatura part.* 2. *num.* 41. & *ſeqq.* Bonacin. *cit. pun.* 4. *numer.* 12. R. P. D. Dandinus *de ſuſpect. de hereſ. capit.* 4. *ſect.* 2. *numer.* 21. Azeved. *recopil. lib.* 10. *tit.* 2. *capit.* 2. *numer.* 3. quæ ſanè opinio mirificè confirmatur ex oraculo *Sac. Congregationis Concilii in Jadren. Viſ. SS. LL. 6. Decembris* 1696. ibi: *An venaentes, & deferentes arma, aliaque bellica inſtrumenta, pro redimendis captivis à Turcis, incidant in caſu Bullæ Cœnæ*: Sac. Congregatio reſpondit: *Negativè, dummodò modica interveniat quantitas, & aliter redemptio fieri non poſſit, libr.* 19. *lit. Viſ. Sac. Lim. pag.* 35. *à ter.*

Dubium quoque inſurgit, numquid ſub diſpoſitio-
13 ne Bullæ Cœnæ comprehendatur, armorum, aliorumque prohibitorum tranſmiſſio, ſi ab Infidelibus, & Hæreticis juſtum recipiatur pretium, quod utiliùs ſit Chriſtianæ Reipublicæ. Et quidem pro conſueto more Diana *tract.* 13. *reſol.* 14. *tom.* 9. *in antiqua edit.* Doctores utrinque cumulat, ſed concludit pro negativa opinione, quia ita locus daretur omnimodæ abrogationi legis; ſed in caſus contingentia, recurſus haberi debet ad Summum Pontificem, qui cauſa majoris utilitatis perſpecta, tranſmiſſionem permittat, ſi quodcumque ſcandalum ceſſat; ut aliquando actum fuiſſe inquit idem Diana *loc. citat.* Eo tertiùs itaque
hujuſmodi tranſmiſſio, ſeù delatio dicitur omninò 14
prohibita Mercatoribus, qui privati lucri tantùm cauſa, id commercium habere velint. Quamvis enim nullam pravam intentionem habeant adversùs Chriſtianam Religionem, tamen ratione tranſgreſſionis præcepti, non excuſantur ab incurſu pœnarum, & excommunicationis. Verùm tamen eſt, quòd ſi privati lucri cauſa, Mercatores arma, aliaque prohibita, Infidelibus tranſmittant, immunes omninò ſunt à quacumque fautoriæ pœna, neque ab Inquiſitoribus Hæreticæ pravitatis puniri poſſunt, prout benè advertit Bonacin. *de Cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 8. *punct.* 2. Navarrus *in manual. cap.* 27. *numer.* 63. Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 19. R. P. D. Dandinus *loc. cit. num.* 25. At quia tranſgreſſione hujuſce canonis per ſe importat auxilium, & ſubſidium collatum Infidelibus, & Hæreticis adversùs Chriſtianos, ipſis Mercatoribus onus probandi incumbit, quòd lucri, & negotiationis motivum ſolummodò habuerint; aliàs enim conſideratis facti circumſtantiis, & qualitate perſonarum, tamquam fautores, & defenſores Infidelium, & Hæreticorum ſunt de Hæreſi ſuſpecti; Inquiſitores adversùs ipſos procedere poſſunt, & ſecundùm gradum ſuſpicionis illos torquere, & publicè abjurationem imponere, ut his verbis notat Diana *cit. part.* 4. *tr.* 7. *reſolut.* 19. Fermoſin. *cap. ita, quæſt.* 1. *per tot.* & *quæſt.* 2. *per tot. de Judæis*, Rocca *diſp. ſelect. cap.* 1. *num.* 33. Caſtrus *in ſumma tom.* 1. *tract.* 4. *diſput.* 8. *punct.* 16. *paragrapho* 10.

Poſtremò diſceptari opportunè poſſet, quænam deferri, ſeù tranſmitti prohibeantur Infidelibus, ſivè 15
Hæreticis. Et quidem non videtur immorandum in noſtra Conſtitutione, quæ poſt emanatam noviſſimam diſpoſitionem Bullæ Cœnæ videtur antiquata, vel potiùs innovata, ut innuit etiam Theſaurus *de pœnis part.* 2. *verbo Arma capit.* 5. 6. & 7. In canone verò ipſiùs Bullæ Cœnæ, plures rerum ſpecies recenſentur, ſuper quibus Doctores differunt, quænam ſub recenſiis vocabulis veniant, ſivè comprehendantur, apud Navar. *in manuali capit.* 27. *Saye. de cenſur. cap.* 11. *numer.* 27. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *capit.* 23. *quæſt.* 9. Duard. *in Bulla Cœnæ quæſt.* 19. latè Scortia *cit. epit.* 166. *theor.* 416. Mihi tamen ſupervacaneum videtur ita particulatim inſiſtere; ſiquidem Canon ſæpèdictæ Bullæ Cœnæ, non ſe reſtringit ad ſpecies rerum recenſitas, ſed latiùs ſe explicat: ibi: *Aliaque hujuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant*: proindè non ſolùm prohibentur deferri, ſivè tranſmitti, quæ expreſsè recenſentur, ac ea, quæ ſub his vocabulis comprehenduntur, ſed quæcumque alia, quibus ſivè mediatè, ſivè immediatè Catholici impugnari poſſunt. Quamvis igitur in Bulla exprimantur tantùm equi, Doctores inferunt, neque tranſmitti poſſe camelos, mulos, aſinos; item habenas, ſellas, cingula, ſoleas, quibus ungulæ equorum muniuntur. In Canone quoque recenſentur arma, neque eſt dubitandum, quin veniant tàm offenſiva, quàm defenſiva, & omnis materia qua arma fabricantur. Et licèt nominetur æs, ſivè metallum, omnes Doctores conveniunt, pecuniam quoque ſpontè oblatam, ſub hac prohibitione comprehendi. Inſtromenta bellica non ſolùm explicari poſſunt, quæ ſub armorum nomine veniunt, veluti Bombardæ, ſed etiam Tubæ, Fiſtulæ, Tympana, aliaque quibus milites excitantur ad pugnam. Sub lignorum tandem nomine, nedum comprehenduntur ea, quæ Navibus conſtruendis ſunt apta, ſed etiam ligna, bellicis inſtrumentis idonea, ſcalæ, trabes, aliaque ſimilia, ut latè explicant præcitati Doctores. Secus verò dicendum, ſi ligna adeò ſint ſubtilia, quæ uſibus domeſticis deſtinentur; in his enim nulla eſt prohibitio, ut reſolvit *Sacr. Congregat. Supremæ Inquiſitionis* 18. *Martii* 1711. in qua lecto memoriali NN. extra Statum temporalem Romanæ Eccleſiæ oriundum, pro licentia tranſportandi à quadam Civitate Italiæ, ad Civitatem Tuneti, magnam quantitatem lignorum ſubtilium, ad effectum illa vendendi, Sac. Congr. cenſuit

Ora-

Oratorem, in caſu de quo agitur, non eſſe impediendum. Verùm quidem tempore actualis belli, alia inſpectio locum haberet; quo tempore hæc ligna ſubtilia uſui eſſe poſſent comburendis Caſtris, & Urbibus Chriſtianorum, ac erigendis aggeribus, & hujuſmodi: & proindè comprehenderentur tunc ſub prælibitione, ut notat Scortia *loco citato paragrapho appellatione verò*.

16 In hac itidem Conſtitutione, & ſupracitatis Decretalibus, latæ ſunt etiam pœnæ temporales contra hujuſmodi reos; nempè privationis rerum ſuarum, fiſco devoluendarum; ſervitutis, ſi caperentur, item infamiæ perpetuæ, inteſtabilitatis, inſucceſſibilitatis ab inteſtato, & ex teſtamento; itaut nec eis legata relicta; nec ab eis facta, ſubſtineri poſſint. Inhabiles quoque declarantur ad quæcumque publica Officia, ac excommunicatione innodantur; à qua abſolvi nequeunt, niſi totum id, quòd receperint, & tantùmdem de ſuo in ſubſidium Terræ Sanctæ præſtiterint, de quibus latè *DD. ad cit. Text. Cap. quorumdam de Judæis Extravag. Joannes XXII. incip. Copioſus eodem tit.* Scortia *cit. theorem.* 103. *epit.*36.

17 Ex opportunitate hujus Conſtitutionis, in qua Fideles prohibentur arma, aliaſque bellicas ſuppetias Infidelibus deferre, commemorare operæ pretium erit, Bellum à Chriſtianis Principibus, contra Infideles ſuſceptum, retrò elapſis annis 1715. ac ſequentibus 1716. & 1717. magno cum Religionis Chriſtianæ emolumento. Ubi enim primùm Turcarum Tyrannus, violato fœdere, contra Venetorum Rempublicam importuniſſimum Bellum gerere cœpit; quod, ſubacto Peloponnenſi Regno, vulgò *Morea*, in noſtram Italiam jam proximè translaturum, horrendè audiebatur. Vidimus per annum, & ultra, præmemoratam Rempublicam ſuis viribus fortiter reſiſtentem; quàm formidabilis Turcarum impetus, non expugnandam, ſed mole opprimendam ſua, faciliter credebat. Vidimus Clementem XI. ex divina providentia, in ſummo rei Chriſtianæ diſcrimine Pontificem Maximum, ámpigrè ondequaque expeditis Apoſtolicis literis, eloquentia, qua ſummè pollebat refertis, imminentium toti Chriſtianitati malorum prudentiſſimis monitis, Chriſtianos Principes excitantem, ut adversùs Infidelium vim, mutuæ tutelæ fœdus inirent: feliciſſimo quidem ſucceſſu, & inſolita in his promptitudine; ut in rerum diſcrimine, in quo aderant inter ſe Chriſtiani Principes, Regnorumque penuria ob diuturna peracta bella, vix unus Clemens XI. ſui zelo, ſui benevolentia, urgere, ac ſimul mulcere valuerit animos Principum tam brevi tempore, ut arma ſolicitè contra Turcas miſerint. Nam plures maritimæ Claſses, Hiſpanica nempè, & Luſitana, pro Italiæ propugnaculis ad noſtra pervenere maria, cum Veneta Claſse ſe addictutæ. At Carolus VI. Imperator Auſtriacus, qui poſt tot ingentia bella, vix prima lætabatur quiete, ſolo Religionis intuitu, nulla interpoſita cunctatione, offenſivum bellum contra Othomanicum Imperium paravit; ſimulque artes omnes eludens, quibus de Societate abſtrahi tentabatur; non attendens, hæreditaria regna, ære, viriſque exhauſta, longa potiùs pace indigere; nihilque ſollicitus, ut facem noſtræ Italiæ imminentem extingueret, quòd grande in Germania incendium excitaretur. Et quidem ex Cæſaris beneficio ſubitò experti ſuimus, malorum turbinem, noſtras minitantem Regiones, quaſi vento propitiè ſufflante, in Septentrionem converſum: etenim Turcarum Imperator ægrè maximè ferens, diverti ab Italia ſuorum armorum conatus, impetus incredibiles in Ungariam convertit, & ingenti confiſus militum agmine, ſtatim non inimicas Regiones invadere, ſed ſubjugatas jam ſuperbo pede calcare videbatur. Aderat tamen inclytus Dux Eugenius à Sabaudia Princeps, ſummus Imperialium Exercituum Legatus, cujus notiſſimæ militari ſcientiæ, & fortitudini, tota in ſummo diſcrimine, Chriſtianitatis ſpes nitebantur: ſed tunc primùm inclytum Ducem adeſſe periculo audivimus (adeò celeriter rem confecit) cum propè Varadinum commiſſo deciſivo prælio, Turcicas legiones feliciter devicit, proſtravit, fugavit, inimica Caſtra deprædavit, & grande bellicum apparatum in ſuo poſſe redegit. Hac victoria uſus Eugenius, illicò Temiſvvarum (quæ Civitas eſt Tranſilvaniæ inter ſtagnantes paludes, ſua vi munitiſſima) aggreditur, eamque per ſummam virtutem deindè expugnatam, poſt centum quinquaginta annos, quibus ſub Turcarum tyrannide gemebat, Occidentali Imperio, iterum addixit. Nunciis de hiſce fauſtis ſucceſſibus acceptis, lætati ſuimus, quantùm decebat, de attrito Turcicarum virium robore, quantumque grati animi debitum exigebat, erga Religioſiſſimi Imperatoris, inclyti Ducis, & totius Germanicæ Nationis meritum. Sed totius Italiæ gaudia fuerunt plena, cum audivimus ſolutam Corcyræ obſidionem, & Othomanicam Navalem vim è noſtris finibus exceſſiſſe. Per idipſum enim tempus, quo proſperè res in Ungaria conficiebatur, Civitas Corcyrenſis, quæ Italiæ propugnaculum à Septentrione meritò dicitur, acriter à Turcis propugnabatur, fortiter à Venetis defendebatur; ſed continuò de expugnatione infauſtus nuncius trepidè expectabatur; niſi Sancti Spiridionis Epiſcopi, Inſulæ Protectoris, è Cœlo imploratum præſidium, fortem noſtrum militem feciſſet, & terrore ex accepta Hungarica clade, inimicas legiones impleviſſet; ut non expulſæ, ultro ab Inſula excederent.

Recruduit tamen anno tum ſequenti bellum; Turca enim ubique perculſus, tamquam coluber pede concuſſus, caput majori rabie ad proſequendam vindictam extulit, ſed interim, quo trepidè, & cunctanter Infideles Exercitus conſcribebantur, legiones Germanicæ victoriis elatæ, ſub ductu, imperioque glorioſiſſimi Ducis Eugenii, Albam Græcam, ſeù Taurunum, vulgò, *Belgrado*, Pannoniæ inferioris Oppidum munitiſſimum, ad Danubium ſitum, in ea parte, qua Savus Danubio miſcetur Serviæ connexum, primò verè obſidere cœperunt, crebriſque tormentorum ictibus, antequam Turcarum Exercitus maturaret, expugnare tentabant. Reſtitit tamen Civitatis munimentum, forti milite firmatum, quouſque Turcarum maximè formidanda turma, circumpoſita montium juga occupavit. Jam indè Germanibus miles ex obſidente obſeſſus videbatur, nullus cauto receptui locus, hinc Civitas, indè Danubium, ſupra imminebant inimicæ legiones. Hujus poſitionis, nos à longè nimium trepidabamus periculum; milites germani propè jam experiebantur ærumnam; adeò ut ex ictibus bellicorum tormentorum prægrandis magnitudinis, caſus frequentes Commilitonum, videntes, tumultuare inciperent, & bellicam ſupremorum Ducum immeritò incuſarent providentiam. Dies tandem venit, quo claſſico jucundæ pugnæ indicto, noſtri milites facto impetu in timidos hoſtes primo mane irruerunt, nec dum ſol medium tenebat curſum, cum cæſis fortioribus, reliquos gregarios faciliter diſſiparunt. Hujus victoriæ fructus fuit deditio Tauruni, qua devicta Urbe, via ad Conſtantinopolim ſternebatur.

Hinc dignis exultemus gaudiis, & pia gratiarum actione lætemur, de duplici Turcarum memorabili excidio, de duabus præclaris Urbibus, Cæſaris Imperio reſtitutis, de Inſula Corcyræ, cum Italia univerſa, ab imminenti periculo liberata, & de proſtrata Othomanorum ſuperbia: pro Chriſtiana Republica intercedente Beatiſſima Virgine Maria, ſub cujus auſpiciis plures Chriſtiani Principes Turcis moleſti fuerint, Cæſar formidandus, Clemens XI. Pontifex maximus pii belli Societatem feliciter firmavit, continua ſolicitudine fovit, nec minori liberalitate profuſo ære adjuvit; Eugenio à Sabaudia inclyto Chriſtianorum Duci, enſem benedictum, ad Ungariam uſque miſit, pluraque Turcica vexilla ſub ejus Apoſtolicis pedibus vidit ſubſtrata, inter Miſſarum ſolemnia in Baſilica Liberiana celebrata pro actione

gratiarum ; per piiſſimum Imperatorem ad Urbem tranſmiſſa, ac per ejus Oratorem Pontifici exhibita,

---

CONSTITUTIO IV.

NICOLAI V.

Incipiens (*Imperator*,)

EPITOME BULLÆ.

NICOLAUS AD PERPETUAM Rei memoriam.

COronat Fridericum III. Romanorum Imperatorem Nicolaus Papa prædictus in Alma Urbe, prævia approbatione electionis, jam de eo facta,

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Fridericus Tertius Auſtriacus Romanorum Imperator electus diù diſtulit Coronationem,*
2 *Coronam Mediolanenſem, & Romanam recipiendi cauſa, Romam petiit.*
3 *Ejus iter, ac receptio in Urbe.*
4 *Mediolanenſi, ſeù Lombardica Corona fuit à Nicolao Papa inſignitus, unà cum Eleonora Sponſa in Baſilica D. Petri.*
5 *Deindè Corona aurea, ſeù Romana coronati illi fuere, juramento præſtito in Altari S. Mauritii.*
6 *Nicolaus de prædictis Conſtitutionem hanc edidit.*
7 *Ratio, cur Imperatores à Papa coronentur?*
8 *Mos iſte eſt antiquiſſimus.*
9 *Nec eſt mera Cæremonia.*
10 *De formula Coronationis prædicta, per Imperatorem recepta.*
Juramentum ſolitum præſtari per Imperatores in eorum coronatione, ibid.

1 ELucet ſummoperè in hac Conſtitutione Sedis Apoſtolicæ dignitas, ac decus, dum Imperatoris
perſonam, quæ in Terris maxima, atque unica eſt,
& præcipuam ſæculi poteſtatem præſefert, ad tantum
faſtigium inaugurat, Cùm itaque Fridericus Imperator III. dictus, Auſtriacæ Domus, in Regem Romanorum, & Imperatorem electus fuiſſet, poſt vacationem Imperii ſequutam per obitum Alberti Imperatoris; & varios ob caſus non valuiſſet Urbem petere,
diù diſtulit, per annos ſcilicet duodecim Coronam à
Romano Pontifice recipere. Interim verò Sedis Apoſtolicæ benevolentiam conſequi non deſtitit, ut ipſe Nicolaus in hac Conſtitutione teſtatur. Hinc promeruit Fridericus, ut à Summo Pontifice paterno fa-
2 vore proſequeretur; & Corona argentea, ac aurea
coronaretur. Dum etenim Mediolanum accedere noluit, ob notum diſcrimen cum Franciſco Sfortia Mediolani Duce, duplici Coronatione, Lombardica ſcilicèt, & Romana, à Nicolao Papa in Urbe inſigniri obtinuit. Fridericus itaque anno 1451. Rex Romanorum, in Italiam, cùm Ladislao Rege Unga-
3 riæ, & Bohemiæ, ejuſque Fratre Alberto, magno
Nobilium Comitatu venit. A Venetis magnificè ſuſceptus fuit, Imperialis dignitatis faſtum oſtendens,
Bononiæ à Beſſarione Cardinali Legato ſplendido apparatu, ſicque Florentiæ, Senis, & Viterbio receptus, Urbem deindè petiit anno 1452. Ubi autem
propè Romam pervenit, ex Eccleſiaſticis, Sæcularibus, atque ex omni ordine plures ei obviam fuere;
Senatus ſcilicet Urbis, quamplurimi Epiſcopi, cæterique Magiſtratus, Urbis Clerus, Cardinaleſque etiam treſdecim, Friderici hujus Imperatoris ingreſſum in Urbe decorarunt, & quomodo à Nicolao Pontifice receptus fuiſſet, ac coronatus, pulchrè refert Nauclerus *volum. 2. pagin. 92. Cæſar (ait) trabea veſtitus, inter legatos Italicos præeminebat: Imperatrix mirificis ornata Cultibus, Portugallenſibus circumdata, omnium in ſe oculos attrahebat; Ladislaus Ungariæ, & Bohemiæ Rex, tenera ætate purpuratus; Albertus germanus Cæſaris, militiæ Ductor obequitans, ſuum cuique locum demonſtrat. Duo Cæſaris vexilla fuerunt, alterum quod Sancti Georgii vocitant; deindè vexillum Aquilæ. Dum Urbem Fridericus ingreditur, Mareſchalcus ejus ei nudum enſem præfert; Epiſcopus Spoletinus Vicarius Pontificis, ac plurimi Epiſcopi, & Abates inſulati, Sanctorum reliquias ferentes, occurrerunt; Cæſar ſub aureo panno, quod umbraculum vocitant, intr*[illegible]*itur uſque ad gradus Baſilicæ Sancti Petri; ibi Nicolaus Papa ſedens Sede aurea, Pontificalibus ind*[illegible]*, Senatu Cardinalium circumſtante, verbis paternis, & ſupra modum benignis, Fridericum ſuſcepit, qui pedibus ſuis exoſculatis, auri maſſam obtulit; tunc quoque Ladislaus, & Albertus, ac demum Imperatrix pedes baſiaverunt. Nicolaum deinde rogat Fridericus, ut ex plenitudine poteſtatis ſe Romæ Longobardorum Regem coronaret.* Hæc Nauclerus.

In Baſilica igitur, Sancti Petri idibus Martii anno 4
1452. Nicolaus Pontifex V. dictus, Fridericum Longobardica Corona decoravit: & Conjugium cum Eleonora, per Oratores antea initum, comprobavit
Imperator. Ea etenim Imperatrix erat Eduardi Luſitaniæ Regis filia; Urbem quoque alia via, ex Patrio
Regno profecta. Eamque Rotam auream ſibi à Pontifice donatam in manibus geſtaſſe notant Hiſtorici;
de quibus geſtis videndi Ciaccon. *in Vit. Pontific. to. 3. in Vit.* Nicolai V. *pag.* 953. Pius II. *Commentario libr. primo cap. 3. ſect.* 5. Victorell. ad Ciaccon. *pagin. 956. verſ. venturum ad Urbem Fridericum.* Fridericus itaque Corona Imperiali aurea deindè inſi- 5
gnitus fuit, in Altari D. Mauritii ejuſdem Baſilicæ;
ut in dicto Altari coronari Imperator conſuevit, &
non in Altari Sancti Petri, in quo coronatur ſolus
Papa, *Gloſſ. in Clem. un. paragrapho Porro, verſ.* veſtigiis *de jurejuran.* Caſtald. *de Imperatore quæſt. 24. ad finem.* Sed non eſſe de ſubſtantia dictæ Coronationis, locum, dixit Cherubin. *ad hanc Bullam ſchol.* 1. Imò narrat idem Naucler. *cit.* modum dictæ Coronationis aureæ; Sic *Abſoluta Mediolanenſi Coronatione, poſtridie ſolemnitas auguſtalis cœpta eſt. Romanus Pontifex ad ſummam, Beati Petri aram in ſublimi thoro conſedit, extra Cancellos, duo Tribunalia alterum Friderico, Eleonoræ Conjugi alterum deputatum. Fridericus poſtquam juſiurandum Beati Petro, & Nicolao in ea forma præſtitit, qua Ludovicum Imperatorem Caroli Filium juraſſe liquet, Alba inductus, in Canonicum Sancti Petri receptus fuit; inde auguſtali paludamento accepto, in medio Baſilicæ profectus, trinam benedictionem ſuſcepit; ex inde ductus ad Altare Sancti Mauritii, in ſcapulis, ac brachio dextero, fuit pro veteri more Oleo Sacro delinitus; ſimiliter, & Eleonora. Pontifex rem divinam inchoavit; inter celebrandum diverſæ ſolemnitates ſervatæ ſunt; Sceptrum, quo Regia poteſtas indicatur, pomum, quod Mundi dominium oſtendit, enſis, qui belli jura demonſtrat, per varias vices data; poſtremò Corona aurea inſulata, pretioſiſque gemmis cooperta, Cæſareo capiti impoſita; Imperatrix quoque poſt Cæſarem, Coronam ex manu Pontificis ſuſcepit, quam fuiſſe Conjugis Sigiſmundi conſtabat. Cæſar quamvis ſibi ornamenta, pretio incredibili comparaſſet, in hac tamen ſolemnitate Pallium, Enſem, Sceptrum, Pomum, Coronamque Caroli Magni ex Archivio Norimbergenſi ad ſe deferri curaverat.* Denique ita concludit Nauclerus: *Ut autem Coronationi, diviniſque rebus impoſitus eſt modus, Eleonora in ſua Sede ſeceſſit, Papa, & Imperator ad gradus Baſilicæ ſimul vene-*

venerunt; ibi Pontifex Palafranum aſcendit, eique Cæſar deſtratoris officium per aliquos paſſus exhibuit, Equo deinde conſcenſo uſque ad Eccleſiam S. Mariæ unà profecti ſunt, tunc Papa in Palatium rediit, Cæſar in Pontem Hadriani profectus eſt, ubi Albertum Fratrem, pluresque Duces, & Comites ad militiæ provexit ordinem, terquemque percutiens; trecenti eo die percuſſi milites. Deinde cum Sol occideret ad Lateranum ſe conferens Imperator, ſplendidum ibi convivium habuit. De quibus vide *cit. Auctores*, ac Raynald. *Annal. ann.* 1452. *& Nauclerum cit. Marquar. Freher. to.* 2. *rerum German.* ubi Orationes habitæ occaſione dictæ Coronationis reperiuntur; *& tom.* 3. ubi aliæ, nempè Antonii Panormit. Oratoris Alphonſi Aragonum Regis, Janotii Manetti Oratoris Reipublicæ Florentinæ, & duas pariter Orationes habitæ ab Ænea Silvio nomine Imperatoris, quibus gratias agit Pontifici de Beneficiis acceptis, & hortatur eum pro expeditione generali adversùs Turcas *pag.* 25. *& ſeq. & Auguſtin. Patritium libr.* 1. *Rit. S. R. E. capitul.* 3. & de hac Coronatione Nicolaus Conſtitutionem hanc edidit apud S. Petrum Kal. 14. April. dicti an. 1452 io qua enarrata Friderici electione, ejuſdemque meritis erga Sanctam Sedem recenſitis, prævia matura deliberatione declaraſſe commemorat eum dignum, & idoneum ad Imperialem dignitatem ſuſcipiendam; electionemque ejus approbaſſe, ac prævia unctione illius, peracta per Cardinalem Decanum, Epiſcopum tunc Portuenſem, ipſum diademate Imperiali coronaſſe; ſupplendo, de plenitudine poteſtatis, quoſcumque defectus ejus Perſonæ, Electorum, ac quorumcumque in electione interventorum.

Reſulget itaque omni quidem decore, & poteſtate
7 Ritus ille, quo Romani Pontifices, Imperatores Chriſtianos, coronare conſuevere; etenim cum Imperator æternus cuncta cœleſtia ſimul, ac terrena gubernet, jure merito militanti Eccleſiæ Romanum Imperium famulatur, ac à Romano Pontifice, Chriſti in Terris Vicario, gubernationis inſignia receperunt Imperatores, ut juta Regnorum ſub ſalubri Regimine ad Dei gloriam, Catholicæ Fidei propagationem, & totiùs Reipublicæ proſperitatem fideliter tueantur, ut exprimit Nicolaus in proœmio hujus Bullæ. Iſtumque mo-
8 rem Coronam recipiendi per Imperatores Chriſtianos à Romanis Pontificibus, invaluiſſe ante hæc tempora Friderici Imperatoris, monumenta quamplurima teſtantur. Nam Carolus Magnus à Leone III. ann. 813. Coronam accepit. Ludovicus Caroli filius ann. 816. à Stephano Papa IV. aliàs V. in Gallia Coronatus eſt teſte Othone Friſingenſi *libr.* 5. *capitul.* 33. Lotharius Ludovici filius anno 822. Romæ, à Paſquali Papa Imperialia habuit inſignia, juxta eumdem Othonem *libr.* 5. *capitul.* 34. Alter Ludovicus Lotharii filius ann. 844 à Sergio II Romæ Imperator conſtitutus eſt, teſte Adone VViennenſi *in Chronico* 6. *Ætate*, Carolus Calvus Ludovici Succeſſor anno 874. à Joanne VIII. Romæ Imperatoriam obtinuit Dignitatem, teſte Rheginone *libr.* 2. *Chronic.*, Ludovicus Balbus Caroli Calvi filius anno 877. Imperator creatus ab eodem Ioanne VIII. teſte *Auctoritate in addit. ad Platinam in vita ejuſdem Pontificis Joannis*; Carolus Craſſus Ludovici Balbi Succeſſor, anno 878. Romæ Coronatus pariter fuit à Joannis VIII. teſte Othone Friſingenſi *lib.* 6. *cap.* 8. Denique Arnulphus Caroli Craſſi Succeſſor, anno 896. Romæ à Pontifice Formoſo Imperii Diadema ſuſcepit teſte Rheginone *in Chronico*.

Nec hujuſmodi Imperatorum Coronatio, quam à
9 Summis Pontificibus fieri conſuetum fuit, ſimplex eſt cæremonia, & ritus ſupervacaneus, ſed per illam Imperatores verè tales nominantur, & Auguſti ordinantur. Unde Rhegino de Arnulphi, *ac de Othonis Coronatione* inquit: *Anno Dominicæ incarnationis 896. Arnulphus Civitatem ingreſſus, à Formoſo Apoſtolicæ Sedis Præſule, magno honore ſuſceptus, ante Confeſſionem S. Petri coronatus, Imperator Creatus eſt.* Et infra; *Anno 962. Rex Otho primus Romæ favorabiliter ſuſceptus, acclamatione totius Romani Populi, & Cleri, ab Apoſtolico Joanne, Imperator, & Auguſtus vocatur, & ordinatur.* Et quidem, cum Romanus Pontifex totius Eccleſiæ, & omnium Fidelium Pater, & Paſtor ſit, omnibus etiam præeſſe jure merito debet, etiam ſi Imperatoria fulgeant dignitate; & iſtum ab ipſo Chriſti Vicario, & in terris Locumtenente, inſignia ſuæ Dignitatis recipere æquum eſt. Hinc Albertus Krant. *lib.* 1. *Metropol. cap.* 14. *auctor Germanus, & diligens* ad rem ait: *Olim Imperatores non paſſi ſunt vivere Pontifices, ad ſupplicia devocabant; & Græculi, poſt quam apud eos extincta ſtirpe Conſtantini; & deinde magni Theodoſii, non habuere niſi, quem ipſi confirmaſſent. Mutatæ ſunt vices ut non habeatur Imperator, niſi quem Romanus Pontifex confirmarit, & conſecrarit. Domini eſt terra, & plenitudo ejus, ipſe transfert Regna, & Imperia, digniſſimèque ad ſuum in terris Vicarium, hoc Sacrum Miniſterium delegavit.* Latè Bzovius *de præſtant. &c. Roman. Pont.* apud Roccabert. *to.* 1. *Bibliot. Pont. pag.* 510. Facit quoque ad rem Bellarm. *to.* 3. *contr. lib.* 1. *de translat. Imper. Rom. c.* 4. Et de formula Coronationis hujuſmodi, & juramenti præſtandi per Imperatorem, eſt mentio io libro Pontificali, & Sacrarum Cæremoniarum à S. Eccleſia approbato *ut in Clem. Un. de jurejuran.* & notat Abbas *in c. conſuluit de ſerv. non ordin.* & in quo ſunt præ aliis verba: *Accipe gladium &c. in defenſionem Sanctæ Matris Eccleſiæ, ordinatum ad vindictam malefactorum, laudem bonorum*; & in Cæremoniali, ſeu Pontificali ſub Clemente VIII. & Urbano VIII. leguntur verba Pſalm. 44. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, ut in hoc per eumdem vim æquitatis exercens, molem iniquitatis potenter deſtruas, & Sanctam Dei Eccleſiam, ejuſque Fideles propugnes*, & de Coronatione Imperatoris, & Regum dixi in ſuperioribus Tomis plura, & preciſè *Conſt.* 1. Eugenii III. *to.* 2. *Conſt.* 4. *&* 6. Innocentii III.

CONSTITUTIO I.

CALLISTI III.

Incipiens (*Quæ laudabili.*)

EPITOME BULLÆ.

CALLISTUS EPISCOPUS, &c.

CONfirmat ſtatuta in Conſtitutionibus Eugenii IV. & Nicolai V. circa Cameram Apoſtolicam: ejuſque Clericos præſertim Supranumerarios excludit; illoſque tantùm Numerarios, ac Theſaurarium veros Familiares, Sediſque Apoſtolicæ Capellanos eſſe declarat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Calliſti III. natales, geſta, & electio ad Summum Pontificatum recenſentur.*

2 *Ejus conſtantia, ac zelus in promovendo bello ſacro contra Turcas, annunciantur, contra quos auxilium à B. Virgine imploravit.*

Salutationem Angelicam hora meridiana recitandam inſtituit, ibid.

Sanctiſſimus D. N. Benedictus XIII. Indulgentias conceſſit eam recitantibus flexis genibus, ibid.

3 *Calliſti virtutes, obitus, ac Sepultura referuntur.*

4 Ca-

4 *Camera Pontificia quare Camera nuncupatur?*
5 *Camera Ærarium dicitur.*
In quolibet Principatu datur, & variè Camera denominatur, Ducalis, Imperialis, Regia, ibid.
6 *In Urbe dicitur Camera Apoſtolica, & quare?*
7 *Camera ſumitur pro Tribunali quodam, in quo res Fiſcales verſantur.*
8 *Diciturque Sacrum Tribunal, & quare.*
Præſertim dicitur Camera Apoſtolica, ibid.
9 *In Tribunali Cameræ cognoſcuntur Cauſæ Fiſcales & an illa privatorum.*
10 *Cauſæ Camerales ſunt privativæ Cameræ, & requiritur derogatio ſpecialis in Commiſſione alteri Tribunali.*
Habet ipſa Camera in ventre Signaturam, ibid.
11 *Numerus Clericorum Cameræ numerariorum à quo diffinitus fuerit.*
Quid poterant numerarii facere; & quid Supranumerarii, ibid. & num. ſeq.
Nicolaus Papa V. ſtatuit numerum ſeptenarium Numerariorum, ac privilegia conceſſit, ibid.
13 *Fuit auctus numerus ad duodecim, prout ſervatur hodiè, ſublatis Supranumerariis.*
14 *In paritate Votorum, cauſa an dicatur deciſa ad favorem, vel contra Fiſcum.*
Quid in Regno Neapolis, ibid.
15 *Venalitas in Clericis Cameræ ſublata fuit à ſan. me. Innocentio XII.*
16 *Theſaurarius, & Clerici Cameræ, an ſint veri Capellani Papæ, & Sedis Apoſtolicæ, & numer. ſeq.*
Sunt veri Capellani Auditores Rotæ, ibid.
17 *Aſſiſtebant Clerici Cameræ in Capella, & ubi, & in quibus functionibus uſque à tempore antiquiſſimo.*
Imò in Proceſſionibus, & Conciliis, ac in Coronatione Papæ, ibid.
18 *Quomodò poteſt ſalvari aſſertio, quòd tempore Alexandri VII. incæpit dicta aſſiſtentia in Capella.*
Ubi de præcedentia Auditorum Rotæ ſuper illos, ibid.
Auditores ſunt Capellani Papæ, ibid.
19 *Verè Clerici Cameræ ſunt ſupra Acolytos, & Clerici majores honorarii, & quare.*
Votantes Signaturæ Juſtitiæ in Capella ſunt Acolyti, & ſubſequuntur Clericos Cameræ, ibid.
20 *De privilegio familiaritatis, & commenſalitatis Clericorum Cameræ, remiſſivè.*

PLures in hoc ſæculo floruere Summi Pontifices, pietate, ac virtutibus præclariſſimi, ita Divina bonitate diſponente, ut malis, quæ perverſis hiſce temporibus, ex Schiſmate, aliiſque Eccleſiæ procellis invaluerant, provida conſuleretur medicina; hinc poſt
1 obitum Nicolai V. inter Pontifices Optimos meritò relati, ſucceſſit Calliſtus III. Anteceſſoris virtutum æmulator. Natales ipſe ſumpſit in pia, ac Catholica Regione Hiſpaniarum, & Diœceſi Valentina, apud Locum vulgò *Sativa*, anno 1378. Alphonſus Borgia nuncupatus, nobilibus Parentibus ortus: in publica Academia primùm ſcientiis imbutus, deindè earum publicus Profeſſor fuit; Canonicatum deinde Ilerdenſis Eccleſiæ obtinuit à Benedicto XIII. dicto; poſt cujus obitum ab Alphonſo Aragoniæ, & utriuſque Siciliæ Rege, jam à Secretis adſcitus, Eccleſiam ferè totam ſummo Shiſmate, pro electione Pſeudo Pontificis Clementis VIII. tunc temporis agitatam, ad priſtinam reduci tranquillitatem curavit, dum ejus ſtudio, ac legatione peracta, dictus Clemens, qui tunc in Inſula Peniſchola verſabatur, Pontificio nomine ſe abdicaverit. Ad Epiſcopatum poſteà Valentinum promotus, dictum Regem, & Eugenium IV. ad concordiam revocare præ viribus elaboravit; plures labores paſſus, dum Legati munere dicti Regis, apud Eugenium perfungebatur: quin imò Cardinalatum, quo Eugenius eum inſignire cupiebat, dum Regia legatione fungeretur, alacri animo recuſavit, eamdemque Dignitatem nequaquam ſuſcipere poſſe ſignificavit, donec pax, pro qua à Rege miſſus fuerat, omninò per ipſum concluderetur. Qua demùm firmata ab eodem Eugenio ad Cardinalatus culmen evectus, ſuæ eximiæ virtutis in hac Dignitate experimenta majora præbuit. Alienus ab omni pompa, & inani gloria fuit, in ſententiis dicendis liber aſſertor extitit, ut nihil unquam per adulationem, & gratiam loquutus fuerit. Titulum SS. Quatuor Coronatorum adeptus, in Conclavi demùm habito poſt obitum Nicolai V. ad Summum Apoſtolatum 6. Id. Aprilis anno 1455. poſt quartam diem tantùm vacationis, fuit electus. Tertius Pontifex Summus Hiſpanus, quem ſenio confectum, an-
norum utpotè 77. bis in propria Coronatione defeciſ- a
ſe fertur; tamen in corpore tam imbecilli ingens fuit animus, ut bellum in immaniſſimum Tyrannum Turcarum parare non timuerit, Cruciata indicta, dum Chriſtianorum res in Oriente, amiſſa jam C. P. perire videbantur; inſtituitque meridianam Campanarum pulſationem, ut ſalutaretur Beatiſſima Virgo, pro impetrando auxilio contra Turcas; meruitque Victoriam obtinere in eos, qua ſi Principes Chriſtiani uſi fuiſſent, fatis C. P. amiſſæ damno fuiſſe conſultum. Hinc dum hoc Commentarium typis edebatur, Fidelibus omnibus, qui ad pulſationem conſuetam Campanæ, hora meridiana, & poſt Solis Occaſum, eamdem Orationem Angelicam flexis recitarent genibus, cum addito trium *Ave Maria*, Sanctiſſimus D. N. Benedictus Papa XIII. paulò poſt ſui Aſſumptionem, conceſſit plenariam Indulgentiam, ac remiſſionem omnium peccatorum, dummodò aliqua die cujuslibet menſis ad beneplacitum, Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ receperint, ac oraverint pro pace, & concordia inter Principes Chriſtianos Hæreſum extirpatione, & S. Eccleſiæ exaltatione. Itemque Fidelibus verè contritis, quoties Salutationem eam Angelicam devotè recitarent, centum dies In-
dulgentiæ impartitus fuit, ut ex Brevi die 24. men- 3
ſis Septembris anno 1724. Idque tanta populorum devotione, ubique receptum fuit, ut ſtatim maxima frequentia, ac religioſitate, ab omnibus ad praxim redactum vidimus; ducti quoque exemplo ejuſdem Pii Pontificis, qui in via pulſationem Campanæ audiens, deſcendit ad Terram, & proſtratus eam Orationem recitavit. De Calliſto laudes dixit D. Anton. *part. 3. hiſt. titul.* 22. *cap.* 14. *& ſeqq.* ut Vir magnæ Juſtitiæ, bonæ vitæ, laudabilis famæ, magnuſque Juriſta fuerit. Obiit tandem poſt tres annos, & menſes quatuor Pontificatus, 8. Id. Auguſti anno 1458. ac ſepultus in Vaticano; cujus Sepulchri fragmenta in Eccleſia inferiori reperta fuere, occaſione Fabricæ novæ Baſilicæ, ac deindè Corpus tranſlatum fuit in Eccleſiam S. Mariæ Montis Serrati Regni Aragoniæ in Urbe.

Camera Pontificia, de qua agitur in hac Con-
ſtitutione, propriè pro loco, in quo pecunia Æra- 4
rii Pontificii ſervatur, uſurpari poſſet; cum enim pro Patrimonio Principis, ac Principatus dote, plures redditus, ac Jura addicuntur, hinc locum pro eorum conſervatione deſtinari opus fuit; qui locus Ærarium dici ſolet, *gloſſ. ad l. in Provinciis* 4. *verſ. Fiſcalis Cod. de numerar. libr.* 12. Garon. *in Comment. ad Conſtit. Mediolan. tomo* 4. *titul.* 7. *de Jur. & privileg. Fiſci capitul.* 1. *numero* 15. & ſic videtur Ærarium, & Camera Fiſcalis eſſe ſynonima. Galeota *reſp. Fiſci* 1. *nu.* 14. *Moles deciſio.* §. 27. *numero* 37. hinc in qualibet Provincia datur Ærarium, & Camera Principis, cum detur Fiſcus; ac in Pedemonte nuncupatur Camera Ducalis. Theſaur. *deciſio.* 213. *numero* 1. & 4. quia ſubeſt Duci; in Germania Camera Imperialis, quia Imperatori; in Regno Neapolis Camera Regia, quia Regis eſt. Topp. *de orig. Tribun. par.* 1. *l.* 4. *cap.* 1. ſed quare dicatur Neapoli Regia Camera Summariæ vide Agetam *ad cit. deciſ. Moles* §. 28.

num.

num. 8. In Urbe tandem dicitur Camera Apoſtolica,
quia Ærarium eſt Papæ noo proprium, ſed Sedis A-
poſtolicæ, cujus ipſe eſt caput.

Verùm Camera, etſi materialiter pro loco, in quo
7 ſervatur pecunia publica Principis, ſumatur, tamen
potiùs indicat formaliter locum, & Tribunal, per
quod pecunia iſta exigitur, conſervatur per ejus Le-
ges, & Conſtitutiones, ac promovetur illius exactio
per impoſitiones; iſtudque Tribunal Camera meritò
8 appellatur, diciturque ſacrum. Petra Genitor meus,
ad Rit. M. Curiæ Vicariæ Neapolis tomo 1. *Ritu* 57.
nu. 9. *&* *Ritu* 250. *num.* 8. dum Judices Sacri Ærarii
nuncupantur in Jure *l.* 4. *Cod. de Advoc. Fiſc.* Ageta
cit. num. 12. & ſi hoc de Regia Camera dicitur, eò
magis de Pontificia Camera, ſeu Ærario, dicendum
eſt, ut ſit Sacrum. Symmacus Papa *l.* 1. *ep.* 54. *&*
lib. 4. *ep.* 37. *& l.* 10. *ep.* 26. Tribunal quidem ad cu-
ram rerum publicarum, populorumque cuſtodiam opti-
mè inductum. De Ponte *de poteſt. Proregis tit. de Re-
gal. impoſitionib.* §. 8. *n.* 57.

Hinc nequit Camera cognoſcere de cauſis inter pri-
9 vatas perſonas; ſed ſi Fiſcus habeat intereſſe, vel ſi
Fiſcus ſuccedat litiganti, procedit etiam in cauſis
privatorum. Defranch. *deciſ.* 117. *in fine*, Ageta *cit.
num.* 32. Si tamen Fiſcus ſit Creditor ſui debitoris,
poteſt aſſiſtere cauſæ, contra iſtum intentatæ, non
autem cauſam avocare ad Cameram. Rocca *lib.* 1. *reſp.
Fiſc.* 55. *num.* 10. *&* 11. Roſa ad Rovit. *conſ.* 31. *l.* 2.
ex l. abhorret 3. *C. de Fiſc. &c.* Ageta *cit. nu.* 33. Si
autem debitor debitoris Fiſci faſſus fuerit debitum, po-
terit conveniri in Camera. Staiban. *reſol.* 194. *à n.* 24.
& ſeqq. Ageta *nu.* 34. Poteſt tamen Fiſcus convenire
Ceſſionarium ſuum in Camera. De Marinis *quotid. re-
ſol. l.* 1. *reſol.* 146.

Hæc autem Juriſdictio Tribunalis Cameræ in cauſis
10 Fiſci eſt privativa, nec poteſt prorogari. De Philippo
diſert. 20. & ſpecialiter per Principem derogandum
eſt, ſi alteri Judici committatur Ageta *cit. num.* 38. &
cauſæ hujuſmodi Camerales io Urbe noo ſpectant ad
Signaturam Juſtitiæ, pro obtinendis appellationibus,
& commiſſionibus, ſed ad ipſam Cameram, per quam
datur nova audientia, & commiſſio, quia habet in
ventre Signaturam ex *Conſtit.* 65. Clementis VIII. &
teſtatur Ridolphin *in prax. p.* 3. *c.* 5. *nu.* 163. ac Fa-
rinell. *reſp. Juris* 3. *n.* 14. ubi refert diſcuſſionem, an
Auditor Signaturæ, vel Signatura Juſtitiæ poſſit de-
clarare, quod cauſa aliqua ſpectet ad Cameram, vel
aliud forsàn Tribunal; in quibus Signaturam Juſtitiæ
jam proceſſiſſe fatetur ſed nulliter, & contra diſpo-
ſitionem dictæ Clementinæ: ſed poſt dictum reſpon-
ſum, quid fuerit ſervatum, eſt videnda praxis; prout
etiam de Camerà Neapolitana, ut habeat Commiſſio-
nes in ventre dixit cit. Genitor meus *Ritu* 57. *& Ri-
tu* 250. *num.* 7.

Deveniendo igitur ad præciſum ſtatum hujus Conſti-
11 tutionis Calliſti, dico, quòd cum Eugenius Papa IV.
ſua Conſtit. to. 4. *in ordine* 13. à me commentata in-
ter eas dicti Eugenii, reperiſſet abuſum in Tribunali
Cameræ Apoſtolicæ, ut ultra numerum Clericorum
Numerariorum, plerique eſſent Supranumerarii nun-
cupati, qui confuſionem in cauſis decidendis, aliiſ-
que peragendis pariebant, ſtatuit, ut ſeptem tantùm
eſſent Clerici Cameræ Numerarii; quòdque Supranu-
merarii nec cauſas judicarent, nec emolumenta par-
ticiparent, ſolùmque aſſiſtere poſſent cauſarum rela-
tioni; quodque etiam in ſtatutis ipſius Cameræ cau-
tum fuit, quæ regiſtrata repeciuntur à Cherubino *in
calce dictæ Conſtitutionis* 13. *Eugenii*, ubi plura ad rem
de hujuſmodi Cameræ Tribunali, ac Clericis notavi.
Sed cum per novum abuſum irrepſiſſet mos, ut Su-
pranumerarii Clerici exercèrent, ac deciſioni cau-
ſarum ſe immiſcerent, perturbarentque ipſos Nume-
rarios, tam in cauſis definiendis, quàm io emolu-
mentis percipiendis, quæ abſentes Numerarii amit-
tebant, ideò Nicolaus Papa V. immediatus Eugenii
12 Succeſſor, expreſsè denuò ſtatuit, ut ſeptem tan-
tùm eſſent Clerici Numerarii Cameræ, & reliqui
Supranumerarii poſt Audientiam cauſarum, omninò à
Camera diſcederent, relicta libertate Numerariis, cau-
ſas decidendi janua clauſa, quodque io caſu abſentiæ
alicujus ex Numerariis, emolumenta dividerentur a-
liis Numerariis præſentibus, nec admitti valerent io
locum abſentium Clerici Supranumerarii, commina-
tis pœnis privationis, excommunicationis, ac aliis
contra non parentes. Has itaque ordinationes Euge-
nii, & Nicolai, confirmavit Calliſtus *in hac Conſti-
tutione edita in Urbe die 8. Maii anno* 1455. ac in-
truſos contra formam earum Ordinationum, amove-
ri mandavit, & certa tantùm forma dictis Bullis de-
rogatum dici ſtatuit. Theſaurarium itidem, ac Cle-
ricos Numerarios, ejuſdem Papæ, ac Sedis Apoſto-
licæ veros Capellanos, ac etiam veros Papæ familia-
res, & continuos commenſales declaravit; ac proin-
dè frui debere omnibus privilegiis Papæ commenſa-
lium decrevit; de quo numero ſeptenario Clericorum
Cameræ innuit etiam Veſtrius *in praxi lib.* 2. *capi-
tulo* 2.

Hic tamen numerus ſeptenarius Clericorum Ca- 13
meræ auctus fuit ad dudenarium per Sanctum Pium V.
ut in præſenti ſervatur, ſublatis Clericis Supranume-
rariis, ut dixi *cit. Conſtitut.* 13. Eugenii, & notavit
Bard. *de temp. util. & contin. capit.* 15. *numer.* 1. Pe-
trus Franciſcus de Rubeis *in reſp.* 1. *numer.* 13. regi-
ſtrato per Farinell. *reſp. Juris* 2. *numer.* 13. Card. de
Luca *diſc.* 33. *in relat. Romanæ Curiæ numer.* 2. &
in dicto æquali numero duodenario fieri poteſt pari- 14
tas Votorum, quo caſu deciſa eſt cauſa contra Fiſ-
cum, juxta *l. non puto ff. de Jure Fiſci*, ibi: *Non pu-
to delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contra Fiſ-
cum facilè reſponderit, quia Fiſcus dives eſt*, ut no-
tat *gloſ. ibid.* & in Regia Camera Neapolis non ſer-
vari dictam diſpoſitionem *l. non puto*, ſed regulam *l. in-
ter partes ff. de re jud. & c. fin. de ſent. & re jud.* ut
ſententia in paritate Votorum ſit pro reo, niſi aga-
tur in favorabili cauſa; & ſic cum Fiſcus foveat cau-
ſam favorabilem, pro ipſo ſententia parium Votorum
intelligi debet lata: ſed id in Regno procedit in cau-
ſa Fiſcali, ſi concurrat alia ratio favorabilis ultra il-
lam generalem pro Fiſco. Ageta *ad citat. dec. Moles
n.* 44. *de Ponte dec.* 31. *nu.* 8. ubi ex hoc dicit etiam
ibi eſſe locum dictæ *l. non puto*.

Iſtudque munus Clerici Cameræ erat venale uſque
à tempore Sixti V. quàm venalitatem laudabiliter ſub- 15
ſtulit tandem Innocentius XII. *in ejus Conſt. incip.
Ad hoc* 13. in ejus parvo Bullario, io qua inter alia
munera Cameralia, eorum Clericorum venalitatem
abolevit.

Declaratur rursùs in hac Conſtitutione Calliſti, 16
Theſaurarium, & Clericos Cameræ eſſe veros Ca-
pellanos Papæ, ac Sedis Apoſtolicæ; idque etiam
comprobatur *ex Conſtitutione* Sixti IV. *incip. diſpoſi-
tione* 1. *illius paragrapho* 3. *tom.* 1. *Bullarii*, de Ru-
beis *cit. num.* 11. *&* 43. quam qualitatem Capellanos
ipſos habere dixit *Cherubin. ad cit. Conſtitut.* Sixti IV.
1. quia in Capella Pontificia aſſiſtunt, ac Papæ in
multis in ea inſerviunt, ut liquere ex Cæremoniali
antiquo addit: prout ſimilis ſervitii ratione, Capel-
lani Papæ nuncupantur Auditores Rotæ, & verè
conſtat ex Cæremoniali typis edito tempore Leonis
Papæ X. à Chriſtophoro Marcello Archiepiſcopo Cor-
cyrenſi, primo tunc Cæremoniarum Magiſtro *to.* 3.
ſect. 2. *cap.* 23. *de Clericis Cameræ fol.* 13. Clerici Ca-
meræ adſtant Pontifici, cum apud lectum Paramen- 17
torum induit Sacras Veſtes; ad eos pertinet deferre
enſem benedictum, cum pileo, ante Summum Pon-
tificem in nocte, & die Nativitatis Domini; tenere
vaſa contexta auro, & argento, cum mantilibus, in
lotione pedum pauperum, quæ fit per Papam die
Jovis hebdomadæ majoris; ſubminiſtrare itidem Dia-
cono Cardinali candelas, & palmas, quæ diſtribuun-
tur per Summum Pontificem; recitare quintam Le-
ctionem in nocte Nativitatis Domini. Ac de iis Cle-
ricis fit mentio in regiſtro Diarii dictorum dierum,
quod in præſenti etiam ſervatur: ac unus Clericus
de-

defert Roſam auream, quæ benedicitur à Papa Dominica quarta Quadrageſimę, in cubiculo paramentorum, quo itur ad Cappellam; in qua Clerici præfati ideò ſedent in Solii Pontificii gradibus, ut præſtò ſint Pontifici, pro obeundis dictis muneribus. De Rubeis *citat. numer.* 28. & 29. quorum aſſiſtentia in præfatis functionibus, imò etiam in Proceſſionibus, tam antiquo, quàm moderno tempore fuit, de Rubeis *cit. num.* 51. prout in Coronatione Romani Pontificis ex Pontificali Romano liquet *tit. de Conſecratione, & Coronatione Summi Pontificis fol.* 45. & 48. imò intervenire in Conciliis Generalibus conſueviſſe ſuper gradibus Solii Papæ, conſtat ex *Caremoniali cit. l.* 1. *ſect.* 14. *cap.* 3. *rubrica: Ordo ſedendi in Conciliis, pag.* 60. Card. Jacobatius *de Conciliis l.* 1. *art.* 5. *num.* 8. *inter tract. magnos tom.* 13. *par.* 1. *fol.* 209. Unde non videtur ſubſiſtens aſſertio Card. de
18 Luca, Clericos Cameræ non conſueviſſe aſſiſtere in Capella antè reformationem iſtius, factam ab Alexandro VII. ut in *diſc.* 33. *in relat. Rom. Curiæ num.* 39. ſed ſolùm poſſet id verificari ab aliquo tempore, ante dictam reformationem, ob controverſiam habitam cum Auditoribus Rotæ circa præcedentiam, quàm tempore dicti Alexandri adjudicatam fuiſſe liquet Auditoribus, ſuper Clericos prædictos. Nam in reformatione enunciata Capellæ, tributum fuit munus Subdiaconorum Auditoribus Rotæ; & ſic præcedunt Clericis tàm in Capella, quàm in aliis locis; hinc nomenclatura Capellanorum Papæ remanſit verè in ſolis Auditoribus Papæ, qui verè illam habebant antiquiſſimis temporibus, etiam in corpore Juris Canonici, ut nominavit Gregorius Papa IX. in proœmio Decretalium S. Raymundum de Pegnafort Auditorem Rotæ; & benè notat Veſtrius *l.* 2. *cap.* 17. *n.* 1. pro Capellanis Papæ per Antonomaſiam venire Auditores Rotæ, quia cauſas in Capella Papæ cognoſcebant, à Papa conſulti, & in divinis in ea illi inſerviebant; ac paſſim in Bullis tàm antiquis, quàm modernis, & in expeditionibus Datariæ, Capellani nuncupantur Auditores tantùm. Clerici verò Camerę ſunt ſuprà Acolytos, quorum munere funguntur in Capella Votantes Signaturæ Juſtitiæ, dictis Clericis Camerę
19 Inferiores; & ſic cum Clericis Cameræ ſint inter Subdiaconos Auditores Rotæ, & Acolytos Votantes, videntur non poſſe dici ſimpliciter in minoribus, neque etiam in Sacris ſervientes; ſed eſſe potiùs quidam majores Capellani honorarii, qui incumbunt ſervitio Papæ, in pluribus concernentibus Majeſtatem Pontificiam, ejuſque munificentiam, in actibus recenſitis conſideratam, ac habent jus deferendi Rocchettum, quod tempore Sedis Vacantis Pontificiæ deferunt diſcoopertum, ratione ſpecialis Juriſdictionis, quam habet Camera Papalis eo tempore; præceduntque ſupra Prælatum, dictum Præfectum Plumbi, & alios Prælatos ſedentes in Banco Protonotariorum, ex decreto *Congregationis Rituum* 18. *Decembris* 1660. ut refert id, & alia latè ad rem Fatinellus *reſp. Juris* 1. 2. & 3. ubi refert reſponſum *d. de Rubeis*, ac in fine adducit Breve Alexandri Papæ VII. qui conceſſit Clericis Cameræ facultatem Miſſæ celebrationis, & auditionis in Sacello propriæ Domus, necnon aliud Breve Clementis X. ut illi geſtare poſſint in pileo redimiculum, *cordone* vulgariter nuncupatum, coloris violacei.

Circà tandem privilegium familiaritatis, & com-
20 menſalitatis, conceſſum Clericis Cameræ, dicam infra, ubi denuò fit de iis mentio.

CONSTITUTIO II.

CALLISTI III.

Incipiens (*Sacræ.*)

EPITOME BULLÆ.

CALLISTUS EPISCOPUS, &c.

DEclarantur Canonici S. Salvatoris veri Canonici Regulares S. Auguſtini.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Canonici Regulares S. Salvatoris fuerunt declarati veri Canonici Regulares Sancti Auguſtini.*

Quodque fruantur omnibus privilegiis iſtorum, ibidem.

2 *Privilegia non omnia communicantur per communicationem eorum.*

3 *Declaratio illa qualitatis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, quid importet, & nu.* 7.

4 *Differentia effectus inter conceſſionem ſimilitudinis, ſeu privilegii, factam a Papa, & declarationem veræ qualitatis.*

5 *Juſpatronatus conceſſio facta per Papam ad inſtar patronatus ex fundatione, importat privilegium.*

6 *Secus ſi fuerit proceſſum per viam declarationis, eſſe Juſpatronatus ex fundatione.*

7 *Canonici Regulares S. Salvatoris fuerunt per Papam declarati veri Canonici S. Auguſtini.*

8 *Fratres Diſcalceati S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ fuerunt declarati veri Filii, & Fratres Ordinis Sancti Franciſci.*

9 *Si Papa dixiſſet, quod Canonici S. Salvatoris cenſeri deberent pro veris Canonicis S. Auguſtini, eſſent veri Canonici Regulares S. Auguſtini.*

10 *Canonici iſti S. Salvatoris an obtineant præcedentiam in Proceſſionibus, quam habent Canonici S. Auguſtini, & n. ſequ.*

11 *Canonici S. Salvatoris, an præcedant Caſſinenſes, prout Canonici Lateranenſes præcedunt. Quid in Urbe.*

12 *Obſervantia maximè attendenda in hujuſmodi præcedentia in Proceſſionibus.*

13 *Canonici Regulares S. Salvatoris habent aliquam majorem qualitatem Regularitatis, quàm Canonici Lateranenſes.*

JAm plura retuli de origine Canonicorum Regularium S. Salvatoris *tomo* 4. *Conſtit.* 2. Gregorii XII. 1
cumque Congregatio iſta obtinuerit à Summis Pontificibus omnes gratias, & privilegia, quibus potiebantur Canonici Regulares S. Auguſtini, ob varias rationes eadem Congregatio ſupplex adiit Calliſtum Papam III. ut dignaretur declarare, ipſos Canonicos S. Salvatoris eſſe veros Canonicos Regulares S. Auguſtini, ac potiri debere omnibus privilegiis, & prærogativis eorumdem; prout declaravit, ac ſervari debere juſſit Calliſtus in hac Conſtitutione edita apud S. Petrum die 27. Maii anno 1456. quòd etiam declaravit Julius II. *Conſt.* 30. §. 5. Hæc etenim declaratio, etſi primâ fronte ſuperflua videri aliquibus poſſet, cum jam iſti Canonici omnibus privilegiis Canonicorum Regularium S. Auguſtini potirentur, ex Pontificiis diplomatibus; tamen conſiderari debet conſultò fuiſſe petitam, ac conceſſam

hanc

hanc declarationem, quia per privilegiorum commu-
2 nicationem non omnia privilegia communicantur;
cum ea quæ difficilis ſunt conceſſionis, & in præju-
dicium aliorum, non cenſeantur communicata, ut te-
nuit *tom. 3. ad Conſt.* 2. Benedicti XI. *num.* 14. *& ſeq.*
& tom. 4. Conſtit. 1. Benedicti XII. *ſect. un. num.* 20.
& alibi dicemus; ſed quando declarati fuere iſti Cano-
3 nici, veri Canonici Regulares S. Auguſtini, tunc ex
eorum natura acquiſiverunt, ac habuerunt omnia pri-
vilegia Canonicorum S. Auguſtini, & non per merum
privilegium; quòd tamen locum habet, ſi Papa non
procederet per modum fictionis, ſimilitudinis, aut
4 privilegii, ſeù æquiparando alios aliis; at, ut hic,
proceſſum fuit per viam potiùs declarationis, ſeù po-
ſitivæ aſſertionis ejuſdem præexiſtentis qualitatis, eo-
que caſu non exceditur natura fictionis, & privile-
gii; ſecus in hoc ſecundo caſu, in quo talis qualitas
5 potiùs detegitur jam exiſtens, ex declaratione verita-
tis facta per Papam loquentem aſſertivè, & motu pro-
prio, cùm de mendacio redargui nequeat, *capitul. ſi
Papa §. ſi autem privil. in* 6. Clem. I. *de probat.* Ga-
briel. *eodem tract. concluſ.* 2. *num.* Rota *deciſ.* 838. *nu-
mer.* 1. *coram Merlino*. Add. ad Ludov. *deciſ.* 239.
num. 10. & ad Buratt. *dec.* 621. *num.* 17. *& ſeqq.* Et
cum dicta diſtinctione proceditur circa Juſpatronatum;
quod ſi concedatur à Papa etiam cum Clauſulis amplit-
ſimis per modum fictionis, ſeù æquiparationis patro-
natui ex fundatione, ſemper erit in linea privilegiati-
6 va, ſi verò Papa proceſſerit per declarationem qua-
litatis fundationis, erit Juſpatronatus ex fundatione,
ut magiſtraliter firmavit Rota *deciſ.* 168. *parte* 10.
7 *rec.* Et in terminis hujus declarationis veritatis, quo-
ad qualitatem Canonicorum Regularium S. Auguſtini,
eſſe eam in Canonicis S. Salvatoris per hanc Conſtitu-
tionem Calliſti Card. de Luca *de prahem. diſc.* 24. *nu-
mer.* 7. *&* 8. & in terminis declarationis factæ per
Clement. VIII. *Conſtitut.* 92. *tom.* 3. Bull. quod Fra-
tres Diſcalceati S. Franciſci Strictioris Obſervantiæ ſint
8 veri Filii, & indubitati Fratres Ordinis S. Franciſci,
ac proindè debere, potiri, ex eorum eſſentia, omni-
bus privilegiis, & gratiis conceſſis Fratribus S. Franci-
ſci, tamquam unicum Corpus conſtituentibus, reſolvit
Rot. *in Hiſpalen. præcedentiæ* 21. *Aprilis* 1690. *&* 29.
Januarii 1691. *utrobique n.* 1. *coram Emerix Jun. in-
ter ejus impreſſos dec.* 962. *&* 1014. *ac* decrevit Sacra
Congregatio Rituum, cum approbatione Urbani VIII.
ut refertur *in dd. dec.*

Sed numquid ſi Papa dixiſſet tantùm, hujuſmodi
Canonicos S. Salvatoris, pro veris Canonicis S. Augu-
9 ſtini cenſeri debere, eſſent veri Canonici Regulares
S. Auguſtini? Affirmat Pariſ. *conſ.* 71. *libr. primo nu-
mer.* 5. *& num.* 11. cùm iis conceſſiſſet omnia privile-
gia iſtorum Canonicorum, & ſequitur Cherubin. Fi-
lius *ad hanc Bullam Schol. primo*, & videtur hoc ſen-
tire Pignatel. *conſult.* 115. *num.* 7. *tom.* 4. Rota *deciſ.*
224. *num. primo part.* 7. *rec. & cit. deciſ.* 1014. *num.*
2. *coram Emer.* ubi concordantes; ſed ſemper ve-
rum eſt, quòd ſi procedatur per modum conceſſio-
nis, & æquiparationis, verè dici poſſet privilegium,
& uti tale recipiendum ad diverſos effectus; quod non
faceret, ſi adeſſet declaratio qualitatis inſitæ, quæ æqui-
parat ex propria eſſentia, ac unica conſtituitur ſubſtan-
tia, ut conſiderat Card. de Luca *cit. diſc.* 24. *num.* 7.
de prebem. Et dicam aliqua, ubi de privilegiis ad in-
ſtar erit diſſerendum.

Ex illa itaque qualitate Canonicorum Regularium S.
10 Auguſtini, inſita his Canonicis S. Salvatoris, ſic de-
clarata per Calliſtum in hac Conſtitutione, arguebatur
ipſos eſſe unicum Corpus cum Canonicis
Lateranenſibus, & proindè frui debere etiam præcedentia,
quam ex re judicata obtinuerunt ipſi Lateranenſes,
in Proceſſionibus ſuper Caſſinenſes, ut aliàs
retuli; quæ controverſia inter Canonicos S. Salvatoris
Urbis cum Caſſinenſibus, tempore Alexandri VII.
agitata fuit in Sacra Congregatione Rituum, ac ſcri-
pſit pro illis Card. de Luca *cit. diſc.* 24. *de prebem.* &
conſideratis præcisè verbis hujus Bullæ, declarantis,
dictos Canonicos S. Salvatoris eſſe veros Canoni-
cos S. Auguſtini, docuit eos proindè exiſtimari de- 11
bere uti Canonicos S. Auguſtini de Clero Sæcula-
ri potiùs, quam Regulari; & conſequenter illos
præcedere debere omnes Regulares, & ſic Caſſineo-
ſes, ut conſtitueretur ſimetria Eccleſiaſtica, cum
præcedentiæ totius Cleri Sæcularis; verum quia ex
antiquiſſima obſervantia ſemper Caſſinenſes Prælati
fuere prædictis Canonicis S. Salvatoris, ideò cauſæ
exitus fuerit, quòd continuaretur in ultimo ſtatu, ut
refert idem Cardin. de Luca *cit. diſc. in fine*, & ita
ſervatur, quòd Caſſinenſes præcedant; idque videtur
æquum, tùm quia in hac præcedentia, ſatis obſer-
vantiæ eſt deferendum, tùm quia proceditur juxta ter- 12
minos novarum Conſtitutionum, præſertim Gregorii
XIII. ut notatur *in dd. deciſ.* 962. *&* 1014. *coram E-
merix*; tùm demùm, quia iſti Canonici S. Salvatoris 13
ex eorum Habitu Scapularis nigri ſuper Rocchetto,
& Cappa, atque ob ſpeciales Ordinationes, aſſum-
pſerunt potiùs quandam majorem qualitatem Regu-
laritatis, quàm non habent Canonici Lateranenſes,
qui reputantur magis eſſe in ſtatu Cleri Sæcularis,
licèt etiam in iſtis, hodie aliqua qualitas Regularis
inſpiciatur, ut ad rem dixi *tom.* 2. *Conſtit.* 1. Anaſta-
ſii IV. *ſect.* 1. *num.* 40. ubi de incapacitate in Benefi-
ciis Sæcularibus dictorum Canonicorum Lateranen-
ſium, & eorum S. Salvatoris.

CONSTITUTIO III.

CALLISTI III.

incipiens. (*Super gregem.*)

EPITOME BULLÆ.

CALLISTUS EPISCOPUS, &c.

PRohibet tranſitum Fratrum Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum, ad alios Ordines, etiam Mendicantium, ex eo quia dictus Ordo ob quartum Votum peregrinationis tranſmarinæ, ad redimendos Captivos, cenſeri debet ſtrictior illis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Fratribus Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Papa prohibuit, ne tranſirent ad quoſcumque Ordines ſine licentia Sedis Apoſtolicæ.*

2 *Strictior qualitas in Religione ex quibus elici debet.*

3 *Fratres de Obſervantia, ac alii ſtrictiores, non poſſunt tranſire ad Fratres de Mercede.*

4 *Tranſitus ad ſtrictiorem requirit Indultum Apoſtolicum, & datur petita, & non obtenta licentia.*

5 *A quibus obtineantur Indulta pro tranſitu Regularium, & ob quas cauſas, ad laxiorem.*

6 *An requiratur conſenſus Religionis à qua, & ad quam.*

7 *An permittatur ad quamcumque Religionem tranſitus, vel limitetur, & ad quam.*
In præſenti limitatur ad eam, in qua Regularis, & Clauſtralis viget Obſervantia, ibid.

8 *Obtento Indulto tranſeundi ad quamcumque, an poſſit tranſire ad æqualem, vel laxiorem.*
Diſtinguuntur plures caſus, & inter forum externum, & conſcientiæ, ibid. & nu. 10.

Digitized by Google

9 *Refertur declaratio S. C. Concilii validitatis tranſitus facti ad laxiorem.*

10 *Adducuntur varii caſus tranſitus cum cauſa, & ſine cauſa, an ſubſiſtant ad laxiorem, vel æqualem?*

11 *In formula præſenti limitatur facultas tranſeundi ad eam Religionem, in qua viget Clauſtralis, & Regularis Obſervantia.*

Non conceditur proinde ad Militares, & Hoſpitalarias, niſi in raris caſibus, ibid. & n. ſeq.

12 *Adducitur exemplum in Sac. Congr. Concilii tranſitus permiſſi ad Hoſpitalarios S. Spiritus in Saxia, & D. Antonii Viennenſis.*

13 *Aliud Exemplum tranſitus ad Capellanos D. Joannis Hieroſolymitani, & quomodo, ibid.*

Caſus nullitatis tranſitus cujuſdam Monachi Olivetani facti cum licentia Generalis, ibid.

14 *Praxis in expeditione Brevium hujuſmodi tranſitus Religioſorum.*

15 *Tranſitus factus ad Religionem non Clauſtralem declaratur nullus, & quando.*

Cauſa agitata in S. C. Concilii, nullitatis prætenſa tranſitus cujuſdam Monachi Camaldulenſis, ad Canonicos S. Auguſtini Congregationis Ultienſis Taurinen. Diœceſis, ibid.

Adducuntur rationes pro nullitate, ibidem, & pro validitate, n. ſeq.

16 *Canonici Regulares S. Auguſtini Congregationis Ultienſis emittunt tria vota, & ſunt veri Regulares.*

Ubi de Profeſſione in dicta Congregatione ibid.

Ac de diverſitate Canonicorum Supernumerariorum, & Numerariorum dicta Congregationis, ibid.

17 *Profeſſi in aliqua Religione ante ætatem præfixam in Conſtitutionibus, ſed in ætate Conciliari, an ſint validè profeſſi.*

18 *Non eſt ſimoniaca Profeſſio ſi detur aliquid pro ſui ſubſtentatione.*

19 *Profeſſio ſimoniaca non eſt nulla, ſed profeſſus, & recipiens ſubeſt pœnis.*

20 *Quatenus extra Canoniam Canonicus Regularis degens, dici poſſit Clauſtralis.*

21 *Refertur reſolutio S. C. in dicta cauſa cum ſuis fundamentis.*

22 *Mendicantes nequeunt tranſire ad Monachales, ſeu non Mendicantes Religiones.*

Ubi de Indulto neceſſario, & cujus, pro dicto tranſitu, & an per Sacram Pœnitentiariam, ibid.

MIrabilis fuit Inſtitutio Ordinis B. Mariæ de Mer-
1 cede Redemptionis captivorum, quam retuli *tomo* 2. *ad Conſtit.* 9. Gregor. IX. *pag.* 549. Ejus Sodales quartum Votum emittunt peregrinationis tranſmarinæ, ac manendi in pignus, ſi opus fuerit, pro redimendis Captivis ab Infidelibus; ob quod ſpeciale, ac durum Votum, meritò Calliſtus in hac Conſtitutione, edita Romæ die 31. Octobris Anno 1457. attento ſtrictiori illo Voto, prohibuit, nè tranſitum ad Ordines quoſcumque, etiam Mendicantium, Fratres dicti Ordinis facere poſſent, abſque Sedis Apoſtolicæ Indulto. Verùm quia qualitas ſtrictior in Re-
2 ligione conſiderari debet, nedum ex ejus Inſtituto, & fine, ſed ex aliis Religionis obſervantiis, ac ſtrictioribus vivendi formulis. D. Thom. 2. 2. *quæſt. penult. Cap. ſanè* 10. ubi Scribentes, *de Regularibus*. Card. Zabarella *conſ.* 28. *num.* 1. *& ſeq.* Lap. *alleg.* 61. *num.* 5. Roderic. *qu. Regul. to.* 3. *qu.* 52. *art.* 4. & latè dixi *tom.* 2. *Conſtit.* 1. Greg. IX. *ſect. unic. nu.* 15. *ad fin.* Ideò jure merito Clemens VIII. *in Conſt. ejus* 46. *tom.* 3. *Bull. incip. Nuper*, relata dicta ratione, quomodo attendenda ſit arctitudo pro faciendo tranſi-
3 tu, declaravit non poſſe tranſire Fratres Minores S. Franciſci de Obſervantia, alioſque ſtrictioris Ordinis, ad hunc Ordinem B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, quia eſt laxior illis: & ſic diſpoſitio hujus Bullæ, quòd Ordo Fratrum de Mercede ſit ſtrictior præ aliis, ratione dicti quarti voti, fuit abrogata per præfatum Clementem, ut notat Cherub. *ad hanc Bullam Calliſti Schol. primo*, *& ad dict.* Clementis VIII. *Schol. etiam primo*, & ita ſervat praxis S. Pœnitentiariæ, ut arctitudo Religionis eliciatur ex ſtrictioribus, & actualibus obſervantiis.

Conſiderari debet qualitas arctitudinis ad effectum, ut ſi Religio ad quam ſit arctior, poſſit fieri ad illam
tranſitus, zelo majoris perfectionis, petita, & non 4
obtenta licentia Superiorum Regularium; licèt, ex ſpecialibus Privilegiis, quæ habent aliquæ Religiones, etiam per communicationem, & etiam ex ſtylo, tranſitus non detur ad ſtrictiorem, ſine licentia Superiorum, vel Indulto Apoſtolico, ut notat Marcus Leo *in praxi S. Pœnitentiariæ part.* 4. *pag.* 428. in formula licentiæ permanendi pro Religioſo tranſlato; & recurſus fit ad Sedem Apoſtolicam, ne requiratur licentia Superiorum; & conceditur per eam, etiam in dd. Religionibus privilegiatis, petita, & non obtenta licentia Superiorum: *& dixi tomo* 4. *Conſtitution.* 1. Benedicti XII. *ſection. unica*, *& Conſtitution.* 8. Eugenii IV. ubi de materia tranſitus latè egi. Et ſi quis tranſlatus ad laxiorem, vellet redire ad primam ſtrictiorem abſque novo Indulto, ſi non fecerit profeſſionem in ſtrictiori, poterit; ſin autem profeſſus fuerit expreſsè, vel tacitè in laxiori, requiritur novum Indultum. Fagn. c. *Ad Apoſtolicam, num.* 55. *de Regularibus*; quæ Indulta tranſeundi, ſolent ut plurimum concedi per S. Pœnitentiariam, & aliquando per Sacr. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, & tranſeunt Expeditiones tranſitus ad laxiorem, vel æqualem per Datariam, prævio voto dictæ Congregationis: ſed tranſitus ad ſtrictiorem conceduntur per Congregationem, juxta ejus facultates *in Conſtit.* 74. Sixti V. in
inſtitutione dictæ Congregationis, & cum clauſula, 5
petita, & non obtenta licentia ſuorum Superiorum. Verùm pro tranſitu ad laxiorem requiritur cauſa, quæ ſolet eſſe infirmitatis, & debilitatis corporis. Fagn. *cap. Ad Apoſtolicam num.* 62. *de Regularibus*: Nam ob cauſas inimicitiarum, & perſecutionis in Religione, quando non poteſt his provideri intrà Religionem, conſuli poteſt per tranſitum ad æqualem; & Apoſtatis aliquando ſolet indulgeri tranſitus ad laxiorem, quatenus urgeant circumſtantiæ tales, ut allici potiùs debeant illi ad bonam frugem, quàm eos derelinquere in ſuo perverſo ſtatu; cum difficillimum iis eſſet, iterum petere rigoroſas obſervantias, vel acceptari in aliqua Religione obſervante, ut advertit Marcus Leo *citat. pag.* 432. *& ſeqq.* ubi latè de formulis iſtorum Indultorum, tàm tranſeundi, quàm remanendi in Religione, ad quam quis tranſivit ſine facultate. Paſſerin. *de ſtatu hom. tom.* 3. *q.* 189. *art.* 8. *per tot. latè*, & ego vidi obſervari in S. Pœnitentiaria, dum in ea munus Conſultoris Canoniſtæ exercui, Datarii, & Proregentis.

Solet tamen requiri in S. Congregatione Epiſcopo-
rum Conſenſus Religionum, à qua, & ad quam, 6
antè conceſſionem licentiæ tranſeundi ad æqualem, vel laxiorem; ſecùs ad ſtrictiorem; quod in S. Pœnitentiaria, etiam ſervatur; quæ tamen aliquando ſupplet Conſenſum Religionis à qua, ſi concurrat juſta cauſa pro tranſitu; & denegati conſenſus legitima ratio non adſit; conſenſum autem Religionis ad
quam ſupplere non debet. Quoad verò Religio- 7
nem ad quàm; permittitur aliquando tranſitus ad quamcumque Religionem indeterminatè, in qua benevolum receptorem transferendus repererit, ut notat *citat. Marcus Leo*; & id practicatur in caſu, quo non reperiatur, factis diligentiis, benevolus receptor, & agatur de Apoſtata, & extero, qui debet redire ad ſuas longinquas regiones, in
quibus poterit ibi faciliùs reperire benevolos rece- 8
ptores. Si verò quis obtinuerit licentiam tranſeundi ad quamcumque, ſi poſſet reperire benevolum receptorem in æquali, nequit tranſire ad laxiorem; & in foro conſcientiæ tenetur tranſire ad æqualem,

ut

Digitized by Google

ut notat Marc. Leo *cit. pag.* 431. *paragrapho Contrarium*. Tamen ego diſtinguerem, quòd aut agitur de ſoro externo, & non dubito, quòd tranſitus legitimè fiat ad quemcumque Ordinem, & Religionem, ſi licentia contineat facultatem talem illimitatam cujuſcumque Ordinis, & Religionis, à Sede Apoſtolica approbatæ, ubi repererit benevolos receptores; quia videtur, ex dicta facultate, fuiſſe in poteſtate Oratoris poſita electio Religionis, dummodò fuerit ex approbatis à Sede Apoſtolica, & habeat qualitatem Regularitatis, & Clauſtralitatis; quæ conditiones ſolent in licentia tranſitus apponi: & habens liberam facultatem, poteſt eligere quam vult. *Cap. Eccleſia veſtra* 48. *de elect.* & ſic Sacra Pœnitentiaria dictam facultatem reſtringendo, tantùm ad qualitatem approbationis Sedis Apoſtolicæ, cenſeri debet omnes Religiones approbatas concedere in Indulto; idcircò cum in novis formulis, quibus utitur S. Pœnitentiaria, & Congregatio Epiſcoporum exprimatur: *dummodò in Religione ad quam, Regularis, & Clauſtralis Obſervantiam vigeat*: requiritur, & ſatis eſt, quòd ſit Clauſtralis, & Regularis Religio ad quam; & cùm limitaverit Religionem Clauſtralem, & Regularem, videtur noluiſſe limitare qualitatem Religionis, circà arctitudinem majorem, vel minorem, alias id expreſſiſſet. Unde cum hujuſmodi Breve obtinuiſ-
9 ſet quidam Monachus Camaldulenſis, generaliter ad aliam Religionem, ubi Regularis, & Clauſtralis Obſervantia vigeret, tranſiit ad laxiorem Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, Congregationis Ultienſis; & diſputato dubio in S. Congregatione Concilii, ex remiſſione facta per S. Pœnitentiariam, Sac. Congregatio in Taurinenſi tranſitus 6. Auguſti 1712. reſcripſit: *Conſtare de validitate tranſitus*: nulla facta difficultate circa laxiorem qualitatem Canonicorum Regularium. Sed dubium fuit circà limitationem qualitatis Clauſtralis, & Regularis Obſervantiæ, in Brevi contentæ, an in dicto Monaſterio adeſſet, de qua infrà.

Si tamen agatur in foro conſcientiæ; ſi quis ob-
10 tinet illimitatam facultatem tranſeundi ad aliam Religionem, dummodò approbata fuerit per Sedem Apoſtolicam; cùm expreſſerit cauſam infirmitatis, quam non habebat; & tunc videtur peccare, ſi eligat laxiorem; quia talis facultas illimitata non fuiſſet conceſſa, non expreſſa infirmitate. Si verò expreſſerit aliam cauſam veram, & Pœnitentiaria illimitatam facultatem impertita fuerit, poteſt illa uti, etiam pro laxiori; quia etſi ob cauſam, præter infirmitatem, tranſitus fieri debeat ad æqualem; tamen cum in hac materia tranſitus, quidquid conſiderabatur ſtrictè per D. D. circa cauſas licentiæ concedendæ per Superiores Religionum; hodie, ex quo ſolita facultas concedendi tranſitus, etiam ad ſtrictiorem, & æqualem, pertinet ad Sedem Apoſtolicam, præſertim in Religionibus, privilegiis ſuffultis, ne fiant tranſitus, ut innui ſupra, & dixi *tom.* 4. *citat. Conſtitution. prima* Benedicti XII. *& Conſtitutione* 8. Eugenii IV. indulgentiùs proceditur circa cauſam, conſideratis ſimul variis circumſtantiis, ut detur tranſitus ad laxiorem. Hinc ſi verè nulla cauſa adeſſet, vel abeſſent circumſtantiæ, ut ad laxiorem tranſitus fiat, non poteſt licentia Apoſtolica illimitata quis uti in foro conſcientiæ, pro laxiori, ut notat Corrad. *in prax. diſputat. lib.* 5. *capit.* 15. *numer.* 13. *&* 14. Gratian. *diſcept.* 434. *numer.* 18. prout quatenus non adſit cauſa, ſuſtinetur licentia in foro externo, ſed peccaret tranſiens. Si autem non poſſet in æquali Religione habere receptores, poterit quis convolare ad laxiorem, in vim facultatis illimitatæ; tuta conſcientia, ut *citat.* Marcus Leo admittit *dicta pag.* 432. *verſ. non nego*.

Limitari ſolet, ut ſupra dixi, in formulis mo-
11 dernis, tranſitus, nedùm ad Religionem approbatam per Sedem Apoſtolicam, ut in formula antiqua, apud *cit.* Marcum Leonem; ſed quòd in ea vigeat Clauſtralis, & Regularis Obſervantia; ad tollendam difficultatem, quam tangit idem Marcus Leo, an ſub nomine Religionis approbatæ, veniant quæcumque, etiam Militares, & Hoſpitalariæ, & illæ in quibus non viget Obſervantia Clauſtralis, & Regularis; ac præſertim, ſi non adſit Monaſterium, ejuſque profeſſi vivant in propriis domibus, ut ſunt Sodales alicujus Abbatiæ Canonicorum Avenione, ac in Gallia; & verè non ſolet concedi tranſitus, niſi ad Clauſtrales, nec ad non Clauſtrales, ſeù Militares, aut Hoſpitalarias ut dixi latè *tom.* 4. *citata Conſtitut.* 8. Eugenii IV. adductis tamen ibi aliquibus exemplis, contrariis in certis caſibus. Sed maximo rigore eſt cuſtodienda praxis negativa; quia tali conceſſione laxaretur diſciplina in Regularibus, qui faciliùs deſcirent à primo ſtrictiori inſtituto, ſi poſſent tranſire ad hujuſmodi Religiones relaxatas.
Hinc Sacr. Congreg. Concilii, dum quidam nobilis 12
vir Canonicus Regularis, Ordinis Sancti Auguſtini, in Abbatia Montis Benedicti, Biſuntinæ Diœceſis, petiiſſet reſtitutionem in integrum, quoad lapſum quinquennii, pro nullitate ſuæ profeſſionis promovenda, ſupplex adiit Summum Pontificem, ut concederet tranſitum ad aliquem Ordinem Militarem, ac remiſſa inſtantia pro Voto ad dictam Sac. Congregat. Concilii; iſta cenſuit eſſe conſulendum SS. pro conceſſione Indulti non ad Militares, ſed ad Hoſpitalarios Sancti Spiritus in Saxia, vel Sancti Antonii Viennenſi; ut in *Biſuntina Reſtitutionis in integrum* 23. *Junii* 1714. quæ tamen gratia fuit conceſſa cum diſparitate Votorum, denegantibus aliquibus ex EE. PP. attentis rationibus, & ſtylo, adductis per me *cit. Conſtitut.* 8. Eugenii IV. aliis annuentibus. Sed quia agebatur de Oratore, qui Jura deduxerat, circa probationem metus in ſua profeſſione, & averſi animi, tàm ante, quàm tempore probationis, & poſt profeſſionem; imò profeſſus, longinquas Regiones refugit, ac Militiæ nomen dedit; proindè iſta, etſi non prævaluerint pro obtinenda in integrum reſtitutione contra profeſſionem, ſatis urgere viſa fuerunt pro impetranda gratia dicti tranſitus, ad Hoſpitalarios ſupradictos, non autem Militares, cum in illis major Obſervantia vigeat, quàm in Militaribus; imò Orator tali gratia uſus non fuit, cùm meliori capto conſilio, in ſua Religione permanſerit, recepta diſpenſatione à Congreg. Concilii ab Irregularitate, & Cenſuris ob Apoſtaſiam, & Militiam incurſis. Ita etiam fuit conceſſa noviſſimè per S. Pœnitentiariam facultas tranſeundi, cuidam Regulari S. Auguſtini Hiſpano, ad Hoſpitalarios, non autem ad Militares, ut petebat. Sed urgebant maximæ cauſæ infirmitatis habitualis, & aliarum: prout per-
miſſum fuit tranſire ad Religionem D. Joannis Hie- 13
roſolymitani, non quidem ad Milites, ſed Cappellanos, qui tamen Clauſtraliter vivunt, ut faciunt Melitæ; & cum clauſula, ut ſemper in tali Conventu degant; ſed rariſſimè id permitti debet: prout indultum fuit Nobili cuidam, qui per plures annos tranſitum fecerat à Congregatione Olivetana ad Congregationem Sanctæ Andreæ, dictam *Abbatiam de Luſa*, in Civitate Avenionis, præcedente licentia Abbatis Generalis Olivetanorum, in vim cujuſdam privilegii Apoſtolici, impertientis facultatem eidem Abbati, concedendi tranſitum ſuis Monachis. Sed cùm talis tranſitus non fuiſſet canonizatus per S. C. Epiſcoporum, & Regularium; tum quia talis facultas dicti Abbatis Generalis videbatur non ſubſiſtens, vel derogata poſterioribus Conſtitutionibus Apoſtolicis, tum etiam quia Conventus ad quem non habebat Regularem, & Clauſtralem Obſervantiam; ideò per S. Pœnitentiariam, miſericordiam impartientem dicto Nobili, ætate provectiori, ac infirmitatibus oppreſſo, ne rediret ad ſuam, vel aliam ſimilem Religionem ingrederetur, indultum fuit, ut poſſet tranſire inter Cappellanos Militiæ D. Joannis Hieroſolymitani in Conventu Melevitano, in quo clauſtraliter vivunt, nec ab illo diſcederet ſine licentia dictæ Sacræ Pœnitentiariæ; & ſi effectus non fuerit ſe-

Digitized by Google

rit ſecutus, cùm Orator non potuerit habere locum
in Conventu Melevitano; ac ſupplicavit Pontifici,
quòd permitteretur fieri Novitiatus, & Profeſſio in
Bajolivatu Capuæ; quòd abſonum viſum fuit, cùm
agatur de loco, in quo non adeſt Conventus, &
Conventualitas, ideò quia agebatur de Nobili, infir-
mo ſene, ac de tranſitu facto jamdudum ex licentia
Generalis, prætendentis habere jus id permittendi,
nec Religione Olivetana in præſenti eum denuò re-
cipere volente, Papa ex Voto S. Pænitentiariæ, con-
validavit dictum tranſitum factum ad Abbatiam S.
Andreæ, ex commiſeratione ſtatus dicti Nobilis.
Hinc in Brevibus hujuſmodi tranſitus, deſignari ſolet
14 Religio ad quam, priùs obtenta juſtificatione, quòd
reperiatur Clauſtralis, & Regularis Obſervantia, cum
atteſtatione proprii nedum Regularis Præſati, ſed
etiam Epiſcopi: & quatenus fiat Breve abſque deſi-
gnatione Religionis ad quam, ponitur ſemper clau-
ſula, dummodò vigeat Regularis, & Clauſtralis Ob-
ſervantia, in qua benevolos receptores repererit,
præfixo termino Menſium dicta facultate utendi, in-
terimque in ſua Religione permanendo, vel cum ſo-
lo habitu regulari, in certis quibuſdam caſibus, ut
poſſit aliò abire ad reperiendum benevolum recepto-
rem ſed id raró permittitur.

Aliquoties poſita dicta clauſula diſputari contin-
15 git, an aliqua Religione ſit dicta Regularis, &
Clauſtralis Obſervantia; ſuper qua Sacra Congrega-
tio Epiſcoporum, vel S. Pœnitentiaria, ad obvian-
dum fraudibus, ſolet, ut dixi, requirere atteſtatio-
nem Ordinariorum ſuper dicta qualitate; & quate-
nus Breve concedatur generaliter cum dicta clauſula:
ſi Orator tranſitum faciat ad non habentem dictas
qualitates, declaratur nullus tranſitus; & permitti-
tur fieri ad aliam clauſtralem; ne redire cogatur
ad ſuam. Hinc cùm fuerit acriter diſputatum de
tranſitu facto per quemdam Monachum Camaldulen-
ſem, in vim Brevis S. Pænitentiariæ, *pro qua-
cumque Religione, dummodò vigeret Regularis, &
Clauſtralis obſervantia*, ad Congregationem Cano-
nicorum Regularium S. Auguſtini, nuncupatam Ul-
tinenſem, Monaſterii S. Laurentii de Plebe Marty-
rum, Taurinen. Diœceſis, placuit S. Pænitentia-
riæ, cognitionem validitatis tranſitus ad Sacr. Con-
gregationem Concilii remittere, uti fieri ſolet in
caſu ambiguo. Quare pro nullitate tranſitus oppo-
nebatur. Primò quod in dicta Congregatione Ul-
tinenſi non verificatur qualitas Regularitatis, &
Clauſtralitatis; quia permittuntur permanere in pro-
priis Domibus. Secundò quia in ejuſdem Congre-
gationis ſtatutis cavetur, quod non poſſint recipi
translati; imò quod non recipiantur Canonici niſi
numerarii, juxta præbendas, & niſi vacata ali-
qua præbenda, non admittatur novus Canonicus;
quæ tamen non erat vacans tempore admiſſionis
illius translati. Tertiò quia idem fundavit, ac
aſſignavit præbendam de ſuo, ut acceptare-
tur; ita ut talis acceptatio videretur ſimoniaca.
Sed pro parte translati dicebatur, qualitatem regu-
laritatis in dicta Canonia ſatis reſultare ex eo, quod
militant dicti Canonici ſub regula D. Auguſtini,
emittuntque tria vota ſubſtantialia, paupertatis nem-
pè, caſtitatis, & obedientiæ, quæ conſtituunt eſſen-
tiam Regularem, ut notat Pennot. *in hiſt. Canon.*
16 *Regul. libr. 2. capitul.* 58. Tamburin. *de Jure Abb.
libr. 2. diſp. 24. quæſt. 4. num.* 11. & conſtat. ex for-
mula profeſſionis, nempe *Voveo, & profiteor, & pro-
mitto Deo, B. Mariæ Virgini, B. Auguſtino, &
tibi Abbati Obedientiam, Caſtitatem, & vivere in
Communi, & ſine proprio, uſque ad mortem ſecun-
dum Regulam S. Auguſtini*. Quòd autem ſit Ca-
nonia illa Clauſtralis, comprobatum remanſit ex at-
teſtatione Archiepiſcopi Taurinienſis, cui debet de-
ferri ex ſtylo S. Pænitentiariæ, eoque magis, quia
probatum pariter fuit, alios tranſitus fuiſſe ſecutos
in vim Brevium Sacr. Pænitentiariæ, cum eadem
Clauſula Regularitatis, & Clauſtralitatis, & licèt
adeſſent Canonici numerarii juxtà numerum Præben-
darum, nec poſſent admitti ſupranumerarii, ex ſta-
tutis dictæ Congregationis; Tamen admiſſio dicti
Oratoris in Canonicum Supranumerarium non impor-
tat nullitatem profeſſionis, nec quod verè ille pro-
feſſus talis non ſit ad omnes effectus; cum id conſi-
ſtat in emiſſione votorum, & redargui poteſt Superior
illum recipiens uti Supranumerarium, non autem an-
nullari actus: ut videmus, ſi recipiatur quis ad pro-
feſſionem in aliqua Religione, ante ætatem requiſi-
tam ex ejus Conſtitutionibus, valida eſt profeſſio, 17
dummodò habeat ætatem Concilii, nec adſit irritatio
profeſſionis in Conſtitutionibus. Fagn. *in c. qui Preſ-
byterum num.* 80. *de pœnit.* Sanchez *in præcep. decal.
lib. 3. cap. 3. num.* 4. & reſolvit *Sac. Cong. Concil. in
Groſſetana 1. Aprilis* 1713. & *in Neapolitana 14. Ju-
nii* 1681. & nuperrimè *in Neritonen Reſtitutionis in
integrum* 23. *Februarii* 1715. Et demum quòd Orator 18
de ſuo conſtituerit præbendam, vel non importat Si-
moniam, cum id egerit pro ſui alimonia, ad favo-
rem Monaſterii nolentis ſubſtinere tale onus, donec
vacet præbenda. Gloſ. *in cap. quoniam v. paupertatis
de Simon.* Gonzal. *cap. Veniens num. 6. eod. tit.* Paſſe-
rin. *de ſtat. hom. quæſt. 189. art. 9. n. 52. tit.* 3. The-
ſaur. *de pæn. v. Simonia. cap. 10. lim. 4. par. 2. & de
Monialibus dixi tom. 3. Conſtit.* 12. Innoc. IV. *Sect.
1. num.* 23. vel ceſſat difficultas, quia & ſi profeſſio
fuiſſet ſimoniaca non redditur nulla, ſed ſolùm vindi- 19
cant ſibi locum pœnæ Canonicæ, quod profeſſus de-
truderetur in Monaſterium Theſaur. *ibi num.* 6. Pelli-
zar. *in man. Regul. tract. 3. cap. 1. num. 63. & 64.* Et
Conſtitutiones particulares Religionum non admitten-
di translatos, abrogantur ab iiſdem Brevibus S. Pæni-
tentiariæ, concedi ſolitis pro tranſitu cum dicta dero-
gatione Conſtitutionum Religionis ad quam. Hęc
tandem via fuit excluſa qualitas clauſtralis ex eo quod
Canonici ſupranumerarii permittebantur permanere 20
extra Canoniam, donec vacaverit præbenda, quia
dum ſemper eſſent ſub revocabilitate ſuperioris ad
clauſtra, dici debent ſub ejus Obedientia, ut benè
notat *gloſſ. in Clem. ne in agro de ſtat. Monach. §. ad
hæc verſ. ad Clauſtrum*: ibi. *Sed Obedientiarius, qui
clauſtralis eſt, qui ſolo Abbatis nutu revocatur ad Clau-
ſtrum, iſte non debet eſſe ſolus.* Et ſequitur Fagn. *in
Cap. quod Dei timorem num. 7. de ſtat. Monach.* Sed
verè conſideratum fuit iſtam Canoniam eſſe clauſtra-
lem, & ſi permittatur ſupranumerariis Canonicis
permanentia extra clauſtrum, vel per abuſum, vel
alia cauſa, cum licentia proprii Superioris, ut erat
in iſto caſu; quòd Orator erat in Urbe pro nego-
tiis dictæ Congregationis; & jam vacaverat præben-
da ordinaria Monaſterii. Unde his conſideratis Sac.
Congregatio die 6. Auguſti 1712. reſpondit: *Con-
ſtare de validitate tranſitus in caſu de quo agitur,
& redeat ad Clauſtra infra tres menſes.* Dixi qui-
dem *in caſu de quo agitur*, quia reſpectu Canoni- 21
corum Supranumerariorum, viſa fuit difficultas Ca-
nonizare dictam Canoniam clauſtralem; cùm tan-
tùm Numerarii præbendarii in clauſtris degant, Su-
pranumerarii verò extra clauſtra, Et non quidem
vel occaſione Parochiæ Monaſterii adminiſtrandæ,
juxta quæ procedit *gloſſ. citat.* & Fagn. quia tunc
vivunt cum Socio ſub revocabilitate Abbatis, vel in
caſu permanentiæ extra clauſtra, pro aliquo tem-
pore; ſed per viam legis generalis, ut omnes Su-
pranumerarii degere debeant extra clauſtra, donec
vacet præbenda, nc alatur à Monaſterio. In Caſu
autem prædicto fuit conſideratum, Oratorem de
ſuo inſtituiſſe præbendam, donec vacaret Ordina-
ria, ut poſſit ali in clauſtro; ac fortiùs quia jam va-
caverat præbenda, & ſic permanentia extra clauſtra,
fuit ratione muneris, pro Monaſterii negotiis in Ur-
be, cum licentia Superioris, quæ non tollit qua-
litatem clauſtralis, ut notat ex *gloſſa citat.* Fagn.

Fuit dubitatum etiam in S. Pœnitentiaria circa
hanc materiam tranſitus; an poſſit concedi licen- 22
tia Mendicantibus, tranſeunti ad Religionem Mo-

nacha·

nachalem, ſeù non Mendicantem (excepta Carthuſia) attenta *Extravag.* Martini IV. *incipiens Viam ambitioſe, de Regular. & tranſeunt. inter Extravag. communes*, ubi ultra nullitatem profeſſionis in Religione ad quam, prohibetur tranſitus ſub pœna Excommunicationis Papæ reſervatæ, ipſo facto incurrendæ, latæ contra receptos, & recipientes, quacumque licentia non obſtante; ablata etiam eam dandi facultate Majori Pœnitentiario; ac ſoli ſuper hoc poteſtati Summi Pontificis reſervata indulgentia. De qua *Extravag.* latè Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.*1. *cap.*42. *nu.*52. ubi extenſam fuiſſe ad Societatem Jeſu diſpoſitionem *dict. Extravag.* refert Tambur. *de Jur. Abbat. tom.*3. *diſp.*7. *quæſt.*2. *num.*7. Theſaur. *de pœnitent. part.*2. *cap.*4. *num.*4. *v. Religioſi:* ubi addit nihilominus poſſe Superiores dare licentiam faciendi hujuſmodi tranſitum cum juſta cauſa. Verùm hoc non procedit, cùm requiratur ſpecialis licentia Sedis Apoſtolicæ, ut juſta caſu ſufficiat pro motivo dictæ licentiæ, ut advertit optimè Fagnan. *in cap. dilecti num.*31. & 32. *de renunciat.* ubi etiam rejicit opinionem, quòd dicta *Extravag.* non ſit in uſu. Attamen fuit dictum per me utì Canoniſtam in Sacra Pœnitentiaria, quòd uſus inolevit, ut Sacra Pœnitentiaria det licentiam in hoc tranſitu, ex facultatibus, ut ſupponi debet ſuperventis; ut enunciatur per Theſaur. *cit.* §. *ſed adverte in fin.* Sed de hac facultate non videtur documentum, niſi adfuiſſet aliquod oraculum Pontificium datum majori Pœnitentiario; Unde credidi talem invaluiſſe praxim ob ceſſatum inconveniens, quod fuit motivum dictæ Extravagantis, ad tollendam videlicet viam ambitioni, & vagandis dictis translatis; ut recepti inter Monachos, Beneficia eorum occuparent: nam Clemens V. interdixit Mendicantibus, ad non Mendicantes translatis, etiam cum licentia Sedis Apoſtolicæ, ne poſſint habere vocem, Beneficia, aut Officia inter iſtos. *Clement.* 1. *de Regular.* Et Sacra Congregatio declaravit procedere etiam in translatis ad Carthuſianos, juxta permiſſionem dictæ *Extravag.* Barb. *citat. num.* 53.

Quare mirum non eſt, quòd ceſſante dicto inconvenienti, uſus inoleverit, ut per Sacram Pœnitentiariam daretur Indultum Mendicantibus tranſeundi ad Monachos. Et ſic poſſet verificari, quod dicunt Doctores apud *cit.* Theſaur. non eſſe in uſu dictæ Extravagantis prohibitionem, reſpectu inhibitionis Sacræ Pœnitentiariæ, ne licentiam concedat. Iſte tamen uſus conceſſionis eſt reſtrictus in illa, ut nunquam permittatur hujuſmodi tranſitus, quantacumque juſta ſit cauſa, niſi quando inter Mendicantes non inveniuntur benevoli receptores, ut innuit *cit.* Fagnan. verſatus in dicto Tribunali Pœnitentiariæ, utì Corrector, & Sigillator in ea; Et ego addi, quòd hæc indulgentia poſſet haberi in fugitivis, & Apoſtatis, quibus difficile eſt reperire benevolos Receptores; ut ſi reperiant Monachos, concedi debeat tranſitus ad eos, & ita ſervatum fuit in dicta Pœnitentiaria: in qua etiam diſpenſari ſolet cum hujuſmodi tranſeuntibus, dictæ *Clementinæ*, ut reddantur capaces vocis, & Officiorum in Religione Monachali, ſeù non Mendicanti, ad quam tranſierunt; ut fatetur idem Theſaur. *cit. numer.* 5. §. *quoniam*, practicus Pœnitentiarius in Baſilica Vaticana per plures annos; & ergo, qui in eo Tribunali Canoniſta, & Datarius, ac Proregens fui, teſtari poſſum.

CONSTITUTIO IV.

CALLISTI III.

Incipiens (*Urget.*)

EPITOME BULLÆ.

CALLISTUS EPISCOPUS, &c.

Confirmat privilegia, & exemptiones aliàs à Prædeceſſoribus conceſſas Monaſterio, & Monachis Sancti Salvatoris, Meſſanenſis Diœceſis, Ordinis Sancti Baſilii: ac præcisè ejus Conventum, Monachos, ac Miniſtros, Loca, & Oppida, eorumque Incolas, ab omni Juriſdictione, Dominio, & Poteſtate Archiepiſcopi Meſſanenſis eximit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Juriſdictione Archimandritæ Monaſterii Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Baſilii Meſſanæ actum fuit in hoc opere alibi, & ubi?*

2 *Monaſterium prædictum Archimandritæ fuit commendatum Cardinali Beſſarioni.*

Fuitque reformatum, ac obtinuit à Calliſto III. in hac Conſtitutione confirmationem ſuorum privilegiorum, & exemptionis, ibid.

3 *Occaſione hujuſmodi Monaſterii exemptionis conceſſæ ab Alexandro III. Egimus ſupra de Juriſdictione Abbatum Nullius.*

4 *In præſenti Commentario, de tali Juriſdictione denuò agente, dicta reaſſumuntur, omniaque cum aliis una explanantur reſpicientia Juriſdictionem Abbatum Nullius.*

5 *Idque uniter adducitur ad explanationem variorum Jurium, deciſionum, & Sacrarum Congregationum Reſolutionum, quæ in hac re fuerunt.*

6 *Materia in tres ſectiones dividitur.*

Reddit ad hujus Conſtitutionis explanationem, tractatus de Juriſdictione Archimandritæ Monaſterii 1
Sancti Salvatoris, in Civitate Meſſanæ exiſtentis, de qua latè dixi *tom.* 2. *Conſtit.* 6. Alexandri III. ubi plura de antiquo Monachorum Cœtu Sancti Baſilii, adduxi; ac de exemptionibus, & Immunitatibus conceſſis dictis Archimandritæ, ac Monaſterio diſſervi, ejuſque Juriſdictione. Cùmque, ut ibi innui, Alexan- 2
der Papa plura indulſiſſet privilegia dicto Monaſterio; & poſt ejus tempora Monaſterium illud in Commendam fuiſſe conceſſum Prælatis Sæcularibus, pervenit elapſis temporibus ad Beſſarionem Cardinalem Epiſcopum Tuſculanum, Natione Græcum, Patria Trapezuntinum, ſua doctrina, & integritate conſpicuum, qui cum videret mores Monachorum in eo Monaſterio reformatione indigere, curavit illud ad meliorem ſtatum reduci: & pro majori ejus decore, ac firmo gubernio, obtinuit à Calliſto Papa confirmationem privilegiorum, aliàs eidem Monaſterio, ac Archimandritæ, & Monachis per Alexandrum III. in antedicta Bulla, & per alios Pontifices conceſſorum; novamque exemptionem impetravit, omnimodam ſcilicet nedum Monachorum, ab Archiepiſcopo Meſſanæ, ratione etiam delicti, contractus, vel rei; ſed etiam bonorum, Monaſterii, Miniſtrorum, Oppidorum, & Incolarum, ac locorum ſpectantium ad idem Monaſterium; ut refertur in hac *Conſtitutione* promulgata in Urbe die vigeſima menſis Aprilis Anno 1457.

Digitized by Google

3 Sicuti enim ex diſpoſitione dictæ Conſtitutionis Ale-
xandrinæ, in qua conceſſa fuit inter alia cognitio
cauſarum temporalium, & ſpiritualium, Archiman-
dritæ, mutuavi occaſionem agendi de Juriſdictione
Abbatum Nullius, & de cognitione per eos Cauſarum
Criminalium, ac Matrimonialium; ita ex contextu
præſentis Conſtitutionis, tribuentis Archimandritę ube-
tioria privilegia, circa ejus exemptionem activam; ac
Juriſdictionem in populum, plura adjicere duxi, quæ
reſpiciant hujuſmodi Abbatum Nullius, ſeù Exempto-
rum privilegia, jura, & Juriſdictionem, ut ea, quæ
4 omiſi in dicta Alexandrina Conſtitutione, hîc ſupplean-
tur; iiſque majori explicatione indigentibus, clarior
addatur explanatio; ac demùm, ut omnia ſimul in
hac materia, ex tot Doctorum opinionibus; multis
Sacrarum Congregationum oraculis, Rotæque Roma-
næ pleriſque judicatis, aliquatenus implicata, Lectori
5 præbeantur: ac confuſioni obvietur, quæ in hac re
oriri ſolet, ob multiplicatos locos, Sacrorum nempè
Canonum Concilii Tridentini, Conſtitutionum Apo-
ſtolicarum, Repetentium, Conſulentium, declaratio-
num Congregationum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
dinalium, ac deciſionum Rotæ, quæ de hac re agunt.
6 Quia verò ſub tribus ſectionibus materiam complecti
curavi, ne in immenſum ſolum hoc unum Commen-
tarium excreſcat, brevitate utar, quam poſſibili; ita
tamen, ut veritati indagandæ non deſim in re tàm
frequenti, & graviſſima, cùm agatur de poteſtate Spi-
rituali, qua Nos Fideles paſcimur, ac ad æternam di-
rigimur vitam.

S E C T I O I.

De diverſitate Abbatum, ſeù Prælatorum Inferiorum.

S U M M A R I U M.

1 *De Abbatum nomenclatura in alio Commentario adducta, & de varietate eorum remiſſivè.*

2 *Quidditativè Abbas, ſeù Prælatus inferior quis dicatur?*

3 *Epiſcopi ſunt, qui Eccleſiam Dei gubernant ex proprio munere, & num. ſeqq.*

4 *Epiſcopi verè ſunt in Eccleſia Dei, ac Presbyteris majores.*

5 *Quare aliqui Prælati inferiores nuncupentur?*

6 *Prælatorum inferiorum diſtinctio triplex; infimæ nempè qualitatis, mediæ prærogativæ, & magis conſpicuæ, & qui ſint?*

7 *An antiquis non ignorata ſubſtantialiter; & quare?*

8 *Enunciata trina diſtinctio per membra explicatur, & num. ſeqq.*

9 *Prælati infimæ ſpeciei ſunt exempti à Juriſdictione Ordinarii; quinimò, & ejuſdem loci perſona, & num. 11. ubi concluſio magis explicatur.*

10 *Solet Papa concedere exemptionem infimam, ſeù paſſivam, ab Epiſcopo.*

Sacrum Concilium Tridentinum ſtatuit, omnes Conventus Regularium redigi ſub certa Congregatione, ibid.

11 *Differentia, quæ intercedit inter dictas Prælatorum inferiorum ſpecies, & ſeq. ubi de ſpecie infima.*

12 *Prælati inferiores mediæ prærogativæ, exercent in locis ſibi ſubjectis, plures actus Epiſcopalis Juriſdictionis.*

13 *Licèt penes Epiſcopum remaneat univerſalis, & habitualis Juriſdictio ratione Territoris, & Diœceſis.*

14 *Per talem Juriſdictionem activam non fit diſmembratio, & avulſio à Diœceſi Epiſcopi.*

15 *Prælati iſtius ſecundæ ſpeciei impropriè, & fictè appellantur Nullius.*

16 *Tertia ſpecies omnium præclariſſima, habet Juriſdictionem activam in Populum, & Clerum alicujus loci, vel plurium; quæ loca dicuntur avulſa, & ſeparata à Diœceſi Epiſcopi, & num. 19. & ſeqq.*

17 *Omnes actus Juriſdictionales poſſunt iſti Prælati exercere; exceptis ſolùm ab Ordine dependentibus.*

Quæ ſpecies propriè dicitur Nullius, ibid.

18 *Iſta trina Prælatorum inferiorum diſtinctio non eſt exotica in Jure communi Canonico.*

Caſus notabiles referuntur ex eodem Jure Canonico, ibid.

19 *Colligitur notabiliter ex textuali caſu tunc competere plenam libertatem, plenamque Juriſdictionem; quando probatur plenaria ſeparatio Territorii ab Epiſcopi Juriſdictione, & Diœceſi.*

20 *Ut loca dicantur plenariè exempta ab Epiſcopi Juriſdictione debet conſtare de Privilegio plenario Apoſtolico, quo ſeparatio ab ejus Diœceſi inducitur.*

21 *Sacrum Concilium Tridentinum agnovit triplicem iſtam ſpeciem Prælatorum inferiorum.*

22 *Referuntur declarationes Sacræ Congregationis Concilii canonizantes dictas tres ſpecies Nullius.*

23 *Jure Concilii Tridentini fuit auctoritati, & Dignitati Epiſcopali conſultum per conceſſionem plurium privilegiorum.*

Adducitur Epiſtola Sacræ Congregationis Concilii ſcripta Archimandritæ Meſſanæ, hanc fuiſſe Tridentini mentem, confirmans, ibidem.

24 *Prælatus inferior habens, nedum plura Jura Epiſcopalia, ſed etiam omnia, at non ſeparatum Territorium, dicitur eſſe potius ſecundæ ſpeciei, quam tertiæ ſupremæ.*

25 *An hujuſmodi Prælati inferiores dicantur habere Territorium?*

26 *Quomodò accipiatur iſtud vocabulum* Territorium, *exponitur, ut thema abſque ambagibus reſolvatur, & ſeqq.*

27 *Verum Territorium requirit ſuperioritatem radicalem, ſivè Territorialem, ac proinde avulſionem à Diœceſi Epiſcopi.*

28 *Et talis avulſio debet fieri per Papam.*

29 *Prælati primæ, & ſecundæ ſpeciei non valent dici Diœceſani propriè; ſecus autem Prælati tertiæ ſpeciei, per tot.*

30 *Varia acceptio iſtius vocabuli* Diœceſis; *& quæ in ſubjecta materia.*

CUm de Abbatibus, ſeù Prælatis inferioribus ſit 1
agendum, nihil dicam de eorum nomenclatura;
ſed de illorum quidditate juxta ſubjectam materiam diſ-
feram; præſertim cum de Abbatibus Regularibus re-
ſpectu Monachorum egerim *tom. 1. Conſtit. 2.* Eugenii
III. *ſect. unic. num. 4. & ſeqq.* ubi de eorum nomine 2
Abbas, ſeù Prælatus inferior dicitur ille, qui non eſt
Epiſcopus, ſed eſt in aliqua Dignitate inferiori conſti-
tutus; ac obtinuit à Sede Apoſtolica, quædam Jura
Epiſcopalia, majora, vel minora. Epiſcopos enim 3
(juxta Apoſtoli dictum) oportet regere Eccleſiam
Dei; & proindè iſti jura Epiſcopalia ex proprio mu-
nere nanciſcuntur; ac conſtituuntur præ omnibus Præ-
latis Eccleſiæ, & Miniſtris in præeminenti ſphera
Eccleſiaſticæ Hierarchiæ. Unde Divus Ignatius *in* 4
Epiſt. ad Smirn. ait: *Honorate Epiſcopum tamquam
Principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem,
Principatum ſecundùm Deum, Sacerdotium verò ſe-
cundùm Chriſtum, ſolum natum Principem Sacer-
dotum*; unde (quidquid deblatarent Heterodoxi non
dari Epiſcopatus, ac Epiſcopos eſſe æquales Presby-
teris, quod aliàs, confutavi) Catholica veritate
certum eſt Epiſcopalem ordinem dari, atque Sacer-
dotali eſſe eminentiorem, ut exprimitur *in capite
quarto ſeſſion. 23.* Concilii Tridentini ibi: *Proinde*

Sacro-

Sacroſancta Tridentina Synodus declarat, præter cæteros Eccleſiaſticos gradus, Epiſcopos, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, ad hunc Hierarchicum Ordinem præcipuè pertinere, & poſitos, ſicuti idem Apoſtolus ait, à Spiritu ſancto regere Eccleſiam Dei, eoſque Presbyteris Superiores eſſe: & infra inferioris Ordinis nuncupat eos, qui poteſtatem Epiſcoporum non habent; & Div. Hieronymus *in ep. ad Paul.* ait: *Aderant Epiſcopi, & Sacerdotes inferioris gradus*.

5 Quapropter optima ratione nuncupantur hi, qui non ex natura, ſed privilegio obtinent quædam Epiſcopalia Jura, Prælati inferiores, habita relatione ad gradum Epiſcoporum. Cùm etenim poteſtas Ordinis à charactere procedat, incommunicabilis eſt non Epiſcopis; ſed poteſtas Juriſdictionis, hoc eſt Jus Epiſcopalis Juriſdictionis, communicatur à Summo Pontifice, Juriſdictionis Eccleſiaſticæ fonte, iſtis inferioribus Prælatis; & quia hujuſmodi Jura fuerunt conceſſa, ut plurimùm Abbatibus; ideò quæſtiones iſtæ Juriſdictionales frequentiùs excitantur cum Abbatibus Nullius, ſcilicet ſub Nullius Juriſdictione Epiſcopali; ſed omnes ſi qui ſunt ſub quocumque Dignitatis nomine nuncupati, Præpoſiti, Archipresbyteri, Priores, Abbates, Archimandritæ veniunt ſub nomine Prælatorum, inferiorum Epiſcopis.

6 Horum itaque Prælatorum inferiorum varia eſt acceptio, ac Juriſdictio, ut innui *cit. ſect.* 1. *ad Conſtit.* 6. Alexandri III. Triplici enim membro dividuntur. Alii ſunt Prælati inferiores infimæ qualitatis, qui præſunt certo generi perſonarum cujuſdam ambitus Eccleſiæ, ſeù Monaſterii; ut ſunt Superiores Regulares, vel certæ Eccleſiæ Prælati Sæculares; ac ſunt exempti à Juriſdictione Epiſcopi? quique dicuntur habere exemptionem paſſivam ab Epiſcopo, cum corpore Monaſterii, ſeù Eccleſiæ. Alii majoris Juriſdictionis, ac mediæ prærogativæ, qui habent Juriſdictionem etiam activam in Populum, & Clerum certi loci; ſed ſunt in Diœceſi, ac Territorio Epiſcopi, à cujus Diœceſi locus ille non dicitur avulſus, ac abſciſſus. Alii demùm ſunt ſpeciei magis conſpicuæ, nempè eorum Prælatorum, qui habent Juriſdictionem plenam in certo loco, erga omnes de Populo, & Clero, tamquam in propria Diœceſi conſtituto, & abſciſſo, ac diſmembrato, ſeù avulſo à Diœceſi, in qua erat; quæ qualitas facit verè Prælatum Nullius Diœceſis, ut diſtinguunt Lotter. *de re benef. libr.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 112. *& ſequent.* de Luca ad Gratian. *diſcept.* 212. Ventrigl. *in praxi tom.* 1. *annot.* 26. §. *unic. num.* 6. Card. de Luca *de Juriſdict. diſc. primo num.* 7. *& Miſcell. Eccleſ. diſc.* 1. *num.* 19. *& ſeqq.* Thomaſin. *de nov. & vet. diſc. Eccleſ. part.* 1. *libr.* 3. *cap.* 40. *num.* 1. ac dixi *cit. ſect.* 1. *ad Conſtit.* 6. Alexandri III.

7 Hinc, etſi hujuſmodi diſtinctio hac elatiori methodo non inveniatur apud antiquos; tamen ſubſtantialiter ab iſtis fuit cognita, & comprobata ex variis actibus Juriſdictionalibus, qui uni, & non alteri Prælatorum inferiorum ſpeciei fuerunt attributi: aliis enim mera exemptio paſſiva addicta comperitur ex privilegiis; aliis activa etiam in Parochianos, ac Clerum; aliis in loco, uti avulſo à propria nativa Diœceſi, conceſſa Juriſdictio; eos proprios Paſtores, & Semi-Epiſcopos conſtituendo, tributa quacumque Juriſdictione; ſecluſa poteſtate Ordinis Epiſcopalis incommunicabili, ut inferiùs latiùs explicabo.

8 Prima agitur ſpecies, quæ infima eſt reſpectu aliarum duarum ſpecierum hujuſmodi Prælatorum inferiorum, exemptio paſſiva regulariter ſolet appellari, ut à ſecunda Activa, ac tertia Activa, plenaria nuncupata, diſtinguatur; ſed in ea conſiderari valet aliquoties etiam Juriſdictio quædam activa, non quidem in Populum, ſed in certas perſonas alicujus Eccleſiæ, ſeù Monaſterii ambitus; quia non ſolùm eſt
9 exemptus ipſe Prælatus; ſed etiam ejuſdem ambitus perſonarum, nedum habent exemptionem paſſivam ab Ordinario, ſeù Epiſcopo, verùm ſubjecti quoque ſunt certo illi Prælato inferiori uti capiti, & pro eorum gubernio ab ipſa Sede Apoſtolica conſtituto immediato Superiori. Rota *deciſ.* 71. *num.* 2. *&* 3. poſt Poſth. *de manut.*

Solet enim Summus Pontifex, vel concedere ali- 10
cui Corpori exemptionem paſſivam ab Epiſcopo, ſibi ipſi immediatè exemptum illud Corpus, ſubjiciendo; vel conſtituendo ei immediatum Superiorem aliquem; ut ſervatur in Regularibus, qui uti exempti ſubjiciuntur Prælatis Regularibus immediatè; & mediatè ipſi Papæ, ut innui *tom.* 1. *Conſtitut.* 1. Paſchalis II. *ſect.* 1. *num.* 28. imò Sacri Concilii Tridentini *cap.* 8. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* voluit, quod omnes Conventus Regularium redigerentur ſub certa Congregatione; ut Superioribus eorum Ordinis immediatè ſubeſſent; & proindè iſti Prælati inferiores, etiam activam habere Juriſdictionem verificantur in illos exemptos; ſed quia non habent activam in Populum, & Clerum, qua iſtos gubernent, eiſque Sacramenta adminiſtrent, dicuntur habere exemptionem merè paſſivam, ut benè *Gloſſ. magnam in initio quæſt.* 5. *cauſ.* 16.

Maxima autem differentia in pluribus intercedit, 11
inter dictas Prælatorum inferiorum ſpecies. Prima etenim ſpecies, quæ infima, ſeù paſſiva regulariter nuncupatur, ſic dicitur, quòd talis Prælatus ſit in Diœceſi Epiſcopi, ac proindè remanet ſub Juriſdictione univerſali, ac Diœceſana Epiſcopi, ratione dictæ exiſtentiæ in ejus Diœceſi; ſolùmque ratione exemptionis paſſivæ, inhibetur Epiſcopo, in eos Juriſdictionem exercere; remanente tamen eidem Epiſcopo jure illo Territoriali, ac Diœceſano, ob quod plures actus Dignitatis, & reverentiæ exigendæ, exercere Epiſcopus valet, ut notant Doctores apud Gratian. *deciſ. Marchiæ* 113. Gratian. *diſc.* 467. ubi de Luca *in addit.* de Luca ad Franch. *deciſ.* 711. quod potiſſimè procedit in præſenti, poſtquam ultra ea, quæ permittebantur ex Jure communi, deindè ex *Sacro Concilio Tridentino* ac Bullis recentioribus in pluribus caſibus fuit Epiſcopis Diœceſanis adjudicata poteſtas in hujuſmodi Prælatos exemptos, ac loca exempta.

Redeundo igitur ad reliquas ſpecies hujuſmodi 12
Prælatorum inferiorum, poſt primam infimam ſupradictam, habentem exemptionem paſſivam, occurrit, ſecunda, quæ dicitur activa quidem, quia ex ea habetur Juriſdictio in perſonas Cleri alicujus Eccleſiæ, & populi certi loci, ſed ſub Epiſcopo, cùm locus, intra quem actus Juriſdictionis exercentur, remanet in Diœceſi Epiſcopi, nec ab ea abſtrahitur, neque diſmembratur aliqua pars Diœceſis, in qua Prælatus inferior Juriſdictionem exerceat; imò in dictis perſonis, ac loco aliquando Prælatus inferior exercet plures actus Juriſdictionis, uti in cauſis Civilibus, imò aliquando etiam Criminalibus, ac Spiritualibus, juxta privilegia, quæ habet; & tamen in dicto caſu remanere dicitur Juriſdictio Epiſcopalis ſemper apud Epiſcopum, in reliquis actibus non conceſſis dicto inferiori Prælato, imò ſi Prælatus inferior haberet omnes actus Juriſdictionales ut infra latiùs dicam, cum talis locus remaneat in Diœceſi Epiſcopi, ſaltem apud iſtum dicitur remanere ea univerſalis, & habitualis Juriſdictio, ratione Territorii, & Diœceſis illi compe-
tens, præſertim ex Juribus conceſſis per Sacrum Con- 13
cilium Tridentinum, noviſſimas Bullas Apoſtolicas in hujuſmodi locis Exemptis, etiam ſecundæ hujus ſpeciei, exiſtentibus in Diœceſi. Hoſtienſ. *in cap. cum contingat num.* 4. *de foro compet. & in Theatina Ju-*
riſdictionis deciſ. 860. *coram Coccino, & deciſ.* 872. ubi 14
dictum fuit, quod etſi Præpoſitus Ariſſæ haberet jus in cauſis Criminalibus, & Matrimonialibus, aliiſque juriſdictionis actibus, tamen quod particulariter videretur circa reliquos actus; quia ex ſupradicta Juriſdictione activa in populum in certis cauſis non fuerat inductum Territorium ſeparatum, & benè *in dec.* 346. *cor. Coccino*, ubi de Prælato inferiori habente omnimodam Juriſdictionem activam, optimè Fagn. *in cap. cum dilectus num.* 23. 34. 35. *de relig. domib. & Sacra Con-*

Digitized by Google

gregatio Concilii in Cluſina Juriſdictionis 21. Aprilis 1703. reſolvit *non conſtare de Territorio ſeparato*; & tamen habebat Prælatus exercitium plurium actuum Juriſdictionalium, activum in populum, & Clerum, ſuper quibus actibus fuit dictum, quod particulariter videretur, *& in Anglonen. Juriſdictionis* inter Abbatem Commendatarium Monaſterii Sanctæ Eliæ Ordinis Sancti Baſilii in Terra Carboni, & Epiſcopum Anglonen. Sacra Congregatio Concilii die 17. Novembris 1714. reſcripſit: *Indeciſis*: quòd ſcilicet non conſtaret de Territorio ſeparato, & proponeretur cauſa ſuper ſingulis actibus Juriſdictionis activæ, exercitæ per Abbatem; & in una *Aquilana*, & ſi Abbas de Luculo haberet jus canonizatum per Rotam, exercendi in populum, & Clerum plures actus quaſi Epiſcopalis Juriſdictionis, in toto Territorio dictæ Abbatiæ, & ejus ſubditis, privativè quoad Epiſcopum, tamen Sacra Congregatio Concilii declaravit illum non habere agnitionem cauſarum Matrimonialium, & Criminalium 4. *Maii* 1613. *tom. Inſor.* 109. *fol.* 35. ea ratione, quia ex dicta Juriſdictione activa in caſibus particularibus non infertur ſeparatio, & avulſio dicti loci à Diœceſi Aquilana.

15 Iſti autem Prælati ſecundæ ſpeciei impropriè, fictè, & intellectualiter tantùm nuncupari poſſunt, & de facto nuncupari ſolent, *Nullius*, non tamen propriè ſunt tales, quia non ſunt extra Diœceſim cujuſcumque Epiſcopi, quod notat verbum *Nullius* ſcilicet *Diœceſis*, ut ſunt illi Tertiæ ſpeciei mox explanandæ, & ſupra innui. Rota *deciſ.* 501. *num.* 1. *& ſin. part.* 2. *recent. ac in cit. Theatina coram Coccino*, & inferiùs
16 latiùs dicetur. Tertia tandem ſpecies Prælatorum inferiorum omnium præclariſſima, eſt eorum, qui habent Juriſdictionem activam in Clerum, & populum alicujus loci, Oppidi, ſeù plurium; quæ loca, & Oppida fuerint per Papam à Diœceſi, in qua erant, avulſa, ac ſejuncta, conſtituta ſeparata Diœceſi quadam, ſeù Territorio, cum omnimoda Juriſdictione Ordinaria, quaſi Epiſcopali, ſub dicto inferiore Prælato, qui Semi-Epiſcopus dicitur, quia caret poteſta-
17 te Ordinis, & aſſimilatur in omnibus Epiſcopis, quoad poteſtatem Juriſdictionis; itaut præter actus dependentes à poteſtate Ordinis, cujus eſt incapax, reliqua omnia, quæ Epiſcopus facere poteſt in Diœceſi, ille exerceat in ſua Juriſdictione, conſtituta Diœceſi abſtracta à quacumque alia; & iſti Prælati propriè dici debent *Nullius Diœceſis*, & circa hos etiam Concilium, ac Pontificum Conſtitutiones aliqua demandarunt fieri per Epiſcopos viciniores, ut innui, & infra dicam,

18 Reperitur etiam hæc differentia Prælatorum inferiorum in Jure communi Canonico; nam de primis infimæ ſpeciei, ut ſunt Prælati Regulares exempti, & aliqui Sæculares, concurrunt plerique textus *tit. de ſtatu Monachorum*, *& de Relig. dom.* ac alibi, tàm in Decretalibus, Clementinis, quàm Extravagantibus, in quibus enunciantur loca ſimpliciter exempta ab Epiſcopis, & dicuntur eſſe in vera Diœceſi Epiſcoporum, ac in pluribus, iſtis etiam tales exemptos ſubeſſe. De Secunda autem ſpecie eorum, qui habent Juriſdictionem, ſeù, ut dicunt, exemptionem activam in Clerum, ſeù Populum in aliquo loco, ſed iſte remanet in Diœceſi Epiſcopi, à qua non ſit ſeparatus, eſt textus *in cap. auditis de præſcript, cap. ex ore de privilegiis, cap. auditis de in integrum reſtitutione*, quæ tria Capitula ex eadem Epiſtola Decretali, ac eodem caſu, excepta fuere, & in diverſis titulis diſtributa. Caſus fuit, quòd inter Epiſcopum Vigorienſem in Anglia, & Abbatem Monaſterii de Heveſcham orta fuit lis: Contendebat Epiſcopus ad ſe ſpectare Eccleſias, in Valle de Heveſcham conſtitutas, utpotè exiſtentes in ſua Diœceſi, & ſic ſibi Diœceſana lege ſubeſſe; Abbas verò replicabat eſſe prorſus exemptas dictas Eccleſias ab Epiſcopi Juriſdictione. Innocentius itaque Tertius Papa dixit, cognoviſſe evidenter, ipſas per privilegium Romani Pontificis non fuiſſe ab Epiſcopali Juriſdictione ſubtractas, niſi fortè Vallis de Heveſcham ſit ille locus, qui à duobus Regibus Kenodo videlicet, & Offa libertati donatus, & quem felicis recordationis Cœleſtinus Papa libertati etiam donavit, ſicuti in ipſius privilegiis continetur, proindè Innocentius mandavit Nebien. & Roſſen. Epiſcopis: *quatenus inſpectis privilegiis prædictorum Regum, quæ Abbas ſuperdicta libertate aſſerit ſe habere, ſi per illa conſtiterit, quod Vallis de Heveſcham ſit ille locus, quem prædictus N. libertati donavit, abſolvatis Eveſchamenſem Abbatem ab impetitione Vigorienſis Epiſcopi ſuper Eccleſiis memoratis, ad judicantes illas Abbati pleno jure ſubjectas, Epiſcopo ſuper illis ſilentium imponatis*; quod ſi Abbas in hac probatione defecerit, mandavit recipi probationes ſuper Juribus Epiſcopalibus exercitis per Abbatem, ac legitimè præſcriptis, & in ipſis continuari per Abbatem, in reliquis autem per Epiſcopum.

Ex hoc enim textuali caſu reſultat, dictum Abbatem plura Jura Epiſcopalia præſcripſiſſe in Clerum, & Populum dictarum Eccleſiarum; ac etiam alia majora, ſcilicet cognitionem cauſarum matrimonialium, præſcribere potuiſſe: & tamen Papa talem Vallem, ſivè Loca in quibus Abbas exercebat dictam Juriſdictionem, declaravit non habere plenam libertatem, & Exemptionem ab Epiſcopo, ac huic ſubeſſe Diœceſana lege; quia tunc, & eo caſu ſolùm ſuper actibus, & Juribus Epiſcopalibus particularibus præſcriptis, probationes fieri voluit, quatenus non conſtabat de plenaria ſeparatione Territorii ab Epiſcopi Juriſdictione, & lege Diœceſana; ac proindè de activa plenaria Exemptione dictorum locorum à Diœceſano per Papam conceſſa, & ſic de vera qualitate *Nullius*, ac Territorio ſeparato, & abſtracto à Diœceſi Epiſcopi, ut prætendebat Abbas. Cùm enim privilegium Cœleſtini PP. fuerit plenæ libertatis, ſcilicet ſubtractionis à Diœceſi Epiſcopi eorum locorum, quæ liberaverunt Reges, probari debuerat, quòd Vallis de Heveſcham, in qua erant Eccleſiæ, & Populi, fuiſſet locus contentus in privilegio Regum, circa quem locum tantùm Cœleſtinus Papa conceſſit activam Juriſdictionem, & plenam libertatem: ſi enim hoc verificatum fuiſſet, Papa in omnibus impoſuiſſet ſilentium Epiſcopo ſuper ab ipſo petitis, quòd ſcilicet locus ille ſibi ſubjaceret uti Diœceſano; quia benè tunc conſtitiſſet de ſeparatione vera Territorii dictæ Abbatiæ à ſua Diœceſi. 19

Similiter *in cap. cum olim de præſcriptionibus*; cum 20
Epiſcopus Lucanus prætenderet, uti Diœceſanus omnia Jura Spiritualia in quibuſdam Eccleſiis, ſeù plebibus ſubjectis Monaſterio Sancti Salvatoris de Fichero, Ordinis Valliſumbroſæ, Diœceſis Piſtorienſis; Innocentius Papa III. adjudicari mandavit Abbati plura Jura Epiſcopalia in dictis Eccleſiis, ac plebibus, etiam excommunicandi, interdicendi; & alia per Abbatem præſcripta. Alia autem omnia ſpectare ad Epiſcopum declaravit, quia erant loca non abſtracta, & ſeparata à Diœceſi; quod ſi conſtitiſſet omnes actus fuiſſe ad favorem Abbatis, ex defectu dictæ ſeparationis, potuiſſet obtinere actus ſolùm, uti præſcriptos; non autem ſeparationem Territorii.

Caſus tandem Tertiæ ſpeciei hujuſmodi Prælato- 21
rum inferiorum, hoc eſt Supremæ, & præclaræ qualitatis, etiam deducitur ex dictis *cap. auditis*, *& cap. cum olim*, quia Papa voluit, quod ſi probaretur, Vallem; ſeù Loca de quibus agebatur, fuiſſe plenariè exempta, & abſtrata ab Epiſcopi Juriſdictione, per privilegium Apoſtolicum, non potuiſſent Epiſcopi Diœceſani prætendere aliquid in iſtis locis; ſi verò de tali privilegio plenario Apoſtolico non conſtaret, Prælatus tunc obtineret actus, quos præſcripſiſſe conſtaret; unde ſupponit poſſe dari caſum, ut ita ſubtracta eſſent loca à Diœceſi, ut inferior haberet pleniſſimum Jus in tali Loco ſeparato, uti in propria Diœceſi, excluſo Epiſcopo, ante ſeparationem Diœceſano ejuſdem loci; de qua qualitate verè Nullius mirum non eſt, ſi expreſſa non adducantur monumen-

ta an-

ta antiquiora, cum tunc ea non erat in obvio uſu, ut notat Thomaſin. *de nov. & vet. diſcipl. tom.1. leg.3. cap.35. & ſeqq.*

21 Agnovit certè Sacrum Concilium Tridentinum tres illas ſpecies Prælatorum inferiorum; quia quoad paſſivè tantùm exemptos primæ ſpeciei, ſcilicet infimæ, ut ſunt Monaſteria Regularium, & aliquæ Eccleſiæ etiam Sæculares, pleraque ſunt capita Concilii præſertim *cap.* 3. 4. 5. 8. *ſeſſ.25. de Regularibus cap.* 18. *ſeſſ.23. de reformat.* ubi de Beneficiis exemptis taxandis ab Epiſcopo, pro contributione Seminario facienda *cap.* 8. *ſeſſ.7. de reformat.* ubi quòd Epiſcopus viſitet Loca exempta *cap.* 14. *ibidem*, quoad cauſas exemptorum, & alibi. Quoad verò ſecundam, ſeù mediam ſpeciem Prælatorum inferiorum, qui ſcilicet habent activam Juriſdictionem in Clerum, ſeù Populum, ſed exiſtente Loco in primeva Diœceſi ſui Epiſcopi, qui nuncupantur impropriè Nullius, eſt mentio *cap.* 10. *ſeſſ.23. de reformat.* ubi de Abbate exempto, & Nullius, intra Diœceſim Epiſcopi, & tamen dimiſſorias dare tantùm valet, *& cap.* 18. *ſeſſ.* 23. *de reformt.* ubi diſpoſuit Concilium Loca exempta, etiam Nullius, cogi poſſe ab Epiſcopo Diœceſano ad contributionem pro Seminario, *& cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus*, ubi de Abbatibus habentibus Juriſdictionem activam Epiſcopalem in Parochos, & Parochianos; & tamen etiam ſupponit eos eſſe in Diœceſi Epiſcopi, quia voluit Curam habentes Animarum, Sæculares, vel Regulares ſubdi Juriſdictioni Epiſcopi; in cujus Diœceſi ſunt ſita; quoad ſcilicet Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem. Demùm de Tertia ſpecie Prælatorum inferiorum, ſcilicet Suprema, non exiſtentium in Diœceſi alicujus Epiſcopi, *Nullius* propriè nuncupatorum, ac propriam Diœceſim habentium, fit mentio *in cap. 9. ſeſſ. 24. de reformt.* ubi injungitur Viſitatio Eccleſiarum Sæcularium, etiam *Nullius*, *non exiſtentium in aliqua Diœceſi*, facienda per Epiſcopum Viciniorem; hinc ſupponit non pertinere dictum Locum exemptum ad proprium Epiſcopum; & ſic eſſe *Nullius* propriè, cùm Loca exempta in Diœceſi viſitari ab Epiſcopo
22 aliàs diſpoſuerit idem Tridentinum. *Et Sacra Congregatio Concilii ſuper dicto cap. 9. declaravit*, ibi Concilium voluiſſe, viſitari Loca *Nullius* ab Epiſcopi Viciniori, ſi Loca illa eſſent Nullius Diœceſis, ab omni Diœceſi detruncata, & abſciſſa; ſi verò locus *Nullius* ſit in aliqua Diœceſi, Viſitationem ſpectare ad Ordinarium, in cujus Diœceſi eſt locus *Nullius*: & ſic diſtinguuntur ſecunda ſpecies impropria, & tertia propria *Nullius*, ut refert Rota *deciſ.501. num.5. part.2. recent.* & eadem *Sacra Congregatio in Anglonen. Juriſdictionis 24. Januarii* 1660. cenſuit, quod ſi Abbas *Nullius* non probet qualitatem, cum vero Territorio ſeparato, Epiſcopus approbet Confeſſarios, &c. ex quo elicitur adeſſe qualitatem *Nullius* impropriam, ſine Territorii ſeparatione, & propriam cum iſta; & eadem Sacra Congregatio ſcribens Abbati Sanctiſſimæ Trinitatis Caven. die 25. Aprilis 1616. dixit. *Nemo ignorare debet ex Concilii Tridentini decretis, Prelatis etiam Nullius exiſtentibus*, (ecce qualitas impropria ſecundæ ſpeciei) *omnem fuiſſe ſublatam facultatem, ſubditis ſuis concedendi litteras Dimiſſeriales ad Ordines ſuſcipiendos, hanoque auctoritatem fuiſſe Epiſcopis relictam, etſi Loca fuiſſet Nullius Diœceſis* (ecce alia tertia ſpecies Nullius propria) *tuncque adeundus eſt neceſſario Epiſcopus proximior juxta cap. Conc. 10. ſeſſ. 22. de reformat.*

23 Concilium enim voluit conſulere Auctoritati, & Dignitati Epiſcoporum, concedendo eis nedum plura in exemptos, & Loca exempta, in propria Diœceſi exiſtentia, ſed etiam aliqua in Locis verè *Nullius*, conſtituentibus ſeparatam Diœceſim, à ſua avulſam in memoriam primævæ ſubjectionis, ut benè ſcripſit eadem Congregatio die 12. Maii 1592. Archimandritæ Meſſanæ, de quo agitur in hac Bulla. *Monendus*, *ut*, *ut æquo animo litteris*, *& decretis Sacræ Congregationis pareat*, *nec miretur Juriſdictionem*, *quantumvis amplam*, *aliquibus in caſibus à Sacroſancto Tridentino Concilio, quod in id præcipuè operam navavit, ut Epiſcopalem Dignitatem in priſtinum ſplendorem, & auctoritatem reſtitueret, fuiſſe coarctatam*; Archiepiſcopum verò Meſſanenſis monuit, ut Juriſdictione, & Diœceſi ſua latiſſima contentus, præter caſus, in quibus à Concilio Tridentino auctoritas ei tributa eſt, Juriſdictionem Archimandritæ non attingat, neve lædat ulla ratione.

Sed nunquid, ſi Prælatus inferior nedum obtineat 24
certa Jura Epiſcopalia, ſed etiam omnia; at non haberet ſeparatum Territorium, dicatur eſſe Prælatus Secundæ ſpeciei, vel potiùs Tertiæ ſupremæ, ſcilicet Nullius propriè? Et reſpondendum videtur negativè, quia tunc haberet Juriſdictionem illos actus faciendi, vel cumulativè cum Epiſcopo Diœceſis, vel etſi privativè, eos diceretur exercere ſub Epiſcopo Diœceſis, in quo locus eſt, licèt Epiſcopus inhibitus eſſet explere omnes actus Juriſdictionis, qui pertinerent ad Abbatem, privativè ad ipſum Epiſcopum; ea ratione, quia etiam in hoc caſu, habitu Epiſcopus remanet Diœceſanus in dicto loco, exiſtente in ſua Diœceſi; vigore cujus territorialis Juriſdictionis, ſaltem ratione reverentiæ, & Juriſdictionis conceſſæ in pluribus caſibus per Concilium, Epiſcopus poſſet actu exercere Juriſdictionem, & ipſe dicitur Diœceſanus, non autem Prælatus ille inferior, etſi actus plures, imò omnes, expleret Juriſdictionis Epiſcopalis, Abbas *cap. cum contingat num.* 18. *&* 19. *de foro compet.* Joannes Andreas *in cap. cum Epiſcopus de Offic. Ordin. in 6.* ubi benè Cardin. *& in capite Ordinarii de Offic. Ordinarii* Calder. *in conſ.* 2. *de præſcript.* optimè Rota *deciſ.* 346. *coram Coccino.*

An autem hujuſmodi Prælati Inferiores dici poſſint 25
habere Territorium, diſputari poteſt.

Territorium namque poteſt ſumi, pro loco in quo 26
quis habet Jus terrendi, ideſt contentioſam Juriſdictionem, & in hoc ſenſu videntur habere Territorium Prælati, etiam Regulares, & ſic illi Primæ ſpeciei, & eò magis Secundæ, & Tertiæ, quia etiam dicti Prælati Regulares habent Juriſdictionem in perſonas certi loci, Archid. *capite ut Animarum de Conſtitut. in 6.* Tamen cùm dicta eorum Juriſdictio non ſit plena, veriùs poſſet dici non habere proprium Territorium, prout habere Prælatos Secundæ ſpeciei, ſi habeant plenam Juriſdictionem activam privativè quoad Epiſcopum, docet Lotter. *cit. lib.1. quæſt.24. num.*127. & pluribus ſequentibus, & quòd non habeant Diœceſim propriam, ſed dicantur habere proprium Territorium exemptum. Rota *deciſ.* 346. *coram Coccino, & in Burgen. Juriſdictionis 2. Julii* 1708. §. *neque coram Lancetta*, ubi requiri plenam Juriſdictionem in loco, ut dicentur habere Territorium. Multi enim habent Juriſdictionem, & non habent Territorium. Hoſtienſ. *in capite cum contingat. ante num.* 1. *de foro compet.* ubi Joannes Andreas *num.* 4. Panormit. *num.* 15. Gulielmus de Monte Lauduno *in Clement. Paſtoralis num.*24. *de ſentent. & re Judic.* qui diſtinguunt, quod aut quis exercet Juriſdictionales actus in certa Terra, in qua non adeſt alius Epiſcopus, quod indicat Territorium ſeparatum Tertiæ ſpeciei, & dicitur habere Territorium: aut eos actus exercet in loco exiſtente ſub Diœceſi alterius, & hinc dici debet habere Juriſdictionem in perſonas exiſtentes in certa Terra ex præſcriptione, vel privilegio, & non acquirit Juriſdictionem quoad locum, & ſic non dicitur habere Territorium. Hoſtienſ. *cit. & cit.* Calderin. *conſ.* 2. *de præſcript.* Cardin. de Luca *diſc.3. num.75. de Judiciis, & diſc.1. de Juriſdictione num.*8. *&* 9. & Rota *in Burgen. Juriſdictionis 19. Februarii* 1714. §. *Tantum abeſt. cor. Card. Falconerio.*

Verum igitur Territorium dicitur habere proprium 27
quis, quatenus habeat ſuperioritatem radicalem, ſeù Territorialem, quam non habent Prælati, primæ, & ſecundæ ſpeciei, quia etſi exerceant aliquos actus, imò omnes, ſemper dicuntur exerceri in Territorio, & Diœceſi Epiſcopi, remanente habituali Juriſdict. penes iſtum,

ut dixi; haneque Territorii proprii qualitatem habere conſtat tantùm Prælatos Tertiæ ſpeciei, quia avulſum fuit ejus Territorium à Territorio Epiſcopi. Poſſe, tamen dico, verificari de Prælatis primæ, & ſecundæ ſpeciei, ut habere dicantur Territorium ſecundum quid, ſeù abuſivum, & circumſcriptivum; hoc eſt continens loca, in quibus exercent Juriſdictionem ſub Epiſcopo Diœceſano; ſed proprium, & ſubjectivum Territorium habere ſolùm Prælatos Tertiæ ſpeciei, benè docuerunt de Luca ad Gratian. *diſcept.* 212. Rota *deciſ.* 21. *ante num.* 11. *par.* 14. *& deciſ.* 76. *num.* 29. *& ſeq. part.* 13. *& recedendo à primis deciſionibus in eadem Burgenſi Juriſdictionis* 19. *Februarii* 1714. *§. final, &* 23. *Februarii dicti anni ſuper Commiſſione Curæ, & actibus Parochialibus coram eodem Lancetta*, quod & ſi Abbas habeat omnimodam Juriſdictionem, non tamen dicatur habere Territorium verum, ac proprium,
28 ſed abuſivum tantùm; quia non aderat ſeparata Abbatis Diœceſis per Papam, & facit *Sacra Congregatio Concilij*, quòd Abbas Monaſterii de Samos ratione ſuæ Dignitatis Abbatialis habent Territorium ſeparatum, & in eo non ſolùm collationem omnium Eccleſiarum, & Beneficiorum, ſed etiam omnimodam Juriſdictionem privativè quoad Epiſcopum Lucenſem, in cujus Diœceſi erat ille, tamen ſubjectus, declaratus fuit Epiſcopo, quoad deputationem Economorum in Parochiis juxta Tridentinum *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de reform.* & proindè videtur Congregatio etiam aſſerere Territorium improprium, & abuſivum in Prælato ſecundæ ſpeciei.

29 Nunquid rurſus Prælati inferiores prædicti dici valeant Diœceſani; & verè quoad illos primæ, & ſecundæ ſpeciei eſt negandum; affirmandum verò quoad illos Tertiæ ſpeciei, Loterr. Ventrigl. *cit. locis*, & in adductis deciſionibus, ex ea ratione, quòd cum in primis duobus remaneant loca exempta ſub Diœceſi Epiſcopi, non poſſunt in uno loco duo adeſſe Capita, ſeù Diœceſani, quod non eſt in tertia ſpecie; quia tunc remanet ſolus Diœceſanus Prælatus Inferior in loco ſeparato à quacumque Diœceſi. Buttius *in cap. cum contingat. num.* 11. *de for. compet.* Abbas *ibid. num.* 18. *&* 19. *& benè in cit. Burgen. coram D. Card. Falconerio §. Verum, & ſeq.* Hinc Sacra Congregatio Concilii nuncupat propriam Diœceſim, Juriſdictionem Tertiæ ſpeciei, dum ſcripſit, Abbatiam Caſtri Durantis poſſe viſitari à Viciniori Epiſcopo, quoad Eccleſias Sæculares, *intra dicti Abbatis Diœceſim conſiſtentes*; ut in litteris Sacræ Congregationis *tom.* 8. apud Epiſcopum Criſpinum *Viſit. Paſtoral. par.* 1. *§.* 13. *num.* 42. Ita cum eadem diſtinctione Prælati primæ, & ſecundæ ſpeciei impropriè, & ſecundùm quid tantùm, dici poſſunt Diœceſani, & Ordinarii *Gloſſ. ultim. cap. cum in Eccleſiarum* ubi Abbas *num.* 9. *&* 11. *de Offic. Judicis Ordinarii* Lotter. *cit. num.* 119. *&* 134. Rota *deciſ.* 346. *coram Coccino*; Prælatus autem Tertiæ ſpeciei verè proprius Ordinarius, & Diœceſanus nuncupatur ſcilicet, qui ſit *Nullius* propriè, prout Epiſcopus Ordinarius dicitur. Archidiac. *cit. cap. cum Epiſcopus & cap. Ordinarii de Offic. Ordin. in* 6. *& cap. ut animarum de conſtitutionibus in* 6. Paſſerin. *cit. cap. cum Epiſcopus, & cap. Ordinarii & dixi tom.* 2. *cit. Conſt.* 6. Alexandri III. *ſect.* 2. *num.* 14. *&* 15. Imò etſi Diœceſis etiam aliquando pro Parochia, & certo loco, in quo quis exercet Juriſdictionem, ſumi poſſit; *Gloſſ. in canon. quicumque* 4. *quæſt.* 3. *caſ.* 16. *ver. Diœceſis* Turrecremat. *quæſt.* 1. *num.* 2. *cauſ.* 13. tamen in ſubjecta materia, Diœceſis ſumi debet pro certo Territorio exiſtente ſub Epiſcopo: & proindè Diœceſanus ſolùm dici poteſt Prælatus habens Territorium ſeparatum à quacumque Diœceſi, qui Epiſcopo in omnibus aſſimilatur, præter poteſtatem Ordinis.

SECTIO II.

De Modis acquirendi exemptionem per Prælatos inferiores, & de pluribus actibus Juriſdictionalibus, iis permiſſis, vel prohibitis.

SUMMARIUM.

1 *Dividitur exemptio in Nativam, dativam, & præſcriptivam.*

2 *Prælati primæ, & ſecundæ ſpeciei non habent exemptionem nativam, quia eorum loca ſubſunt Diœceſi Epiſcopi.*

3 *Prælatos Tertiæ ſpeciei habere talem Nativam docuit* Fagnan.

Rejicitur Fagnanus, *utpotè innixus rationi, quæ non levi apperitur difficultate, ibid.*

4 *In primæva diviſione nullus locus debuit remanere acephalus, quia fuiſſet contra politiam Eccleſiaſticam.*

5 *Univerſalis diviſio Diœceſum ab initio facta non fuit, ſed ſucceſſivè; prout nempè Evangelium longè lateque diffundebatur.*

Exempla ex hiſteria Eccleſiaſtica petita adducuntur.

6 *Concluditur tamen, Pontifices conſtituiſſe novas Diœceſes, in iiſque præfeciſſe Prælatos aliquos inferiores, illos quaſi Epiſcopos conſtituendo, Et ſic dari exemptionem nativam. Vide tamen num.* 10.

Conſentit hoc cum deciſionibus Rotæ, quæ referuntur, ibid.

Omnia loca præſumuntur exiſtere intra aliquam Diœceſim; unde Prælatus contendens tenetur probare anteriorem erectionem, ibid.

7 *An Epiſcopatus Herbipolenſis erectus fuerit ante, vel poſt Abbatiam Fuldenſem?*

8 *Quæ differentia ſit inter Regionarium, & certæ Sedis Epiſcopum.*

9 *Regionarii prius conſtituuntur Epiſcopi, & deindè facta Diœceſum diſpartitione, fit inſtallatio in certa Diœceſi.*

10 *Profitetur Auctor, ſe dicta per Rotam retuliſſe, ſed nihil firmare, quoad dictam Abbatiam; & pro coronide concludit quomodo exemptio verè* Nativa *dari poſſit.*

11 *Exemptio Dativa eſt illa, quæ conceditur inferiori Prælato per privilegium Pontificium.*

De Jure antiquo ſolùm Epiſcopi privilegium, cum conſenſu Capituli, ſufficiebat, ibid.

12 *Talis exemptio, ſi ſit ſimplex paſſiva, non inducit Juriſdictionem in alios; ſed tantùm exemptionem à Juriſdictione Ordinarii.*

Si autem agatur de ſecunda ſpecie exemptionis activa, & non ſit facta ſeparatio Territorii remanet ſemper locus exemptus ſub Diœceſi Epiſcopi, ſecùs autem ſi ſeparatio facta fuerit, ibid.

Verba tamen talem ſeparationem inducentia debent, eſſe clara, cum agatur de odioſis.

13 *Præcipuè noſtris hiſce temporibus, in quibus tot controverſiæ circa hanc materiam excitantur.*

14 *Auctori injunctum onus fuit à Papa extendendi formulam exemptionis verè Nullius, dandæ certo loco, quæ refertur.*

15 *Tertius modus acquirendi exemptionem eſt per præſcriptionem; quæ locum habet tàm in exemptione primæ ſpeciei, nempè paſſiva, quàm ſecundæ, media ſcilicet prærogativa.*

16 *Antiquitus contra Eccleſiam currebat præſcriptio triginta annorum. In præſenti autem requiritur quadragenaria.*

17 *Requiritur etiam bona fides, qua præſcribens credat ſe habere titulum aliquem.*

Non tenetur tamen præſcribens titulum deducere, niſi in caſu, quo Jus eſt contra eum ibid. Vide n. 18.

Et

Digitized by Google

Et quando Jus ſit contra præſcribentem, remiſſive ibid.

18 Dicitur tunc neceſſaria tituli allegatio, quando nedum Jus eſt contra præſcribentem, ſed etiam non permittit, ut certa Jura acquirantur, aliàs ſatis eſſet quadragenaria.

19 Jura permittunt, ut Jus decimandi, à Parocho, contra Epiſcopum præſcribatur.

20 Sicuti etiam, ut collatio Beneficiorum pertineat ad inferiores.

21 Ea, quæ dependent ab ordine Epiſcopali nullo modo præſcribi poſſunt ab inferiore.

22 Actus Juriſdictionales Epiſcoporum requirunt tituli allegationem cum quadragenaria, quia cum Jus in eis faciendis ſolis Epiſcopis aſſiſtat, videtur non aſſiſtere alteri.

23 Et quid ſi concurrat patientia Epiſcopi videntis, & patientis actus Juriſdictionales ab inferiore exerceri; an requiratur allegatio tituli?

24 Concluditur affirmativè, quia Jura expreſsè titulum requirunt.

25 Epiſcopis eſt inhibitum eorum Jura alienare, & in alium transferre, niſi beneplacito Apoſtolico intercedente.

Quod non præſumitur, niſi concurrat lapſus longævus annorum, ibid.

26 Inconcuſſa ſententia eſt, exemptionem, tàm primæ ſpeciei, quàm ſecundæ acquiri præſcriptione quadragenaria cum titulo colorato, vide num. ſeqq.

Excipiuntur aliqui actus, quos voluit Tridentinum ex congruentia remanere penes ſolos Epiſcopos, ibid. vide num.32. & ſeqq.

27 Titulus pro hujuſmodi præſcriptione quadragenaria requiſitus, debet eſſe juſtus.

Et quis dicatur juſtus titulus? ibid.

28 Error Juris non inducit bonam fidem, niſi ſit admiſtus error facti; vel ſit error Juris maximè dubii.

29 Completa præſcriptione, etſi titulus non legitimus detegatur, non proindè præſcribens amittit dominium Juris acquiſiti.

30 Titulus iſte non requiritur, ut cognoſcatur de Jure præſcribentis; ſed ſolùm ad eliciendam ejus bonam fidem.

31 Titulus coloratus, ſeù putativus cum quadragenaria ſuffragatur ad acquirendam exemptionem, nedum primæ ſpeciei, ſed etiam ſecundæ.

Limitatur quando ageretur de actibus dependentibus à Charactere Epiſcopali, ibid.

32 Sacrum Concilium Tridentinum reſervavit Epiſcopis cauſas Matrimoniales, non obſtante quacumque conſuetudine, privilegio, &c.

Concilium, licèt loquatur de Archidiaconis, Decanis, &c. tamen de Prælatis omnibus inferioribus intelligi debet.

33 Limitatur, ſi dicti Prælati probarent poſſeſſionem immemorabilem; quia ea ſupponit privilegium Apoſtolicum.

Quæ tamen debet canonizari per tres ſententias, aliàs Epiſcopus eſſet manutenendus, ibid.

34 Cenſuit Rota olim potuiſſe ſuffragari quadragenariam cum titulo colorato.

Tamen per Sacr. Congregationem Concilii fuit contrarium reſolutum, ibid.

35 Concilium Tridentinum illis verbis non obſtante quacumque conſuetudine ſubſtulit quadragenariam cum titulo colorato, in cauſis Matrimonialibus; ſecùs autem immemorabilem.

36 Immemorabilis importat titulum verum, & ſubſiſtens; quadragenaria coloratum, & non ſubſiſtens; nec à prima ad ſecundam valet duci argumentum.

Nec reddit falſam Concluſionem, argumentum ſumptum ex cap. ultim. de præſcript. ibid.

Capitulum, Sede vacante, & Vicarius Capitularis poſſunt procedere in cauſis Matrimonialibus, dummodo non ſit cauſa ſpecialiter commiſſa Epiſcopo; & quid in iſto caſu fieri debeat?

37 Prælati tertiæ ſpeciei verè Nullius, non per viam præſcriptionis, ſed per viam comprehenſionis, dicuntur habere Juriſdictionem cognoſcendi de cauſis Matrimonialibus.

38 Dataria non poteſt committere Prælatis inferioribus primæ, & ſecundæ ſpeciei diſpenſationes Matrimoniales.

Etiam ſi ex conſuetudine immemorabili haberent Jus cognoſcendi dictas cauſas, ibid.

Sed committuntur Officiali, ſeu Vicario Epiſcopi, in cujus Diœceſi eſt locus exemptus.

39 Firmatur principalis concluſio deciſionibus Sacræ Congregatio Concilii.

40 Prælatis tertiæ ſpeciei, verè Nullius ſolent committi hujuſmodi litteræ Apoſtolicæ.

Plures reſolutiones Sacr. Congregationis Concilii referuntur.

41 Nequeunt tamen dirigi tales Commiſſiones Vicariis hujuſmodi Prælatorum Nullius; & quæ ſit ratio diſcriminis.

42 Prælati primæ, & ſecundæ ſpeciei nequeunt diſpenſare in remiſſione denunciationum Matrimonialium.

Referuntur, & oraculum Pontificium, & declarationes Sacr. Congregat. Concilii, ibid.

43 Prælati tertiæ ſpeciei videntur non habere facultatem diſpenſandi in remiſſione denunciationum ex declaratione Sacr. Congregat. Farfen. Nullius apud Fagnan.

Non habuiſſe locum hanc declarationem refert Diana, ibid.

44 Quamcumque difficultatem ſubſtulit reſolutio Sacr. Congregat. Concil. approbata per Papam.

45 Non eſt tuta reſponſio Doctorum aſſerentium apud Dianam cit. Farfen. non eſſe in uſu; ſed debet facultas fundari in cit. reſolutione Congregationis approbata à Papa.

46 Poſſunt Vicarii Abbatum verè Nullius diſpenſare in omiſſione denunciationum, (niſi fuiſſet talis facultas reſervata in Synodo ipſi Abbati) & concedere facultatem Sacerdoti, non proprio Parocho, aſſiſtendi in Matrimoniis.

47 Per Tridentinum fuit adempta facultas quibuſcumque Prælatis inferioribus cognoſcendi Cauſas Criminales, non obſtantibus Privilegiis, indultis, &c. vide num.49.

48 Et ſicuti per Concilium fuit ſublata præſcriptio quadragenaria cum titulo colorato, quoad cauſas Matrimoniales, ita etiam, quo ad Criminales. Secus dicendum de immemorabili, vide num.51.

49 Non extenditur principalis concluſio ad Prælatos tertiæ ſpeciei verè Nullius.

50 Præſcriptio immemorabilis prodeſt Prælatis primæ, & ſecundæ ſpeciei; debet probari per tres conformes, vel per unam tranſactam in judicatum, & interim Epiſcopus eſt manutenendus.

51 Non poſſunt inferiores Prælati præſcribere facultatem adminiſtrandi Sacramentum pœnitentiæ Sæcularibus perſonis, etiam Clericis, & Presbyteris. Sed pertinet privativè ad Epiſcopos.

Derogatur per Concilium quibuſcumque privilegiis etiam Apoſtolicis, & cuicumque conſuetudini, ne dum quadragenariæ, ſed etiam immemorabili, ibid.

Plures ex litterali Concilii diſpoſitione, declaratum fuit per Sacr. Congregationem ejuſdem Interpretem, ibid.

Idem cenſuit Sacra Congregatio de reſervatione quorumdam caſuum, ibid.

52 Dicta facultas Epiſcoporum reſpicit nedum approbationem circa doctrinam, ſed etiam licentiam audiendi confeſſiones, concedendam.

53 Prælati inferiores, reſpectu Regularium ſibi Subditorum, habent facultatem audiendi eorum confeſſiones, ac aliis eam communicandi.

54 Dicta tamen facultas circa Subditos Regulares ſe extendit in Servientes, continuos commenſales tantùm, non autem alios Servientes.

55 Adeſt Conſtitutio S. Pii V. qua ille Pontifex precipit Regularibus etiam Lectoribus, & in Theologia graduatis, ut pro audiendis confeſſionibus Secularium ſubjiciant ſe examini Epiſcopi, à quo obtineant approbationem.

Alias Conſtitutiones Romanorum Pontificum, vide ibid.

56 Quod dictum eſt, non licere Prælatis inferioribus concedere licentiam audiendi confeſſiones Secularium, non procedit in Prælatis tertiæ ſpeciei.

57 Nequeunt inferiores Prælati præſcribere facultatem concedendi licentias concionandi.

58 Quod non procedit in Abbatibus Tertiæ ſpeciei.

59 An ſuffragari poſſit præſcriptio immemorabilis.

60 Actus Concionandi reſpicit Curam animarum, ac proinde illius Jus acquiri nequit, niſi conſtituatur Territorium ſeparatum.

61 Sacra Congregatio Concilii pari paſſu procedit, quo ad iſtum actum, & alios approbandi Confeſſarios, & concedendi dimiſſorias.

62 Unde ſicuti immemorabilis non ſuffragatur in iſtis duobus, nec etiam in illo.

63 Regulares in Eccleſiis ſui Ordinis poſſunt Concionari cum Benedictione Epiſcopi.

64 Actus concedendi Monitoriales pro rebus deperditis prohibetur Prælatis inferioribus. Quod procedit etiam in Prælatis tertiæ ſpeciei.

65 Diſpenſationes Matrimoniales, & litteræ in forma ſignificavit non debent committi à Dataria Abbatibus, qui non probaverunt qualitatem verè Nullius, ſecùs ſi probaſſent, per tot.

66 Prælatis inferioribus, primæ, & ſecundæ ſpeciei prohibitum eſt ordinare, & concedere litteras dimiſſoriales Subditis Secularibus.

67 Et an procedat etiam in Prælatis Tertiæ ſpeciei?

68 Mens Tridentini fuit reſervare hos actus ſolis Epiſcopis.

69 Requiritur privilegium Apoſtolicum ſpeciale poſt Concilium ad exercendos tales actus, & n. 71.

70 Æquum eſt, ut ille Epiſcopus eos actus exerceat, à cujus Diœceſi cenſeri poteſt Territorium avulſum.

71 Et ſi deducatur poſſeſſio, & Prælatus eſſet in vera qualitate Nullius, adhuc inhibetur per S. C. hos actus exercere; niſi exhibeat privilegium Apoſtolicum clarum.

72 Quo ad cæteros actus, non probata ſituatione in Diœceſi; ſi inferior habeat poſſeſſionem, non eſt concedenda manutentio Epiſcopo.

73 Pendente judicio non poteſt facto proprio inhiberi exercitium quorumdam actuum, qui ſub lite reſervantur, & num. 77. circa fin.

74 Cum agatur de Juriſdictione non datur reintegratio ſpolii, niſi aſſumpta cognitione tituli: Et quomodo intelligatur.

75 Judicis aditio non adimit poſſeſſionem; quinimo poſſeſſor via facti in ea perſeverare valet.

76 Ad evitandam Spolii purgationem requiritur titulus clarus per rem judicatam.

77 Uſquequò non probetur vera qualitas Nullius, ſemper debet Epiſcopus manuteneri in poſſeſſione concedendi licentias concionandi, & approbandi Confeſſarios, & num ſeqq.

Non debet in materia regiminis animarum actus poni in dubio validitatis, ibid.

78 Æquum eſt, ut ex eo actu attentato, & ſpoliative, commodum non percipiatur.

79 Conceſſio Juriſdictionis per Rotam extraneo Epiſcopo tempore litis, vel per Congregationes recenſetur, & num. ſeqq.

80 Congregatio Epiſcoporum habet facultatem deputandi Vicarios Apoſtolicos.

Et quid agatur, quando deberet ille deputari, ibid.

81 In cauſis majoris momenti fit verbum cum Papa per Secretarium Congregationis.

Et an præſumatur factum? ibid.

82 In quibus caſibus aliis, quàm Pontifex, & Sacr. Congregatio cum minori difficultate poſſet concedere exercitium hujuſmodi actuum extraneo Tertio Epiſcopo.

83 Prælati primæ, & ſecundæ ſpeciei non poſſunt ſine licentia Epiſcopi, in cujus Diœceſi exiſtunt, concedere facultatem alicui Antiſtiti adminiſtrandi in proprio territorio Confirmationem, & Ordines, & num. ſeqq.

84 Et quid ſi tales Prælati eſſent Epiſcopi Titulares.

85 Epiſcopus Diœceſanus adminiſtrat dictum Sacramentum.

86 Ratio prædictorum adducitur.

87 Prælati, primæ, & ſecundæ ſpeciei recipere debent Oleum Sanctum pro eorum Eccleſiis à Cathedrali Epiſcopi Diœceſani.

88 Ubi de exemptis Eccleſiis.

89 Et de Eccleſiis Regularium.

90 Secùs dicendum de Prælatis Tertiæ ſpeciei. Nequit Epiſcopus vicinior, & ſi haberet Jus Ordinationis in Abbatia Nullius, exercere ibi Pontificalia abſque licentia Abbatis.

91 Nequeunt Prælati primæ, & ſecundæ ſpeciei reſervare ſibi caſus in Sacramento Pœnitentiæ.

92 Edicta Caſuum reſervatorum affigenda ſunt in ſedibus Confeſſionalibus Abbatiæ primæ, & ſecundæ ſpeciei, cum intitulatione Epiſcopi.

Curati Eccleſiarum Abbatiæ prædictæ tenentur adire Epiſcopum pro facultate abſolvendi ab illis, ibid.

93 Prælati tertiæ ſpeciei poſſunt ſibi dictos Caſus reſervare, nec contrariatur verbis Concilii.

94 Nec contra prædicta quæcumque præſcriptio ſuffragatur.

95 Supremi Regularium ſuperiores poſſunt reſervare ſibi Caſus, quo ad ipſos Regulares.

96 Idem Juris eſt quo ad Indulgentias, & Jubilæa publicanda, cum ſit actus reſpiciens curam ovium, ſicque pertinens ad Epiſcopum.

97 Excipiuntur tamen Prælati ſecundæ ſpeciei.

98 Et in hoc non ſuffragatur quæcumque præſcriptio.

99 Non ſolùm Prælati primæ, & ſecundæ ſpeciei, ſed etiam tertiæ; nequeunt concedere Indulgentias.

Indulgentia non dependent à poteſtate Ordinis, ſed Juriſdictionis, ibid.

100 Conceſſio Indulgentiarum, cum reſpiciat diſtributionem theſauri Eccleſiæ, jure merito reſervatur Epiſcopis, at aliis, ex commiſſione Pontificis.

101 Nec poſſunt eas concedere Vicarii Generales, aut Capitulares, Sede vacante.

102 Neque etiam Generales Religionum, & Provinciales.

103 An valeat conſuetudo pro hac conceſſione Indulgentiarum?

104 An Prælati inferiores teneantur, & poſſint vocari ad interveniendum Synodo Epiſcopi; & an habeant jus convocandi Synodum?

105 Jus convocandi Synodum eſt unum de Epiſcopalibus, juribus.

Et an procedat à lege Juriſdictionis, vel à lege Diœceſana? ibid.

106 Solutus à lege Diœceſana non dicitur, exiſtere extra Diœceſim; ſed eſſe exemptus à jure Diœceſano.

Et quæ ſint ea, quæ à tali lege dependent? ibid.

Et quæ ea, quæ à lege Juriſdictionis? ibid.

107 In Synodo conſiderari poſſunt, & quæ pertinent ad legem Diœceſanam; & ad legem Juriſdictionis.

108 Regulares de jure communi ſunt exempti à lege Diœceſana; à lege autem Juriſdictionis per privilegia peculiaria.

Et an teneantur Synodo intervenire?

109 Re-

109 *Regulares habentes curam animarum, tenentur accedere ad Synodum.*
110 *Etiam ſi ſint Abbates, & Prælati inferiores exempti.*
Limitatur ſi exerceant Juriſdictionem Spiritualem, & temporalem ibid.
111 *Simplices Prælati exempti, tenentur Synodo intereſſe non ex diſpoſitione Concilii; & Juris communis.*
Niſi habeant ſpecialem aliquod privilegium.
112 *An Prælati Tertiæ ſpeciei teneantur Synodo intereſſe?*
A Tridentino nihil circa tertiam hanc Prælatorum ſpeciem fuit innovatum ibid.
113 *Vicarius Capitularis poteſt Congregare Synodum Diœceſanam.*
114 *Ut Synodus Congregetur per Prælatum Inferiorem tria copulativè debent concurrere requiſita; Territorium ſcilicet ſeparatum; Cum Juriſdictione Epiſcopali; & ſpeciale Indultum Apoſtolicum.*
115 *Antequam doceatur de his omnibus qualitatibus; Jus Congregandi Synodum pertinet ad Epiſcopum.*
116 *Vicarii Capitulares non ſolent Congregare eam, imò recurrunt ad Sac. Congr. Concilii, vel Epiſcoporum, ut in concurſibus Parochialibus uti valeant examinatoribus aliis, non Synodalibus.*
117 *Abbates Nullius non tenentur accedere ad Synodum Diœceſani.*
Secus ſi habeant curam animarum.
118 *Præſcriptio non ſuffragatur; ut qui tenetur accedere ad Synodum Epiſcopi; ab illa eximatur.*
Nec ſuffragantur privilegia, niſi ſint Apoſtolica, & Obtenta poſt Concilium ibid. & non ſeqq.
119 *An & quæ præſcriptio requiratur, ut poſſit Epiſcopus vocare ad Synodum eos, qui non tenerentur?*
120 *Conſuetuda accedendi ad Synodum inducitur ex præcedentibus edictis Epiſcopi; ad acceſſum.*
121 *Jus Convocandi Synodum videtur requirere quadragenariam; dummodò adſint requiſita qualitatis verè Nullius.*
122 *Hujuſmodi Prælati inferiores nequeunt concedere inſtitutionem auctorizabilem. Præmittitur diſtinctio duplicis Inſtitutionis, Collativæ, ſcilicet, & auctorizabilis. Et quid ſint!*
123 *Addunt aliqui tertiam ſpeciem Inſtitutionis; ſed ea potiùs immiſſio in poſſeſſionem corporalem beneficii, quam ſeparata ſpecies, appellanda eſt. Et ad quem de Jure ſpectet.*
124 *Prima ſpecies inſtitutionis acquiritur per quoſcumque Prælatos inferiores, aut per Privilegium Apoſtolicum, aut per quadragenariam.*
125 *Inſtitutio auctorizabilis eſt Epiſcopis tantùm, reſervata.*
126 *Et quid ſi ageretur de Cappellis pleno Jure; ideſt quo ad temporalia, & Spiritualia, Prælatis, vel Regularibus unitis?*
127 *Eccleſiæ Parochiales provideri debent per concurſum faciendum coram Epiſcopo, & eo impedito coram ejus Vicario Generali.*
Etiam ſi agatur, de præſentato à Patrono Laico. Et in aliis caſibus ibid.
128 *Prælatus ſi habeat, ex privilegio, in Eccleſia omnimodam Juriſdictionem, obtinet poteſtatem Committendi Curam.*
Commiſſio curæ eſt maxima pars exemptionis ibidem.
129 *Per Conceſſionem pleniſſimæ Juriſdictionis, & poteſtatis, cenſetur Summum Pontificem conceſſiſſe etiam Jus committendi Curam.*
Non quidem, proprio nomine, ſed tanquam Vicarius Epiſcopi ibid.
130 *Tale Jus tranſit in Capitulum Sede vacante, & ejus Vicarium Capitularem.*
131 *An tale Jus Inſtitutionis auctorizabilis valeat præſcribi? Et quáliter?*
132 *Intellectus* Cap. Non ſatis de offic. Archid. *explanatus.*
133 *Conceſſa facultate adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ, directè conceditur poteſtas abſolvendi à peccatis. Conceſſa verò commiſſione Curæ, non directè, ſed conſequenter ad munus.*
134 *Prælati Tertiæ ſpeciei poſſunt concedere talem Inſtitutionem auctorizabilem, non autem Prælati primæ, & ſecundæ.*
135 *Jure Concilii Tridentini concurſus ad Parochiales debent fieri, præcedente examine coram Epiſcopo, & Examinatoribus Synodalibus.*
136 *Prælati inferiores primæ, & ſecundæ ſpeciei, qui non habent poteſtatem congregandi Synodum, in qua Examinatores eligi valerent; non habent conſequenter. Jus collationis auctorizabilius. Secus dicendum de Prælatis tertiæ ſpeciei.*
137 *Epiſcopus ex omnibus, quos repererit idoneos, eligit illum, quem magis idoneum cenſuerit, eumque remittit ad Abbatem Commendatarium; ut ab eo fiat Collatio Parochialis.*
138 *Recapitulantur omnia, quæ requiruntur ad Inſtitutionem auctorizabilem.*
Et ſi aliqua deſint, ad quem tale munus eam dandi, pertineat? ibid.
Et an ſuffragetur immemorabilis ibid.
139 *Epiſcopus ſemper debet manuteneri, donec requiſita probentur.*
140 *Ut Epiſcopus vicinior inſtituat Concurſum pro Eccleſia Parochiali, exiſtenti in Territorio Nullius, quæ debent concurrere.*
141 *Epiſcopus vicinior habet Jus, ex Tridentino viſitandi Eccleſias exemptorum.*
142 *Et an habeat locum etiam in locis verè Nullius?*
143 *In locis Nullius, an pertinentia ad Clauſuram Monialium ſit Prælati Inferioris, vel Epiſcopi?*
144 *Facultas extrahendi reos à loco Immuni, & alia peragendi in vim Bullæ Gregorii XIV. an ſit penes Epiſcopos tantùm vel etiam Prælatos Nullius.*
145 *In iis, quæ demandantur à Tridentino, & Conſtitutionibus Apoſtolicis in locis Nullius ut exerceantur ab Epiſcopis, an induci poſſit præſcriptio?*

TRiplici modo acquiri poteſt Juriſdictio per Prælatos ioſeriores; Origine ſcilicet, Privilegio, & Præſcriptione; Nativa dicitur primo modo acquiſita. Dativa ſecunda, & præſcriptiva Tertia. Verùm, ut certa ab ambiguis ſe jungantur; dico quod dubium non eſt, quoad primam ſupradictam, ſeu infimam ſpeciem Prælatorum, & quoad ſecundam, mediam nuncupatam, nullum nativæ exemptionis, ſeù Juriſdictionis ſpecimen depræhendi poſſe, quia cum ſupponantur hujuſmodi Prælati exiſtentes in Diœceſi alicujus Epiſcopi, & ita illi contiouent, etiam poſt exemptionem, eorumque loca, quinimò tempore acquiſitæ exemptionis conceſſæ, vel præſcriptæ, antea erant ſub Juriſdictione Epiſcopi Diœceſani; ideò per conceſſionem, & acquiſitionem exemptionis, ac Juriſdictionis dici tunc debet novum Jus acquiſiviſſe, quod nativè non habebant, cum exemptio ab Epiſcopo præſupponat antecedentem ſubjectionem eidem, à quo fuerunt exempti, ut innuit Rota *in Burgen. Juriſdictionis 19. Februarii* 1714. *§. fin. coram D. Card. Falconerio.* 1 2

In Tertia tamen ſpecie, *Supræma dicta* veræ qualitatis *Nullius*, videlicet cum Territorii exiſtentia extra quamlibet Diœceſim Epiſcopi, quòd potuerit eſſe caſus nativæ Juriſdictionis, ſeu exemptionis, docuit Fagnan. *cap. nullus num. 16. & ſeqq. de Paroch.* ac ſequuta fuit Rota *in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis* 28. *Junii* 1700. contra Card. de la Tremoilla, ac ego retuli *cit. tom.* 2. *Conſt.* 6. Alexandri III. *ſect.* 1. *num.* 22. *& ſeqq.* 3

Verùm juxta ſenſum, quem explicavit Fagnan. non levis apparet difficultas; ſupponit enim in timigerata diviſione Diœceſum, facta ab initio Eccleſiæ,

Digitized by Google

cleſiæ, fuiſſe relicta aliqua loca Acephala ſine Epiſcopo, unde cum hujuſmodi loca fuiſſent redacta ſub Juriſdictione alicujus Prælati non Epiſcopi, & inferioris, meritò nativam exemptionem à quocumque Epiſcopo illum Prælatum habere dicendum ſit. Sed non poteſt, ut ego notavi in dicto Commentario, id procedere, cum exemptio iſta Activa, ſeù potiùs Juriſdictio dicta, in Populum, ac Clerum cum limitibus certæ Diœceſis propriæ, nequeat dari niſi à Papa, ut pleniùs dicam; unde eſt talis Juriſdictio qualitas ſuperinducta; quare non poteſt eſſe nativa in dicto Prælato inferiore; imò in diviſione nullus locus Acephalus, ſub Nullius ſcilicet Epiſcopatu, debuit remanere, quia fuiſſet contra politiam Eccleſiaſticam. Poſuit enim Chriſtus Dominus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei; hinc aliquando Epiſcopi conſti-
4 tuebantur Regionarii, certæ videlicet Regionis, & non in certa Diœceſi diviſa, qui veri Epiſcopi dictæ Regionis, limitibus à Romana Eccleſia, fonte Juriſdictionis, eis limitatis in tota tali Regione erant. Unde Fagnani dictum præfata ratione munitum à DD. reiicitur Card. de Luca *de Juriſdict. diſc.* 1. *n.* 4. ac recedendo à deciſione prædicta, dixit Rota non dari iſtam nativam Juriſdictionem in eadem *Nullius, ſeu Fulden.* 16. *Februarii* 1703. *coram Molines*, & 27. *Aprilis* 1705. *coram eodem*, & 1. *Junii* 1708. & 2. *Junii* 1710. *coram Anſaldo*.

5 Sed in hoc eſt conſiderandum, quod quid quid ſit de veritate dictæ primæ diviſionis, certum eſt, quòd aſſerere diviſionem ab initio, vanum eſt, quoad ſcilicet omnes Diœceſes Orbis in ſejunctas Diœceſes, cum fuerit conſtitutio Diœceſum facta ſucceſſivè juxtà Evangelicæ prædicationis incrementa; nam tempore Romani Imperii, non omnes Nationes ipſi parebant; & ulteriùs quia ſatis eſt notum, ſucceſſivis temporibus novas Orbis partes plures detectas extitiſſe, ac Chriſti Fidem amplexas fuiſſe, & ſic paulatim fuerunt Diœceſes conſtitutæ, Epiſcopique inducti, Petr. Gregor. Tholoſ. *ſyntagm. Jur. lib.* 15. *cap.* 12. *num.* 2. & *ſeqq.* Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 1. *numer.* 24. priùs enim oportuit greges eſſe, quàm Paſtores, & priùs Subditos, quàm Prælatos. Dartis *de Stat. Eccleſ. capit.* 14. *lit.* E. Unde S. Bonifacius miſſus fuit à Gregorio PP. II. ad prædicandum Evangelium in Germaniam, & deinde à Gregorio Papa III. Archiepiſcopus creatus ſine certis limitibus Diœceſis, ſed cum facultate, novis converſis Paſtores, & Epiſcopos præficiendi, ac Cathedras Epiſcopales erigendi. Baron. *Anno* 723. & 731. Thomaſ. *cit. part.* 1. *lib.* 3. *capit.* 35. *numer.* 7. Ibique nulla Dignitatis Epiſcopalis veſtigia aderant; ſicque in iis
6 partibus diviſionem factam fuiſſe, erroneum eſt, aſſerere. Hinc Summi Pontifices hujuſmodi Epiſcopatus ſicuti ſucceſſivè erexerunt, certis limitibus aſſignatis; ita potuerunt aliquam Terræ partem erigere in Diœceſim ſub Abbate, ſeu Prælato inferiori, præficiendo illum cum Juriſdictione Ordinaria Epiſcopali; ac conſtituere illum quaſi Epiſcopum (deficiente tantùm in eo poteſtate ordinis) in dicta Diœceſi recenter conſtituta, & ſic in hujuſmodi caſu Dativa diceretur exemptio, & Juriſdictio à Papa profecta. At quia data antequam in eo loco Epiſcopi Juriſdictio fuiſſet, dici poſſet Nativa, hoc eſt à Papa data in ipſa Conſtitutione, & nativitate Diœceſis, loco Epiſcopi in ea præficiendi, & in hoc ſenſu videtur ſalvari poſſe aſſertio Exemptionis activæ Nativæ, ut conſtat inclinaſſe etiam Rota *in deciſ. cit. Nullius, ſeu Fulden. coram Anſaldo*, & clariùs in eadem 12. *Junii* 1711. *ſuper Dativa coram Caffarello*; Imò ibi admiſit potuiſſe eſſe nativam juxta hunc ſenſum, & juxta quem Ego cenſui dari in *cit. ſect.* 1. *Conſtitut.* 6. Alexandri III. Sed excluſit dicta deciſio in eo caſu Nativam, quia Epiſcopatus Herbipolis fuit fundatus ante Abbatiam Fuldenſem; cumque omnia loca præſumantur exiſtere intra aliquam Diœceſim. *Can. omnes Baſilicæ* 16. *q.* 7. & dixi latè ad rem hujus Nativæ *cit. ſect.* 1. *à numer.* 16. *ad* 32. iſta præſumptio facit, ut Abbates, ſi prætendant priorem erectionem ante Epiſcopi inſtitutionem in eo loco, & nativam proinde Juriſdictionem, debent id concludenter probare, & habuiſſe privilegium Papale, antequam erigeretur Epiſcopatus, ut me citato dixit Rota *dicta deciſ. ultima* §. 23. *coram Anſaldo*, & priùs *in deciſ.* 16. *Februarii* 1703. §. *Sed etiam coram Molines*. Unde ex prætenſa erectione Abbatiæ ante Epiſcopatum, excludebatur nativa exemptio; & contro- 7
verſum fuit ibi, an verè Epiſcopatus Herbipolenſis fuiſſet erectus ante, vel poſt erectionem dictæ Abbatiæ Fuldenſis; & licèt Thomaſin. *cit. parte* 1. *lib.* 3. *cap.* 35. *numer.* 7. dixit, quòd Fuldenſe Cœnobium à Bonifacio extructum fuiſſet eo loco, qui recens Chriſto ſe addixerat, ubi nulla antea Epiſcopalis poteſtatis veſtigia impreſſa fuerunt, ac denique ſub auſpiciis Romanæ Eccleſiæ, & delegatione ejus, Bonifacius barbaras eas gentes manſueſeciſſet, ac ſuavi Chriſti jugo ſubjeciſſet; tamen Rota non dubitavit fuiſſe ibi Epiſcopum Regionarium, miſſum pro tota Provincia ante erectionem Abbatiæ; unde etſi poſtea ex unica Regione extitiſſent plures erectæ Diœceſes; non poteſt dici, quòd Abbatia fuiſſet erecta cum Juriſdictione Abbatis in loco, antequàm Juriſdictio illa Epiſcopo à Papa collata fuiſſet in dicto loco. Nec
aliud inter Epiſcopum Regionarium, & certæ Sedis 8
intercedebat diſcrimen, niſi quòd ille totius Provinciæ, & Regionis regebat ovile, abſque eo quòd cum certa Eccleſia Provinciæ alligatus eſſet. Erectis deinde in eadem Provincia Eccleſiis Epiſcopalibus diſtinctis, ſpirituale conjugium cum certis Eccleſiis ſinguli Epiſcopi inierunt. Hinc Epiſcopus Provinciæ pollebat Juriſdictione in Clerum, & Populum totius Provinciæ, & in loca iſtius, ut obſervat Serr. *de rebus Moguntiæ not.* 25. & Carolus le Cointe *in annalibus Eccleſiæ Franconiæ tom.* 4. *fol.* 399. & dictus Bonifacius ſucceſſit Sancto Kiliano Epiſcopo Regionario, qui à Cannone Papa fuit conſtitutus Epiſcopus. Baron. *anno* 686. ac miſſus in Germaniam idololatram Franceſ. *de Eccleſia Cathedrali capit.* 1. *nu-*
mer. 24. Sicque hujuſmodi Regionarii ordinabantur 9
Epiſcopi, & ſucceſſivè juxtà conſtitutionem Diœceſum inſtallabantur in certa Diœceſi. Dictus tamen Bonifacius, juxtà facultatem Apoſtolicam, diviſit deinde Regionem in tres Diœceſes, ſub tribus Epiſcopis, cuique ſede Epiſcopali aſſignata. Baron. *anno* 723. & 731. *num.* 9. obtenta facultate à Papa Gregorio III. cui ſcripſit illi: *Quia vero turbas, Domini gratia, in iiſdem partibus ad rectam fidem aſſerviſti converſas, ideoque nequire te occurere, ac omnibus, quæ ſalutis ſunt impendere, vel intimare, cum jam longè latèque gratia Chriſti ejus fides in illis propagetur: præcipimus, ut juxta Sacrorum Canonum ſtatuta, ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore Apoſtolicæ Sedis debet ordinare Epiſcopos, pia tamen*
contemplatione, ut non viloſcat gratia Epiſcopatus. 10
Sed quòd in facto circa erectionem Abbatiæ prædictæ Fuldenſis dictum fuit per Rotam, retuli, relinquendo tamen locum veritati, ſolùmque hæc innui, quomodo poſſit ſalvari, & dari Exemptio nativa.

Dativa Exemptio, quæ eſt ſecundus modus acqui- 11
rendi exemptionem, procedit ex conceſſione Papæ, & privilegio Apoſtolico, exemptivo Prælati, & certi loci ſeparati per privilegium ab Epiſcopi Juriſdictione; cujus privilegii forma attentè debet ſcrutari, quomodo ſit concepta. *Cap. porrò de Privilegiis*; & licèt de Jure antiquo ſolius Epiſcopi privilegium in paſſiva exemptione ſubſiſteret, cum conſenſu tamen Capituli collegialiter præſtito *capit.* 2. *capit. cum nos*, & *capit. tua de his, quæ fiunt à Prælatis*, & *capit. Paſtoralis in fine de donat.* Feder. de Senis *conſil.* 3. *numer.* 3. *in fin.* Rota *deciſ.* 193. *numer.* 3. *coram Cavaler.* Tamen hujuſmodi conceſſiones deinceps requiſierunt Beneplacitum Apoſtolicum, & Privilegium Papæ. *Cap. cum perſonæ de privil. in* 6. *cap. ſi Papa ibidem*, ubi quod pro exemptione ab Ordi-

nario

nario intervenire debet Apoſtolicum indultum; ac-
cedente rurſus diſpoſitione *Extravag. Ambitioſa de*
reb. Eccleſia non alienan. prohibentis cujuſcumque
Juris Eccleſiarum alienationem, inconſulta Sede Apo-
12 ſtolica. Iſta igitur exemptio ſi ſit ſimplex paſſiva,
non inducit Juriſdictionem in alios, ſed solùm, ut
aliqui ab Ordinario eximantur, & Sedi Apoſtolicæ
immediatè ſubdantur, vel alteri Prælato conſtituto
Superiori *cit. capit. ſi Papa*, ubi DD. & egi *cit. ſect.*
1. *Conſtitut.* 6. Alexan. VI. Prout ſi agatur de ſecun-
da ſpecie exemptionis activæ, & non ſit facta ſepa-
ratio Territorii, & Diœceſis, remanet in Diœceſi
Epiſcopi locus ille exemptus; ſi verò ex tenore pri-
vilegii indueatur vera ſeparatio Territorii, pro qua,
verba debent eſſe clara, inducitur Tertia ſpecies,
nempè vera qualitas *Nullius*; Sed ſi actus ſint com-
patibiles cum conſtitutione in Diœceſi, & abſque
ſeparatione, non debent protrahi ad inducendam iſtam
ſeparationem ſatis odioſam, ut etiam pleniùs dixi *cit.*
loco.

13 Unde in caſu conceſſionis hujuſmodi privilegii
Apoſtolici antiquitus procedebatur verbis magis laco-
nicis; ſed hiſce temporibus, quibus tot controver-
ſiæ, ac difficultates excitatæ fuerunt circa hanc ma-
teriam Prælatorum *Nullius*, clarius concipi debent
Privilegiorum verba, ut futuræ conſimiles ambages
evitentur. Hinc in quadam Congregatione particula-
ri à ſancta memoria Clemente Undecimo deputata
pro concedendo amplo Privilegio *Nullius*, loco nun-
cupato. *Fortalitio Urbano* in Statu temporali Eccle-
14 ſiæ mihi onus injunctum fuit, extendendi illius for-
mulam, quæ extit ſequentis tenoris: Et ita pri-
vilegium à præfato Summo Pontifice fuit conceſ-
ſum.

Die 22. Martii 1710. Congregatio particularis à
Sanctiſſimo Domino Noſtro deputata Eminentiſſimi
D. Cardinalis Sacripantis, ac Reverendiſſimorum
DD. Nuptii Secretarii Sacra Congregationis Epiſco-
porum, & Regularium, Corradini Auditoris Sancti-
tatis Sua, Petra Secretarii Sacra Congregationis
Concilii, Cavalerii Secretarii Sacra Congregationis
de Propaganda Fide, ac R. P. Becchetti Subdatarii,
cenſuit expedire, ut idem Sanctiſſimus Motu proprio,
pravia ſeparatione totius Territorii, in quo eſt ſitum
tantùm Fortalitium nuncupatum Urbanum, *quod eſt*
de Dominio temporali Sancta Sedis Apoſtolica, à
Territorio, & Diœceſi, tam Bononienſi, quàm No-
nantulana, aliaque quacumque Parochiali Eccleſia,
taleque Territorium ſic abſtractum unà cum omnibus
tam Laicis, quam Eccleſiaſticis Perſonis in dicto
Fortalitio pro tempore exiſtentibus, omneſque Cap-
pellas, Eccleſias, & Cappellanos in eodem Fortali-
tio exiſtentes, ſubiiciat Eminentiſſimo Domino Cardi-
nali Legato Apoſtolico Bononienſi pro tempore, &
ſub omnimoda, & plenaria auctoritate ejuſdem Emi-
nentiſſimi Legati, tamquam Ordinarii ejuſdem Terri-
torii, cum facultate exercendi Juriſdictionem in dicto
loco, in Eccleſias, & Perſonas, nec non in Cauſis
Matrimonialibus; Concernentibus cura Animarum,
aliiſquè cauſis Eccleſiaſticis, & Spiritualibus quibuſ-
cumque, ac cum facultate deputandi Parochum, aut
Cappellanos pro cura Animarum in eodem Fortalitio
exiſtentium, qui exerceant omnes, & quoſcumque actus
Parochiales in perſonas ibidem exiſtentes, ac ut
idem Eminentiſſimus Legatus exercere valeat omnes,
& quoſcumque actus Juriſdictionis, uti verus, & na-
tivus Ordinarius ejuſdem Fortalitii, ac quoque pri-
vativè, quoad alios quoſcumque Ordinarios, etiam,
quoad Juriſdictionem delegatam. Quo verò ad Or-
dines, & Sacramentum Confirmationis recipien-
dum, præfati exiſtentes pro tempore in dicto Forta-
litio, adire debeant Eminentiſſimum Archiepiſco-
pum Bononienſem pro tempore, & quoad Ordines
cum litteris dimiſſorialibus præfati Eminentiſſimi Le-
gati pro tempore Bononienſis; Et tandem cum
appoſitione Clauſularum. Et ſi Eminentiſſimus Ar-
chiepiſcopus Bononienſis, & Eminentiſſimus Abbas
Nonantulanus, aliique omnes non fuerint auditi,
nec non cum Decreto irritanti, & Clauſula ſubla-
ta, &c.

Alius demum modus obtinendi privilegium hujuſ- 15
modi per Prælatum inferiorem conſiſtit in præſcri-
ptiva exemptione, quæ præſcriptio habet locum tàm
in prima ſpecie, nempè exemptione paſſiva, quàm
etiam in ſecunda ſpecie, hoc eſt exemptione activa,
ſcilicèt Juriſdictione in populum, & Clerum, quoad
certa Jura Epiſcopalia, quod eſt cum impropria qua-
litate *Nullius*; qui modus acquiſitionis in hujuſmo-
di re per præſcriptionem, probatur *in cap. Auditis*,
cap. cum Olim de præſcript. & cap. Epiſcopum eo-
dem tit. in 6. aliiſque Canonibus, modò de aliqui-
bus juribus conceſſis Prælato Inferiori, modò de aliis
ab eo præſcriptis, & licèt antiquitus contra Eccle- 16
ſiam currebat præſcriptio triginta annorum 16. *quaſt.*
3. *Can. ſicut Diœceſim ubi gloſ.* tamen in præſenti
requiritur tempus quadraginta annorum *cap. de quar-*
ta de præſcript. cum Concordantibus, & in citatis tex-
tibus; Cum autem requiratur ad præſcriptionem ul-
tra tempus etiam bona fides *cap. Vigilanti eodem tit.* 17
ideò præſcribens debet ſemper credere ſe habere ali-
quem titulum juſtum, ne rem alienam occupet; ut
benè ponderat Paſſerin. *cit. cap. Epiſcopum numer.* 16.
& ſeqq. Sed non tenetur illum deducere, niſi in ca-
ſu, quo Jus eſt contra præſcribentem, & aſſiſtat ei,
qui præſcriptionem patitur; in quo caſu requiritur
productio tituli colorati, & putativi, juxta *cit. cap.*
Epiſcopum, in quo plura adducunt DD., quando
verificetur, ut Jus commune ſit contra præſcriben-
tem, & præſumptio Juris ſit ad favorem petitoris,
ſeu contradictoris præſcriptioni, ut apud *cit.* Paſſe-
rin. Barboſam, alioſque ad dictum *Text.* At veritas 18
eſt, quod ſi Jus nedum non ſit ad favorem præſcri-
bentis, ſed ulterius etiam non permittit, ut certa
Jura alicui acquirantur; tunc videtur requiri tituli
allegatio. Secùs in caſu contrario, ſatis eſſet ſola
quadragenaria; Hinc in caſu, quo Parochus velit 19
præſcribere Jus decimandi contra Epiſcopum, ſcili-
cet quartam huic debitam de Jure communi, ſufficit
tempus quadraginta annorum abſque titulo, quia eo-
dem Jure permittitur talis Juris acquiſitio *cap. de*
quarta de præſcript. ita in collatione Beneficiorum, 20
etſi iſta pertineat ad Epiſcopum Jure communi,
quia tamen etiam pertinere valet ad inferiores ex
conſuetudine approbata ab eodem Jure communi,
cap. ſuper eo, ubi gloſ. ver. Archidiaconus de offic.
delegati, ideò poteſt præſcribi quadragenaria præſcri-
ptione, ſine allegatione tituli Fagnan. *in cap. cum Ec-*
cleſia num. 32. *& ſeqq. de cauſ. poſſ. & propriet.* quia
ubi Jus reſiſtit, tunc tantùm requiritur titulus, benè
Rota *deciſ.* 993. *coram Pœn. & deciſ.* 1257. *num.* 22.
& 23. *cor. Emer. Jun.* & nos diximus *tom.* 2. *pag.* 141.
num. 59. *& ſeqq.*

Hinc in Juribus Epiſcopalibus, ſi agatur de iis, 21
quæ præſcribi non poſſunt ab inferiore Epiſcopis, ut
ſunt ea, quæ dependent ab Ordine; tunc nulla præ-
ſcriptio prodeſt, Abbas *capit. auditis numer.* 23. *de*
præſcription. Buttrius *conſ.* 3. Si verò agatur de Juri- 22
bus Epiſcopalibus Juriſdictionalibus, præſcribi qui-
dem ab inferiore poſſunt, ſed requiritur titulus pu-
tativus cum quadragenaria, ut decidit Text. *in cit.*
capit. Epiſcopum de præſcriptionibus in 6. ubi enim
Jus commune aſſiſtit, ut ſolus Epiſcopus actus fa-
ciat, requiritur dictus titulus, quia videtur Jus
non aſſiſtere alteri, quàm Epiſcopo, Abbas *cit.*
cap. auditis num. 23. *in fine*, Paſſerin. & Fagnan. *cit.*
locis.

Sed, an ſi concurrat patientia Epiſcopi videntis, 23
& patientis actus Juriſdictionales ab inferiore exer-
ceri; requiratur titulus? Et videtur affirmativè dicen-
dum; quia licèt ſupponi poſſit conceſſio obtenta ab
Epiſcopo: & patientia præbere videatur juſtam cau-
ſam præſcribendi abſque alio titulo Fagnan. *cit. capit.*
cum Eccleſia numer. 38. Tamen certum eſt quod
in *cit. cap. Auditis, & cap. cum olim, de præſcriptio-*
nibus

Digitized by Google

ribus requiritur titulus, nempè privilegium Apoſtoli-
24 cum, ut notat *Gloſſ. in cap. Auditis de in integrum reſtit.* ubi aderat privilegium Apoſtolicum obſcurum pro præſcriptione; & etiam benè notat *Gloſ. ver. tenorem*, ibi: Abbas *privilegium habebat loco tituli, alias non præſcripſiſſet; cit. cap. cum olim*, in quo Textu agitur de octo Juribus Epiſcopalibus præſcribendis, & voluit Bonifacius VIII. *citato capit. Epiſcopum*, titulum expreſſum, ibi: *Eſt neceſſarius titulus*; & clariùs *in cit. cap. cum perſonæ de privileg. in 6.* loquens de hujuſmodi exemptionibus, voluit titulum coloratum, unà cum quadragenaria, pro inducenda præſcriptione, ut ex lectura; proindè vanum eſt prætendere, ut ſine titulo ſufficiat patientia Epiſcopi ad præſcribendum; Cùm enim Epiſcopi
25 non poſſint eorum Eccleſiæ Jura alienare, & in alium transferre, niſi concurrente beneplacito Apoſtolico *Extravagan. Ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alien. & in Bulla Urbani VIII. incip.* Romanus Pontifex 270. *tom. 5. Bull.* & ſic ſublata fuit quæcumque præſumptio illius niſi concurrat lapſus centum annorum; nequit pro titulo præſcriptionis quadragenariæ, adduci patientia Epiſcopi, benè Paſſerin. *cit. cap. Epiſcopum numer.* 37. Quare tam in dicta exem-
26 ptione primæ ſpeciei, (non quidem, ut quis præſcribat omninò exemptionem, quæ libertas præſcribi non poteſt, ſed, ut ſubdatur alteri Prælato, vel immediatè Sedi Apoſtolicæ) quam in exemptione ſecundæ ſpeciei, activa ſcilicèt Juriſdictione quaſi Epiſcopali, in actibus tàm ex lege Juriſdictionis, quàm ex lege Diœceſana procedentibus, exceptis dependentibus ab Ordine, quæ ſunt impræſcribilia, inconcuſſa eſt ſententia, ut fieri poſſit acquiſitio præſcriptione quadragenaria cum titulo colorato, per Prælatum inferiorem, juxta opinionem Sacræ Rotæ, & Sacræ Congregationis Concilii, à quibus fuerunt adjudicati plures actus Juriſdictionales, ſtante tali præſcriptione, Prælatis inferioribus. Solùmque excipi valent ab hac regula nonnulli actus, quos voluit Concilium Tridentinum ob aliquam congruentiam eſſe penes ſolos Epiſcopos, de quibus infra; itaut in his præſcriptio quadragenaria cum dicto titulo colorato non ſuffragetur.
27 Titulus requiſitus pro hujuſmodi Jurium præſcriptione quadragenaria, debet eſſe juſtus *ex cit. Textibus*, non ſcilicet, ut privilegium Apoſtolicum adſit, verum, & reale; quia hoc caſu opus non eſſet præſcriptione, cum titulus ille ſufficeret: nec ſuum denuò fieri poteſt ſuum, *cap. veniens de præſcript.* ſed dicitur juſtus titulus, ille, qui putativè ſit talis, ut inducat bonam fidem in præſcribente: quòdque juſtè credat eum ſufficientem ad acquirendum dominium talis Juris, ut literaliter habetur *in cit. capit. cum perſona* ibi: *Etſi privilegium exhibitum non ad plenam per ſe ſufficiat exemptionem, ſed tale eſt, quod ſaltem cauſam præbeat præſcribendi*, *gloſ. ver. titulus cap. 1. de præſcriptionibus in 6.* Paſſerin. *ibid. numer.* 12. *&* 13. *&* 64. Rota *deciſ.* 458. *numer.* 70.
28 *& ſeq. part. 5. recent.* ubi quòd titulus continens errorem tantùm Juris non inducat bonam fidem, niſi ſit admixtus error facti: Sed ſi error ſit Juris maximè dubii, tunc æquiparatur errori facti, & ſic induceret bonam fidem, *gloſ. ver.* tenorem *in fin. cit. cap. cum olim de præſcriptionibus*, benè Rota *deciſ.* 289. *coram Ludoviſio*, ubi Addens, *deciſ.* 295. *coram Coccino, & ibi concordantes*, & completa præ-
29 ſcriptione, etſi detegatur titulus non legitimus, non proindè præſcribens amittit dominium Juris acquiſiti, quia illud habet à Jure, quod induxit præſcriptionem inter modos acquirendi dominia, *ut in cit. deciſ.* 289. *numer.* 11. *coram Ludoviſio*, & ſic titulus coloratus debet eſſe talis, quòd ſi eſſet verus de per ſe, ſufficeret ſolus abſque tempore præſcriptionis Rota *coram Caputaquen. deciſ.* 361. *numer.* 4. *part.* 2. & Add. *ad cit.* Ludoviſio *deciſ.* 189. *litt. A. §.*
30 *hoc tamen*; & titulus iſte non requiritur, ut cognoſcatur de Jure præſcribentis, ſed ſolùm ad finem eliciendi bonam fidem præſcribentis; quia cum præſumatur in mala fide ob reſiſtentiam Juris, titulus præbet quoddam velamen, cujus umbra nutritur bona fides. Abbas, & poſt eum Felin. *cap. ſi diligenti num.* 12. *verſ.* conſidera benè, *ac in citat. deciſ.* 289. & in
terminis exemptionis plenæ alicujus Eccleſiæ procedit 31
Rota *in eadem deciſ.* 289. ut ſufficeret quadragenaria præſcriptio cum titulo privilegii conceſſi a Papa Schiſmatico, qui reputabatur pro legitimo, Rota *dec.* 324. *numer.* 11. *part.* 1. *recentior.* & latè *in deciſionibus Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis, relatis per de Proſperis de Territorio ſeparato.* Etſic certum eſt poſſe ſuffragari quadragenariam cum titulo colorato, ſeu putativo, non autem ſine titulo, nedum, quoad primam ſpeciem, nempè exemptionis paſſivæ, ſed etiam activæ in actibus Epiſcopalibus ex dictis, dummodò titulus ſit coloratus ab habente facultatem, exemptionem concedendi, qui eſt Papa. Quod tamen limitatur, ſi agatur de actibus procedentibus à poteſtate Ordinis, quorum ſunt incapaces Prælati inferiores, cum dicti actus dependeant à charactere Epiſcopali Butrius *conſ.* 19. ac alii Canoniſtæ communiter, & dixi ſupra.

Quia verò, ut innui Sac. Conc. Tridentinum vo- 32
luit in pluribus Dignitati Epiſcoporum conſulere, contra inferiores Prælatos, ideò quoad aliquos ſpeciales actus Epiſcopales excluſit conſuetudinem; hinc Epiſcopis reſervavit cauſas Matrimoniales non obſtante quacumque conſuetudine *ſeſſ. 24 capit.* 20. *§. adhæc de form.* imò voluit non obſtare privilegia, Indulta; & Concordias, quæ ſuos tantùm auctores teneant ut in fine dicti capituli 20. quam derogatoriam in omnibus contentis in dicto capite intelligi declaravit; ſicque privilegium debet eſſe poſt Concilium, ut ſuffragetur Garz. *de benef. part. 3. capit. 2. numer.* 212. Barboſ. *cit. capit.* 20. *numer. fin.* & res judicata privilegio poſt Concilium inniti debet, & licèt dubitatum fuerit ex verbis Concilii procedentibus in Archidiaconis, & Decanis, ac eorum inferioribus, an intelligi debeant Prælati exempti. ac *Nullius* impropriè, qui non videntur dici inferiores, ut ponderavit Rota *in deciſ. 41. numer. 1. & ſeqq.* poſt Tambur. *de Jur. Abbat.* Tamen contrarium fuit declaratum in Sacra Congregatione Concilii, & hoc Jus practicatur, ut quicumque Prælati inferiores Epiſcopis non poſſint dictas cauſas cognoſcere, cùm Concilium Epiſcoporum tantùm examini, & Juriſdi-
ctioni eas reliquerit; niſi dicti Prælati probarent poſ- 33
ſeſſionem immemorabilem Fagnan. *capit. accedentibus numer. 3. & ſeqq. de exceſſ. Prælat.* ex ea ratione, quia immemorabilis ſupponit privilegium Apoſtolicum, cum præſumat meliorem titulum de Mundo, & proindè non videtur excluſa à Concilio conſuetudo immemorabilis verbis illis: *Non obſtante quacumque conſuetudine:* Et interim, quo immemorabilis canonizetur per tres ſententias, debet manuteneri Epiſcopus, plenè Barboſa *ad Concilium Tridentinum citat. cap. 20. numer.* 85. Rota *deciſ.* 457. *numer.* 7. *coram Danoz. Jun.* & quamvis Rota *in Theatina Juriſdictionis*, cenſuiſſet poſſe ſuffragari quadragenariam cum titulo colorato *in deciſ. 41. & deciſ.* 57. poſt Tambur. tamen delata hujus articuli deciſione ad Sacram Congregationem Concilii, privativè Interpretem ejuſdem Concilii à Summis Pontificibus deſtinatam, reſolutum fuit, non ſuffragari quadrage-
nariam cum titulo colorato, recedendo à priori de- 3
ciſione *in deciſ.* 60. poſt eumdem Tambur. & retuli *cit. tom. 2. Conſtitut. 6.* Alexandri III. *ſect.* 2. Moverunt ſe Eminentiſſimi Patres, quia clara eſt mens Sacri Concilii Tridentini in his cauſis, in quibus concurrit arduitas materiæ Sacramenti, ſcilicèt Matrimonii, ſolùm Epiſcopale judicium interponi debere, juxta etiam Juris communis diſpoſitionem *capit. accedentibus de exceſſ. Prælat.* Fagnan. *cap. cit. dilectus numer. 25. & ſeqq. & cap. ex publico numer. 2. de converſione conjug.* Et licèt etiam conſuetudine legitima Jus cognoſcendi has cauſas obtinere inferior

Epiſcopo

Digitized by Google

Epiſcopo potuiſſet *ex cap. fin. de offic. Archid. capit.*
audiatis de præſcript. & notat *gloſ. ver.* dignitatis,
35 *& ver.* legitima *citato capite accedentibus*; tamen
Concilium ſubſtulit quamcumque Conſuetudinem, &
ſic etiam quadragenariam cum titulo colorato; im-
memorabilem verò non ſubſtuliſſe, tenendum eſt,
quia iſta præſumit adeſſe quemcumque titulum me-
liorem de Mundo, etſic privilegium Apoſtolicum;
& habet proindè vim potiùs tituli, quàm præſcri-
ptionis, *capit. ſuper quibuſdam §. præterea*, *ubi gloſ.*
ver. non extat *de verbor. ſignificat.* & ibi DD. *l.*
hoc Jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, *&c.*
Fagnan. *citato capit. cum contingat numer.* 6. & in-
fra denuò dicam; Unde ſicuti privilegio Apoſtolico
poteſt acquiri tale Jus cognoſcendi dictas cauſas, ita
etiam immemorabili; & ſicuti Concilium præſerva-
vit privilegium, ita præſervaſſe dicitur immemorabi-
lem, illud inducentem; Secùs autem in quadragena-
ria cum titulo colorato, quæ ſublata dicitur verbis
Concilii *non obſtante*, *quacumque conſuetudine*, & ſic
nullam voluit Fagnan. *cap. adhæc numer.* 34. *de Re-*
lig. Domibus, & in terminis cauſarum Matrimonia-
lium *citat. capite accedentibus numer.* 6. Immemora-
36 bilis enim importat titulum verum adeſſe, & ſubſi-
ſtentem; quadragenaria importat titulum coloratum
tantùm in ſe non ſubſiſtentem, ſed colore tantum
miniatum, nec quadragenaria poteſt æquiparari in
omnibus immemorabili per viam regulæ nam id,
quod acquiritur per primam, acquiritur per ſecun-
dam, non verò ſemper è contra, cum prima impor-
tet titulum in ſe non verum, licèt tale appareat,
ſecunda importat titulum legitimum, & in ſe vali-
dum, & quamvis in *capit. ultimo de præſcript. in 6.*
dicatur poſſe præſcribi contra Eccleſiam quadragena-
ria cum titulo putativo, vel per immemorabilem,
itaut videatur illa paria feciſſe; quia ex hoc argui
non poteſt, quod præſcriptibile per immemorabilem,
præſcribi poſſet per quadragenariam cum titulo, ſed
augmentativè dictum fuit *per immemorabilem*. His
ergo fundamentis Sacra Congregatio reſolvit quadra-
genariam cum titulo colorato non ſuffragari, pro
acquirenda Juriſdictione in cauſis Matrimonialibus,
ut innui *tom. 2. citato ſect. 2. Conſtitut. 6.* Alexan-
dri III. quia Juriſdictio in dictis cauſis fuit reſervata
Epiſcopis. Tranſit tamen ad Capitulum, Sede va-
cante *capit. veniens de eo duxit in Matrimon.* Pa-
vin. *de poteſt. capit. Sede vacante part. 1. quæſt. 10.*
numer. 8. Quaranta *in Summ. Bull. v. Capitulum*
quaſ. 5. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 84. *numer.* 4.
dummodò non ſit cauſa ſpecialiter commiſſa Epiſco-
po; ſed tantùm, quoad Ordinariam Juriſdictionem,
prout dicendum de Vicario Capitulari, poſſe proce-
dere in dictis cauſis ordinariis Epiſcopi Barboſa *ad*
cit. cap. 20. *numer.* 58. ubi reſolutio *Sacræ Congre-*
gationis Concilii 30. *Maii* 1602. Si verò agatur de
cauſa delegata Epiſcopo, vel ejus Vicario, ut ſunt
Commiſſiones diſpenſationum Matrimonialium, non
procedit Vicarius Capitularis, ſed ſolet per Sacram
Congregationem Epiſcoporum, & Regularium fie-
ri reſcriptum in ſupplici libello partium; Vi-
cario Capitulari pro executione; quo reſcripto
communicatur Juriſdictio procedendi dicto Vica-
rio.

37 Si tamen agatur de Prælatis tertiæ ſpeciei *Nullius*,
tunc non per viam præſcriptionis, ſed per viam com-
prehenſionis in eodem Jure verè *Nullius*, dicuntur
habere dictum Jus cognoſcendi cauſas Matrimonia-
les, quia habent Juriſdictionem in omnibus Juribus
Epiſcopalibus, & dicuntur Epiſcopi in iis, quæ pen-
dent à Juriſdictione, etiam Dignitatis Epiſcopalis,
præter poteſtatem Ordinis Fagnan. *cit. cap. accedenti-*
bus num. 28. *ad fin.* Barboſa *ad cit. cap.* 20. *Concilii*,
& declaravit pluries Sacra Congregatio Concilii, co-
gnitionem cauſarum Matrimonialium pertinere ad
hujuſmodi Prælatos verè *Nullius*, ut etiam retuli *cit.*
loco.

38 Sed an hujuſmodi Prælatis inferioribus habentibus
Juriſdictionem in cauſis Matrimonialibus, poſſint di-
rigi diſpenſationes Matrimoniales à Dataria? Et quo-
ad illos primæ, & ſecundæ ſpeciei, nullo modo com-
mittuntur; etſi aliàs ex conſuetudine immemorabili
haberent Jus cognoſcendi dictas cauſas, ut reſolvit
Sacra Congregatio apud Corrad. *in praxi diſpenſ.* 39
l. 7. capit. 4. numer. 59. & ſeqq. ubi de ſtylo etiam
Datariæ, ſed committuntur Officiali, ſeu Vicario
Epiſcopi, in cujus Diœceſi eſt locus exemptus, & in
Lamacen. Juriſdictionis 7. Auguſti 1649. Primo: An
diſpenſationes Matrimoniales, literæ informa ſignifi-
cavit, ac ſimiles debeant Abbatibus de quibus age-
batur, quoad eorum Subditos, committi, reſpondit
Sacra Congregatio *non poſſe*, & Abbates erant Ci-
ſtercienſes in Regno Portugalliæ habentes Subditos
Laicos, & dum fuiſſet dubitatum: An decretum præ-
fatum anni 1649 comprehenderet modernos Abbates
Ordinis Ciſtercienſis S. Mariæ de Salzedas, D. Joan-
nis de Tarracca, & D. Petri de Aguias in Regno
prædicto; propoſito dubio in dicta Congregatione,
reſcriptum fuit in dicta cauſa *die* 13. *Auguſti* 1707.
dilata, *& interim abſtineant*, *& die* 26. *Januarii*
1709. reſolutum fuit *Affirmativè* ſcilicet comprehen- 40
dere. Si autem agatur de Abbate verè Nullius, & ſic
de tertia ſpecie, committi ſolent iis dictæ literæ Apo-
ſtolicæ, *Sac. Congr. Concilii in Meſſanen.* 20. *Februa-*
rii 1611. *& in Romandiola Nullius* 25. *Julii* 1599.
ac in una Prioratus de Veles Ordinis S. Jacobi apud
Corrad. cit. numer. 60. ubi addit aliam in *Toleta-*
na: Congregatio cenſuit, *priùs coram Domino Data-*
rio eſſe docendum, *Priorem* (prædictum de Veles)
habere qualitates requiſitas (nempè Nullius Diœce-
ſis, & Epiſcopalem Juriſdictionem) *ut ipſi diſpenſa-*
tiones Matrimoniales committi poſſint; vel eſſe in qua-
ſi poſſeſſione, *ut prædictæ diſpenſationes eidem com-*
mittantur; & ſic committi ſolere dictis Prælatis ve-
rè *Nullius*, non autem primæ, & ſecundæ ſpeciei
ait Corrad. *citat. numer.* 59. *& ſeqq.* ubi recenſentur
Prælati inferiores, quibus ſolet id committi per Da-
tariam, & apud Fagnan. *cit. cap. accedentibus de ex-*
ceſſ. Prælat. num. 30. 36. 37. *&* 46. Roſa *de execut. litt.*
Apoſt. part. 1. *cap.* 3. *num.* 34. Garzia *de benef. part.* 9.
cap. 2. *num.* 142. *& ſeqq.* Barboſ. *ad Concilium cap.* 5. *ſeſſ.*
22. *num.* 2. *de reform.* Rota *deciſ.* 346. *num.* 7. *coram Coc-*
cino, *& deciſ.* 1052. *coram Seraphino*. Imò in privi-
legio conceſſo Abbati Montis Caſſini à Sixto Papa
V. & Urbano VIII. fuit expreſſa inter alias facultas,
Commiſſiones gratiarum, tam juſtitiam, quàm gra-
tiam, etiam quoad diſpenſationes Matrimoniales con-
cernentes, Abbati Monaſterii Caſſinenſis, ſive ſub Vi-
cario Generali pro tempore directarum, debitæ exe-
cutioni demandandi, ut refertur in noviſſima Con-
ſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri confirmatoria
privilegiorum Abbatis prædicti, & ſuper aliis, ema-
nata *pridie nonas Auguſti* 1725. incip. *Quod inſcru-*
tabilis.

Nequeunt tamen dirigi tales Commiſſiones, Vi- 41
cariis hujuſmodi Prælatorum *Nullius*, ut ex rationi-
bus, ac ſtylo refert Corrad. *cit. num.* 57. prout com-
mittuntur Vicariis Epiſcoporum, cum Officiales iſto-
rum dicantur habere Dignitatem. *Gloſ. in Clem. etſi*
principales v. Epiſcopali de reſcriptis; Vicarii enim
Epiſcoporum ſunt Vicarii eorum, præcelſa Dignita-
te, & Epiſcopali charactere inſignitorum, ſed Vica-
rii Abbatum vices gerunt Abbatum, qui non dicun-
tur habere præcelſam dignitatem. At in hoc deferen-
dum etiam eſt alicui ſpeciali privilegio, ut ſupra re-
tuli de Vicario Abbatis Caſſinenſis, quod erit atten-
dendum.

Ad rem quoque videndum eſt, an hujuſmodi Præ- 42
lati inferiores poſſint diſpenſare in omiſſione denun-
ciationum Matrimonialium, cum hæc diſpenſatio,
juſta cauſa interveniente, dari poſſit ab Epiſcopis,
vel in omnibus, vel aliquibus denunciationibus. Gra-
tian. *diſcept.* 83. *numer.* 25. *& ſeq.* Barboſa *de poteſtat.*
Epiſc. alleg. 32. *numer.* 40. *& ſequentibus*. Et quoad
primæ, ac ſecundæ ſpeciei, Prælatos, videtur, non

poſſe

Digitized by Google

poſſe diſpenſare; neque in parte, neque in totum,
ſed id ſpectare ad Epiſcopum, etſi ratione præſcri-
ptionis haberent jus cognoſcendi cauſas matrimonia-
les. Franciſcus Leo *in theſaur. for. Eccleſ. par. 2. ca-
pit. 24. numer.* 55. Hurtado *de matr. diſp.* 5. *diſt.* 19.
numer. 63. Garzias *de benef. par.* 5. *cap.* 8. *numer.* 56.
ac declaratum fuit ex oraculo Papæ Humiliter quæ-
ritur; An Commendatarius Abbatiæ, qui Juriſdictio-
nem temporalem, & ſpiritualem habet in ſubditos,
poſſit concedere licentiam omittendi omnes publica-
tiones in matrimoniis contrahendis, quæ omnia vi-
dentur Epiſcoporum poteſtati tantùm reſervata, San-
ctiſſimus reſpondit; *Non poſſe*, *tom.* 3. *decret. Con-
greg. Concil. fol.* 42., *& eadem Congregatio Con-
cilii declaravit; quoad Abbatem S. Zeni in Veronen.
etſi haberet Jura Epiſcopalia tom.* 1. *decret. fol.* 170.
& in Salamantina tom. 6. *fol.* 35. ibi: *Remiſſionem
denunciationum, quæ Ordinariis per Concilium com-
mittitur, ad Epiſcopum tantùm ſpectare*; Imò etſi
haberent jus cognoſcendi cauſas prædictas matrimo-
niales *in Salernitana* 5. *Junii* 1597. *tom.* 9. *decret.
fol.* 19. *Virdunen. tom.* 10. *decret. fol.* 26. *& alia
tom.* 11. *fol.* 88. ibi contra Prælatos etiam exem-
ptos.

43 Sed quoad Prælatos tertiæ ſpeciei, verè nempè
Nullius, etſi juxta tenorem aliquarum ex illis decla-
rationibus, procedentibus in exemptis, videatur id
non eſſe permiſſum prædictis tertiæ ſpeciei Prælatis,
& clariùs in declaratione *Nullius Farfen.* apud Fa-
gnan. *in cap. cum inhibitio de clandeſt. deſponſ. num.* 9.
Pontium *de matrim. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 13. ex quo
dicunt carere dicta facultate Abbatem Farfenſem;
prout declaratum fuit *Anno* 1573. à Gregorio XIII.,
quia Ordinarius non eſt, & deinde conceſſam fuiſſe
Cardinali Farneſio Commendatario, ſed uti perſona-
lem extinctam extitiſſe; Verùm cum dictus Abbas
Farfenſis ſit in propria qualitate *Nullius*, cum Ter-
ritorio ſeparato, & ſic in dicta tertia ſpecie, conſti-
tutus, ceſſat ratio per dictum Gregorium indicata
*non habere Abbatem Farfen. dictam poteſtatem, quia
Ordinarius non eſt*. Nam verè talis eſt; & proinde
dictam declarationem non habuiſſe locum, refert
Diana in antiquis *par.* 11. *tract.* 3. *miſcell. reſol.* 35.

44 §. *Verùm*. Sed ſublata fuit quæcumque difficultas ex
reſolutione *Sacræ Congregationis Concilii in Nullius
Baren.* 2. *Martii* 1624. *approbata per Papam* ibi —
*Sacra Congregatio cenſuit referendum Sanctiſſimo Do-
mino Noſtro, quod Congregatio declaravit Prælatos
Inferiores Nullius Diœceſis, proprium Territorium,
ac Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, poſſe
legitimis ex cauſis denunciationes matrimoniales re-
mittere. Tom.* 12. *decret. pag.* 163. *à tergo*, & Papa
hoc idem declaravit, ſequendo Sententiam Congre-
45 gationis: hinc etſi DD. citati apud Dian. *dict. reſol.*
35. Sanchez *de Matrim. tom.* 1. *diſp.* 7. *lib.* 3. *num.*
10. *&* 11. Gutier. *lib.* 1. *quæſt. Canon. cap.* 19. *num.*
15. Pignatell. *conſult.* 30. *numer.* 5. *& ſeq. tom.* 10.
doceant Prælatos vere Nullius tertiæ ſpeciei habere
dictas facultates diſpenſandi, reſpondent tamen, ad
citatam reſolutionem Farfen. Anno 1573. eam non
eſſe in uſu; quæ reſponſio tuta non eſt; Sed potiùs
talis DD. aſſertio fundari debet in citata reſolutione
Papæ *Anno* 1624. Proindè in Synodo Diœceſana
Farfen. Anno 1686. *cap.* 14. *de Sacram. Matrim.
numer.* 3. *&* 11. reſervata fuit eadem facultas eidem
Abbati Commendatario, & denegata Vicario ejuſ-
dem, & ſic ſupponitur facultas in Abbate; Sanchez
cit. num. 13. Guttierez *cit. num.* 15. & dictam facul-
tatem in Abbate præſuppoſuit *Sac. Congr. Concilii in
Farfen. Matrimonii* 15. *Januarii &* 26. *Martii* 1707.,
46 prout potuiſſe Vicarium Farfen. diſpenſare, nedum
in denunciationibus (niſi fuiſſet reſervata talis facul-
tas in Synodo ipſi Cardinali Abbati) imò etiam, &
concedere facultatem alicui Sacerdoti, non proprio
Parocho, aſſiſtendi in Matrimoniis, prout competit
Vicariis hujuſmodi Abbatiæ verè Nullius, & ipſis
Abbatibus. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *tom.* 1. *diſp.* 7.
numer. 10. *&* 11. *& diſp.* 29. *numer.* 15. *&* 16. Diana
par. 11. *tract.* 3. *miſcell. reſol.* 35. §. *hinc notandum*.
Tancred. *de matrim. diſp.* 29. *infra nu.* 9. Guttierez *Can.
quæſt. cap.* 19. *num.* 15. *& Congr. Concil. Nullius Carpen.*
20. *Januarii* 1680.

Quoad cauſas Criminales, ex diſpoſitione Conci- 47
lii Tridentini fuit quoque adempta facultas eas co-
gnoſcendi *in ſeſſ.* 24. *cap.* 20. quibuſcumque Prælatis
Inferioribus, ſoliſque Epiſcopis reſervata, non obſtan-
tibus privilegiis, Indultis, Concordiis, quæ ſuos,
tantùm auctores teneant, ac aliis Conſuetudinibus
quibuſcumque, quàm Clauſulam *in fine dicti cap.* 20.
quoad omnia ibi contenta, expreſsè appoſitam fuiſſe,
indicavit Concilium, ut ſupra notavi: ac procedunt 48
in his cauſis Criminalibus dicta, quoad cauſas Ma-
trimoniales; fuiſſe nempè ſublatam præſcriptionem
quadragenariam cum titulo colorato; nam etſi ante
Concilium potuiſſet hæc Juriſdictio præſcribi *cit. cap.
Auditis de præſcript.* ubi Fagnan. & Canoniſtæ, ac
idem Fagnan. *in cap. Accedentibus numer.* 36. *de ex-
ceſſ. Prælat.* Tamen poſt Concilium dicitur ſublata
quæcumque Conſuetudo, & ſic Prælati Inferiores pri-
mæ, & ſecundæ ſpeciei nequeunt tueri conſuetudine
quadragenaria prædicta, ac declaravit Sacra Congre-
gatio Concilii pluries ut *in Theatina Anno* 1614.
relata in deciſ. 260. *&* 872. *coram Coccino*, in qui-
bus receſſum fuit ob dictam declarationem *à deciſ.*
706. in qua firmaverat ſufficere quadragenariam cum
titulo colorato, & eadem, Rota *in Theatina Juriſ-
dictionis* 18. *Februarii* 1707. *&* 14. *Maii* 1708. *co-
ram Cardinali Scotto*. Sola tamen præſcriptione im-
memorabili præſervata, quæ ſublata non dicitur,
cum importet privilegium Apoſtolicum, ut ſupra di-
xi. Sed ſi agatur de tertia ſpecie hujuſmodi Prælato- 49
rum, habentium verum Territorium ſeparatum, &
qualitatem Nullius, tunc per viam comprehenſionis
habent ipſi quidem hanc Juriſdictionem cauſarum
Criminalium, ut ſupra dixi de Matrimonialibus: &
Sacra Congregatio Concilii benè diſtinxit; *Si Ora-
tor ſit iſtius Diœceſis, non autem Nullius, Decreto
Tridentini Concilii cap.* 20. §. *ad hæc ſeſſ.* 24. *adem-
pta, & amplitudini tuæ* (ſcilicèt Epiſcopo) *tributa
eſt Juriſdictio, quoad Cauſas Criminales, & Matri-
moniales, quæ illi ante Concilium competebant, niſi
ab immemorabili tempore hanc Juriſdictionem exer- 50
cuiſſet, tunc enim minimè eſſe ſublatam ſæpius reſ-
ponderunt Illuſtriſſimi P. P. Concilii Interpretes,
adiicientes quod interim, donec hujuſmodi Immemora-
bilis conſuetudo, legitimè per tres conformes ſenten-
tias, ab Inferioribus Epiſcopo probata fuerit, Epiſco-
pus ſolus deberet eam exercere tom.* 109. *Infor. Con-
gregationis pagina* 100. *& in Aquilana Abbatia de
Luculo ſupra citata* 4. *Maii* 1613. *eod. tom.* 109. *pag.*
35. etſi ille haberet Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem
in loco, tamen quia non habebat Territorium ſepa-
ratum à Diœceſi Aquilæ, cenſuit Sac. Congreg. *non
poſſe cognoſcere cauſas Criminales: & in Salernita-
na* 14. *Maii* 1615. idem reſolvit, adiiciendo ſuffice-
re etiam unam ſententiam in judicatum tranſactam,
tom. 109. *quod etiam dixit* Barboſa *ad cit. cap.* 20. *Con-
cil. num.* 83.

Succedit alius actus, qui juxta Concilii prædicti 51
diſpoſitionem, nequit ab Inferiori Prælato præſcribi,
ſed pertinet privativè ad Epiſcopum, ſcilicèt facul-
tas abſolvendi, ſeu adminiſtrandi Sacramentum pœ-
nitentiæ laicis perſonis, & Clericis, ac Presbyteris
ſæcularibus, ſoliſque Parochus abſque alia licentia
poteſt id agere, *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reform.* in qua
derogatur nedum privilegiis Apoſtolicis, & cuicum-
que conſuetudini, ac proinde quadragenariæ, etiam
cum titulo colorato, ut ſupra dixi in aliis; ſed præ-
cisè derogatur etiam conſuetudini immemorabili, ut
ex literali iſta diſpoſitione Concilii dixit Sac. Con-
greg. ejus interpres *in Theatina Anno* 1612. *contra
Abbatem S. Joannis in Venere, & in altera Thea-
tina* 26. *Septembris* 1615. *& in Sublacen. Juriſdi-
ctionis* 10. *Octobris* 1676. *& in Beneventana Juriſ-*
dictio-

dictionis 4. Septembris 1677. *& in Burgi S. Sepulchri Juriſdictionis 9. Septembris* 1679. *& in Tornacen. Congreg. declaravit, Epiſcopo præfato licere, Sacerdotem ad ſæcularium confeſſiones audiendas, approbare, non obſtante contraria conſuetudine Immemorabili, tom.* 11. *decret. fol.* 29. Et in altera *in regeſtro Sacræ Congregationis tom.* 56. *Poſitionum fol.* 836. dubitatum fuit; an ad Canonicos exemptos ex privilegio, & Concordia, non tamen certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione confirmatis, ſpectet facultas approbandi Sacerdotes ad Confeſſiones audiendas in Eccleſiis, in quibus Juriſdictionem habere prætendunt; nec non in iiſdem Eccleſiis certorum caſuum abſolutionem ſibi ipſis reſervare, & aliis ab illis abſolvendi facultatem concedere. *Sac. Congreg.* cenſuit; *hæc omnia ad ſolum Epiſcopum pertinere*, & ita docent *DD.* ut id ſoli Epiſcopo competat, non obſtante conſuetudine, etiam Immemorabili, vel privilegiis quibuſcumque; ac pendente probatione Immemorabili ſuper qualitate verè Nullius, per tres ſententias, vel per unam, à qua non fuit appellatum, canonizanda, manutenendum eſſe Epiſcopum, & non Prælatum inferiorem Barboſa *ad cit. cap.* 15. *num.* 23. Pignatel. *conſult.* 26. *num.* 25. *tom.* 2. Rota *coram Zarat. deciſ.* 10. *numer.* 19. *& coram Dunoz. Jun. deciſ.* 457. *num.* 8. *& in Theatina Juriſdictionis* 14. *Decembris* 1708. §. *pari coram Cardinali Scotto, & in Valven. ſeu Sulmonen. Juriſdictionis ſuper manutentione* 2. *Julii* 1714. §. *probata, & ſequenti coram Cardin. Falconerio.*

52 Hæc autem facultas in Epiſcopis, nedum reſpicit approbationem circa doctrinam; ſed etiam licentiam, & facultatem audiendi confeſſiones, concedendam, & reſpectivè petendam à Confeſſariis. *Sacra Congregatio Concilii in Calaguritana* cenſuit: *licentiam audiendi confeſſiones petendam eſſe ab Epiſcopo, & ab eo approbationem obtinendam tom.* 2. *decret. fol.* 133. *& in Baren. Confeſſarios Eccleſiæ S. Nicolai tam Laycorum, quam Clericorum, ac Presbyterorum oportere priùs approbari ab Archiepiſcopo, juxta cap.* 15. *ſeſſ.* 23. *& in Virdunen. id ſpectare ad Epiſcopum, non autem ad alios inferiores tom.* 11. *decret. fol.* 26.

53 Dictum fuit ſuprà, approbationem ad audiendas Sæcularium perſonarum confeſſiones ſpectare ad Epiſcopum; quia reſpectu Regularium, habent eorum Superiores facultatem audiendi illorum confeſſiones; ac aliis Regularibus eam communicandi, & ideò *Concil. cit. cap.* 15. proceſſit literaliter circa adminiſtrandum Sacramentum pœnitentiæ Sæcularibus. Hinc Sacra Congregatio Concilii declaravit. Primò; Utrum Prælati Religioſorum, quales ſunt Generales, Provinciales, Viſitatores, Priores, Guardiani, & Abbates in Ordine S. Benedicti, & S. Bernardi, pari Jure cenſeantur cum Parochis, ſeu Rectoribus Eccleſiarum, quibus Concilium Tridentinum (quia Curam animarum habent) concedit liberam adminiſtrationem Sacramentorum, abſque obligatione, quòd ſe ſubiiciant examini Epiſcoporum; cùm ſupradicti Prælati habeant etiam Curam animarum, & majorem Juriſdictionem, quàm Parochi Eccleſiarum; cùm poſſint excommunicare ſibi Subditos, reſervare ſibi caſus, commutare illos, & concedere Subditis facultatem eligendi Confeſſarios. Ad primum Congregatio Concilii reſpondit: *Pari Jure conſeri reſpectu ſuorum Subditorum Regularium, quoad alios non, tom.* 4. *Decret. fol.* 193. & addit. Circa perſonas Sæculares, quod nec Prælati Regulares, habentes quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem, reſpectivè in ſuis Diſtrictibus, & Conventibus, audire, nec impartiri licentiam aliis, audiendi illorum confeſſiones Sacramentales, abſque Epiſcopi approbatione valeant, nec etiam eorum, qui eos eligant in Confeſſarios virtute Bullæ Cruciatæ, *tom.* 4. *Decret. fol.* 193. Verùm
54 dicta facultas Regularium circa ſuos Subditos Regulares, ſe extendit etiam in ſervientes, continuos commenſales, & in Clauſtris ſub Obedientia illorum tantùm, non autem alios ſervientes. Suarez *tom.* 4. *diſp.* 28. *ſect.* 4. *numer.* 21. Rodriquez *in explic. Bullæ Cruciatæ* §. 9. *dub.* 1. *numer.* 4. Diana *part.* 2. *tract.* 26. *reſol.* 86. *caſ.* 5. Mendo *in Bull. Cruciatæ diſp.* 22. *cap.* 7. *numer.* 3. Leand. *quæſt. moral. tom.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 9. *quæſt.* 62. *& Sacra Congregatio Concilii dub.* 3. Utrum Prælati Regulares Religioſorum, & Confeſſarii per eos electi, poſſint ſaltem audire confeſſiones famulorum ſuorum Monaſteriorum, ſine licentia Epiſcoporum, in quorum Diœceſibus, exiſtunt; quia quamvis Religio Carthuſianorum, & aliæ Religiones circa hoc habeant Privilegia à Sede Apoſtolica conceſſa, credunt nonnulli ea eſſe revocata per *Concilium Tridentinum ſeſſ.* 25. *cap.* 11. per quod hujuſmodi Familiares, & Famuli eximi videntur à Juriſdictione Epiſcoporum, quantum ad adminiſtrationem Sacramentorum in Conventibus, ſeu Monaſteriis non habentibus Eccleſias Parochiales, & ideò dubitatur, an idem ne cenſendum in Monaſteriis non habentibus Parochiales Eccleſias. Congregatio ad 3. cenſuit *audire poſſe confeſſiones Sæcularium, qui ſunt de ſtantia, & continui commenſales; non tamen eorum, qui deſerviunt in eorum Monaſteriis, tom.* 4. *Decret. fol.* 193. Itaut ſi habeant Eccleſias Parochiales, vel ipſius Monaſterii, vel ei annexas, nequeunt excedere facultatem iſtam, quoad Laicos exiſtentes ſub dicta Parochia; etſi per ipſos, vel per Deputatos ab eis exerceatur Cura animarum, ſed requiritur licentia Epiſcopi. Henriquez *lib.* 7. *de Indulg. cap.* 12. *lit.* K. Leand. *quæſt. moral. tit.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 9. *quæſt.* 64. Fagund. *in* 2. *præcept. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 39. *&* 40. & in Congregatione Concilii, cùm relatum fuiſſet, quòd Monaſterium S. Mariæ Civitatis de Naxera Ordinis S. Benedicti Diœceſis Calaguritanæ habeat multas Eccleſias annexas, quarum ſervitores Sæcularium confeſſiones audire audent, abſque eo quod Parochiale Beneficium habeant, aut ab Epiſcopo idonei judicentur, & approbentur, ſupplicavit Epiſcopus Calaguritanus declarari, an ſtante *cap.* 15. *ſeſſ.* 23. *Concil. Trident.* prædicti ſervitores ſint idonei ad audiendas tales confeſſiones, antequam ab Epiſcopo approbentur, Sacra Congregatio cenſuit, *non eſſe idoneos, tom.* 4. *Decret. fol.* 261.

Circa iſtud tamen examen, ac approbationem Re- 55
gularium ad audiendas confeſſiones Sæcularium, peragendam, adeſt *Conſtitut.* S. Pii V. *tom.* 2. *Conſtitut.* 133. in qua Sanctus ille Pontifex hoc idem prohibuit etiam Regularibus, Lectoribus etiam, ac in Theologia graduatis, itaut requiratur approbatio Ordinarii, pro audiendis confeſſionibus Sæcularium; quam Conſtitutionem Gregorius XIII. reduxit ad terminos Juris communis, & Concilii Tridentini, *Conſtitut.* 9. *tom.* 2. *Bullarii*, & Clemen. VIII. *Conſtitut.* 115. §. 9. ubi de abſolvendo à peccatis Confratres per Confeſſarios, qui ſint approbati ab Ordinariis, & Urbanus VIII. *Conſtitut.* 92. *tom.* 4. *Bullarii*, revocavit indulta, & privilegia omnium, etiam per modum communicationis conceſſa, Militiis, Hoſpitalibus, Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus quibuſcumque, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, aliiſque Locis Piis, & dictis perſonis, audiendi confeſſiones Sæcularium, abſque Ordinarii examine, & approbatione, *& in Conſtitut.* Gregorii XV. *incip. Inſcrutabilis* 18. *tom.* 3. *Bullar.* quòd omnes Confeſſarii tam Ordinarii, quàm Extraordinarii Monialium exemptarum, etiam Regularibus ſubjectarum, approbari debeant ab Ordinario, & Clemens X. *Conſtitut. incip. Superna la* 7. & quoad modum examinis, & approbationis; ut neceſſaria ſit ſola approbatio Epiſcopi, quoad Regulares Sæcularium confeſſiones audientes ex licentia Superiorum Regularium.

Quæ tamen retuli, ut non liceat Prælatis inferio- 56
ribus concedere dictam licentiam audiendi confeſſiones

Digitized by Google

nes perſonarum Sæcularium, ſed ſpectare ad Epiſcopum, procedunt in primæ, & ſecundæ ſpeciei Prælatis, non autem in tertia ſpecie Prælatorum verè *Nullius*, cum vero Territorio ſeparato; quia ut pluries dixi hujuſmodi Prælati ſunt Epiſcopi, quoad Juriſdictionem, ac conſiderantur, uti veri Diœceſani in eorum Territorio, & in Nullius Diœceſi exiſtentes: hinc Sacra Congregatio Concilii dubio: An Concilium Tridentinum, quotieſcumque mandat aliquod fieri per Epiſcopum, det ei Juriſdictionem in exemptos, & illorum Subditos, tàm exiſtentes intra fines ejus Diœceſis, quàm extra; ſicque cùm decreverit *in cap.* 15. *ſeſſ.* 23. ut nullus Presbyter, etiam Regularis poſſit confeſſiones Sæcularium, etiam Sacerdotum, audire, niſi ad id idoneus ab Epiſcopo judicetur, comprehendat etiam Subditos exemptorum, Sacra Congregatio cenſuit *comprehendere, dummodo tamen ſint in ſua Diœceſi tom.* 1. *Decret. fol.* 119. *& ſub die* 14. *Januarii* 1634. Ad primum reſpondit: *Approbationem Sacerdotum ad audiendas confeſſiones ad Archiepiſcopum Firmanum, ſeu ad Epiſcopum Montis Alti, in quorum Diœceſibus ſitæ ſunt Eccleſiæ, pertinere*. Ad ſecundum: *Eminentiſſimum Commendatarium, ſeu ejus Vicarium Generalem poſſe Sacerdotibus ab eo, ad audiendas confeſſiones approbatis licentiam abſolvendi à caſibus, in Synodo Farſenſis ſibi reſervatis, concedere in Territorio Abbatiæ Farfenſis tom.* 13. *Decret. fol.* 22. ac ita etiam dicunt Doctores, ut Prælatus verè *Nullius* approbet Confeſſarios. Barboſa *ad Concil. cit. cap.* 15. *numer.* 25. *& de poteſtate Epiſcoporum alleg.* 25. *numer.* 9. Pignatell. *tom.* 7. *conſult.* 8. *numer.* 95. Tambur. *de Jur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 11. *numer.* 1. *&* 2. Rota *deciſ.* 988. *numer.* 4. *coram Dunoz. Jun. & in Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis* 7. *Junii* 1700. §. *hacque coram Muto, & in Theatina Juriſdictionis* 14. *Maii* 1708. §. *ponderabant coram Domino Cardinali Scotto*, ex ſæpedicta ratione, quòd tales Prælati verè Nullius habeantur tamquam Epiſcopi Diœceſani; itaut poſito privilegio, & probatione veræ qualitatis *Nullius*, conſequutivè habent hæc omnia, cùm de illis Concilium non loquatur, ſed de inferioribus exiſtentibus in Diœceſi Epiſcopi; Si verò deberet probari qualitas verè *Nullius* per immemorabilem, debet manuteneri Epiſcopus donec, & quouſque per tres ſententias, vel per rem judicatam, fuerit firmata qualitas verè *Nullius* ex dicta immemorabili, ut ſupradixi, & inferiùs denuò referam.

57 Succedit ulteriùs alius actus, quem præſcribere nequeunt Prælati inferiores, nempè concedendi licentias Concionandi ex Sac. Concil. Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. *de reform.* ubi dicitur, munus prædicandi præcipuum eſſe Epiſcoporum, quod per ſe, vel per alios, de ejus licentia exerceri debet; & nullus Sæcularis, ſivè Regularis, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare præſumat. Cùm enim tota Diœceſis ſit Parochia Epiſcopi, Oves ejus, populi ſcilicèt, ab eo, pabulo verbi Dei, vel ab eo approbatis Viris probis, ac doctis nutriri debent, ne Zizania errorum, & Hæreſum diſſeminetur; Et Congregatio Concilii in *Calaguritana* cenſuit, *debere obtineri licentiam ab Epiſcopo, quoad concionare volentes in Eccleſiis ſubjectis Abbati Monaſterii S. Mariæ Regalis dictæ Civitatis; qui Ordinarius in ea exiſtit, Ordinariam in Rectorem, Beneficiatos, atque Clericos Juriſdictionem exercet, & ab Abbate, Epiſcopo offerendos tom.* 2. *Decret. pag.* 260. *& in Mileten. in Oppido Doſi Nullius Diœceſis*. Ad quartum: *Requiri Epiſcopi approbationem, quoad Concionatores tom.* 4. *pag.* 259. Cardin. de Luca *de Juriſd. diſc.* 21. *numer.* 29. *in fin.* Rota *deciſ.*
58 45. *&* 46. *numer.* 1. poſt Tambur. *de Jur. Abbat.* Quod tamen non procedit in Abbatibus Tertiæ ſpeciei, ſcilicèt habentibus veram qualitatem Nullius Territorii ſeparati, ut in *citata deciſ.* poſt Tamburin. & declaravit *Sacra Congregatio Concilii in Vulturarienſi inter Epiſcopum Vulturarienſem, & Priorem Baruli Religionis Hieroſolymitanæ*, ac cenſuit utraque Parte informante: *Epiſcopo Vulturarienſi competere Jus approbandi Confeſſarios in Eccleſia Prioratus Religionis Hieroſolymitanæ, necnon benedicendi, & reſpectivè licentiam impartiendi Prædicatoribus in iiſdem Eccleſiis concionandi, donec conſtiterit per rem Judicatam, dictum Prioratum eſſe Nullius, & habere Territorium ſeparatum cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali*, apud Pignatell. *conſ.* 26. *numer.* 25. *tom.* 2. *& ſequitur* Rota *in Theatina Juriſdictionis* 14. *Maii* 1714. §. *Ponderabant coram domino Cardinali Scotto*, & pleniùs *in eadem* 18. *Februarii* 1707. §. *ultimo, &* 14. *Decembris* 1708. §. *pari difficultate coram eodem, & in Valven. ſeu Sulmonen. Juriſdictionis ſuper manutentione* 2. *Julii* 1714. §. *quo verò coram domino Cardinali Falconerio*, & etiam priùs *in Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 15. *Martii* 1692. *Molines*, quæ eſt *deciſ.* 20. *num.* 22. poſt Card. de Luca *de Juriſd.*

Sed numquid ſuffragari poſſit præſcriptio imme- 59
morabilis, dubitavit Rota, ex eo quia Concilium in hoc non derogavit dictæ conſuetudini, *in dicta Theatina* 14. *Maii* 1708. §. *inſiſtentia coram domino Cardinali Scotto*. Sed deindè ſuppoſuit non ſuffragari immemorabilem in ſequenti deciſione ejuſdem cauſæ 14. *Decembris* 1708. §. *pari difficultate coram eodem*, & ſequuta fuit Rota *in Valven. ſeu Sulmonen. Juriſdictionis ſuper manutentione* 2. *Julii* 1714. §. *quo ve-*
ro coram domino Cardinali Falconerio, ex ea ratio- 60
ne, quia cum talis actus reſpiciat Curam animarum, reſidentem penes Epiſcopum reſpectu ſuarum Ovium, non eſt acquiſibile ab alio tale Jus; niſi conſtituatur Territorium verè ſeparatum; quo caſu ſolo conſequenter remanet talis Prælatus, *Nullius*, loco Epiſcopi, nec conſideratur amplius locus de Epiſcopi Diœceſi, ut reſolvit *Sacra Congregatio in cit. Vulturarienſi*.

Hinc, quoad iſtum actum, ac alios approbandi 61
Confeſſarios, & concedendi Dimiſſorias pari paſſu Sacra Congregatio Concilii procedit, ut interim, quo cauſa decidatur ſuper Territorio verè ſeparato, Epiſcopus debeat manuteneri, non attento caſu immemorabilis poſſeſſionis, ſed tantùm requiri veram qualitatem Nullius, ut in *cit. deciſ.* 45. *&* 46. poſt Tambur. ubi refertur reſolutio Sacræ Congregationis; & noviſſimè ab eadem *Sacra Congregatione in Theatina Juriſdictionis* 19. *Auguſti* 1702. cum fuerit remiſſa cognitio cauſæ ad Rotam, etiam quoad poſſeſſorium ſuper prætenſo Territorio ſeparato Præpoſiti Atiſſæ dixit, *ut interim abſtineat Præpoſitus à concedendis licentiis concionandi, dimiſſoriis, & approbandi Confeſſarios*. Unde conſtat, eodem Jure
proceſſiſſe Sacram Congregationem in tribus dictis 62
actibus; & certè in approbatione Confeſſariorum, ut ſupra dixi, & dimiſſoriis concedendis, ut infra dicam, ſicuti non ſuffragatur immemorabilis, ſic neque in iſto actu concedendi licentiam Concionatoribus, prout non juvat quadragenaria cum titulo; ſed ſolùm qualitas verè Nullius, ſi concurrat; tuncque hujuſmodi actus ex comprehenſione, non ex præſcriptione habet locum, & verè Concilium *in cit. cap.* viderur, mentem ſuam expreſſiſſe; ut nullus omninò prædicet Verbum Dei, contradicente Epiſcopo; cùm nequeat dari præſcriptio ulla in eo, quod eſt contra bonos mores, & rectum Gubernium animarum *cap. conſuetudinem de conſuetudine in* 6. *cap. conſuetudines eodem tit. lib.* 1. *Decretal.* ubi Fagnan. *num.*
5. Quoad verò Regulares in Eccleſiis ſuorum Ordi- 63
num prædicare volentes, ſufficere benedictionem Epiſcopi, ſtatuit idem Concilium *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de reform.* In Eccleſiis autem alienis requiri licentiam Epiſcopi, *ex cit. Concil. cap.* 4. *ſeſſ.* 24. *de reform.* & videſt *Conſtitut.* Gregorii XV. *cit. Inſcrutabilis*, & Clem. X. *cit. Superna*, Barboſ. *cit. cap.* 2. *&* 24. *Concilii, & de poteſt. Epiſc. alleg.* 76. *num.* 17. *& ſeqq.* Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 24. *num.* 82.

Conce-

64 Concedi ſolent pro rebus deperditis , ac occultis revelandis , monitoriales , ſub pœna excommunicationis , per Ordinarios , & eſt alius actus , qui prohibetur in Concilio Prælatis Inferioribus , ac reſervatur ſoli Epiſcopo *cap. 3. ſeſſ. 25. de reform.* ibi *à nemine prorſus concedantur præterquam ab Epiſcopo* ; ſicque verbis tam limitatis nulla præſcriptio ſuffragari poteſt , ut Prælati Inferiores id concedant , & cùm ſit reſervatum ipſi dignitati Epiſcopali , neque primæ , neque ſecundæ ſpeciei Prælati , neque Prælati Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum , neque etiam Prælati Tertiæ ſpeciei , nempè *Nullius* in vera , & propria qualitate , poſſunt dictas monitoriales concedere . Barb. *cit. cap. Concilii num. 3. & 8. & de poteſt. Epiſc. alleg. 96. n. 12.* Garzias *de Benef. part. 5. cap. 8. num. 95.* Franc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. part. 3. cap. 38. num. 18. & 19.* Campanil. *in diverſ. Jur. rubr. 11. cap. 15. num. 107.* Rota *deciſ. 263. num. 5. cor. Mantica , & pluries declaravit . Sac. Congreg. Concil. in Veronen.* quoad Abbatem S. Zeni exemptum , & habentem Jura quaſi Epiſcopalia intra fines Diœceſis Veronenſis, cenſuit *non poſſe , ſed hanc facultatem ſoli Epiſcopo datam eſſe , tom. 1. Decret. fol. 170. & in Aquilana : Solum Epiſcopum poſſe exercere hanc poteſtatem , nullum autem Inferiorum , tom. 1. Decret. fol.* 81. Itaut teneantur Parochi exempti , & Subditi Prælato Inferiori primæ tamen , & ſecundæ ſpeciei publicare Monitoria ab Epiſcopo conceſſa, *& in Squillacenſi* ibi *Abbas , & Monaſterium S. Stephani Ordinis Carthuſienſis in Diœceſi Squillacen. habens prætenſa privilegia, & Jura Epiſcopalia & collationem quarumquam Parochialium Eccleſiarum in quadam parte dictæ Diœceſis exiſtentium ; an quoad literas Monitoriales concedere pro rebus deperditis , nec non fulminatio Cenſurarum ad effectum revelationis , pertineat ad ſolum Epiſcopum ex Concilio Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. Rectores dd. Eccleſiarum teneantur etiam abſque licentia dicti Abbatis Monitoria hujuſmodi generalia publicare , & poſt debitas monitiones , cenſuras realiter fulminare , Sacra Congregatio* Cenſuit ; *Ita teneri , & nulla opus eſſe licentia Abbatis tom. 1. Decr. fol. 165. & in Portugallien. Juriſdictionis* ; Propoſitis
65 dubiis . An diſpenſationes Matrimoniales , & literæ in forma ſignificavit , & ſimiles debeant à Dataria Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis S. Benedicti dicti Regni quoad eorum Subditos committi ? *die 7. Auguſt. 1649. Cenſuit negativè* ; Et propoſito dubio *in Lamacen. Juriſdictionis* . An dictum decretum comprehendat modernos Abbates Ordinis Ciſtercienſis S. Mariæ de Salſedo . S. Joannis de Thoraca, & S. Petri de Agujas in Regnis Portugalliæ ? *die 13. Auguſti 1707.* fuit dictum: *dilata , & interim abſtineant , & die 26. Januarii 1709.* reſolvit *Affirmativè pro comprehenſione Decreti* ; Cumque obtenta nova audientia , plura adducta fuiſſent Privilegia , & actus , ex quibus prætendebant eſſe in vera qualitate Nullius , *Sac. Congr. die 16. Decembris* 1713. *reſcripſit . Dilata , & dandas eſſe Remiſſoriales , & Compulſoriales Abbatibus , & interim abſtineant* ; *Et quoad prætenſa attentata negativè* . Cæterùm datus fuit locus probationi prætenſæ qualitatis verè Nullius, quia hac poſita, etſi hujuſmodi Abbates tertiæ ſpeciei neque poſſent concedere dd. Monitoriales , poſſunt tamen , & debent à Dataria illis committi , & ſic pro iſtorum Diœceſi verè ſeparata , recurri debet ad Datariam pro conceſſione dd. monitorialium ; hinc S. Congregatio Concilii cenſuit *non poſſe Oratorem , nempe Abbatem prætenſæ qualitatis verè Nullius concedere excommunicationem ad finem revelationis ; quod ſi ejus Subditi ſint Nullius Diœceſis , obtinendæ ſunt à Sede Apoſtolica , tom. 7. Decret. pag.* 24. Et in altera Nullius cenſuit *Abbati alicui Inferiori , & Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem obtinenti , poſt Concilium , non licere excommunicationem , quæ pro rebus deperditis , vel ſubtractis ferri ſolet , decernere ; ſed debere ejus ſubditos ad eas obtinendas , Sedem Apoſtolicam adire* ; *tom. 10. Decret. pag.* 75.

Prohibitum quoque eſt ut dixi Prælatis Inferioribus , & Abbatibus ordinare in minoribus ſubditos laicos , & concedere literas dimiſſoriales ad Ordines Sæcularibus ſubditis per S. Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 10. de reform.* 66

Hinc etſi dubitatum fuiſſet an verè dicta prohibitio percuteret Prælatos etiam tertiæ ſpeciei , nempè vere qualitatis *Nullius* , vel ſolùm Prælatos exemptos primæ, & ſecundæ ſpeciei, ex ea ratione , quia Concilium loquitur de Abbatibus *Nullius* exiſtentibus in Diœceſi , quod magis eſt , quia voluit concedi dimiſſorias ab Epiſcopo , in cujus Diœceſi exiſtunt ; ac ita docent plures, dictos Prælatos nempè primæ, & ſecundæ ſpeciei comprehendi ſub dicto prohibitivo decreto non autem eos tertiæ ſpeciei Gratian. *diſc. 212. numer. 2. & ſeq.* Barb. *ad cit. cap. 10. Concil. numer. 14. & de poteſt. Epiſcop. alleg. 7. numer. 8. & latè in Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis §. hæc quæ omnia verſ. qui actus coram Muto , & prius in Caven. collationis ordinum 26. Junii 1659. coram Veroſpio deciſ. 31. poſt Tondut. de penſ.* Tamen contraria fuit ſemper mens Sacræ Congregationis Concilii , ut refert Fagnanus *in cap. Significaſti numer. 27. de off. Archid.* quòd ſcilicet procedat dicta prohibitio in omnibus Prælatis inferioribus , cum diſcrimine , ut ſi ſint in Diœceſi alicujus , collatio ordinum , & conceſſio dimiſſorialium pertineat ad Epiſcopum talis Diœceſis ; ſed ſi ſit in Diœceſi verè *Nullius* , ſpectet ad viciniorem Epiſcopum , ea ratio-
ne , quia Concilii mens id importat , dum voluit 68
eam facultatem auferre Prælatis inferioribus , ac Solis Epiſcopis reſervare , tamquam dependentem ab Ordine Epiſcopali , cujus actuum , ſunt incapaces Prælati inferiores, proinde dicta S. Congreg. uſque ab *Anno* 1602. ita declaravit *tom. 5. decret. fol. 66.* Cenſuitque *facultatem Ordinandi , ad Epiſcopum intra cujus Diœceſis fines Abbatia conſiſtit , pertinere , quod ſi intra Nullius Diœceſis fines poſita ſit , ad viciniorem Epiſcopum . Vicinitatem autem ratione Eccleſiæ , non Territorii eſſe attendendam ; & in Lamacen. to. 11. decret. fol. 69. iiſdem verbis , & in Ordinis Cæleſtinorum 22. Februarii* 1631. ibi : *licere Epiſcopis vicinioribus Ordines conferre ſubditis ſæcularibus Abbatum , & aliorum Inferiorum , etiam Nullius Diœceſis ſine conſenſu eorum Abbatum , & aliorum Inferiorum ; Et in Portugallienſi 7. Auguſti* 1649. Secundo : An iidem Abbates , ſcilicet Ciſtercienſes poſſint ordines Minores conferre , ſeu literas dimiſſoriales concedere ſubditis ſæcularibus , reſpondit *negativè , & comprehendere hoc decretum alios Abbates die 26. Junii 1709. in Lamacen. Juriſdictionis* & cùm fuiſſet prætenſum probare veri Territorii Nullius ſeparationem , S. Congreg. dedit remiſſoriales , quoad reliquos actus , ſed quoad Ordines , & dimiſſorias *ſtetit in decretis , ut omninò abſtinerent die 16. Decembris* 1713. quia circa hoc jus nulla ſuffragari poteſt qualitas Nullius , ne à viciniori Epiſcopo, concedantur, nulla præſcriptio , neque quadragenaria cum titulo colorato, neque immemorabilis, ſed requiritur privilegium Apoſtolicum poſt Concilium ſpeciale , Fagnan. *cit. cap. Significaſti num. 23. & ſeq.* Pignatel. *conſult. 59. tom. 8. & conſult. 158. nu. 30. to. 10.* Paſſerin. *in c. cum Nullus nu. 147. & ſeq. de tempor. Ordin. in 6. Nicol. Inſt. Can. libr. 5. tit. 39. nu. 10. verſ.* Sed hoc melius Pax. Jordan. *elucubr. Can. lib. 3. tom. 1. num.* 135. Card. de Luc. *de Juriſd. diſc. 1. nu. 16. & diſc. 16. per tot. &* eadem Rota id agnovit etiam antiquitùs *dec. 204. par. 3. coram Caputaquen. dec. 85. nu. 2. coram Cavalerio* , & in alia antiquiori declaratione S. Congreg. Concilii *in Theatina die 20. Decemb. 1614. p. 145. à ter.* cenſuit, *donec per tres ſententias conformes , vel unicam , quæ in rem judicatam tranſierit , Abbatiam S. Joannis in Venere , ac loca illi ſubjecta , ſeu ab ea dependentia , Nullius Diœceſis eſſe , conſtiterit , ſpectare ad Archiepiſcopum dumtaxat cauſas Matrimoniales ibi & criminales cognoſcere , licentias concionandi concedere* ,

ac Sacerdotes ad Confeſſiones audiendas approbare. Literas verò dimiſſoriales ad ordines ſuſcipiendos, etiam ſi prædicta Abbatia probetur eſſe verè in ſtatu Nullius, nullatenus eſſe decernendas à Rectore Domus probationis Societatis Jeſu Atrien. Diœceſis, cui dicta Abbatia, ut proponitur, unita eſt, verum hoc jus ex Tridentini Concilii decretis ad ipſum Archiepiſcopum pertinere; Et noviſſimè *in Theatina Juriſdictionis 14. Decembris 1708. §. fin. cor. Card. Scotto, & plenè in Valuen ſeu Sulmonen. Juriſdictionis ſuper manutentione 2. Julii 1714. cor. D. Card. Falconerio §. Demum quoad Dimiſſorias, & in Nullius ſeu Carpen. 22. Aprilis 1679.* Sac. Congregationis Concilii denegavit hoc Jus Abbati verè *Nullius*, non obſtante privilegio ſpeciali obtento ante Concilium, ac conſuetudine, & fuit dictum ſupplicandum Summo Pontifici pro Indulto, quod, ut dicitur, obtinuit, prout obtinuere Abbates Nullius *Caven. Montis Caſſini, Farfen. Nonantulan.* de quo juxta Votum datum à S. Congregatione Concilii Papæ *in Nullius Nonantulæ, Abbas Sancti Silveſtri die 19. Januarii 1636. Remiſſo ad Sac. Congregationem Eminentiſſimorum PP. Concilii Tridentini Interpretum ſupplici libello nomine Eminentiſſimi Commendatarii Abbatiæ Sancti Silveſtri Nonantulæ Sanctiſſimo D. N. oblato, cenſuit, attento, quòd dicta Abbatia ampliſſimis Privilegiis decorata exiſtat, Nullius Diœceſis, habeatque proprium Territorium cum omnimoda, & quaſi Epiſcopali Juriſdictione, poſſe concedi eidem Eminentiſſimo Commendatario, & ſucceſſoribus pro tempore exſiſtentibus ſi Sanctiſſimo D. N. placuerit facultatem accipiendi Olea Sacra à quocumque maluerit ex Epiſcopis vicinis ejuſdem Abbatiæ, nec non literas dimiſſoriales concedendi ſuis ſubditis Sæcularibus dictæ Abbatiæ, tàm pro Clericali charactere, quàm pro aliis etiam Presbyteratus Ordinibus à quocumque maluerint ex Epiſcopis vicinis ejuſdem Abbatiæ, etiamſi non ſit proximior, ſuſcipiendis*. Ita *in Nullius ſeu Tullen. Juriſdictionis*, propoſito dubio, An Jus concedendi literas dimiſſoriales Clericis Eccleſiæ Capituli S. Deodati, aliiſque perſonis illius Territorii, quæ promoventur ad Ordines, competat Capitulo, ſeu potiùs Epiſcopo Tullenſi in caſu, &c. cenſuit *S. Congregatio Concilii 24. Auguſti 1715. quoad primam partem negativè, & quoad ſecundam Dilata, & coadjuventur probationes juxta Inſtructionem, & interim per modum proviſionis dentur Dimiſſoriales à Metropolitano Treviren ſi*, & ratio reſolutionis fuit *negativè quoad Capitulum*, quia nullo modo poterat illi competere tale Jus, etſi Præpoſitus S. Deodati eſſet, ut prætendebatur in vera qualitate *Nullius*, quia hoc caſu ſpectaret ad Epiſcopum viciniorem & ſic nullo caſu ad ipſum eo quòd deficiat privilegium Apoſtolicum poſt Concilium. Cum verò dubitaretur an dicta Præpoſitura eſſet intra fines *Diœceſis Tullen.* vel quis Epiſcopus eſſet vicinior, ideò in hoc cecidit ſecunda pars reſcripti pro cumulatione probationum; & ne interim retardetur Ordinatio, fuit commiſſa Metropolitano; & noviſſimè in Nullius, *ſeu Priſtorien. & Policaſtren.* pendente cauſa in Rota ſuper qualitate vera Nullius cum Capitulo Baſilicæ S. Petri, propoſito dubio in Sac. Congreg. Concilii; An, etiamſi conſtaret de Territorio ſeparato, poſſit Capitulum S. Petri concedere Dimiſſorias in caſu, &c. *die 21. Januarii 1719.* Sac. Congregatio reſpondit *Negativè, & in Nullius, ſeu Veſprimien. Juriſdictionis*, propoſitis dubiis: Primò. An conſtet de omnimoda exemptione activa, & paſſiva Præpoſiti, & Eccleſiæ B. Mariæ Albæ Realis, ejuſque annexorum, tàm quoad Epiſcopum Veſprimienſem, quàm quoad Metropolitanum, ſeu Primatem Regni, & quatenus affirmativè, Secundò. An eiſdem Præpoſito competat facultas concedendi Dimiſſorias; Sacr. Congreg. reſpondit *ad primum affirmativè, & ad ſecundum negativè* ſub die 26. *Martii 1718. &* ſub die 17. *Decembris ejuſdem anni* reſcriptum fuit *In deciſis*. Sicque non conſtito de vera qualitate Nullius hoc jus ſpectat ad Epiſcopum Diœceſis, in qua ſunt exiſtentes hujuſmodi Prælati; Conſtito autem de dicta vera qualitate Nullius, ſpectat ad Epiſcopum viciniorem, dicta vicinitate ab Eccleſia exempta ad Cathedralem, ex ea ratione, quod æquum ſit, ut id habeat Vicinior, à cujus Diœceſi cenſeri debet diſ- 70
membratum, & ſeparatum Territorium illud exemptum, prout eadem æquitate Concilium voluit viſitari à viciniori Epiſcopo Eccleſias Nullius Diœceſis *cap. 9. ſeſſ. 25. de reform.* de quo infra Solumque privilegium Apoſtolicum poſt Concilium obtentum poteſt ſuffragari, itaut, ſi illud non exhibeatur cla- 71
rum, etſi deducatur poſſeſſio, ac eſſet in vera qualitate Nullius, inhibetur per S. Congregationem concedere dimiſſoriales, ut in dd. reſolutionibus & apud *cit.* Fagn. *& in cit. Theatina die 19. Auguſti 1702.* etſi Sac. Congreg. remiſiſſet omnia ad Rotam, quoad Juriſdictionales, addidit clauſulam, ut interim abſtineat à dimiſſoriis, ac aliis actibus, ſpecialiter prohibitis per Concilium, ut ſupra retuli & eadem Congregatio, *in Lamacen. citata 16. Decembris 1713.* conceſſa remiſſoria, & compulſoria declaravit, quoad Dimiſſorias omninò abſtinendum per Prælatum Inferiorem; & in *Valuen. ſeu Sulmonen.* etſi fuiſſet per Sacram Congregationem commiſſa cognitio aliorum actuum Juriſdictionalium prætenſorum per Abbatem S. Spiritus Ordinis Cœleſtinorum in Oppido Pratularum prætenſa qualitate *Nullius*, tamen quoad actus approbandi Confeſſarios, & concedendi licentiam prædicandi, mandavit exerceri per Abbatem S. Spiritus, nomine Sacræ Congregationis, attenta poſſeſſione antiquiſſima deducta, & ex eo, quia verè non aderat probatio ſituationis dicti Oppidi in Diœceſi Valuenſi, qua non probata, & concurrente longæva poſſeſſione pro Abbate prætendente ſtatum verè *Nullius*, æqua fuit dicta proviſio, aliàs ſi fuiſſet probata Situatio in Diœceſi, non habuiſſet ea locum, ſed debuiſſet inhiberi Abbas, & manuteneri Epiſcopus, ut egit Sac. Congregatio in dicta Theatina; Nam Prælatus inferior nequit manuteneri ex poſſeſſione, ſi non fuerit probata Immemorabilis, & Canonizata per tres conformes, aut rem judicatam ut falſa fuit Rot. *in Theatina Juriſdictionis 14. Decembris 1708. §. quibus, & ſeq. coram D. Card. Scotto, & in dicta Valuen. ſeu Sulmonen. coram D. Card. Falconerio*, & licèt, quoad actus indifferentes Juriſdictionales, non probata ſituatione in Diœceſi per 72
Epiſcopum, præſertim ſi locus non ſit in Meditullio, & inferior adducat aliquid contra ſituationem, & habeat poſſeſſionem non ſit danda manutentio Epiſcopo, *Rota in Conſtantienſi Juriſdictionis dec. 438. poſt* Poſth. *de manut.* Seraph. *deciſ. 1278. deciſ. 536. numer. 7. coram Dunoz. Jun. & in Caputaquen. Juriſdictionis ſuper bono Iure 2. Febr. 1702. cor. D. Card. Falconerio*, tamen quoad illos tres actus quorum Prælatus inferior nequit eſſe capax, niſi probata vera qualitate *Nullius*, optimè Sac. Congregatio addidit, ut exercerentur per ipſum nomine Sac. Congregationis, donec cauſa decideretur in Rota, ſed in dicto caſu non probatæ ſituationis, quoad Dimiſſoriales ad Ordines, Sac. Congr. dixit ſpectare ad Epiſcopum etiam in illo *interim proviſionali*, quia Epiſcopus vel uti Diœceſanus, vel uti Vicinior fovebat bonum Jus.

Quoad verò Ordines Minores conferendi privilegium, quod habent Abbates Regulares, vel etiam aliqui Abbates Sæculares, reſtrictum ad proprios Regulares Subditos, ut dixi, per Concilium, conſiderari poſſunt aliqua privilegia conceſſa poſt Concilium, & an ſi ordinentur ab iis Sæculares, vel ultrà conceſſionem privilegii, aut agatur de Abbatibus non benedictis, validè ſint Ordines collati, vel ſolùm illicitè, diſſeram infra in *Commentario ad Conſtitutionem 9.* Pii II. & ibi dicam de benedictione recipienda, & à quo, per hujuſmodi Abbates Regulares.

In prædicta verò cauſa *Theatina*, ſingularia quædam evenere conſideranda. Cum etenim Præpoſitus Atiſſæ in Rota, uſque ab anno 1612. judicium moviſſet

ſuper

ſuper prætenſa qualitate, *Nullius*, contra Archiepiſcopum Theatinum, reſolutumque fuiſſet, Locum Ariſſæ eſſe intra fines Diœceſis Theatinæ, ac ſucceſſivè ipſa Rota conceſſiſſet priùs mandatum de manutenendo eidem Præpoſito in Cauſis Civilibus, Criminalibus, & Matrimonialibus, deindè in vim declarationis ſupervenientæ S. Congregationis Concilii anno 1614. quòd quadragenaria præſcriptio cum titulo colorato, ante Concilii diſpoſitionem non ſuffragetur inferiori Prælato, io Cauſis Matrimonialibus, & Criminalibus, ut dixi, receſſit quoad eas, concedendo manutentionem Archiepiſcopo; Et quoad Civiles demandatum fuit, ut ſcriberetur ſuper privilegio, & præſcriptione, ut in *decif.* 688. 706. 860. *&* 872. *coram Coccino*. Cumque ſiluiſſet deindè Cauſa, continuavit Præpoſitus in cognitione omnium Cauſarum, ac recurrentibus anno 1702. nonnullis Preſbyteris ad Sac. Congr. Concilii, pro petendo Judice ſecundæ inſtantiæ à ſententiis Præpoſiti, Sacr. Congregatio die 11. Martii dicti anni reſcripſit: *Negativè, & ſervetur Decretum anni* 1614. ſcilicet Cauſas Matrimoniales, & Criminales ſpectare ad Archiepiſcopum; Hinc iſte publicavit edictum, in quo prohibebatur Præpoſito cognitio dictarum Cauſarum Matrimonialium, & Criminalium, & ne Præpoſitus ſe ingereret in approbatione Confeſſariorum, licentiis concedendis Concionatoribus, & in expeditione Monitorialium pro revelationibus, Viſitatione, Collatione Beneficiorum, & aliis, uti privativè ſpectantibus ab Archiepiſcopum ad formam, ut ajebat, dicti Decreti Sacr. Congregationis; quare reclamante Præpoſito ad iſtam, reſcriptum fuit die 19. Auguſti anno 1702. *In deciſis ſub die* 11. *Martii præteriti, in reliquis ad Rotam, & interim Præpoſitus abſtineat à concedendis Dimiſſoriis ad Ordines, licentiis concionandi, & approbandi Confeſſarios*. Optimo enim motivo proceſſit Sac. Congr. Cum enim Rota, etſi declaraſſet Locum Ariſſæ fuiſſe intra fines Diœceſis Theatinæ, tamen non fuit interlocuta ſuper certis actibus prætenſis à Præpoſito in vim privilegii, vel præſcriptionis, ſed tantùm decidit, quoad Cauſas Matrimoniales, & Criminales ad favorem Archiepiſcopi; Hinc judicium ſuper reliquis actibus debebat continuari in Rota, nec Archiepiſcopus potuiſſet de facto ſpoliare Præpoſitum, ſed io executionem reſcripti Sac. Congregationis, & deciſionis Rotalis tantùm illi prohibere cognitionem Cauſarum Matrimonialium, & Criminalium. Sicque benè, quoad alios actus contentos in edicto prohibitorio remiſit Sacra Congregatio ad Rotam, ut decideret; ſed quia dicti tres actus nequeunt à Prælato inferiori acquiri, nec etiam ex conſuetudine immemorabili, ideò donec firmaretur vera qualitas Nullius per Rotam, rectè Sac. Congr. inhibuit Præpoſito eorum exercitium.

Succeſſivè diſputato dubio in Rota an edictum Archiepiſcopi eſſet revocandum, non fuit dubitatum, non potuiſſe Archiepiſcopum inhibere Præpoſito, niſi quoad Cauſas Matrimoniales, & Criminales, jam deciſas ad favorem Archiepiſcopi, non autem viſum fuit facto proprio, & pendente judicio in Rota, potuiſſe inhibere, quoad alios actus non reſolutos, qui dicebantur remanere ſub lite, uti reſervati. Rot. *in Burgen. Juriſdictionis 7. Maii* 1688. *§. ideo, & §. nec adverſatur coram Card. Caccia, & in dicta Theatina Juriſdictionis* 18 *Februarii* 1707. *§. parum urgente cor. D. Card. Scotto*; Nec poterat Archiepiſcopus ſe conſtituere Judicem, ſed Rotam conſulere debebat, ut benè dixit eadem Rota *in Toletana Juriſdictionis ſuper exceſſibus* 16. *Januar.* 1686. *§. etenim, & 7. Junii ejuſdem anni coram Urſino, & 2. Decembris dicti anni §. parum, & §. finali coram Rondinino & decif.* 3. 4. *&* 5. poſt Card. de Luc. *de*
74 *Juriſdictione*, & licèt cum agatur de Juriſdictione, opponeretur noo dari reintegrationem ſpolii, niſi aſſumpta cognitione tituli, juxta notata per Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 59. *num.* 14. Tamen reſponſum fuit noo cogi debere Præpoſitum præcisè, ad oſtenſionem tituli, ſed tantùm ad producendum fumum illius, Bellamer. *dec.* 49. *n.* 2. Cujus fumus deducebatur ex privilegio Archiepiſcopi, cum conſenſu Capituli longè ante *Extravag. Ambitioſa de reb. Eccl. non alien.* conceſſo, juncta poſſeſſione in certis actibus, quibus ſpoliari Præpoſitum prætendebatur ab Archiepiſcopo; ſed ceſſare dicebatur quæcumque difficultas, quia in caſu agebatur, de purgandis attentatis; Nam Archiepiſcopus pendente lite in Rota proceſſerat ad promulgationem edicti inhibitorii, circa plura non contenta in Decreto S. Congregationis, & ſic attentavit; & è contra Præpoſitus exercendo actus plures, in quorum poſſeſſione aderat, nullo modo videbatur
attentaſſe, cum Judicis aditio poſſeſſori jus poſſeſſio- 75
nis non adimat, quinimò via facti ſuam poſſeſſionem interim continuare valet, abſque labe attentatorum Cancer. *variar. reſol. quæſt.* 3. *cap.* 4. *num.* 91. *& ſeqq.* Poſth. *de manut. obſer.* 9. *numer.* 1. *& ſeqq.* Rot. *in Burgen. Juris viſitandi ſuper attentatis* 2. *Julii* 1714. *§. etenim coram D. Criſpo*, proindeque cum Archiepiſcopus attentaſſet edicto ſpoliativo, Præpoſitum debere reintegrari, abſque ulla cognitione tituli, vel boni juris, etiam in materia Juriſdictionali, ut explicat *citat.* Mareſcott. *num.* 23. *& Bellam. cit. nu.* 2. & proſequitur Rot. *in dicta Theatina* 14. *Decembris* 1708. *§. pariter, & ſeqq. coram D. Card. Scotto*; Hinc *Rota in deciſione* 18. *Februarii* 1707. adducta reſolvit; *Edictum ſubſtineri, quoad Cauſas Criminales, & Matrimoniales tantùm*; quia emanatum fuit in executionem reſolutionis Sacr. Congregationis Concilii, & judicati Rotalis; Io cæteris verò contentis in dicto edicto eſſe iſtud revocandum, quia nullo modo potuerat dici emanatum, ut prætendebatur, io executionem reſolutionis ejus Congregationis, quia reſolutio fuerat reſtricta in dictis caſibus, & ſic io reliquis clarè edictum excedebat, ſuperaddito tamen per Rotam, quod interim Præpoſitus ſe abſtineret à tribus actibus, nempè concedendi dimiſſorias, licentias concionandi, & approbationes Confeſſariorum, juxta ultimum Decretum S. Congregationis, & hoc in obſequium, & reverentiam ejuſdem decreti, non verò io vim edicti Archiepiſcopi patenter exceſſivi, & attentati; ſed repropoſita Cauſa in *Rota* 14. *Maii* 1708. addito dubio diſputando ſuper receſſu à deciſis, etiam; An, & ſuper quibus actibus, pro effectu revocationis edicti danda ſit manutentio Præpoſito, qui præventivè obtinuerat aliud reſcriptum Sac. Congregationis Concilii; *Omnia ad Rotam etiam in poſſeſſorio, firma interim remanente ſuſpenſione, quoad tres actus ſupradictos*; eadem Rota cenſuit; *Eſſe ſtandum in deciſis, quoad revocationem edicti*, denuò recogniti exceſſivi, & attentati, *& pro effectu revocationis dandam eſſe manutentionem Præpoſito in omnibus actibus*; Ea ratione, quia debuerat Præpoſitus reponi in eo ſtatu poſſeſſionis, in qua erat ante edictum; idque per viam manutentionis incidentis, reſervataque cognitione poſſeſſorii in alio judicio; Cum talis manutentio dicatur incidens, ut ſcilicet ſpoliatus, ſublato edicto, exerceat poſſeſſionem, quam habebat, Poſth. *de manut. obſer.* 3. *num.* 22. *&* 23. Barz. *decif.* 71. *num.* 14. *&* 15. latè *in ci-*
tata deciſione; Cumque ad evitandam purgationem 76
ſpolii requiratur titulus clarus per rem judicatam, Aſſiſtentia juris pro Archiepiſcopo turbida, & offuſcata, nequibat evitare dictam purgationem; quam purgationem, & conſequenter reintegrationem Præpoſiti procedere, dixit Rota, etiam in dictis tribus actibus, quia Congregatio Concilii, etſi interim abſtinere voluit, Præpoſitum à dictus actibus, donec cauſa decideretur in poſſeſſorio, tamen cum etiam remiſerit ad Rotam revocationem edicti, tale *interim* reſtringebatur, uſquequo Rota edictum revocaret; & pro revocationis effectu, reduceretur Præpoſitus ad ſuum primævum ſtatum poſſeſſionis; Verùm hæc patiebantur difficultatem, quoad tres prædictos actus, concedendi nempè dimiſſorias, approbationes Con-

feſſariorum, & licentias concionandi, in quibus con-
currit reſiſtentia omnimoda Sac. Concilii Tridentini;
ut nullus Prælatus inferior dictos actus faciat, non
obſtante conſuetudine, etiam immemorabili. Nec
obſtat, quòd potuerat Præpoſitus probare veram qua-
litatem *Nullius* in ſuo judicio; & proindè debuerat
reintegrari, tum quia, ut cenſuit ipſa Rota, quoad
dimiſſorias, etiam Prælatus cum vera qualitate *Nul-
lius* eas concedere non valet, ſine ſpeciali indulto,
poſt Concilium, & ſupra dixi; tum etiam quia,
quoad alios duos actus donec probetur vera qualitas
77 *Nullius*, & Territorii ſeparati per rem judicatam,
manutenendus eſt Epiſcopus; ex ea ratione, quia
non debent in materia Regiminis animarum actus
poni in dubio validitatis, ut exerceantur ab inferio-
re, qui non haberet poteſtatem; quæ poteſtas elici-
tur tantùm ex qualitate canonizata *Nullius*; unde
etſi Archiepiſcopus auctoritate propria non valuiſſet
ſpoliare Præpoſitum, ſed debuiſſet adire Rotam; ta-
men negari nequit, quin id non potuerit reddere
capacem Præpoſitum dictorum actuum, cùm non
ageretur de materia indifferenti, ſed de actibus de-
pendentibus à Cura animarum, & Poteſtate Clavium,
pro quibus requiritur titulus legitimus privilegii Pon-
tificii; nec dicti actus ſunt in commercio, qui fa-
cto Archiepiſcopi potuiſſent acquiri Præpoſito; quæ
omnia hæc motiva fuerunt admiſſa in *Sulmonen. Ju-
riſdictionis ſuper manutentione 2. Julii 1714. & 10.
Decembris ejuſdem anni coram D. Card. Falconerio*.
Eo magis, quia Sacra Congregatio remiſerat Cau-
ſam ad Rotam, etiam in poſſeſſorio, ut in alio re-
ſcripto obtento, ſed cum Clauſula præfata; *ut inte-
rim Præpoſitus abſtineret à tribus dictis actibus*. Et
ſic nequibat Archiepiſcopus privari iis actibus, niſi
deciſo poſſeſſorio ad favorem Præpoſiti, quod depen-
debat, quoad dictos tres actus, à re judicata, ſeù
tribus ſententiis, aut privilegio claro Apoſtolico ſu-
per qualitate *Nullius*; nam præcisâ dictâ qualitate
fruſtranea remanebat quælibet poſſeſſio Præpoſiti, &
proindè poſſeſſorium remiſſum per Congregationem
à Rota judicandum, intelligi debuerat juxtà ſubje-
ctam materiam, ut eo modo juridico prædicto non
deciſo, actus illi interim exercerentur ab Archiepiſ-
copo, & non à Præpoſito quare optimè Rota *in ea-
dem Theatina die 14. Decembris 1708. coram eodem
Card. Scotto*, animadvertens præfatis motivis, receſ-
ſit à manutentione conceſſa Præpoſito, quoad dictos
tres actus exercendos, canonizando in reliquis eam
pro executione revocationis edicti; ac voluit dictos
actus proviſionaliter cum præſervatione Jurium am-
barum Partium exerceri per Archiepiſcopum Lan-
78 ciani: cum æquum non eſſet, ut ex actu attentato,
& ſpoliativo Archiepiſcopi Theatini, reciperet iſte
commodum poſſeſſionis, & ex vitioſa poſſeſſione ſe
confoveret in ejus continuatione; attamen juxtà mei
ſenſum dura viſa fuit iſta proviſio contra Dignita-
tem Epiſcopalem, ex ſolo motivo prætenſi attenta-
ti, conſiſtentis in continuatione edicti, facta per
Archiepiſcopum Theatinum, cum ea præciſa certum
ſit, quòd debuiſſet manuteneri Archiepiſcopus in
tribus dictis actibus, non obſtante poſſeſſione Præ-
poſiti, cum hi non potuiſſent per iſtum acquiri ul-
la præſcriptione, & ſola qualitas vera *Nullius* pro-
bata per clarum privilegium, vel per immemorabi-
lem canonizatam per rem judicatam, aut tres con-
formes ſententias, potuiſſet Præpoſito ſuffragari, quia
poſita qualitate *Nullius* conſequenter veniunt dicti
actus, ut aliàs ſuprà, & benè notat Fagn. *cap. cum
olim num.* 22. 37. & 38. ubi in alia *Theatina*, *de
præſcript.* & interim Archiepiſcopus debuiſſet manu-
teneri, imò quoad dimiſſorias ad Ordines ultra quali-
tatem verè *Nullius* requirebatur, etiam præciſè pri-
vilegium Apoſtolicum poſt Concilium, ut dixi. Un-
de ob prætenſa attentata Archiepiſcopi, nequiverat
ab ejus Dignitate auferri id, quod proprium ejuſdem
erat, & non Præpoſiti, in re quidem Spirituali, & proce-
dente à Juriſdictione Spirituali, & non in re indifferenti,

Ulteriùs circa Decretum illud proviſionale, quòd 79
Archiepiſcopus Lanciani exerceret hos tres actus,
credo quòd Rota per Cauſæ Ponentem neceſſaria
cautela recipiat oraculum Papæ, quia cùm conceda-
tur exercitium dictorum actuum Epiſcopo non Diœ-
ceſano, ſed alteri, importat collationem Juriſdictio-
nis, & Eccleſiaſticæ poteſtatis Epiſcopalis in Popu-
lum, ſibi non ſubjectum; quæ poteſtas à Summo
Pontifice tantùm eſt conceſſibilis; & licèt per Sa-
cram Congregationem Epiſcoporum, vel Concilii,
in his cauſis proviſionalibus, per modum proviſio-
nis, donec cauſa definiatur, aliquoties committatur
exercitium hujuſmodi actuum juriſdictionalium Epiſ-
copalium, vel Epiſcopo Diœceſano, vel Prælato in-
feriori colliriganti, aut extraneo Epiſcopo viciniori,
tamen ſi committatur exercitium Epiſcopo Diœceſa-
no, non eſſet dare novam Juriſdictionem alteri non
habenti eam, ſed declarare id, quod in ſe eſt,
quod facere poteſt Jure cauſæ concedendo manuten-
tionem, vel alio Decreto proviſionali exercitium,
quod utique facere poteſt, & facit continuò Rota
in his cauſis coram ea pendentibus, ut concedat
manutentionem, & exercitium proprio Epiſcopo in
loco prætenſo *Nullius*, vel ipſi Prælato Inferiori,
prætendenti Juriſdictionem in aliquo loco. Nam ſi-
cuti poſſet Rota declarare cuinam competeret Juriſ-
dictio, Epiſcopo Diœceſano, vel Prælato præten-
ſori *Nullius* in certo loco controverſo, ita concede-
re exercitium interinum uni, vel alteri, juxtà Jura
competentia; & hoc quidem non eſſet concedere
Juriſdictionem, ſed declarare eam habere à Papa
juxtà privilegium, vel ordinariam Juriſdictionem
reſpectivè, & ita peragunt Congregationes, Ro-
ta, & Judices ſuper hujuſmodi Cauſis cadentibus in
interpretatione privilegiorum horum Prælatorum In-
feriorum, prætendentium qualitatem *Nullius*; ſed
ſi agatur de commiſſione Juriſdictionis, & exercen-
di, actus alteri Epiſcopo extraneo, ad quem non
ſpectaret talis Juriſdictio, cùm non eſſet Epiſcopus
proprius, & neque privilegiatus Apoſtolicus, prout
eſt inferior Prælatus colliriganს cum proprio Epiſco-
po: Certum eſt, quod talis Juriſdictio, quæ conce-
ditur Epiſcopo extraneo, non eſt declaratio, ut in
caſibus antecedentibus, ſed eſt Juriſdictio noviter col-
lata. Unde debet procedere ex Summi Pontificis
Oraculo, nec clauſula *quàm, & quas*, aliæque ſoli-
tæ apponi in Commiſſionibus cauſarum, quæ fiunt
nomine Summi Pontificis importare valeant hanc fa-
cultatem concedendi Juriſdictionem ſpiritualem illi,
qui non habet Juriſdictionem, neque poteſt præten-
dere ex Jure, vel privilegio declarando per Judi-
cem, ſed famulantur dictæ clauſulæ omnibus inci-
dentibus, & dependentibus à cauſa Juriſdictionis pen-
dente à colliritigantibus, & commiſſa. Et ad rem
facit, quod conſiderans Papa Clemens V. in Conci-
lio Viennenſi, quòd in cauſa beneficiali commiſſa Au-
ditori Rotæ; & deciſa, protraheretur actus, ſi in-
ſtitutio in eo fieret ab Epiſcopo, ut de jure eſſet,
privilegium conceſſit, ut Auditor Rotæ deputatus in
commiſſione poterit inſtituere in tali beneficio, abſ-
que nova commiſſione, ut in Clementina, *Auditor
de Reſcriptis*, & ſic opus fuit, ut Rota reciperet
à Papa eam facultatem, quam non poſſet ipſa dare
alteri; hinc in ſimilibus proviſionibus, dum eſſem
Secretarius Congregationum prius Concilii, deinde
Epiſcoporum, & Regularium ſemper recepi Oracu-
lum Summi Pontificis; & notat Fagnan. *in cap.
quoniam numer.* 10. & 35. *de conſtit.* hoc Oracu-
lum impetrari per Secretarium in caſibus occurren- 80
tibus, & ad rem notari poſſet, quòd cùm Sac. Con-
gregatio Epiſcoporum habeat facultatem deputandi Vi-
carios Apoſtolicos loco Epiſcoporum *per conſtitut.
Sixti V. 74. in duodecima Congregatione conſtituta*,
ibidem cavetur, quòd hujuſmodi Vicarii deputati,
literis Apoſtolicis ſuffulti, munus exerceant, ut
illarum expeditione poteſtatem Deputati illi obti-
neant exercendi Juriſdictionem Eccleſiaſticam, &
ſpiritua-

Digitized by Google

ſpiritualem; non concеſſibilem per Congregationem,
ſed per Papam & ſic fit verbum per Secretarium
81 cum illo, ut ſupra etiam dixi & cum Rot. *in Mi-*
letenſi ſub die 8. *Jannar.* 1716. in cauſa inter Epiſ-
copum, & Collegium Græcorum Urbis, quoad Ju-
82 riſdictionem Abbatiæ SS. Trinitatis Mileti, præten-
ſam *Nullius*, & eidem Collegio unitam, in qua cau-
ſa erant emanatæ deciſiones, decreviſſet, ut ſine præ-
judicio partium, & per modum proviſionis, Epiſco-
pus per tres menſes in locis ſibi præſervatis in deci-
ſionibus, & per tres menſes Abbas in aliis præſer-
vatis hujus Juriſdictioni, exercerent juriſdictionem,
quoad actus Epiſcopalis Juriſdictionis ibi declaratos,
& in aliis reſpicientibus Ordinem, eodem tempore
cùm iiſdem præſervativis exerceri Juriſdictionem per
Epiſcopum Tropeæ viciniorem. Decretum iſtud con-
firmari curatum fuit per Decretum Auditoris Papæ
22. Januarii 1716. ut interim, quo cauſa terminare-
tur, aliquis ſtatus daretur Gubernio ſpirituali eorum
populorum. Similiter neque videtur danda Archiepiſ-
copo ſine Papæ Oraculo dicta facultas exercendi Juriſ-
dictionem internam, donec cauſa cognoſcatur, in
loco aliquo Diœceſis ſuffraganeæ prætenſo *Nullius*,
quia ſemper concederetur poteſtas nova, & quàm
non habebat Archiepiſcopus, quia Archiepiſcopus in
Diœceſi Suffraganei non habet poteſtatem directam,
ſed in certis caſibus, & appellationis, ut aliàs retu-
li, & dicam.
83 Continuando materiam actuum competentium Præ-
latis inferioribus, vel illis prohibitorum, videtur poſſe
inquiri, an valeant illi vocare quemlibet Antiſtitem,
ad miniſtrandum confirmationis Sacramentum, & Or-
dines in proprio Territorio exempto. Ipſi enim Ab-
bates ſunt incapaces adminiſtrandi hæc Sacramenta,
non obſtante quacumque conſuetudine, *c. quanto de*
conſuetudine, & non obſtantibus privilegiis Apoſtolicis
ante Concilium *S. Congregatio Concilii* 23. *Julii* 1635.
Unde propoſito dubio: An Abbas Caſſinenſis habens
ex privilegio Apoſtolico, ut poſſit ea omnia, quæ
ſpectant ad Epiſcopum exercere, præterquam Chriſ-
ma conficere, & Sacros Ordines conferre, poſſit Sa-
cramentum Confirmationis adminiſtrare. Sacra Con-
gregatio Concilii cenſuit, *die* 18. *Martii* 1574. *non*
poſſe, cum ea quæ ſunt ordinis requirunt ſpecialem
mentionem, ut intelligantur inferioribus Prælatis eſſe
conceſſa. Nam licèt exceptio firmet regulam in caſi-
bus non exceptis, non tamen ampliat ejus naturam,
ut comprehendat ea, quæ ſunt aliàs reſervata, & de
quibus eſt facienda mentio ſpecialis, apud Fagnan.
cap. cum veniſſent, §. *perfrontis nu.* 10. *de Sacra un-*
ctione, Nicol. *Incub. Can. lib.* 1. *tit.* 15. *num.* 1. *eod.*
tit. Et de hac facultate concedenda ſolùm per Sum-
mum Pontificem, alteri, quàm Epiſcopo latè dixi
tom. 4. *Conſtitut.* 14. Innocentio IV.
Prælatos itaque inferiores primæ, & ſecundæ ſpe-
ciei, ſcilicet non habentes qualitatem verè Nullius,
certum eſt non poſſe ſine licentia Epiſcopi, in cujus
exiſtunt Diœceſi, alium Epiſcopum vocare pro admi-
niſtranda confirmatione, Barboſ. *ad Concil. cap.* 3.
ſeſſ. 6. *de reform. num.* 13. *& de poteſt. Epiſc. alleg.*
84 30. *numer.* 15. *part.* 2. Imò etiam ſi talis Prælatus in-
ferior eſſet Epiſcopus titularis non poſſet dictos actus
facere, ſine licentia Diœceſani Barboſ. *citat. numer.*
14. *ex reſolutione Congregationis apud Aldan. in com-*
putat. can. de Epiſcop. tit. 8. *numer.* 10. *& tit.* 11.
ubi reſolutio in Veronen. nempè *Commendatarium Ab-*
batiæ exiſtentem intra fines alicujus Diœceſis, etiam
exemptæ; & habentis Jura quaſi Epiſcopalia, non
poſſe vocare quem maluerit Epiſcopum, pro admini-
ſtrando Sacramento Confirmationis ſuis populis, niſi
de conſenſu, & licentia Epiſcopi, in cujus Diœceſi
eſt Abbatia, ut ſancitum eſt decreto Concilii ſeſſ. 6.
85 *cap. ultimo, tom.* 1. *Decr. fol.* 170. dictumque Confir-
mationis Sacramentum populis prædictorum locorum
eſt conferendum à proprio Epiſcopo Diœceſano, in
cujus Diœceſi exiſtunt, *& in Lucana — Moniales S.*
Claræ Civitatis Lucanæ Ordinis S. Franciſci præten-
dunt habere Juriſdictionem ſpiritualem, à tempore im-
memorabili in Caſtrum Fuſecti ac in Eccleſias, &
Clerum; & prætendunt poſſe Epiſcopum extraneum
quem maluerint eligere in dicto loco, ad conferendum
Sacramentum Confirmationis, Ordines, & alia ponti-
ficalia exercenda, invito Epiſcopo Lucano. S. Congr.
Concilii cenſuit, nullum Epiſcopum poſſe in Diœceſi
Lucana confirmationis Sacramentum, aut ordines Sa-
cros, aut aliud Pontificale munus exercere abſque li-
centia Epiſcopi Lucani, juxta diſpoſitionem Concilii
c. 5. *ſeſſ.* 6. *tom.* 1. *Decret. fol.* 128. Urget enim ra-
tio prædictorum, quia iſti actus ſpectant ad proprium 86
Epiſcopum, & etiam quia alienus Epiſcopus in alte-
rius Diœceſi, etſi in Eccleſia Prælati exempti, Ponti-
ficalia exercere nequit ſine licentia Epiſcopi Diœceſis,
ut expreſsè ſancivit idem Concilium *ſeſſ.* 6. *c.* 5. *de re-*
form. ibi: *Nulli Epiſcopo liceat, cujuſcumque privile-*
gii prætextu, pontificalia in alterius Diœceſi exercere,
niſi de Ordinarii loci expreſſa licentia, & in perſo-
nas eidem Ordinario ſubjectas tantùm, ſi ſecus factum
fuerit, Epiſcopus ab exercitio pontificalium, & ſic Or-
dinati ab executione Ordinum ſint ipſo Jure ſuſpenſi.
Ita hujuſmodi Abbates, ſeu Prælati primæ, & ſe-
cundæ ſpeciei, qui ſunt in Diœceſi alicujus tenentur 87
recipere Oleum Sanctum à Cathedrali ipſius Diœceſa-
ni, prout tenentur aliæ Eccleſiæ Diœceſis recipere à
Cathedrali, *cap. Te referente de celebrat. Miſs. can.*
Presbyteris, & can. Presbyteri de conſecratione diſt.
4. Calderin. *conſil.* 4. *de privil.* Card. de Luca, *Mi-*
ſcellan. Eccleſiaſtica diſc. 26. *num.* 13. Et ſtatuitur *in*
Cæremoniali lib. 2. *cap.* 23. *cap. veniens* 19. *de præſ-*
cript. ubi etiam de exemptis *Pignatell. conſul.* 31. *nu.* 88
3. *tom.* 4. ubi refert reſolutionem Sac. Congregat. Ri-
tuum, non obſtante conſuetudine, emanatam contra
Eccleſiam Collegiatam, Nicol. *cit. nu.* 1. *& ſeqq.* ubi
de Eccleſiis Hieroſolymitanæ Religionis Sac. Congre- 89
gatio 1610. & de Regularibus ibidem, *verſ. & Regu-*
laribus, ubi quòd tenetur Epiſcopus dare Oleum dictis
exemptis, & Rota *dec.* 218. *n.* 2. *coram Roxas*, eſſe
recipiendum ab exemptis à proprio Epiſcopo, & e-
tiam dixi *tom.* 3. *Conſt.* 5. Innoc. IV. *pag.* 54. *& ſeqq.*
Quoad verò Prælatos tertiæ ſpeciei habentes ſcilicet 90
qualitatem veram Territorii ſeparati, & *Nullius* (&
ſic habentur ut Diœceſani) poſſunt quidem vocare
quemcumque Epiſcopum, pro Sacramento Confirma-
tionis adminiſtrando Subditis tali Prælato, & etiam
pro adminiſtrandis Ordinibus, ſi Ordines conferendi
licentia danda, ad ipſum Prælatum ſpectaret, cùm
nequiret Epiſcopus vicinior, etſi haberet Jus Ordina-
tionis in tali Abbatia *Nullius*, ibi exercere Pontifica-
lia, pro Ordinibus conferendis, niſi de licentia ip-
ſius Prælati *Nullius*, ut reſolutum fuit ex Aldan. *cit.*
Barboſ. *ad Concil. numer.* 16. Fagnan. *in cap. cum ve-*
niſſent, §. *perfrontis n.* 7. *verſ. cæterum de Sac. Unct.*
& cap. accedentibus num. 34. *de exceſs. Prælat.* Nicol.
cit. num. 1. §. *Prælatus*, ubi quòd Prælatus verè *Nul-*
lius, & Vicarius Apoſtolicus, ſi non ſint Epiſcopi
conſecrati, advocare debent aliquem Epiſcopum vici-
num, pluribus reſolutionibus S. Congregationis ibi ad-
ductis docet, imò procurare, quòd pro eo vocato,
& Familia, ſubminiſtretur victus conveniens, & e-
quorum expenſæ per Menſam, & in ſubſidium per
populum; Epiſcopus tamen vicinior Abbatiæ, verè
Nullius, etſi valeret eam viſitare, ut inferius di-
cam, nequit tamen hoc Sacramentum miniſtrare,
invito Abbate, ſeu Prælato Nullius, neque in viſi-
tatione. *Sac. Congregatio Concilii in Praten.* Nicol.
citat. numer. 1. §. *Epiſcopus verò, & in floſcul. verb.*
Chriſma, num. 4. *ver. Nullius*, ſicuti poſſunt hi veræ
qualitatis *Nullius* recipere Olea Sacra à quocumque
Antiſtite, ut etiam dixi *cit. Conſt.* 5. Innocentii IV.
nu. 29. *& ſeq.* & etiam egi juxtà hanc diſtinctionem
Prælatorum circa hæc *tom.* 3. *Conſtit.* 14. Innoc. IV.
nu. 52. *pag.* 141. quodque præſcriptio non poſſit dari
ad favorem Prelatorum inferiorum; quia eſſet con-
tra Eccleſiaſticam diſciplinam, & irrationabilis *cap.*
quanto, c. cum inter vos 5. *de conſuetudine, ubi gloſſ.*

v. de conſuetudine, & illi tertiæ ſpeciei illud Jus ha-
bent ex propria natura, & comprehenſione in vera
qualitate *Nullius*, ſolumque privilegio Apoſtolico poſ-
ſunt id acquirere illi primæ, & ſecundæ ſpeciei.

91 Juxta eamdem diſtinctionem, primæ, & ſecundæ
ſpeciei Prælati non poſſunt reſervare ſibi Caſus in
Sacramento Pœnitentiæ, poſſunt tamen illi tertiæ
ſpeciei, verè nempè *Nullius*; quia cum dicta reſer-
vatio fieri poſſit ab Epiſcopo in ſua Diœceſi juxta
dictum *Concilium cap. 7. ſeſſ. 14. de Sacram. Pœnit.*
ibi: *Epiſcopis omnibus, in ſua cujuſque Diœceſi*: Pro-
indè etiam in loco exempto, & *Nullius* impropriè
(qui verè dicitur in Diœceſi) ſpectat reſervatio ad
Epiſcopum Diœceſis. *Sac. Congr. Concilii in Aqui-
lana 14. Januarii 1673. tom. 28. Decret. pag. 1.* In-
ter Epiſcopum, & Abbatem S. Joannis de Luculo
propoſita fuerunt infraſcripta: Primò; An, & qui-
bus mediis coercendus ſit dictus Abbas ob non ſer-
vatam in dicta parte Caſuum reſervatorum concor-
diam, confirmatam à S. Sede; Ut teneatur ſcilicèt
92 obſervare eos. Secundò; An, & cujus intimatione,
Epiſcopi, ne, vel Abbatis tenenda ſint affixa edicta
Caſuum in ſedibus confeſſionalibus Abbatiæ. Tertiò;
An Curati dictarum Eccleſiarum Abbatiæ, teneantur
adire Epiſcopum pro facultate abſolvendi ab illis.
Sacra Congregatio. *Ad primum.* Cenſuit *Abbatem
præfatum coercendum eſſe Juris remediis. Ad II. Te-
nenda eſſe cum intimatione Epiſcopi. Ad III. Af-
firmative.* Et cum, in dicta concordia fuiſſet data
facultas Abbati abſolvendi à caſibus reſervatis Epiſ-
copo, Sedes Apoſtolica in approbatione concordiæ
reſtrinxit id ad Abbatem, tunc viventem tantùm, &
ſic ut Pœnitentiarium conſtitutum ab Epiſcopo. Si
93 verò agatur de Tertia ſpecie, & ſic de Prælatis cum
vero Territorio ſeparato; cum tunc habeantur pro
Diœceſanis, & propriam Diœceſim habeant, verifi-
cantur verba Concilii, ut in propria Diœceſi Caſus
reſervari poſſint; & declaravit *Sac. Congregatio Con-
cilii die 2. Julii 1582.* An inferior aliquis ab Ordi-
nario in ea parte Diœceſis, quæ Juriſdictioni ſuæ
ſubjecta eſt, poſſet ſibi reſervare aliquos caſus, quem-
admodum Ordinarius licèt in ſuis Diœceſibus, reſ-
pondit; *Poſſe, ſi tamen, habeat Juriſdictionem quaſi
Epiſcopalem in eo loco, & nullo Diœceſano ſubdit nec
ipſe, nec ejus Subditi*, Fagnan. *c. cum olim nu. 21.
& ſeqq. de præſcript.* Quaranta *in Summ. Bullar. ver.
94 caſus reſervati pag. 162.* Nec ſuffragatur quæcumque
præſcriptio contra prædicta, tum quia obſtat Conci-
lium; quod ubi munitum decreto irritanti, impedit
præſcriptionem; tum quia in his, quæ ſunt contra
Diſciplinam Eccleſiaſticam, ejuſque nervum, præſ-
criptio non procedit, *cit. c. cum inter vos 5. de con-
ſuetudine, ubi gloſ. ver. conſuetudine*, & in his Fa-
gnan. *citat. num. 24.*

95 Quoad Regulares verò, Superiores; Supremi poſ-
ſunt reſervare caſus, quia quoad ipſos Regulares,
animarum Cura illorum eſt penes eos. Quaranta *in
Summ. Bull. v. caſus reſervati n. 2. & 3.* Matthæucc.
in Officiali Regulari c. 38. nu. 39. ubi refertur decre-
tum Clementis VIII. determinantis caſus reſervandos
per Regulares Superiores, aliaque ſervanda in tali
reſervatione per eos.

96 Quoad Indulgentias, & Jubilæa publicanda, idem
Juris eſt, quia agitur de actu pertinente ad Curam
Ovium, & Diœceſanorum; & ſic pertinet ad Epiſ-
copum, & non ad Prælatos primæ, & ſecundæ ſpe-
ciei, unde *Sac. Cong. Concilii in S. Severini Juriſdi-
ctionis 30. Maii 1699. l. 19. litt. Viſit. Sacrorum Li-
minum pag. 250.* cenſuit; *Non poſſe Indulgentias pu-
blicari ab Abbate, ſeu Commendatario, irrequiſito E-
piſcopo, & abſque ejus licentia, & die 4. Februarii
1702. ſtetit in Decretis*, quia non habuit pro pro-
bato vero Territorio ſeparato, & propria qualitate
Nullius, *ut in fol. dictæ Congregationis*, non obſtante
deciſione 148. par. 13. rec. talem qualitatem compro-
97 bante. In tertia tamen ſpecie Prælatorum, cum iſti
habeantur loco Epiſcopi in eorum Territorio ſeparato
à quacumque Diœceſi, benè poſſunt id facere, Rot.
cit. dec. 148. par. 13. rec. nu. 2. & 3. Et eadem *Sac.
Congregatio in Theatina tom. 11. Decret. fol. 151.*
ubi, quòd ſi quando, Præpoſito, ſeu aliis ad quos
pertinet, placuerit, ut in dicta Eccleſia Indulgentiæ
publicentur, non poſſet præſtari, niſi de Epiſcopi li-
centia; *& in Tornacen.* declaravit, quòd publicatio
Indulgentiarum ad ſolum Epiſcopum, adhibitis duo-
bus de Capitulo, pertineret, non obſtante ordinaria
Juriſdictione Capituli, aut quibuſcumque privilegiis
ante Concilium obtentis *tom. 11. Decret. fol. 39. & in
Attrebaten. 27. Maii 1623. tom. 12. Decret. fol. 60.* 98
Et in hoc nequit dari præſcriptio, cùm Concilium im-
pediat quamcumque; & eſſet conſuetudo irrationabi-
lis, cùm materia iſta Indulgentiarum reſpiciat Regi-
men Animarum, & nervum Eccleſiaſticæ Diſciplinæ,
contra quæ non currit præſcriptio ulla, ut dixi.

Nequeunt tamen, non ſolùm Prælati primæ, & ſe- 99
cundæ, ſed etiam illi Tertiæ ſpeciei concedere Indul-
gentias, quas concedunt Epiſcopi, etſi non conſecra-
ti, & ſoli Legati à Latere, licèt non Sacerdotes,
juxta opinionem Div. Thomæ *in 4. diſtinct. 20. art.
3. qu. 2. ad primum*; Nam, etſi id verè non depen-
deat à poteſtate Ordinis, ſed Juriſdictionis, Navarr.
de Indulgen. in 31. notab. num. 3. & ſeqq. Paſſerin. *de
Indulg. qu. 4.* Fagn. *c. accedentibus nu. 10. & ſeqq. de
exceſ. Prælat.* Tamen quia reſpicit diſpenſationem The-
ſauri Eccleſiæ, optimè diſtributio reſervata fuit Sum-
mo Pontifici, & ex ejus permiſſione Epiſcopis, Paſto- 100
ribus, & Eccleſiæ Præſulibus, & non poſſunt id face-
re Prælati inferiores quicumque, *cap. accedentibus de
exceſſ. Prælat. c. cum ex eo de pœnit. & remiſſ.* Hinc
ex eadem ratione neque Vicarius Generalis Epiſcopi, 101
neque Capitulum Sede vacante, ejuſque Vicarius, li-
cèt ſit Ordinarius, eas recedere debet, etſi omnis po-
teſtas Juriſdictionis transferatur in dictum Vicarium
Capitularem, ut notat Fagn. *cit.* Navar. *cit. n. 6. verſ.
addo quarto, & in Sac. Congr. Concilii* propoſito du-
bio *die 13. Novembris* 1688. An Vicarius Capitularis,
Sede Epiſcopali vacante, facultatem habeat conceden-
di Indulgentias, quas concedere poſſet Epiſcopus vi-
vens, etſi adducti fuiſſent plures DD. pro affirmati-
va, uti opinione probabili, quia eſt actus procedens
à Juriſdictione, Zerola *in praxi v. Indulgentia §. ad
ſecundum pag. 440.* Ricc. *in praxi reſol. 222. part. 2.*
Barboſ. *l. 1. de Jur. Eccleſ. c. 32. n. 91.* Pellegr. *in prax.
Vicar. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 2. n. 38.* Marchett. *de Vi-
car. Capit. par. 2. tit. 24. nu. 3.* Sac. Congr. reſpondit:
Vicarius Capitularis ſe abſtineat.

Imò Generales Religionum, ac Provinciales malè 102
agere, ſi abſque privilegio particulari Apoſtolico In-
dulgentias concederent, dixit Fagn. *cit. n. 19.* quid-
quid docuerat Rodriq. *qu. Regul. tom. 2. qu. 86. art. 1.
verſ. ſecundo dico*, & prohibitum fuit in Decreto Ge-
nerali S. Congregationis Rituum 27. Septembris 1659.
ſub Alexandro Papa VII. relatum apud pleroſque, &
præſertim Murg. *ad Conſtit. Apoſt. Conſtit. 16.* Alex.
VII. *pag. 367. c. 12.* ibi: *Indulgentias impertiri, ne-
que publicare audeant ſine expreſſo S. Sedis Indulto*,
& idem Murga *§. 12. pag. 387.* refert Indulta obtenta
impertiendi Indulgentias per Abbates in Miſſis Ponti-
ficalibus; & modum conceſſionis literarum Indulgen-
tiarum 40. dictum Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 2.
diſput. 9. quæſit. 2.*

Sed numquid valeat conſuetudo pro hac conceſſione 103
Indulgentiarum, & negativè dixit Card. S. Sixti *in
tract. de Indulgentiis art. 5.* contrarium tamen videtur
ſentire Navarr. *cit. nu. 6. verſ. etiamſi*; Et verius vi-
detur primum aſſertum, cùm talis conſuetudo eſſet
contra Eccleſiæ Diſciplinam, nec omnia, quæ privile-
gio Sedis Apoſtolicæ acquiri poſſunt, tamquam à fon-
te totius Juriſdictionis, valent præſcribi, prout di-
cemus *ſect. ſequenti*, ut non poſſit præſcribi con-
ſuetudine quadragenaria, etiam cum titulo colora-
to, Juriſdictio activa quaſi Epiſcopalis *Nullius*, etſi
privilegio Apoſtolico obtineri valeat; ſola immemo-
rabili præſcriptione ſuffragante, quia hæc importat
titulum

Digitized by Google

titulum privilegii Apoſtolici ; & præſertim in hoc
caſu, cum agatur de præſcribendis Juribus Sedis A-
poſtolicæ, ex cujus facultate tantùm Epiſcopi indul-
gentias impartiuntur, *cap. cum ex eo de pœnitentiis*,
& remiſſionibus cap. final. eodem tit. in 6. ubi quòd
Epiſcopi habent ſolam facultatem concedendi Indul-
gentias anni in die Dedicationis Eccleſiæ, & quo-
ad reliquas ſolemnitates quadraginta dierum, & ſi
ultrà exceſſerint, vires non obtinent ſaltem quoad
exceſſum, *ut in gloſs. in cit. cap. ultimo v. non obti-
nent*, *Paſſerin. ibid.*

104 Poteſt quoque in his materiis pertinentibus ad
Prælatos inferiores indagari, an teneantur, & poſ-
ſint vocari ad interveniendum Synodo Epiſcopi ; &
an habeant jus convocandi Synodum ?

105 Pro quo præmittendum, tale jus eſſe unum de Ju-
ribus Epiſcopalibus *cap. conquerente de offic. ordin.*
Dubitatur tamen an poteſtas congregandi Synodum
procedat à lege Juriſdictionis, vel à lege Diœceſa-
na. Et ex hac ſecunda procedere, docent *Gloſ. cap.
dilectus cit. tit. de offic. ord. ver. de lege Juriſdictionis.
verſ. ad legem verò Diœceſanam*, ac videntur facere
citati Textus; *Innocent. in c. 1. n. 3. de ſtatu Mona-
ch.* aliique relati per Lotter. *de re benef. l. 2. qu.* 31.
n. 76. in principio, & innuit Rota *in Mileten. Ju-
riſdictionis ſuper Jure congregandi Synodum* 1. *Julii*
1716. §. *eadem ſanè verſ. & tamen*, *coram D. Card.
Falconerio*. Sed profluere à lege Juriſdictionis dixe-
runt *Gloſ. cit. v. de lege Juriſdictionis*, Hoſt. *citat. c.
dilectus nu. 6. verſ. quamvis* Jo: Andr. *ibid. n.* 12. *Pa-
vin. de offic. & poteſt. Cap. Sede vacante part. 1. qu.
7. nu.* 3. Garzias *de benef. par. 9. c. 2. nu.* 64. Lotter.
*cit. l. 1. qu. 21. n. 81. & ſeqq. & l. 2. qu. 31. nu. 76.
& ſeqq.* Bottæus *de Synodo Epiſcopi par. 1. qu. n. 42.
Card. in cap. conquerente n. 3. in 10. notab.* Tamburr.
de Jur. Abbat. tom. 1. diſp. 24. qu. 7. n. 2. Rota *dec.*
619. *num. 2. par. 4. div. & in Mileten. Juriſdictionis
ſuper Jure congregandi Synodum* §. 1. *coram D.Card.
Falconerio* ; quam controverſiam nodoſam appellat
Rota in Nullius, *ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper bo-
no Jure 1. Junii* 1708. *num. 66. coram Anſaldo*. Sed
potiùs dicendum eſſet participare de utraque lege,
ut dixit Rota *cit. dec. 619. num. 2. par. 4. div. & in
cit. Mileten. 1. Julii* §. *eadem ſane* ; nam ſolutus à
lege Diœceſana, non intelligitur eſſe extra Diœce-
106 ſim in Territorio ſeparato; ſed quod ſit exemptus à
Jure Diœceſano, quod ſcilicet habet Epiſcopus Diœ-
ceſanus in omnibus Eccleſiis, & Eccleſiaſticis ſuæ
Diœceſis, quaſi procedens ex Jure reali exiſtenti in
Diœceſi, & Territoriali; ut ſunt Synodaticum, ſeu
Cathedraticum, Decimæ, Mortuaria, & enumerat
*Gloſ. in cap. dilectus cit. ver. de lege Juriſdictionis de
offic. ordin.* quæ Jura conſiſtunt in recipiendo, reſ-
pectu Epiſcopi, & dando, ſeu oneribus, reſpectu
Subditorum. Ea verò, quæ ſunt ex lege Juriſdictio-
nis, conſiſtunt in Ordinibus conferendis, Cura ani-
marum committenda, Sacramentis adminiſtrandis,
& in aliis, quæ reſpiciunt Jus dandi, reſpectu Epiſ-
107 copi, & recipiendi, reſpectu Subditorum ; unde
cum in Synodo conſiderari poſſit Jus vocandi, &
pertinet ad Juriſdictionem ; & Jus exigendi Obe-
dientiam, Synodaticum, &c. quod ſpectat ad onus;
ideò de utraque lege participare eſt dicendum.

108 Hinc cum Regulares omnes de Jure communi
ſint exempti à lege Diœceſana, hoc eſt oneribus,
reſpectu Diœceſani Antiſtitis, ut apud *cit. gloſs.* &
dixi *Conſt.* 1. Paſchalis II. & obtentis deinde pecu-
liaribus privilegiis Apoſtolicis, evaſerunt exempti et-
iam à lege Juriſdictionis, ideò exempti dicuntur à
Synodo Diœceſana; ſed quia aliqua Monaſteria ſubji-
ciuntur Epiſcopo Diœceſano, cum ſint de per ſe exi-
ſtentia, abſque ſubjectione Capiti Religionis, &
corpus cum iſta non faciant, ideò in iis, cum non
adſit exemptio, benè cogi poſſunt ad Synodum,
Regulares eorumdem Monaſteriorum, etſi exempta
eſſent ab onere Synodatici : ac proindè quoad legem
Juriſdictionis, non quoad legem Diœceſanam ſubdi-
ta Epiſcopo dici valent. *Hinc Sac. Concilium Triden-
tinum ſeſſ. 24. de reform. c.* 2. declaravit : *Synodi quo-
que Diœceſanæ quotannis celebrentur, ad quas exempti,
etiam omnes, qui aliàs ceſſante exemptione intereſſe
deberent nec Capitulis Generalibus ſubduntur, accede-
re teneantur* ; Ita etiam Regulares tenentur accedere 109
ad Synodum ; etſi ſubdantur ſuperioribus Religionis,
ſi obtineant Curam animarum ſæcularium ; ut proſe-
quitur *Concilium* ibi : *Ratione tamen Parochialium,
aut aliarum ſæcularium Eccleſiarum, etiam annexarum,
debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi
ſint, Synodo intereſſe*. Prædicta etiam dixerunt Maſ-
ſobr. *de Synodo c. 3. dub.* 2. Pax Jordan. *de re benef. tit.
de Synodo n.* 67. Gavant. *in praxi Congreg. Synod. par.
1. c. 12. n.* 3. Barb. *de pot. Epiſc. alleg. 74. nu. 25. &
alleg. 93. n. 5. & ad Concil. Trid. ſeſſ. 24. cit. c. 2. n.*
26. Fagnan. *in c. quod ſuper his nu. 1. & ſeq. de Ma-
jor. & obed.* Card. de Luc. *de Juriſd. diſc. 28. nu. 2. &
diſc. 37. nu. 2. & ſeq. & diſc. 38. nu.* 6. ubi de Paro-
cho exempto Eccleſiæ Lateranenſis, *& ad Concil.
Trid. diſc. 30. n. 10. & ſeq.* Tambur. *de Jure Abb. cit.
1. diſp. 2. qu. 4. n.* 5. Quem acceſſum ad Synodum te- 110
nentur facere etiam & Abbates Regulares, & Prælati
inferiores exempti; ut citati DD. docent, itaut, ſi Cu-
ra non ſit penes Abbatem, ſeu Prælatum, ſed penes
alium ab ipſo eligendum, onus accedendi iſti incum-
bit ; non autem Abbati & *Sac. Congreg. Concilii in
Mileten.... Decembris* 1586. *tom. 4. decret. pag.* 216.
*dixit Abbatem Sanctiſſimæ Trinitatis, teneri accedere
ad Synodum Diœceſanam, ſi ceſſante exemptione in-
tereſſe deberet, & Capitulis Generalibus non ſubda-
tur, juxta c. 2. verſ. Synodi ſeſs. 24. de reform. & niſi
Abbates exerceant utramque Juriſdictionem in Paro-
chos, & Parochianos, Epiſcopalem ſcilicet, & tempo-
ralem*, ut in alia apud Fagn. *cap. ſuper his n. 11. de
major. & obed.* Quod ſi agatur de habente Juriſdictio-
nem temporalem, & ſpiritualem *juxta c. 11. ſeſſ. 25.
de Regularib.* tunc non poſſe vocari Abbatem ad Sy-
nodum à proprio Epiſcopo, nec teneri accedere, et-
iam ratione Parochialium. Barb. *ad cit. c. 11. nu.* 27.
Salvo tamen Epiſcoporum jure, qui majorem in dictis
locis & perſonis Juriſdictionem exercerent, quod præ-
ſervavit Concilium, *& in eadem Mileten. ad 2. Ab-
batem Ciani, itemque Vicarios Commendarum Hieroſo-
lymitanarum, ſi habeant populum Epiſcopo ſubjectum,* 111
*ipſos quoque ad Synodum accedere oportere ; Itemque
Curatos Abbati prædicto ſubjectos, ſi ſint intra Diœ-
ceſim Epiſcopi; Simplices autem beneficiatos, ſi ſint
exempti, non teneri ex Concilio; ideòque quoad eos, ſer-
vandam eſſe diſpoſitionem Juris communis*; ſcilicèt ut
teneantur, pro ut tenentur, alii Diœceſani, ſi non
ſint exempti aliquo privilegio, à Synodo ; ut exemit
Papa ab onere accedendi ad Synodum Abbatem S. Ma-
riæ Patientiæ Ceſareæ in Civitate Neapolis ; quod in-
nuit Sac. Congreg. Concilii *in Neapolitana 22. Se-
ptembris* 1663. de quo tamen nihil fateor, cum videri
debeat privilegium, *& Congregatio in S. Severini 3.
Maii 1699. Quoad Presbyteros, & Clericos Abba-
tiales exemptus à Juriſdictione Epiſcopi, & Synoda-
lia decreta parvipendentes* ; An procedi poſſit contra
inobſervantes ad pœnas contentas in Synodalibus Con-
ſtitutionibus, Sac. Congreg. cenſuit *Affirmativè* ; *&
ſub die 4. Februarii* 1702. reſpondit *recedendum à de-
ciſis, præter quàm quoad concernentia curam anima-
rum*; quia aderat privilegium exemptionis amplum poſt
Concilium, & proindè remanebant obnoxii tantùm
quoad curam animarum, Synodalibus ſtatutis; & ſic ſi
agatur de re concernente totum Clerum, quoad refor-
mationem morum, ac de intimandis decretis Synodi
Provincialis, poſſe cogi exemptos omnes, in Diœceſi
tamen exiſtentes Fagn. *c. ſuper his n. 2. & ſeq. de Ma-
jor. & obed.* Dictaque procedunt quoad Prælatos ex-
emptos primæ vel ſecundæ ſpeciei, qui ſunt in Diœ-
ceſi Epiſcopi.

Sed quid dicendum de Prælatis tertiæ ſpeciei,
nempè verè qualitatis *Nullius*, cum Territorio ſe- 112
parato omninò à quacumque Diœceſi ? Et viden-

tur poſſe ipſi congregare Synodum, & conſequenter non teneri ad aliam Epiſcopi accedere. Cùm enim iſti Prælati dicantur Diœceſani, benè competunt illis omnia, quæ ad Diœceſanum pertinent, exceptis, quæ procedunt ab Ordinis poteſtate, ex defectu in iis characteris Epiſcopalis, ideò non poſſunt ordinare, confirmare, conſecrare; unde cùm congregare Synodum ſpectet ad Epiſcopum Diœceſanum, *cap. Annis 16. diſt.* 18. videtur poſſe ſpectare ad Prælatum *Nullius*, qui eſt Diœceſanus. Ulterius vel procedit hoc jus à lege Juriſdictionis, & certè eam habet Prælatus verè *Nullius* independentem à quocumque Epiſcopo, vel procedit jus hoc à lege Diœceſana, & cum Territorium verè *Nullius* ſit ſolutum, & ſciſſum à quacumque Diœceſi, & conſtitura ſit Diœceſis propria, benè talis Prælatus poteſt Synodum congregare in iſta, quia Territorii vera ſeparatio à Papa facta, includere videtur etiam iſtud jus celebrandi Synodum; cum detur Juriſdictio quaſi Epiſcopalis in Clerum, & populum; & ut certa lex propria Diœceſana ibi promulgetur, Balboa, *de præſcript. part. 1. quæſt.* 11. *numer.* 6. *& ſeq.* Bott. *de Synod. Epiſc. part. 2. quæſt. 4. numer.* 40. *& ſeq.* Flores de Mena *var. reſol. libr. 3. quæſt. 24. numer.* 9. Tambur. *de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 24. quæſit.* 7. Card. de Luc. *in miſc. Eccl. diſc. 2. numer.* 10. Garz. *de Benef. part. 9. cap. 2. numer.* 139. Gavant. *in manual. Epiſc. ver.* Abbas *in addit. numer.* 13. ibi: *Abbas non poteſt Synodum celebrare, niſi habeat Diœceſim*, Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 17. numer.* 104. dumodò habeat Provinciam; ſumpta Provincia pro Diœceſi, ut etiam ſumitur *in Can. quicumque ubi gloſſ. ver. Provinciam 16. quæſt.* 3. nec Sacrum Concil. Tridentinum aliquid innovavit, nam *ſeſſ. 24. cap. 2. cit.* ſtatuit tantùm, quòd Synodi Diœceſanæ quotannis celebrentur, & ſic intelligi ab iis, qui eam congregare debent; ac proindè cùm Abbas ſeù Prælatus inferior habeat proprium Territorium ſeparatum, & ſic Diœceſim propriam, videtur ab illo, uti Diœceſano, congregandam eſſe Synodum, & ita dixit Rota poſt Tondut. *de penſ. deciſ. 31. numer. 4. & in deciſ. 619. part. 4. diverſ.* ubi ex eo quod conſtaret Abbatem Caſtri Durantis eſſe exemptum ab omni Juriſdictione, & lege Diœceſana Archiepiſcopi Urbinatenſis, & habere Juriſdictionem in homines, & terras; cenſeri debeat Ordinarius dictorum hominum, & locorum. Unde cùm congregandi Synodum facultas ſit de lege, vel Juriſdictione Diœceſana, ſivè participer de utraque, ſemper Congregatio Synodi pertinebit ad Abbatem, *ita Rota in Mileten. Juriſdictionis ſuper Jure convocandi Synodum 5. Aprilis* 1715. *§. primo cor. Card. Falconerio*; hinc ex his rationibus putant DD. poſſe Vicarium Capitularem
113 congregare Synodum Diœceſanam, quia in illum transfertur Juriſdictio Epiſcopalis, Garzias *cit. num.* 64. Barboſ. *ad cit. cap. 2. num.* 22. & refertur à Garzia *cit. numer.* 8. *reſolutio S. Congregationis Concilii in Toletana Anno* 1577. ibi – *Sexto, curabit idem Vicarius, ut ſingulis annis in Diœceſana Synodo, probentur Examinatores ſex ſaltem. Septimo, ſi contingat ſequentibus annis nullos Examinatores eligi in Synodo Diœceſana, &c.* & docent Gavant. *verb. Synodus Diœceſana num.* 2. Maſſobr. *de Synodo Diœceſana cap. 2. dubit.* 4. Botteus *de Synodo part. 1. qu. 7. verb. ex præmiſſis*, ubi quod tenetur Capitulum ſingulis annis illam congregare per Vicarium Capitularem, Sbroz. *de offic. Vic. lib. 2. qu. 111. in addit. ſub num.* 5.

114 Verùm pro Jure convocandi Synodum, in Prælato inferiore, certum eſt, quòd requirantur copulativè tria requiſita, ſcilicèt Territorium verè ſeparatum, cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali in Clerum, & populum, & ſpeciale Indultum Apoſtolicum, cum ſubſecuta conſuetudine, Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de ref. cap. 18. n.* 45. Anaſtaſ. Germon. *de Indult. Card. §. quibus n. 28. in fin.* Garzias *de Beneſ. par. 2. c. 2. nu. 121. & ſeqq.* Parii. *de reſign. l. 8. qu. 9. nu.* 98. Card. de Luca *ad Concil. diſc. 30. n.* 12. ibi: *ſi habeat ex privilegio, vel ex conſuetudine hanc facultatem celebrandi Synodum & in miſcell. Eccleſ. diſc. 1. numer.* 100. Lotter. *cit. quæſt. 31. numer.* 88. ibi *quod intelligitur ſi præter hanc quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem, & ſtatum Nullius Diœceſis, id quoque in eo concurrat, quod habeat jus congregandi Synodum*, Corrad. *in praxi benef. libr. 3. cap. 3. numer.* 7. Ventrigl. *in praxi part. 2. annot. 5. §. primo num. 22. & 24.* Jus enim congregandi Synodum eſt quoddam Jus ſpeciale monarchicum, leges ferendi Eccleſiaſticas, exiſtens penes Epiſcopos, *Can. Annis, & Can. decernimus 18. diſt.* proindè ut Inferiori Prælato tale Jus acquiratur, privilegium Apoſtolicum debet concurrere, & quidem ſpeciale, ac individuum, Lotter. *cit. & prius nu. 13. qu. 31. n. 93. & 97.* Germon. *cit. verſ. de hac tamen Novar. nov. Jur. Pontif. pract. concl. verſ. Concurſus concl. 67. num.* 1. Rota *in cit. Mileten. 37. Januarii* 1716. recedendo ab alia 5. *Aprilis* 1715. docuit requiri ſpeciale Indultum, unà cum dicta qualitate verè Nullius, *§. Nam procedendo, & §. Secunda cor. D. Card. Falconerio*; proindèque DD. alii, ſupra contrarii citati, aut adducendi, intelligendi ſunt, vel quòd requiratur vera qualitas *Nullius*, ſine qua nec dictum privilegium concederetur, cum illa qualitas ſit principale requiſitum pro tali jure, qua deficiente remanet Jus in Epiſcopo Diœceſis, Rot. *dec. 20. n.* 20. poſt Card. de Luc. *de Juriſdict. & in cit. Mileten. Juriſdictionis 31. Januarii 1716. §. deficere*, vel quod probata conſtitutione congregandi Synodum, eliciatur qualitas vera *Nullius*, ut Rot. *in cit. dec.* in contrarium allegata 31. poſt Tondut. ubi conſtabat de congregatione Synodi facta per Prælatum inferiorem antiquiſſimo tempore; ex quo qualitas vera *Nullius* potuerat elici, & eadem Rot. *in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis 28. Junii 1700. §. Silveſter Papa, coram Cardinal. della Tremoille, & 27. Aprilis 1705. n. 5. quæ eſt dec.* 23. poſt Proſper. *de Territ. ſeparat. & in eadem ſuper bono jure 1. Junii 1708. nu. 36. coram Anſald.* vel DD. dicunt quòd Abbas, ſi Ordinarius fuerit privativè quoad Epiſcopum, & habuerit Jus congregandi Synodum, poſſit facere concurſus in Parochialibus providendis, & ſic videtur id præſupponere, habere Jus eam congregandi, & ſic Jus diſtinctum ab ordinaria Juriſdictione, *ac in dec. 619. par. 4. diverſ.* cum ibi adeſſet privilegium Apoſtolicum in Prælato inferiore, convocandi concurſus Parochialium, conceſſum amplis verbis, fuiſſe etiam dicebatur conceſſum Jus Synodi congregandæ requiſitum pro concurſibus ob Examinatores Synodales eligendos; & rurſus accedebat conſuetudo congregandi eam; ut in fine deciſionis.

Hujuſmodi fuit etiam ſenſus S. Congregationis Concilii; hinc 26 *Septembris* 1615. cenſuit: *Inferiorem Epiſcopo, ſi modo omnimodam Juriſdictionem habeat Epiſcopalem, nec alicui ſubdatur, ſed ſit immediatè ſubditus Sedi Apoſtolicæ, Nullius Diœceſis, ac proprium habens Territorium, ſi Jus habeat congregandi Synodum, & legitimè conſtet, illam congregare poſſe, concurſum Parochialium vacantium inſtituere, atque alia peragere, quæ ipſius Concilii decreto præſcribuntur c. 18. ſeſſ. 24. Verum priuſquam, ſe has omnes, & ſingulas qualitates habere legitimè docuerit, id Jus* 115 *in locis ſupradictis ad Archiepiſcopum tantùm pertinere; tom. 11. Decret. pag. 163. & etiam in Nullius 17. Auguſti* 1626. cenſuit: *Abbatem non poſſe congregare Synodum, quamvis habeat Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, niſi etiam habeat Jus congregandi Synodum, tom. 13. Decret. pag.* 106. Imò *in Nullius ſeu Æſernienſi 7. Julii* 1685. cenſuit: *Abbatem S. Vincentii in Vulturno non poſſe ex deductis, congregare Synodum, & die 6. Septembris* 1687. cenſuit: *Coadjuvandas eſſe probationes quoad convocationem Synodi, & in Mileten. cit. ann.* 1586. *Non poſſe Abbatem Sanctiſſimæ Trinitatis ſeparatam Synodum celebrare, niſi conſtet, Abbatem Nullius eſſe Diœceſis, & proprium habere*

Digitized by Google

habere Territorium, & aliàs legitimam Synodum celebraſſe. Unde in praxi conſtat, in pluribus privilegiis Apoſtolicis præciſè concedi hujuſmodi Prælatis verè *Nullius* expreſſam facultatem convocandi Synodum, poſt qualitatem amplam *Nullius* eis impartitam; ut præciſè habetur in privilegiis Abbatis Montis Caſſini, ſupra enunciatis in Conſtitutione adducta SS. Domin. Noſtri.

116 Nec obſtat, quod Vicarii Capitulares congregare poſſint, imò debeant Diœceſanam Synodum quotannis, ut referunt adducti ſupra DD. & ex *cit. reſolutione Sac. Congregat.* quia ex lectura cauſativè id dicunt, ut ſcilicet quòd cùm Concurſus ad Parochiales fieri debeant coram Examinatoribus Synodalibus, ad formam præſcriptam in Concilio Tridentino, neceſſaria ſit Synodi celebratio, Sede vacante, nec Vicarius poſſit authoritate propria Examinatores ſufficere, ſed curare debere, ut eligantur in Synodo, alias concurſus ſi fierent eſſent nulli, ut præſertim Sbrozz. & Garz. *cit. ſupra num. 114. ac declaratio* adducta apud eos, ſe explicant; ſed cum in Prælatis inferioribus forma Concilii Concurſus faciendi, ſit, ut fiat coram Epiſcopo Diœceſano, ſi ſit in Diœceſi, vel Viciniore, ſi ſit extra Diœceſim, cum Examinatoribus Synodalibus illorum, ut infra, videtur ceſſare dicta cauſativa neceſſitas, ut congregent Synodum in his Prælatis, quæ eſt in Vicario Capitulari Epiſcopatus alicujus vacantis, imò etiam in Vicariis his non eſt in uſu talis convocatio, cum recurrant ad Congregat. Concilii pro facultate faciendi Concurſus, cum reliquis Examinatoribus antecedentis Synodi Congregatæ per Epiſcopum defunctum, unà cum aliis deputandis ab eo cum conſenſu Capituli, quæ licentia paſſim datur.

117 Hujuſmodi tamen Abbates verè *Nullius*, certum eſt non teneri accedere ad Synodum Epiſcopi, quia talis eſt ipſe Abbas *Nullius* in Juriſdictione, & ſolus eſt Diœceſanus in ſuo ſeparato Territorio, ſed etſi ex littera Concilii non videatur cautum, debere eos accedere ad Synodum vicinioris Epiſcopi, tamen ex ſenſu ipſius Concilii, Sacr. Congregat. ejus Interpres declaravit, teneri accedere ad Synodum Epiſcopi Vicinioris, ſi habeant Curam Animarum; prout etiam teneri Rectores Eccleſiarum habentium Curam Animarum, etſi ſint in Loco *Nullius*; nam ſicuti Congregatio declaravit, ut concurſus Parochialium fiant per Viciniorem Epiſcopum in Locis verè *Nullius*, ut dicam, etiam, ex interpretato ſenſu Concilii, ut hujuſmodi Curati Animarum leges Vicinioris Paſtoris Epiſcopi audiant, & ſervent, & ex eo, quia ſicuti Concilium providit, ut hujuſmodi Loca *Nullius* viſitentur ab Epiſcopo Viciniori: ita videtur voluiſſe conſulere ipſorum Locorum Curæ, præſertim Animarum, ne fruſtranea videretur viſitatio, niſi adeſſet in hujuſmodi Locis *Nullius* facultas congregandi Synodum, & ſic conſulendi ea Subditos illos cum Statutis opportunis, circa ea, quæ à Jure communi, & Conſtitutionibus non eſt proviſum; ad quem finem Synodi congregantur, ac ibidem ſalubria ſtatuta emanantur, aliàs remanerent hujuſmodi Populi, ſine utilitate, & commodo ſpecialium legum Synodalium; ut ad rem conſiderat *citat.* Cardin. de Luca *ad Conc. Tridentin. diſc.* 30. *numer.* 12. Fagnan. *cap. ſuper his, numer.* 10. *de major. & obedien.* & docent teneri accedere ad Synodum Epiſcopi Vicinioris, Presbyteros habentes Curam Animarum, ipſumque Abbatem, ſi eam habeat, exiſtentes in Diœceſi verè etiam *Nullius*, Piaſec. *in prax. part. 2. cap. 2. numer. 2. verſ. non ſolùm*, Ugolin. *de offic. Epiſcop. capit.* 48. §. 1. Cardinalis de Luca *cit. numer.* 12. *& in Miſcell. diſc.* 1. *numer.* 100. Barboſ. *ad Concil. citat. capit.* 24. *capit.* 9. *numer.* 28. Leo *in praxi Fori Eccleſ. part.* 1. *cap.* 9. *numer.* 13. ubi refert ita reſolutum à Sacr. Congregat. quidquid contrarium dicat Navar. *conſ.* 11. *de Offic. Judic. Ordin. & conſ.* 22. *de Major. & Obedientia*, ex eo, quod lex Conciliaris ſit ſumenda ſine præjudicio Tertii; & ſic cum jus viſitandi, ac faciendi Concurſus ſit diverſum à jure vocandi ad Synodum; ex uno non infertur aliud; cum à ſe paratis non ſit facienda illatio; hinc Metropolitanus licèt Eccleſias Suffraganeas poſſit viſitare cauſa cognita in Concilio Provinciali juxtà *cap.* 3. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* non tamen poteſt vocare Clericos Eccleſiarum Suffraganearum ad Synodum; ſed Sac. Congreg. Concilii declaravit: *debere hujuſmodi Abbates Nullius accedere ad Synodum Vicinioris Epiſcopi*, ut in *Adrien. 12. Junii 1592. tom. 7. pag. 51. à tergo. Teneri Curatos Nullius Diœceſis intereſſe Synodo illius Epiſcopi, qui tamquam Vicinior poteſt eas viſitare; Abbatem verò, ſi ſit Nullius Diœceſis non teneri, niſi Curam Animarum exerceat; & 12. Februarii 1622. to. 12. Rectores Nullius tenentur accedere ad Synodum Diœceſanam illius Epiſcopi, qui tamquam proximior poteſt eos viſitare*; Ac refert Fagnan. *cit. cap. ſuper his, num. 16. de Major. & Obed. & in Mileten. cit. ad ſecundum* Sac. Cong. cenſuit: *Rectores Nullius Diœceſis, & ratione viſitationis ad Synodum ſunt obligati, & ad ea omnia, quæ in Synodo decreta ſunt, ſi viſitentur ab Epiſcopo tamquam à Viciniore*. Æquum igitur eſt, ut ipſi interveniant ad Synodum, cujus leges ſervare debeant, & cum ita declaravit S. Congr. Conc. quæ habet facultatem interpretandi ex mente Concilii, quod ex litera non elicitur, debet ſervari Fagnan. *in c. quoniam, num. 21. & ſeqq. de Conſtit.*

Sed quæ præſcriptio ſufficiat, vel requirantur circa 118
hujuſmodi Synodi jura, & reſpondendum eſt, aut agitur de jure paſſivo exemptionis ab illa Epiſcopi, & cum ex *Concilio Tridentino cap. 2. ſeſſ. 24. de reform.* quicumque exempti, ceſſante in hac re quacumque exemptione, teneantur accedere, ſi accedere deberent, quatenus non eſſent exempti, exceptis iis Regularibus, qui ſubſunt Capitulis generalibus, ſicuti ſublata fuere privilegia, ita quæcumque conſuetudo illa præſumens, prout in vim dicti Decreti inſuper tenentur etiam exempti Regulares quicumque, ſi Curam Animarum habeant, & Sacra Congregatio Concilii in una *Legionenſi*: Abbatia quædam aderat in Diœceſi Legionen. quæ congregabat Synodum ante Concilium, & Examinatores deputabat, petitur an per Concilium ſublata fuit facultas dicto Abbati circa Synodum? Sacr. Congregatio cenſuit: *eſſe ſublatam, ſi modò dictum Monaſterium ſit in Diœceſi Legionen. tom. poſit.* 122. *poſt fol.* 102. Nec poſt Concilium poteſt introduci conſuetudo contraria, cùm in Decretis Concilii, & Bulla Pii IV. ejus confirmatoria adſit Decretum irritans, Pariſ. *de reſignat. libr. 4. quæſt. 9. numer.* 28. Gonzal. *ad regul. Cancell. gloſs.* 15. *numer.* 37. Privilegia itaque ante Concilium non ſuffragantur; ſed poſt Concilium obtenta à Sede Apoſtolica habent vim cum ſola Clauſula: *Non obſtantibus*, qua derogatur Concilio, nec requiritur ſpecialis derogatio Gratian. *diſceptat.* 48. *numer.* 26. Barboſ. *ad Concil. ſeſs.* 1. *num.* 2. Rota *deciſ.* 17. *numer.* 6. *part.* 2. *Recent. & S. Congreg. Concilii*, dum diſputatum fuit, quod Abbates, & Monaci S. Sophiæ negabant velle accedere ad Synodum Diœceſanam Archiepiſcopi Beneventani, allegantes eorum privilegia à S. Pio V. confirmata, quibus ab hoc onere eximebantur, etſi Rectores eſſent Parochialium Eccleſiarum, dicto Monaſterio ſubjectarum; Contra verò Archiepiſcopus eos compellere volebat ad accedendum; ex quo poſt Concilium per decem ſeptem annos non obſtantibus privilegiis, ipſi Rectores ad Synodum Diœceſanam acceſſerant: Congregatio cenſuit: *Non teneri hos accedere ad Synodum*, quia privilegia ea expreſsè conceſſa, fuerunt à S. Pio V. poſt Concilium confirmata, quo caſu cenſetur derogaſſe Concilio, ut refert Fagnan. *cit. cap. quod ſuper his, n. 12. de Major. & Obed.*

Quoad verò jus activum revocandi ad Synodum 119
eos, qui tenerentur, itaut vocati accedere debeant, aliqui apud Pax Jordan. *de re beneſic. citat. de Synodo numer.* 67. docent ſufficere decennalem, cùm non ſit contra, ſed præter Jus, Maſſobr. *verò de Synodo, c. 3. dub.* 2. cum aliis diſtinguit, quod aut agitur de Abbatibus, & Prælatis inferioribus, qui habent populum ſub ſe, & Eccleſias, in quibus Cura Animarum exerceatur per

tur per

tur per Subſtitutum, & ſic cum principaliter Cura non ſit penes ipſos, non teneantur accedere ad Synodum, ut dixi ſupra; aſſeritur ſufficere decennalem conſuetudinem accedendi, ut valeant cogi; cum agatur potiùs de interpretanda dubietate Juris non clari, ut non teneantur; Si verò agatur de aliis non habentibus Curam Populi, & tunc requiri quadragenariam; cùm ſit contra Jus, ſcilicet eorum exemptionem, & privilegia, Card. item de Luca *cit. diſc.* 37. *num.* 6. addit, ut ſufficiat decennalis, ſi agatur contra Regulares exercentes vitam activam concionandi, & Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrandi Sæcularibus, & alia, quia ratione aliqualis illorum Curæ Animarum, faciliùs inducitur dicta conſuetudo reverſiva ad Jus commune, ut Regulares ſubjaceant Epiſcopis Fagnan. *verò in cit. cap. ſuper his num.* 19. *de Major. & Obed.* docet non poſſe præjudicari privilegiis Regularium per ſimplicem conſuetudinem. Cæterùm in hac re contra exemptiones Regularium requiritur conſuetudo quadragenaria cum titulo putativo: cùm Regulares ipſi nequeant præjudicare eorum privilegiis, ut apud *cit.* Fagnan. Conſuetudo tandem
120 accedendi inducitur ex præcedentibus edictis Epiſcopi, ac acceſſu; ſed non requiritur convocatio, & interventus in quolibet anno, ſed ſolùm, quatenus Synodi celebratæ fuere, nec præſumitur facultas, ſed potiùs coactio, & an ſufficiat probatio per Teſtes, vel requirantur acta Synodalia vide Cardin. de Luca *diſc.* 37. *num.* 7. *de Juriſd.* latè Rota *deciſ.* 103. *& deciſ.* 191. *part.* 9. *recent.* ubi de acceſſu Capituli unius Eccleſiæ Collegiatæ exiſtentis in una Diœceſi ad Synodum coactam in alia Diœceſi, quæ Diœceſes erant unitæ nempè Ampurien. & Civitaten. in Hiſpaniis.

121 Domùm circa jus activum convocandi Synodum, videtur requiri quadragenariam, cum tale jus poſſit præſcribi; dummodò tamen habeat Prælatus convocans requiſita veræ qualitatis *Nullius* cum Territorio ſeparato, ac Juriſdictione quaſi Epiſcopali in Populum, & Clerum Card. de Luca *ad Concilium diſcurſ.* 30. *n.* 12. ibi: *Si habeat ex privilegio, vel ex conſuetudine hoc jus celebrandi Synodum*; Imò cum dubitari poſſet, an qui ſit verè *Nullius* cum Populi, & Cleri Juriſdictione, abſque alio ſpeciali privilegio convocandi Synodum, habeat tale jus, ut ſupra dixi, ac innuit Rota *in cit. Mileten.* 5. *Aprilis* 1715. §. 1. *&* §. *quoad autem*, ubi quidquid ſit de tali articulo, videtur tenere non requiri immemorabilem, cùm non concurrat tanta juris reſiſtentia, ut Prælatus veræ qualitatis *Nullius* habeat jus convocandi Synodum, prout, habent alii non verè *Nullius*, & ſic ſaltem per viam interpretationis dicti privilegii *Nullius*, ut importet dictum jus, ſufficit quadragenaria, ut eſſet ſi in privilegio data fuiſſet facultas Abbati convocandi concurſus pro proviſione Parochialium, quæ data fuit Abbati Montis Caſſini per Sixtum V. & alios Pontifices, in relata Bulla Sanctiſſ. D. N. adducta, ſupra *num.* 41. & de poſſeſſione, ac conſuetudine dicti Juris latè *in cit. deciſionibus Mileten.* Secus autem, ſi ageretur in Territorio verè non ſeparato, cùm nulla præſcriptio intret, quia deficeret principale requiſitum hujus Juris convocandi Synodum, & eſſet actus contra naturam exercitus, ut elicatur etiam ex dictis *deciſ. Mileten.*

122 Jus etiam concedendi Inſtitutionem auctorizabilem, prohibitum eſt hujuſmodi Prælatis inferioribus; pro quo eſt præmittendum, duplicem eſſe Inſtitutionem, alteram collativam, auctorizabilem alteram. Prima eſt collatio tituli Beneficii, ſeù illius proviſio, cujus eſt ſubjectum ipſum Beneficium; Secunda eſt collatio Curæ in Populum, quæ exerceri debet ab ipſo Beneficiato, cujus ſubjectum eſt ipſa Cura Animarum, quæ committitur, ut docent Gloſſ. *in cap. un. de Capell. Monach. in* 6. in figuratione caſus, ubi Canoniſtæ, *& cap. cum ſatis de offic. Archid.* Franch. *num.* 1. 3. *&* 5. *citat. cap. un.* Butr. *in cap. de Monach. n.* 8. *de præben.* Lott. *de re benef. l.* 1. *quæſt.* 25. *num.* 13. *& quæſt.* 33. *num.* 99. & alii apud Piton. *diſcept. Eccl. tom.* 1. *diſcep.* 20. *num.* 30. *&* 31. Fagnan. & alii Canoniſtæ *in cap. cum & plantare num.* 6. *de privil.* Rota *deciſ.* 1007. *num.* 12. *&* 13. *coram Coccino deciſ.* 47. *n.* 19. poſt Tamburr. *de Jur. Abb. dec.* 5. *numer.* 8. *part.* 7. *recent. &* in *Burgen. Juriſdictionis ſuper Commiſſione Curæ, & actibus Parochialibus* 11. *Junii* 1708. §. *neque*, *coram Anſalde, quæ eſt deciſ.* 26. poſt de Proſperis *de Territorio ſeparato, & in eadem* 23. *Februarii* 1714. *coram D. Cardin. Falconerio confirmata* 26. *Junii* 1715. *coram D. Criſpo.*

Addunt etiam aliqui tertiam ſpeciem inſtitutionis, 123
quæ potius eſt immiſſio in poſſeſſionem corporalem Beneficii, & corporalis inſtitutio denominatur; quæ ſpectat ad Archidiaconum de Jure, ut eam concedat, *cap. ad hæc, cap. ut noſtrum de offic. Archid.* Hoſtien. *in ſumma hujus tituli*, §. *quod ſit ejus officium*, Gonzal. *cap. cum ſatis n.* 3. *eodem tit.* licèt ex conſuetudine tale jus ſit Archidiaconis ſublatum, & Epiſcopo etiam adjudicatum, Gonzal. *cit. n.* 3. Barboſ. *de Dignit. cap.* 5. *n.* 30.

Quoad primam Inſtitutionem collativam tituli; acquiritur ea per quoſcumque Prælatos inferiores,
aut per privilegium Apoſtolicum, aut per præſcriptio- 124
nem quadragenariam; quia etſi Epiſcopus habeat intentionem fundatam in Jure ſuper inſtitutione omnium Eccleſiarum Sæcularium ſuæ Diœceſis; tamen privilegio alteri acquiri poteſt; ita & præſcriptione, *cap. cum olim, de præſcript. cap. cum veniſſent de inſtit. cap.* 2. *de exceſſ. Prælat. cap. referente de præben.* Gonzal. *cit. numer.* 4. Lambert. *de Jurepatron. part.* 2. *lib.* 5. *art.* 4. *quæſt. princip. pag.* 157. Fagnan. *cap. eam*
te numer. 7. *de ætate, & qualitate.* Altera autem in- 125
ſtitutio, nempè auctorizabilis, ſcilicet quoad Curam Animarum, utpotè procedens à munere Epiſcopali, eſt Epiſcopis tantùm reſervata; quibus commiſſa eſt Populi Cura; unde in Capellis Monachorum, etſi ad Abbatem pertineat inſtitutio collativa Beneficii; tamen commiſſio Curæ, & inſtitutio auctorizabilis ſpectat ad Epiſcopum, in cujus Diœceſi eſt Populus, ſub dictis Capellis exiſtens, *cap.* 1. *de verb. ſignif. in* 6. ibi: (ſcilicet Eccleſias) *cum ſuis plebibus per ſuos Clericos idoneos gubernent, qui ratione plebium examinandi, Epiſcopis præſententur: ut ab eis Curam recipiant Animarum; cum plebes Epiſcopis ſint ſubjectæ:* benè Abb. *in cap. cum, & plantare cit. numer.* 6. ubi Butr. *numer.* 7. *&* 8. *& num.* 26. Ancharanus *num.* 4. *& ſeqq.* Marian. Soccin. *numer.* 8. *&* 13. Jo: Andr. *numer.* 4. Cardin. Zabarella *num.* 6. *in fine*, Fagnan. *n.* 6. Imola *in cap. de Monachis, num.* 8. *de præbend.* ubi Barboſ. *num.* 4. Flores de Mena *var. reſolut. l.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 26. Piton. *diſcept.* 20. *n.* 30. *&* 31. Fagnan. *cit. c. cam te n.* 3. *&* 4. Rota *dec.* 4. *num.* 6. poſt Murg. *ad Conſtit. Apoſtol.*

Sed quid, ſi ageretur de Capellis pleno jure Re- 126
gularibus, vel Prælatis unitis, ſcilicet, quo ad temporalia, & ſpiritualia? Aliqui dicunt, poſſe dari etiam auctorizabilem; quia plenitudo privilegii, quoad temporalia, & ſpiritualia, omnia importat; ut videtur innuere idem Textus *in cap. cum & plantare*, ibi: *In Eccleſiis ſuis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, inſtituendos Presbyteros Epiſcopis repræſentent: ut eis de Plebis Cura reſpondeant*, ubi gloſ. *ver. pleno jure* addit: ideſt: *utroque jure, quoad ſpiritualia, & temporalia*: Unde à contrario ſenſu, ſi pleno jure pertineant ad Prælatum inferiorem, talis præſentatio Epiſcopis non videtur facienda, Geminian. *in capit. un. juncta gloſ. ver. ipſis de Capell. Monach. numer.* 7. *&* 8. ibi: *Nota benè iſtud dictum gloſſa, quod Eccleſia non dicitur pleno jure ad aliquem ſpectare, quando non habet inſtituere, etiam ſuper Curam, licèt habeat inſtituere, quoad titulum Beneficii;* Innoc. *in cap. in Lateranenſi num.* 3. *&* 4. *de præben. & cap. quoniam de privil.* Jo: Andr. *in cap. de Monachis num.* 10. *de præbend.* ubi Anchar. *num.* 7. Gaufrid. *in cap. Paſtoralis, num.* 4. *de donat.* Franch. *in cap. Presbyteri num.* 3. *de Capell. Monach. in* 6. Lotter. *de re benefic. l.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 32. *& in cit. deciſ.* Burgen. *coram Anſaldo*, §.

authu-

authumarunt, *& ſeqq. & coram D. Card. Falconerio*, §. *Aſt iſta*.

Verùm dicendum, quod etſi agatur de Eccleſiis unitis inferiori Epiſcopis, etiam pleno jure, & quoad temporalia, ac ſpiritualia, inſtitutio auctorizabilis ſpectat ad Epiſcopum, quia illa unio intelligi poteſt quoad jura ſpiritualia Eccleſiæ, non autem quoad jura ſpiritualia in Populum, & Animas Epiſcopi Curæ commiſſas. Tamburr. *de Jur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 9. *qu.* 20. *numer.* 1. *&* 2. Pariſ. *de reſignat. Benefic. l.* 8. *quæſt.* 9. *numer.* 96. Barboſ. *ad Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *numer.* 45. *de reform.* plenè Rota *in Pampilonenſi Jurium Parochialium de Mendavia* 5. *Junii* 1666. *quæ eſt deciſ.* 4. *num.* 6. *poſt Murgam cit.* At ex nova diſpoſitio-
127 ne Sac. Conc. Trid. *cit. cap.* 18. cautum fuit, ut omnes Eccleſiæ Parochiales providerentur per Concurſum faciendum coram Epiſcopo, & eo impedito coram ejus Vicario Generali, certa forma præſcripta, ut examen fiant coram Examinatoribus Synodalibus, ac præligatur ab Epiſcopo magis idoneus, & adeſt *Conſtitutio* 33. *S.* Pii V. & quatenus agatur de præſentato à Patrono Layco, debet ab Epiſcopo examinari, & approbari ad Curam, antequam inſtituatur. Si verò agatur de Eccleſiis unitis, debet præſentatus à Prælato examinari, & approbari, & committi Cura eidem ab Epiſcopo. Et etiam ſi agatur de Regularibus habentibus Curam Animarum Sæcularium, debent examinari, & approbari ab Epiſcopo *capit.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Regul. in eodem Concilio*, Rota *dec.* 4. *nu.* 44. 55. *&* 57. *& deciſ.* 13. *numer* 7. poſt Murg. *cit.* quod ſi Sæculares Parochi perpetuò inſtallati ſint in Eccleſiis, Inſtitutio pertinet ad Epiſcopum etiam, quoad Curam; Si verò agatur de Vicario amovibili; prout ſolent etiam eſſe ipſi Regulares, quibus Eccleſia eſt unita tanquam de menſa, tunc ad Epiſcopum tantùm ſpectat examen, & approbatio ad Curam Animarum, de quibus Vicariis eſt *Conſtitut.* 47. *S.* Pii V. *tom.* 2. *Bull.* Lotter. *cit. quæſt.* 33. *nu.* 101. *&* 106. *ſeqq.* Pyrringh. *lib.* 3. *Decret. tit.* 5. *ſect.* 6. §. 4. *num.* 220. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 72. *n.* 185. *&* 186. *& in cit. dec. Burgen.* & aliàs innui.

128 Attamen ſi Eccleſia fuerit nedum pleno Jure unita Prælato Inferiori exiſtenti in Diœceſi, ſcilicet primæ, & ſecundæ ſpeciei, ſed quod talis Prælatus habeat ex privilegio, in dictam Eccleſiam Juriſdictionem ampliſſimam, cum facultate omnimoda inſtituendi, & deſtituendi, tunc videtur habuiſſe etiam facultatem committendi Curam; quia tunc adeſt exemptio pleniſſima, cujus vigore valet Vicarios deputare, ac illis concedere, & committere curam; cùm totum Jus ab Epiſcopo fuerit abdicatum, & proindè conceſſum Prælato Inferiori, Ancharan. *cit. cap. Unic. num.* 3. *verſ. ad quem de Capell. Mon.* Car. Zabarella *in Clement.* 1. *num.* 5. *de exceſs. Prælat.* Pyrringh. *cit. lib.* 3. *tit.* 5. *ſect.* 6. §. 4. *numer.* 216. *&* 248. Barboſ. *cit. de poteſtate Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 72. *n.* 188. Tondut. *cit. part.* 2. *cap.* 1. §. 5. *n.* 6. *& ſeqq. & n.* 12. Rota *deciſ.* 49. *numer.* 27. *&* 28. *part.* 15. *recent. deciſ.* 93. *num.* 11. *part.* 16. *& latè in cit.* Burgen. *coram D. Anſaldo*, §. *Cæterum*, *&* §. *tandem*, *& coram Card. Falcon.* §. *Ex quibus & ſeqq. & coram D. Criſpo* §. 4. *& ſeqq. ad fin.* Cum enim ad Prælatum inferiorem ſpectet Inſtitutio, & deſtitutio liber cum totali Juriſdictione privativè ad Epiſcopum, videntur omnia in eum tranſlata, quæ pertinent ad Juriſdictionem in tali Eccleſia Butr. *conſ.* 19. *n.* 20. *& ſeq.* Barboſ. *cit. alleg.* 72. *n.* 185. Lotter. *cit. quæſt.* 33. *num.* 99. *& ſeq.* Non quod commiſſio Curæ ſit pars minima exemptionis, quæ conſiſtat in verbo, ut innuit Felin. *in cap. Auditis num.* 8. *verſ. fin. de præſcript.* cum verè ſit poteſtas derivans à munere paſto-
129 rali, quod habet Epiſcopus erga ſuos Subditos, & animas ſibi commiſſas. Sed ratio eſt quia per dictam pleniſſimam exemptionem, & Juriſdictionem conceſſam privativè quoad Epiſcopum, cenſetur, Summum Pontificem conceſſiſſe Prælato inferiori, Jus etiam committendi Curam, non quidem proprio nomine, quia eſſet in eodem Territorio conſtituere duo capita, & ſuperiores animarum, in eumdem populum, ſcilicet talem Prælatum, & Epiſcopum, ſed ut talis Prælatus Inferior dictam poteſtatem exerceat ſub Epiſcopo, tamquam ejus Vicarius, ut docent Gonzal. *cap. Paſtoralis n.* 2. *de donationibus* Zabarel. *cit. Clem.* Felin. *cit. cap. auditis numer.* 8. Joann. Andr. *cit. capit. de Monachis numer.* 10. *de præbendis*, Ancharan. *cit. num.* 7. Innocentius *cit. cap. in Lateranenſi numer.* 3. *de Præbendis*, Barboſ. *cit. alleg.* 72. *num.* 185. *&* 186. *verſ. poteſt reſponderi*, & Piron. *cit. diſcept.* 20. *numer.* 11. *&* 31. Lotter. *citat. lib.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 13. *& benè in cit. deciſionibus* Burgen. *cor. D. Card. Falcon.* §. *Nil officiente*, *& cor. D. Criſpo* §. *Ratio*, *& ſequen.* Et verè cum Epiſcopus poſſit conſtituere Vicarium Generalem, & ei communicare facultatem concedendi dictam Inſtitutionem quoad Curam; non eſt cur Papa talem Vicariam poteſtatem Prælato inferiori deinde non concedat, cum talis poteſtas tranſeat in Vicarium Capitularem, ſeù ipſum Capitulum Sede Vacante, & ſicuti omnia ad Juriſdictionem ſpectantia in dictum Vicarium tranſeunt, *gloſs. in cap. dilectus ver. de lege Juriſdictionis de offic. ordin.* Innocent. *in cap. Paſtoralis num.* 2. *de donationibus*, *& cap.* 1. *num.* 3. *de ſtatu Monach.* Felin. *cap. auditis num.* 8. *de præſcrip.* Butr. *conſ.* 19. *num.* 17. *&* 20. ita etiam poteſt tranſire in Prælatum inferiorem auctoritate Papæ conſtitutum ſub Epiſcopo.

Hac eadem diſtinctione procedendum eſt, quoad 131
præſcriptionem talis Juris inſtituendi, in inſtitutione auctorizabili, non officiente quod dicunt aliqui eſſe jus impræſcriptibile Hoſtienſ. *cap. Auditis cit. & cap. cum ſatis de offic. Archidiaconi*, ubi Gonzal. *numer.* 4. *& cap. Unic. de Capell. Monach. in* 6. Barboſ. *cit. allegat.* 72. *num.* 184. Joannes Andr. & Butr. *in cit. cap. cum ſatis*, Ancharan. *num.* 5. Ratio enim deſumitur, quia talis Inſtitutio auctorizabilis procedit ex auctoritate publica, Epiſcopo competente, contrà quem nequit dari conſuetudo, vel præſcriptio, *ut in citat. cap. cum ſatis de offic. Arch.* ubi habetur, quòd non debet Archidiaconus, prætextu conſuetudinis, id, quod ad ſui Officium non ſpectat, ſibi vindicare, ideòque nemini ſine licentia, & mandato Epiſcopi, Curam animarum committere præſumat. Sed id procedit, ſi quis velit præſcribere ſuo nomine; & certè tali caſu eſt impræſcriptibile hoc Jus Lambert. *de jur. Patronat. libr.* 1. *numer.* 23. *pagin.* 92. Felin. *cit. cap. Auditis*, *nu.* 8. Si verò præſcribat ſub Epiſcopo, & Vicario nomine ejus, poterit præſcribere ſpatio quadraginta annorum cum titulo colorato, Abbas, & Imola *in cap. cum olim cit. de præſcriptionibus*, Gonzal. *cit. cap. cum ſatis num.* 5. *&* 9. Barboſ. *cit. alleg.* 72. *num.* 185. *& alleg.* 127. *numer.* 12. Tambur. *cit. diſput.* 9. *quæſ.* 2. Abbas *in cap. cum contingat num.* 15. *de for. compet.* Card. *in Clemen.* 1. *cit.* & videntur facere Text. *in cap. Cum veniſſent de inſtitut. Clement.* 1. *de exceſſ. Prælat. cap. Conquerente de Offic. ordin.* in quibus ponitur inter Jura Epiſcopalis Juriſdictionis tale Jus; & quidem Jura Epiſcopalia præſcribi poſſunt *cap. Auditis*, *& cap. cum olim de præſcript.* exceptis iis, quæ ſunt reſervata Epiſcopo, & characteri Epiſcopali, quia, quæ valent jura Epiſcopalia poſſideri ab Inferiore Prælato, poſſunt præſcribi, & ſic omnia quæ ſpectant ad legem Diœceſanam, & Juriſdictionis; non autem quæ ſpectant ad Ordinem Epiſcopalem, 68. *diſt. cap. quamvis*, dixit *gloſſ. ver. Jus Epiſcopale cit. cap. Auditis*; Textus verò *in cit. cap. cum ſatis*, 132
vel procedit de conſuetudine non completa, vel de præſcriptione abſque titulo, qui requiritur in præſcriptione Juriſdictionis alteri competentis, ut notant poſt alios cit. Gonzal. & Barboſ. ſed veriùs, non obſtare; quia Textus procedit in Archidiacono, qui ex proprio munere tale Jus uſurpabat; quod Jus ad munus Archidiaconi non pertinebat, ſecus autem, ſi acquireret alio titulo ſpeciali; & ulteriùs, quia Archidiaconus tale Jus ſibi acquirere præſumebat ſui nomine, quod Alexander Papa prohibuit; permiſit tamen, quòd cum licentia, & mandato Epiſcopi id

ageret,

ageret, ut ſonant textuum verba; proindè non implicat: ut tale mandatum, & licentia, præſcriptione acquiratur, & notat Gonzal. *cit. n. 5.* Barb. *cit. alleg. 72. n. 185. §. nec obſtat*, & ſicuti poſſet talis facultas exerceri à Vicario Generali Epiſcopi cum ejus ſpeciali mandato; & docent DD. *in cap. finali de offic. Vicarii in 6.* Sicque non implicat, ut aliquis Inferior id præſcribat, & agat ſub Epiſcopo, & jure ipſius, ut plenè diſtinguitur *in cit. deciſionibus Burgen. & præſertim coram D. Card. Falconerio §. Nil officiente*, & ſic poterit tale jus præſcribi quadragenaria cum titulo colorato, qui ſit juſtus ad inducendam bonam fidem in præſcribente Prælato inferiore, cùm agatur de acquiſitione Juris, in quo Jus commune ei non aſſiſtit; qui utique titulus debet eſſe Apoſtolicus; cum Epiſcopi poſt *Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien.* nequeunt ſine beneplacito Apoſtolico jura ſua alteri concedere, præſertim ut afficiat conceſſio ſucceſſores Epiſcopos: unde ſi tale jus committendi curam Prælato inferiori vice ſui, aliquis Epiſcopus communicaret, non poſſet quis tali jure uti ſub alio Epiſcopo ſucceſſore, cujus mandatum non habet, & ceſſaret juſtus titulus præſcribendi, & proinde intraret mala fides, obſtans præſcriptioni; Accedente verò titulo Apoſtolico colorato, bona fide dictus inferior poſſidet, ac præſcribit, itaut inducatur ex patientia Epiſcopi uſus in inferiore talis Vicariæ poteſtatis in dictis actibus, exercitis, Curam ſcilicet committendi; eoque fortiùs procedit, ſi præſcriptio eſſet Immemorabilis, quæ præſumit legitimum titulum Apoſtolicum.

133 Nec obſtat quòd pro concedenda facultate pro adminiſtrando Sacramentum Pœnitentiæ, nec etiam conſuetudo immemorabilis ſuffragetur ex Concil. Tridentino, & ſupra dixi; & ſic neque ſuffragari poſſet quæcumque præſcriptio, quoad commiſſionem Curæ, per quam committitur poteſtas in foro pœnitentiali, quia primo caſu agitur de facultate directè recipienda ab aliquo abſolvendi à peccatis: In ſecundo caſu agitur de concedenda inſtitutione auctorizabili Parocho, qui ratione beneficii curati habet Jus abſolvendi à peccatis, ex eodem Concilio ei præſervatum. Unde conſequenter ad munus tantùm accedit dicta facultas, etſi tale munus quis obtineat à Prælato inferiore, uti Vicario Epiſcopi. Hinc videmus, S. Congregationem Concilii ſemper præſervare ad favorem Epiſcopi, conceſſionem facultatis abſolvendi à peccatis, donec probetur qualitas Territorii ſeparati, ut dixi ſupra in cauſis *Theatina, & Valven. ſeu Sulmonen.* quia nulla præſcriptio intrat, ſed requiritur probatio veræ qualitatis *Nullius*; non tamen præſervavit hanc Inſtitutionem auctorizabilem, quia verè poteſt præſcribi modo ſupradicto ſub Epiſcopo, & titulo colorato, & quadragenaria.

134 Prælatus tamen Tertiæ ſpeciei, ſcilicet habens veram qualitatem *Nullius*, quia eſt loco Epiſcopi Diœceſani in omnibus, præter poteſtatem Ordinis, poteſt quidem concedere talem inſtitutionem auctorizabilem, tamquam verus Ordinarius in ſua Diœceſi ſeparata, & quidem jure ſuo, & ſine præſcriptionis indigentia. In cæteris autem Eccleſiis Prælatorum primæ, & ſecundæ ſpeciei, & ſic *Nullius* impropriè, ſpectat inſtitutio hæc ad Epiſcopum, in cujus Diœceſi Eccleſiæ exiſtunt, cum agatur de Populo commiſſo Curæ ipſius Epiſcopi, Fagnan. *cit. cap. eam te num. 9. de ætat. & qualit. & cap. cum contingat num. 36. & 37. cum ſeqq. de for. compet.* Rot. *dec. 4. num. 6.* poſt
Murg. *ad Conſtitut. Apoſtolic.* & ſupponitur ex dicen-
135 dis. Sed quia noviſſimo Jure per Sacr. Concil. Trid.
cit. cap. 18. ſeſſ. 24. de reform. ut innui, fuit nova forma inducta proviſionis Parochialium, quòd fiat per Concurſum, examine faciendo coram Epiſcopo, & ipſo impedito, coram Vicario, & Examinatoribus Synodalibus, infra certum tempus; aliàs devolvitur proviſio ad Superiorem, ſeu Sedem Apoſtolicam, juxta
136 *Bullam S. Pii V. 33. to. 2. Bullarii*; Hinc cum Examinatores debeant eſſe electi in Synodo Diœceſana, evenit, quod ſi agatur de prima, & ſecunda ſpecie Prælatorum, qui ſcilicet ſunt in Diœceſi, & tunc etiam concurſus fieri debet ab Epiſcopo Diœceſis, qui ſuos habet Examinatores Synodales, quia illi poteſtatem Synodi congregandæ non habent, in qua Examinatores deputari valeant, non obſtantibus exemptionibus, privilegiis, indultis, præventionibus, affectionibus, novis proviſionibus conceſſis quibuſcumque Univerſitatibus, etiam ad certam ſummam, & aliis impedimentis quibuſcumque: & in quibus Eccleſiis Concurſus non ſit faciendus, & an in Eccleſiis, Regularibus ſubjectis, vel per præſentationem approbatio tantùm Epiſcopi ſufficiat ſine concurſu, dicam alibi; Si tandem agatur de tertia ſpecie Prælatorum, qualitatis verè *Nullius*, qui Synodum congregare valent, ac de facto congregant; itaut Examinatores Synodales deputentur; Concurſus fieri debent coram dicto Prælato, & Examinatoribus Synodalibus ipſius; Si verò Synodum congregandi jus non habeant, vel illam defacto non congregent; quia tunc deficiunt Synodales Examinatores, & proindè non poſſet ſervari forma Conciliaris, ideòque Concurſus fieri debent coram Epiſcopo viciniore, Garz. *de beneſic. part. 9. cap. 2. num. 140. & 136.* Tamburin. *cit. tom. 3. diſput. 9. quæſ. 20. nu. 1. & ſeqq.* Fagn. *in cap. cum vos de offic. ordin.* Cardinalis de Luca *adn. ad Concilium diſcurſ. 32.* Barb. *ad citat. cap. 18. Concilii numer. 32. & 45.* Ventrigl. *tom. 2. annot. 5.* ubi de Luca §. 1. *numer. 3. & ſeqq.* Pignatell. *conſult. 1. tom. 1.* ubi plura, *& tom. 7. conſult.* 8. in qua reſolutiones adducuntur Congregationis, & pluries cenſuit *Sacra Congregatio Concilii in Veronen. Non poſſe Abbatem facere Concurſum Parochialium; ſed pertinere ad Epiſcopum in cujus Diœceſi ſita eſt dicta Abbatia: qui ex omnibus idoneis approbatis, eligit illum, quem magis idoneum cenſuerit, & mittat ad Commendatarium,* 137
ut ab eo fiat collatio Parochialis, tom. 1. Decret. pag. 160. Et in *Lucen. omnia contenta in dicto cap. 18. pertinere ad Epiſcopum tom. 1. Decret. pag.* 189. Ac in *Burgen. tom. 1. pag.* 140. & in *Legionen. to. 122. Poſitionum pag.* 102. ubi: *ſpectare ad Epiſcopum, non obſtante immemorabili conſuetudine congregandi Synodum; dummodò ſit in Diœceſi.* Et in *Salamantina, to. 2. Decr. pag. 247. non obſtante immemorabili poſſeſſione conferendi, & Juriſdictione quaſi Epiſcopali.* Rurſus *in Theatina 6. Aug. 1611. Archiepiſcopum vigore Concilii poſſe, ac debere Parochiales Eccleſias in dicto Caſtro, & ejus Territorio inſtituere, ſervata forma Tridentini to. 2. Decret. pag.* 102. Et in Patriarcha habente jus providendi Parochialem in aliqua Diœceſi, ita ſi eſſet Archiepiſcopus, ut fiat Concurſus coram Epiſcopo Loci, *Sac. Cong. in Tarviſana 14. Junii 1569. Cum vacaverint Beneficia Curata ad Abbatis proviſionem ſpectantia, Epiſcopus Ordinarius Loci edicta Concurſus proponere debet, & Abbas collationem facere approbato ab Epiſcopo, & ejus Examinatoribus.* Idemque obſervandum, ſi Patriarchæ, ſeu alii habeant collationem exiſtentium in aliena Diœceſi, apud Pignat. *cit. conſult. 8. tom. 7. num. 16.* & additur, deputationem Æconomi ad Epiſcopum ſpectare, in cujus Diœceſi Eccleſia eſt, ex eadem *S. Cong. & in Polonia Concurſus 25. Januar. 1681.* ubi de proviſione Parochialium per Nuntium facienda, ut ſupra.

Proindè Prælati inferiores ut poſſint habere Jus 138
faciendi Concurſus, plura debent concurrere, nempè quod ſint verè *Nullius* Diœceſis cum Territorio proprio ſeparato, Jus congregandi Synodum habeant, & legitimè conſtet congregaſſe, & elegiſſe in eo Examinatores, ut pluries declaravit Sacr. Congregat. apud cit. Barboſ. & Garz. itaut omnia, quæ in dicto capitulo diriguntur ad Epiſcopum, fieri debent ab Epiſcopo Diœceſano, ſi agatur in Locis exiſtentibus in Diœceſi, ſi verò in Locis verè *Nullius* Diœceſis, omnia ad Viciniorem ſpectant, dummodò *Nullius* Prælatus non habeat Jus congregandi Synodum, vel de facto non congregavit; ſi verò jus habeat congregandi, & congregaverit, & Examinatores in eo deputati

putati

putati fuerint, omnia ſpectant ad ipſum Prælatum, ut apud prædictos; & Sacr. Congreg. Concilii *tom. 5. Decret. fol.* 97. cenſuit: *Examen, & edicta proponere, & alias proviſiones facere juxta capit. 18. ſeſs. 24. ſpectare ad Epiſcopum tantum, & non ad alium inferiorem, non obſtante, quacumque conſuetudine etiam immemorabili; etſi inferior ex immemorabili haberet hoc jus cumulativè cum Epiſcopo, in Loco ſuæ Juriſdictionis, dummodo in ipſius Epiſcopi Diœceſi Parochialis poſita ſit; quod ſi Parochialis non ſit intra fines Diœceſis alicujus Epiſcopi, & inferior Epiſcopo omnimodam habeat Juriſdictionem Epiſcopalem, nec alicui ſubdatur, ſed eſt immediatè ſubjectus Sedi Apoſtolicæ, Nullius Diœceſis proprium Territorium habens, ſi habeat jus congregandi Synodum, & legitimè conſtet illam congregaſſe, & congregare, & elegiſſe, ac eligere Examinatores, poterit concurſum inſtituere, examinare, & approbare Æconomos, Vicarios deputare, & alia facere, quæ præſcribuntur, c. 18. ſeſ. 24. Epiſcopus*
139 *vero debet manuteneri, donec dicta requiſita Abbas probaverit*. Rurius *in Æſernienſi, ſeu Nullius Sancti Vincentii in Vulturno 6. Septembris 1687. Ad tertium. Quoad convocationem Synodi, & Concurſus, coadiuventur probationes per Abbatem, ac interim manutenendum eſſe Epiſcopum in Concurſibus faciendis*. Et *in Foroſempronien. tom. 8. fol. 49. ac S. Severini Juriſdictionis. Secundo. An electio Æconomorum in caſu vacationis Eccleſiarum Parochialium dicta Abbatia, ſpectet privativè ad Epiſcopum; die 4. Februarii 1719. Ad ſecundum Affirmativè*; & latè Rota *in Piſana Æconomatus deciſ. 1279. & 1296. coram Emerix Jun. & dec.* 1063. fuit conceſſa remiſſoria pro probanda immemorabili, ſeu centenaria, pro deputatione Æconomorum Religioni S. Stephani, & an illa ſuffragetur pro deputatione Æconomorum, & an habeat locum in Eccleſiis unitis ſubjectivè, vel ſimplici unione, dicam ubi de Concurſibus agam, prout, an & in quibus locum non habeat Concurſus; & de aliis ad iſtum ſpectantibus; & Sacra Congregat. Concilii *in Glerden. tom. 9. pag.* 130. cenſuit *Ad effectum Concurſus inſtituendi: quàm etiam viſitandi, & litteras dimiſſorias concedendi, attendendam eſſe Cathedralis Eccleſiæ vicinitatem, cum Eccleſia Abbatiali; adeout hæc omnia, & Concurſus ad beneficia, & ordinatio ſubditorum ſæcularium dictæ Abbatiæ, quæ Nullius Diœceſis etiam proponitur, pertinere debeant ad Epiſcopum cujus Cathedralis Eccleſia proximior fuerit Eccleſiæ Abbatiali*; & ſic in Eccleſiis Territorii *Nullius* ſpectant prædicta *in capit. 18. Concilii* ad Epiſcopum Viciniorem, ducta vicinitate, non de Territorio ad Territorium, ſed de Eccleſia Abbatiali ad Eccleſiam Cathedralem; itaut Epiſcopus Vicinior tria Jura ha-
140 beat in his Territoriis *Nullius* propriè, & ſeparatis; nempè in dd. Concurſibus, edictis, Æconomiſque deputandis à Concilio præſcriptis, ut ab Epiſcopo fiant *in cit. cap. 18. Concilii*; in conferendis ordinibus, ac dimiſſoriis concedendis ad ordines, quoad ſæculares, & demum, quòd viſitare poſſit Eccleſias ſæculares dicti Territorii.

141 Circa quam viſitationem adeſt diſpoſitio clara Concilii *capit. 9. ſeſſ. 24. de reformat.* ibi: *Quæ alias ſub fel. record. Paulo III. & nuper ſub Beatiſſimo Domino noſtro Pio IV. in hoc eodem Concilio, de adhibenda ab ordinariis diligentia, in beneficiorum etiam exemptorum viſitatione, conſtituta ſunt, eadem etiam in iis Eccleſiis ſæcularibus obſerventur, quæ in Nullius Diœceſis eſſe dicuntur, ut ab Epiſcopo, cujus Cathedralis Eccleſia eſt proximior, ſi id conſtet, alioquin ab eo, qui ſemel in Concilio Provinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato fuerit, viſitentur, non obſtantibus privilegiis, & Conſuetudinibus*
142 *quibuſcumq; etiam Immemorabilis*: Sed quoad hoc jus viſitandi aliqui docent, ut talis diſpoſitio Conciliaris procedat in qualitate *Nullius* impropria, exiſtente ſcilicet in Diœceſi, non autem in propria *Nullius*; Grat. *diſcep. 212. numer. 30. & ſeq.* Roſa *de reſid. Epiſ. cap. 4. ſect. 6. numer.* 488. Epiſcopus Criſpinus *de Viſitat. Paſtorali, part. 1. §. 13. numer. 39. & ſeqq.* Lotter. *de re beneficiaria, libr. 1. quæſt. 25. numer.* 22. Cardin. de Luca *ad Concil. diſc. 5. num. 21. & 22.* Rota *deciſ. 798. num. 4. §. non obſtat part. 4. div. deciſ. 82. num. 16. cum ſeqq. coram Alexandro VIII. & deciſ. 362. num. 4. coram Emerix. Jun.* imò quòd in hujuſmodi Eccleſiis *Nullius* propriè, ſoleat S. Congreg. Epiſcoporum, vel Concilii committere Viſitationes certo tempore alicui Epiſcopo, ut notat Card. de Luca *diſc. 5. cit. nu.* 22. ex ea ratione, quòd Prælati hujuſmodi tertiæ ſpeciei habentur tamquam veri ordinarii, ac Diœceſani, & proindè non intrat diſpoſitio Concilii, procedens in ſolis Eccleſiis *Nullius* exiſtentibus intra fines alicujus Eccleſiæ.

Verùm contrarium eſt dicendum, quia Concilium jam commiſerat viſitationem Epiſcopis, quoad Eccleſias quomodocumque exemptas, exiſtentes in Diœceſi, *ſeſſ. 7. cap. 8. ſeſſ. 21. cap. 8. de reformat.* præſertim ratione curæ animarum, ut latè explicat Fagnan. *in c. grave de offic. Ordin.* & certum eſt Eccleſias Sæculares *Nullius* impropriè, ſcilicet exiſtentes in Diœceſi, in vim dd. ordinationum Conciliarium poſſe viſitari ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi Eccleſiæ exiſtunt; hinc Concilium volens deinde conſulere viſitationi Eccleſiarum ſæcularium veræ qualitatis *Nullius*, viſitationem fieri ab Epiſcopo viciniore demandavit *in cit. cap. 9.* aliàs ſi hic de Eccleſiis *Nullius* impropriè diſpoſuiſſet, ultra quod de iſtis ſupra egit in aliis capitibus, certè hanc viſitandi facultatem Epiſcopis, intra cujus fines Eccleſiæ adeſſent, conceſſiſſet, ut expreſſerat *cap. 10. ſeſſ. 23.* & ſic videtur clarum *dictum cap. 9.* proceſſiſſe quoad Eccleſias verè qualitatis *Nullius*, & ita docent Fagnan. *cit. cap. grave n. 19. de offic. Ordin. & cap. ſignificaſti num. 32. de offic. Archid. cap. Nullus de Parochis num. 33. & ſeqq. cap. cum dilectus numer. 33. de Relig. dom.* Barboſ. *ad Concil. cit. cap. 9. num. 2.* Pignatell. *conſultat. 8. num. 66. tom. 7.* Rot. *deciſ. 369. num. 1. & 3. par. 1. rec.* & benè diſtinguit *dec. 501. num. 5. part. 2. Rec.* ibi: *Neque obſtat, quòd Abbatia ſit Nullius Diœceſis, & ideo jus viſitandi ſpectet ad Archiepiſcopum Lanciani, tamquam viciniorem, ex diſpoſitione Concilii Trident. ſeſſ. 24. cap. 9. de reformat. Nam huic motivo reſpondetur, quicquid dicendum ſit; An Abbatia ſit Nullius, quod, aut eſt attendenda quaſi poſseſſio Reverendiſſimi Theatini, & ceſſat omnis difficultas, quia iſtud objectum reſpicit petitorium, aut eſt attendenda aſſiſtentia juris Communis, & pariter iſtud objectum non ſufficit; nam Concilium diſponit, quod Vicinior viſitet loca nullius Diœceſis. Si vero locus nullius ſit in aliqua Diœceſi, Congregatio Illuſtriſſimorum Interpretum cenſuit, viſitationem ſpectare ad Ordinarium, in cujus Diœceſi eſt locus Nullius. Et ita interpretata fuit Concil. Trid. ut in copia declarationis*; Imò *Sac. Congreg. Concilii in Calven. tom. 11. decret. pag. 35. à terge Parochialis Eccleſia ſi ſit ſæcularis, & ſæcularibus conferri ſolita atque intra fines Diœceſis Calven. poſse ab Epiſcopo viſitari vigore, cap. 8. ſeſs. 7. quòd ſi ſit extra fines, ſed Epiſcopus Calv. ſit illi vicinior, poſse itidem ab eo viſitari, ex decr. c. 9. ſeſs. 24. Et in Theat. 6. Aug. 1611. Archiepiſcopum vigore Concilii poſse, ac debere viſitare Eccleſias ſæculares Nullius, & in Marſicana to. 2. decret. fol.* 188. Primò: An Epiſcopus Marſicanus tamquam vicinior poſſit viſitare Eccleſias de Celano juxta formam decretorum Concil. *ſeſs. 7. cap. 8. & ſeſs. 21. capit. 8. de reformat.* quæ decreta loquuntur in Eccleſiis quomodolibet exemptis, tamen procedit Concilium etiam in Eccleſiis Nullius Diœceſis, *ut ſeſs. 24. cap. 9.* Congr. Cenſuit, *Epiſcopum Marſicanum poſse viſitare*; & in altera *tom. 2. decretorum fol.* 129. dubitatur: An Abbates, & alii Inferiores Juriſdictionum *Nullius* Diœceſis, habeant auctoritatem viſitandi Eccleſias Parochiales ante Epiſcopi viſitationem, Congregatio cenſuit: *habere quia decretum Concilii, ſeſs. 24. cap. 9. jam declaratum eſt, intelligi debere cumulativè, non privativè*, ex quo elicitur *cap. 9.* procedere in Abbatibus habentibus juriſdictionem *Nullius* Diœceſis,

ceſis, *& in Salernitana*, *tom. 4. folio 35.* ;*Eccleſiam, ſeu Capitulum quatenus in Nullius Diœceſi exiſtat, viſitari poſſe tàm à Priore, ſi ei tamquam Ordinario inferiori legitimè hujuſmodi viſitatio competit, tum etiam ab Epiſcopo, cujus Cathedralis Eccleſia proximior eſt.* Iſta viſitatio in loco *Nullius* fit à Viciniore Epiſcopo in omnibus, tàm in Capite, quàm in membris, ac beneficiis exiſtentibus in Abbatia, non obſtante, quòd fiat Viſitatio ab Abbate Ordinario, ut reſpondit Sacra Congregatio: *Poſſe Archiepiſcopum viſitare cumulativè quoad omnia in Abbatia Caſtri Durantis, tom. 2. fol. 262. ac Clericos in Viſitatione corrigere* cenſuit *in Nullius Provincia Aprutina tom. 8. folio 183. & in Caſtri Durantis 16. Septembris..... tom. 11. fol. 148.* auditis Procuratoribus, & Advocatis, cenſuit: *Abbatiam Caſtri Durantis verè nullius Diœceſis exiſtere:* (quæ verba ſunt notanda) *& ſi Cathedralis Eccleſia Urbinatenſis ceteris ſit proximior Eccleſia Abbatia Caſtri Durantis, poſſe utique Archiepiſcopum viſitare Eccleſias ſæculares intra Territorium dictæ Abbatiæ exiſtentes; & in Nullius, ſeu Minerbinen.* quoad Collegiatam Oppidi Cirignolæ, habentem qualitatem prætenſam Nullius *die 10. Octobris* 1578. *Sacr. Congregatio Concilii* cenſuit: *Epiſcopum Minerbinen. poſſe in vim dicti cap. 9. viſitare, conſtito quod ſit vicinior, & 22. Novembris dicti anni, ſtetit in decretis:* & quoad modum Viſitationis, intelligendum eſſe de Viſitatione generali, non ſolùm Eccleſiarum, & perſonarum inſervientium in dictis Eccleſiis, ſed etiam reliquarum perſonarum extra dictas Eccleſias exiſtentium, in Territorio Cirignolæ, ut ex libr. poſitionum *tom. 90, & die... Junii* 1660. dicta S. Congregatio cenſuit: *Jus viſitandi præfatam Eccleſiam Nullius Diœceſi, ex cap. 9. ſeſs. 24. de reform. competere Epiſcopo Minerbinen. & die 30. Maii 1699. ad tertium: manutenendum eſſe Epiſcopum Minerbinen. in poſſeſſionis, vel quaſi, exercendi ea, quæ ſunt Ordinis, & juriſdictionis ratione vicinitatis*, (ſcilicet reſpectu dimiſſorialium, & Viſitationis.) Cùmque poſt hæc fuerit deventum ad Concordiam inter Archipresbyterum Eccleſiæ Collegiatæ d. Oppidi Citignolæ, & Epiſcopum Minerbinen. in qua reſtringebatur jus viſitandi Epiſcopi ad realem, & localem viſitationem; quodque fieret quolibet biennio; quorum primum eſt contrarium amplæ poteſtati Epiſcopi Vicinioris viſitandi jure delegato Eccleſias ſæculares *Nullius* Diœceſis plenariè, tàm quoad Eccleſias, quàm quoad Clerum, & Populum cum poteſtate emendandi, corrigendi, & puniendi, tàm in capite quàm in membris, Fagnan. *cap. grave cit. num. 22. cap. Nullius cit. num. 29.* Leo *in Theſ. for. Eccleſ. part. 2. cap. 2. num. 74.* Barboſ. *ad Concil. cit. num. 4. & 8. de poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 74. num. 7.* Pignatell. *cit. conſult. 8. nu. 63. & 66. tom. 7.* & pluries declaravit Sac. Congregatio apud illos; & Epiſcopum poſſe viſitare Præpoſitum, ſi Sæcularis ſit, & beneficia ſæcularia ipſi ſubjecta, *tom. 7. fol.* 110, & quoad ſecundum, cùm Concilium demandet viſitationem in *c. 9.* eodem modo, quo diſpoſuit *ſeſſ. 7. & ſeſs.* 21. utrobique *capit.* 8. in quibus quolibet anno viſitatio injungitur, quibus ponderatis prævio luculento voto clar. mem. Card. Sperell., *Sac. Congregat. Concilii die* 1. *Jun.* 1709. ad primum cenſuit: *Concordiam præfatam non eſſe confirmandam*; ad ſecundum *eſſe ſtandum in deciſis ſub die* 30. *Maii* 1699. *ad favorem Epiſcopi Minerbinen.* Cumque comparverit etiam Epiſcopus Lavellenſis, prætendens ſe eſſe viciniorem, *S. Congreg. ad tertium* cenſuit: *eſſe concedendas Epiſcopo Lavellenſi litteras Remiſſoriales, pro probanda vicinitate, non retardata manutentione conceſſa Epiſcopo Minerbinenſi; & ad quartum; eſſe faciendam menſurationem à Cathedrali ad Eccleſiam Collegiatam per itinera, & vias magis frequentatas, & propoſita eadem cauſa*, die 16. Novembr. 1715. S. C. reſpondit: *in deciſis* quoad concordiam *dilata, & videatur particulariter, quoad Territorium ſeparatum prætenſum, & Epiſcopo competere jus viſitandi jure delegato*; & facit cit. Rot. *in Burgen. Juriſdictionis, ſeu Viſitationis*. Hinc menſuratio fieri debet de Cathedrali ad Eccleſiam *Nullius*, & non ad Territorium ipſius Prælati *Nullius*, licèt interſecetur aliquod Territorium alterius Diœceſis, & quidem per vias magis frequentatas, *ut in d. Minerbinen. & in Accerarum, ſeu Puteolana 26. April.* 1686. Ciarl. *contr. 46. num. 4. lib. 1.* Fagnan. *cap. Nullius num. 25. de Parochis*, Barb. *cit. num. 4.* adducens reſolutionem Sac. Congregation. Ventt. *in prax. tom. 2. annot. 25. n. 59.* Rurſus d. Viſitatio cùm ſit cumulativa cum Prælato *Nullius*, ſi concurrant decreta Epiſcopi, & Prælati, debent præferri illa Epiſcopi, Sac. Congr. Conc. *in Mutinen. tom. 10. decret. fol. 68.* ibi: *Tam ad ipſum Abbatem, quàm ad Epiſcopum pertinere viſitationem, & utrumque poſſe opportuna decreta edere. Ceterum ſi decreta edita ab Epiſcopo diſſideant à decretis Abbatis, decreta Epiſcopi debere utique præferri*; & Rota *dec. 15. nu. 10. dec. 16. num. 11. §. præterea & deciſ. 17. num. 8.* poſt Card. de Luca *de juriſd. & noviſſimè in Burgen. Juriſdictionis, ſeu Viſitationis 3. Auguſti* 1714. in brevi deciſione extenſa die illa expeditionis memorialium, *coram Dom. Criſpo*, dum in antecedentibus deciſionibus, ſcilicet 3. *Jun.* 1713. *&* 19. *Januar.* 1714. *coram Berbarigo*, in quibus admiſſum fuit, poſſe competere Prælato inferiori, etiam non verè *Nullius*, jus viſitandi, cumulativè tamen cum Epiſcopo proprio, Eccleſiam ſuam exemptam. Tertiò demùm dicta diſpoſitio *cap. 9. Concil. Trid.* procedit, ut vicinior poſſit viſitare Eccleſias *Nullius* ſæculares, non autem Regulares, ut plenè Fagn. *loc. cit.* ubi adducuntur plures reſolutiones S. Congreg. ita ut Concilium non procedat in Eccleſiis Regularibus, in nullius Diœceſi exiſtentibus, ac Prælato Regulari pleno jure ſubjectis, etiamſi ibi Cura animarum ſæcularium exerceatur; quia id poteſt agere, ſi agatur de Eccleſiis Regularibus Curatis in Diœceſi, ſecùs autem exiſtentibus in Nullius Diœceſi, Pignat. *cit. conſult. 8. num. 66.* ubi quòd ſi non conſtet de vicinioritate Epiſcopi, debet eligi Epiſcopus Viſitator à Prælato *Nullius* in Concilio Provinciali, & electio ſic facta afficit Succeſſorem Prælatum, Sac. Congregat. Concilii *in Mediolanen. 7. Novembris* 1573. apud Pignatel. *cit. num. 66.* & quoad interventum hujuſmodi Prælatorum *Nullius* in Concilio Provinciali, dictum fuit aliàs, ubi de Concilio Provinciali egi, & denuò de hoc dicam infra *Conſtitut. 3. Pii II.*

Circà Clauſuram Monaſteriorum Monialium, ali- 143
qua Juriſdictio reſervata eſt Epiſcopo loci in Monaſteriis exemptis, juxta Conc. Trid. *ſeſs. 25. cap. 5. de Regular.* ibi; *Bonifacii VIII. Conſtitutionem, quæ incipit* Periculoſo *renovans S. Synodus, univerſis Epiſcopis ſub obteſtatione Divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus Monaſteriis ſibi ſubjectis, ordinaria, in aliis verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate, clauſuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter reſtitui; & ubi inviolata eſt, conſervari maximè procurent: inobedientes, atque contradictores per Cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcentes, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis*. Supervenerunt quoque aliæ diſpoſitiones Apoſtolicæ, Juriſdictionem in his Monaſteriis Monialium exemptis, Epiſcopo loci adjudicantes; nempè approbandi Confeſſarios, etiam Regulares, deputandos à ſuperioribus, ordinarios, & extraordinarios, aſſiſtendi electioni Abbatiſſæ, ſeu Priorissæ, unà cum Superiore Monaſterii, & etiam exigendi rationes redditum; & latiùs in Conſtitutione Gregorii XV. *incip. Inſcrutabili*, tàm in Concilio eadem *ſeſs. cap. ult.* quàm in Bulla confirmatoria Pii IV. derogatur quibuſcumque Privilegiis, etiam Regularium, in contrarium obtentis. Et in alia Bulla ejuſdem Pii *incip. In Principis* 94. derogatur omnibus Privilegiis, à ſuis Prædeceſſoribus, & à ſe ipſo conceſſis, quæ contrariantur diſpoſitionibus Tridentini.

Juriſdictio tamen in vim Concilii, aliarumque Conſtitutionum Epiſcopo reſervata, uti Delegato Sedis Apoſto-

Digitized by Google

ſtolicæ, circa Monaſteria exempta, procedit in exemptis primæ, & ſecundæ ſpeciei; ſecùs tamen in Monaſteriis ſitis in Juriſdictione Prælati inferioris tertiæ ſpeciei *Nullius*, qui ſcilicet habet veram qualitatem *Nullius*, cum Territorio ſeparato à quacumque Diœceſi, ut diſtinguunt DD. Card. de Luc. *de Juriſ. diſc.* 18. *num.* 2. *& in adnotatione ad eumdem diſcurſum*, *& in diſcurſ.* 25. *numer.* 2. quia hujuſmodi Prælati tertiæ ſpeciei *Nullius*, ut ſuprà diximus, non ſunt ſimpliciter exempti, ſed ſunt Ordinarii in proprio Territorio ſeparato, ut proſequitur Card. de Luc. *cit. loc. & Miſcellan. Eccleſiaſt. diſcurſ.* 16. *& ad Conc. diſcurſ.* 36. *& de Regularib. diſcurſ.* 24. *&* 50. ubi de hac materia Rota *deciſ.* 459. *numer.* 1. *& fin. coram Bichio*, in qua tamen deciſione innuitur, non intrare ſub diſpoſitione prædicta, quoddam Monaſterium Monialium, exiſtens in Oppido Taleacotii Diœceſis Marſicanæ, ſupponendo illud eſſe in qualitate vera *Nullius*, & ſub Juriſdictione Abbatis Montis Caſſini, cujus Ordinis D. Benedicti erat illud Monaſterium; aſſerente Rota in eo qualitatem quandam *Nullius ſecundum quid* nuncupatam, ut ſcilicet etſi Monaſterium eſſet in Oppido præfatæ Diœceſis Marſicanæ, attamen per privilegia Apoſtolica ampliſſima, obtenta per Abbatem prædictum, eſt; & dicitur ſub ejus Juriſdictione, & ſic remaneat abſtractum à cujuſcumque Epiſcopi Diœceſani poteſtate; & proindè non intret delegatio conceſſa Epiſcopis in Monaſteriis exemptis, cum hæc non procedat in omninò exemptis, & exiſtentibus in qualitate *Nullius*; quam impropriam, ſeù *ſecundum quid* qualitatem *Nullius*, improbat Card. de Luc. *cit. diſcurſ.* 18. *de Juriſdictione*, & in adnotatione ad eumdem: ſed in hoc reaſſumi debent ea, quæ dixi pleniùs *tom.* 2. *Conſtit.* 6. *Alex. III. ſect.* 1. *num.* 6. *& ſeqq.* nedùm in abſtracto circa talem qualitatem *Nullius*, ſed in concreto quoad prædictum caſum deciſionis Bichii. At in re, de qua agimus, ſatis eſt firmare, quòd prædicta Conciliaris diſpoſitio, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, demandata Epiſcopis quoad Monaſteria Monialium, exempta, procedit ſolùm in Monaſteriis exemptis primæ, & ſecundæ ſpeciei, non autem in tertia veræ qualitatis *Nullius*; & an ſub iſta comprehendatur ſpecies illa *Nullius ſecundum quid* in deciſione Bichii relata, dependet à circumſtantiis privilegii, ut dixi *cit. tom.* 2.

Circa jus viſitandi per Epiſcopum, uti delegatum, dicta Monaſteria exempta, non requiritur, quòd adſit caſus Clauſuræ violatæ, ſed fieri poteſt abſque dicta violatione, & irrequiſitis Superioribus Regularium, & dictorum Monaſteriorum exemptorum; & poteſt viſitare Monaſterium, etiam aſſumpto ſecum Vicario Generale, & Confeſſario Monialium, eaſque in iis, quæ ad eamdem Clauſuram pertinent, examini ſubiicere, inconſultis, & irrequiſitis Superioribus Regularibus; & alloqui cùm ipſis Monialibus in concernentibus dictam Clauſuram; & poſſe uti, ac debere duobus honeſtis, & gravibus Viris, ſibi benè viſis; necnon poſſe imponere pœnam excommunicationis latæ ſententiæ, ſibi reſervatæ, circa aperitionem Oſtii Clauſuræ extrà caſus licentiæ datæ; necnon circa acceſſus, & collocutiones cum Monialibus; dictaque excommunicatione ligare tàm Regulares, quàm Moniales, facta de illis mentione; adeòut Superior Regularis ab hujuſmodi excommunicatione abſolvere nequeat; necnon hujuſmodi facultate delegata poſſe uti Vicarium Generalem, habentem ſpeciale mandatum Epiſcopi; quodque dicta facultas concernat, nedùm cuſtodiam Clauſuræ materialis, ſed etiam formalis, ut in prædictis, & ſingulis adſunt reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii apud Barbol. *citat. ſeſſ.* 24. *cap.* 5. Nicol. *lucubr. lib.* 3. *titul.* 1. Panimol. *dec.* 84. *adnotat.* 3. Et DD. contrarium docentes ſpecialiter ex Sacra Congregatione reprobatos fuiſſe, & Rodericum *to.* 1. *quæſt. Regolar. quæſt.* 47. *art.* 10. ajentem facultatem Epiſcopis conceſſam fuiſſe in caſu Clauſuræ violatæ, & monitione facta Regularibus Superioribus eam reſtitui, & reſtitutione illius non facta, Matthæuc. *in Official. Curiæ capit.* 11. in quo referuntur præſertim plures reſolutiones Congregationis Concilii circa Juriſdictionem Epiſcopi exercendam, quoad dictam Clauſuram, & quid ſervari debeat in licentiis ingrediendi clauſuram, ſubſcribendis ab Epiſcopo, & à Superioribus, Nicol. *in floſc. ver. Monialium n.* 29.

Regulares verò Superiores cumulativè cum Epiſcopo poſſunt viſitare dictam Clauſuram, & modum limitatum præſcripſit Gregorius XIII. *Conſt. incipiente Dubiis* apud Cherubin. *poſt Conſtitut.* 28. ejuſdem, & Alexander VII. *in Conſtitutione incipiente Felicis* 153. *tom.* 6. *Bullarii*, ad quas Conſtitutiones me remitto; prout quoad reliqua circa hanc materiam, tàm reſpectu Superiorum Regularium, quàm Epiſcopi delegati, me refero ad prædictos DD. *& in adnot.* Cardin. de Luc. *ad diſcurſ.* 18. *&* 26. *de juriſdict.* ubi alii enunciantur caſus diſputati, & ego referam latiùs in Commentariis ſubſequentibus ad Conſtitutiones, agendo de hujuſmodi Clauſura, cum in præſenti actum ſuit, in quæ Monaſteria exempta Epiſcopus habet Juriſdictionem delegatam, vel ea in totum ſpectet ad proprium Prælatum inferiorem *Nullius*.

Putavi tamen adiicere ſolùm prædictis infraſcriptas declarationes Sacræ Congregationis Concilii, & Epiſcoporum, & Regularium; & ad rem adeſt declaratio in dubiis propoſitis à Procuratore Generali Ordinis Minorum Sancti Franciſci.

I. An Epiſcopus Viſitaturus Clauſuram Monialium, Regularibus ſubjectarum, teneatur ante acceſſum ejuſdem, Monialibus præfinire diem, & horam viſitationis? II. An in Eccleſiis earundem Monialium, non Curatis, viſitare poſſit Sanctiſſimum Sacramentum, Oleum Infirmorum, Confeſſionalia, Sepulturas, ac Reliquias inibi exiſtentes? & quatenùs affirmativè. III. An in caſu reſiſtentiæ Monialium poſſit fores Eccleſiæ frangere, Tabernaculum violenter aperire, Eccleſiam interdicere, & Euchariſtiæ Sacramentum ad aliam Eccleſiam transferre? IV. An Epiſcopo Monaſteriorum Clauſuram viſitare volenti, dictæ Moniales teneantur erigere in Eccleſia exteriori, vel interiori, Sedem cum Baldachino, vel ſolummodò ſufficiat illi Stratum præparare in utraque Eccleſia? V. An Epiſcopus dictam Clauſuram viſitaturus, præterquam Conviſitatores, poſſit pro ſuo libito ſecum ducere intùs Monaſterium alias Perſonas, ſivè Eccleſiaſticas, ſivè Sæculares, indeterminatè, vel in certo, & præfixo numero? VI. An Epiſcopum dictorum Monaſteriorum Clauſuram viſitaturum, teneantur Moniales omnes excipere perſonaliter cum Cruce, & Cantico *Benedictus*? VII. An dictæ Moniales teneantur in ipſo Clauſuræ ingreſſu adornare Stratum: ibique genuflectenti Epiſcopo Monialis aliqua porrigere debeat Crucem deoſculandam? VIII. An Epiſcopus Clauſuram ingreſſus poſſit, pro ſuo libito, convocare dictas Moniales omnes in Choro interiore, aut alio loco, & ad eas ſermonem habere? IX. An abſolutè, & indifferenter viſitare poſſit Cellas dictarum Monialium, etiam quoad non pertinentia ad Clauſuram.

Ad quæ *die* 19. *Januar.* 1686. Sacra Congregatio S. R. E. Cardin. Concil. Tridentin. Interpretum reſpondit. *Ad I. Negativè. Ad II.* cenſuit *dandum eſſe Decretum in Florentina Juris viſitandi* tenoris infraſcripti. *An Archiepiſcopus, ſeu de ejus mandato Vicarius Generalis poſſit viſitare Sanctiſſimum Sacramentum, Olea Sacra, Confeſſionalia, & Sepulturas in Eccleſiis Monialium Regularibus ſubjectarum. Die* 29. *Julii* 1684. *Sacr. Congregat. Reſpondit Negativè, niſi in his, quæ concernunt obſervantiam Clauſuræ, & quatenùs non adſit legitima conſuetudo in contrarium. Ad III. Negativè, niſi in caſibus ſpectantibus ad Clauſuram. Ad IV. Sufficere præparationem Strati. Ad V. Servandas eſſe Conſtitutiones Apoſtolicas Gregor. XIII.* Dubiis, quæ emergunt, *Nos omnem haſitatio-*

tatio-

tationis materiam tollere, & viam ſcandalis præcide-re, ac Sanctimonialium quieti conſulere volentes, harum tenore auctoritate Apoſtolica declaramus, Prælatos omnes, tàm Sæculares, quàm Regulares, quibus Cura, & Regimen Monaſteriorum Monialium, quovis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa, ita demum uti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſariis, & à paucis, iiſque ſenioribus, ac Religioſis perſonis, comitati. Ad VI. Negativè. Ad VII. Itidem Negative. Ad VIII. Poſſe. Ad IX. Negativè. Ad eamdem materiam Monaſteriorum exemptorum Monialium facit declaratio Sac. Congregationis Concilii *in Colonienſi 16. Novembris* 1720. in qua fuerunt infraſcripta dubia propoſita, quorum, etſi aliqua pereutiant Monialium Monaſteria exempta, tamen quia ſimul cum aliis fuerunt propoſita, & reſoluta, omnia hic referre putavi. Primò. An Confeſſarii Regulares poſſint Sæculares extra mortis periculum abſolvere à caſibus Ordinario reſervatis. Secundò. An Confeſſarii Monialium exemptarum, & Prælatis Regularium ſubjectarum, poſſint eaſdem etiam extra mortis periculum abſolvere. Tertiò. An ſuppoſito edicto Ordinarii prohibitorio, poſſit Confeſſarius Regularis abſolvere extra mortis periculum, Secularem complicem criminis carnalis externi mortaliter peccaminoſi, ſecum commiſſi. Quartò. An ſuppoſito eodem edicto Confeſſarius Regularium Monialium exemptarum, abſolvere poſſit Monialem complicem criminis prædicti, Sacra Congregatio cenſuit. *Ad primum Negativè. Ad ſecundum Affirmativè, quoad caſus, quos Epiſcopus reſervaverit in materia clarè ſpectante ad Juriſdictionem delegatam. Ad tertium Negativè. Ad quartum affirmativè quatenus non ſit vitiata Clauſura.*

Alia etiam ad rem adeſt reſolutio ejuſdem Congregationis Concilii apud Fagnan. *cap. dilectus, de tempor. Ordin. num.* 32. & 33. An ſi Monialis alicujus Monaſterii, Juriſdictioni Regularium ſubjecti, ſecretò deliquerit in materia Clauſuræ, in foro conſcientiæ abſolvi poſſit vigore ejuſdem decreti in *cap. 6. ſeſſ.* 24. *de reformat.* ab Epiſcopo, cui tamquam delegato in iis, quæ ad Clauſuram pertinent, auctoritas tributa eſt decreto *capit. 5. ſeſſ.* 25. *de Regul.* ſtante prædicta Bulla S. Pii V. *Decori*. Reſpondit. *Non poſſe*.

Verùm Pignatel. *tom.* 10. *conſ.* 100. *num.* 25. & Monacell. *in formul. part.* 1. *in appendic. ad Conſt. VIII. S. Pii num.* 4. dicunt Epiſcopos poſſe abſolvere in dicto caſu occulto Clauſuræ violatæ, quos ex relata declaratione refellit Matthæuc. *in Officiali Curia cap.* 11. *numer.* 21. quia attenta Bulla S. Pii V. poſt Concilium, nihil refert, quòd antea Concilium tribuerit Juriſdictionem delegatam Epiſcopis, in materia Clauſuræ, & dictam diſpoſitionem Pianam, ejuſque pœnas habere locum etiam in occultis, Fagnan. *cit. n.* 31. & quod ita fuiſſet declaratum à Summo Pontifice; & Sac. Congregat. Conc. cenſuit *non poſse Epiſcopos uti facultate ſibi tributa abſolvendi cap. 6. ſeſs. 24. Concilii, in caſibus occultis, poſt Concilium ex nova lege Sedis Apoſtolica reſervatis.*

Reſolutio itidem noviſſima Congregationis Epiſcoporum, & Regularium fuit *in Nucerina Paganorum* inter Epiſcopum, & Moniales Ordinis Prædicatorum Monaſterii exempti in dicta Civitate exiſtentis, & propoſita fuerunt infraſcripta dubia. Primò. An Epiſcopus in concernentibus obſervantiam Clauſuræ, toties quoties expedire judicaverit, poſſit viſitare Monaſterium Monialium Sanctæ Annæ, ſubjectarum PP. Ordinis Prædicatorum. II. An poſſit viſitare earum Eccleſiam, Communicatorium, & Crates Confeſſionarii, quoad concernentia Clauſuram. III. An poſſit viſitare, nedum Crates, & mœnia exteriora Monaſterii, ſed etiam Chorum interiorem, Dormitoria, Cellas, aliaque loca pro Clauſuræ cuſtodia. IV. An poſſit indutus Stola ſupra Rocchettum, & Mozzettam ſolùm cum ſuis Conviſitatoribus ingredi, & viſitare Clauſuram Monialium, abſque interventu Prioris, & alterius cujuſvis Religioſi. V. An Epiſcopus volens poſſit in actu viſitationis habere Sermonem ſpiritualem Monialibus tàm intra, quàm extra ſepta Monaſterii. VI. An Epiſcopo ſit per Prioriſſam tradenda notula nominum Monialium, Educandarum, & Ancillarum tempore viſitationis. VII. An poſſit Epiſcopus occaſione viſitationis, ſingulas Moniales, & unamquamque ſeparatim interrogare, & examinare circa obſervantiam Clauſuræ. VIII. An tam Regulares, quibus ſubjectæ ſunt Moniales, quàm etiam Sæculares teneantur ab Epiſcopo obtinere licentiam alloquendi Moniales. IX. An poſſit Epiſcopus inſimul cum Superiore Regulari revidere computa, atque recognoſcere ſtatum Æconomicum Monaſterii. X. An Cenſuræ ſubſtineantur in caſu, &c. XI. An conſtet de attentatis, & quomodo ſint purganda? XII. An, & quomodo ſit providendom, quoad ingreſſum Converſarum in locum ultimo loco defunctarum in caſu, &c.

Die 7. Jul. 1724. Sacra Congregat. Epiſcoporum, & Regularium dubiis reſpondit *a I. uſque ad X. incluſivè Affirmativè*, ad *VI. negativè*, ad *XII. providetur poſt reviſionem ſtatus Æconomici*. Sed obtenta fuit nova audientia, quia Moniales prædictæ petierunt concedi litteras Remiſſorales, quia non impugnabant fundamenta reſolutionum, utporè innixarum in iis reſolutionibus Congregationum, & DD. dictis, ſed probare intendebant, quòd modus retentus per Epiſcopos Anteceſſores in Viſitationibus factis dicti Monaſterii, nempe viſitando Cellas illas ſolùm, & Dormitorium, Muros, & Feneſtras, quæ Muris exterioribus cohærent, & numquam ingreſſi fuere induti Stola, Rocchetto, & Almutia, & quòd ſingulas Moniales examini non ſubjecerint ſuper obſervantia Clauſuræ, nec Epiſcopo tradita fuit notula præfata Monialium, Educandarum, & Ancillarum, adeòque, tam Confeſſarii, aliique exiſtentes in Monaſterio, quàm omnes exteri numquam ab Epiſcopo, ſed ſolùm privativè à Superiore Regulari licentiam impetrarunt alloquendi Moniales, quòdque ſupradicta praxis ſervatur in aliis Diœceſibus Regni Neapolis, & extra illud, & quòd circa modum juriſdictionis exercendæ per Epiſcopum, à Concilio conceſſæ, poſſit limitari ab obſervantia tali modo ſubſecuta. In contrarium verò dicebatur, quod irrelevantes eſſent probationes præfatæ cùm agatur de facultativis actibus, quos Epiſcopus poterat omittere, & præjudicium non inferre ex hoc, futuris Epiſcopis independenter à Concilio, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, metientibus facultatem, eo modo declaratam per Sac. Congregat. Pendet adhuc repropoſitio Cauſæ attenta nova audientia, quam primùm in Congregatione proponenda.

Denique in locis Prælati nedum primæ, & ſecundæ ſpeciei, ſed etiam tertiæ, & veræ ſupremæ qua- 144
litatis *Nullius*, Epiſcopus vicinior tantùm habet facultatem extrahendi Reos ab Eccleſia, ob delicta excepta in Bulla Gregorii Decimiquarti *incipit Cum alias*, ut litteraliter in eadem Bulla exprimitur, & docent Ventrigl. *in prax. tom.* 2. *annotat.* 23. § 2. *numer.* 58. Bellet. *diſquiſ. Cleric. part.* 1. *titul. in favore Cleric. vend.* § 4. *numer.* 51. Cardin. de Luca *Miſcell. Eccleſ. diſcurſ.* 2. *numer.* 13. ubi etiam in Eccleſiis exemptis Regularium, & Religionis Hieroſolymitanæ, *& diſcurſ.* 10. ubi de loco Guaſtallæ *Nullius* reſpectu Epiſcopi Parmen. & declaravit Sacra Congregatio Immunitatis: *Abbas non habet facultatem extrahendi Confugitos ab Eccleſia; cùm ex diſpoſitione Bullæ Gregorii Decimiquarti, ex hac facultas ſolis Epiſcopis competat privativè quoad alios, Epiſcopo inferiores, Burgi S. Sepulchri* 17. *Jul.* 1668. *& Montis Caſſini* 28. *Februar.* 1673. & quòd extractus auctoritate Abbatis Abbatiæ *Nullius* reſtituendus eſſet Eccleſiæ, cum extractio facta ſit à non habente auctoritatem. *Sacra Congregatio Immunitatis in Nullius Sanctiſſimæ Trinitatis Milet.* 30. *Maii* 1674. tamen, Abbati Montis Caſſini, annuente Sanctiſſimo,

datur

datur facultas extrahendi in dictis Caſibus Gregorianæ, & aliis, in quibus Epiſcopis licita eſt extractio, idque ad decennium, *Sacr. Congrega. prædicta in Montis Caſſini 6. Junii 1673. ut apud P. Riccium in Synopſi decretorum Sac. Congregationis Immunitatis, in verbo Abbas, & in verbo extractio*, prout ſimilis facultas datur, ſed rarò per Sacram Congregationem Immunitatis, ex oraculo Papæ, Vicario Capitulari, cum in vim Bullæ, Sede Vacante Diœceſis, pertinet ea facultas Viciniori Epiſcopo.

245 In prædictis, quæ demandantur à Concilio Tridentino, vel Conſtitutionibus Apoſtolicis, ut exerceantur ab Epiſcopo in locis *Nullius*, nulla præſcriptio induci poteſt, quia obſtat Decretum, irritans contentum in omnibus diſpoſitis à Concilio, juxtà Bullam ejus confirmatoriam Pii Papæ IV. & ſic requiritur Privilegium Apoſtolicum poſt Concilium, ut obtinuerunt aliqui circa nonnullos actus, in Concilio Epiſcopis reſervatos: quæ Privilegia in facti contingentia debent ſedulò ſervari, quia etſi in dictis Privilegiis non requiratur derogatio Concilii expreſſa, ut aliàs dixi, & notum eſt, ſemper tamen obſtare poteſt præſumptio mentis Pontificis, ut non lædatur diſpoſitio illius, niſi verba privilegii ſint incompatibilia cum ejus diſpoſitione; videmus enim paſſim in confirmatione Apoſtolica privilegiorum, quæ conceditur poſt Concilium, apponi clauſulam, dummodò non ſint contraria Concilii Tridentini Decretis, ſicque, ut inducatur conceſſio Privilegii contra illa, debent verba, & mens Papæ clarè induci.

S E C T I O III.

De præſcriptione requiſita pro conſtituendo Prælato inferiore verè Nullius, cum proprio ſeparato Territorio.

S U M M A R I U M.

1 *An, & quomodo qualitas propria Nullius tertiæ ſpeciei, ſeu ſupremæ, præſcriptione acquiri poſſit? & per totam ſectionem.*

2 *Dicta quæſtio in Curia famigerata fuit occaſione cauſæ agitatæ Nullius ſeu Fulden. Juriſdictionis.*

3 *Recenſetur ſtatus dictæ cauſæ; & pluribus ſequentibus.*

Variaque judicata, ac deciſiones Sacræ Rotæ in eadem cauſa referuntur, ibid.

Laudatur bo. me. Anſaldus de Anſaldis Decanus Sacræ Rotæ, ibid.

4 *Fuit recurſum per Epiſcopum Herbipolenſem ad Summum Pontificem contra reſolutionem Rotæ in dicta cauſa, quæ canonizavit ſufficere quadragenariam cum titulo colorato, pro præſcribenda vera qualitate Nullius.*

Quæ opinio ſupponebatur per recurrentem eſſe contra ſenſum Sacræ Congregationis Concilii, ibid.

5 *Rota debet in materia Conciliari ſequi ſenſum dictæ Congregationis Concilii, etiam mutando ſuas opiniones; & plures caſus adducuntur dictæ mutationis Rotæ, ibid.*

Congregatio prædicta privativè interpretatur Concilium, & num. 12.

6 *Inſtantia Epiſcopi Herbipolen. ut Sanctiſſimus remitteret dictam cauſam Congregationi Concilii, vel ut Rota procederet poſt reſolutum dubium per dictam Congregationem, vel de ejus voto.*

Hæcque petitio fuit remiſſa à ſa. me. Clemente XI. Congregationi particularium Votantium Signaturæ Gratiæ loco hujus, ibid.

7 *Signatura Gratiæ ſolet ob gravitatem articuli, vel ſi adſit diſparitas votorum, demandare, ut Judices procedant de voto Rotæ, etiam in cauſis deciſis ſine ea.*

Imò etiam quoad Congregationes Cardinalium, cum voto tamen Rotæ, & adducuntur caſus, ibid.

8 *Quare dum reſcribitur, Sacris Congregationibus, dicitur, ut procedant cum voto Rotæ, Judicibus vero aliis de voto Rotæ, & de hac differentia.*

Sacræ Congregationes aliquoties illud votum non ſequuntur, & contrarium decidunt, ibid.

9 *Quid fuit demandatum per Signaturam Gratiæ in hujuſmodi caſibus.*

Papa in cauſis dubiis debet ipſe decidere jus, ibidem.

10 *Solet ut plurimum Signatura prædicta denegare in cauſis introductis, & deciſis, votum Rotæ, præſertim in cauſis agitatis in Sacris Congregationibus.*

11 *Non ſolet Signatura demandare, ut Rota procedat de voto, vel cum voto alterius Congregationis, vel Tribunalis.*

12 *Non fuit avocata cauſa prædicta Nullius, ſeu Fulden. à Rota, & remiſſa ad Congregationem Concilii, & quare, & nn. ſeqq.*

Nulla adeſt diſpoſitio Concilii circa modum acquirendi veram qualitatem Nullius, prout eſt circa cauſas matrimoniales, & alia, ibid.

13 *Ad Rotam remittuntur decidendæ plures Cauſæ juriſdictionales hujuſmodi per SS. Congregrationes.*

Aliquando eas decidit Congregatio Concilii, & etiam illa Epiſcoporum, ibid.

14 *Ad parcendum expenſis, expedit ut cognoſcantur in Congregatione, ibid.*

Succurrendum Epiſcopis pauperibus non valentibus litigare, cum remiſſione hujuſmodi cauſarum ad S. Congregationem, per Auditorem Sanctiſs. ib.

15 *Congregationis particularis reſolutio fuit in dicta cauſa* Nullius Fulden. *ut cauſa cognoſceretur per Rotam, diſcuſſo tamen prius dubio in abſtracto in Congregatione Concilii, an quadragenaria cum titulo colorato ſuffragetur?*

16 *Quoad iſtam quæſtionem, an poſſit acquiri præſcriptione qualitas vera Nullius, adducuntur opiniones, & nn. ſeqq. Negativa adducitur, ibidem.*

Alii dicunt, poſſe præſcribi partem Diœceſis, uti ſeparatam ab Epiſcopo, ac requiri immemorabilem.

Alii dicunt, poſſe præſcribi aliquam partem, uti ſeparatam, quadragenaria, ſolum juncto titulo colorato.

17 *Plura præmittuntur antequam ſententia Auctoris referatur, & nn. ſeqq.*

18 *Prælatus inferior poteſt præſcribere nonnulla jura Epiſcopalia in aliquo loco, remanentibus aliis penes Epiſcopum.*

Sufficit ad hoc quadragenaria præſcriptio cum titulo colorato ibid.

Referuntur plura dubia reſoluta per Sacram Congregationem Concilii, quoad actus particulares, ad favorem Prælati inferioris, contra Epiſcopum Diœceſanum, ibid.

19 *Si autem Prælatus inferior præſcribere velit omnia Jura Epiſcopalia, an id poſſit, & qua præſcriptione?*

Diſtinguitur an unà cum Epiſcopo, vel ſub Epiſcopo, aut in loco remanente in Diœceſi Epiſcopi, ſeu ſejuncto ibid. & n. ſeqq.

20 *Epiſcopi habere dicuntur Territorium, non autem Prælati inferiores.*

Iſti quando poſſint dici habere Territorium, ibidem.

Declaratur in hoc doctrina Hoſtienſis, & circa præſcriptionem Territorii. ibid.

21 *Diſtinguuntur caſus de præſcriptione in loco in ſolidum cum Epiſcopo, vel ſub Epiſcopo, & ejus Vicario nomine, ſeu in loco uti ſeparato à Diœceſi.*

22 *Non poteſt Prælatus inferior præſcribere in ſolidum cum Epiſcopo, & ex qua ratione.*

Duo Epiſcopi nequeunt eſſe in eodem loco, & quomodo conſultum fuit in caſu quo Populus erat ſejunctus, Græci ritus, & Latini; ibid.

23 *Juriſdictio poteſt eſſe penes plures, nequit tamen Gubernium Animarum.*

24 *Quando duo Epiſcopi conſtitui poſſint in eodem loco, & quomodo id non permittendum.*
Poterit tamen Papa ſeparare Territorio Diœceſis itaut pars remaneat Epiſcopo, & alteram ſubiſtere Prælato inferiori.

25 *Præſcriptio Jurium Epiſcopalium ſub Epiſcopo, an habeat locum, vel ſolum ſufficiat privilegium Apoſtolicum, & n. ſeqq.*
Concluditur, quòd habeat locum præſcriptio.
Ratione tamen Juriſdictionis habitualis Epiſcopi, quæ remaneat apud ipſum; ibid.

26 *Solus Papa poteſt concedere ſeparationem Territorii à Diœceſi, nec poteſt induci ex præſcriptione.*
Multa Princeps habet apud ſe reſervata, quæ ſunt impræſcriptibilia.

27 *An ſaltem immemorabilis præſcriptio ſufficiat pro ſeparatione Territorii.*
Adducitur opinio negativa, ibid. & nu. ſeqq.

28 *Epiſcopus non poteſt alienas plebes uſurpare, niſi in caſu, quo proprius Epiſcopus negligat, aliquem locum ad fidem converti.*

29 *Fines Diœceſum ſunt publica auctoritate Pontificia conſtitui.*

30 *Firmatur, poſſe per conſuetudinem immemorabilem præſcribi Territorium ſeparatum, prout privilegio Apoſtolico.*
Adducuntur rationes, & auctoritates, ibidem, & num. ſeqq.

31 *Immemorabilis importat meliorem titulum poſſibilem, & ſic privilegium Apoſtolicum.*
Refertur etiam ſenſus Sacr. Congregationis Concilii in hoc.

32 *Non autem admiſſa fuit à DD. magis communiter, nec à Congregatione prædicta, præſcriptio quadragenaria, neque cum titulo colorato.*
Adducuntur, & explicantur Textus, DD. & deciſiones, ibid.
Firmatur dicta Concluſio, rationibus, & doctrinis, ibid.

33 *Reaſſumuntur auctoritates, & diſtinguuntur caſus, de quibus loquuntur, & n. ſeqq.*
Adducitur Cauſa Cluſina Juriſdictionis in S. Congregatione Concilii, ubi non fuit admiſſa præſcriptio quadragenaria cum titulo colorato.
Item in Cauſa Anglonen. Juriſdictionis, ibid.
Itidem in Cauſa Theatina, & alia, ibid.

34 *Quatenùs tempus quadragenariæ ſuffragari poſſit, ſi producatur titulus privilegii Apoſtolici non clari.*
Pluribus rationibus affirmativa comprobatur, ibidem.
Qui actus probare poſſent dictam quadragenariam obſervantiam, ibid.

35 *Non ſuffragatur tamen quadragenaria præſcriptio cum titulo colorato, ſeù putativo, & numeris ſeqq.*

36 *Immemorabili quatenus æquiparari poſſit, vel non, quadragenaria præſcriptioni cum titulo colorato.*

37 *Tutus claro privilegio, nequit præſcribere, cum rem ſuam amplius facere ſuam nequeat.*

38 *Juſtus titulus requiritur pro præſcriptione, & quomodo ſufficiat putativus, licet invalidus.*
Differentia inter immemorabilem, & quadragenariam præſcriptionem circa titulum.

39 *Juſtus titulus coloratus quis ſit, ubi de errore Juris dubii, vel facti, quoad titulum.*

40 *Detecta invaliditate tituli poſt præſcriptionem quadragenariæ completa, non præjudicatur jam præſcribendi.*

41 *Epiſcopi patientia quatenus præjudicet Succeſſori*

42 *Diviſio Diœceſum ſoli Pontificiæ poteſtati reſervata.*
Non videtur congruum, ut dependeat à titulo infecto, ac colorato.
Iſta incongruitas non videtur in præſcriptione Jurium Epiſcopalium, ibid.

43 *Plura acquiri poſſunt privilegio, & non præſcriptione.*
Prout ſunt decimæ ad favorem Laici, facultas ordinandi in minoribus, adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis per non Epiſcopum ibid.

44 *Quadragenaria cum titulo colorato non eſt eadem ac Immemorabilis.*

45 *Videtur Rota in dicta Cauſa Nullius, ſeu Fulden. in ultima deciſione coram Caffarello, explicaſſe circa dictum articulum, ea quæ dicebamus, quod quadragenaria præſcriptio ſuffragetur potiùs pro obſervantia privilegii veri, quàm inducenda præſcriptione titulo colorato.*

46 *Congregatio fuit deputata à ſa. me. Clemente Papa XI. ad deciſionem articuli in genere: An quadragenaria præſcriptio cum titulo colorato, ſufficiat ad inducendam ſeparationem Territorii, & veram qualitatem Nullius.*
Ejus reſolutio refertur, adhæres prædictæ firmatæ doctrinæ, ibid.
Refertur decretum editum ſub dicto Papa Clemente XI. in dicta re, ibid.

FAmigerata eſt quæſtio propoſita, an, & quomo-
do qualitas propria *Nullius* tertiæ, & ſupremæ ſpe- 1
ciei, ſcilicet cum vero ſeparato Territorio, præſcri-
ptione acquiri valeat? nuper quidem profundè agi- 2
tata in cauſa *Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis*,
inter Abbatem Fuldenſem, & Epiſcopum Herbipo- 3
lenſem. Cum etenim inter eos facta fuiſſet Concordia, ſuper quibuſdam actibus Juriſdictionalibus exercendis in Territorio dictæ Abbatiæ, fuit à Succeſſore Epiſcopo eadem Concordia impugnata, ex defectu beneplaciti Apoſtolici, ac nullo proindè declarata per Rotam *deciſ.* 1028. & 1267. *coram Emeritæ Jun.* reſervatis Juribus quoad competentiam Juriſdictionis, & *ſub die* 25. *Junii* 1696. fuit denegata Abbati reſtitutio in integrum *in Herbipolen. reſciſſionis Concordiæ coram Card. de la Tremoille.* Unde reaſſumpta cauſa ſuper Juriſdictione prætenſa per Abbatem, cum vera qualitate *Nullius*, & Territorio ſeparato, Abbas obtinuit deciſionem favorabilem *ſub die* 28. *Junii* 1700. *coram eodem*, firmantem dictam qualitatem ex triplici fundamento, Nativæ ſcilicet Juriſdictionis dictæ Abbatiæ, utpotè erectæ ante Epiſcopatum Herbipolenſem, Dativæ elicitæ ex privilegiis Summorum Pontificum, & Præſcriptivæ ex quadragenaria cum titulo colorato, juſtam cauſam præbente præſcribendi, quæ deciſio fuit confirmata *die* 16. *Februarii* 1703. *coram Molines*, quoad præſcriptivam, rejectis Nativa, & Dativa, prout ſtetit in decretis *ſub die* 17. *Aprilis* 1705. quoad Dativam tantùm, & Præſcriptivam, nec requiri immemorabilem, ac *ſub die* 20. *Novemb. ejuſdem anni coram eodem* fuit reſolutio innixa ſuper ſola quadragenaria cum titulo colorato, rejectis denuò Nativa, & Dativa, expeditaque ſententia juxta hujus deciſionis formam in petitorio, conceſſa fuit etiam manutentio Abbati. At ſucceſſivè cauſa fuit commiſſa in gradu appellationis *coram Anſaldo*, & editæ fuerunt *deciſiones* 1. *Junii* 1708. & 2. *Junii* 1710. confirmatoriæ judicati, in quibus omnes Domini ferè convenerunt in excluſione Nativæ Juriſdictionis; & major pars in inſufficientia Dativæ, reſpectu dicti Territorii; omnes verò, excepto uno, in fundamento præſcriptivæ ſupradictæ: cujus diſſentientis rationes fuerunt etiam extenſæ in deciſione; qui mos ſervatur in Rota in articulis dubiis, ad eruendam magis veritatem; quam deciſionem laborioſo, & docto ſtylo extendit præfatus Anſaldus de Anſaldis Auditor; Vir quidem doctus, Decanus Sacræ Rotæ, & de Republica Literaria benemeritus, ob tractatum de Commercio, & Mercatura, ab ipſo typis editum, necnon longum numerum deciſionum doctrina, & eruditione præditarum. Fuit enim magni nominis Advocatus in Romana Curia,
&

& ſan. mem. Innocentii Papæ XII. domeſticus Auditor, cujus cura, & labore, variæ, pro Curiæ Reformatione, emanarunt Pontificiæ leges, ſed facto, quod in aulis evenire ſolet, menſe Decembris 1719. Literatorum, & Litigantium mœrore, occubuit, abſque eo quod ſuæ virtuti, & meritis Cardinalatus decus, ut par erat, accederet, cujus anima in pace quieſcat, cujuſque memoriæ obſtrictum me profiteor, dum in omnibus Congregationibus cum eo habitis, & in pleriſque deciſionibus ipſius, ſumma exiſtimatione, ultra quidem condignum, de me, meiſque bis literariis laboribus mentionem faciebat.

Expedita dicta cauſa in ſecunda inſtantia recurſum habuit Epiſcopus ad D. Cardinalem Corradinum, tunc Auditorem Sanctiſſimi, qui oretenus inſinuavit Sacræ Rotæ, ut pro veritate faciliùs indaganda, diſputarentur dubia ſeparatim ſuper Nativa, Dativa, & Præſcriptiva Juriſdictione; hinc *die 12. Junii 1711. coram Caſſarello*, prodiit deciſio: *Sententiam eſſe confirmandam;* ſcilicet non concurrere Nativam; & ſub die 12. Junii dicti anni, deciſum fuit quoad Dativam: *Iterum proponatur*; & quoad Præſcriptivam: *Eſſe confirmandam ſententiam;* ac fuit extenſa deciſio: in quo ſtatu Epiſcopus recurſum habuit ad Summum Pontifi-
4 cem, exponendo gravamen Rotæ, infirmando ſufficientiam quadragenariæ cum titulo colorato, pro inducenda vera qualitate *Nullius*, cum Territorio ſeparato, contra ſenſum Congregationis Concilii, quæ pluries declaraverat, non ſuffragari quadragenariam cum titulo colorato, pro acquirendo unico actu Juriſdictionis, ut in cauſis Matrimonialibus; ſed requiri immemorabilem; nec iſtas duas præſcriptiones æquiparari; ac debere Rotam ſe deferre ſenſui Congrega-
5 tionis in materia Conciliari; imò mutare opinionem, ut egit in caſu *deciſ. 325. par. 2. div.* quoad decretum Conſilii *ſeſſ. 22. cap.* 3. ubi quòd intelligatur, quando adſunt diſtributiones quotidianæ. Ita *in deciſ. 321. part. 10. recent.* quòd in Jurepatronatu mixto, non requiratur Concurſus, *deciſ. 263. part. 15.* circa privilegium non ſolvendi quartam funeralem, ut illud ſuffragetur, requiri, quòd fuerit per quadraginta annos ante Concilium conceſſum, *deciſ. 250. n. 7. part. 16. rec.* circa Matrimonii nullitatem inter raptorem, & raptam, etſi iſta conſenſerit, & Pater diſſenſerit, *in deciſ. 335. part. 19. recent.* quòd Capellanus, cui fuit onus injunctum celebrandi Miſſas, non teneatur per ſe ipſum, niſi addita fuerit particula in onere, ut celebret per ſe ipſum; receſſitque Rota à contrariis opinionibus, famulando reſolutionibus Congregationis; & in articulo Conciliari privativè ſpectat interpretatio Congregationi prædictæ, itaut cauſa debeat cognoſci per illam, ac avocari à Rota, aut iſta ſe conformare teneatur dictæ Congregationis opinioni, Fagnan. *cap. quoniam nu.* 38. *& ſeqq. de Conſtit.* & dixi *tom. 4. ad Conſtit.* 10. Martini V. *num.* 31. *&* 32. Sicque pete-
6 bat Epiſcopus, ut Papa cauſam iſtam ad Congregationem remitteret cognoſcendam; vel ſaltem, ut Rota procederet in ea juxta illius oraculum dandum, an quadragenaria præſcriptio, cum titulo colorato, ſufficeret pro conſtituendo Prælato in vero ſtatu *Nullius*.

Cùmque hanc inſtantiam Epiſcopi, ſan. mem. Clemens XI. remiſiſſet Congregationi particulari quinque Votantium Signaturæ Gratiæ loco hujus, conſideratum
7 fuit, quod etſi ſoleat Signatura Sanctiſſimi, ob gravitatem articuli demandare, ut Judices nedum inferiores procedant de Voto Rotæ; ſed etiam ut Congregationes Cardinalium, etiam Concilii, cauſas cognoſcant cum Voto Rotæ, licèt jam cauſa deciſa fuiſſet; idque fit quando adſit diſparitas Votorum, vel articulus gravis; ut in cauſis *Mediolanen. Nullitatis Profeſſionis, deciſ. 952. cor. Emer. Jun. in Cauſis Caſtellana B.partita PP. Ciſtercienſium, Romana Matrimonii, Ferrarien. Feudi, Giennen. Juris mutandi, & in caſibus deciſ. 46. num. 10. deciſ. 401. coram Ludoviſio, deciſ. 1544. cor. Coccino deciſio. 1219. coram Emerix Jun.* Et noviſſimè in *Æſina Collectarum*, poſtquam in Congregatione Boni Regiminis extiterit diſcuſſa, & lata ſententia; fuit reſcriptum per Signaturam Sanctiſſimi: Ut *Congregatio procederet cum Voto Rotæ, prima Junii* 1714. Tamen quando imponitur aliis inferioribus Judicibus, reſcribitur, ut procedant de Voto, 8
hoc eſt deciſivo Rotæ: quo caſu tenentur ſententiam ferre ad formam Voti Rotalis; in reverentiam verò Congregationum Cardinalium reſcribitur, ut illæ procedant cum Voto Rotæ, & ſic tamquam conſultivo; unde non tenentur iſtud ſequi, prout in aliquibus cauſis non fuit ſequutum. Verùm in Cauſa *Caſtellana Bipartita*, cùm fuiſſet per Sacram Congregationem Epiſ- 9
coporum, & Regularium, deciſum contra Votum Rotæ, in Signatura Sanctiſſimi ſub die 14. Maii 1709. Ponente Eminentiſſimo Cardinali Annibale Albano, tunc Prælato fuit reſcriptum: *Pro avocatione Cauſæ ad Sanctitatem Suam, à qua dabitur reſolutio in Camera*, prout ſucceſſivè emanavit Breve ſuper deciſione dictæ Bipartitæ; & noviſſimè in dicta Cauſa *Æſina Collectarum*, cùm Congregatio Boni Regiminis noluiſſet ſequi Votum Rotæ Signatura Sanctiſſimi, & pro ea Congregatio particularis primò reſcripſit; *Ut Congregatio Boni Regiminis extenderet motiva ſuæ reſolutionis antè prolationem ſententiæ:* prout extendit poſteà motiva, ſeù Votum contra dictum Votum Rotæ, in Signatura coram Sanctiſſimo ſub die 21. Martii 1719. Ponente D. Ancajano fuit reſcriptum. *Prævia avocatione Cauſæ ad Sanctiſſimum, pro deputatione Congregationis particularis, ad referendum Sanctiſſimo.* Et quidem juſto motivo, præſertim adducto per me Decanum Votantium, citato Rebuffo *ad Conſtitutiones Regias, tom. primo in præfatione de avocatione Cauſarum num. 69.* quòd ſi ſit diſcordia inter duo Tribunalia circa limites utriuſque, Princeps motu proprio avocabit Cauſam ad ſuum Concilium, & benè dixit, & egit Paulus Papa II. in *Extravag. Ad Romani de Præbend. & Dignitat.* ibi: *Ad Romani Pontificis providentiam, & circumſpectionem providam ſpectare dignoſcitur, dubia juris (ex quibus lites graves oriuntur in dies) ſuæ declarationis oraculo terminare: prout (negotiorum qualitate, & temporum conditione inſpectis) conſpexerit in domino ſalubriter expedire:* hocque præſertim, quia cum ageretur de interpretatione Conſtitutionis Apoſtolicæ Sixti V. ad Apoſtolicum ipſum ſpecialiter pertinet iſta interpretatio, ut dixi *to. 3. ad Conſt.* 12. Clem. IV.

Verùm ſolet Signatura in Cauſis introductis, &
deciſis in aliis Tribunalibus Collegiaris, & præſer- 10
tim in Congregatione Cardinalium, denegare Votum Rotæ, *ut in Eugubina Collectarum die 28. Septembris* 1706. Signatura Sanctiſſimi, Ponente Domino de Abbatibus, reſcripſit; *Nihil de Voto Rotæ; & eidem Congregationi Boni Regiminis, de Cauſis reſtitutionis in integrum. Et in Januen. diſſolutionis Matrimonii Ponente D. Taſſis*, rejecto Voto Rotæ petito Sanctiſſimus reſcripſit: *Congregatio Concilii iterum audiat. Et in Romana Gabella Ponente Eminentiſſimo Cardinali Odeſcalcho tunc Prælato: Ad Cameram cum Clauſula; Conſtito de duabus*, rejecto Voto Rotæ petito; Nec ſolet unquam demandari, ut Rota procedat 11
cum alterius Voto; quia dicti Tribunalis tanta eſt præſumpta doctrina, utpotè deſtinati à Summis Pontificibus pro decidendis Juris articulis, ut non debeat pro iſtis dilucidandis, aliorum Votum exquirere; quare quoad petitionem Epiſcopi Herbipolen. locus non fuit 12
avocationi Cauſæ jam deciſæ à Rota, nec ulla aderat reſolutio Congregationis Concilii, vel diſpoſitio Concilii; ut non ſufficiat quadragenaria cum titulo colorato, pro acquirendo vero Territorio ſeparato *Nullius*. Et quamvis quoad Cauſas Matrimoniales, in quibus Concilium derogaverat cuicumque conſuetudini, an intelligi deberet non fuiſſe derogatum conſuetudini quadragenariæ cum titulo colorato, prout derogatum non dicitur immemorabili; articulus hujuſmodi, uti interpretativus Concilii, ſpectavit ad Congregationem; & juxta ejus ſenſum, Rota debuit ſe conformare, quia ad ipſam Congregationem privativè ſpectat interpretatio Concilii, *ex Bulla* Pii IV. 83. *&* Sixti V. 74. *Congr. 8. to. 2.*

Digitized by Google

Bullar, & dixi ſupra; tamen pro probanda vera qualitate *Nullius*, non adeſt diſpoſitio ulla Concilii; ſed elici debet ex Jure communi Canonico ex Canoniſtarum dictis, & probationibus, & privilegiis, & pro-
13 indè hujuſmodi Cauſæ, utpotè requirentes diſcuſſionem facti, & juris communis, agitantur in Rota; imò ab ipſa Congregatione ad Rotam remittuntur decidendæ, ut in *Cavenſi dec.* 31. poſt Tondut. *de penſionibus*, Fagn. *cap. cum olim numer.* 40. *de præſcript.* & noviſſimè actum fuit *in Theatina*, *Meliten.* & *Valven. ſeu Sulmonen.* ſupra adductis in præcedenti Sectione. Licèt etiam aliquas controverſias hujuſmodi qualitatis *Nullius* decidat Congregatio Concilii; imò etiam aliquoties Epiſcoporum, *ut in Cluſina*, *Anglonen*, & aliis ad parcendum expenſis; quod faciliùs in-
14 dulgendum erit, ſi is in Rota non pendeat, urgente maxima conſideratione, quòd pro longitudine litigii trium conformium in Rota, & aliquoties in quarta, & quinta inſtantia in gradu reſtitutionis in integrum, ingentes requiruntur expenſæ; quæ ab Epiſcopis præſertim in regno Neapolitano, ut plurimum pauperibus, fieri non valent, vel aliquando nolunt aliqui facere; & ſic cauſas hujuſmodi derelinquunt, ad plerique redduntur Abbates *Nullius*, cum maximo præjudicio dignitatis Epiſcopalis, & animarum, quarum cura principaliter Epiſcopis commiſſa fuit; itaut antiquitus vix reperirentur hujuſmodi *Nullius*, & nunc in quolibet angulo adſunt iſtius qualitatis potiùs prætenſores, & de facto poſſeſſores, quàm jure; & ſi aliquis Epiſcopus zelo ductus velit facere expenſas, difficile eſſet, ut ejus vita longa lis finiretur; & ſucceſſor forſan non erit ità in proſequendo eam ſollicitus, & quamvis in Bulla Sixti V. citat. & noviſſimè Innocentii XII. cauſæ judiciales requirentes proceſſum, non debent coram Sacris Congregationibus agitari, tamen id non procedit ſtante conſenſu Partium; & diſſentiente una, munus erit Auditoris Papæ coſiderare præfatas circumſtantias, ut remittat cauſam Sacr. Congregationi, ne præjudicium grave inſurgat Epiſcoporum Juriſdictioni, ac ſemper novus exurgat numerus hujuſmodi Semi Epiſcoporum ob impotentiam Epiſcoporum, non valentium Jura propria tueri, ut ad rem innuit Cardinalis de Luca *de Juriſdict. adnotat. ad diſcur.* 2. 11. *&* 17. & pluries Sacra Congregatio reſcribit Epiſcopis, in hoc querimonias exponentibus, ut recurrant ad Auditorem Papæ, pro remiſſione ad Sacram Congregationem hujuſmodi cauſarum, etiam contentioſarum.

Fuit tamen in dicta cauſa Herbipolenſi considera-
15 tum, quod etſi ex dictis, non eſſet locus avocationi à Rota, vel quòd iſta procederet de Voto Congregationis Concilii; tamen cum ageretur de articulo agitato validè à Canoniſtis, & DD. & numquam verè firmato, ac diſcuſſo in Rota, & faciente ſtatum in tot Prælatis prætendentibus territorium ſeparatum; & proinde reſpiciente ſtatum Eccleſiaſtici regiminis in Eccleſia Dei, pro quo Concilium Tridentinum Opere, & labore tanto inſudavit, pro reſtringenda poteſtate hujuſmodi Prælatorum inferiorum, ut ſupra dixi, partes vitæ fuerunt ſupremi Eccleſiæ Moderatoris id agere, & ab iſto dictæ Congregationis Concilii, cujus munus eſt interpretari Concilium, ſenſum exquirere, an quadragenaria cum titulo colorato ſufficiat pro conſtituendo vero Prælato *Nullius*; ideò Congregatio loco Signaturæ Gratiæ, *die* 19. *Auguſti* 1714. reſcripſit, denuò committendo cauſam appellationis ad eamdem Rotam, *Cum facultate manutenendi quem de Jure quoad manutentionem, & quoad Sententias, conſtito de tribus; diſcuſſo tamen priùs articulo in Congregatione Concilii, an quadragenaria cum titulo colorato, ſufficiat ad præſcribendum Territorium ſeparatum*; quæ reſolutio meritò approbata fuit à Sanctiſſimo.

Deſcendendo nunc ad principale quæſitum ſupra indicatum; An poſſit acquiri præſcriptione, & qua, qualitas *Nullius* vera cum Territorio ſeparato, quæ eſt tertia ſpecies Prælatorum. Alii dicunt non poſſe acquiri ulla præſcriptione, neque Immemorabili, ſed ſolo privilegio Apoſtolico, referentes hanc concluſionem Hoſtienſis, *in capit. cum contingat. numer.* 1. *de foro competent.* DD. *citati* per Fagnan. *cap. Nullus num.* 22. *de Paroch.* Rota *dec.* 55. *num.* 13. *& ſeqq.* poſt Tambur. *de Tur. Abbat. tom.* 3. ac latè agit ac firmare conatur Carolus Antonius *de Manentibus in nuperrimo edito tractatu de poteſtate Juriſdictionis, ac de regimine animarum, & Juriſdictione contentioſa, & quomodo Prælatis inferioribus ex privilegio, vel præſcriptione competere, valeat part.* 4. *cap.* 3. *& ſequentibus*, ex pluribus ab ipſo ſuppoſitis; & ratione apud prædictos adducta, quia eſſet monſtrum, ut duo capita ſint in eodem loco, ſeu Diœceſi.

Alii docent reprobandam eſſe opinionem *Hoſtienſis*, in caſu, quo Prælatus inferior vult quærere præ- 16
ſcriptione partem Diœceſis, uti ſeparatam ab Epiſcopo, quia hoc caſu ceſſat dicta monſtruoſitas, cum in territorio præſcripto Prælatus inferior remaneat ſolum Caput excluſo Epiſcopo Fagn. *citat. cap. Nullius num.* 22. Card. de Luca *de Juriſd. diſc.* 1. *num.* 28. ac requiri pro tali præſcriptione Immemorabilem Card. de Luca *in miſcel. Eccleſ. diſc.* 1. *num.* 92. *& de Juriſd. diſc.* 1. *num.* 12. Roſa *de reſidentia Epiſc. cap.* 4. *ſect.* 6. *numer.* 497. Pignatell. *conſult.* 26. *num.* 18. *tom.* 2. *dec.* 70. *num.* 60. *& ſeq. par.* 13. *dec.* 511. *nu.* 5. *par.* 19. *dec.* 395. *nu.* 11. *&* 16. *coram Emerix Jun. & in Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono jure* 5. *Martii* 1692. §. *abſque eo cor. Molines, & in Firmana Juriſdictionis* 13. *Aprilis* 1701. §. *cum itaque, & eadem ſuper reſervatis* 15. *Aprilis* 1702. §. *& licet coram Molines, & in Gerunden. Anniverſariorum* 7. *Decembris* 1708. *coram D. Card. Scotto, & paſſim alibi, dixi tom.* 2. *cit. Conſtit.* 6. *Alexandri III.*

Alii denique dicunt, poſſe etiam præſcribi veram qualitatem *Nullius* tertiæ ſpeciei, ſola quadragenaria, cum titulo colorato, qui juſtam cauſam præſcribendi præbeat; ut ſupponitur, docuiſſe Fagnan. *in cap. cum ab Eccleſiarum num.* 29. *de offic. ordin. & citat. cap. Nullius numer.* 28. *de Paroch.* Gonz. *cap. auditis n.* 8. *&* 9. *tit. de præſcription.* Card. de Luca *diſc.* 12. *de Juriſd. num.* 19. Roſa *cit. ſect.* 6. *num.* 454. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 221. *n* 6. *&* 19 *par.* 13. *rec. dec.* 21. *n.* 12. *par.* 14. *& latè in cit. deciſionibus Nullius ſeu Fulden. præſertim ſuper præſcriptiva in* qua cauta fuit articulus iſte ſpecialiter diſcuſſus, ut innui *cit. to.* 2. *ubi ſupra.*

In hac controverſia valdè in Curia agitata præſertim
tempore, ut res clariùs, quàm valeat, explicari debe- 17
bat, urgente turba iſtorum Prælatorum contra Epiſcopos excitatorum; ſed, ut tutò articulus iſte, Jura, ac textus Canonici, DD. & deciſiones applicentur, plura ſunt dilucidanda, nempè, quòd Prælatus inferior poteſt aliqua Jura Epiſcopalia præſcribere, remanentibus, in eodem loco, aliis penes proprium Epiſcopum Diœceſanum, juxta caſum *in capit. auditis, & c. cum Olim de præſcriptionibus*, ac aliis; & tunc quoties agitur de capacibus Juriſdictionis actuum, hujuſmodi, ſufficit quadragenaria cum titulo colorato, quia tunc acquiritur, & præſcribitur ſolùm Juriſdictio in perſonas, & loca in certis actibus, de quibus ſunt
capaces præſcribentes, non tamen præſcribitur, ac 18
acquiritur Territorium; & proinde non ſolvitur, ſeu ſeparatur Diœceſis; ut ſupra dixi; & in his terminis omnes conveniunt, præſcribi poſſe; Hinc videtur Sacra Rota in pluribus deciſionibus, de quibus infra, denegaſſe alicui Prælato inferiori, habere ipſum, veram qualitatem *Nullius* cum Territorio ſeparato; & tamen firmavit, eum habere plurima jura Epiſcopalia. Ita etiam Sacra Congregatio Concilii, id declaravit in quibuſdam cauſis denegando prædictam qualitatem veram *Nullius*, & tamen concedendo Prælato inferiori Juriſdictionem in actibus particularibus, ac præſertim *in Anglonen. Juriſdictionis* 6. *Junii* 1716. *&* 30. *Januarii* 1717. quas reſolutiones peculiares per extenſum hìc tranſcribere putavi, cum faciant etiam ad ea, quæ in ſuperiori Commentario

Digitized by Google

tario diximus circa Juriſdictionem Epiſcoporum in locis *Nullius*

Die igitur ſupradicta 6. Junii 1716. propoſita fuerunt infraſcripta dubia? I. An ultrà viſitationem delegatam competentem Epiſcopo in Eccleſiam Abbatiali, competat eidem Epiſcopo jus faciendi Viſitationem localem, & perſonalem aliarum Eccleſiarum, & Cleri, Terræ Carbonis authoritate ordinaria, vel potiùs competat Eminentiſſimo Abbati in caſu, &c. II. An cumulativè, vel privativè in Caſu, &c. III. An jus conferendi Beneficia ſimplicia ſpectet ad Epiſcopum, vel potiùs ad Eminentiſſimum Abbatem in Caſu, &c. IV. An jus conferendi Beneficia curata ſpectet ad Epiſcopum, vel potiùs ad Eminentiſſimum Abbatem in Caſu, &c. V. An inſtitutio in Beneficiis Juriſpatronatus ſit danda per Epiſcopum, vel per Eminentiſſimum Abbatem, in caſu, &c.

Sacra Congregatio cenſuit *Ad primum Affirmativè quo ad primam, & negativè quo ad ſecundam partem. Ad ſecundum cumulative ad formam Cluſina. Ad tertium, quartum, & quintum dilata.*

Repropoſita cauſa prædicta *die* 30. *Januarii* 1717. Primò. An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis, ſub die 6. Junii 1716. quoad primum, & ſecundum. II. An jus cognoſcendi Cauſas Matrimoniales ſpectet ad Epiſcopum, vel ad Eminentiſſimum Abbatem. III. An jus cognoſcendi cauſas criminales, civiles, & mixtas competat Epiſcopo, vel Eminentiſſimo Abbati. IV. An Epiſcopo competat in prædicta Terra jus adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis? V. An Eminentiſſimo Abbati competat jus revidendi computa, locis Piis, & Hoſpitalibus dictæ Terræ, vel potiùs Epiſcopo, vel utrique. VI. An Eminentiſſimo Abbati competat jus concedendi dimiſſoriales pro ordinandis, tam ſuper vita, & moribus, quàm patrimonio, vel titulo Beneficii. VII. An Epiſcopus poſſit retinere Vicarium Foraneum in d. Terra eodem modo, quo retinet in aliis Terris ſuæ Diœceſis. VIII. An Abbatia vacante, poſſit à Clero dictæ Terræ eligi Vicarius Capitularis in caſu, &c.

Sacra Congregatio reſpondit. *Ad I. in deciſis, & amplius. Ad II. affirmativè, quoad primam partem, negativè quoad ſecundum: Ad III. Criminales ſpectare ad Epiſcopum, civiles cumulativè ad utrumque; quoad mixtas dilata. Ad IV. affirmative, & amplius. Ad V. Cumulativè ad formam Cluſina, & amplius. Ad VI. Negativè. Ad VII. Affirmativè. Ad VIII. negativè, ſalvis Juribus Monachorum.*

Si autem agatur de præſcribendis omnibus Juribus Epiſcopalibus in certo loco, & ſubdiſtinguendum eſt, aut enim vult præſcribere dicta jura omnia in aliquo loco, unà cum Epiſcopo, vel vult præſcribere ea ſub Epiſcopo, & Vice Epiſcopi, & ejus Vicario nomine; vel demum vult præſcribere jura Epiſcopalia cum territorio, in aliqua parte, ſeu loco Diœceſis, utì diſmembrato, & avulſo ab Epiſcopo, & Diœceſi, conſtituendo dictam partem avulſam, & ſeparatam, à Diœceſi Epiſcopi, conſtituta ea propria Prælati inferioris, Diœceſi, & primo modo non po-
20 teſt dari præſcriptio ulla, ſecundo verò, & tertio ſic; Cum enim Epiſcopi ſolùm dicantur habere Territorium ſubjectum, ex quo habent forum, & ibi delinquentes puniunt; & Prælati inferiores id non habent, ſed in certas Perſonas Juriſdictionem dicuntur habere, ac proinde dici non poſſunt Superiores territoriales, ſed exercent certos actus acquiſitos Juriſdictionales, & Territorium ponitur pro Diœceſi. Archid. *capit. cum Epiſcopus de offic. ordin. in* 6. ac proinde non habent Diœceſim; ſunt tamen aliqui Abbates, qui etiam Territorium habent, ſcilicet Diœceſim in certo loco, non in ſolidum cum Epiſcopo, ſed ſejuncto loco à Diœceſi, conſtituto hoc propria Diœceſi, Abbatis, ut benè explicat Butrius *c. cum conting. nu.* 11. *& ſeqq. de foro comp.*

Sed expendamus doctrinam Hoſtienſis, in hac materia paſſim à DD. inculcatam. Ipſe enim in *cap. cum contingat, de for. competent.* ait: *Mihi videtur, quod de Jure communi, Archidiaconus, vel alius Prælatus, excepto Epiſcopo, non poteſt dici habere Territorium, nec iſtud poſſet conſuetudo operari, ut in eadem Civitate, vel Diœceſi, eſſent inſolidum duo capita, quaſi monſtrum: dic ergo de hac materia, ut notavi ſupra de off. ord. c. quanto, & c. quoniam. Sunt tamen aliqui Abbates certam terram limitatam habentes, Juriſdictioni ſuæ ſubditum, alioque Epiſcopo carentem, ſicuti eſt Abbas Caſſinenſis, & quidam alii; quod fulciri poteſt ex privilegio Apoſtolico ſpeciali; & de talibus poteſt dici, quod Territorium habeant, ſivè forum* & in cit. c. quanto admittit; *Conſuetudine præſcribi poſſe res, & perſonas in aliena Diœceſi, imo etiam Juriſdictionem in Loco, dummodo limites ex hoc non contingat confundi, alioquin contra: ibi num.* 13. *& citat. c. quoniam num.* 3. *& 4. Sic ergo unus Epiſcopus dicitur unum corpus, reſpectu Eccleſiarum, & Fidelium Civitatis, & Diœceſis, quæ ſunt membra illius, ſed hoc corpus ſingulare eſt, &c. ſicque in eo duo capita haberi monſtruoſum, ſive prodigioſum eſt, quod natura abhorret, & jus reſpuit; ſicuti, ſi homo naſcatur duo capita habens, vel quatuor pedes, vel manus; cum ergo unus Epiſcopatus unum corpus ſit, cujus Epiſcopus caput eſt, non licet, ſi ponantur duo Epiſcopi, ſcilicet in uno corpore duo capita; eſt enim unum corpus duo capita habens quaſi monſtrum:* & addit: *quod de neceſſitate ponitur, ſcilicet poteſtate Papæ, Epiſcopus in alterius Diœceſi, ad aliquod officium exercendum, qui debeat ſubeſſe Diœceſano, & utì Epiſcopi Vicarius, & tamen ordinariam Juriſdictionem habet.*

Ex hac igitur doctrina videtur colligi, Hoſtienſis ſenſum fuiſſe, Territorium non poſſe præſcribi in aliena Diœceſi, ſed Juriſdictionem tantùm in certas perſonas; quæ valdè inter ſe diſtant; cùm Territorium habere, ſit habere jus terrendi, ac plectendi omnes in loco, & habere forum, quod nequit acquiri ab inferiore, ſed ſolus Epiſcopus id habet pro tota ſua Diœceſi; & ſi quis acquireret Territorium, eſſet monſtruoſum, quia in eodem loco eſſent duo capita, nempè Epiſcopus nativus, & ille acquirens præſcriptivus, quòd natura abhorret: admittit tamen poſſe per inferiorem Prælatum haberi Territorium, ſcilicet Diœceſim, ex ſpeciali Papæ privilegio in certo loco, excluſo Epiſcopo, ſeu hoc carente; ſicuti eſt Abbas Caſſinenſis, & alii, loco eo avulſo, ac ſeparato à Diœceſi Epiſcopi.

Sicque corollariè dicta Hoſtienſis doctrina, verſatur in tribus partibus. Primò quòd non poſſit Prælatus præſcribere, & acquirere in loco Territorium, & Jura Epiſcopalia in ſolidum cum Epiſcopo, continuante proindè loco in Diœceſi Epiſcopi; quod dicit monſtruoſum; & proindè nullo modo acquiſibile, & ſic non præſcriptibile. Secundò dicit, poſſe acquiri Territorium, & Jura omnia Epiſcopalia ſub Epiſcopo, & Vicario nomine proprii Epiſcopi. Tertiò, quòd ſi velit avelli, & ſcindi locum à Diœceſi Epiſcopi, & acquiri Territorium in illo per inferiorem Prælatum, utì in loco ſeparato, & avulſo à Diœceſi Epiſcopi, itaut talis locus dicatur carere Epiſcopo, poſſet quidem id acquiri, ſed per ſolum privilegium Apoſtolicum.

Prima etenim pars doctrinæ prædictæ eſt veriſſima,
cùm non poſſint in eodem Territorio, & Loco, adeſ- 22
ſe inſolidum duo Epiſcopi, quia monſtruoſum eſſet; nam Epiſcopatus eſt unum corpus, cujus caput eſt Epiſcopus; ſicque ſi ponantur ibi duo capita, ſcilicet duo Epiſcopi, fieret unum corpus, duo habens capita, quod eſt monſtruoſum, ſivè prodigioſum, à natura ipſa abhorrens, nedum à Jure; & ſic eſſet conſuetudo, ſeù præſcriptio irrationabilis, ac proindè non præbens jus; & ex hac ratione, neque prodeſt immemorabilis, Rota *citat. deciſ.* 55. *num.* 14. *& ſeqq. poſt* Tamb. *de Jur. Abb.* quæ monſtruoſitas indicatur etiam *in capit. quoniam de offic. ordin.* ubi Innocentius III. in Concilio Lateranenſi volens conſulere Græcis, & Latinis, ut quilibet ſub proprio viveret Ritu, expreſsè prohibuit, ut non eſſent in ea-

Digitized by Google

dem Civitate duo Epiſcopi, unus Græcus, alter Latinus, tamquam unum corpus diverſa capita habens, quaſi monſtrum, ſed concurrente magna neceſſitate, ob Græcorum numerum, alius Pontifex deſtinaretur Græci ritus, qui tamquam Vicarius, proprii Loci, Epiſcopo Latino obediens, & ſubjectus, ordinariam exerceat Juriſdictionem, Abb. *ibidem num.* 4. Card. *num. primo*, Gonzal. *numer.* 8. *& per tot. ac facit can. in Apibus* 41. 7. *quæſt.* 1. ibi: *Singuli Eccleſiarum Epiſcopi.* Gloſſ. *in citat. cap. quoniam, ver. monſtrum, & ver. neceſſitas*, Barbat. *conſ.* 40. *vol.* 4. Rota *cit. dec.* 95. *num. fin.* poſt Tambur. *de Jur. Abb. dec.* 21. *n.* 11. *& ſeqq. par.* 14. *recent.* & licèt hoc ſit de Jure poſitivo, nititur tamen juris naturali, quod non detur biceps caput in eodem corpore; nam quamvis Ju-
23 riſdictio poſſit eſſe penes plures, tamen gubernium idem Animarum, & Eccleſia eadem nequit à duobus in ſolidum regi, quoad forum ipſius gubernii, ut notat Gonzal. *cit. num.* 9. *in fine*, ubi etſi admittat ex ſolius Pontificis Summi poteſtate, cum magna cauſa, poſſe diſpenſativè duos Epiſcopos conſtitui in eodem Loco, ut dixit etiam Diana *par.* 22. *tract.* 1. *re-*
24 *ſol.* 73. *poſt gloſſ. cit. c. quoniam*, tamen id non conſueviſſe fieri, addit, explicando exempla præſertim D. Auguſtini, qui fuit Coadiutor cum futura ſucceſſione, vel uti Vicarius Epiſcopi, non autem ſimul, & inſolidum Epiſcopus; hinc videmus in caſu tam neceſſario præficiendi Epiſcopos Donatiſtas, ad fidem reverſos, Gubernio Diœceſum, voluiſſe Concilium Carthagin. quòd inter converſum Epiſcopum, & Catholicum, poſitum in locum Hæretici, ante hujus converſionem, dividerentur potiùs Diœceſes, quam una duobus aſſignaretur; imò voluit, quod ſi remaneret Locus, qui non poſſet dividi, adjudicaretur potiùs Epiſcopo, quem plebs maluiſſet ex iis duobus; quàm Diœceſim, vel unum locum duobus Epiſcopis inſolidum ſubdi, *in cap.* 1. *de Paroch.* & ſic ſeparatum fuit Territorium, ſeu Diœceſis inter duos Epiſcopos, in ſua contingente parte, unoquoque Curam Epiſcopalem exercente; ſicuti evenit cùm Papa ſeparat partem Territorii ab aliqua Diœceſi, & ſupponit illam Abbati, ſeu Prælato inferiori, qui in ea portione ſeparata ſe gerit uti Epiſcopus in omnibus, præter dependentiam à charactere Epiſcopali.

Secunda pars doctrinæ Hoſtienſis, ut ſcilicet non
25 poſſit Prælatus inferior quærere ſibi præſcriptione jura omnia Epiſcopalia in aliquo Loco, neque Vicario nomine proprii Epiſcopi, & ſub Epiſcopo, ſed requiri privilegium Apoſtolicum, ſolùm ad id ſufficiens, & conceſſibile ob neceſſitatem, *ut in citat. c. quoniam de off. ord.* non eſt amplexa, ac communiter reiicitur; nam licèt verum ſit non poſſe ea præſcribi in ſolidum cum Epiſcopo, conſtituendo duo capita in eodem Loco, ut dixi; tamen cum per præſcriptionem dictorum Jurium, & Territorii ſub Epiſcopo, & nomine iſtius, ceſſet illa monſtruoſitas duorum capitum; poteſt inferior actu habere, & acquirere totum jus Epiſcopale, remoto Epiſcopo ab ejus exercitio in dicto Loco; ſed habitu remanet Juriſdictio in ipſo Epiſcopo, cujus vices ille gerit; quod comprobatur ex *dicto cap. quoniam de offic. ordin. ubi gloſ. ver.* neceſſitas, *& ver.* Vicarium, Abb. *citat. capit. cum contingat num.* 18. *&* 19. ait: *Ea quæ ſunt mixti Imperii an poſſint præſcribi? numquid Prælatus inferior Epiſcopo poſſit præſcribere hanc poteſtatem cum Territorio*, Jo. Andr. & Archid. *in cap. cum Epiſcopus de offic. ordin. lib.* 6. *ſentiunt, quod ſic, ſed hic Hoſtienſis, quem recitat* Jo. Andr. *& ſimpliciter tranſit, dicit quod de Jure communi Archidiaconus, vel alius Prælatus, excepto Epiſcopo, non poteſt dici habere Territorium; nec conſuetudo poſſet hoc operari, quod in eadem Civitate, vel Diœceſi eſſent in ſolidum duo capita, quaſi monſtrum, remittit ſe ad not. de offic. ordin. capit. quando, & cap. quoniam; ſunt tamen aliqui Abbates hoc habentes ſecundum eum ex Privilegio Papæ, qui ſolus poteſt hoc concedere, & Andr. dixit hic, quod ſi inferior vult quærere Territorium, ut ſeparatum ab Epiſcopo, itaut faciat Caput in eadem Civitate, ſeù Diœceſi; non eſt poſſibile; ſi autem vult quærere ſub Epiſcopo, ut Epiſcopus habeat univerſalem Juriſdictionem, ſaltem habitu, & iſte Prælatus inferior habeat quaſi ſub eo, licèt exercitio excludat Epiſcopum, & hoc eſt poſſibile; ſicuti contingit in exemptis, & hoc mihi placet. Et ſi diceres, quem effectum operabit iſte habitus Juriſdictionis, qui reſervatur Epiſcopo? dico quod multum; Primò, quod unum caput recognoſcitur, principaliter in eadem Diœceſi; Secundo quia ratione hujuſmodi Juriſdictionis univerſalis, poterit Epiſcopus Juriſdictionem exercere data negligentia inferioris Prælati; ad hoc adduco Textum optimum in cap. irrefragabilis §. exceſſus de offic. ordinarii. facit in argum. c. cæterum ſupra de jurejur. & quod ibi dixi. Item vacante, vel mortuo illo Prælato inferiore, Epiſcopus exercebit, argum. c. licet ſupra, & in privilegio 6. exceſſus, Item poteſt ab ipſo inferiore appellari ad ipſum Epiſcopum, argum. in c. Romana de appellat. in 6. faciunt ad prædicta not. per Innoc. in cap. cum ſatis de offic. Archidiac. & hoc nota, & ſufficit quoad primum.*

Quibus *Abbatis* præfatis verbis, adiicere poſſum, quod illi Prælati inferiores, qui actu Juriſdictionem habent in certo Loco; ſed illa eſt habitu in Epiſcopo, in cujus Diœceſi ſunt, at in ea continuant, quos ſecundæ ſpeciei nuncupavimus, limitatam in præſenti eam Juriſdictionem obtinent, ratione noviſſimæ diſpoſitionis Sacr. Conc. Trid. & Conſtitutionum Apoſtolicarum, in quibus fuit in pluribus ſublata Juriſdictio dictis inferioribus, & etiam Epiſcopis Diœceſanis, ſub quorum Diœceſibus adiunt adiudicata. Conſonat rurſus dictæ ſententiæ *Abbatis* illa Butrii *cit. cap. cum contingat num.* 7. ibi: *De conſuetudine autem an ſit poſſibile, quod habeant id* (ſcilicèt Prælati inferiores Territorium) *opiniones ſunt, puto verò, quod ſi vult quærere Territorium, ut ſeparatum ab Epiſcopo, quaſi caput ſibi faciat in eadem Diœceſi, non ſit poſſibile, ſi vult ſibi quærere privilegio Apoſtolici ad quem ſolum ſpectat, ut partem ſeparet a Diœceſi, hoc poteſt, ut in Abbate Caſſinenſi, & ſimilibus; in dubio tamen licet detur in parte Diœceſis, Epiſcopalis Juriſdictio, vel quaſi, non videtur ſeparatum Territorium, ut puto exemplum in Abbate Burgenſi, ſuper cujus facto jam conſului; ſi vult quærere quaſi ſub Epiſcopo, ut habeat Epiſcopus univerſalem, ſaltem habitu, Juriſdictionem, & Prælatus ſub eo, itaquod locus ſit concurſui in Juriſdictionis exercitio, vel diſponente conſuetudine, vel privilegio, ut excludatur à Juriſdictionis exercitio, non ab habitu, Epiſcopus, & hoc eſt poſſibile, ut videmus quandoque in exemplis. Adhoc, quod notatur de offic. ordin. c. irrefragabili c.* 1. *& c. cum ab Eccleſiarum, & c. paſtoralis, c. cum Epiſcopus eod. tit. in* 6. *ver. per alium* poſt Archid. & Joannem Monach. *ubi innuit de conſuetudine antiqua, inferiorem Epiſcopo poſſe habere in certo Territorio cognitionem cauſarum excluſo Epiſcopo; Et hoc confirmatur ex Conſil.* 2. *Calderini de præſcriptionibus, ubi plures actus penes Prælatum inferiorem admittit poſſe acquiri, ſed ſub habituali Epiſcopi Diœceſani Juriſdictione; hoc enim caſu nulla conſiderari poteſt monſtruoſitas, ut duo ſint capita in eadem Diœceſi, ſed unico capite remanente Epiſcopo penes quem remanet habitualis, ac Territorialis Juriſdictio, & Prælatus inferior exercet Juriſdictionem in aliquibus actibus, vel in omnibus legitimo titulo privilegii Apoſtolici, vel præſcriptionis acquiſita juxta cujuſque actus naturam, vel prohibitionem ſpecialem ne acquirantur, niſi privilegio, vel ſpeciali præſcriptione, ut ſupra notavi in ſingulis actibus, dictamque Juriſdictionem exercet ſub Epiſcopo, & Vicario quodam modo ejuſdem*, ut ultra citatos Abbatem. Butr. & Calderin. docent Joannes Andreas *c. cum Venerabilis num.* 7. *de Cenſibus* ubi Panormit. *num.* 5. *Canoniſtæ cit. capit. quoniam de off. ordin.* Gratian. *diſcept.* 212. *n.* 18. ubi de Luca *in addit.* Sbrozz. *de offic. Vicarii lib.* 1. *quæſt.* 51. *n.* 3. Rota *dec.* 514. *n.* 2. *part.* 1. *diverſ.* ibi: *Non enim poteſt præſcribi Juriſdictio privativè ab Epiſcopo, itaut non remaneat penes ipſum habitus, licèt actus ſit penes*

infe-

inferiorem, quo ſit, ut eo negligente redeat actus penes
Epiſcopum; & ſic Rota admittit præſcriptionem om-
nium actuum ſub Epiſcopo *deciſ.* 55. *cit.* poſt Tam-
bur. *repetit. dec.* 224. *nu.* 12. *par.* 1. *rec. deciſ.* 40. *in*
initio, & *deciſ.* 47. *num.* 21. *poſt cit.* Tambur. & benè
deciſ. 21. *num.* 13. & 14. *part.* 14. *recent.* & *in citat.*
Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis 27. *Aprilis* 1705.
§. 13. *coram Molines*, & *prima Junii* 1708. §. 34. *co-*
ram Anſaldo, & luculentiùs *in citat. deciſ. Burgen.*
Juriſdictionis ſupra adductis ſuper Commiſſione Curæ,
nuper confirmatis 26. *Junii* 1715. *coram D. Criſpo*,
quod non procedit in quibuſdam actibus ex diſpoſi-
tione Sac. Conc. Tridentini, vel Conſtitutionum A-
poſtolicarum, eos prohibentium Prælatis inferioribus
ut dixi ſupra.

Tertia pars doctrinæ Hoſtienſis, quòd ſolùs Papa po-
26 teſt concedere veram ſeparationem Territorii à Diœ-
ceſi; & ſic per privilegium Apoſtolicum; hoc eſt
verum, & inconcuſsè tenendum, itaùt non acquira-
tur præſcriptione, ut retuli *cit. tom.* 2. *Conſt.* 6. Alex.
III. *ſect.* 1. *n.* 39. & docent Abb. Butrius *cit.* & com-
muniter *Canoniſtæ*, Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 1. *diſp.*
15. *quæſ.* 9. *nu.* 8. Matt. *de Cauſ. Conſiſtorialibus ſect.*
8. *nu.* 7. Rota *dec.* 324. *n.* 1. *par.* 1. *recent. dec.* 912.
ubi Adden. *lit. A. coram Buratto*, *dec.* 200. *nu.* 4. *co-*
ram Card. Celſo, *dec.* 220. *num.* 29. *par.* 9. *deciſ.* 70.
num. 22. *par.* 13. *recen.* & *in Herbipolen. reſciſſionis*
Concordiæ 25. *Junii* 1696. §. *finali cor. Cardinali del-*
la Tremoille, & latè *in cit. deciſ. Nullius, ſeu Ful-*
den. Cum enim fines cujuſcumque Diœceſis fuerint à
Papa aſſignati; & illis ſervatis conſervatur diſciplina,
& pax Eccleſiaſtica; ad ipſum Apoſtolicum pertinet
eos mutare; cùm id ſit de apicibus Eccleſiaſticæ diſci-
plinæ, & gubernii, *cap. primo ne Sede vacante*, *Can.*
præcipimus 16. *qu.* 1. Rebuff. *in prax. benef. titul. de*
erectione in Eccleſ. Cathed. n. 1. & 5. Gambar. *de offi.*
Legati à Latere cit. de ver. ordin. num. 260. Garzias *de*
Benef. par. 12. *cap.* 5. *num.* 1. Monet. *de commut. ul-*
timar. volunt. cap. 11. *n.* 251. Lotter. *de re Benef. lib.*
1. *qu.* 11. *nu.* 1. & *ſeqq.* ſoliuſque Papæ Supremæ Au-
ctoritati facultas eſt reſervata dividendi, & terminan-
di Diœceſes, Rota *deciſ.* 338. *num.* 13. *coram Priolo*,
deciſ. 21. *num.* 11. *part.* 14. *deciſ.* 340. *n.* 17. *par.* 15.
recentior. multa enim Princeps habet penes ſe reſerva-
ta, ad Supremam ejus poteſtatem denotandam, & hæc
impræſcriptibilia ſunt, & ex ejus privilegio tantum ac-
quiſibilia, *cap. quod translationem de offic. legati*, *c.*
ſicuti unire de exceſſibus Prælatorum, *c. in his de ver.*
ſignificat; & Butrius *cap. cum contingat num.* 17. *de*
foro competenti, quòdque competentia Principibus
in ſignum Supremæ Poteſtatis ſint imprælcriptibi-
lia.

His poſitis dubitatum olim fuit, an ſaltem imme-
27 morabilis ſuffragaretur, pro tali vera ſeparatione Ter-
ritorii à Diœceſi; & videbatur negativè, cum nullus
28 Epiſcopus poſſit alienas plebes uſurpare, niſi in caſu
ſpeciali, ſi Epiſcopus proprius negligat aliquem lo-
cum ad fidem converti; ut ſtatutum fuit in Concilio
Carthaginenſi, relat. *in Can. placuit* 15. 16. *quæſt.*
3. *ubi gloſſa cap. primo de præſcript.* & *in Can. li-*
cet citat. quæſt. prohibetur acquiſitio in alieno confi-
nio, ne convellantur unicuique Eccleſiæ priſtina con-
finia deputata, & *gloſ. in Can. quicumque* ibidem ait:
Extra Diœceſim nullo modo poſſe alium Epiſcopum præ-
ſcribere, quantum ad omnia Epiſcopalia Jura: ſcilicèt
excluſo Epiſcopo proprio à Diœceſi. Provinciarum
enim Metropolitanarum, Diœceſium, ac Parochia-
29 rum fines ſunt publica auctoritate Pontificia conſti-
tuti, & diſtincti. *Can.* 1. *diſt.* 80. *Can.* 1. 13. *quæſt.*
1. & Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 14. *capit.* 9. ait: *Et quia*
Jure optimo diſtincta fuerunt Diœceſes, & *Parochiæ*,
& *unicuique gregi*, *proprii attributi fuerunt Paſtores*,
ut Ordo Eccleſiaſticus non confundatur: quare pro hu-
juſmodi ſeparatione requiri privilegium Apoſtolicum,
nec ullo modo talem Juriſdictionem ſeparatam eſſe
præſcriptibilem, neque immemorabili, Rota *deciſion.*
324. *à num.* 1. & *ſeqq. part.* 1. *recent. repetit. deciſ.*

55. poſt Tambur. *cit. deciſ.* 47. *poſt eumdem num.* 2.
Rota *deciſ.* 21. *nu.* 10. ubi: *Neque de Jure, neque de*
conſuetudine induci poteſt, quod inferior ab Epiſcopo,
habeat in eadem Diœceſi Territorium, & *ideo talis in-*
ferior allegans titulum, tenetur exhibere privilegium Pa-
pæ, ad quem pertinet Territoria dividere, & *Diœceſes.*
Addendo *n.* 14. & 15. *non poſſe præſcribi Territorium*
niſi ſub Epiſcopo, & *non ſeparatum*, *part.* 14. *rec.*

Tamen temperatus fuit iſte rigor à DD. & Rota;
conſideratum enim fuit, quod etſi irrationabile ſit, & 30
quaſi monſtroſum, ut quis acquirat in eodem Terri-
torio Juriſdictionem inſolidum cum Epiſcopo, ut di-
xi ſupra, tamen ſi acquirat Territorium uti diſtin-
ctum, ac ſeparatum, cum ceſſet monſtruoſitas duo-
rum Capitum, & ſic irrationabilitas acquiſitionis, vi-
detur poſſe acquiri per præſcriptionem immemorabi-
lem: eo fortiùs, quòd cum iſta præſumat quemcum-
que titulum de Mundo meliorem, præſumere poteſt
privilegium Apoſtolicum: quod ſicuti concedi ſolet
aliquibus, ita præſumi poteſt conceſſum, Felin. *c. Au-*
ditis num. 8. *verſic. intelligens de præſcriptione tempo-*
ris, cujus initii non eſt memoria, *de præſcriptionibus*,
& ſic verè non poteſt præſcribi ſeparatio Territorii;
ſed requiritur privilegium Apoſtolicum, & ſufficere
præſumptum ex immemorabili *gloſſ. in c. cum nobis*
verb. Centum annor. verſ. unde, *de præſcrip.* ubi quòd
tractu temporis res præſcribuntur, quæ alias non præ-
ſcriberentur, idque ob præſumptionem tituli, ſeu pri-
vilegii *ff. de aqua quotidiana*, & *æſtiva l. hoc jure* §.
aquæductus Tambur. *cit. tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſ.* 9. *num.*
11. ubi poſſe præſcribi dictam ſeparationem Territo-
rii Immemorabili, quia importat titulum meliorem 31
poſſibilem & ſic privilegii, Fagn. *c. quanto n.* 37. *de*
conſuetudine Menoch. *conſ.* 80. *num.* 43. & *conſ.* 90.
n. 65. Paſſerin. *c. Epiſcopum n.* 50. *de præſcipt.* Maſcrad.
de probat. Concluſ. 131. *num.* 39. Gonzal. *ad reg.* 8.
Cancell. gloſſ. 33. *nu.* 4. Gratian. *diſcept.* 578. *nu.* 10.
Barboſ. *cit. c. cum Epiſcopum n.* 10. Rota *dec.* 677. *n.*
4. *par.* 1. *deciſ.* 11. *nu.* 2. *par.* 2. *deciſ.* 249. *n.* 2. *par.*
5. & *dec.* 267. *num.* 11. *part.* 6. *recent.* & benè aſſi-
milando privilegium verum, & expreſsè productum, il-
li præſumpto, ex ſola immemorabili, Abbas *in cap*
1. *num.* 10. & 11. *ut lite pendente* Gratian. *diſcep.*
441. *num.* 11. ubi quod requiratur verus titulus Apo-
ſtolicus, vel immemorabilis, quæ idem operatur, ac ſi
adſit verus titulus, Cardinalis de Luca *in miſcell. Eccl.*
diſc. 1. *num.* 92. ubi ex veriore, magiſque recepta ſen-
tentia, requiri, vel expreſſum, & clarum privilegium
Apoſtolicum, vel præſumptum ex immemorabili, &
diſc. 1. *n.* 12. *de Juriſd. diſc.* 9. *nu.* 5. & *in adnot. ad*
Conc. Trid. diſc. 33. *num.* 40. ubi non exiſtente privi-
legio Apoſtolico, recurri ad immemorabilem, ad quam
ſolùm, ceſſante privilegio, & probatione Territorii
ſeparati reſtringitur; & ſic ſufficere immemorabilem
ob præſumptum privilegium; ſed ſolùm iſtam ſuffra-
gari, & non aliam præſcriptionem ex verbis taxati-
vis *tantùm ſolùm* Fagnan. *cit. num.* 22. *de Paroch.*
ubi quòd acquiri poteſt ſtatus *Nullius* Diœceſis præ-
ſcriptione, ſi inferior Prælatus in certa Diœceſis par-
te, tamquam in proprio Territorio, ſuper hominum
memoria, exerceat Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem
privativè quoad Epiſcopum Roſa *de reſidentia Epiſ-*
coporum cap. 4. *ſect.* 6. *num.* 497. & *ſeq.* Pignatell.
conſul. 26. *numer.* 18. *tom.* 2. de Luca ad Gratian.
diſcept. 112. *n.* 14. Sæpè Rota præſertim *dec.* 395.
num. 11. & 16. *coram Emerix Jun. dec.* 70. *n.* 22. &
ſeqq. par. 13. *recen.* & *dec.* 407. *num.* 11. *par.* 19. *to.*
2. Itaut reſtrictivè tantum ad immemorabilem præſcri-
ptionem loquuntur tamquam privilegium præſumptum,
vel adſit privilegium verum exhibitum, & *in Gerunden.*
Anniverſariorum 3. *Decembris* 1708. *cor. D. Car. Scot-*
to, ibi: *Gerendo figuram inferioris Prælati*, & *pote-*
ſtatem quaſi Epiſcopalem habentis, *quæ non niſi per*
ampliſſimum privilegium Apoſtolicum, *vel ex immemo-*
rabili conſuetudine poteſt acquiri, & priùs *in Theatina*
Juriſdictionis 14. *Maii* 1708. §. & *licet* ibi: *Sola imme-*
morabilis per ſe ſumpta ſufficit ad præſcribendam Juriſdi-

ctionem Epiſcopalem in Territorio ſeparato, ex quo per eam inducitur titulus præſumptus privilegii Apoſtolici, coram eodem D. Cardinali Scotto, & in Valven. Juriſdictionis ſuper manutentione 10. *Novembris* 1714. §. *& licet*, ibi: *Quando Prælatus inferior plenè probat ſuam poſſeſſionem immemorabilem, cor. D. Card. Falconerio*. Ejuſdem ſenſus videtur fuiſſe Sac. Congregatio Concilii, quæ admiſit immemorabilem pro probando Territorio ſeparato, tamquam importante præſumptum privilegium Apoſtolicum, reſtringendo pro titulo, vel ad privilegium Apoſtolicum, vel ad ſolam immemorabilem, & præſertim *in Anglonen.* 26. *Januarii* 1660. ibi: *Epiſcopum eſſe manutenendum in quaſi poſſeſſione exercendi Juriſdictionem à Sacr. Concil. Trident. & Apoſtolicis Conſtitutionibus delegatam, in locis exemptis, donec per privilegium, vel per immemorabilem, per tres conformes canonizatam, doceatur de Territorio ſeparato*, ut refert Card. de Luca *diſc.* 9. *num.* 3. *de Juriſd.* & apud de Luca ad Gratian. *diſcep.* 312. *n.* 14. quæ reſolutio fuit Confirmata 17. *Novemb.* 1714. *ac ſubſequenter*.

Ex his igitur liquet fuiſſe admiſſam à DD. de Rota,
32 & Sac. Congreg. immemorabilem pro probando Territorio ſeparato, utpotè præſumente privilegium Apoſtolicum, ſed tantum, & ſolùm eam, non autem aliam præſcriptionem; & ſic videtur non ſuffragari quadragenariam, neque cum titulo colorato, ſeu putativo, ut docent plures ex citatis DD. ſe reſtrigentes tantùm limitativè ad immemorabilem, & verum privilegium, nec ſufficere putativum, Gratian. *diſcept.* 441. *numer.* 11. & valida ratione, quia non præſumitur ex illa titulus melior, prout ex immemorabili; & ſic privilegium Apoſtolicum.

Nec contrarium firmaſſe dici poteſt Canoniſtas, ac Rotam ſaltem juxta magis communem ſententiam, ut conſtat ex adductis; quia ſtatus quæſtionis eſt in præſcriptione cum vera ſeparatione Territorii, & excluſo Epiſcopo à Territoriali, ac Diœceſana Juriſdictione, etiam habituali, in quo conſiſtit, ut dixi, ſciſſio, & ſeparatio Territorii. *Cap.* enim, *cum perſonæ de privil. in* 6. forſan opponendum dictæ concluſioni firmatæ, ut ſufficiat quadragenaria cum titulo colorato, clarè procedit in exemptione paſſiva in Diœceſi Epiſcopi, ut ex lectura, & ſumma ac notat Barb. *ibidem numero* 10. *& ſeqq.* remanente in dicto caſu Ordinario Epiſcopo, inhibito tantùm quoad privilegiatos, & exemptos; ibi enim Papa expreſsè non ſupponit ſciſſuram Diœceſis, & ſeparationem Territorii. Textus; *in capite, auditis de præſcript.* juncto *capit. ex ore de privil. & capit. auditis de in integrum reſtit.* qui proveniunt ex eadem Decretali, jam ſupra ſect. antecedenti fuit explicatum procedere in præſcriptione, quoad certos actus tantùm, & Jura Epiſcopalia; remanente Diœceſi ſub Epiſcopo, & exercente hoc alios actus; & in eodem caſu procedit *cap. cum olim de præſcriptionib.* ſcilicèt, non ſciſſo loco à Diœceſi, ut ſupra notavi, & etiam Butr. Barb. *ibid. & alii Repetentes*; *gloſ.* autem *cit. c. auditis vel Jus Epiſcopale, & c. cum olim ver. munitum*, ubi dicitur poſſe præſcribi jura Epiſcopalia, intelligitur vel diſtributivè de iis; vel ſi de omnibus, non in totum, ſed ſolùm in exercitio, & ſub Epiſcopo, remanente Diœceſi ſub iſto; non enim dicitur poſſe præſcribi *Diœceſim*, ſed jura Epiſcopalia in Diœceſi; & enumerantur ibi Jura illa octo vel novem; Jus autem univerſale, & Territoriale, quòd præſcribi poſſit, *gloſſ.* non dixit; cum verè ſit quoddam inapprehenſibile, ut benè explicat doctus Extenſor deciſionis *in citat. Nullius ſeu Fulden. Juriſdictionis* 1. *Junii* 1708. §. 148. *& ſeqq. coram Anſaldo*. Abbas *in cap. ut lite pendente cit. num.* 10. dixit tantùm poſſe præſcribi Jura Epiſcopalia per tempus, cujus memoria non ſit; ſcilicet per Immemorabilem; quia hæc præſumit privilegium, & ſe remittit ad dicta in *cap. cum contingat*; & retuli verba dicta *Abbatis* ſupra, quod poſſit præſcribi ſub Epiſcopo, hoc eſt Diœceſi non ſciſſa; *& in capite auditis, num.* 7. *de præſcript.* dixit uti ſingulare, poſſe præſcribi certam partem Diœceſis, cum Territorio, excludendo prorſus Epiſcopum ab illa in exercitio Juriſdictionis, contra Hoſtienſem, ſequendo Arch. & Jo. Andr. *in cap. cum Epiſcopus de offic. ord. in* 6. *& addit: Vide in loco quod dixi plenè in capitul. cum contingat de foro comp.* & ſic liquet, doctrinam *Abbatis* fuiſſe, ut poſſit præſcribi Territorium in certo loco, excludendo Epiſcopum ab actibus omnibus contra Hoſt. ſed ſub Epiſcopo, ſeù non ſeparata Diœceſi, ut dixit *in cit. c. cum contingat*, ad quod ſe remittit; & doctè Abb. ait, *ut poſſit præſcribi Territorium in certa parte Diœceſis, excludendo prorſus Epiſcopum ab exercitio Juris Epiſcopalis*; & remanere in ea Epiſcopi jus habituale, ac Diœceſanum, ut notavit *in cit. capite, cum contingat*: magiſque elucet doctrina *Abbatis* juxta prædicta, quia *num.* 8. dixit: *Nota quod privilegium incertum, & dubium* (ſcilicet coloratum, & putativum, ut erat privilegium Cœleſtini Papæ *in dicto textu capit. auditis* quod ſe referebat ad privilegium Regum) *dat legitimam cauſam præſcribendi certa Jura*: advertendo ly *certa*, & ſic non omnia cum Territorii ſciſſione; unde non mirum, ſi Fagnan. in hac re *in cap. nullus cit. num.* 22. *ver. Abbas ſibi contrarius, de Parochiis* dicat, *ſibi ipſi contrarium Abbatem*, qui verè ex dictis præſcriptionem denegavit quadragenariam pro Territorii ſeparatione. Fagnan. itaque *cit. loc.* in contrarium adducendus, dicit quidem eſſe præſcriptibilem ſtatum verè *Nullius*, & Territorium ſeparatum, citat tamen Archid. & Jo. Andr. *in cap. cum Epiſcopus de offic. ordin. in* 6. & tamen iſti dicunt tantùm, quòd ſi adſit Judex in loco ſpeciali, non debeat Epiſcopus ponere ibi Officialem; nec dicit, quod Territorium non poſſit præſcribi ab inferiore cum omnibus cauſis, ſed dicunt, quòd non poſſit conſuetudine adiri immediatè Epiſcopus, & ſic ſupponunt non fuiſſe ſciſſam Diœceſim, ſed locum remanſiſſe ſub Juriſdictione habituali Epiſcopi; imò dicitur plus, quod etiam acquiſitio omnium actuum ſub Epiſcopo requirit immemorabilem, ut ex lectura, & notat idem Jo. Andr. *in capite, cum contingat de foro comp. nu.* 5. *&* 6. & idem Fagnan. de præſcriptione immemorabili loqui liquet *ex num.* 22. *in principio*; verùm tamen eſt, quòd *nu.* 28. innuit fuiſſe conceſſam manutentionem Archiepiſcopo Theatino, quoad omnimodam Juriſdictionem in Abbatia S. Jo. in Venere, uti intra fines ejus Diœceſis, quia non fuit productum privilegium quòd ſaltem præberet juſtam cauſam præſcribendi, ſed ſolùm nitebatur præſcriptione; & ſic aliter dicendum fuiſſet, ſi titulum coloratum exhibuiſſet unà cum quadragenaria præſcriptione citans *capitul. cum perſonas de privil. in* 6. ſed verè idem Fagn. *in capite, accedentibus, n.* 27. *de exceſſ. Præl.* dixit opinionem inter Canoniſtas ſatis gravem eſſe, an Territorium cum Juriſdictione omnimoda privativè quoad Epiſcopum, in omnibus poſſet præſcribi, vel poſſet acquiri ſolo privilegio Papæ; & ſic non videtur fuiſſe in ſenſu, ſufficere quadragenariam cum titulo colorato; *& cit. numero* 22. vel æquivocè ſcripſit, præſupponendo eam mentem Sac. Congr. quæ non fuit talis, cum citaverit Textum *in capite, cum perſona*, qui, ut dixi, non procedit in caſu Territorii ſeparati, ſed de mera exemptione; & ex eadem erronea auctoritate ejuſdem *Textus* idem Fagnan. *cap. cum ab Eccleſiarum num.* 29. *&* 34. *de offi. ord.* ſentit etiam pro quadragenaria cum titulo colorato, citando etiam *Abbatem*, ut ſupra dixi, contrarium tali opinioni; & ſic deceptus, vel ſibi contrarius. Barboſ. rurſus *cit. c. cum perſona nu.* 6. procedit etiam in terminis exemptionis paſſivæ, in textu contentæ, prout Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. c.* 30. *nu.* 213. & alii. *Tambur. de Jur. Abbat. ſupra cit.* loquitur de immemorabili ab initio, etſi incidenter deindè deſcendat ad quadragenariam cum titulo colorato, ut habeat locum, etſi jus reſiſtat, citans plures deciſiones non procedentes in terminis ſeparationis Territorii. Cardin. de Luca *in Beneventana diſc.* 12. *numero* 19. *&* 20. *de Juriſd.* dixit, quadragenariam cum titulo ſufficere pro Territorio ſeparato; ſed

ſuc-

ſuccubuit, ut in *deciſionibus numer.* 1. ab eo relatis, & in *adnot. ad dictum diſc.* ubi addit: *Iſta autem reſolutiones potiùs laudandæ videntur, quoniam, ut pluries inſinuatur, ea loca, quæ etiam extra controverſiam omnem, propter Apoſtolicum Indultum clarum, vel ob immemorabilem benè probatam, reperiuntur in hoc ſtatu, deberent ſupprimi, & Epiſcopis ſubiici:* & ſic non debent attendi dicta ad opportunitatem Clientis, ſed ad ea, quæ pro veritate ſubdit, ut immemorabilis ſola, & tantùm, ſuffragetur, ut ipſe dixit, ut ſupra, & in *diſc. nempè* 1. *numer.* 12. *de Juriſdit. & miſcell. diſc.* 1. *numer.* 92. *adnot. ad Concil. diſc.* 33. *numer.* 40. imò *in cit. diſc.* 12. ſe confundit inter præſcriptionem quadraginta annorum cum titulo colorato, & privilegium verum Apoſtolicum, ſed dubium quidem in formulis, interpretatum tempore quadraginta annorum, pro verè inductivo ſeparationis, quia ſe fundat *in deciſ.* 54. *coram Martino Andr. &* 59. poſt Tambur. *de Jur. Abb. deciſ.* 988. & 1001. *coram Dunozz. Jun.* in quibus admitti poteſt in his terminis interpretatio tituli obſcuri per quadragenariam, ut mox dicam.

33 Unde, reaſſumendo auctoritates; vel procedunt, ut Prælatus inferior præſcribere valeat quadragenaria cum titulo colorato, certa Jura Epiſcopalia ſine Territorio, vel etiam omnia cum Territorio improprio, & non ſeparato, ſcilicèt ſub Epiſcopo; vel tranſeunt, quòd immorabilis, ſit idem cum quadragenaria cum titulo colorato; quodque poſſit per primam acquiri, valeat etiam per aliam, ratiocinando ſic in cauſis Matrimonialibus, & Criminalibus, quæ aſſimilatio circa has cauſas fuit rejecta à Sacr. Congregat. Concilii, ut dixi antecedenti ſectione; vel quod acquiſibile ſit per privilegium, acquiri poſſit per quadragenariam cum titulo colorato, quod neque ſubſiſtit, ut dicam infrà; vel adducitur, & comprobatur immemorabilis, ac deindè ſuperabundanter, & per tranſitum inducitur quadragenaria cum titulo colorato, & hæc in facto ceſſaverat; vel demùm procedunt doctrinæ in caſu, quo producto titulo veri privilegii Apoſtolici ſeparationis Territorii; adductum fuit tempus pro obſervantia ejuſdem privilegii comprobanda: ſed verè nulla tandem videtur fundata reſolutio: cum ſola quadragenaria cum titulo præſcriptum fuiſſet Territorium ſeparatum à Diœceſi.

Hinc Sacr. Congregat. Concilii *in famigerata cauſa Cluſina Juriſdictionis*, etſi pro parte Abbati Sancti Salvatoris Ordinis Ciſtarcienſis, prætendentis ſeparationem veram Territorii in duobus Caſtris, fuiſſent producta plura privilegia Apoſtolica, & præſertim *Gregorii XV.* ut nullus Sacerdos in præfatum Monaſterium quamlibet Juriſdictionem, vel poteſtatem haberet, niſi per Sedis Apoſtolicæ Pontificem; & nulla alia magna perſona ſervis, famulis, liberis, & cunctis rebus moleſtiam inferret; & quod nulla magna, ſeù parva perſona intra diſtrictum in aliquibus Caſtris ipſius manum habere, vel judicare, ſivè aliquod placitum tenere habeat; ac deducta fuiſſet prætenſa præſcriptio Jurium Epiſcopalium; tamen quia titulus Apoſtolicus fuit recognitus non ſufficiens pro ſeparatione Territorii, nullam vim habere potuit prætenſa præſcriptio, etſi titulus ille potuiſſet aliquo modo præbere bonam fidem in præſcribente, ac proindè *die* 21. *Aprilis* 1703. reſolvit *Sacr. Congregat. Conſtare de bono Jure Epiſcopi, quoad ſituationem in Diœceſi Cluſina; & quoad excluſionem Territorii ſeparati prætenſi ab Abbate, & ſuper quibus actibus competit eidem Abbati Juriſdictio particulariter videatur; & die* 5. *Aprilis* 1704. ſtetit. *In deciſis*. Ac perſcrutatis in Congregatione actibus particularibus, fuerunt aliqui adjudicati Abbati. Et in *Anglonen. Juriſdictionis*, etſi pro parte Abbatis adducta fuiſſent privilegia Apoſtolica, unà cum longo tempore exercitii Juriſdictionis, ſuccubuit, quia Sacr. Congregatio voluit probari immemorabilem requiſitam; imò fuit dubitatum, an potuiſſet immemorabilis probanda ſuffragari, attento titulo, ut ſupponebatur, per Epiſcopum producto, non probante dictam ſeparationem, ut notat Card. de Luca *in ea cauſa ſcribens diſc.* 9. *de Juriſdict.* & noviſſimè Sac. Congregat. Concilii fuit in eodem ſenſu, pro excluſione Territorii ſeparati in *Anglonen. ſupra citata*, ubi fuit dictum, ut videatur ſuper actibus particularibus, in quibus verè poteſt cadere præſcriptio, ut dixi, in aliena Diœceſi. Ulterius cum Sac. Rota fuiſſet in ſenſu, ſufficere quadragenariam cum titulo colorato, ad acquirendam Juriſdictionem in cauſis Matrimonialibus, & Criminalibus, *in ſupradicta Theatina*, *Sac. Congregat. Concilii in eodem contrarium* reſolvit, ſuffragari nempè immemorabilem, non autem quadragenariam prædictam: cujus ſenſum Rota deindè reverenter amplexa fuit, ut ſupra retuli *ſect.* antecedenti. Imò cum Generalis Monachorum Sylveſtrinorum prætenderet habere jus conferendi omnes minores Ordines, duplici motivo, prætenſi tituli colorati, & præſcriptionis, *Sac. Congregatio Concilii* reſpondit *Negativè*, ſed quòd particulariter videretur an ſuffragaretur immemorabilis; quæ includit præſumptum privilegium Apoſtolicum, & ſic non habuit Congregatio pro eodem quadragenariam illam cum titulo, & immemorabilem; etſi deindè neque talem immemorabilem ſuffragari cenſuit; quod refert Fagnan. *cap. quanto numer.* 30. & 31. *de conſuetudine*.

Solumque tempus quadraginta annorum poſſet ſuffragari, ſi producatur privilegium Apoſtolicum diſmembrativum Territorii; ſed ex verbis illius clarè talis diſmembratio non eruatur; ſed poſſet haberi talis interpretatio per ſubſecutam obſervantiam; nàm, cùm in his formulis privilegiorum non ſint inducta certa verba pro forma, præſertim temporibus antiquis, in quibus non erant cognitæ ambages tot Juris in hac materia, cumque debeat attendi totus contextus, & veritas mentis Papæ concedentis, ſi voluerit concedere veram ſeparationem Territorii, vel ſolùm Juriſdictionem in Diœceſi Epiſcopi, & ſub Epiſcopo, aut ſimpliciter paſſivam; ideò ſi adducatur tempus longævum 40. annorum, ſuper exercitio Juriſdictionis cum Territorio ſeparato, excluſo Epiſcopo in totum, tunc non per viam præſcriptionis, ſed veri tituli, interpretati per obſervantiam, inducta dicitur probatio veri Territorii ſeparati, ut benè Card. de Luca *diſc.* 12. *de Juriſd. numer.* 17. & alter de Luca ad Gratian. *diſcept.* 212. *& in diſcept.* 441. *numer.* 2. ibi benè dixit ad rem: *Si aliquis in uno, vel pluribus locis prætendit habere Epiſcopalem Juriſdictionem privativè ad Epiſcopum, & ſpeciem Diœceſis, quæ* Nullius *dicitur, quia indubitatum eſt ad ſolum Papam ſpectare Diœceſes, ac Territoria ſeparare. Probatio Territorii ſeparati ad duas ſpecies tantùm reſtringitur. Unam ſcilicèt per Apoſtolicum privilegium clarum, & expreſſum, vel ſaltem ab antiquiſſima pacifica obſervantia ita interpretatum. Alteram probationem per immemorabilem benè probatam, ob ejuſdem immemorabilis virtutem, & operationem; cum hac tamen differentia inter unam, & alteram ſpeciem, quod ubi agitur de prima per privilegium explicitum, & clarum, ſtatim admittitur, ubi verò per immemorabilem iſta exigit canonizationem per tres ſententias conformes.* Et ratio prædictorum eſt, quia privilegium ſtatim facit ſuum effectum; & licèt obſervantia interpretativa concurrat, non eſt ad inducendum titulum præſcriptionis, ſed interpretandum, clarum ſcilicèt ante oculos hominum ponendum id, quod verè eſt in privilegio inducente ſeparationem Territorii. In probatione immemorabilis, requiruntur tres ſententiæ, aut res judicata; quia cum debeat patere titulum legitimi privilegii, quod præſumitur; debet eſſe jam probata, & indubitabilis per rem judicatam, ne detur præſumptio præſumptionis: & obſervantiam illam interpretativam, & non præſcriptivam admiſit Rota *in Squillacen. Juriſdictionis coram Martino Andrea deciſ.* 54. *repetit. deciſ.* 69. poſt Tambur. *de Jur. Abbatum numer.* 16. § *omnis*, ubi obſervantiam ſuffragari ad declarationem mentis, & verborum privilegii Apoſtolici, citans in terminis generalibus interpretationis verborum privilegiorum ex obſervantia *deciſionem* 988. *numer.* 2. & 1001. *numer.* 3. *paragrapho Idque* 34

com-

comprobatur, *coram Dun. 22. Jun.* & dixi *ego tom. 2.*
citat. Conſtitut. 6. Alexandri III. ſect. 1. num. 70. ubi
poſtquam retulerim opinionem tenentium ſufficere qua-
dragenariam cum titulo colorato, pro præſcribendo
Territorio vero ſeparato, concluſi poſſe tantùm ſuf-
fragari verum privilegium Apoſtolicum productum;
& quatenus ex contextu illius orietur dubium, an
verè importaret Territorii ſeparationem, poſſe ſuffra-
gari obſervantiam quadragenariam ad interpretandum:
quam meam opinionem latiori calamo in præſenti ex-
poſitam, comprobavit me citato. Rot. *in deciſione Nul-
lius*, *ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper praſcriptiva die*
15. *Junii* 1711. *coram Caffarello paragrapho*. *Neque
ad acquirendum*, ubi ait: *Dummodo tamen talis titu-
lus ſit ſubjecta materia adequatus adhoc, ut ex quadra-
genaria præſcriptione, vim habente interpretativa ob-
ſervantia, æquè benè de paſſiva exemptione, ac de con-
ceſſione activa Juriſdictionis intelligi valeat*. Et verè,
ſi privilegium ſit clarum pro ſeparatione, nulla indi-
get obſervantia; ſi ſit clarum, ut importet tantùm
paſſivam exemptionem, & nulla ei opitulari poſſet ob-
ſervantia. Si verò verba ſint dubia, & poſſent impor-
tare ſeparationem Territorii, etſi clarè ex verbis pri-
vilegii non eliciatur; in hoc caſu vim facit obſervan-
tia interpretativa; quæ debet eſſe circa omnes actus,
indicantes qualitatem veri Territorii ſeparati, ut no-
tat de Luca ad Gratian. *diſcept.* 212. *numer.* 13. ubi
actus obſervantiæ interpretativæ privilegii conceſſionis
Territorii ſeparati, ſunt, concedere dimiſſorias ad or-
dines, cognoſcere Cauſas Matrimoniales, & Crimi-
nales, indicare Concurſum, ad effectum providen-
di Rectores in Eccleſiis Parochialibus, approbare Con-
feſſarios, benedire Prædicatores, concedere Monito-
riales cum tolerantia Epiſcopi, qui actus nequeunt
fieri ſine Territorio ſeparato, Ciarlin. *controv.* 220.
Sed etſi verum ſit, dictos actus importare Territo-
rium ſeparatum, tamen ſi deficiat uſus concedendi
dimiſſoriales ad Ordines, non urget; quia etiam ve-
ri Prælati tertiæ ſpeciei, ſcilicèt cum Territorio ſe-
parato, facultates eas antedictas habent, ſed quoad
dimiſſoriales prædictas requiritur ſpeciale Apoſtolicum
privilegium, & ſic poſſeſſio non ſuffragatur pro de-
clarando titulo, in quo non adſit illud ſpeciale jus,
ut dixi *ſect.* antecedenti, quoad dimiſſoriales, & Or-
dines in Prælatis inferioribus *Nullius*, ubi idem etiam
circa Synodi convocationem.

35 Nec igitur, ut dixi, ſuffragatur quadragenaria præ-
ſcriptio cum titulo colorato, ſeù putativo, ducto ar-
gumento, quòd talis præſcriptio æquiparetur imme-
morabili, *cap. 1. de præſcriptione in 6.* ut plures deci-
36 ſiones contrariæ innuunt; quia talis æquiparatio eſt
vera, ut ea, quæ præſcribi poſſunt quadragenariâ cum
titulo colorato, valeant etiam præſcribi immemorabi-
li; ea ratione, quia cum titulus coloratus requiratur
pro bona fide, ſine qua nequit dari præſcriptio in a-
ctibus, in quibus præſumptio Juris alteri aſſiſtit, per
immemorabilem præſumitur titulus validus, & legiti-
mus adeſſe, Paſſerin. *citat. cap. Epiſcopum numer.* 50.
& 53. *de præſcript. in 6. &* deducitur ex *textu* ibi:
*Sed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat
præſcribendi; niſi tanti temporis allegetur præſcriptio,
cujus contrarii memoria non exiſtat*; & proindè ea
quæ præſcribi poſſunt quadragenaria cum titulo colo-
rato, poſſunt præſcribi immemorabili; & hæc eſt æ-
quiparatio, quam facit textus, & etiam innuunt DD.
Secùs verò talis æquiparatio non procedit, quia im-
memorabilis importat titulum verum, ac legitimum,
meliorem de mundo, ut in hoc caſu privilegium A-
poſtolicum ſeparationis Diœceſis; quadragenaria verò
cum titulo colorato, ac putativo, ſupponit titulum in
ſe infectum, etſi tantùm minio coloratum, ut appa-
reat præſcribenti ſubſiſtens ad inducendam bonam fi-
dem. Si enim eſſet validum, opus non eſſet præſcri-
ptione, cum ex ſe ſufficeret, ut *in cap. cum perſona
de privileg. in 6. & gloſs. ibidem* in initio: *Ordina-
rius interim ſemper exercebit Juriſdictionem ſuam, ni-
ſi in duobus caſibus; primò ſi alii exhibeant privile-
gium per ſe ſufficiens; ſecundò ſi exhibeant privile-
gium per ſe non ſufficiens, ſed præbens cauſam præſcri-
ptioni*. Et cùm quis eſt tutus privilegio, nequit præ- 37
ſcribere, cum rem ſuam amplius facere ſuam nequeat,
gloſ. in cap. auditis ver. præſcripſiſſe, de præſcript. &
benè *gloſ. in cap. ſi diligenti ver. juſtus titulus, eo-
dem tit.* ubi cum in textu dicatur requiri tempus præ-
ſcriptionis, cum bona fide, & juſto titulo, ſic arguit
gloſſa, & objecto reſpondit: *Si enim aliquis habeat
juſtum titulum, puta privilegium, ſivè conceſſionem,
jam ſecurus eſt; unde poſtea non eſt neceſsaria præ-
ſcriptio, &c.* & ſatisfacit objecto, quòd requiratur
pro præſcriptione juſtus titulus: *Ad hoc poteſt dici,
quod titulus pro tanto dicitur juſtus, quia dat cauſam* 38
*præſcribendi, licèt in veritate non ſit juſtus, quia tunc
non eſt præſcriptio neceſſaria; unde minus juſtus titu-
lus dat cauſam præſcribendi, ſi adſit bona fides; &
ille credit talem titulum ſufficere*; Paſſerin. *cit. capit.
Epiſcopum, num.* 64. Rota *deciſ.* 289. *numer.* 1. do-
cet ad effectum probandi exemptionem à Juriſdictio-
ne Ordinarii, ſufficere titulum minùs juſtum, & pri-
vilegium invalidum, juſto errore accedente: quod
generaliter procedit in quacumque præſcriptione, ubi
requiritur titulus, ut ſufficiat putativus, licèt invali-
dus, juſto errore cauſatus, Rota *cor. Ludoviſio, ubi
Adden. numer.* 15. & ſic maxima eſt differentia inter
Immemorabilem, & quadragenariam, cum titulo co-
lorato, ſeù putativo; quia illa ſupponit, ac præſu-
mit legitimum titulum poſſibilem; & ſic privilegium
Apoſtolicum, in præſenti caſu neceſſarium; iſta ti-
tulum erroneum inſufficientem, & ſolùm minio colo-
ratum, ut appareat juſtus, in præſenti caſu non ſuf-
ficientem.

Ulteriùs juſtus titulus coloratus ſufficiens ad præſcri- 39
bendum, debet eſſe invalidus in ſe, ac inſufficiens,
errore facti, occulta ejus inſubſiſtentia, quod, ſi fa-
cti error publicetur, ſtatim appareat ejus inſufficien-
tia; prout, ſi ſit error Juris dubii, ut æquiparetur
errori facti; vel ſimul concurrat error juris cum er-
rore facti quòd docent Canoniſtæ apud Paſſer. *cit.
numer.* 12. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 458. *num.* 73. *& ſeqq.
par.* 5. *tom.* 2. *recent. deciſ.* 289. *num.* 7. *cit.* ubi ple-
nè Add. *num.* 15. *cor. Ludoviſio*; ex quo elicitur, quòd
poſt completum tempus quadraginta annorum, etſi
detegatur titulus non validus, non præjudicatur præ-
ſcribenti, cujus jam per præſcriptionem firmatum fuit
jus; cum præſcriptio inventa fuerit, ne dominia re-
rum in incerto remaneant; nec poteſt nunc ampliùs 40
nocere invaliditas detecta tituli; nam jam lex ſuum
operata fuit effectum adjudicandi dominium præſcri-
benti; & iſte eſt tutus in utroque foro, Abb. *cap. au-
ditis numer.* 12. *de præſcript.* Cardin. de Luca *de alie-
nat. & contract. prohib. diſc.* 2. *numer.* 12. *& diſc.* 16.
numer. 11. Sabell. *in ſumm. div. tom.* 3. *lit. P. numer.*
4. Viu. *comm. opin.* 629. Petrus Barboſ. *ad lib.* 2. *C.
de præſcr.* 30. *vel* 40. *annor. numer.* 214. Covarr. *in
c. poſſeſſor.* 3. *par. paragrapho* 2. *numer.* 14. Mantica
deciſ. 296. *numer.* 5. Burатt. *deciſ.* 739. *numer.* 3. &
ſic negligentia Prælati, qui patitur jura ab alio ac- 41
quiri in ſuo Diœceſi, præjudicare poteſt, *gloſ. in ca-
pit. auditis v. Imponentes, de præſcriptionibus*, ubi
de Juribus Epiſcopalibus.

Unde nequit admitti, ut diviſio Diœceſis ſoli Pon- 43
tificiæ poteſtati addicta, quæque inter præcipuas ejus
prærogativas reſervata cenſetur, dependere poſſit à ti-
tulo in ſe infecto putativo, ac ſolo colore miniato;
& quòd poſt detectam infectionem, remaneat præ-
ſcribens in detentione Jurium acquiſitorum: quòd ſi
ageretur de præſcribendis Juribus Epiſcopalibus, po-
teſt ſubſtineri; quia ſibi imputet Epiſcopus, ſi tacue-
rit, & proprium jus ab alio exerceri permiſerit, in
præjudicium ſui ipſius: & ſicuti Vicarius exercere
poteſt dicta Jura, ita poteſt permittere, ut per Infe-
riorem, Vicariatu quodam perpetuò id agatur; ſecùs
tamen conſiderari valet in ſeparatione Territorii, quia
hoc jus eſt ſolius Papæ, cui incumbit talis poteſtas,
& cura, ut Ordo Eccleſiarum, & diviſio facta per

Sedem

Digitized by Google

Sedem Apoſtolicam ſubſiſtat; itaut ab ipſo tantùm immutari poſſit, nec patientia Epiſcopi id operari valet. Et conſiderari rurſus poteſt ad rem, quòd ad acquirendum præſcriptione quadragenaria, cum titulo colorato, verùm ſeparatum Territorium, opus eſſet, quem poſſidere univerſalitatem Juriſdictionis, quæ in ſe eſt inapprehenſibilis; & ſi per partium enumerationem poſſidere velit, plures eſſent actus Epiſcopales, quos difficile eſſet ſpatio quadraginta annorum omnes poſſidere.

43 Nec etiam valet argumentum, quòd ea, quæ poſſunt acquiri per privilegium, poſſint etiam acquiri præſcriptione 40. annorum, cum titulo colorato, quia plura acquiri poſſunt privilegio, & non dicta præſcriptione. Ea enim, quæ præcedenti *ſectione*, dixi adhærere magis dignitati Epiſcopali, vel qualitati perſonæ, nequeunt acquiri præſcriptione, etſi valerent obtineri per privilegium. Hinc decimæ acquiri poſſunt per laicum ex privilegio Apoſtolico, non autem per præſcriptionem; poteſt acquiri privilegio, facultas ordinandi in minoribus, ab Abbate, non tamen præſcribi; quia hæc, & ſimilia ſunt difficiliter conceſſibilia; & requiritur expreſſa Principis auctoritas, ut doctè ratiocinatur Fagnan. *cit. cap. quanto*, *numer.* 33. *& ſeq. de Conſuetud.* Prout quoad facultatem adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis, exercendam ab eo, qui non eſt Epiſcopus; quæ etſi concedatur aliquando ex privilegio Papæ Prælato inferiori, non tamen præſcribitur, ut dixi *tom. 3. ad Conſtit.* 2. Benedicti XI. *num. 6. & ſeqq.* & in ſuperiori *ſect.* Nec non eadem Sac. Congregatio, in citatis reſolutionibus
44 *Theatina*, *& aliis*, mentem aperuit, non eſſe æqualem quadragenariam præſcriptionem cum titulo colorato, & immemorabilem: nam etſi Rota in dicta *Theatina deciſ. 706. coram Coccino* firmaſſet talem æquiparationem; Sac. Congregatio contrarium declaravit, ac Rota amplexa fuit in *deciſ. 860. & 872. cor. eodem*, ut aliàs dixi, & ipſa Rota *in Nullius ſeù Caputaquen. Juriſdictionis* 26. *Junii* 1711. *paragrapho imo* ait: *Itaut à contrario ſenſu ſimplex quadragenaria cum titulo, veluti debilioris potentiæ, minimè æquipolleat immemorabili. Et in cit. Nullius ſeù Ful-*
45 *don.* etſi in primis deciſionibus videatur inſiſtere in quadragenaria, cum titulo colorato, & putativo, tamen in ultima *cor. Caffarello paragrapho* 3. ſe explicavit: *Dummodò tamen talis titulus ſit ſubjectæ materiæ adæquatus, ad hoc, ut ex quadragenaria præſcriptione, vim etiam habente interpretativæ obſervantiæ, æquè de paſſiva, ac activa Juriſdictione intelligi valeat.* Etſic videtur Rota in ultima deciſione fixiſſe pedem in obſervantia, interpretativa tituli obſcuri privilegii, ex cujus verbis, ſeparati Territorii poſſit erui intelligentia. Differt enim valdè titulus coloratus, & putativus, ac titulus conceptus verbis dubiis, ſeù obſcuris ad importandam qualitatem Territorii ſeparati. Titulus enim coloratus eſt, ut ſupra innui, qui apparenter videtur legitimus, & clarus, ac ita conceptus, ut ſit valens ad acquirendam rem præſcriptione, ac in ſe non eſt talis, ſed eſt nullus, & illegitimus; imò titulus conceptus uti dubius non daret juſtam cauſam præſcribendi, quia debet eſſe certus, & juſtus in opinione præſcribentis, qui juſtum eum habeat, Gloſs. *cit. cap. ſi diligenti verb. juſtus de preſcript.* Putativus etiam titulus eſt idem, ut reputetur ſufficiens, licèt non ſit talis. Obſcuris verò verbis conceptus, legitimus titulus eſt, quando verba ſunt talia, ut juſta interpretatione, etiam ad ſeparationem Territorii conceſſam trahi valeant, etſi clarè verba privilegii id non importent; ſed verè juſtus, legitimus, & adæquatus eſt titulus, cujus jure actus poſſeſſor exercet, non ex vi præſcriptionis, & in linea hujus, ſed ex vero titulo explicato in privilegio Apoſtolico, quod habet, & in hoc caſu poteſt habere locum interpretatio verborum privilegii, per obſervantiam ſubſecutam quadragenariam, quæ facit, quod talis titulus, ſeù Privilegium Apoſtolicum, ſublata quacumque obſcuritate verborum, remaneat clarum, ut inducat probationem veræ ſeparationis Territorii à quacumque Diœceſi.

Dum hæc ſcribebamus, evenit, ut recurſum habuerint plures Germaniæ Epiſcopi ſanctæ memoriæ Papæ Clementi XI. conquerentes eximium infligi vulnus Ordinariorum Juriſdictioni, ſi doctrina ſeu opinio, quòd per quadragenariam præſcriptionem, cum ſolo titulo colorato, præſcribi valeret Territorium ſeparatum, & vera qualitas Prælati inferioris *Nullius*, ſubſiſtere; cùm facile ſit produci titulum in ſe illegitimum colore miniatum, & labi tempus quadraginta annorum, ſub oſcitantia alicujus Præſulis Diœceſani, indecenſque valdè eſſe, ut titulo illegitimo, & in ſe nullo, qualitas illa vera *Nullius* inducatur, quæ importat in inferiore Prælato eamdem Juriſdictionem Epiſcopalem in populos, præter ſolam eam Ordinis, quam habent Epiſcopi, ad Eccleſiam regendam à Deo inſtituti. Cumque in Congregatione Concilii, ad quam fuit, ut ſupra dixi, remiſſum dubium per Signaturam Sanctiſſimi in dicta cauſa *Nullius* ſeù *Herbipolen.* decidendum: An quadragenaria cum titulo colorato ſufficiat ad præſcribendum Territorium ſeparatum, propoſito dicto dubio, non fuerit umquam reſolutum: ideò ſupplicatum fuit dicto Summo Pontifici, ut dignaretur opportunè providere indemnitati Juriſdictionis totius Ordinis Epiſcopalis, declaratione neceſſaria, quòd non ſuffragetur præſcriptio quadragenaria cum titulo colorato, ad præſcribendum Territorium ſeparatum. Hinc Pontifex ille in prædictis deputavit infra notandam Congregationem particularem, in qua ego inter alios interfui, fuitque reſolutum, non poſſe acquiri Territorium ſeparatum per quadragenariam cum titulo colorato; ſed in caſu tituli obſcuri, ſeù dubii, an ſuffragetur quadragenaria obſervantia, ſeù præſcriptio, id pendere à ſingulis caſibus; proindè per Judices decidendum eſſe in caſibus particularibus autumatum fuit; quod videtur uniforme iis, quæ ſuperiùs retuli, & firmavi, ut requiratur titulus verus Apoſtolicus productus, qui etſi obſcurus, per quadragenariam præſcriptionem per viam obſervantiæ clarus reddi valeat, ac potens ad producendum jus validum in Prælato inferiore, habendi Territorium ſeparatum; non tamen ſufficere ſimplicem titulum coloratum, ac putativum, & ſic in ſe nullum, etſi unà cum quadragenaria poſſeſſione, ad inducendum Territorium ſeparatum. Tenore itaque decreti dictæ Congregationis particularis infra regiſtrari opportunum duxi.

In Congregatione particulari à Sanctiſſimo Domino Noſtro die 3. Auguſti 1718. ſpecialiter deputata, EE. DD. Judice, Vallemani, Paracciani Præfecti Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, Corradini Præfecti Sacræ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, Scotti Præfecti Signaturæ Juſtitiæ, necnon RR. PP. DD. Petræ prædictæ Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium Secretarii, Lancettæ Sacræ Rotæ Romanæ Decani, Cerri ejuſdem Rotæ Auditoris, Anſidei Aſſeſſoris Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & mei infraſcripti Secretarii memoratæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, & hujus quoque Particularis Congregationis Secretarii, ut in ea videlicèt examinaretur, an ad tramites Sacrorum Canonum, Sacrique præſertim Concilii Tridentini, poſſit Inferior Prælatus Territorium ſeparatum, & Juriſdictionem Ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in Clerum, & Populum, cum ipſios Epiſcopi excluſione, in aliquo ſpeciali loco acquirere per quadragenariam præſcriptionem, unà cum titulo colorato. Prædicti Eminentiſſimi Domini, & RR. PP. particularem Congregationem conſtituentes, inſimul congregati in Ædibus Eminentiſſimi Judice die 3. Januarii hujus anni 1721. poſt maturum, & diligentiſſimum materiæ examen, unanimiter reſponderunt non poſſe, ſed pro acquiſitione Territorii ſeparati, prædictæque Juriſdictionis, omninò requiri, aut clarum, & undequaque ſubſiſtens Apoſtolicum privilegium, aut conſuetudinem immemorabilem, cum ſuis omni-

omnibus requiſitis ritè probatam, per quam, Apoſtolicum privilegium de Jure præſumi valeat. An autem admiſſo vero Apoſtolico privilegio, de ſui natura apto ad ſeparationem Territorii, & conceſſionem Juriſdictionis Ordinariæ, quaſi Epiſcopalis in Clerum, & Populum, cum excluſione Epiſcopi, in aliquo determinato loco, ſed aliquam rationabilem dubitatem, aut diſputationem admittente, ſubſequens uniformis quadragenaria, aut per aliud legitimum tempus continuata obſervantia favens Prælato inferiori, in qualibet actuum ſpecie Ordinariæ, & quaſi Epiſcopalis Juriſdictionis, deſervire valeat pro dicti Apoſtolici privilegii interpretatione, prædicti Eminentiſſimi Domini, & RR. PP. dixerunt, id dependere à ſingulis caſuum, & factorum circumſtantiis, & ſic dandum eſſe reſponſum à ſuis Judicibus ſuper hac re in caſibus particularibus. Factaque per me prædictorum omnium Sanctiſſimo Domino Noſtro relatione, die 14. Januarii hoc anno 1721. Sanctitas Sua approbare dignata eſt, & præſens Decretum publicari mandavit. Proſper de Lambertinis Sacr. Congregat. particularis Secretarius.

CONSTITUTIO I.

PII SECUNDI.

Incipiens (*Rationi congruit.*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS, &c.

CUm Calliſtus Papa III. Anteceſſor Pii II. in SS. Albo Vincentium Ferrerium Ordinis Prædicatorum adſcripſiſſet; ſed Literas Apoſtolicas talis Canonizationis non expediſſet, eas Pius Succeſſor promulgavit ſub forma Rationi congruit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Pius II. laudatur, atque iſtius ſummatim vita deſcribitur, & num. ſeqq.*
2 *Pientinæ Eccleſiæ erectio per Pium facta in ejus Patria.*
3 *Ejus munera in minori exiſtentis, ac alia majora recenſentur.*
4 *Epiſcopus, & deindè S. R. E. Cardinalis creatus extitit.*
5 *Ipſius ad Summum Pontificatum aſſumptio, & geſta, & num. ſeqq.*
6 *Ejus conſtantia, facundia, aliæque virtutes enunciantur.*
Præſertim patientia in obtinendo tardè Cardinalatum, ibid.
7 *Exemplum egregiorum Virorum, ut patientes ſint, ſi eorum meritis præmium differatur.*
8 *Pii II. in Pontificatu opera commemorantur.*
9 *Ejuſdem conſtantia cum Principibus, & obitus referuntur.*
10 *Expeditio hujus Bullæ Canonizationis Vincentii Ferrerii à Pio II. facta, appellatur expeditio ſub forma Rationi congruit. Et quare?*
11 *Vita, & obitus Divi Vincentii Ferrerii ſummatim referuntur.*
12 *In omnibus expeditionibus à Prædeceſſoribus non factis, inolevit, ut Succeſſores Pontifices eas expediant ſub formula Rationi congruit.*
Quomodo ea concipiatur? ibid.
13 *Super talis expeditionis ſtyle emanata fuit Regula Cancellariæ decima in ordine, & pro literis non expeditis duorum Anteceſſorum Pontificum tantùm.*
14 *In Regula edita tempore Urbani VIII. fuit protracta ad tres Prædeceſſores Pontifices.*
Et quis ſit receptior ſtylus? ibid.
15 *Regula, tantùm quoad nominatos Prædeceſſores ſuffragatur.*
Et quid ſi Papa utatur verbo, Prædeceſſores noſtri? ibid.
16 *Iſte modus expediendi deſumptus fuit ex Jure communi*, in cap. literis de reſcript.
17 *Papa nullam gratiam facit de novo, ſed tantùm exequitur eam Anteceſſoris, cum tali expeditione.*
18 *Pro executione gratiæ literæ ſunt neceſſariæ.*
19 *Iſta expeditio eſt quidem gratiam, ſed ſuper Jure fundata; & aliquo modo debita.*
Et quid ſi gratia conceſſa non eſſet juſta? ibid.
20 *An iſta expeditio requirat, ut ſupplicatio ſit ſignata tempore Anteceſſoris; vel ſufficiat, ſi gratia ſit facta ſolo verbo Papæ.*
21 *Ex ſtylo non ſolent expediri hæ literæ, niſi ſignata fuerit ſupplicatio tempore Prædeceſſoris.*
Mos inolevit, ut ſupplicationes ſignatæ, mortuo Papa, Collegio Cardinalium conſignentur ſigillatæ, ibid.
22 *Aliquando literæ expediuntur de gratia ſolo verbo facta, & quando?*
23 *Literæ iſtæ debent expediri juxtà tenorem ſupplicationis, nihilque addi poteſt.*
Aliàs poſſet dici de ſubreptione gratiæ, ibid.
24 *Satisfit Regulis Cancellariæ, de expediendis litteris, per expeditionem ſub hac forma; Rationi congruit.*
25 *Literæ expeditæ, & plumbatæ non expediuntur ſub hac forma, Rationi congruit, neque etiam ſi ſint plumbatæ in albo.*
26 *Tempus ſex menſium in Regula Cancellariæ appoſitum ad expediendas has literas, non reſpicit gratias Anteceſſoris immediati, ſed mediati.*
27 *Quæ data apponatur in talibus literis?*
28 *Papa poſt aſſumptionem habet plenam poteſtatem, & eſt talis etiam ante Coronationem.*
Poteſt expedire literas ante Coronationem. Sed quid de ſtylo? ibid.
29 *Hujuſmodi literæ expediuntur tàm pro gratiis, ab initio perfectis, quàm conceſſis in forma Commiſſaria, & num. ſeqq.*
30 *Gratiæ expeditæ in forma Commiſſaria, & non præſentatæ Executori in vita concedentis, poſt ejus obitum; de Jure exequi non poſſunt, ſed per Regulam Cancellariæ revalidantur; & quomodo?*
31 *Caſus in deciſione Cæſarauguſtana Penſionis apud Card. de Luca explicatur.*
32 *Per ingreſſum in Religionem extinguitur penſio, etiamſi ſit Religio Hieroſolymitana.*
Secus ſi intercederet diſpenſatio Apoſtolica, ibid.
33 *Et quid ſi Penſionarius emittere cupiens profeſſionem in aliqua Religione, ante ingreſſum obtinuerit diſpenſationem ſuper penſionis retentione, & ſignata ſupplicatione literas non expedierit, niſi poſt obitum, ſub forma Rationi congruit, & tempore, quo jam multò ante emiſerat profeſſionem: An penſio ſubſtineatur?*
Rationes hincindè adducuntur, ibid.
Pro exigenda penſione requiruntur Literæ Apoſtolicæ expeditæ, ibid.
Literæ in forma Rationi congruit, ſuffragantur à die Conceſſionis gratiæ, & non à die expeditionis, ibid.
Diſtinguitur inter gratias ſimplices, & in forma Commiſſaria, ibid.
34 *Nequit exigi penſio non expeditis literis, ſed poſſunt exigi, iis expeditis, termini maturati antè expeditionem.*

1 Inter

1 INter alia eximia geſta, pro quibus laudibus proſe-
quendus eſt Calliſtus Papa II. præcipuum obtinet
locum; quòd Succeſſorem in ſua Sede indicavit, pro-
movendo ad Cardinalatus Dignitatem Æneam Sylvium
Piccolomineum; poſt ejuſdem Calliſti obitum in Sum-
mum Eccleſiæ Dei Vicarium renunciatum. Æneas eſt
ille, quem omnium ferè Populorum ora, dum vixit
laudibus præclariſſimis cohoneſtarunt: quemque poſt
diſceſſum è vivis, Hiſtorici, cjus geſta narrando, en-
comiis extollere non ceſſarunt, ut poſt tria ferè ſæcula
tanti viri memoria quaſi recens apud omnes verſetur.
Ipſe eſt, qui Imperatori Friderico è ſecretis inſerviens,
ei gratiſſimus fuit; ſuumque munus Secretaria, mira
fidelitate ſimul, ac eruditione, adimplere numquam
deſtitit; ac deindè Eccleſiæ mancipatus, tanta conſtan-
tia, ac magna ſedulitate, inter tot labores, ac itine-
ra, Curam Univerſalis Eccleſiæ ſubiit. Ille fuit, qui
omni ævo admiranda moderatione ſe retractare non
erubuit (alter Auguſtinus) ab iis, quæ in minoribus
ſcripſerat, ad favorem auctoritatis Concilii ſuper Pon-
tifices Summos. Etenim egregius iſte Vir eò magis
commendatione dignus, quòd Natales nobiles quidem,
ſed è tenuioris fortunæ Parentibus, Civibus Senenſibus
14. Kal. Novembris 1405. habuerit, in Villa Agri Se-
nenſis, Corſiniana nuncupata; quam Patriam, dum
2 Pontifex renunciatus extitit, muris cinctam, ac Eccle-
ſia ibi ædificata, in Civitatem convertit, ab ejus no-
mine Pientiam dictam; Epiſcopatum ibique erexit.
Puer in Patrio ſolo Grammaticæ vacavit; Adoleſcens
in Civitate Senarum ſuperioribus ſcientiis, præſertim
in Poeſi, & Rhetoricæ maximè profecit; quòd even-
tus comprobavit ex ejus eleganti facundia, in quolibet
munere adhibita, ut eaſdem res pluries vario ſemper
ſermone, ſed æquè elegantiori exprimeret; In Conci-
3 lio Baſileenſi apud Cardinalem Alberganum fuit à ſecre-
tis, ac deindè Imperatori Friderico III. utrique gra-
tiſſimus; adhæſit tamen Pſeudo Pontifici Felici V. ac
poteſtati uſurpatæ per Conventum Baſileenſem ſuper
Pontifice Eugenio IV. patrocinari non deſtitit. Verùm
opera Cardinalis Juliani Cæſarini, ejus antiqui Prote-
ctoris, veritatem agnoſcere, ac palam profiteri non e-
rubuit Æneas, ad Eugenium verum Papam acceden-
do; pleraque peregit, ut ſublata neutralitate, Germa-
nia illum ſolum pro vero legitimo Pontifice agnoſce-
ret. Hinc Romæ degens à ſecretis fuit dicto Eugenio,
& Nicolao V. Succeſſori, qui ex Canonico Tridenti-
no, ad Subdiaconatum Apoſtolicum, ac deindè ad
4 Eccleſiam Epiſcopalem Tergeſtinam illum promovit,
& demùm ad Cardinalatum elatus extitit à Calliſto III.
die 18. Decembris 1456. & primò Diaconiam S. Eu-
ſtachii, deindè Titulum S. Sabinæ obtinuit, ac poſt
5 duos annos, obeunte Calliſto, ad Pontificatum aſſum-
ptus fuit; nempè 14. Kalen. Septembris anno 1458.
omnium votis, jam ſtatim poſt obitum Calliſti, Pon-
tifex pronunciatus, ita quod eum quaſi talem ſaluta-
bant. In ſua privata Vita laboribus indefeſſus, peri-
6 culis in tot itineribus numquam perterritus; in per-
ſuadendo efficaciſſimus, ob ejus eximiam eloquentiam,
ac Latinæ linguæ eruditionem, fuit; pauper tamen
natus, divitias quas, ut plurimùm non habentes in
nativitate cumulare ambiunt, ſemper neglexit; unde
Cardinalis Papienſis *Ep.* 365. ſic de eo ſcripſit: Bea-
tæ memoriæ Pio, ut ſæpè accepi, quinque ſupra vi-
ginti anni ſerviendo erant conſumpti, cùm nondum
erat cenſus, unde parare ſolitæ poſſent, & tamen Or-
bem ferè Chriſtianum ærumnis ſuis impleverat, agita-
tus mari, vexatus procellis, à latronibus ſpoliatus, &
captus, Carceri incluſus, ad limen propè primum mor-
tis adductus, quorum patientia virtute conjuncta,
non modo Epiſcopatum, & Cardinalatum, ſed mox
quoque uno ferè contextu Papatum Romanum ſibi pa-
ravit, ac pluries inter Cardinales adſcribendos in Con-
ſiſtoriis ſecretis Populi conſenſu dicebatur, ſed even-
tus ſæpè fefellit, dum alii renunciabantur, ipſe tamen
numquam metu fractus, aut ſpe inani deluſus, ſem-
7 per ſuis laboribus addictus continuavit. Hæc Cardina-
lis Papienſis. Quod exemplum ſit Viris egregiis, ſi
aliquando ſpe fruſtrati remaneant eorum promotionis,
etſi fragor quoque populi ex eorum meritis id pronun-
ciet; ſivè poſt plurium laborum curricula, cenſu,
aut parvo, aut nullo ſint proviſi; quia tandem, aut
unica vice omnia obtinebunt, aut morte forſan præ-
venti in omnium poſteriorum ore erunt, eorumque
merita ſi quæ fortuna deſit, fama, ac hiſtoriæ æ-
qua compenſatione poſteà cohoneſtabunt: quo tamen
minimè opus eſſe fatendum eſt, in Pontificatibus egre-
giorum Virorum, qui juxtà cujuſcumque merita, Cen-
ſibus, ac Dignitatibus emeritos Viros augere non o-
mittunt; & ſi quid tardiùs evenire ſolet, potiùs qui-
buſdam circumſtantiis, hanc moram exigentibus, tri-
bui debet. Aſpicimus tamen hiſce temporibus ſub exi-
mio Pontifice Benedicto XII. ad Dignitates jam pro-
motos plures hos Viros laboribus exhauſtos pro Ec-
cleſia Dei, vix anno ſui Pontificatus expleto.
Aſſumpto Pontificatus ſummi honore, ac onere, in 8
utrumque Pius II. ita nuncupatus, incumbere non o-
miſit, etſi podagra, ac calculis vexatus, ac tot Chri-
ſtianitatis ærumnis preſſus, dum Mantuam, aliaque
Loca petiit, bellumque Sacrum contrà Mahumetanos
promovit; ac nihil Regibus, nihil Populis timore,
aut avaritia conceſſit umquam, ac imperterritus ſem- 9
per fuit. Amator litteratorum, benignus, & miſeri-
cors; illumque ſolùm carpere non deſinunt aliqui,
quòd ſæpè loca mutaverit; ſed id tribuendum, vel
ejus imbecilli ſaluti, vel gravibus urgentibus tunc ne-
gotiis, pro bello ſacro contra Turcas promovendo;
unde evenit ejus mors in Civitate Anconæ, ubi ma-
ritima claſſis parabatur, 17. Kalen. Septembris an-
no 1464. ætatis ſuæ 59. & Pontificatus ſexto; cor-
puſque delatum ad Urbem. Sepulturam habuit cum
nobili inſcriptione, ei facta à Franciſco Cardinali
Senenſi Nepote, in Baſilica Vaticana propè Alta-
re Sanctæ Andreæ, ubi Caput hujus Apoſtoli à Pe-
loponeſo delatum; opera dicti Pontificis collocatum
fuerat.
Hic etenim Pontifex Pius dum recognovit, Vincen- 10
tium Ferrerium Ordinis Prædicatorum, præviis requi-
ſitis proceſſibus, & probationibus virtutum, ac mi-
raculorum, fuiſſe per Calliſtum ejus Prædeceſſorem in-
ter Sanctos Confeſſores adſcriptum, & ſolemniter
Canonizatum, quòdque ſuper tali Canonizatione li-
teræ Apoſtolicæ, ut ordinaverat ipſe Calliſtus, expe-
ditæ non fuerint, ab ſecutum obitum ejuſdem Calli-
ſti; ideò hanc edidit Bullam apud S. Petrum *die* 1.
Octobris anno 1458. in qua de dicta Canonizatione
facta per Calliſtum plena fit relatio, ac atteſtatio pro
futura rei memoria; prout fieri, ac expediri ſolent
literæ Apoſtolicæ pro hujuſmodi Canonizationibus.
Hinc pro iſto Commentario, aliqua geſta Divi Vin-
centii referam, antequam ad alia deſcendam.
Hiſpania licèt ſemper præſtantiſſimorum virorum
feraciſſima; maximum tamen ſuæ feracitatis ſpecimen 11
dedit, dum in ſuo ſolo, tamquam præclariſſimum
germen, edidit Vincentium Ferrerium. Is Valentiæ,
ex honeſta Ferreriorum familia, originem traxit, die
23. Januarii, anno ut quibuſdam placet 1350. ſivè
ut Henſchenio, aliiſque, 1357. Patre Guilielmo Fer-
rerio, Matre Conſtantia Miguel, ambo, & pietate,
& in pauperes miſericordia inſignes. Alios ſuſcepe-
runt ex eo Conjugio filios; ſed propter nonnulla in-
ter dormiendum ſibi viſa, quæ Dei cultui addicendum
Vincentium indicabant, illum præcipuè, optimis im-
bui moribus curarunt. Sexto itaque ætatis ſuæ anno
ineunte, grammaticæ Operam navavit; & quia ine-
rat ei grande, acutumque ingenium, & præcipuè in-
ſitus virtutis amor, ſuorum condiſcipulorum admira-
tionem ſimul, venerationemque conciliatus eſt. Eos
non patiebatur modeſtiſſimus puer, parùm honeſtis
ludicris implicari; ſed ſedere, ac ſilere coactis, quæ
in Concione audierat, accommodata verbis venuſtiſ-
ſima actione, recitabat. Quo initiam eximii Con-
cionatoris indolem patefecit. Dialecticæ deindè, ac
poſtmodum Theologiæ ſtudia impensè coluit, non
ita tamen ut pietatis oblitus, ejuſdem ſtudia neglige-
ret.

Digitized by Google

ret. Anno demùm ætatis 18. Ordinem Prædicatorum ingreſſus, tempore Novitiatus exacto, ſolemnia ſui Inſtituti emiſit vota; tuncque ad perfectius vitæ genus, ſuæque vocationi magis reſpondens, inhiare cœpit; unde, & aſſiduis Orationibus, vitæ aſperitate, corporiſque cruciatibus, viam Evangelicæ perfectioni ſternebat. Impoſitum poſteà à ſuis Superioribus ei onus fuit, Religioſos Juvenes docendi Philoſophiam; cui tanta doctrina ſatisfecit, ut plus quam ſeptuaginta è ſæculo diſcipulos ad ſuum Auditorium pellexerit; tuoque ætatis (nempè ſuæ) anno 24. egregium illud opus de Dialecticis Supputationibus compoſuit. Quapropter nimis anguſtum ſuæ doctrinæ theatrum exiſtimantes Valentiam ejus Ordinis Superiores, illum Barcinonem, deinde Ilerdam commigrare juſſerunt; ubi Theologiæ Lauream à Petro de Luna, tunc in Hiſpania Legato, magna cum laude eſt aſſecutus.

Erat autem eo tempore Valentiæ Epiſcopus, Jacobus, Conſanguineus ſuæ Matri; cujus, & Capituli, Magiſtratuſque Valentini precibus, remiſſus Valentiam, prælegit ibidem Theologiam; ſacraſque ad Populum habuit conciones per ſex continuos annos: ex quo tempore, cum perfuncto apud Hiſpanos Legationis munere, ad Carolum Francorum Regem Legatus mitteretur Petrus de Luna; Vincentium ſecum duxit in Galliam; ubi eum tandiù detinuit, donec eo quoque peracto, Avenionem rediret, ubi Clemens VII. Antipapa commorabat. Tunc abeundi venia petita, Valentiam reddiit; ſuumque conſuetum, & docendi, & concionandi munus recepit.

Clemente VII. Avenione vita functo; ei ſubrogatus Petrus de Luna (qui nomen Benedicti XIII. aſſumpſit) Vincentium Avenionem migrare juſſit: cumque à Confeſſionibus, & Palatii Apoſtolici Præfectum conſtituit. Paruit Vir humillimus, quia opinabatur, parendo vero Pontifici morem gerere, & ipſiuſmet Chriſti exequi mandata. Neque quis culpandum putet Sanctiſſimum Virum, quaſi Pſeudo Pontificis Benedicti partes ſuſceperit. Erant namque eo tempore maximæ concertatiooes Pontificatus, itaut non tam ei facilè fuerit, apud quem veritas reſideret, judicare: præſertim cùm Hiſpania, & tota penè Gallia, illum tamquam verum Pontificem receperint, & Viri tùm doctrina, tùm pietate inſignes, non pauci. Verùm licèt ei Vincentius adhæſerit; videns tamen Eccleſiam Dei crudeliſſimo Schiſmate dilacerari; quibus gemitibus Crucifixi pedes non madefecit? quæ ſalubria conſilia Benedicto non porrexit? quibus, ut ſua Jura, pro Eccleſiæ unione, in holocauſtum offerret, hortabatur? Quot labores non aggreſſus? quot itinera? modò ad Sigiſmundum Imperatorem, modò ad Carolum Francorum, aliquando ad Martinum Aragoniæ Reges; ut Eccleſiæ tot tantiſque procellis agitatæ, pax tandem, & tranquillitas redderetur.

Emicuit quoque Vincentii bona fides, quia dum Patres Conſtantienſis Concilii, neminem illorum trium, tamquam verum Pontificem habendum eſſe judicaverint; cum hæc, inquam, ad Vincentii notitiam perveniſſent, non modo crebras ei literas dedit; verùm ipſe ſe ad eum contulit; ac multis, variiſque rationibus ei ſuadere conatus eſt, ut decretis, ac deliberationi Conſtantienſis Concilii penitùs obtemperaret; cumque id propter hominis pertinaciam, aſſequi non potuerit, ab eo diſceſſit, & ad conſueta exercitia rediit; ut narrat in ejus vita Petrus Ranzanus. Quinimò, ut teſtantur alii *in hiſtoria Eccleſiaſtica*, ipſe auctor fuit Ferdinando Aragoniæ Regi, & Alphonſo ejus filio, ut illius obedientiam ejurarent, atque ſeceſſionem ab eadem ſubditis ſuis imperarent.

Sed ad locum, à quo ſeceſſimus, redeamus. Cùm biennio Vincentius Avenione commoratus eſſet, Schiſmatis tædio affectus, in gravem incidit morbum; tuncque in ſomnis, Chriſtus viſus eſt ſibi præcipere, ut Aula relicta, ad priſtinum Prædicationis miniſterium rediret. Adeò autem hujus præcepti divini veritas mentem invaſit, ut à ſuſcepto conſilio, etiam Epiſcopalibus, & Cardinalitiis infulis oblatis, dimoveri minimè potuit. Unde anno 1396. ætatis quadrageſimo, iter aggreſſus, Evangelici Concionatoris munus obire cœpit; ac magna Europæ parte peragrata, ubique ſuæ prædicationis uberrimos fructus, ac veſtigia reliquit; itaut ſupra centum quadraginta millia perditorum hominum ad pœnitentiam; Judæos ſupra viginti quinque millia; Saracenos ad octo millia, ad Chriſtianam fidem reduxerit.

Demùm tot laboribus defatigatus, Venetiæ in Britannia minori diem clauſit extremum, die 5. Aprilis anno 1459. ætatis ſuæ, juxtà meliorem ſententiam, 62. Ejus corpus in Eccleſia expoſitum, magna Populorum copia accurrente, inſignibus claruit miraculis. Quorum fama permotus Martinus V. demandavit, ut proceſſus pro ejus Canonizatione conficerentur; quibus nonniſi poſt ejus mortem, & ſub Calliſto III. abſolutis, idem Pontifex eum Sanctorum numero adſcripſit. Bulla tamen hæc Canonizationis à Pio II. fuit publicata die 1. Octobris anno 1458. Multa reliquit ſuæ doctrinæ, & pietatis monumenta. Sermones tamen de Sanctis, qui ſub ejus nomine circumferuntur, ejus gravitatem, & doctrioam non redolent. Qui plura noſſe cupit, adeat Petrum Ranzanum Ordinis Prædicatorum; qui aliquibus annis poſt D. Vincentii mortem, ejus vitam conſcripſit; cujus opus à Surio mutilatum, priſtinæ integritati reſtituerunt ex *M. SS. Codice* doctiſſimi Henſchenius, & Papebrochius. Adeat quoque S. Antoninum *in Chron. Joannem Antonium Flaminium*, *Joannem Marietta*, *Diagum*, *Franciſcum Caſtilionenſ. Vincentium Juſtinian. Bzovium*, *Surium*, *Antonium Senenſem*, *Hadrianum Bailiet*, *alioſque*. Hujuſque Divi Feſtum juxta hanc Conſtitutionem celebrari die 6. Aprilis dictum fuerat, ſed celebratur die 5. ab Eccleſia, cum ea die obiiſſe ex dictis conſtat, ut notat Cherubinus *filius ad hanc Conſtitut. ſchol.* 1. Ipſeque vaticinatus fuit Pontificatum ipſi Calliſto, ut refert Ciacconius *in Vita Pontif. to. 2. in Pontificatu dicti Calliſti anno 1445. fol.* 980. imò dictus Ciacconius reponit Canonizationem iſtam ſub Calliſto *fol.* 982. *lit. B.* Et quidem rectè, cùm Calliſtus illum inter SS. adſcripſerit, & Pius II. ſolùm literas Apoſtolicas expedivit, quas in Vita idem Calliſtus promulgare omiſerat.

11 Expeditio præſentis Bullæ facta à Pio de iis, quæ Anteceſſor ejus Calliſtus decreverat circa Canonizationem Vincentii Ferrerii, fuit, & nuncupatur expeditio ſub forma: *Rationi congruit*, quia his verbis initium ſumpſit, ibi: *Rationi congruit, & convenit honeſtati, ut ea, quæ Romani Pontifices deliberatione provida, ac Venerabilium Fratrum noſtrorum Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, omniumque Prælatorum, tunc in Romana Curia reſidentium conſilio, & aſſenſu unanimi decreta, ſtatuta, & ordinata fuerunt, licèt ipſius Prædeceſſoris ſupervenienre obitu, literæ Apoſtolicæ confectæ non fuerint, ſuper illis plenarium effectum ſortiantur.* Et in fine: *Ne autem pro eo, quod ſuper Canonizatione, & aliis præmiſſis, ejuſdem Prædeceſſoris literæ, ejus ſuperveniente obitu, minimè confectæ fuerunt; in poſterum valeant de hujuſmodi Canonizatione, & aliis præmiſſis, quomodolibet hæſitari; licèt ea in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, eiſdem Cardinalibus, Prælatis, & multitudine Populi circumſtantibus fuerit publicata, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod Canonizatio, & alia præmiſſa, dicta die, videlicet tertio Kal. Julii, plenarium ſortiantur effectum, ac ſi ſub ipſius diei data ejuſdem Prædeceſſoris literæ confectæ fuiſſent; prout ſuperiùs enarratur; quodque præſentes literæ ad probandum plenè Canonizationem ipſam, & omnia alia prædicta, ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.*

Hinc in aliis negotiis expeditionum non factarum tempore Prædeceſſorum, dicta formula ſubſtantialiter adhibetur, nempè: *Rationi congruit, & convenit honeſtati; ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licèt ejus ſuperveniente obitu, literæ Apo-*

ſtolicæ

Digitized by Google

ſtolicè ſuper illis confectæ non fuerint , ſuum ſortian-
tur effectum . Et narrato gratiæ tenore, exprimitur in
fine Bullæ , prout dictum fuit in iſta Piana ; quod-
que demandentur executioni ea , quæ Prædeceſſor fe-
cit , vel ſtatuit , ut ex formula relata apud Corrad.
de diſp. Apoſtol. lib. 9. cap. 6. num. 18. & latè Man-
doſ. *in Regula de literis in forma rationi congruit ex-*
pediendis . Super quo ſtylo expeditionis emanata fuit
13 Regula Cancellariæ inter illas, quas quilibet Papa in
craſtinum ſuæ aſſumptionis de novo promulgat , quæ-
que habentur pro lege ubique ſervanda , Corrad. *cit.*
lib. 9. cap. 6. numer. 14. Lotter. *de re benefic. lib.* 2.
quæſt. 36. numer. 13. quæ regula eſt decima tenoris ſe-
quentis : *Item voluit idem D. N. Papa , quod conceſ-*
ſa per felic. recor. Innocentium XII. Prædeceſſorem
ſuum , & de ejus mandato , expediantur in forma Ra-
tioni congruit , ſub die Coronationis ſuæ , ut moris ;
& id quoad conceſſa per piæ memoriæ Alexandrum VIII.
Prædeceſſorem ſuum per ſex menſes dumtaxat , ab ip-
ſo die Coronationis incipiendo , obſervari voluit , ut
in formula adhibita per ſanctam memoriam Clem. XI.
in Regulis editis ab ipſo , die 24. Novembris anno
1700. craſtina aſſumptionis ad Pontificatum . Et de
formula tempore Urbani VIII. refert Corrad. *cit. nu-*
14 *mer.* 16. In qua tamen protracta fuit Regula etiam
ad conceſsa , nedum per Prædeceſſores Paulum V. &
Gregorium 15. ſed etiam Leonem XI. & ſic per tres
Prædeceſſores; prout etiam egit dictus Gregorius XV.
ſed ut plurimum Pontifices ad duos tantùm imme-
diatos Anteceſſores id limitant Et Innocentius VIII.
unius tantùm Prædeceſſoris voluit gratias expediri ,
ut notat Amyden. *de ſtylo Datariæ lib. primo cap.* 21.
15 *numer.* 15. Nec quoad non nominatos Prædeceſſores
ſuffragari poteſt hæc Regula , aut fieri valet expedi-
tio , quia cæteri non nominati excluſi cenſentur ; ut
proſequitur *cit.* Amyden. *numer.* 14. ita intelligendo
Rebuff. *ad dictam Regulam numer.* 25. aſſerentem ,
quòd Regula habeat locum , etiam in gratiis mediati
Anteceſſoris Papæ , ſcilicet nominati , quòdque ſi Pa-
pa utatur verbo *Prædeceſſoris noſtri*, abſque nomina-
tione Pontificis , intelligi debeat de immediato , A-
myden. *citat. lib. primo cap.* 21. *numer.* 16. Super qua
Regula Cancellariæ ſcripſerunt Rebuff. Mandoſius ,
ChoKiet. Amyden. & alii plenè apud Rotam *deciſio*
475. *coram Peutingerio , & deciſ.* 658. *coram Bichio*.

Hæc etenim Regula Cancellariæ, ac modus iſte ex-
16 pediendi adhibitus in hac Conſtitutione Pii , deſum-
ptus fuit ex Jure communi *capit. literis de reſcript.*
ubi cum Honorius Papa III. Anteceſſor Gregorii IX.
quemdam Subdiaconum inſtitui in quadam Eccleſia in
Canonicum demandaſſet , literas executorias talis man-
dati obtinuit Subdiaconus ille à dicto Gregorio , qui
factum Prædeceſſoris ſui , potiùs quàm proprium ,
proſecutum fuiſſe , teſtatur *in citat. Textu* . Ex quo
arguunt DD. Succeſſores Pontifices ex congruenti ra-
tione debere exequi eorum decreta , & conceſſa ,
quod Prædeceſſores morte præventi non fecerunt . Bar-
boſ. *cit. capit. literis numer.* 5. Mandoſ. *ſub dicta Reg.*
quæſt. 2. *numer.* 5. Corrad. *citat. num.* 23. Roſa , *de*
execut. lit. Apoſtolicarum part. 1. *cap.* 2. *numer.* 19. *&*
17 *ſeqq.* Proindè nullam gratiam facit novus Papa , ſed
tantum teſtatur de gratia conceſſa ; vel exequitur eam
Anteceſſoris , juxta verba præfata Gregorii *cit. capit.*
literis : *Cùm factum Prædeceſſoris noſtri potiùs quàm*
noſtrum fuerimus proſecuti . Cùm enim pro executio-
ne gratiæ , vel atteſtatione alicujus actus requirantur
literæ , *cap. ſi ſuper gratia de offic. delegati in 6. gloſ.*
in citat. capit. literis ver. cum factum , Bald. in l. hu-
manum Cod. de legibus ; hinc cum jam quis acquiſi-
verit Jus per gratiam obtentam à Prædeceſſore , me-
ritò obtinere debet literas atteſtatorias hujus gratiæ ,
& actus ; aliàs gravaretur in Jure jam quæſito , ob
defectum probationis , mediantibus literis faciendæ ;
præſertim attentis Regulis ipſis Cancellariæ , de non
18 judicando juxtà formam ſupplicationis , & non ſuf-
fragari gratias , literis non expeditis , optima enim
ratione , & æquitate , quàm ſemper Summi Pontifi-
ces præ oculis habere ſolent , per Regulam ſtatuere
non omiſerunt , ut expediantur iſtæ literæ Apoſtoli-
cæ , nuncupatæ in forma *Rationi congruit* . Quod-
que etiam Principes Sæculares facere teneri , æquita-
tem ſectantes , advertit Corrad. *numer.* 14. Sicque
iſta expeditio eſt quidem gratia , ſed ſuper Jure fun- 19
data , ac aliquo modo debita , Amyden. *cit. libr.* 1.
capit. 21. *numer.* 2. *&* 3. Sed ſi gratia conceſſa , non
eſſet juſta , Succeſſor Pontifex non tenetur , nec de-
bet tales literas expedire , Rebuff. *cit. de gratia Ra-*
tioni congruit numer. 12. *&* 13. ex quo aſſerit anti-
quitùs in hujuſmodi gratiis Pontifices addere conſue-
viſſe verba : *Proſequendo juſta deſideria petentium* :
quæ nunc in formula omittuntur ; per quas literas
nullum Jus conceditur de novo , aut additur , nec
confirmatur impetranti , ſed ſolùm illæ atteſtantur de
gratia jam facta ; & expediuntur , vel pro jam facti
actus probatione , vel pro ejus executione , ſi gratia
eam requirat ; proindeque ſi prima gratia ſit nulla , ſi-
vè invalida , nullum robur recipit ex expeditione lite-
rarum in hac forma , Mandoſ. *cit. quæſt.* 10. *numer.*
2. Corrad. *cit. numer.* 14. Amyden. *citat. num.* 6. ple-
nè Roſa *citat. numer.* 26. Pariſ. *de reſignat. lib.* 10. *qu.*
1. *numer.* 43. Rot. *deciſ.* 465. *numer.* 6. *&* 7. *coram*
Peutinger , deciſ. 20. *numer. final. coram Millin. &*
deciſ. 658. *numer.* 9. *& ſeqq. coram Bichio* .

Sed quæri ad rem poteſt , an expeditio iſta in for- 20
ma *Rationi congruit* , requirat , ut ſupplicatio ſit ſi-
gnata tempore Anteceſsoris ? vel etiam expediatur , ſi
gratia fuerit ſolo verbo Papæ facta , Super quo du-
bio Rebuff. *loc. citat. numer.* 8. dixit , vidiſſe hujuſmo-
di literas expeditas per Succeſsorem ſuper gratia , vi-
va voce facta ab Anteceſsore , ſed Jure probata , Man-
doſ. *cit. quæſt.* 11. affirmat in gratia etiam verbo fa-
cta , ſi Papa ſtatim moriatur , vel æger fiat uſque ad
mortem ; ut expediantur iſtæ literæ in forma *Rationi*
congruit , ſecùs ſi diù ſupervivat ; quia ſibi imputet
impetrans , ſi ſupplicationem ſignari omiſerit . Et ve-
rè ratio regulæ utrumque caſum comprehendit , tàm
ſi fuerit , quàm ſi non fuerit ſignata ſupplicatio , dum
voluit gratias Anteceſsorum indefinitè à Succeſsoribus
expediri , ut probentur , & exequantur . *Gloſſator* ve-
rò *antiquus* hujus Regulæ *numer.* 2. quem ſequitur A-
myden. *numer.* 18. dixit , non poſse expediri has li-
teras , niſi in gratia , per ſupplicationem ſignata , quia
reddita ſic fuit apta tempore Anteceſsoris , ut expe-
diri potuiſset ab eo ; & ſic non expedita ab illo , ex-
pediri poſſit à Succeſsore , Rota *citat. deciſion.* 658.
numer. 10. *& ſeqq. coram Bichio* . Corrad. verò *citat.*
numer. 14. *&* 15. firmat ; quòd ſi Papa mandaverit
expediri , Jure expedirentur ſub ipſo ; ſed ex ſtylo non
ſolent expediri hæ literæ , niſi ſignata fuerit ſuppli- 21
catio tempore Anteceſsoris ; quia mora non obtinen-
di ſupplicationem ſignatam debet impetranti nocere ;
& idem docet Roſa *de execut. lit. Apoſt. part. prima*
capit. 2. *numer.* 25. ex quo inolevit mos , ſupplica-
tiones ſignatas , ſtatim mortuo Papa , conſignari Col-
legio Cardinalium ſigillatas , ut præſententur futuro
Pontifici : & ſic ſupplicatione ſignata , gratiæ non ex-
pirant morte Papæ concedentis , ſed ſunt expediendæ
per Succeſsorem ſub forma iſta *Rationi congruit* . Ro-
ſa *cit. numer.* 18. *&* 24. Rot. *deciſ.* 464. *coram Peu-*
tinger. quæ eſt *deciſ.* 17. poſt Tondut. *de penſion.* In-
terimque gratia ſilet , & ſuſpenditur per obitum con-
cedentis , donec veniat Succeſsor Papa , Caſsador. *de-*
ciſ. 35. *numer.* 6. *part.* 2. Amyden. *cit. cap.* 21. *nu-*
mer. 2. Sicque videtur ex ſtylo expediri tantùm gra-
tias , ſupplicationibus ſignatis . Et verè ſi deberent ex-
pediri literæ hujuſmodi , ſuper gratia ſolo verbo facta ,
plures fraudes occurrere poſsent , pro probanda tali
gratia per Teſtes , aut alio modo . Non limitatur ta- 22
men ex hoc , ut ſpeciali Papæ oraculo , in certo ca-
ſu literæ hujuſmodi expediantur de gratia , ſolo ver-
bo facta , ſi de ea , non dubitetur , quòd fuerit facta ;
ut mandavit expediri Pius II. in hac Conſtitutione ,
edita ſuper Canonizatione facta in primo anno Ponti-
ficatus Calliſti , ut ex tenore Bullæ colligitur.

23 In

23 In iſtis literis nihil addi poteſt ultra contenta in
ſupplicatione, ſed debent expediri juxta eam, quid-
quid anteà ex abuſu aliquando contingebat, Mandoſ.
cit. quod nunc religioſè ſervat dixit Amyden. *cit. nu-
mer. 6. paragrapho quapropter*, Ubert. *de cit. in pra-
xi par. 6. tit. de juſtificat. & execut. lit. Apoſtolica-
rum fol. 250. verſ. litera in forma Rationi congruit*.
Roſ. *cit. numer.* 28. Unde ſi nihil immutetur, non
poteſt dici de ſubreptione gratiæ: ſi verò fiat muta-
tio, poſset dici de ſubreptione literarum; ut proſe-
quitur Rota *deciſ. 465. numer. 6. coram Peutinger*.

24 Et ſatisfactum dicitur per expeditionem hoc modo Re-
gulæ Cancellariæ, de non judicandis niſi literis expe-
ditis, & de diſpenſationibus nulli ſuffragandis, niſi
literis expeditis, ut plenè in *cit. deciſ.* 465. ubi de ex-
peditione facta literarum diſpenſationis, ad favorem E-
quitis Hieroſolymitani, obtinendi penſionem; & ſuf-
fragari literas Apoſtolicas ſuper Anteceſsoris Papæ ſup-
plicatione ſignata, etiam in præjudicium tertii; cùm
verè gratia attendi debeat à die conceſſionis per ſigna-
turam; & literæ Apoſtolicæ ſint tantùm ad probatio-
nem gratiæ factæ per Anteceſsorem; & in terminis
coadiutoriæ, quòd, ſi ſit ſignata ſupplicatio, & data-
ta, ac conſenſus præſtitus, & deindè expediantur li-
teræ tempore Succeſsoris, ſub hac forma *Rationi con-
gruit*, & gratia dicatur perfecta, Rot. *deciſ.* 340. *nu-
mer. 2. coram Emerix Junior. deciſ. 658. numer. 8. co-
ram Bichio*.

25 Literæ tamen expeditæ, & plumbatæ tempore An-
teceſsoris Papæ, non eſt ratio, cur expediantur ſub
forma hac *Rationi congruit*, quia illæ habent ſuum ro-
bur; & ſic expenſæ novæ in vanum fierent. Si verò
fuiſsent plumbatæ in albo, ut fieri contingit ſuperve-
niente morte Pontificis in literis per Cancellariam; &
cum plumbum ponatur in literis poſt factam expeditio-
nem, tunc neque congruit expeditio nova, in forma
Rationi congruit, quia jam gratia eſt perfecta, expe-
dita ante plumbum, ſed revalidatur per Succeſsorem,
ex alia *Regula Cancellariæ* 12. quòd literæ exequutori-
bus adhuc non præſentatæ, præſentari, ac exequi va-
leant, ſi ſint expeditæ inſtà annum ante Anteceſsoris
obitum, ut notat Roſ. *cit. numer.* 29. & priùs Amy-
den. *cit. cap. 21. numer. 12. & 13.*

26 Tempus ſex menſium ad expediendas iſtas literas *Ra-
tioni congruit*, in Regula Cancellariæ appoſitum, non
reſpicit gratias Anteceſsoris Papæ immediati; quia in
iſtis ſemper poſsunt expediri literæ ſub Pontifice viven-
te; ſed dictum tempus limitat expeditione gratiarum
Prædeceſsoris mediati, ut ex tenore dictæ Regulæ col-
ligitur, & notat Rebuff. *cit. num.* 25. Mandoſ. *cit. qu.
4. num. 8. & ſeqq. & num.* 15. Teſtatur de ſtylo notorio
CoKier. *cit. num.* 8. Amyden. *cit. num.* 17. qui, etſi aſ-
ſerat, obſcurè in hoc procedere verba Regulæ, ſubſiſte-
re tamen ſtylum, ita ſervatum, Rota *cit. num.* 32. Cor-
rad. verò *cit. lib. 2. cap. 9. num. 17. in fine* dicit, quòd
ex conniventia Pontificis, expeditio permittitur, quo-
ad gratias immediati Succeſsoris, toto tempore viven-
tis Papæ; dictumque tempus ſex menſium prorogari
ſolet legitimè impedito. Amyden. *cit. cap. 21. num.* 7.
ubi an detur reſtitutio in integrum.

27 Data iſtarum literarum non debet fieri à die conceſ-
ſæ gratiæ, ſed à die Coronationis Succeſsoris, prout
expediuntur literæ viventis Pontificis, & facit contex-
tus Regulæ, Amyden. *cit. regul.* 20. Roſa *citat. num.*
22. contrà Rebuff. *citat. numer.* 21. dicentem debere
extendi eùm data conceſſionis gratiæ; & forſan tem-
pore *Rebuffi* non ita exprimebat Regula, prout hodie;
& in Regulis antiquioribus exprimitur, expeditionem
fieri debere die Coronationis Succeſsoris Pontificis; ſed
Urbanus VIII. mutavit in diem aſsumptionis ad Pon-
tificatum, ut notat Amyden. *cit. numer.* 20. *paragra-
pho advertendum*; & colligitur ex Corrad. *cit. numer.*
16. formulam tempore Urbani VIII. fuiſse expeditio-
nis hujuſmodi literarum ſub data à die Aſsumptionis,
ſed in poſterum uſque ad Regulas Cancellariæ publica-
tas per SS. D. N. indicatur dies datæ à die Corona-
tionis; & verè iſte ſtylus videtur congruentior, quia,
etſi Papa poſt aſsumptionem ſit talis, & habeat plenam 28
poteſtatem, *cap. licèt de evitanda, de elect. in 6. ubi
gloſs. fin.* & Canoniſtæ, itaut ſi vellet, poſset expe-
dire literas Apoſtolicas, quæ, ſi impugnarentur ex eo,
quòd adhuc non ſit Coronatus, impugnans ex com-
muniori ſententia incurrit pœnam *Extravag. final. de
ſententia excommunicationis inter Communes*; tamen,
ut dicitur in Regula, de more eſt, ut Papa literas Bul-
latas poſt Coronationem tantùm expediat, & à die
Coronationis metiantur anni Pontificatus, Fagnanus
cap. licèt de evitanda, de elect. num. 9. & 10. & nota-
vi *tom. 1. in procem. §. 3. num. 7.*

Expediuntur hujuſmodi literæ in forma *Rationi* 29
congruit, tàm pro gratiis ab initio puris, & perfe-
ctis, quàm conceſſis in forma Commiſſaria, requiren-
tibus pro earum perfectione miniſterium Executoris,
ut ad rem notat Roſa *cit. par. 1. cap. 2. num. 25. ver-
ſic. illud tamen notes*, ubi advertit, æquivocum dici
contrarium aſſertum per Rotam *deciſ. 658. numer. 4.
& ſeqq. coram Bichio*, & idem ſupponit Cardinalis de
Luca ſcribens in eadem Cauſa *Cæſaraugustana Penſio-
nis diſc. 44. numer. 6. de Penſionibus*, quòd, quia ve-
rè verba regulæ, & ratio ſunt pro quacumque gratia,
etiam in forma Commiſſaria expedita, cum verba ſint
indefinitè concepta ibi: *Quod conceſſa per Anteceſſo-
rem expediantur, &c.* & conceſſa dicitur tàm gratia
pura, quàm in forma Commiſsaria requirente Mini-
ſterium Executoris, utroque caſu gratia dicitur conceſ-
ſa per Papam; eademque ratio concurrit, ut ſcilicèt
expediantur, ne vacuum reddatur beneficium Princi-
pis, per obitum cujus, literæ probatoriæ expediri non 30
poſsent; hinc videmus, quòd in gratiis in forma Com-
miſsaria expeditis, & non præſentatis Executori in vi-
ta concedentis Pontificis, poſt ejus obitum exequi non
poſsunt de jure, ſed tamen adeſt alia Regula Cancel-
lariæ 12. indulgens revalidationem, ut poſſint præſen-
tari, & exequi ab Executoribus, ſi fuerint expeditæ
per annum ante obitum Prædeceſſoris Pontificis, ut
notat Roſa *cit. verſ. & tamen numer.* 27. ac dixi ſu-
pra. Poſſent tamen ſalvari dicta per Rotam, & Card.
de Luca in ſenſu caſus, ſuper quo emanavit deciſio;
ut gratia pura, & perfecta habeat locum uſque ab i-
nitio conceſſionis, etſi literæ in forma *Rationi congruit*
expediantur poſt obitum Papæ; ſecùs tamen gratia
in forma Commiſsaria, quæ cum vim obtineat ab exe-
cutione data a Commiſsariis, non poteſt dici, ut
retrotrahatur ad diem conceſſionis, per expeditionem
literarum in forma *Rationi congruit*; quod tamen non
facit, ut ſi literæ non fuerint expeditæ tempore con-
cedentis Papæ, expediri non valeant in forma *Ratio-
ni congruit* literæ in forma Commiſsaria directæ E-
xecutoribus, poſt quarum executionem gratia effectum
habeat; & paſſim practicatur talis expeditio.

Sed cùm indicaverim caſum in dicta *Cæſaraugu-* 31
ſtana Penſionis, videtur iſte hic explanandus, cùm
magiſtraliter fuerit tractatus, & reſolutus in Rota.
Quidam enim Penſionarius ſuper fructibus Menſæ præ-
dictæ, emittere cupiens profeſſionem in Religione
Hieroſolymitana, agnovit ſibi obſtare incapacitatem
talis penſionis, cum ob ingreſsum in dictam Reli-
gionem, penſio extingueretur; nam vera ea eſt Re- 32
ligio ad omnes effectus; & ſicut per profeſſionem in
alia Religione extinguitur penſio, ita per ingreſsum
in illam, ut dixerunt Tondut. *de Penſionibus capit.
69. numer.* 27. Cardin. de Luca *cit. numer. 4. in di-
cta Cauſa*, & Rota *deciſ. 479. coram Roxas*, & ſup-
ponitur *in deciſionibus dicta Cauſa*, etiam revocato-
riis *dec. 466. coram Peuting.* reperit. poſt Tondut. *cit.
deciſ. 17. & deciſ.* 658. Bichii repetita *deciſ. 121. par.
12. recent.* ita etiam firmatum fuit in dicta Cauſa,
quòd, ſi adfuiſset indultum Apoſtolicum penſionem
illam retinendi, ea non extinguitur; cum mediante
diſpenſatione Apoſtolica fiat Regularis capax penſio-
nis ſuper beneficio Sæculari, DD. *in cap. cum de be-
neficio de præbend. in 6.* Pariſ. *de reſign. lib. 6. quæſt.
2. numer.* 16. Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 40. nu-
mer. 205. & ſeqq.* Cardin. de Luca *cit. numer.* 7. Rot.
deciſ.

deciſ. 45. num. 1. & ſeqq. coram Millin. & in cit. deciſionibus coram Peutinger. & Bichio. Hinc cum ob-
33 tinuiſſet Penſionarius in dicto caſu ante ingreſſum in Religionem Hieroſolymitanam, diſpenſationem iſtam ad Urbano VIII. ſignata ſupplicatione, ac regiſtrata, literas Apoſtolicas non expedivit niſi poſt obitum Urbani, tempore Pontificatus Innocentii X. Succeſſoris, ſub forma *Rationi congruit*, quando longè anteà emiſerat profeſſionem; hinc maxima difficultas fuit excitata. Opponebat enim Penſionarius Archiepiſcopus, quòd licèt quocumque tempore poſſent literæ expediri ſub dicta forma, tamen nequibat ſuffragari diſpenſatio illa retinendi penſionem, expedita tempore, quo jam Penſionarius per aſſumptionem ſtatus Regularis incompatibilis, amiſerat penſionem; urgente etiam *Regula 53. Cancellariæ*, quòd nulli ſuffragetur diſpenſatio in Judicio, vel extra, priùs quàm literæ expeditæ fuerint; unde ſicuti, ſi non adiuiſſet diſpenſatio ante ingreſſum, ea poſteà obtenta non prodeſſet, quia jam effectu ſecuto extinctionis penſionis in actu ipſo profeſſionis, diſpenſatio ſubſequta nequiret effectum jam conſumptum præſervare; cùm ſola vis diſpenſationis ſit, præſervare tempore profeſſionis ab amiſſione penſionis, & reddere diſpenſatum capacem illius; ità à pari dicebat Archiepiſcopus non ſuffragari dictam diſpenſationem, quia tempore profeſſionis, obtinens eam non habebat requiſita expeditionis literarum, ſine qua neque in Judicio, neque extra poteſt diſpenſatio parere ſuum effectum; & literæ ſubſecutæ nequiverant ſingi, ut fuiſſent ante actum profeſſionis. Sicque cum tempore profeſſionis literæ expeditæ non fuiſſent, nequit dici adfuiſſe effectum præſervationis ab extinctione penſionis, ut videtur innuere Lotter. *de re beneſic. lib. 3. quæſt. 2. numer. 60. & ſeqq.*

Secundò dicebatur, quòd cum pro exigenda penſione requirantur literæ Apoſtolicæ expeditæ, aliàs annullatur penſio in vim decreti annullativi, quod apponitur in illius conſtitutione, Card. de Luca *de penſionibus diſc. 29. nu. 3. diſc. 30. num. 9.* Tond. *de penſion. cap. 50. n. 1.* Rota *deciſ. 286. & deciſ. 300. cor. Mantica*, Add. ad Burart. *deciſ. 759. num. 14.* ideòque cum literæ Apoſtolicæ in dicto caſu eſſent expeditæ poſt maturatos terminos penſionis, videbatur hæc jam nulla, nec ſubſequentibus literis canonizabilis.

Verùm, quoad primum objectum magis relevans reſpondebatur, expeditionem literarum non requiri ad ſubſtantiam gratiæ, cum hæc, ut dixi ab initio dicitur perfecta in ejus conceſſione; niſi tamen fuiſſet conceſſa cum conditione annullativa, in caſu non expeditionis literarum, aut adſit aliquod decretum generale Principis, talem nullitatem inducens; quod non operatur dicta *Regula 52.* quæ non annullat gratiam jam conceſſam, ſed quòd non exequatur ea non confectis literis, ſeu non expeditis, eaque non habeat executionem in judicio, vel extra, niſi munita literis Apoſtolicis; aliàs, ſi dependeret ſubſtantia à tali expeditione, non videretur ſubſiſtere in caſu obitus concedentis, ſed evaneſceret, nec de juſtitia prætendi poſſet à Papa Succeſſores, ut ſuper dicta gratia literas expediret, ſed potiùs, ut concederet novam gratiam; ſicque tempore aſſumptionis ſtatus Religioſi incompatibilis in dicto Equite penſionario, ſatis fuit, ut impeditetur dicta incompatibilitas per gratiam retentionis penſionis, obtentam à Papa Urbano, præſervativam penſionis in eo, etſi Regulari effecto; & literæ Apoſtolicæ expeditæ à Succeſſore Pontifice nihil de novo addiderunt gratiæ, niſi probationem illius, & ut poſſit in Judicio, vel extra, contra moroſum debitorem, uti executione dictæ gratiæ pro ſolutione; ſecùs tamen eſſet ſi ageretur de gratia, quæ dependeret à facto, & executione Executoris, quia tunc non diceretur ab initio perfecta; & cum Executori committitur, ut faceret, nequit facere, niſi literis expeditis; cùmque in caſu agebatur de gratia pura, ac perfecta præſervationis tantùm, & non inductiva alicujus juris, eò fortiùs viſa fuit ſufficiens tempore actus profeſſionis, expeditis deindè literis in forma *Rationi congruit*, ut latè docuerunt *deciſ. in dicta Cæſarauguſtana 465. coram Peutingerio, & deciſ. 658. cor. Bichio, & Card. de Luca* ſcribens in dicta Cauſa *in cit. deciſ. 44.* itaut in terminis Indulti ad teſtandum, valeret Teſtamentum conditum ante expeditionem literarum, ſed poſt ſupplicationem ſignatam, expeditis deindè literis, ex pluribus deciſionibus apud Rot. *cit. deciſ. cor. Bichio n. 37.* & in diſpenſato ab irregularitate, qui obtinuit Beneficium ante expeditionem literarum, ſed poſt gratiam, & judicium etiam motum eas expediverat, Rota *in Vicen. Præpoſituræ cor. Oradino* apud Garziam *de Beneficiis part. 4. cap. 2. n. 29. & in cit. deciſ. Bichii n. 29.* cum eo ipſo, quòd literæ expediuntur in forma *Rationi congruit*, ſuffragentur à puncto conceſſionis gratiæ, & non à puncto expeditionis literarum, Molin. *diſp. 599. nu. 1. & ſeqq. de Juſt. & Jure.* Trull. *in præcept. decalogi tom. 4. lib. 7. cap. 10. dub. 8. verſ. attamen*, Rebuff. *in praxi tit. de gratia* Rationi congruit *n. 21.* Azor. *inſtit. Moral. tom. 2. l. 7. cap. 31. quæſ. 9. verſ. itaque*, Molin. *de primog. l. 7. cap. 7. nu. 56. verſ. ſi autem*, Sanchez *de Matrim. l. 8. diſp. 29. nu. 9.* ſoletque id in literis exprimi, Rota *cit. deciſ. cor. Bichio n. 33.*

Quoad verò decretum, ut annulletur penſio, ſi 34
exigatur literis non expeditis; non facit objectum ad caſum, cum tale decretum intelligatur, ut nonniſi literis expeditis poſſit penſio exigi; non tamen, ut expeditis iis, non debeantur termini jam maturati antè expeditionem, ſed non exacti, & exigendi à debitore, cogendo in vim dictarum literarum, ut dixerunt Card. de Luca *citat. diſc. 29. num. 4. & diſc. 30. nu. 10.* Rota *deciſ. 166. num. 8. & 9. part. 2. recentior. deciſ. 315. coram Card. Celſo*, & latè *in dictis deciſ. 464. & 658. coram Bichio.*

CONSTITUTIO II.

PII SECUNDI.

Incipiens (*Religioſorum.*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS &c.

STatuit, Generales Ordinum Mendicantium omnimodam habere Juriſdictionem in omnium Studiorum Scholares, & Officiales ſuorum Ordinum Profeſſor; non obſtantibus quibuſcumque Studiorum privilegiis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Religioſos decet non ſolùm in Sanctitatem, & pietatem incumbere; ſed etiam doctrina, & eruditione ſplendeſcere.*

2 *An ſtudia Regularibus, etiam Monachis conveniant?*

Adducitur literaria concertatio inter P. Mabillonium, & Abbatem de Trappa; ac alia ſubduntur ad rem, & n. ſeqq.

3 *Quo temperamento adhibito ſtudia permitti debeant Monachis.*

4 *Studia Regularibus in Conciliis, & Jure Canonico permiſſa.*

Adducuntur diſpoſitiones prædictorum, uſque ad Concilium Tridentinum, ibid.

Ac etiam Canones prohibentes Monachis extra Clauſtra incumbere in ſtudia, ibid.

5 *Rationes, quibus aliqua ſtudia Regularibus, alia non licent, ibid.*

Ad rem adducitur Breve ſan. mem. Clementis XI. & epiſtola Cardinalis de Aghirre, ibid.

6 *Summi Pontifices exemptiones, & privilegia Studentibus Regularibus, & Univerſitatibus conceſſerunt, ne ſubiiciantur eorum Rectoribus.*

7 *Hac Bulla Pii II. revocantur exemptiones, & ſubiiciuntur eorum Generalibus, & Superioribus Regularibus,*

8 *Ex Tridentino Regulares extra Clauſtra degentes cauſa Studiorum, ſubiiciuntur Epiſcopis.*

Quod intelligitur ſi pernoctaverint extra Clauſtra, ibid.

9 *Contra Regulares degentes in Clauſtris, vel extra, & delinquentes extra illa, quomodo procedatur?*

10 *Statuitur in cap. 2. ne Clerici, vel Monachi pœna Excommunicationis ipſo facto, contra Regulares Studentes extra Clauſtra ſine licentia, & habitu; vel eos docentes.*

Quod procedit etiam, quoad ſtudia licita Regularibus, ibid.

Quid in commorantibus in Clauſtris, & de die accedentibus ad Univerſitatem Studiorum? ibid.

Ac requiritur acceſſus ad Studium, pro pœna incurrenda, ibid.

11 *Pœna contra Regulares accedentes ad ſtudia prohibita.*

12 *Licentia Prælati Regularis Localis, debet eſſe cum conſilio Capituli Conventualis, & an teneatur Prælatus illud ſequi?*

Dicta licentia ſpectat ad Provincialem, ſeu Generalem, juxta Religionum varias Conſtitutiones, ibid.

Et in hoc caſu non requiritur conſilium Capituli, ibid.

Non debent dari à Superioribus Regularibus, ibidem.

13 *Non ſolent hujuſmodi licentiæ concedi per Sac. Congregationes Regularibus commorandi extra Clauſtra, pro ſtudiis etiam licitis.*

Cum id in præſenti non ſit neceſſarium ex eo, quod Regularibus incumbit habere ſtudia pro ipſis intra Clauſtra, ibid.

14 *Sacrum Concilium Tridentinum, & alia Conſtitutiones Apoſtolicæ demandarunt ſtudia inter Regulares.*

1 QUàm deceat Religioſam vitam profitentes, ſalva quidem ſanctitate, & pietate ſectanda, etiam in ſtudia incumbere, ne ad munera, quæ exercere debent in vita eorum activa, minis digni reperiantur, & ut omnibus, qui in domo ſunt luceant doctrina, *cap. niſi cum pridem de renunciat.* teſtantur quidem tot Viri illuſtres ex Regularibus Cœnobiis, qui inſignes elucubrationes typis impreſſas, Reipublicæ litterariæ ingenti emolumento, poſteritati demandarunt, fideique munimina fuerunt in Scholis, Academiis, & Conci-
2 liis; quodque nedum experientia docuit circa Mendicantes, quibus vita activa quoque incumbit, ſed etiam quoad Monachos ipſos vitam contemplativam ſectantes. Quam antiquam, ac rationabilem ſtudiorum Monaſticorum diſciplinam ſummoperè illuſtravit tractatus editus à Patre Joanne Mabillonio, Monacho Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Sancti Mauri in Gallia, in notæ eruditionis volumine de *Studiis Monaſticis*; occaſione cujus editionis evenere acres literariæ concertationes inter ipſum Auctorem, & Abbatem M. de Trappa ex ſtrictiori Obſervantia Ciſtercienſi, qui Studia Monachorum improbavit contra dicta per præfatum Mabillonium; unde ſucceſſere utriuſque ad rem reſponſiones. Qui Mabillonii tractatus Idiomate Gallico primùm editus, deindè fuit translatus in Italicum, quoad poſtremas partes, per Patrem Magiſtrum Nicolaum Hieronymum Ceppi, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, ſub Titulo: *Scuola Mabilloniana* in Urbe anno 1701. in Latinum per Patrem Udalricum Straudigl Ordinis Sancti Benedicti Campoduni in Urbe Keptenſi apud Suevos anno 1702. & per Patrem domino Joſephum Porta Caſſinenſem Venetiis: & ex eodem Tractatu dubia Hiſtorica promulgavit Dominus Hermanus SchenK, Sangallenſis Bibliothecæ Præfectus in Germania: prout quoque ad eumdem Tractatum animadverſiones Mabillonii reſponſivæ ad Abbatem de Trappa Pariſiis editæ fuere anno 1692. & 1693. Opus iſtud de Studiis Monaſticis in tres partes dividitur; prima enim comprobat, Studia literarum non ſolùm ſtatui Monaſtico non eſſe repugnantia, aut Monachis interdicta, ſed etiam neceſſaria pro tuenda diſciplina, ut ſine iis vix iſta ſtare valeat; quod comprobatur ex Sancti Benedicti Regula, & ex ejuſdem Alumnis, qui ingenti numero doctrina, ac librorum editione floruerunt, tùm etiam ex locupletiſſimis Bibliothecis Monaſteriorum, quæ utique fruſtraneæ fuiſſent, ſi Monachi Studiis non vacaſſent; ac demùm ex traditione antiqua hujuſmodi Studiorum uſus apud Monachos. Secunda pars expendit, ea omnia Studiorum genera Monachos decere, quæ Viris Eccleſiaſticis licent; ac explicat, quæ Studia conveniant; pro iiſque præſcribit modum, ac ſubſidia ea benè aſſequendi. In tertia demùm parte docet, quem quiſque ſibi in Studiis proponere debet finem, aſſequendi nempè veritatis notitiam, cum charitate, ac Monaſticorum Officiorum obſervantia conjunctam; addens ſeriem difficultatum, quæ in lectione Conciliorum, Patrum, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ occurrere poſſunt, ordine ſæculorum diſtributam; ſubditque tandem Cathalogum ſelectiorum librorum, quibus Monaſtica, & Eccleſiaſtica Bibliotheca inſtrui valet.

Contradixit, ut innui, hujuſmodi per Mabillonium aſſerto Monaſticorum Studiorum uſui, dictus Abbas de Trappa, Vir quidem etiam doctrina clarus ob opera edita; aſſeritque turbari Monaſteria, ſanctiorem diſciplinam, & pietatem enervari, aſſiduis illis concertationibus, & Studiis, Monachorum intumeſcere animos: Sciencia enim inflat. Sed quid inde? Detrectari non debet utriuſque Viri præclariſſimi ſententia, cum recepta debito moderamine utraque vera appareat, Non enim Mabillonius omnia Studia, nec omnibus Monachis neceſſaria fuiſſe judicavit, ut eum ſenſiſſe viſum fuerat Abbati de Trappa, qui ſic loquentem eum induxit in ejus reſponſione; *Opera pretium eſt Monachos omnes Sacra Theologia, ac ſcientia Eccleſiaſtica arcana ſcrutari, rebus Hiſtoria recondisioribus, Sacris Conciliorum Canonibus ſedulò ſtudere, Patrum intelligere, Doctorumque ſententias; illorum denique opera percurrere.* Nam ipſum Mabillonium in *epiſt. ad Juniores Congregationis S. Mauri Alumnos*, in fronte dicti Operis de Studiis Monaſticis, *relat. apud Theodoricum Ruinart in Vita Mabillonii, pagina* 99. ita ſcripſiſſe liquet: *Neque enim à recenſendis iis, quæ Monachos, ac Viros quoque Eccleſiaſticos decent, ſtudiis, ſcientiiſque abſtinere potui; quamvis nullatenus dubitem, quin id conſilii eos in primis moveat, qui ſingulis indiſcriminatim Monachis æque propoſitum autumabunt. Verùm mihi longe alia mens: perſuaſum quippè mihi eſt, ut pauci reperiuntur altioribus Studiis pares Monachi, ita pauciores occurrere, qui ad ea capeſſenda à Deo deſtinentur. Fuit igitur opera pretium, varias in præſenti tractatu pro variorum captu in medium proferre ſcientias, quo quiſque ſuam, ingeniique viribus magis accommodatam eligeret; eidemque operam daret, Cæterum*, inquit, *Superiorum officium eſt, ſubjectos ſibi Monachos ad ea potiſſimum capeſſenda Studia invitare, quæ cum illorum ingeniis ſunt magis congrua, tum etiam Eccleſiæ, aut quam profitentur vitæ Monaſticæ magis opportuna. Quod ſi ſigillatim de ſcientiis diſſerens, multifarios ſuper ipſarum qualibet libros perlegendos propo-*

nam;

Digitized by Google

nam; non eſt quod indè velim, ad eorum omnium lectionem quoslibet indiſcriminatim cogere, ſed variis dumtaxat indulgere ſingulorum ingeniis, qui ex multigenis, quos propono, libris, eos de Præpoſitorum, vel alterius prudentis, doctique Viri conſilio, ſibi eligere poterunt, qui ſibi utiliores, captuique accommodatiores videbuntur. Hæc interim ſufficiant pro mei manifeſtatione conſilii, præſentiſque operis propoſito.

Neque id unquam, Fratres, cogitavi, ut Cœnobia noſtra transformarem in Academica Scientiarum omnium Lycea. Enimverò cum Apoſtolus non de alia ſanè, quàm de Chriſti, & quidem Crucifixi ſcientia gloriari ſe dixerit, haud alia pariter ſit oportet gloriatio noſtra, metaque ſtudiorum noſtrorum. Hæc igitur à nobis ſic exercenda ſunt, quatenus in nobis ipſis, quin etiam, & in aliis reformemus quantum poſſumus novum illum hominem, cujus exemplar in ſemetipſo expreſſit Salvator Noſter: & ſi qua fuerit ſcientia, quæ ad hunc ſcopum non rectà collineet, ea certè in nobis plus detrimenti pariet, quàm emolumenti. Una Chriſti charitas ſtudia noſtra rectè dirigere valet, illumque animi tumorem reprimere, quo ſpeculabilium ſcientiarum profeſſores ut plurimum laborant, ubi per ipſas cæteris eminere contendunt, vanaque glorioſa cupiditate incenſi ab hominibus ſciri volunt.

In hunc, pergit Mabillonius, *ſcopulum non impingetis, Fratres chariſſimi, ſi cum Doctore Mellifluo, voſmetipſos frequens ſic alloquamini:* Malo ſine illa, quæ inflat, quam abſque illa, quæ ædificat, inveniri: *ſi ſingulæ cogitationes veſtræ, ſi omnes Studiorum conatus ad clariorem Dei, divinarumque perfectionum notitiam, & mundanæ gloriæ contemptum collineent. Ut enim ex Apoſtolo, quæ ſine charitate eſt ſcientia inflat, ita quæ charitate animatur, aſſequendæ humilitati, aliiſque virtutibus plurimum confert. Si igitur, quas Studio, ac labore comparatis, divinarum, humanarumque rerum notitia, hunc in vobis fructum non referant, Studiis nuntium penitùs remittere, quam mortifero ſcientiarum veneno infici, aut quem incautis plerumque pariunt ſuperbiæ tumore inflari, longè ſatius eſt.*

3 Hoc igitur temperamento ſana videtur doctrina Mabillonii, nec diſciplinam ab Abbate de Trappa comprobatam, ac ſuis ſodalibus traditam labefactat; quia non decet, ut ſenſus erat ejuſdem Mabillonii, quòd neglectis vitæ Monaſticæ Officiis, Monachi totum Studiis animum intenderent; ſed conjungi quodam fœdere, ac nexu docuit; nec Studiorum cauſa, quemquam Congregationis Monachum, Superiorum licèt juſſu, magni momenti operibus intentum, à labore manuum immunem voluit, ac ſuo exemplo pro viribus comprobavit; dum ſæpè ab omni Studio expeditus, labori manuum, ac Tyronum vilibus muniis addictus, ſibi ſoli intentus, in Probationis Domum ſecedebat; ut recenſet citatus Ruinart *fol.* 102.

4 Studiorum etenim proſecutio apud Regulares, & Monachos videtur in Conciliis antiquioribus, & in Jure Canonico permiſſa, imò & injuncta, ut de Scholis apud Monachos, & Canonicos Regulares retulit Thomaſſinus *de vet. & nova Eccleſ. diſciplina par. 2. lib. 1. cap. 102. num. 8.* ubi refertur, *in Concilio Rhemenſi anno* 1131. *can. 6.* prohibitum fuiſſe primùm Monachis S. Benedicti, & Canonicis Regularibus S. Auguſtini, ne poſſent adire Scholas publicas Legum, & Medicinæ, uti ſcientias à propoſito eorum alienas; & ſic permiſſa ſupponuntur aliarum ſcientiarum convenientium Studia. Itidem in *Conſilio Lateranenſi ſecundo*, in *Turonenſi anno* 1163. & in *Pariſienſi anno* 1212. ubi additum fuit, ne quis exeat à Clauſtris cauſa eundi ad Scholas, ſed in Clauſtro, ſi voluerit, addiſcat. Hinc in *Concilio Moguntino* relato *in cap. primo, ne Clerici, vel Monachi* enumerantur ſæcularia negotia, quæ prohibentur Monachis, interque ea non ponitur Studium. In *Concilio Turonenſi ſub Alexandro III.* relato in *cap. 3. eodem tit.* prohibetur acceſſus Regularium, & Monachorum ad Studia Legis, & Phyſicæ, & Mundana: ergo alia permittuntur Studia. Et Honorius Papa III. *in cap. ſuper ſpecula eodem titulo*, punit Religioſos audientes Leges, & Phyſicam, non autem alia Studia Eccleſiaſtica permiſſa. Et Bonifacius VIII. *in capitulo, ut periculoſa, eodem titulo ne Clerici, vel Monachi in 6.* excommunicationis mucrone punit Religioſos, ad Studia accedentes ſine licentia proprii Prælati, vel ſine habitu. Clemens V. *in Concilio Viennenſi relato in Clem. ne in agro §. ad ampliationem* ſtatuit; ut in quolibet Cœnobio Monachorum adſint Magiſtri pro docendis Monachis. Sacrum itidem *Concilium Tridentinum* Studia permittit, imò injungit ea Regularibus, uti ſibi congruentia; *ſeſſ.* enim 25. *de Regularibus cap. 4.* voluit, ut Regulares, quicumque ſint, degentes apud Studia generalia, habitent intra Clauſtra; aliàs contra eos per Ordinarios procedi: *& ſeſſ. 5. cap. 1. de reformat.* ſtatuit, ut in quibuſcumque Monaſteriis Monachorum, ubi commodè fieri queat, lectio Sacræ Scripturæ habeatur; qua in re ſi Abbates negligentes fuerint, Epiſcopi Locorum in hoc, ut Sedis Apoſtolicæ delegati, ad id eos opportunis remediis compellant: in Conventibus verò aliorum Regularium, in quibus Studia commodè vigere poſſunt, Sacræ Scripturæ lectio ſimiliter habeatur. Decet itaque, 5
ac opus eſt, ut Regulares, & Monachi in Sacra præſertim Studia incumbant, ut optimè ait Honorius Papa III. *in cit. cap. ſuper ſpecula* ibi: *Quia verò Theologiæ Studium cupimus ampliari, ut dilatato ſui tentorii loco, funiculos ſuos faciat longiores, ut ſit Fides Catholica circumcincta muro inexpugnabili Bellatorum, quibus reſiſtere valeat aſcendentibus ex adverſo;* ubi *gloſ. ver. Bellatorum: qui poſſint ſcilicet Hæreticis reſiſtere auctoritate divinæ Scripturæ, qui contra nos ſurgunt.* Certè enim cum antiquitùs Monachis prohibitæ eſſent functiones Sacerdotales, imò etiam Ordines; ſed ſucceſſivè pro utilitate Populorum in prædicando, aliaque Sacerdotalia munia peragendo, iis Ordines, & Sacerdotalia munere fuerint tributa; ut dixit *tom. 1. pag. 327. numer. 16.* neceſſaria propterea ratione ad ea exercenda, Studiis præmuniri eos opus fuit. Hinc disertè, juxtà morem, Clemens Papa XI. ſcribens præfato Mabillonio Præfecto Studiorum Congregationis S. Mauri, ait; *Diutiùs præterire ſilentio non poſſumus, quantopere Nobis acceptum, probatumque ſit Studium, quod Congregatio tua SS. Eccleſiæ Patrum Operibus recenſendis, iiſque nitidiori cultu publicam in lucem proferendi impendit. Quod quidem Studium, & profeſſione, virtuteque veſtra maximè dignum duximus, &c. Quamobrem Te, Monachoſque tuos in Domino hortamur, ut in egregio hoc inſtituto, ſtrenuè diligenterque pergatis:* ut ex *Brevi dicti Pontificis ſub die 19. Aprilis 1706.* apud *cit. Ruinart, pag.* 109. Et optimè etiam eidem Mabillonio ſcripſerat æquè pius, ac eruditus *Cardinalis de Aghirre ſub die 22. Januarii 1692. relat.* apud *citat. Ruinart, pag.* 111. *Certè in hac parte, ſive defenſione Studiorum Monaſtici Ordinis, rationes tuæ, probationes, & documenta ex tota ferè antiquitate Chriſtiana deſumpta, videntur planè rem extra controverſiam ponere. Si nulla utilitas, nullum meritum, nihil denique laudabile eſt in ſtudiis, & exercitiis literariis Monachorum; væ majoribus noſtris, qui tot ſæculis à tempore Patriarchæ Benedicti in iis laborarunt; væ tibi, tuique ſimilibus in Congregatione Sancti Mauri; væ, & mihi, aliiſque meorum Fratrum in Hiſpania, & alibi ferè. Profectò miſerabiliores ſumus aliis hominibus, ſi tota nocte laborantes nihil capimus: atqui loquendo de iis, qui pietatem in primis colunt, ac ſubindè litteraria Studia debito modo, ac tempore in eum ſcopum dirigunt, immanè paradoxon, & minimè tolerandum erit, ſi ab illo Scriptore, aut quoquam alio damnentur. Melius certè, ac rationabilius invehi potuiſſet adverſus quoslibet præſertim Monachos, præpoſtero fine, modo, ac via Studentes, aut plus ſapere appetentes, quàm oportet ſapere: nimirum ex his capitibus peccatur frequentiſſimè ab iis etiam, qui Monaſticam vitam profeſſi, plus juſto,*

atque incongruo modo exercitationibus literariis ſe dedunt, non tam in Dei obſequium, utilitatem publicam, & privatam laborantes, quàm ob curioſitatem, ambitionem, aut illiberalem quæſtum; quin & ſepè non ſolum in Scholis publicis, ſed etiam privatis Monaſteriorum magna temporis pars inſumitur, jactura irreparabili in quæſtionibus prorſus inutilibus, ſimilibus aranearum telis, in quibus nihil eſt præter Scholaſticam quamdam ſubtilitatem. Imò proſequitur idem Cardinalis: *Id mihi etiam contigiſſe pro more ſæculi, qui etiam in Religioſos Viros, & Clauſtra Monaſtica irrepſit, fateor non abſque cordis mei mærore: multa dictavi, ſcripſi, & typis mandavi parum utilia, quamvis plurima alia ejuſdem generis reſecaverim. Quæcumque de cætero edere contigerit, abſque ea labe ſanè prodibunt: quin etiam ante jam edita, ſi recudenda erunt, ab ejuſmodi quiſquiliis libera erunt, quantum mihi licuerit. Neque enim omnia illa, quæ primo aſpectu talia videntur, reſecari penitùs debent, cum multa eorum deſerviant ad exercitationem congruam ingeniorum; & viam aperiant, mentemque exacuant ad graviores alias quæſtiones penitius intelligendas, & explanandas. Laudandus itaque eſſet Scriptor ille, ſi dumtaxat adverſus hoc ſtudendi, ac ſcribendi cacoethes, præſertim in Monachos calamum ſtrinxiſſet; atque ea in re me conſentientem, ac laudatorem inveniret. Deſerviunt tamen illius ſcripta, & obſervationes circa eam rem, ut Monachi omnes Sancti Patris Benedicti, memores inſtituti noſtri potiores curas, majoremque temporis partem impendant in Exercitiis Spiritualibus, & Sacris, in regula præſcriptis: Studiis verò literarum dumtaxat quantum, & quatenus conferunt, aut conferre queunt ad pietatem, perfectionem Chriſtianam, Religioſam, Monachalem, & tandem ad perfectam charitatem erga Deum, & proximum. Sed quid ego immoror in iis explicandis, quæ uberrimè à te inſigni eruditione in hoc libro explanata ſunt, & erunt; quin & à Congregatione tua obſervantiſſima pariter, & doctiſſima, uſu ipſo, ac vivido exemplo demonſtrantur?*

Juſta ſiquidem ſicut fuit permiſſio Studiorum Sacrorum Monachis, & Regularibus, ita conſona extitit prohibitio profanorum. Hinc vetita fuerunt iis, ac Clericis, Medicinæ, ac Civilis Juris Studia; ut ſupra dixi ex *cit. Canonicis Textibus*, & latè explicavi hujuſmodi prohibitionem *tom.* 4. *Conſtit.* 2. Boniſac. IX. *pag.* 365. & *ſeqq.* Et quatenùs Studium etiam Juris conveniat Theologis, nec ſint de eo redarguendi, vide P. Gobat. Societatis Jeſu *tract.* 2. *vind. Theol. pag.* 19. & *ſeqq.* ubi Theologi in hoc adverſus nonnullos Juriſconſultos defenduntur, præſertim contra Michaelem Ferro Manriquez *Jureconſultum Hiſpanum quæſt. Moral. & Vicarial.*

6 Quare mirum non eſt, ſi talis Studiorum incumbentia apud Regulares ſupponi debeat, quoad ſcientias Sacras, aliaſque non prohibitas, cum varia reperiantur indulta, & privilegia per Summos Pontifices conceſſa Regularibus Studentibus in ipſis Studiis Generalibus, & Univerſitatibus, ad quas accedere contingebat; itaut Rectores Studiorum, uti Judices, in Regulares Scholares animadvertere deberent, ſi deliquiſſent; ut plura hujuſmodi privilegia refert Mendo *de Academ. lib.* 3. *quæſt.* 1. & 2. atque proceſſiſſe addit privilegia in cognitionibus Cauſarum, tam Civilium, quàm Criminalium; & latè proſequitur idem Mendo *lib.* 1. *quæſt.* 12. *numer.* 470. & *lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 115. & *lib.* 4. *quæſt.* 3. §. 2. ubi plura adducit privilegia, ut Regulares Scholares ſubdantur Rectoribus Studiorum. Bordon. *de Stud. quæſt.* 52. Quod tamen privilegium tùm conſuetudine, tùm aliis diplomatibus revocatum notat Excobar. *de Pontific. & Reg. poteſt. cap.* 40.

7 Verùm cum humana fragilitas ſit ſemper ad malum prona; ſicque, quod pro majori in Studiis fervore ex privilegio conceſſum fuerat, in Religionis, & morum detrimentum evenit; cum nonnulli ſtatus Regularis immemores à ſuo inſtituto deviantes, in vitiorum exceſſus prolapſiſſent; & ut ait Pius *in exordio hujus Conſtit: Antiquus hoſtis eò ſollicitus ſuſcitare Religioſorum exceſſus eſt, quo eorum vita meritoria ardentius æmulatur; tantoque magis deteſtari debent, quantò in illis majora ſcandala in mentibus Fidelium oriuntur:* ideòque remedium opportunum duxit, Studentes Regulares Mendicantes in omnibus, eorum Generalibus ſubiicere, revocando quæcumque privilegia conceſſa Univerſitatibus Studiorum, vel ipſis Regularibus, ut Rectoribus earum eſſent ſubjecti. Similiterque providit, quoad Baccalaureos, Rectores, alioſque Officiales Studiorum Regulares, ut propriis Superioribus ſubderentur, ſub pœna excommunicationis contra refractarios lata, ut exprimitur in hac *Conſtitut. edita in Urbe die* 17. *Septembris* 1458. Et aliæ Conſtitutiones idipſum diſponentes emanarunt pro aliis Religionibus; ut illa Martini V. pro Ordine Prædicatorum *in Monumen. d. Ordinis fol.* 29. alia Innoc. VIII. ut refert Mendo *cit. lib.* 3. *quæſt.* 3. §. 3. *num.* 84. in quibus derogatur omni Juri dictorum privilegiorum, etiam Apoſtolicorum; itaut debeant puniri Scholares à propriis Superioribus Regularibus. Quam Conſtitutionem Innocentii, prout iſtam, extendi ad omnes Mendicantes dixerunt Rodriquez *tom.* 2. *quæſt. Regul. quæſt.* 2. *art.* 9. & priùs *tom.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 18. Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 35. *differ.* 4. Mend. *cit. lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 84.

8 Sacrum etiam Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. ut ſupra innui, ſtatuit, quòd illi Regulares, qui Studiorum Cauſa ad Univerſitates mittuntur, in Conventibus habitent; alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur: prout etiam hac eadem methodo generaliter fuit conceſſum Ordinariis, ut procedant tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, contra Regulares exiſtentes extra Clauſtra, & delinquentes, *ſeſſ.* 6. *cap.* 3. *de reform.* & quatenùs degant in Clauſtris, quòd Epiſcopi Ordinarii præfigant terminum Superioribus Regularibus, ut delinquentes puniant, ac de punitione Ordinarium certiorent; qua non facta Ordinarius procedat, *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. In quibus omnibus, diſpoſitis in dictis Capitibus, imò in tota *ſeſſ.* per Concilium derogatur omnibus, & quibuſcumque privilegiis Regularium in ampliſſima forma *eadem ſeſſ. cap. ult.* de quibus punitionibus etiam alibi dicam.

9 Ex contextu hujus Conſtitutionis ſupponitur, quòd Regulares ſolùm de licentia ſuorum Superiorum Regularium accedere valeant ad Univerſitates pro Studiis, ut ex hac *Bulla* §. 1. notat *ibid.* Cherub. *Schol.* 1. & in *cap. ut periculoſa* 2. *ne Cleric. vel Monach. in* 6. ſtatutum fuit, Regulares ad Studia Univerſitatum non accedere, niſi Regulari retento habitu, & cum 10
licentia ſui Prælati Regularis, ac cum conſilio proprii Conventus Alumnorum, vel majoris partis, ſub pœna excommunicationis ipſo facto, tam contra Scholares, quàm Magiſtros Regulares ſine habitu ſcienter docere audentes. Barboſ. *citat. cap.* 2. Peyr. *de Relig. ſubdito tom.* 1. *cap.* 26. §. 1. idem Barboſ. *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 50. *num.* 210. Sanchez *in præcept. Decal. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 37. & *ſeqq.* & *num.* 75. & *ſeqq.* Azor. *inſtit. Moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 6. *quæſt.* 6. & *cap.* 13. *quæſt.* 16. Bonac. *de Cenſur. extra Bullam diſp.* 2. *pun.* 32. & *quæſt.* 8. *pun.* 6. Quod procedit etiam in ſtudiis Regularibus non prohibitis, ut humanitatis, Theologiæ, & Philoſophiæ. Barboſ. *ibidem nu.* 10. Sanchez *in Decal. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 73. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 38. §. 14. P. Theſaur. *de pœn. part.* 2. *cap.* 1. *ver. ad Studia, verſ. amplia.* Sed non habet locum dicta pœna, & Textus diſpoſitio, contra Regulares ad Studia progredientes, ſed commorantes in Clauſtris, qui de die tantùm accederent ad Univerſitatem. Suarez *de Cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 4. *num.* 35. Theſaur. *cit. verſ. limita.* Et requiritur pro incurſu in dictam Cenſuram acceſſus ad Scholas ſaltem prima vice; licèt diſceſſerit à Monaſterio pro adeundo Studio, & non adiverit. Theſaur. *cit. verſ. limita* 2.

11 Si autem Regulares acceſſerint ad Studia prohibita, nempè Medicinæ, & Legum, niſi intra duos menſes ad

Clau-

Digitized by Google

Clauſtra redierint, puniuntur excommunicatione ipſo facto inflicta *in cap. non magnoperè ne Clerici, vel Monach. ex Concilio Lateranenſi ſub Alex. III.& cap. ſuper ſpecula Honorii III. eodem tit.* haberque locum pœna à die quo completur tempus duorum menſium poſt exitum à Clauſtris, Theſaur. *cit. cap.* 2. ubi latè in quibus caſibus præſens diſpoſitio, & Cenſuræ procedant. Et dixi *cit. Conſt.* 2. Boniſac. IX. *n.* 7.

12 Licentia rursùs requiſita *in cit. cap. 2. ne Cleric. vel Monach. in* 6. ut extra Clauſtra Regulares vacent Studiis, debet eſſe Prælati Regularis cum conſilio Capituli Monaſterii; quod teneri ſequi docuit Navar. *in Manual. cap.* 27. *numer.* 133. contrarium aſſerente Sanchez *cit. cap. numer.* 3. & 5. Cherub. *cit. Schol.* 1. Sed videtur non teneri ſequi, ſi adſit probabilis cauſa non ſequendi; ſed potiùs Religioſus poterit reclamare ad Superiores Ordinis, ſi ſit ex exemptis, vel ad Epiſcopum, ſi non fuerit ex exemptis. Si tamen agatur de Religione, in qua licentia commorandi extra Clauſtra ſpectet ad Provincialem, vel Generalem, & non ad Superiorem Localem, tunc non requiritur conſilium Capituli. Theſaur. *cit. cap.* 1. *verſ.*
13 *limita* 3. quæ licentiæ non poſſunt hodiè dari, niſi per aliquod breve tempus à Superioribus Regularibus commorandi extra Clauſtra: nec illis ſolent dari per Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, aut Concilii, licentiæ accedendi ad Studia Univerſitatum extra Clauſtra, etiam licita, & per-
14 miſſa; cum in omnibus Religionibus adſint Studia. Et Sac. Conc. Trid. *cit. ſeſſ.* 5. *Cap.* 1. voluit hujuſmodi Studia in Religionibus, ut dixi; ac plures etiam Conſtitutiones Apoſtolicæ id demandarunt; & refert Paſſerin. *de ſtat. hom. quæſt.* 187. *art.* 1. *numer.* 1127. & *ſeqq.* & in Clement. *ne in agro* §. *ad amplıationem de ſtat. Monach.* cavetur, ut in Monaſteriis habeantur Magiſtri pro Monachis docendis.

CONSTITUTIO III.

PII SECUNDI.

Incipiens (*Triumphans.*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS &c.

Erigit Eccleſiam Epiſcopalem Senenſem in Eccleſiam Metropolitanam; ejuſque Archiepiſcopo Suffraganeos aſſignat; ac Pallio uti, aliiſque inſignibus, & Juribus Archiepiſcopalibus, concedit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Ad Romanum Pontificem pertinet Provinciarum fines aſſignare, & Eccleſias majoribus cumulare prærogativis.*
Ac Epiſcopales exemptas, & ſibi immediatè ſubiectas declarare, ibid.
2 *Pius II. Eccleſiam Senarum ab Epiſcopali in Archiepiſcopalem Sedem erexit.*
3 *Civitatis Senarum qualitates deſcribuntur, ac prærogativa.*
Tria Loca in Orbe, Senæ nomine nuncupata, celeberrima, ibid.
4 *Eccleſia Dei, pro recte ejus gubernio plures agnoſcit Prelatos, Patriarchas nempe Archiepiſcopos, & Epiſcopos; qui omnes ſubduntur Summo Romano Pontifici.*

Solus Romanus Pontifex Univerſalis Eccleſiæ Epiſcopus eſt; & Apoſtolicus nuncupatur, ibid.
Primatus Summi Pontificis Romani in Eccleſia comprobatur, ibidem, & n. ſeq.
5 *Conſtituto Summo Pontifice Capite totius Eccleſiæ, ei conſequenter tradita fuit poteſtas conſtituendi Miniſtros; & diſtribuendi Dignitates Eccleſiaſticas.*
6 *Divino conſilio omnes Apoſtoli parem Ordinis poteſtatem acceperunt.*
Poſtea, ut occurreretur diſſidiis, uni Petro, ejuſque Succeſſoribus plenitudo Juriſdictionis conceſſa fuit; qua Sacerdotale Imperium, & Juriſdictionem in certos divideret Epiſcopatus, ibid.
7 *In primitiva Eccleſia auctoritate Summi Pontificis diviſa fuerunt Eccleſiaſtica Provinciæ, ac Diœceſes, & ſucceſſivis temporibus alia inſtituta.*
8 *Patriarcharum Dignitatis inſtitutio, qua fuit? ubi de Exarchorum, Primatum, Archiepiſcoporum, ac denique Epiſcoporum exordio.*
De ſubordinatione omnium eorum Romano Pontifici, ibid.
9 *Archiepiſcopi conſtituti fuerunt in certis Urbibus, ut eſſent capita Epiſcoporum Provinciæ.*
10 *Ad Sedem Apoſtolicam, & Summum Pontificem pertinet rerum ſumma auctoritas, & plenaria poteſtas, ac Sedum Archiepiſcopalium erectio.*
11 *Quod, licèt ſibi arrogaſſent aliquando Imperatores, fuit tamen hoc à Conciliis, & Summis Pontificibus improbatum.*
Ad Eccleſiaſticam poteſtatem ſolùm pertinet, & non Laicalem, rerum Eccleſiaſticarum diſpoſitio, ibid.
12 *Explicatur* Canon. 17. *Concil. Chalcedonenſis.*
13 *In Occidente nunquam per Imperatores uſurpata fuit poteſtas erigendi Eccleſiaſticas Provincias, ac novas Metropoles creandi.*
Concluditur, ad ſolum Summum Pontificem talem poteſtatem pertinere, ibid.
14 *Quamplurima exempla referuntur, quibus liquet, Summum Pontificem, nedum Eccleſias Metropolitanas, ubi non aderant Epiſcopi, ſed etiam Epiſcopales Sedes in Archiepiſcopales inſtituiſſe.*
15 *Pontifices uti debent iſta facultate, recta ratione ducti; & quibus rationabilibus cauſis concurrentibus?*
16 *Quæ ſint iſtæ rationabiles cauſæ, recenſentur.*
17 *Summi Pontifices, cauſis non concurrentibus, reſciſſerunt erectiones jam factas.*
Quo diſcrimine procedi ſoleat in hac re, ſi fiat diſmembratio ab aliqua Eccleſia, vel non? ibid.
18 *Papa, vel erigit motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, & tunc non requiritur cauſa judicialis, aut conſenſus eorum, quorum jus læditur.*
Quæ Papæ voluntas habet executionem abſque miniſterio executoris, & abſque juſtificatione literarum Apoſtolicarum, ſed ſufficit decretum Conſiſtoriale, ibid.
19 *S. Papa non procedat motu proprio, ſolet remittere inſtantiam ad Sac. Congregationem Conſiſtorialem. Et quæ tunc requirantur?*
Congregatio Conſiſtorialis, auditis omnibus profert votum affirmativum, vel negativum, à Summo Pontifice poſtea approbandum, ibid.
Ac fit decretum à Papa in Conſiſtorio Cardinalium, ibid.
Sed ſi literæ expediantur in forma Commiſſaria debent exequi ab Executore verificatis verificandis, ibid.
20 *Aliquoties in una Provincia materiali ſunt duæ Metropolitanæ Eccleſiæ conſtitutæ.*
Si agatur de conſtituenda Eccleſia in una eademque Provincia materiali, requiritur major cauſa, ibid.
Si verò agatur de erigenda Eccleſia Archiepiſcopali in loco nulli ſubjecto facilius proceditur, ibid.
21 *In his erectionibus aſſenſus Principis Laici non eſt ne-*

Digitized by Google

eſt neceſſarius, ſed audiri poteſt, ſi rationabiles cauſas opponat.
Citari debet Patronus Eccleſiæ, ibid.
Principum preces attendi ſolent, ibid.

22 An pro conſtituenda Eccleſia Archiepiſcopali requiratur numerus duodenarius Suffraganeorum? & n. ſeqq.
Latè diſcutitur utrum ſufficiat minor numerus, & an conſtitui valeat Archiepiſcopus ſine Suffraganeis? ibid. & n. ſeqq.
Ubi de Archiepiſcopis Lancianenſi, & Roſſanenſi, & de aliis exemplis.

23 Dicti Archiepiſcopi ſine Suffraganeis non ſunt merè honorarii tales, ſed inſtituti à Papa tamquam veri Archiepiſcopi, cum vera Juriſdictione Archiepiſcopali.
Græci Archiepiſcopi honorarii tantùm, qui fuerunt? ibid.
Nunquam æquiparati fuere, nec aſſimilari poſſunt Archiepiſcopi inſtituti ſine Suffraganeis per Romanum Pontificem Græcis illis Archiepiſcopis honorariis, ibid.
A Papæ erectione vera qualitas Archiepiſcopalis, & Metropolitica infigitur Eccleſiæ erectæ ad dictas præeminentias, ibid.
Prælati inferiores exempti, & Nullius an debeant intervenire in Concilio Provinciali, & quem Metropolitanum eligere pro eo? ibid.

24 Archiepiſcopus habet juris aſſiſtentiam pro Juriſdictione in Provincia, probata tamen ſituatione Eccleſiæ Suffraganeæ in ejus Provincia, ac debet manuteneri, & n. ſeqq.
Archiepiſcopus, & Epiſcopus ſunt pares, quoad characterem, ibid.

25 Et qui actus faciant pro tali juris aſſiſtentia?

26 Ex actu negativo in facultativis, puta non viſitaſſe Archiepiſcopum Eccleſiam Suffraganeam, non inducitur poſſeſſio, aut non uſus contrarius juri Archiepiſcopali.

27 Quæ præſcriptio ſuffragetur Eccleſiæ Epiſcopali pro exemptione à jure Metropolitico?
Diſtinguuntur plures caſus, ibid.

28 Per Concilium Tridentinum, imminuta in aliquibus, confirmata, & aucta fuerunt præeminentia Archiepiſcoporum, & plures caſus enunciantur.
Agitur in ſequenti ſectione de Pallio, & Cruce Archiepiſcopali, quæ ſunt præcipua inſignia Archiepiſcoporum, ibid.

29 Addere fuit viſum opportunum votum auctoris editum in Sac. Congregatione Conſiſtoriali in cauſa erectionis Eccleſiæ Epiſcopalis Viennæ in Auſtria in Archiepiſcopalem.

30 Votum auctoris in dicta cauſa, & n. ſeqq.

31 Poteſtas Romani Pontificis in erigendis, dividendis, & ſupprimendis Eccleſiis Epiſcopalibus, ipſiſque elevandis in Metropolitanas, Primatiales, & Patriarchales innuitur.

32 Summus Pontifex in iis peragendis ſolet ſe movere ex æquis cauſis, & n. ſeqq.

33 Praxis, quæ ſervari ſolet in hac materia per Summos Pontifices, & n. ſeqq.

34 Varietas, quæ ſervatur, ſi Eccleſia erigenda in Archiepiſcopalem non ſit alicui Eccleſiæ Suffraganea.
Quo caſu, quæ requirantur, ut fiat erectio Eccleſiæ Epiſcopalis in Archiepiſcopalem, ibid.

35 Quid autem ſervetur, ſi Eccleſia erigenda ſit Suffraganea alicui Metropolitano, vel ſint aſſignandi Suffraganei alterius Metropolitani?
Diſtinguitur, ſi Papa procedat motu proprio, quòd non requiratur citatio prædictorum intereſſe habentium, ſecùs ſi procederet forma ordinaria.

36 Hujuſmodi Dignitates Eccleſiis fuiſſe conceſſas per Summos Pontifices ſæpè in iis Civitatibus, in quibus poteſtas Sæcularis fuerat adaucta, & n. ſeqq.

37 Diviſio Eccleſiarum, & Provinciarum antiquitùs quomodo facta fuerit?

38 Refertur Canon Concilii Chalcedonenſis, ut elevata Civitate auctoritate Imperiali, elevetur Eccleſia illius Civitatis.

39 Quod intelligendum, ut iſta elevatio fiat auctoritate Pontificia, & non quòd neceſſario ſubſequatur, ſed ut congruenter fiat.

40 Plura exempla circa hujuſmodi congruentes Eccleſiarum elevationes referuntur, & n. ſeqq.

41 Ubi de Eccleſia Conſtantinopolitana erecta uſque ad Patriarchalem ex ratione prædicta dominii temporalis, ibid.
Idem de Eccleſia Venetiarum, Urbini, Pariſienſi, Januenſi, Taurinenſi, aliiſque, ibid.
Ubi de Epiſcopatu Lucano, qui obtinuit Pallium, & Crucem Archiepiſcopalem à Romanis Pontificibus.

42 Merita Civitatis Viennæ, præſertim invicta conſtantia contra Turcas, quos ſubſtinuit, referuntur, & n. ſeqq.

43 Eccleſia Januenſis in Metropolitanam erecta ex meritis belli contra Infideles geſti.

44 Inſtantia Caroli VI. Imperatoris, & ejus merita pro concedenda Dignitate Archiepiſcopali illius Civitati Viennæ maximè faciunt, & n. ſeqq.

45 Imperator prædictus priùs vicit Turcas, & poſteà ſupplicavit pro hac gratia ad favorem ſuæ Civitatis Viennæ.
Secùs autem Fridericus Imperator, qui obtinuit à Papa erectionem Eccleſiæ Viennæ in Epiſcopalem, promiſſa expeditione contra Turcas, & promiſſa non ſervavit, ibid.

46 Recenſentur plures erectiones hujuſmodi Archiepiſcopalium Sedium ad ſupplicationem Principum locorum.
Ubi de Eccleſia Beneventana, Capuana, & aliis poſteà erectis ibid.

47 Concurrentibus in hac erectione pluribus cauſis, quæ ſingulatim fuerunt in aliis, majori ratione debet concedi gratia in præſenti.
Præcipuè, quia Eccleſia Viennæ non eſt ſubjecta alicui Metropolitano, prout Eccleſia Novoſtadii aſſignanda ei pro ſuffraganea, ibid.

48 Opus non eſt aſſignare Suffraganeos duodecim ſub Eccleſia Archiepiſcopali, imò etiam poteſt erigi ea ſine Suffraganeis.
Can. ſcitote 6. qu. 3. in praxi non ſervatur, ibid.

49 Non eſt attendenda oppoſitio Epiſcopi Paſſavienſis.
Ex qua ratione Paulus II. erexit Eccleſiam Viennæ in Epiſcopalem diſmembrando eam ab Eccleſia Paſſavienſi, ibid.

50 Nec hujuſmodi erectio importat injuriam Eccleſiæ Paſſavienſi, quia non eſt huic Suffraganea Eccleſia Viennæ.

51 Papa nullam injuriam facit, ſi utatur jure ſuo in promovendo aliquam Eccleſiam, etſi conſequenter promota obtineat majorem præeminentiam reſpectu alterius Eccleſiæ prius æqualis, imò majoris Dignitatis.

52 Erectio Eccleſiæ Collegiatæ importat præeminentiam in præjudicium aliarum Eccleſiarum.
Plures caſus enunciantur hujuſmodi erectionum Archiepiſcopatuum, non attento præjudicio præeminentiæ aliarum Eccleſiarum conſequenti, ibid.

53 Non debet dari dilatio pro reſolutione cauſæ, quia nullus adeſt contradictor legitimus.

54 Poſſunt eſſe in una Provincia duæ Metropoles.
Ubi de Provincia Salisburgenſi, & in qua Provincia dicatur Eccleſia Viennæ, ibid.

INter præclara munera, quæ Romano Pontifici incumbunt, illud quidem eſt, quod ipſius ſolùm ſit, Provinciarum fines aſſignare, ac Eccleſias majoribus cumulare prærogativis. Hinc D. Bernard. *ep.* 131. ait: *Plenitudo ſiquidem poteſtatis ſuper univerſas Orbis Eccleſias, ſingulari prærogativa, Apoſtolicæ Sedi donata eſt; qui igitur huic poteſtati reſiſtit, Dei Ordinationi reſiſtit. Poteſt, ſi utile judicaverit, novos ordinare* 1

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopatus, ubi hactenùs non fuerunt; poteſt eos, qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare.... pro ut ratio ſibi dictaverit; ita ut de Epiſcopis creare Archiepiſcopos liceat, & è converſo, ſi neceſſe viſum fuerit; Et in *Bibliotheca Ciſtercienſi ad tom.* 4. *pagina* 309. additur; *Poteſt facere ex certa, & rationabili cauſa, quòd in Regno, vel Regione, ubi ſunt Patriarcha, Primates, & Archiepiſcopi, non eſſet Primas, nec Archiepiſcopus, nec Patriarcha, ita quod omnes Epiſcopi, ſibi* (nempè
2 Papæ) *immediatè ſubeſſent*. Hac igitur poteſtate uſus Pius Papa II. animadvertens nobilitatem, & egregias qualitates Senenſis Civitatis, in cujus diſtrictu ipſe natales ſumpſerat, eam à Sede Epiſcopali, qua decorata fuerat, in Metropolitanam erexit, Archiepiſcopum ibi conſtituendo cum Pallio, aliiſque inſignibus, & prærogativis, ac juriſdictionibus, Archiepiſcopis competentibus, diſmembrata ea Eccleſia à Jure Metropolitico Romanæ Provinciæ, cui uti Epiſcopalis ſuberat, ac aſſignatis eidem Eccleſiæ Metropolitanæ Senenſi, Suffraganeis Epiſcopis, ac Diœceſibus, Suanenſi, Cluſina, & Groſſetana, priùs Romanæ Provinciæ; & etiam Epiſcopo Maſſano, jam Metropoli Piſanæ ſubjecto: idque egit Pius habita maturam conſideratione rationabilium cauſarum, cum S. R. E. Cardinalibus, eorumque conſilio, & aſſenſu, ac de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ, ut ex hac *Conſtitutione* edita in eadem Civitate Senarum *die* 22. *Aprilis* 1459. liquet.

3 Senarum Civitas, ultra qualitatem patrii ſoli ipſius Pii (quæ ſola maximum decus eidem addidit) quamplurimis prærogativis etiam inſignita erat, tùm ob ejus antiquitatem, cùm ob Bella præclarè geſta, ſtrenuoſque Milites, quos peperit: priùs enim Reſpublica, antiquitate clariſſima, altera Roma nuncupata, ob ædificiorum amplitudinem. In Hetruria ſita Cœlo clementiſſimo reperitur, arce inſtructiſſima munita; qua in Italiam Galli advenientes potiti fuerunt; ſed iis expulſis ab Imperatore Auſtriaco Carolo V. in poteſtatem Philippi II. ejus filii Regis Hiſpaniarum pervenit; qui reſervatis pro ſe aliquot Oppidis, & Caſtris, ora maritima poſitis, dictam Civitatem, cum Principatu, ſeu ejus Statu, conceſſit M. Coſmæ, ex Medicæorum familia Hetruriæ Duci. Tria quidem adeſſe, feruntur in Geographica tabula, ejuſdem ferè nominis loca celeberrima, nempè *Sitne*, *Sena*, & *Siena*. Prior inſignis, & clara eſt, quia ſub noſtræ æſtatis ſolſtitio poſita reperitur. Secunda, quia ſolſtitium hybernale indicat; ſicque extremas Zonæ torridæ oras tenet. Tertia demùm, de qua loquimur, in medio temperatè collocata extitit; fruiturque honore, matrem fuiſſe tot heroum ſanctitate præſtantium; inter quos Bernardinus, & Catharina; ac peperiſſe tot Pontifices; & inter hos Pium conditorem hujus Conſtitutionis. Ex eadem quoque Civitate Seminarium ferè prodiit S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum; ac demum in ea tam inſignis Academia linguæ Hetruſcæ inſtituta fuit, ingenti exterorum concurſu, & utilitate, adhuc exiſtens; ejuſque Eccleſia Epiſcopalis uſque à quarto ſæculo erecta reperitur. Et latè de ipſa Civitate, & Eccleſia Ughel. *Ital. Sac. tom.* 3. *pag.* 616. & meminit Gonzal. *in cap.* 1. *de Juram. Calum. & cap. Cauſam* 14. *de probat.* Quarum decretalium prima facit mentionem Epiſcopi Senenſis, & ſecunda directa fuit eidem Epiſcopo.

4 Eccleſia Dei pro recto ejus gubernio, ac fulgore plures quidem agnoſcit Prælatos eam gubernantes. Sunt enim in illa Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, ſeu Metropolitani nuncupati, ac Epiſcopi. Omnes enim jure quodam Monarchico, ſalubriter à Chriſto inſtituto, Summo Romano Pontifici ſubduntur. Solus enim Romanæ Sedis Pontifex Univerſalis Eccleſiæ Primas eſt, & Apoſtolicus, ut dixit *Concilium Rhemenſe Anno* 1040. apud Thomaſſin. *de vet. & nova diſcipl. ſeu de Benef. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 11. Et D. Bernardus *lib.* 2. *cap.* 9. *de Conſideratione* egregiè *de Romano Pontifice* ſcripſit.

Quis eſt Sacerdos Magnus? Summus Pontifex. Tu Princeps Epiſcoporum. Tu heres Apoſtolorum. Tu primatu Abel, gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, Dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, judicatu Samuel, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus. Tu es, cui Claves traditæ, cui Oves creditæ ſunt. Sunt quidem, & alii Cœli janitores, & gregum Paſtores: ſed tu tantò glorioſius, quantò & differentius utrumque præ cæteris nomen hæreditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos: Tibi univerſi crediti. uni unus. Nec modo Ovium, ſed & Paſtorum; Tu unus omnium Paſtor. Unde id probem quæris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum; ſic abſolutè, & indiſcretè, tota commiſſa ſunt Oves? Si me amas Petre, paſce Oves meas. Quas? Illius, vel illius Populos Civitatis, aut Regionis, aut certi Regni? Oves meas, inquit. Cui non planum, non deſignaſſe aliquas, ſed adſignaſſe omnes? Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil. Et fortè præſentes cæteri condiſcipuli erant, cum committens uni, unitatem omnibus commendaret in uno Grege, & uno Paſtore; ſecundùm illud: Una eſt Columba mea, formoſa mea, perfecta mea. Ubi unitas, ibi perfectio; Reliqui numeri perfectionem non habent; ſed diviſionem recedentes ab unitate. Indè eſt, quod alii ſinguli ſingulas ſortiti ſunt plebes, ſcientes Sacramentum. Denique Jacobus, qui videbatur Columna Eccleſiæ, una contentus eſt Hieroſolyma, Petro univerſitatem cedens. Pulchrè verò ibi poſitus eſt, ſuſcitare ſemen defuncti fratris, ubi occiſus eſt ille. Nam ille dictus eſt Frater Domini. Porrò cedente Domini Fratre, quis ſe alter ingerat Petri prærogativæ? Ergo juxta Canones tuos, alii in partem ſolicitudinis: Tu in plenitudinem poteſtatis vocatus es. Aliorum poteſtas certis arctatur limitibus, Tua extenditur, & in illos, qui poteſtatem ſuper alios acceperunt. Nonnè, ſi cauſa extiterit: tu Epiſcopo cœlum claudere, tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, etiam, & Satanæ tradere poteſ? Stat ergo inconcuſſum privilegium tuum Tibi, tàm in datis Clavibus, quàm in Ovibus commendatis. Accipe aliud, quod nihilominùs prærogativam confirmat tibi. Diſcipuli navigabant; & Dominus apparebat in littore: quodquè jucundius erat, in Corpore redivivo. Sciens Petrus, quia Dominus eſt, in mare ſe miſit, & ſic venit ad ipſum, aliis navigio pervenientibus. Quid iſtud? Neque ſignum ſingularis Pontificii Petri, per quod non navem unam, ut cæteri quique ſuam, ſed ſæculum ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare enim ſæculum eſt: Naves Eccleſiæ. Indè eſt, quòd altera vice inſtar Domini, gradiens ſuper aquas, unicum ſe Chriſti Vicarium deſignavit: qui non uni Populo, ſed cunctis præeſſe deberet. Siquidem aquæ multæ, populi multi. Ita, cum quiſque cæterorum habeat ſuam, Tibi una commiſſa eſt grandiſſima navis facta ex omnibus ipſa univerſalis Eccleſia, toto Orbe diffuſa. Et Gerſon. *tom.* 1. *pag.* 145. ait: *Plenitudo Poteſtatis Eccleſiæ, ſic propriè ſumpta, non poteſt eſſe de lege ordinaria, niſi in unico Summo Pontifice, alioquin Eccleſiaſticum Regimen non eſſet Monarchicum; &* alibi *idem* Gerſon. *pag.* 158. ibi: *Nullam aliam politiam inſtituit Chriſtus immutabiliter Monarchicam, & quodammodo Regalem, niſi Ec-*
cleſiam, &c. Proindeque conſtituto Capite totius Eccle- 5
ſiæ ſolo Pontifice Summo, ei meritò, ac conſequenter data fuit poteſtas etiam conſtituendi Miniſtros ad paſcendas certas plebes, & inſtruendas, ac diſtribuendi cæteras Dignitates Eccleſiaſticas; ut proſequitur idem
Gerſon. *pag.* 474. 765. 768. Summo igitur ac divino 6
conſilio omnes Apoſtolos Sacerdotali munere condecoratos fuiſſe, liquet, per Chriſtum, pari Ordinis auctoritate recepta in fideles: ſed ut occurreretur diſſidiis, ac confuſioni, quæ conſequi potuiſſent, ſi eadem Juriſdictionis poteſtas penes omnes fuiſſet, uni Petro, ejuſque Succeſſoribus, plenitudinem Juriſdictionis conceſſit, ut Chriſtianorum, ac Sacerdotale Imperium, & Juriſdictionem, in certos divideret Epiſcopatus, ac Epiſcopos, ut notat idem Gerſon. *pagin.* 898. dicens: *Quia ex hoc confuſio ſequi poterat, ideò Dominus hoc prævidens contulit Petro pro ſe, & ſuis Succeſſoribus, auctoritatem diſponendi Mi-*

niſtres Eccleſiæ, *& determinandi Juriſdictionem di-*
cens: Paſce Oves meas, *ideſt ſis Paſtor generalis*,
ad quem pertineat diſpoſitio, *& regimen generale*
Ovium, *& Ovilis*.
7 Hinc in primitiva Eccleſia Auctoritate Summi
Pontificis diviſæ fuerunt Eccleſiæ Provinciæ, ac Diœ-
ceſes; & ſucceſſivis temporibus aliæ inſtitutæ, vel in
Regionibus recens ad fidem converſis, vel in locis
Epiſcopali Sede adhuc non decoratis, ſub Epiſcopa-
8 tu aliquo præexiſtentibus. Patriarchæ quidem conſti-
tuti in Eccleſia fuere, qui pluribus Archiepiſcopis,
& Metropolitanis præeſſent; prout quoque apud
Græcos Exarchi fuerant, qui Metropolitanorum ca-
pita dicebantur; aderantque Primates in præcelſiori-
bus Metropolibus poſiti; quorum aliqui perpetua
quadam Legatione Apoſtolica in eorum Provinciis
fungebantur, tamquam Romani Pontificis Vicarium
munus conſecuti; prout Metropolitani, ſeù Archie-
piſcopi, qui in certis Provinciis, Epiſcopis Com-
provincialibus præſidebant, eorumque Diœceſes uti
Suffraganeas, agnoſcentes; ac denique Epiſcopi in
quacumque Diœceſi fuerunt conſtituti; quorum di-
ſtinctionem non obſcurè deſignavit D. Leo M. *ep.*
84. ajens: *Connexio totius Corporis unam ſanitatem*,
unamque pulchritudinem facit; *& hæc connexio totius*
quidem corporis, *unanimitatem requiri*. *Sed præcipuè*
exigit concordiam Sacerdotum; *quibus*, *& ſi dignitas*
non ſit communis, *eſt tamen ordo generalis*; *quo-*
niam, *& inter Beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudi-*
nem honoris, *fuit quædam diſcretio poteſtatis*. *Et*
cum omnium par eſſet electio, *uni tamen datum eſt*;
ut cæteris præemineret. *De qua forma Epiſcoporum*
quoque eſt orta diſtinctio; *& magna diſpoſitione pro-*
viſum eſt, *ne omnes omnia ſibi vindicarent*; *ſed eſſent*
in ſingulis Provinciis ſinguli, *quorum inter Fratres ha-*
beretur prima ſententia, *& rurſus quidem in majoribus*
Urbibus conſtituti, *ſollicitudinem ſuſciperent amplio-*
rem, *per quos ad unam Petri Sedem Univerſalis Ec-*
cleſiæ Cura conflueret; *& nihil unquam à ſuo Capite*
diſſideret. Et de Patriarcharum inſtitutione plura dixi
tom. 1. *Conſt. un. Pelagii* 2. *pag.* 138. & latè de Eccle-
ſiaſticæ Hierarchiæ Prælaturis, Thomaſſin. *cit. part.* 1.
lib. 1. *cap.* 1. *& ſeqq.* Barboſ. *de Jure Eccl. cap.* 1. *& ſeqq.*
aliique longè non recenſendi.
9 Archiepiſcoporum, & Metropolitanorum antiqui-
tùs diverſa erat Hierarchia: cum Archiepiſcopus, ſi-
cuti Primas plures Metropolitas haberet ſub ſe: ſed
poſteà eadem fuit acceptio, & poteſtas Metropolita-
norum, & Archiepiſcoporum, Thomaſſ. *de Eccleſ.*
diſcipl. part. 1. *l.* 1. *cap.* 30. *num.* 3. Hallier. *de Hierar-*
chia Eccl. l. 4. *cap.* 2. *art.* 3. §. 10. Fagnan. *cap. Paſtoralis*,
num. 2. *de offic. ordin.* Lotter. *de re benef. l.* 1. *quæſt.* 9.
num. 43. Monet. *de conſervat. cap.* 5. *num.* 43. Ventrigl.
de Juriſd. Archiepiſcop. cap. 1. *num.* 7. illique conſtituti
fuerunt in certis Urbibus; ut totius Provinciæ Epiſ-
coporum veluti Capita exiſterent. Et uſque à tempo-
re Apoſtolorum inceperunt Archiepiſcopi, ut fertur
ex Canonibus, illis adſcriptis. Ac deindè in Nicæno
Concilio cautum fuit, ut unaquæque Provincia ſuum
haberet Metropolitanum; & latiùs *Can.* 9. *Conc. An-*
tiocheni habetur: *Epiſcopos*, *qui ſunt in unaquaque*
Provincia, *ſcire oportet*, *Epiſcopum*, *qui præeſt Me-*
tropoli, *etiam Curam ſuſcipere totius Provinciæ*; *eo*
quod in Metropolim undequaque concurrunt omnes,
qui habent negotia. *Unde viſum eſt quoque eum ho-*
nore præcedere; *reliquos autem Epiſcopos*, *nihil ma-*
gni momenti aggredi ſine ipſo, *ut vult*, *qui ab initio*
obtinuit Patrum Canon.
10 Ad privilegium itaque Sedis Apoſtolicæ, ut utar
verbis *D. Bernardi* ſcribentis *Eugenio Papæ epiſt.*
198. pertinet rerum ſumma auctoritas, & plenaria
poteſtas, ac Sedes Archiepiſcopales erigere, prout
ſupra dixi de Epiſcopalibus exigendis. Hancque po-
teſtatem in ſolo Romano Pontifice reſidere comper-
tum eſt; imò in Conciliis etiam generalibus legitimè
ſub Romano Pontifice congregatis aliquoties adhibi-
tam fuiſſe liquet. Et licèt Imperatorum poteſtas ali-
quando hoc ſibi licere, arrogaverit, ſumpta occaſio- 11
ne, quod Urbes aliquæ Populi frequentia celebriores
fuiſſent redditæ, & præſentia eorum Metropoles nun-
cupatæ; ſemper tamen à Conciliis, & Summis Pon-
tificibus improbatum id fuit; Unde *Innocentius Pa-*
pa I. epiſt. 18. *ad Antiochen. Epiſcopum* ſic ſcripſit:
Nam, *quod ſciſcitaris*, *utrum diviſis Imperiali judi-*
cio Provinciis, *ut duæ Metropoles fiant*, *ſic duo Me-*
tropolitani Epiſcopi debeant nominari; *non verè vi-*
ſum eſt ad mobilitatem Mundanarum neceſſitatum,
Dei Eccleſiam commutari, *honoreſque*, *aut diviſiones*
perpeti, *quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Impera-*
tor: ac Provinciam Tyri opera Imperatoris C. P. ſciſ-
ſam ad ſuam integritatem reduci mandavit *Concilium*
Chalcedonenſe act. 4. *&* 13. ubi id prohibetur cuilibet
tam Principi Seculari, quàm Epiſcopis, de qua hi- 12
ſtoria ſectionis Provinciæ Tyri factæ per Imperato-
rem, ac poſtliminio reductæ ad primævum ſtatum per
dictum Concilium, Labbe *tom.* 5. *Concil. pag.* 553.
in act. 5. Morin. *de Sacr. Ordin. pars.* 2. *pag.* 253. *num.*
154. §. *Tanta*, Thomaſſ. *cit. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 5.
& ſeqq. & ſic, non ſolùm in dicta cauſa Concilium redu-
xit ad ſtatum primævum Provinciam illam; ſed ſta-
tuit, ne deinceps auctoritate etiam Imperiali diſſectio
fieret Provinciæ; utque excideret è proprio gradu
Epiſcopus hoc attentans; quod regiſtratur in *Can.*
pervenit diſt. 101. Ac licet ex *Can.* 17. *ejuſdem Con-*
cilii Chalcedonenſis habeatur: *Ut ſi aliqua Civitas*
auctoritate Imperiali novata eſt, *aut ſi pretinus inno-*
vetur, *civiles diſpoſitiones*, *& publicas*, *Eccleſiaſtica-*
rum quoque Parochiarum ordo ſubſequatur; id intelli-
gi non debet, ullam poteſtatem Laico Principi in Pro-
vincia communicanda tributam fuiſſe; ſed, vel agi de
ſubjectione Populorum Ethnicorum Metropoli erectæ
additorum, ejuſdemque Epiſcopis; vel etiam, ut ta-
lis mutatio rerum civilium ſit cauſa rationabilis, qua
poteſtas Eccleſiaſtica Provincias Eccleſiaſticas immu-
tet, & augeat; cum idem Concilium *Can.* 12. dixiſ-
ſet res Epiſcoporum, & Eccleſiaſticas juxta SS. Pa-
trum regulas tantùm determinandas; ajens: *Contra*
regulas pragmaticam nihil valeat; *Regulæ Patrum te-*
neant. Ipſe quoque Imperator pluries in eodem Con-
cilio ſuam aperuit mentem, non legibus Secularibus,
ſed Eccleſiaſticis Canonibus res Eccleſiæ eſſe deci-
dendas, & benè refert Thomaſſ. *de Eccl. diſcipl. part.*
1. *lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 6. *in fine*: *Excogitaverunt* (hoc
eſt PP. dicti Concilii) *Judices aliquid temperamenti*,
ſanxeruntque deinceps Epiſcopatu abdicari, *quicumque*
iſtiuſmodi reſcripta impetraſſent, (hoc eſt Imperato-
ris, ut Eccleſiæ in Metropoles erigerentur) *quibus*
hactenus autem conceſſa fuerant, *ii*, *ut honoribus qui-*
dem gauderent Metropolitanorum, *at nihilo ſecius ſu-*
beſſent Juriſdictioni antiquioris, *& veri Metropolita-*
ni: necnon *Pantutius in Juriſprudentia Sacra l.* 2. *cap.*
14. *num.* 3. *pag.* 242. In Occidente verò nunquam 13
Imperialis auctoritas, Jus hujuſmodi, Eccleſiaſticas
Provincias erigendi, ac novas Metropoles creandi
uſurpavit, ut notat Thomaſſ. *cit. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 39. *n.*
11. Firmum itaque eſt, ſolum Romanum Pontificem
poſſe Eccleſias Metropolitanas erigere, tam de novo,
ſi aliqua Provincia ad fidem converteretur; quàm ex
ſtatu Epiſcopali ad Archiepiſcopalem, aliquam Ec-
cleſiam promovere, ut egit in præſenti Pius. Sicuti
enim unire duas Diœceſes ad Papam pertinet, *Can.*
præcipimus, *Can. ſicut duo* 16. *quæſt.* 1. *cap. ſicut uni-*
re de exceſſ. Prælat. prout ex uno Epiſcopatu duos
facere, ita etiam diſmembrare valet unam Provin-
ciam, ſeu Metropolim, ac in duas erigere. Thomaſſ.
cit. lib. 1. *cap.* 45. Marca *in concord. Eccl. & Imp. lib.* 2.
cap. 8. Auctor. *oper. de liber. Eccl. Gallic. cap.* 1. *nu.* 2. &
Auctor. *de Oecumen. Cathedr. Apoſtolica auctoritate art.*
3. *diſq.* 9. §. 3. Cardinal. de Luca *de præeminen. diſc.* 1.
num. 1. *& ſeqq. & diſc.* 52. *Miſc. Eccl.* Maria de Cauſ.
Conſiſtorial. ſect. 3. *num.* 22. *& ſect.* 10. *num.* 1. *& ſeq.*
Marca *deciſ.* 1120. Rota *deciſ.* 546. *num.* 1. *coram Pan.*
& deciſ. 761. *coram eodem*.
Tali itaque poteſtate pluries uſi fuerunt Romani 14
Pontifi-

Digitized by Google

Pontifices, ne dum erigendo Eccleſias Metropolitanas in Civitatibus, ubi non aderant Epiſcopi, dum ad fidem converſæ fuerunt, ut in Indiis Orientalibus actum fuit in Archiepiſcopatu Goenſi, & in Occidentalibus in Archiepiſcopatu Sancti Dominici Limani, ſeù Urbis Regum, & in Mexicano, Provinciiſque novi Orbis; ſed etiam in locis in quibus aderant Epiſcopi, elevando aliquam Eccleſiam Epiſcopalem ad Archiepiſcopalem; prout exempla antiquiora plura, ac recentiora refert Thomaſin. *cit. cap.* 40. *& ſeqq. & cap.* 45. Et videmus Joannem XIII. Beneventanam Eccleſiam ad Archiepiſcopalem ſublevaſſe anno 969. *tom.* 9. *Concil. pag.* 1239. ipſumque Capuanam Sedem Epiſcopalem, Archiepiſcopalem declaraſſe, Leo Oſtienſis *lib.* 4. *cap.* 66. Baron. *anno* 968. Gonzal. *cap. cum inter* 18. *de elect. num.* 1. Verumtamen Metropolitanam Capuanam verè non fuiſſe erectam anno 968. & ſic ante Beneventanam erectam anno 969. ac mendoſum eſſe locum Leonis Oſtienſis, pluribus adductis, retulit Dominicus Georgii, vir litteris ornatus *in diſſertatione de origine Metropolis Eccleſiæ Beneventanæ. Romæ anno currente* 1725. recedens à ſcriptis per eum in Libro: *Exercitationes de antiquis Italiæ Metropolibus anno* 1722. *vulgato* in quo *cap.* 7. *pag.* 78. innixus *Leonis* prædicti aſſertioni, Capuanam ante Beneventanam, ſcilicet anno 968. in Metropolim fuiſſe erectam firmaverat. Gelaſius Papa II. Piſanam Metropolim inſtituit; *Ital. Sac. tom.* 3. *pag.* 443. Januam à Metropoli antiqua ſubductam in Archiepiſcopatum erexit Innocentius II. Lucius Papa III. Eccleſiam Montis Regalis in Sicilia ad Archiepiſcopalem ſublevavit, Rota Pyr. *tom.* 1. *Sicil. not.* 3. Gonzal. *cap. cum cauſam* 22. *num.* 3. *de Offic. Jud. deleg.* Rota *deciſ.* 546. *num.* 2. *coram Pænia.* Pius II. erexit Eccleſiam Senenſem in hac Conſtitutione in Metropolim. Paulus IV. tres Archiepiſcopatus erexit in Belgio; nempè Cameracenſem, Trajectenſem, & Mechlinienſem, cum priùs nullus eſſet; Ciaccon. *in vit. ejuſdem tom.* 3. *in vit.* Pontif. *pag.* 812. *litt. F.* & Oldoin. *in addit. pag.* 829. *eadem litt.* Pius IV. erexit Metropolim Urbinatenſem, ut apud Cardinalis de Luca *diſc.* 1. *de præminent.* nec non Eccleſiam Lancianenſem; ex eodem *cit.* Cardinal. de Luca, *& diſc.* 52. *num.* 15. *Miſcel. Eccleſ.* Gregorius XIII. Bononienſem, *Conſtit.* 79. *ejuſdem tom.* 2. *Bullar.* incipiens *Univerſi Orbis* Sixtus V. Firmanam *Conſtit.* 95. *eodem tom.* Gregorius XV. Eccleſiam Pariſienſem in Metropolitanam promovit, idem de Luca in *Miſcell. ubi ſupra num.* 15.

16 Iſta tamen facultate uti debent Summi Pontifices rectâ ratione ducti, ut ſcilicet concurrat cauſa aliqua rationabilis; utilitas nempè, vel neceſſitas; ex verbis ipſius D. Bernardi *cit. ep.* 131. *Poteſt, ſi utile judicaverit novos ordinare Epiſcopatus, poteſt eos, qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi* (ſcilicet Papæ) *dictaverit, itaut de Epiſcopis creare Archiepiſcopos liceat, & è converſo, ſi neceſſe viſum fuerit;* hinc Alexander IV. de hac re diſſerens ait: *Primatum Cathedras, & apicem cujuslibet Dignitatis Eccleſiaſticæ, privilegia ſibi divinitus tradita* (nempè Papæ) *Eccleſia Romana conſtituit; quam ſolum ille fundavit, ac ſupra Petram fidei mox naſcentis erexit, qui Beato Petro æternæ vitæ clavigero, terreni ſimul commiſit, & Cœleſtis Imperii moderamen. Hinc eſt, quod apud Sanctam Sedem Apoſtolicam horum ſpectatur origo, eorum diſpenſantur inſignia; de cujus plenitudine omnes accipiunt, ejuſque ſpeciali munere, quod ratio perſonæ, temporis, loci, vel cauſæ interdum poſtulat, aſſequuntur.* Ideòque *Pius* in hac *Conſtitutione* ex tot rationabilibus cauſis summè animum ejus moventibus, aliquibus etiam expreſſis, ibi: *Præmiſſis, & nonnullis aliis rationabilibus cauſis*, ad erectionem Eccleſiæ Senenſis in Metropolitanam profitetur procedere; prout quoque hoc modo egerunt, pluribus cauſis adductis, Gregor. XIII. & Sixtus V. in erectione Metropolitanarum Bononienſis, & Firmanæ.

17 Cauſæ enim hujuſmodi erectionum ſolent eſſe amplitudo Diœceſis erigendæ in Metropolim, Cleri, ac Populi affluentia, integritas Civitatis, antiquorum, & modernorum Civium nobilitas, ac fidelitas erga Romanam Sedem, Fidei Catholicæ defenſio, ac antiquitas Epiſcopatus, & Metropolitica qualitas Civitatis, quoad gubernium civile, ubi moram agunt Reges, vel Provinciæ Proceres, jus dicentes. Si fuiſſet patria Summorum Pontificum, ut contigit in Civitate Senenſi, & Bononienſi. Si alia Metropolis antiqua in eadem Provincia deſtrueretur; itaut in illa rationabiliter, ac decenter Cathedra Archiepiſcopalis continuare non poſſet, ut in totius Provinciæ indecoro capite; prout has, & ſimiles cauſas recenſent DD. præſertim Thomaſ. *cit. cap.* 45. & in praxi Card. de Luca *de præmin. diſc.* 1. *&* 6. *per tot. & Miſcell. Eccleſ. diſc.* 52. Matta *de Cauſis Conſiſtorialibus citat. ſect.* 2. *num.* 22. *& ſeqq. & ſect.* 10. *num.* 1. *& ſeqq.* quæ cauſæ plures, vel minores conſiderari debeant, ac concurrere arbitrio prudentis, juxta qualitatem, & facti circumſtantias; itaut Summi Pontifices, iis non concurrentibus, haud difficulter erectiones factas reſciderint, ut egit Gregorius Papa V. in Eccleſia Placentina: *Placentinam Eccleſiam*, ait ſcribens Archiepiſcopo Ravennaten. *tibi à meo Anteceſſore ablatam, & contra Canones ſub nomine Archiepiſcopatus locatam, tibi tuiſque Succeſſoribus refutamus, in perpetuum*: & apud Cardin. de Luca *diſc.* 1. *num.* 10. *de præmin.* ubi ait, hoc diſcrimine uti ſolere in hac re, quòd ſi agatur de Eccleſia exempta ab alio Metropolitano; ſcilicet ſubjecta immediatè Sedi Apoſtolicæ, & Epiſcopatus aſſignandi pro Suffraganeis, non diſmembrentur ab alia Metropolitana, faciliùs concedatur illius erectio in Metropolim, quàm contrario caſu; ut benè ratiocinatur idem Card. de Luca *citat. diſc.* 52. *num.* 15. *& ſeqq. Miſcellan. Eccleſ.* Rota *deciſ.* 761. *num.* 2. *coram Pænia.*

Duplici modo ſolet procedi ad hanc erectionem, 18
vel motu proprio Papæ, & de ejus plenitudine poteſtatis, ut egit Pius in hac Conſtitutione, derogando regulæ de jure quæſito non tollendo, & tunc non debet fieri cauſa judicialis, nec requiritur conſenſus eorum, quorum jus læditur, nec citatio, ut notat *cit.* Matta *ſect.* 2. *num.* 31. Et actum etiam fuit in citatis erectionibus Eccleſiarum, Bononienſis, & Firmanæ. Hæc enim Papæ voluntas rationabilibus cauſis ducta (quod præſumi debet in foro) executionem habet ſtatim abſque alio miniſterio hominis Executoris, nec indiget juſtificatione litterarum Apoſtolicarum, ut in his terminis notat Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *num.* 12. *& ſeqq. de præmin.* Rota *in Theatina Juriſdictionis* 17. *Septemb.* 1607. *&* 17. *Martii* 1608. *coram Otthembergo de Eccleſia Orthonenſi cum Epiſcopo Theatino*, ubi firmatum fuit, ſufficere decretum Conſiſtoriale ſine litteris, apud *cit.* de Luca *num.* 13. *dec.* 540. *&* 761. *coram Pænia*, in erectione Eccleſiæ Montis Regalis in Archiepiſcopalem, *& deciſ.* 612. *part.* 2. *recent.*

Si verò Papa hanc gratiam motu proprio, & de 19
plenitudine poteſtatis facere nolit, ſolet remittere inſtantiam ad Sacram Congregationem Conſiſtorialem pro diſcutiendis rationabilibus cauſis, ac citari debent, vel produci conſenſus eorum omnium, quorum jus læderetur; prout ſunt Archiepiſcopus, qui eſſet, & à cujus Provincia diſmembraretur nova Metropolis, Epiſcopi Suffraganei, & Capitula, quorum intereſt, potiùs uni, quam alteri ſubeſſe; ut notat in praxi *cit.* Card. de Luca *diſc.* 52. *Miſcell.* & præſertim *num.* 9. Matta *citat. ſect.* 2. *num.* 29. *& ſect.* 10. dictaque Congregatio Conſiſtorialis, auditis, & ſcrutatis omnibus, votum ſuum profert affirmativum, vel negativum, à Summo Pontifice poſteà approbandum; ac fit decretum in Conſiſtorio cum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu. Et ſi expediantur litteræ in forma commiſſaria, debent exequi ab Executore, verificatis verificandis. Si verò non agatur de 20
erigenda altera Eccleſia Archiepiſcopali in una materiali Provincia, itaut remaneret quoque alia primæva

Eccleſia

Digitized by Google

Eccleſia Archiepiſcopalis, & duæ Archiepiſcopales eſſent in eadem materiali Provincia, quod fieri contingit, Vvames *conſ.* 10. *num.* 4. Rota *deciſ.* 665. *n.* 8. *coram Bichio*, *& in Salisburgenſi Juris Metropolitici* 26. *Novembris* 1691. *num.* 8. *coram Cardinal. Priolo*, quæ eſt *deciſ.* 4. poſt *de Proſperis de Territorio ſeparato* & permittitur ex multitudine Populi, *Gloſſ. ver. in una Can, pervenit diſt.* 101. *& Can. nulli* 99. *diſt.* ſed de ſupprimenda prima Eccleſia Archiepiſcopali, in hoc caſu requiritur major cauſa, & maturius examen, ut fiat à Papa, Frances *de Ecclеſ. Cathedral. cap.* 9. *num.* 1. *cum ſeqq.* & Rota *cit. Salisburgenſi numer.* 9. Si tandem agatur de erigenda Archiepiſcopali Eccleſia in loco nuper ad fidem converſo, vel nulli Metropolitano ſubjecto, & ſine præjudicio alicujus, tunc aſſignata dote faciliùs proceditur; nec opus eſt alio citare; ut apud *cit.* Marta *ſect.* 2. *num.* 22.

21 In his erectionibus etſi neceſſarius non ſit conſenſus Principum laicorum, ſeù Populorum, cum ipſi nullam habeant juriſdictionem in rebus ſpiritualibus, & proindè nec citari neceſſariò debent; audiri tamen poſſunt, ſi rationabiles cauſas opponant, ut notat *cit.* Cardin. de Luca *num.* 10. prout citari debet Patronus Eccleſiæ. Cæterùm Principum preces in hoc ſolent maximè attendi, ut notant præcitati Doctores præſertim Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *num.* 14. *& diſc.* 6. *de praemin.* & Rota *deciſ.* 546. *coram Pœnia*, ut etiam practicatur in cauſis Canonizationum, ut dixi *tom.* 2. *Conſtit.* 3. Alexandri III. *& tom.* 4. *Conſtit.* 2. Joannis XXII. *num.* 18. Unde de erectione Eccleſiæ Beneventanæ in Metropolim facta, diplomate Joannis Papæ XIII. in Synodo Romano Ann. 969. habetur: *Septimo Kal. Junii ante confeſſionem Baſilicæ Beati Petri Apoſtolorum Principis, ortatu Ottonis Imperatoris Auguſti, unà cùm conſenſu multorum Præſulum, atque Sacerdotum, omniumque Clericorum S. R. E. petentibus inſuper Pandulpho Beneventana, & Capuana Urbium Principe, &c.* ut apud Ughel. *Ital. Sacra tom.* 8. *in Archiepiſcopatu Beneventano pag.* 95. *prima edit.* Et rogatus idem Joannes Papa, Archiepiſcopatum in Civitate Capuana inſtituit, ut meminit Leo Oſtienſis *lib.* 2. *cap.* 9. *lib.* 4. *cap.* 66. & apud Thomaſſin. *cit. cap.* 45. *num.* 3. Marta *cit. ſect.* 10. *& dixi ſupra numer.* 14. Hinc Innocentius III. Juris conſultiſſimus ad rem ait: *Si quidem oſtendenda Nobis eſt prius, & urgens neceſſitas, & utilitas evidens, quæ fieri hoc expoſcat; facultas, & voluntas Eccleſiæ, in qua Sedes Metropolitica debet ſtabiliri; & utrum in Bohemia Diœceſes poſſint ſtatui competenter, ſtatuenda Metropoli, ſupponendæ. Prætereà convenienda, & commonenda ſuper hoc eſt Eccleſia Moguntina, &c.* penes Raynald. *anno* 1204. *num.* 33.

22 Dubitari ad rem poſſet, an pro conſtituenda Eccleſia Archiepiſcopali, requiratur numerus, & qualis Epiſcoporum Suffraganeorum? Videtur enim requiri numerus duodenarius ex reſponſo Pelagii Papæ relato in *Canon. ſcitote* 6. *quæſt.* 3. Cùm enim Archiepiſcopus, dictus etiam Metropolitanus, opus ſit, ut habeat Eccleſiam Metropolim, ſcilicet Principem aliarum Civitatum, & Diœceſum, *Can. Cleros diſt.* 21. §. *Metropolitani, ubi Gloſſ. interlinearis V. menſura*, quæ ſit mater aliarum Civitatum, Barboſa *de poteſt. Epiſcopi pars.* 1. *tit.* 1. *cap.* 6. *num.* 10. Rebuff. *in Concordat. tit. de collat.* §. 1. *V. Metropolitana*, Lott. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 35. *& ſeq.* eoque magis quia Archiepiſcopus congregare debet Concilium Provinciale, quod dicitur Conventus Epiſcoporum. Quaranta *Summa Bull. V. Concilium Provinciale num.* 2. *& alii paſſim*, neceſſitas inducitur, ut habeat numerum Epiſcoporum in ſui Provincia, convocandorum; qui numerus proportionatus viſus fuit duodenarius in *dict. Can. ſcitote*.

Verùm hujuſmodi numerus præſcriptus fuit in *citato Canone Pelagii* in circumſtantiis illorum temporum, quibus Provinciæ tali dimenſione metiebantur; & ſic Conſtitutio illa perpetua non fuit; ac proindè immutata extitit juxta exigentiam aliorum temporum, & uniuſcujuſque Provinciæ; ut numerus Suffraganeorum aſſignaretur, qui magis expedire viſus fuerit, ut ex Petro Gregorio *Syntagm. Jur. lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 3. dixit *cit.* Barboſa *num.* 11. §. *ſed melius*. Quòdque Metropolitanus dicatur non à numero Civitatum, ut dicebatur *cit. Canon. Cleros*, & apud citatos Doctores, ſed ex Matricitate Civitatis, conſtituta à Summo Pontifice in tali Eccleſia, erigendo eam in Metropolim, adductis aliis, ſequitur Barboſa *cit. num.* 12. Unde concludunt non requiri dictum numerum duodenarium, nec alium determinatum; & ita in praxi ſervatum videtur ex tabulis Eccleſiarum Orbis apud citatum Barboſam, & Corrad. *in praxi diſpenſ. Apoſt. & alibi*; ubi, in erectis Archiepiſcopalibus, & Metropolitanis Sedibus, longè minor duodenario, numerus Suffraganeorum præſcriptus conſpicitur, & advertit Cardinalis de Luca *Miſcell. Eccleſ. diſc.* 52. *n.* 18. Sicque in antiquis Archiepiſcopis major concurrere ſolebat numerus Suffraganeorum, quàm in modernis conſuevit deindè fieri, ut notat *cit.* Card. de Luca *num.* 17. hinc in aliquibus adſunt duo Suffraganei, imo aliquando unus. Azor. *Inſt. Moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 33. *quæſt.* 1. Frances *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 1. *num.* 97. Barboſ. *cit. num.* 12. & noviſſimè in erectione Archiepiſcopatus Viennæ in Auſtria, unum fuiſſe aſſignatum Suffraganeum liquet.

Sed an conſtitui valeat Archiepiſcopus, ſeù Metropolitanus ſine ullo Suffraganeo; ut ita in facto ſunt Archiepiſcopi Roſſanenſis, & Lancianenſis in Regno Neapolitano, teſte Proſp. Auguſt. *in addit.* ad Quaranta *in Sum. Bull. V. Concilium Provinciale pag.* 194. & DD. *infra citand.* & in Sardinia Archiepiſcopus Calaritanus, ut refert Barboſ. *de pot. Epiſcop. part.* 1. *cap.* 7. *in elencho Eccleſiarum*, Corrad. *in prax. diſp. in dicto elencho Eccleſiarum pag.* 496. Aliqui dicunt, ab initio Archiepiſcopales Eccleſias ſine Suffraganeis Epiſcopis erectas non fuiſſe, ſed cum illis; qui poſtea exempti fuere ab Archiepiſcopis per Romanum Pontificem, ut inquit Azor. *cit. cap.* 33. *quæſt.* 1. *Sunt aliqui Archiepiſcopi, qui nullos ſubjectos Epiſcopos habent, ut Roſſanenſis, teſte auctore libri Provincialis omnium Eccleſiarum, meo judicio Archiepiſcopus factus olim non eſt ſine Epiſcopis Suffraganeis, ſed curſu temporis, vel Suffraganei Epiſcopi auctoritate Romani Pontificis ſunt exempti, vel eorum Eccleſia annexæ, & conjunctæ ſunt Eccleſiæ Metropolitanæ.* Veruntamen id procedere poſſet in Eccleſiis prædictis Archiepiſcopalibus, præterquam in Lancianenſi; quæ vere conſtituta fuit ab initio ſine Suffraganeis à Pio IV. Pontifice, ut refert Proſper Auguſtinus *in addit. ad Quarant. cit. juxta Venetam impreſſionem anno* 1612. *pag.* 194. Et ultra prædictos fit mentio, quòd Archiepiſcopus Tornacenſis, qui eſt Primas in tota Bulgaria, nullum habet Suffraganeum niſi per Primatiam, &c. *in M. SS. Codice Vaticano anno* 1253. cui Titulus: *Notitia Eccleſiarum tempore Cæleſtini III. anno* 1225. *conſcripta à Viro Religioſo*, & Milone Abbate apud Schelſtrat. *pag.* 767. *col.* 1. Refert quoque Thomaſſinus *vet. & nov. Eccleſ. diſcip. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 8. Metropolim Bremenſem inſtitutam fuiſſe à Summo Pontifice, at non potuiſſe tum ullos ei Suffraganeo addici Epiſcopos, quoniam circumjacentes Civitates altiſſimis Tenebris Idololatriæ eſſent immerſæ.

Nec ullo modo ſubſiſtens videri poteſt aſſertio, 23
hujuſmodi Archiepiſcopos ſine Suffraganeis inſtitutos eſſe honorarios tantùm, & cum ſolis inſignibus, & mera denominatione Archiepiſcopi, ut fuerunt hoc modo in Græcia, ſola honoris gratia, conſtituti Archiepiſcopi, qui ſubjacebant ſuis Metropolitanis, ut fit mentio in *Concilio Chalcedonenſi actione* 6. 12. *&* 13. & meminit Dominicus Georgii *de Antiquis Italiæ Metropolibus cap.* 5. *fol.* 64. *& ſeq.* Thomaſſin. *cit. cap.* 39. *num.* 6. *in fine*. Nec Archiepiſcopos inſtitutos fuiſſe, nec poſſe inſtitui ſine Suffraganeis; quia, ſi non adſint Suffraganei, non dicitur quis Archiepiſcopus habere Provinciam, & nominetenus tantùm dici valet Archiepiſcopus, honorificentiæ cauſa; &

ſic

ſic non verè Archiepiſcopus; ac Metropolitanus, Card. de Luca *cit. diſc. 52. num. 15. §. illa verò*, Barboſa *cit. cap.6. num. 12. in fin. & de Jur. Eccleſ. lib.1. cap.7. num.5.* Ventrigl. *de juriſd. Archiepiſcop. cap. 1. num. 9.*

Haud tamen ſuſtineri, inquam, poteſt dicta aſſertio; nam, ut diximus ſupra *num. 9.* antiquitùs Archiepiſcopi erant majores Metropolitanis, itaut plures Metropolitani Archiepiſcopis ſubdebantur; ſed deinde confuſa extitit Metropolitanorum, ac Archiepiſcoporum acceptio, itaut eadem eſſet illorum denominatio, ut Doctores adducti *cit. num.* referunt; & idem Barboſa *de poteſtate Epiſcopi cit. tit. 1. cap. 6. num. 12. par. 1.* pluribus adductis, idem firmavit; nec unquam dixit Archiepiſcopos non poſſe conſtitui ſine Suffraganeis, ſed ſolùm adeſſe aliquos Archiepiſcopos, qui nullum habent Suffraganeum conſtitutum, citans Azor. *Inſtit. Moral. part.2. cap.33. num.1.* Iſte autem nunquam dixit hos Archiepiſcopos eſſe honorarios tantùm; ſed habuiſſe Suffraganeos in inſtitutione, qui deinde fuerunt ſubtracti. Ventriglia *cit. cap. 1. num. 9.* non dixit unquam, hujuſmodi Archiepiſcopos ſine Suffraganeis non eſſe Archiepiſcopos, & Metropolitas inſtitutos, ſed eos non poſſe dici in rigore Metropolitanos: & notandum *ly in rigore*, quod indicat, jus Metropoliticum, ejuſque effectum, ratione Suffraganeorum tunc non exiſtentium, non eſſe actu ab illis exercitum; ſed proindè non excludit in iis qualitatem, & eſſentiam Metropoliticam, & Archiepiſcopalem infixam, & inſtitutam in dictis Eccleſiis, in erectione illarum in Metropolitanas, & Archiepiſcopales; quia per tales erectiones Pontificia auctoritate factas, verè conſtitutæ reperiuntur Archiepiſcopales, & Metropolitanæ, etſi ob carentiam Suffraganeorum non aſſignatorum, actu Juriſdictionem Archiepiſcopalem, & Metropoliticam exercere non valeant.

Hoc idem ulterius clarè important verba inſtitutionum hujuſmodi Eccleſiarum in Archiepiſcopales, & Metropolitanas, quæ per Summum Pontificem fiunt, licèt ſine Suffraganeis; cùm Papa utatur iiſdem verbis in concedendis juribus, juriſdictione, ac inſignibus *Archiepiſcopalibus, & Metropoliticis*, quibus utitur in erectione Eccleſiarum in Archiepiſcopales, & Metropolitanas, quibus Suffraganeos ſupponit, ut liquet ex Ughell. *Italiæ Sacra tom. 6. fol. 778. & 788. impreſſion. nova.*

Quod etiam elicitur ex antedicto exemplo Metropolis Bremenſis, quam, ut dixi, Summus Pontifex inſtituit ſine Suffraganeis, cum vera qualitate, & eſſentia Metropolitica; & donec numerus Suffraganeorum in futurum ſubſtitueretur, ab Epiſcopis alterius Provincię ille Archiepiſcopus, & Metropolita conſecraretur, Thomaſſin. *cit. de nov. & vet. Eccleſ. diſcipl. cap. 43. num.8.* Nec ulli dubium eſſe poteſt quin Bremenſis, Archiepiſcopus, ac verus Metropolita fuerit conſtitutus à Papa ſine Suffraganeis tempore inſtitutionis; cui deindè, poſt inſtitutionem in Archiepiſcopum, Suffraganei fuerunt addicti. Satis enim eſt, ut qualitas Metropolitica inducatur, quòd Papa Eccleſiam aliquam in Archiepiſcopalem elevet, quæ licèt Suffraganeis Epiſcopis deſtituatur, ejus tamen Archiepiſcopus habitu juriſdictionem Metropoliticam recepit, quam poſteà actu exercet, dum Suffraganei Epiſcopi ejus Metropoli ſubjiciuntur, abſque eo, quòd recipiat, ſeù recipere debeat novam juriſdictionem Metropoliticam à Papa; quam dubio procul recipere deberet, ſi ea data non fuiſſet in inſtitutione in Archiepiſcopum; prout exemplum eſſe poteſt in Sacerdote, qui recipit in ordinatione poteſtatem abſolvendi à peccatis; ſed niſi ei aſſignetur populus, non poteſt abſolvere; verùm facta aſſignatione, ponit in actu poteſtatem, quam recepit in ordinatione, ſine nova poteſtate recepta; cùm ab initio veram poteſtatem Sacerdotalem abſolvendi à peccatis habuerit.

Quare nequit aſſeri hujuſmodi Archiepiſcopos, à Papa inſtitutos ſine Suffraganeis, non eſſe verè Archiepiſcopos, & Metropolitanos, ſed tantùm honorarios; quia eſſet contra id, quod ſtatuit Papa in erectionibus hujuſmodi Eccleſiarum in *Archiepiſcopales, & Metropolitanas*, his verbis in inſtitutione uſus. Sicque inſubſiſtens ſemper eſt aſſertio, quòd hujuſmodi Archiepiſcopi ſint honorarii tantùm, ut ii exauctorati in Concilio Chalcedonenſi, utpotè creati auctoritate Imperiali; qui remanſerunt, uti erant antea ſubjecti propriis Metropolitanis, ut ſupra innui; ſolùmque retinentes ex permiſſione Concilii nomen, & honorificentiam Archiepiſcopi; & de his memini *tom.1. Conſtit. unic.* Honor. II. *ſect.1. num.32. verſ. & apud Græcos*, ubi nunquam comparare intellexi dictos honorarios Archiepiſcopos Græcos exauctoratos cum Archiepiſcopis inſtitutis à Papa verè talibus, quamquam ſine Suffraganeis; ſed ſolùm ratione hiſtorica indicavi adfuiſſe Græcos Archiepiſcopos honorarios; nam ibi Archiepiſcopos à Papa inſtitutos ſine Suffraganeis dixeram habere eſſentiam, & qualitatem Archiepiſcopi, & jura Archiepiſcopalia ex erectione Pontificia.

Elicitur itaque conſtitutas fuiſſe aliquando Eccleſias Archiepiſcopales, & Metropolitanas per Summos Pontifices, etſi abſque ullo Suffraganeo addicto in earum inſtitutione. Verùm non videtur regulariter uſurpandum, quòd erigatur Archiepiſcopalis Eccleſia ſine Epiſcopis Suffraganeis, quia eſſet actus extra conſuetum ordinem; imò numerus ſaltem major uno certè congruentior eſt, ut videmus in Tabulis Eccleſiarum; itaut exempla Provinciæ conſtitutæ cum uno, & etiam duobus Suffraganeis rara ſint, & ſine Suffraganeis reſtringuntur ad Lancianenſem; quia Roſſanenſis, & Calaritana ſupradictæ dicuntur conſtitutæ ab initio cum Suffraganeis, etſi poſtea ab iis abſciſſi iſti fuerint.

Hoc eodem tempore quo ſcribimus, emanata fuit convocatio Concilii Romani celebrandi apud Lateranenſem Baſilicam, publicata à Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa BENEDICTO XIII. renovante ſumma Eccleſiæ utilitate priſtinam diſciplinam, à Conciliis antiquioribus, & noviſſimè à Tridentino tàm enixè inculcatam, celebrandi Concilia provincialia; quod in Eccleſia ſua Beneventana tam laudabiliter in uſu poſuerat. Quam praxim in dicto Eccleſiæ Paſtore, antequam ad Supremam Petri Cathedram aſcenderet, commendare non deſini *tom.1. cit. Conſtit. unic.* Honorii II. *ſect. 1. num.14.*

Ad quod Concilium idem Sanctiſſimus vocavit omnes Epiſcopos Provinciæ Romanæ, alioſque Epiſcopos omnes, qui ſunt exempti à Metropolitanis, & immediatè Sedi Apoſtolicę ſubjecti; nec non Abbates *Nullius* Juriſdictionis, habentes proprium Territorium ſeparatum, cum Juriſdictione Epiſcopali, & exemptos à quocumque Metropolitano; intenditque, ut Epiſcopi, ſeù Abbates exempti à Metropolitano quocumque, & immediatè ſubjecti Sedi Apoſtolicæ, facerent electionem alicujus Metropolitani, cujus Concilio Provinciali, eligentes reſpectivè intervenire debeant. Ad hanc tamen electionem non teneri Epiſcopos Romanæ Provinciæ, voluit, ſcilicet inter Capuanam, & Piſanam, ut jam declaraverat *Sacra Congregatio Concilii* apud Fagnan. *cap. etſi membra num. 36. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli*, ibi: *Sed cum dubitatum fuerit, an decretum dicti cap. 2. §. Itidem Epiſcopi ſeſſ. 24. habeat locum in Epiſcopis, qui ſunt in Provincia Romana, veluti qui ſunt inter Capuanam Provinciam, & Piſanam, qui habentur in capite Tua de offic. Vicarii, & latiùs in Provinciali Cancellaria Apoſtolica. Sacra Congregatio* cenſuit. *Non habere locum:* quia verè dicti Epiſcopi non ſunt exempti à Provincia quacumque, quia ſunt ſub Romana.

Sed de hoc redibit ſermo infra *Conſtit. 1.* Pauli II. prout quoque quoad contentionem habitam ab Epiſcopis, qui non ſunt in dicta Provincia Romana, ſed exempti à quocumque Metropolitano, & Romano Pontifici immediatè ſubjecti, an tenerentur, vel non, facere dictam electionem; vel habendi eſſent etiam ipſi de Provincia Romana, dicam *in dicta Conſtitutione* Pauli II. Cœterum quoad Abbates habentes Juriſdi-

ctionem

Digitized by Google

ctionem Epiſcopalem, & exiſtentes in aliqua Provincia, etſi immediatè ſubjectos Romano Pontifici, tenentur accedere hi ad Synodum Provincialem Metropolitanæ Provinciæ, ut reſolvit *Sacra Congregatio Concilii 6. Auguſti 1695. in Beneventana contra Vicarium Generalem Alberona*, quòd teneatur accedere ad Synodum Provincialem Beneventanam, habitam à meritiſſimo tunc S. R. E. Cardinale Urſino Archiepiſcopo, & tunc Summo Pontifice; quia tenentur ad eam Synodum dicti Abbates convenire; & vocari debent, Fagnan. *in cap. etſi membra num.48. de his, quæ fiant à Prælatis*, Proſper Auguſtinus *in addition. ad Quarant. in Summ. Bullar. verb. Concilium Provinciale ad tertium quæſitum*, Barboſa *ad Concil. ſeſſ.24. cap.2. de reform. num.8.* qui docent, Abbates *Nullius*, qui ſunt verè Ordinarii, habere vocem in Concilio Provinciali; & ita ſervatum fuiſſe in Synodo Provinciali Sypontina, & in Synodis Provincialibus Beneventanis *anno 1693. fol.562. Synodic. Benevent. & anno 1698. fol. ut ſupra 611.* & faciunt verba *Concilii cit. cap.* ubi ultra Epiſcopos voluit alios ad Concilium Provinciale teneri, ac vocari debere. Si verò Abbas *Nullius* habens Juriſdictionem Epiſcopalem in Populum, fuerit exemptus à quocumque Metropolitano, nec fuerit de Provincia Romana Papæ, tenetur quidem aliquem Metropolitanum eligere, cum quo Concilium Provinciale celebrare valeat, ad formam præſcriptam per idem *Concilium Tridentinum*, ut reſolvit *Sacra Congregatio Concilii* contra Archipresbyterum Altamuræ, & docet, ac refert Fagnan. *cit. cap. etſi membra, numer.34.* & ita ſervatum fuit, quoad Abbatem Montis Virginis *Nullius* Provinciæ, & Ordinarium, qui elegit Metropolitanum Beneventanum pro celebratione Concilii Provincialis, ut in *cit. locis Synodici Beneventan.* refertur, in quibus ſubſcriptionibus maxima animadverſione actum fuit, ut hujuſmodi Epiſcopi, & Abbates exempti eligentes ſubſcriberent: *Eligens conſentiens ſubſcripſi;* alii vero Suffraganei Epiſcopi, vel Abbates ſubſcriberent: *Conſentiens ſubſcripſi.*

24 Habet Archiepiſcopus, & Metropolitanus juris aſſiſtentiam pro exercenda Juriſdictione Archiepiſcopali in tota ſua Provincia, & Diœceſibus Suffraganeorum. Etſi enim conſiderata poteſtate Ordinis, & characteris, univocentur in poteſtate, & charactere recepto Archiepiſcopus, & Metropolitanus cum Epiſcopis; recipiunt ii namque per conſecrationem idem ſignaculum, ac characterem, & cum eo poteſtatem ordinandi, conſecrandi, aliaſque poteſtates ab Ordine dependentes; nec nihil in his plus habet Archiepiſcopus, & Metropolita, quàm quilibet Epiſcopus; nam Epiſcopalis Ordo unicus eſt, quoad poteſtatem Ordinis; tamen quoad Juriſdictionis actus exercendos, ad Cœleſtis Hierarchiæ ſimilitudinem, inſtituti fuerunt gradus varii in eadem Epiſcopali linea, ac ſphera. Sicuti enim in triumphante Eccleſia ſunt Angeli, Throni, aliique Chori Angelorum, juxta varia Officia eorum exercenda; ita ſub eadem linea, & Dignitate Epiſcopali, ac Pontificali in militanti Eccleſia fuerunt inſtituta Miniſtrorum Eccleſiaſticorum Officia; ac inter ſe diſtincti Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, ſeù Metropolitani, & Epiſcopi, idque provida Eccleſiæ inſtitutione actum fuit, Pigh. *de Eccleſ. Hierarch. lib.3. cap.1.* Buriat. *conſ.125. num.45. vol.1.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. Univerſ. lib.1. cap.6. num.4. & ſeqq.*

Igitur reſpectu exercitii Juriſdictionis, ac ſolicitudinis, majorem habet poteſtatem Archiepiſcopus, quàm Epiſcopus, *cap. ſollicitudinem de appellat.* Cardin. Zabarell. *in Clem. Archiepiſcopo num.7. de privileg.* Præcellit enim Archiepiſcopus cœteris Epiſcopis, etſi conſecratis, nedum Suffraganeis, ante eum; quia præcedentia datur intuitu majoris Juriſdictionis, Gemin. *in can. per ſingulas 2. quæſt.3.* & Archiepiſcopalis dignitas eſt in eo, *cap. fin. de purgat. Canon.* Sicque Archiepiſcopalis Eccleſia habet majorem honorem, quàm Epiſcopalis Suffraganea; quia hæc eſt ſub Juriſdictione, poteſtate, & ſubjectione Archiepiſcopi, ſeù Metropolitani, & Eccleſiæ Archiepiſcopalis, ſeù Metropolitanæ, Pavin. *de Offic. & Poteſt. Cap. Sede vacante part.2. quæſt.6. num.6.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.1. tit.1. cap.7. num.12.* Imò dicitur Archiepiſcopus Caput, & Superior totius Provinciæ, *cap. ſuper eo de Cenſib.*

Ex his itaque liquet Archiepiſcopum habere in tota ſua Provincia, & ſic in Diœceſibus Suffraganeorum ejuſdem Provinciæ, aſſiſtentiam legis communis, ſicuti habet Epiſcopus Juris aſſiſtentiam in tota ſua Diœceſi; videlicet relativè ad Archiepiſcopum, quoad actus dependentes à poteſtate, & Juriſdictione Archiepiſcopali, & quoad Epiſcopum, relativè ad Juriſdictionem immediatam, & ordinariam; & ſicuti pro ſupponenda ea Juris aſſiſtentia in Epiſcopo, requiritur probatio ſecuta ſituationis loci in ſua Diœceſi, ut latè dixi ſupra *Conſtitut.* 4. Calliſti III. *& alibi*, ita debet probari ſituatio Diœceſis in Provincia Archiepiſcopi; quæ ſituatio debet comprobari minus rigoroſè, ſi non contradicat, & concurrat alter Archiepiſcopus, contendens eſſe aliquam Diœceſim ſub ejus Provincia, & Suffraganeam, Rota *in Saliſburgenſi Juris Metropolitici 26. Novembris 1691. §. extra omnem coram Priolo, impreſſa deciſ.4.* poſt Proſper. *de Territor. ſepar.* prout dixi, quoad probationem ſituationis loci in Diœceſi aliqua, ſi non concurrat alter Epiſcopus contendens, faciliùs procedi pro Epiſcopo comparente, petente manutentionem.

Probata rursùs dicta ſituatione Diœceſis in Provincia Archiepiſcopi, debet iſte manuteneri in omnibus actibus Juriſdictionalibus Archiepiſcopalibus, exercendis in ea Diœceſi Suffraganea, donec probetur exemptio conceſſa à Romano Pontifice (ad quem id ſolùm pertinet) ab ejus Metropoli; qua probata nequit ampliùs Archiepiſcopus actus Juriſdictionales in ea Diœceſi exempta gerere, *cap. Paſtoralis ubi gloſs. de offic. Ordin.* Barboſa *de Jur. Eccleſ. libr.1. cap.7. numer.13.* Rota poſt Tamburin. *de Jur. Abb. deciſ.56. num.1. & in Montis Regalis Juriſdictionis*, contra Eccleſiam Catanenſem, quæ prætendebatur exempta ab Eccleſia Metropolitana Montis Regalis, *deciſ.734. coram Pœnia, impreſſa* poſt Marcheſan. *de commiſſionib. part.1. pag.1048.* & in alia *deciſ. Montis Regalis apud citat.* Marcheſan. *pag.369. & in cit. Saliſburgenſi numer.1. deciſ.4.* poſt de Proſperis *de Territ. ſepar.*

Aſſiſtentiam Juris, pro ſituatione Diœceſis in ali- 25
qua Provincia, & Archiepiſcopatu, comprobare va-
lent actus prohibitionis uſus Palii Epiſcopo prætenſo
Suffraganeo factæ; Juramentum fidelitatis præſtitum
Archiepiſcopo ab Epiſcopo; enunciativæ Summorum
Pontificum, quòd talis Eccleſia ſit Suffraganea ei Ar-
chiepiſcopo; litteræ proviſionis Eccleſiæ Epiſcopalis
directæ illi Archiepiſcopo, uti Metropolitano dictæ
Eccleſiæ Epiſcopalis; de quibus actibus, & aliis pro
probatione Juris Metropolitici, qui juncti cum aſſi-
ſtentia Juris importent verum titulum in Archiepiſ-
copo, pro exercitio ſuæ Juriſdictionis Archiepiſcopa-
lis, Barboſa *citat.* Cardinalis de Luca *de præminent.*
diſc.1. num.11. & in cit. Saliſburgen. & deciſ. Montis
Regalis Juriſdict. coram Pœnia, ubi quod Archiepiſco-
pus deberet manuteneri, nec dictæ manutentioni ob-
eſſe enunciativas exemptionis in litteris etiam Apo-
ſtolicis ad favorem Eccleſiæ Catanenſis, cum non eſ-
ſent diſpoſitivè prolatæ à Summis Pontificibus, ſed
ad inſtantiam partis; & concurrebant aliæ enuncia-
tivæ ad favorem Archiepiſcopi. Nec obſtitit, quòd
Epiſcopus cognoſcebat cauſas in prima, & ſecunda
inſtantia, tùm quia id non probatum legitimè erat,
tum fortiùs quia hoc potuerat evenire ex privilegio
particulari, non inducenti univerſalitatem exemptio-
nis à Metropolitano; & ex actu negativo in faculta- 26
tivis (non viſitaſſe nempè Archiepiſcopum Eccleſiam
Catanenſem, nec coegiſſe Synodos Provinciales) non
potuiſſe induci poſſeſſionem exemptionis in Epiſco-
po, aut non uſum contrarium juri Archiepiſcopali,
ut latè in *dicta deciſ.734.* in qua receſſum fuit à *de-*
ciſ.720. coram Pœnia in eadem cauſa emanata; ubi
viſa fuit turbida aſſiſtentia juris pro Archiepiſcopo,
& pro-

& proindè reſolutum fuerat diſcutiendum eſſe petitorium, antequam concederetur manutentio Archiepiſcopo, quæ conceſſa fuit in *dicta 2. deciſione*, & latè Cardinalis de Luca *de præeminent. diſc. 1. num. 11. & ſeqq.* & Rota *in Salisburgenſi Juris Metropolitici 26. Novembris 1691. coram Card. Priolo, quæ eſt impreſſa* poſt de Proſperis *de Territorio ſepar. deciſ. 4.* ita ut non uſus Juriſdictionis Archiepiſcopalis non obſit, cum agatur de Jure facultativo; nec negligentia Archiepiſcopi poteſt præjudicare juribus Eccleſiæ ſuæ, ut proſequitur *cit. deciſ. Salisburgenſi num. 6.* & quamvis aliqua Eccleſia, ſeù Prælatus inferior ſit exemptus in vim ſuorum privilegiorum Apoſtolicorum ab Ordinario, ſeù Epiſcopo, etiam in vera qualitate *Nullius*, non tamen infertur ad exemptionem à jure Metropolitico Metropolitani, niſi adſit ſpecialis in hoc exemptio, & Indultum Apoſtolicum unde in *Sacra Congregatione Concilii* diſputatis dubiis in *Nullius, ſeu Veſprimien. Juriſdictionis*: Primò, An conſtet de omnimoda exemptione activa, & paſſiva Præpoſiti, & Eccleſiæ Beatæ Mariæ Albæ Regalis ejuſque annexorum, tàm quoad Epiſcopum Veſprimien. quàm quoad Metropolitanum, & Primatem Regni, & quatenus affirmativè. Secundò, an eidem Præpoſito competat facultas concedendi dimiſſorias. *Sacra Congregatio die 26. Martii 1718. ad primum reſpondit. Affirmativè, ad ſecundum negativè*: non informante tunc Archiepiſcopo Strigonienſi Metropolitano, ſed *die 17. Decembris dicti anni*, eo etiam informante fuit reſcriptum *Indeciſis*. Verùm repropoſita cauſa die 17. Junii 1719. nec ulla capta reſolutione, tandem *die 8. Julii 1719.* reſponſum fuit: *Recedendum à deciſis, quoad Archiepiſcopum Strigonienſem*; & conceſſa nova audientia, ac repropoſita cauſa *die 26. Auguſti dicti anni* fuit dictum. *In ſecundo loco deciſis*: hoc eſt non conſtare de omnimoda exemptione Præpoſiti, & Eccleſiæ Albæ Regalis, quoad Archiepiſcopum Strigonienſem, tamquam delegatum Apoſtolicum in exemptos; & ſic videtur fuiſſe approbata exemptio à Metropolitano, uti tali, non autem ab eo, uti delegato Apoſtolico in exemptos.

27 Sed, quæ præſcriptio ſuffragetur Eccleſiæ Epiſcopali pro exemptione à Jure Metropolitico Archiepiſcopi Provinciæ? & videtur ſuffragari quidem immemorabilem formiter probatam per teſtes deponentes juxta requiſita Juris in Gloſſ. *cap. 1. V. titulum de præſcript. in 6.* ut in dicta Cauſa Montis Regalis dixit Rota *cit. deciſ. 734. num. 15. coram Pœnia*, Card. de Luca *cit. diſc. 1. num. 17.* quia immemorabilis importat meliorem titulum de mundo, & ſic privilegium Apoſtolicum exemptionis à Metropoli; quod certè non poteſt induci per ſimplicem quadragenariam, cùm agatur de jure impræſcriptibili. Quadragenariam verò præſcriptione titulo putativo ſuffragari, dummodò præcedat contradictio, & ſubſequuta patientia quadragenaria Archiepiſcopi, cum fama privilegii dixerat Card. de Luca *cit. diſc. 1. de præemin. num. 17.* citans Rotam *in Theatina Juriſdictionis 17. Septembris 1607. & 17. Martii 1608. cor. Ockemberge*; & quoad titulum putativum innuit Rota *citat. deciſ. 734. num. 10. coram Pœnia*; At in hoc dicerem, quod, ſi agatur de præſcribendo Jure exemptionis Epiſcopi à quocumque Jure Metropolitico, etiam Papæ, & eſt omnimodò impoſſibile, quia omnes Diœceſes ſunt ſub aliqua Provincia, juxta hyerarchicum ordinem Eccleſiarum conſtitutum, vel ſub Provincia Romana, & Papæ, vel alicujus Metropolitani; Si autem præſcriptio ſit, ut remaneat ſubjectus Epiſcopus alteri Metropolitano, vel immediatè Sedi Apoſtolicæ, de cujus Provincia videatur fieri, relicto medio, ſuo nempè nativo Metropolitano, ut ſentiit Rota *cit. deciſ. 734. num. 14. coram Pœnia*; & diſtinguendum eſt, aut agitur de præſcribendo jure particulari, puta cognoſcendi cauſas in ſecunda inſtantia, quod ſpectaret ad Archiepiſcopum; & poſſet certè cùm quadragenaria, & titulo putativo præſcribi jus contra dominium nativum Archiepiſcoporum, *ut in eadem deciſ. num. 11.* vel de univerſali exemptione activa, præeminentiali, ſeù juriſdictionali, ut dicatur eſſe quis Metropolita, ac Archiepiſcopus, & requiritur privilegium Apoſtolicum; cùm agatur de Juriſdictione activa Metropolitica, cujus conceſſio ineſt tantùm oſſibus poteſtatis Pontificiæ; & intrant omnia, quæ dixi, quoad conſtitutionem Territorii verè ſeparati, ſupra *Conſt. 4.* Calliſti III. *ſect. 3. hoc tomo*, itaut poſſet tantùm quadragenaria ſuffragari pro declaranda obſervantia tituli veri Apoſtolici, ſed obſcuri in conceptione verborum, an importet qualitatem veram Metropoliticam? non autem, ut eum titulo colorato ſuffragetur præſcriptio quadragenaria ad acquirendam eam qualitatem; Si demum agatur de Epiſcopo, qui prætendat præſcribere exemptionem à Metropolitano, uti immediatè ſubjectus Sedi Apoſtolicæ, & videtur poſſe ſuffragari quadragenaria, cum titulo colorato exemptionis obtentæ per Papam, cujus ſolùm eſt id concedere; cùm non agatur de exemptione activa, nempè juriſdictione Archiepiſcopali, ſed paſſiva, ad inſtar exemptionis paſſivæ alicujus Eccleſiæ, vel perſonæ, quæ poteſt præſcribi cum quadragenaria, & titulo colorato, *cap. cum perſona de privil. in 6.* & dixi *citat. ſect. 3. num. 31. & tom. 2. Conſtitut. 6.* Alexandri III. *ſect. 2. num. 3. & 28. & ſequent.*
Plura certè quoad inſignia præeminentialia, nec- 28
non quoad Juriſdictionalia competunt Archiepiſcopis in propria Provincia, & majora priùs competebant, cum imminuta fuerint in pluribus ejus præeminentia, & Juriſdictio, ut advertit Cardinalis de Luca *miſcel. Eccleſ. diſc. 1. num. 72.* tamen per Sacrum Concilium Tridentinum in pluribus confirmata ſublata, & aucta ſunt eorum præeminentia; ut *ſeſſ. 6. cap. 1.* quòd, Epiſcopos abſentes ſuffraganeos Metropolitanus Romano Pontifici denunciet, *eadem ſeſſ. 23. cap. 1. de reform.* quòd Metropolitani probare debeant legitimam cauſam Epiſcopi abſentis à reſidentia, ad ipſumque Metropolitanum unà cum Concilio Provinciali ſpectare, judicare de licentiis à reſidentia, & videre ne quis iiſdem abutatur, & ut pœnis Canonicis errantes puniantur, & *eadem ſeſſ. cap. 18.* quòd Archiepiſcopus Epiſcopos Suffraganeos corripiat, recuſantes coerceat ad omnia per Concilium conſtituta quoad erectionem Seminarii, & *ſeſſ. 24. cap. 2.* quòd Metropolitani congregent Concilium Provinciale quolibet triennio, ad quod Epiſcopi Suffraganei, & alii, qui de Jure, vel conſuetudine intereſſe debent, convenire omninò teneantur, exceptis iis, quibus cum imminenti periculo transfretandum eſſet; quòdque Epiſcopi, qui nulli Archiepiſcopo ſubjiciuntur, aliquem Metropolitanum vicinum eligere debeant, in cujus Concilio Provinciali interveniant; ejuſque Statuta ſervent; *ſeſſ. 25. cap. ultim. de Regular.* quòd Metropolitani in Conciliis Provincialibus curent executionem Decretorum Concilii diſponentium de Regularibus, & Monialibus, in omnibus Cœnobiis, Monaſteriis, & Collegiis quorumcumque Regularium, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis; Habet itidem Archiepiſcopus jus cognoſcendi cauſas in gradu appellationis, omnium Subditorum Epiſcoporum Suffraganeorum; aliaſque plures auctoritates habet, quarum aliquæ diminutæ fuerunt in Concilio Tridentino, aliiſque Juribus; de quibus Auctoritatibus elenchum facit Quarant. *in ſumm. Bullar. V. Archiepiſcopi auctoritas*, Ventriglia *in praxi tom. 1. de Juriſdictione Archiepiſcopi in Suffraganeos annot. 49. §. unic.* Barboſa *de Jur. Eccleſ. libr. 1. cap. 7. & alii*, & de dictis aliquibus actibus Juriſdictionalibus, egi Superioribus Commentariis, & agam in ſequentibus, ſolùmque, cum in præſenti Conſtitutione Pius Pallium in ſignum plenitudinis Pontificalis Officii, eidem Archiepiſcopo novo Senen. conceſſit, aliqua dicam in ſequenti ſectione circa Pallium, & Crucem Archiepiſcopalem, quæ ſunt inſignia præcipua talis dignitatis Metropoliticæ.

Sed antequam procedam ad dictam ſectionem, 29
opportunum duxi tranſcribere Votum à me datum in cauſa

Digitized by Google

in cauſa erectionis Eccleſiæ Epiſcopalis Viennæ in
Auſtria, in Archiepiſcopalem, quæ fuit agitata, &
reſoluta in Sacra Congregatione Conſiſtoriali die 22.
Januarii 1721. pro erectione ſupradicta cum aſſigna-
tione in Suffraganeam, Eccleſiæ Epiſcopalis novæ
Civitatis, ſeù Novoſtadii, Germanicæ *Neuſtadt*.

30 *Conſulendum Sanctiſſimo pro gratia erectionis Ec-
cleſiæ Epiſcopalis Viennæ, in Archiepiſcopalem, cum
aſſignatione, pro nunc in Eccleſiam Suffraganeam,
Eccleſiæ Epiſcopalis Novoſtadii.*

31 Summa Poteſtas Romani Pontificis in erigendis,
dividendis, & ſupprimendis Eccleſiis Epiſcopalibus,
ac eis elevandis in Metropolitanas, Primitiales, &
Patriarchales Eccleſias, ex doctrina omnium Catho-
licorum, & hiſtoriis Eccleſiaſticis præſtatui debet; ut
agnovit Div. Bernard. *ad Mediolanenſes: Plenitudo
ſi quidem poteſtatis ſuper Univerſas Orbis Eccleſias
ſingulari prærogativa Apoſtolicæ Sedi donata eſt:
Qui igitur, huic poteſtati reſiſtit, Dei Ordinationi
reſiſtit. Poteſt, ſi utile judicaverit, novos Ordinare
Epiſcopatus, ubi hactenus non fuerunt; poteſt eos qui
ſunt alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi
dictaverit, itaut de Epiſcopis creare Archiepiſcopos li-
ceat, & è converſo, ſi neceſſe viſum fuerit.*

32 Pro quarum Eccleſiarum Archiepiſcopalium ere-
ctione, Summus Pontifex ſolet moveri, ex rationa-
bilibus Cauſis juxta Romanorum Pontificum morem,
qui in agendo, etiam quidquid ipſis placuerit, ſem-
per ratione, ac æquitate ducti conſueverunt. In pra-
33 xi autem in hac re proceditur, quod ſi agatur de
Eccleſia Epiſcopali jam exempta, & Sanctæ Sedi im-
mediatè ſubjecta, proindeque nulli Metropolitano
Suffraganea, eoque caſu, cùm nullius læderetur Jus,
34 ſufficit pro Cauſa, docere de inſignitate Civitatis,
nobilitate Civium, ſtructura Eccleſiæ, numero, &
Dignitate Capituli, & Capitularium, multitudine
Cleri Sæcularis, & Regularis, ac omnibus aliis, quæ
ipſam Eccleſiam dignam redderent, quòd in Archie-
piſcopalem erigeretur, ut in terminis de praxi hujus
Congregationis Conſiſtorialis, docuit Matta *de Con-*
35 *ſiſt. Cauſ. ſect.2. num.29. &* 30. ubi quod in hoc ca-
ſu Eccleſiæ exemptæ, non debeat aliquis citari, nec
haberi conſenſus aliorum, ſed tantùm id eſſet neceſ-
ſarium, ubi erectio Sedis Archiepiſcopalis importaret
diſmembrationem ab alio Metropolitano, cui ſubeſſet
Eccleſia erigenda; vel quatenus Suffraganei aſſignan-
di novæ Eccleſiæ Archiepiſcopali, fuiſſent ſubjecti al-
teri; quod tamen non militat, ut requiratur citatio
dictorum intereſſe habentium, ſi Papa procederet
motu proprio, ac de poteſtatis plenitúdine, prout
egerunt Summi Pontifices in pluribus erectionibus;
præſertim in Senenſi Archiepiſcopatu, Bononienſi,
& Firmano, ac aliis; Sicuti quoque, quòd in Ec-
cleſia Epiſcopali, quæ eſſet exempta, paſſim conce-
datur hæc erectio Cardinalis de Luca *de præminent.
diſc.1. & Miſcell. diſc.* 52. & Rota *in Montis Rega-
lis*, ubi de erectione hujus Eccleſiæ in Sicilia in Ar-
chiepiſcopalem, *deciſ. 546. & 761. coram Pænia*.
Omnia igitur prædicta concurrunt in hoc caſu, quia
agitur de Eccleſia Viennæ exempta, & conſtat de
inſignitate Eccleſiæ, Capituli, Cleri, & Dignitate
ſpeciali Reſidentiæ in illa Romani Imperatoris, ita-
ut ea Civitas reddita dicatur caput tàm vaſtæ Mo-
narchiæ Auſtriacæ.

36 Hinc paſſim videntur hujuſmodi Dignitates Ar-
chiepiſcopales fuiſſe à Summis Pontificibus conceſſæ,
antiquioribus etiam ſæculis, Civitatibus in quibus Im-
peria Civilia Provinciarum aderant, *Can. Provinciæ*
37 *diſt.*99. ubi Anacletus Papa ait: *Provinciæ multo an-
te Chriſti adventum, tempore, diviſæ ſunt maxima
ex parte, & poſtea ab Apoſtolis, & Beato Clemente
Prædeceſſore noſtro ipſa diviſio eſt renovata in Ca-
pita omnium Provinciarum, ubi dudum Primates erant
legis ſæculi, ac prima judiciaria poteſtas, &c. Ipſis
quoque in Civitatibus, vel Locis, noſtros Patriar-
chas, vel Primates, leges divinæ, & Eccleſiaſticæ,*
38 *poni, & eſſe juſſerunt*. Et in Can.7. Concil. Chalced.
habetur. *Si aliqua Civitas auctoritate Imperiali no-
vata eſt, aut, ſi protinus innoventur Civiles diſpoſi-
tiones, & publicæ, Eccleſiarum quoque, & Diœceſum
ordo ſubſequetur*. Quod tamen intelligi non debet, 39
ut talis auctio, & immutatio fiat auctoritate Laica-
li, qua mutantur Jura Civilia, vel, ut neceſſariò fie-
ri debeat à Poteſtate Eccleſiaſtica, quòd reſpondeat
politicæ diviſioni Eccleſiaſtica diviſio, & Dignitas,
ut benè Dartis *de ſuburbicariis Eccleſiis*, poſt *tract.
de Jur. Can. cap.*11. Sed illud procedit, ut talis mu-
tationis videlicet, & augumenti poteſtatis Civilis in
Civitate aliqua, ut notant Doctores apud Franceſ.
*de Eccleſia Cathedr. cap.*1. in terminis erectionis Ci-
vitatis alicujus in Archiepiſcopatum, *num.* 38. Card.
de Luca *cit. locis*; Hinc evectio Eccleſiæ C. P. quæ 40
priùs erat ſub Eccleſia Metropolitana Heracleæ in
Thracia, uſque ad Dignitatem Patriarchalem facta
fuit, *eo quod Urbs illa imperaret*, ut ſunt verba rela-
ta in *Concil. Chalcedonenſi cap.17. &* 18. Etenim in 41
ea Civitate Imperator reſidebat, ac Imperium exer-
cebat; idque in pluribus Eccleſiis in Oriente actum
fuit, ut aucto Imperio politico in aliqua Civitate,
iſta ad altiorem gradum, & Dignitatem elevata
fuerit.

Poſterioribus quoque ſæculis paſſim videtur con-
ceſſa Dignitas Archiepiſcopalis Civitati, in qua reſi-
debat Supremum gubernium politicum, ut benè apud
Ughell. *Ital. Sacr. tom.5. de Civitate Venetiarum*,
ibi: *Verùm Sedes, quæ nunc in omnes Veneti Ducatus
Primatum tenet titulo Patriarchali, obſcuris, & exi-
guis ab initiis, ad tantum Eccleſiaſticæ Dignitatis, &
Sacræ prærogativæ culmen, tum ipſius Civitatis, &
Reipublicæ Venetæ incrementis, ſenſim, aſcendit; ete-
nim antiquitus Populi Veneti Patavino Epiſcopo ſub-
erant, & Sacramenta ab eo recipiebant, deindè fa-
ctus Epiſcopus, ac Patriarcha traslatione Gradenſis.*
Et in erectione Archiepiſcopatus Urbini facta à Pio
IV. ex eo quod Civitas illa erat Reſidentia Ducis,
ſub cujus Dominio Ducatus ille unitus fuerat, & Im-
perium totius Ducatus ibi exercebatur; Et notat Car-
dinalis de Luca *cit. diſc.1. de præminentiis, & citat.
diſc.52. Miſcell. Eccleſ.* Unde videmus eadem ratio-
ne Supremi Dominii politici Pariſienſem Eccleſiam
in Metropolitanam erectam, prout Januenſem, Tau-
rinenſem, & quidem in fortiori caſu diſmembratio-
nis factæ ab Archiepiſcopis, quibus ſubjectæ erant;
& in Neapolitana, in Panormitana, in Florentina,
ac in aliis ad Archiepiſcopales promotis Eccleſiis,
ex quo, politica, & Civilis Juriſdictio in illis adau-
cta fuerat. Quid plus? in parva Republica Lucana,
in qua politica poteſtas exercetur, etſi conſequuta
non fuerit Dignitatem Archiepiſcopalem, obtinuit
quidem à Summis Pontificibus, ejus Epiſcopos, uti
poſſe Pallio, & Cruce Archiepiſcopali.

Accedit quoque in iſto caſu meritum Civitatis Vien- 42
næ, quæ Antemurale Turcarum ferocitati fuit; quo-
rum Barbarorum obſidionem, tàm ſtrenuè, præſertim
anno 1683. ſubſtinuit, tot calamitatibus preſſa. Si
etenim Alexander Papa III. in novo diplomate pro
erectione Eccleſiæ Januenſis in Archiepiſcopalem,
apud Ughell. *Ital. Sacr. tom.4. in Archiepiſcopo Jan.
pag.867. in ultim. edit.* inter præcipuas rationes ejuſ-
dem prærogativæ, recenſet, quòd *Januenſis Civitas
de Inimicis Crucis Chriſti, triumphum frequenter, &
victoriam reportavit* majori ratione debetur hoc præ-
mium conſtantiæ dictæ Civitatis Viennæ, pluries
Turcarum ferociam, in obſidionibus expertæ.

Sed præ aliis Cauſis urget quidem inſtantia Caroli 44
VI. Imperatoris; Ad petitionem etenim Friderici III.
Imperatoris, dum Romam ipſe petiit, facta promiſ-
ſione Paulo II. de expeditione Turcica peragenda,
legimus ab eodem Pontifice conceſſam erectionem
Civitatis Viennæ in Eccleſiam Epiſcopalem, etſi Fri-
dericus promiſſa non ſervaverat, ut Joannes Campa-
nus *Epiſt. ad Cardinalem Papienſem* ſcripſit, & *Ep.*12.
ait: *Legatum Papæ omni fomite, omni materia Cæſa-
rem conatur accendere; ſed neſcio, an unquam accendi*

poſſit

poſſit is, qui nunquam incaluit; Hanc gratiam denegabit Clemens Summus Pontifex hodiernus Carolo Imperatori? qui jam tanta gloria, tàmque ſtrenuè contra Turcas pugnavit, & Chriſtianitatem, præſertimque Ditionem Eccleſias præſervavit à Barbarorum incurſionibus, & Tyrannide; quique Gratiam hanc expoſtulat majoribus ornatus meritis, dum prius vicit, ac Turcas profligavit, & deindè interceſſorem ſe facit pro ſua Civitate Viennæ, & pro minori quidem gratia, quam obtinuit Fridericus, dictæ erectionis in Epiſcopatum, cum diſmembratione ab Eccleſia Paſſaviæ.

46 Sæpè enim erectas fuiſſe Eccleſias Archiepiſcopales ad ſupplicationem Principum locorum, teſtantur Eccleſiæ monumenta, ut de Eccleſia Beneventana habetur in Concilio Romano ſub Joanne Papa XIII. ibi: *Septimo Kalendas Junias ante confeſſionem Baſilica Beati Petri Apoſtolorum Principis, unà cum conſenſu multorum Præſulum, atque Sacerdotum, omniumque Clericorum S. R. E. petentibus inſuper Pandulpho Beneventana, & Capuana Urbium Principe, ſeu Spoletò, & Camerini Ducatus Marchione, & Duce, ſimulque, & Landulpho Eccellentiſſimo Principe filio ejus Anno 969.* apud Ughell. *Italia Sacra in Eccleſia Beneventana tom. 8. fol. 94. primæ edit.* & quoad Eccleſiam Capuanam, ad petitionem Pandulphi Principis, *citat.* Ughell. *in Eccleſia Capuana*, & ad petitionem Principum eveniſſe alias erectiones, ut Pariſienſis; Januenſis, &c. exploratum eſt; magnique ponderis fit gratia, quam fecit Div. Gregorius Papa Epiſcopo Galliæ ad inſtantiam Reginæ, deferendi Pallium, itaut præcederet omnibus Epiſcopis Provinciæ excepto ſuo Metropolitano, *ep. 113. libr. 7.* Ad inſtantiam quoque Vvillelmi Siciliæ Regis erecta fuit à Lucio III. Eccleſia Montis Regalis in Sicilia; & precibus Philippi III. Hiſpaniarum Regis à Pio IV. erecta Eccleſia Lancianenſis ſine Suffraganeis in Archiepiſcopalem, ex eo quòd dicta Eccleſia erat ad Nominationem Regis.

47 Si igitur cauſæ prædictæ, quæ ſunt in hoc caſu, Romanos Pontifices impulerunt ad peragendas dictas alias erectiones, & quidem ſingulatim expoſitæ, nullum dubium eſt, quòd eo magis ſimul concurrentes, motivum nunc juſtum præbeant concedendi gratiam; & eo fortiùs, quia ceſſat præjudicium alterius, ut fuit in pluribus ex hujuſmodi erectionibus factis; utpotè, quia vel Eccleſia noviter erecta erat ſubjecta Metropoli, à qua diſmembrata fuit, vel Suffraganei illi aſſignati aderant ſub alia Metropoli antiqua: quod non eſt in hoc caſu; cùm Viennæ Eccleſia ſit exempta, & immediatè ſub Romano Pontifice, & Eccleſia Novoſtadii aſſignanda Suffraganea eſt etiam exempta.

48 Nec opus eſt aliis Suffraganeis ſubjiciendis, cùm etiam poſſit erigi Archiepiſcopatus ſine Suffraganeis, ut videmus in Lancianenſis Roſſanenſis Archiepiſcopalibus Eccleſis ſine Suffraganeis, & in aliis, qui habent ſolùm unum Suffraganeum, ut in Tabulis Eccleſiarum recenſetur, & abolitus fuit numerus requiſitus duodecim Suffraganeorum in *Canon. ſcitote 6. quæſt. 3.* quod in praxi teſtatur Cardinalis de Luca *Miſcell. Eccleſ. diſc. 52. num. 18.* & conſtat ex Tabulis Eccleſiaſticis prædictis.

49 Nec attendenda eſt oppoſitio Epiſcopi Paſſavienſis, quia ut dixi ex Doctoribus, & praxi hujus Congregationis, relata per Matt. *cit.* non audiuntur, nec admittuntur pro legitimis Contradictoribus alii Epiſcopi, & Archiepiſcopi, ſi agatur de erigenda Eccleſia jam exempta, & nulli Archiepiſcopo ſubjecta, ut in hoc caſu. Si enim rursùs Paulus II. erexit hanc Eccleſiam Viennæ in Epiſcopalem ad inſtantiam Imperatoris Friderici III. diſmembrando dictam Diœceſim ab Eccleſia Paſſavienſi, ut in diplomate Pontificio, abſque eo, quòd fuerit citatus, vel auditus Epiſcopus Paſſavienſis, quomodo poteſt contendi, ut audiatur in præſenti inſtantia promotionis dictæ Eccleſiæ Viennenſis jam ab ipſa Paſſavienſi diſmembratæ, in Ar-
chiepiſcopalem. Minuſque obſtare poteſt, injuriam re- 50
dolere, ut Epiſcopalis Eccleſia à Paſſavienſi ſciſſa, ele-
varetur ad Archiepiſcopalem dignitatem, quæ ſuper-
eminet Epiſcopali, quam habet Eccleſia Paſſavienſis
olim illius mater; quia id poſſet obſtare, ſi Viennenſis
Eccleſia Metropolitana dignitate potiretur, quoad Ec-
cleſiam Paſſavienſem, ita ut hæc ſubdi deberet illi Ec-
cleſiæ, olim ejus filiæ; ſecùs in caſu erectionis Eccle-
ſiæ Viennæ in Archiepiſcopalem ſimpliciter, nullo vi-
delicet reſpectu ad Paſſavienſem, quæ non addicitur ei 51
Suffraganea; nam in hoc nulla fit Eccleſiæ Paſſavienſi
injuria; quia Papa poteſt elevare aliquam Eccleſiam
ad majorem præeminentiam, etiam reſpectu alterius
Eccleſiæ, quæ illi æqualis erat, vel major; ut vide-
mus in erectione Eccleſiæ in Collegiatam, etſi eſſet
iſta alterius Eccleſiæ dignitate minor: nam per talem
erectionem fit major illa. Nec attenditur illud præju-
dicium conſequens in his gratiis præjudicialibus de ſui
natura; quia Papa benè ſcit in hujuſmodi erectioni-
bus conſequenter præjudicium inferri aliis Eccleſiis,
nedùm æqualibus, ſed etiam Matricibus, ut his ſu- 52
pereminеat erecta in Collegiatam, vel Cathedralem;
Cardinalis de Luca *diſc. 9. de præeminent. num. 5.* Rota
*deciſ. 1445. num. 3. & per tot. coram Seraphino, dec. 1.
per tot. coram Caril. & deciſ. 174. num. 3. par. 1. recent.*
aliàs non poſſent unquam fieri iſtæ erectiones in Col-
legiatas, & Archiepiſcopales, vel Epiſcopales, ſi præ-
judicium illud conſecutivum evitari deberet.

Ita videmus Eccleſiam Conſtantinopolitanam erectam etiam Patriarchalem, licèt diſmembratam ab Eccleſia Heracleæ: & ſic majorem præeminentiam, quam iſta obtinuit. Et caſus obtentæ gratiæ per Epiſcopum Galliæ à Div. Gregorio utendi pallio, cum prælatione proinde omnibus Epiſcopis Provinciæ, ut ſupra retuli, certè importat præjudicium Epiſcopis Conſecratione anterioribus: & tamen de tali præjudicio minimè curæ fuit Divo Gregorio. Itidem Venetus Epiſcopus Patriarcha fuit conſtitutus, licèt Eccleſia Patavina, cui ſubjiciebatur, remanſerit in dignitate ſolùm Epiſcopali; & noviſſimè in Patriarchatu Ulyſſiponenſi diſmembrato ab Eccleſia Archiepiſcopali Ulyſſiponenſi, remanente iſta, quæ erat illius mater, in ſtatu ſimplici Archiepiſcopali. Pariſienſis Eccleſia erecta in Archiepiſcopalem, Januenſis, & aliæ eamdem dignitatem Archiepiſcopalem obtinuerunt, quam habebant Eccleſiæ, à quibus fuerunt ſciſſæ. Ita Lancianenſis Eccleſia erecta in Archiepiſcopalem, dum erat Archiepiſcopo Theatino ſubjecta. Et animadvertendum, quod facta erectione Eccleſiæ Viennæ à Paulo II. in Cathedralem, eam diſmembrando ab Eccleſia Paſſavienſi, ut dixi, certum eſt illam evaſiſſe æqualem in dignitate huic ejus matri; ita ut in communi ſeſſione præcedere debuerat Epiſcopus Viennæ, ſi conſecratus prius fuerat; & ſic nulla repugnantia in his, & ſimilibus caſibus erectionum reperitur.

Nec tandem debet dari aliqua dilatio, ut Jura prætenſa exhibeat Archiepiſcopus Salisburgenſis, quia cùm agatur de Eccleſia Viennenſi exempta, nullus poteſt dari, & admitti contradictor legitimus, ut ex praxi hujus Congregationis dixi ſupra. Non etenim obſtare poſſet, quòd nequeant eſſe duæ Metropoles in eadem materiali Provincia, cùm contrarium habeatur in Gloſſ. *Canon. pervenit diſt. 101. verb. in una Provincia*, ubi quod ob Populum, & alias rationes congruas illud poteſt dari, *& ver. unam*, ubi quod ſi dividantur, duæ tunc reddantur Provinciæ ex una, *& in cit. Canon.* diviſio iſta prohibita fuit in Concilio Chalcedonenſi, ne fieri valeret ab Epiſcopis, cùm ſit id reſervatum Summo Pontifici; & in praxi videmus in Sicilia Eccleſiam Archiepiſcopalem Montis Regalis per paucos paſſus diſſitam ab Archiepiſcopali Panormitana; in Provincia Aprutina Archiepiſcopatum Lancianenſem, etſi valde reſtrictum, proximum Metropoli Theatinæ, imò ab iſta diſmembratum, & ex aliis exemplis. Sed ulterius obſervandum, quòd Eccleſia Salisburgenſis eſt in Provincia Bojariorum, & Vienna eſt in Auſtria, prout Novoſtadienſis Epiſcopa-

tus;

Digitized by Google

rus; & proindè iſtæ Eccleſiæ non conveniunt cum Germania, & Provincia Salisburgenſi, ut plenè dixit Rota *Romana in Salisburgenſis Juris Metropolitici 26. Novembris 1692. curam Card. Priolo.*

Die ſexta Maii Anno 1621. Sacra Congregatio Conſiſtorialis, ad quam Sancta memoria Clemens Papa XI. remiſerat præfatam inſtantiam, reſcripſit: *Conſulendum eſſe Sanctiſſimo pro erectione*; & ſic juxta Votum prædictum Mei unius tunc ex Prælatis dictæ Congregationis, qui unà ſunt in ea cum pluribus S. R. E. Cardinalibus: & ita fuit executa erectio præfata decreto emanato in Conſiſtorio per dictum Pontificem.

SECTIO UNICA.

De Pallio, & Cruce Archiepiſcopali.

SUMMARIUM.

1 *Pallium eſt ſpeciale ornamentum Archiepiſcoporum.*
Denegatum Epiſcopis, niſi ex privilegio Apoſtolico concedatur. Enumerantur Epiſcopi, qui habent hoc privilegium, ibid.
2 *Pallii uſus à quo originem ducat?*
Pallium conceditur ex corpore D. Petri ad indicandam Archiepiſcoporum præ aliis inſignem Juriſdictionem, ibid.
3 *Manus Laica non habet poteſtatem concedendi Pallium, cùm ad ſolum Summum Pontificem pertineat.*
4 *Ut Patriarchæ Eccleſiæ Orientalis reciperent Pallium à Summo Pontifice, non de novo ſtatutum fuit.*
In Concilio Lateranenſi permiſſum fuit dictis Patriarchis, ut largirentur Pallia ſuis Suffraganeis, ibid. & num. ſeq.
5 *Opera Alberici Romæ Tyranni, Patriarchæ, & Epiſcopi Græciæ uſum Pallii uſurparunt.*
Ante tempora Alberici Pallio non utebantur illi, niſi Summi Pontificis permiſſu, ibid.
Recenſetur petitio Pallii facta ſanctæ memoriæ Clementi XI. à Patriarcha Græco Alexandrino, qui à Schiſmate receſſiſſe profeſſus fuerat, ibid.
Ac innuitur reſolutio Pontificis, & actio ſequuta illius conceſſionis relativè ad calcem hujus Commentarii ponenda, ibid.
6 *Pallium in Occidente, & in Oriente à Summo Pontifice recipi debet.*
7 *Preces, & inſtantiæ Imperatorum, & Principum præmittebantur petitioni Pallii.*
8 *Quo tempore originem habuit traditio Pallii?*
9 *Petitio Pallii intra tres menſes à die confirmationis, eſt facienda.*
A quibus, conſuevit pallium recipi? ibid.
Et quæ ſit diſciplina præſentis temporis? Et quibus ritibus? ibid.
10 *Refertur caſus, quo, Archiepiſcopus Granganorenſis receperat pallium ab alio, quàm à Delegato per Summum Pontificem, & conſecrationem ultra tempus præfixum in litteris Apoſtolicis, diſcuſſus in Congregatione particulari, & num. ſeqq.*
Motiva dicti caſus adducta Summo Pontifici, ibid.
11 *Ex Tridentino Paſtores Cathedralium Eccleſiarum, quicumque ſint, debent munus conſecrationis intra tres menſes recipere, ſecùs tenentur ad reſtitutionem fructuum.*
Si intra totidem menſes id facere neglexerint, Eccleſiis ipſo Jure ſunt privati, ibid.
Ex mente Tridentini requiritur negligentia, ibid.
12 *Epiſcopi conſecratio eſt peragenda à tribus Epiſcopis.*
Quæ forma non eſt de Jure divino, ſed ab Apoſtolis tradita. Unde Papa poteſt diſpenſare, ut ab uno tantùm fiat, ibid.
13 *Juſtè impedito tempus à Concilio ſtatutum pro conſecratione peragenda non currit.*
Verùm impedimentum debet concludenter probari, ibid.
14 *An, ut quis excidat à Jure ſuæ Eccleſiæ, ob non receptam conſecrationem in tempore ſtatuto à Concilio, requiratur ſententia declaratoria?*
15 *Urbanus VIII. prohibuit majori Pœnitentiario, & cæteris Officialibus Pœnitentiariæ, ſuper præfatis pœnis diſpenſare.*
16 *Collatio Pallii ab alio, quàm à Delegato per Summum Pontificem facta, eſt nulla.*
Antiquitùs Pallia non concedebantur, niſi præſentibus, ibid.
17 *Diſpenſationes Apoſtolicæ, directæ Vicariis Generalibus, nequeunt ab Epiſcopis exequi ob abſentiam illorum.*
18 *Profeſſio fidei, & juramentum coram alio, quàm deſignato in litteris Apoſtolicis præſtita, indigent gratia revalidatoria.*
19 *Valet conſecratio Epiſcoporum, ſi ex cauſa non fiat in loco deſignato.*
Argumentum de loco ad perſonam non valet, ibid.
20 *Archiepiſcopus Conſecratus ante Pallii receptionem, validè poteſt exequi ea quæ ſunt Ordinis, non tamen licitè.*
21 *Refertur deciſio Congregationis particularis ſuper caſu relato num.10.*
22 *Formula traditionis Pallii refertur. Et quid prædicatur, quando traditur Eminentiſſimo Epiſcopo Oſtienſi?*
23 *Dies in quibus uſus Pallii permittitur, recenſentur.*
24 *Solus Papa utitur Pallio in quibuſcumque Miſſarum ſolemniis.*
25 *Pallii uſus non permittitur, niſi in Eccleſiis intra propriam provinciam. Nec in proceſſionibus.*
Quod aliquando ex ſpeciali privilegio Papæ conceſſum fuit, ibid.
26 *Antiquitus uſus Pallii permiſſus erat in omnibus Miſſarum ſolemniis.*
27 *Eo uti valet in Provincia, etiam extra viſitationem.*
Imò etiam in loco exempto, exiſtente in Provincia, ibid.
28 *Extra Provinciam uſus Pallii eſſet permiſſus, ex ſpeciali Papæ privilegio. Ut quibuſdam conceſſum.*
29 *An Pallium adhiberi poſſit in Synodi Diœceſanæ, vel Provincialis celebratione? & num. ſeqq.*
30 *In diebus principalium feſtivitatum Pallii uſus permittitur.*
31 *Dies inchoationis Synodi eſt principalis feſtivitas.*
Adducuntur plures rationes pro uſu Pallii in Synodis per Archiepiſcopos, ibid.
32 *Archiepiſcopus in Synodo uti poteſt Pallio, non tamen in tota; quia nequit extra Miſſarum ſolemnia.*
33 *Non debet Archiepiſcopus ſine Pallio ea munia obire, quæ ſunt poteſtatis Ordinis.*
Secùs, ſi ea munia obiret extra propriam Diœceſim, ibid.
34 *Si quis transferatur de uno Archiepiſcopatu ad alium, debet novum Pallium recipere. Neque eo uti valet ſi transferatur ad Epiſcopatum. Et ſi poſtea redeat ad primum debet quoque novum recipere.*
35 *Pallium debet honorificè ſervari. Et cum eo Archiepiſcopus ſepultura traditur, ſi in propria Eccleſia decedat; quòd ſi in aliena, ponitur ſub capite defuncti.*
36 *Pallia conficiuntur ex lana candida duorum agnorum, qui offeruntur in die S. Agnetis ab ejus Religioſis Papæ.*

Deindè

Digitized by Google

Deindè reponuntur, benedicta, ſupra Corpus D. Petri. Ex quo dicitur tradi de Corpore D. Petri, ibid.

37 *Quæ ſit forma pallii?*

Antiquitùs in eo exprimebatur imago Paſtoris portantis humeris ovem, ibid.

38 *Quid, ſi Pallium amittatur ex naufragio, aut corroſum fuerit; aut anguſtum, itaut compitè humeris non congruat, & n. ſeq.*

39 *Pallium conceditur non pro ornatu humerorum, ſed ad deſignandam unitatem omnium Eccleſiarum cum Eccleſia Romana.*

Hinc Antiquioribus ſæculis hanc formam non habebat, ibid.

An conceſſum fuerit bis pallium? ibid.

40 *Aliud inſigne Archiepiſcoporum, ac Primatum eſt, delatio Crucis ante ipſos.*

Olim ſolius erat Summi Pontificis, ejuſque Legatorum, ibid.

41 *Patriarchæ, & Primates ubique deferunt vexillum Crucis, excepta Urbe, & locis, in quibus adeſt Summus Pontifex, aut ejus Legatus.*

42 *Nota eſt controverſia de præeminentia Primatus, inter Archiepiſcopum Cantuarienſem, & Eboracenſem; demùm ad Sedem Apoſtolicam delata, ubi plura ad dictam cauſam.*

43 *Archiepiſcopi Crucem deferunt, ſed intra ſuam provinciam; etiam extra viſitationem; & poſt receptum Pallium.*

Archiepiſcopus Nazarenus poteſt ex privilegio eam deferre per totum Orbem, excepta Urbe, ibid.

Epiſcopi ex privilegio poſſunt Crucem deferre. Ut aliquibus conceſſum, ibid.

44 *Archiepiſcopus habet jus deferendi Crucem etiam in loco exempto ſuæ Provinciæ.*

Quod extenditur quoque ad Epiſcopum, qui aliàs ex privilegio haberet jus deferendi Crucem, ib. & num. ſeq.

45 *Quod procedit etiam, in Diœceſi exempti Suffraganei, & Monaſteriis habentibus ampla privilegia exemptionum: ubi de Epiſcopo Papienſi, & Lucano, & n. ſeqq.*

Etiam in actibus, qui Juriſdictionem redolere non videtur, puta acceſſus orandi cauſa, &c. ibid.

46 *Non obſtante quòd talis delatio ſit permiſſa in miniſteriis divinis cantùm.*

47 *Præeminentia Epiſcoporum, alia ſunt merè honorifica, alia, quæ important totalem Juriſdictionem, alia quæ participant de juriſdictione ſolùm habituali.*

48 *Archiepiſcopus licèt in loco exempto, uti nequeat inſignibus in his, quæ important falcem Judicii, poteſt tamen merum uſum Crucis habere ante ſe.*

49 *Et hoc, in ſignum habitualis Juriſdictionis.*

50 *Epiſcopis Papienſis in pœnam adhæſionis Schiſmatici, fuit ab Alexand. III. prohibita delatio Crucis. Quod revocatum deinde fuit ab Honorio III.*

51 *Recenſetur petitio facta Pallii ſan. memor. Papæ Clementi XI. à Patriarcha Græco Alexandrino, qui Sciſma abjuraverat.*

Quæ fuerunt conſiderata in Congregatione particulari ſuper hac re habita, ibidem.

Reſolutio adducitur, ac refertur tota actio Pontificia conceſſionis impartita, ibid.

1 PAllium igitur eſt ſpeciale Ornamentum Archiepiſcoporum, proindeque iis tamen competit, ac eorum ſuperioribus, nempè Romano Pontifici, ac Patriarchis; denegatumque illud fuit Epiſcopis, niſi ex ſpeciali Privilegio Apoſtolico id concedatur; ut habet Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, qui conſecrat Romanum Pontificem; Epiſcopus Papienſis, & Lucanus in Italia; Bambergenſis in Germania, Quinque Eccleſiarum in Hungaria, prout notat Moſcon. *de Majeſtate milit. Eccleſiæ part. 1. lib. 1. cap. 8.* Durand. *de ritib. Eccl. lib.* 2. *cap. 9. num. 43.* Barb. *in can. diſt. 100. num. 2.* Et licèt aliqui, conceſſum olim fuiſſe Pallium ab Imperatoribus, vel eorum aſſenſu, aſſerant, ut refert Thomaſ. *de Vet. & nov. diſc. par. 1. lib. 2. c. 53. & ſeq.* tamen id intelligi debet, quòd Pallium Eccleſiaſticum fuerit ſimile chlamydi, ſeu Pallio Imperiali, cujus pars ab Imperatoribus mittebatur aliquibus Epiſcopis, ad denotandam æſtimationem eorum gradus; neque Pallium Eccleſiaſticum erat, quod ab Imperatore tranſmittebatur: hinc conſuevit Sedes Apoſtolica Pallium Apoſtolicum & Sacrum, dictis Prælatis Eccleſiarum concedere, levatum ex Corpore D. Petri, ad indicandam Archiepiſcoporum, & Patriarcharum inſignem præ aliis Eccleſiæ Prælatis juriſdictionem; ſicque numquam dicendum, hoc Sacrum Pallium, Juriſdictionis Eccleſiæ Symbolum, a Manu Laica recipi poſſe, & ſi quid in hoc fuiſſe attentatum, irritum ac inane declaratum extitit; ac ſolius Summi Pontificis fuit Pallium Archiepiſcopale concedere, vel immediatè, vel per Patriarchas; aliosque Delegatos. Unde D. Gregor. *lib. 4. epiſt. 7. & 8.* ait: *Ratam nos ejus conſecrationem habere, dirigentes Pallium, judicamus.* Et Pelagius Papa dixit: *Quoniam quidam Metropolitanorum fidem ſuam, ſecundum priſcam conſuetudinem, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ exponere detrectantes, uſum Pallii neque expetunt, neque percipiunt, ac per hoc Epiſcoporum conſecratio viduatis Eccleſiis non ſine periculo protrahitur, placuit, ut unuſquiſque Metropolitanus ultra tres menſes conſecrationis ſuæ ad fidem ſuam exponendam Palliumque ſuſcipiendum ad Apoſtolicam Sedem non miſerit, commiſſa ſibi careat dignitate;* ut in *Can. 1. diſt. 100.* Ex quibus elicitur antiquum fuiſſe morem, uſque a tempore Pelagii, recipere pallium, & quidem ſolummodo a Sede Apoſtolica: & conſonant *Can. priſci, & ſeqq. eadem diſtin. 100.* Hinc de Patriarcha Antiocheno ſic ſcripſit Baron. *an. 1136. fol. 160. Interea reſignato Pallio, quod idem Patriarcha de Altari Antiochenæ Eccleſiæ, ſua ſibi ſumpſerat auctoritate, in injuriam Sedis Apoſtolicæ, & Cardinalibus tradito, aliud ei pallium ſumptum de Corpore Beati Petri more ſolemni per priorem Diaconorum traditur?* Vuillelmus Tyrius *hiſt. de Bell. Sacro lib. 14. cap. 10. & lib. 15. cap. 13.* Bover. *in Cenſur. lib. 3. c. 11.* quodque Patriarchæ etiam Græci à Romano Pontifice pallium receperint, non de novo ſtatutum fuit: ſed tantùm, ut ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largirentur, permiſſum in Conc. Later. 4. *ſub Innoc. 3. relat. in cap. Antiqua de Privileg.* Cum enim, ut notat Baron. *an. 934. Opera Alberici Romæ Tyranni, grave Eccleſiæ Romanæ inflictum eſſet vulnus, cogente ipſo Joannem Papam, concedere inconceſſa Patriarchæ Conſtantinopolitano. Quænam iſta fuerint, & Luitprando in relatione ſua legationis enarrantur, ibi: Sed quid hoc commemorem, cum ipſa Conſtantinopolitana Eccleſia, noſtra S. Catholica, atque Apoſtolica Eccleſia Romana meritò ſit ſubiecta. Scimus, imò videmus Conſtantinopolitanum Epiſcopum pallio non uti niſi Sancti Patris noſtri permiſſu. Verùm cum impiiſſimus Albericus, quem non ſtillatim cupiditas, ſed veluti torrens impleverat, Romanam Civitatem ſibi uſurparet, Dominumque Apoſtolicum, quaſi ſervulum proprium in Conclavi teneret, Romanus Imperator filium ſuum Theophylactum Eunuchum Patriarcham conſtituit. Cumque, eum Alberici cupiditas non lateret, miſſis ei muneribus ſatis magnis, efficit, ut ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur, quarum auctoritate, tùm ipſe, tum ſucceſſores abſque Paparum permiſſu palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non ſolum Patriarcha, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ pallio uterentur, quod quam obſurdum ſit cenſere opus non eſt: Hæc Luitprandus. Et quidem quæ converſa ſunt in magnum detrimentum etiam ipſius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ indebitè accipientis, & abalienantis ſe magis ea occaſione à ſinu Matris.* Hinc in quæſtione agitata inter veterum rerum indagatores, an Græci omnes Epiſcopi pallio uterentur, aliis alia aſſerentibus, creditur uſque ad dict. extortum Privilegium C. P. Patriarchæ, ſolos Metropolitanos, & Archiepiſcopos ſpeciali

privilegio Pallii uſum conſecutos, ita quòd Patriar-
chæ recipiebant à Sede Apoſtolica, Metropolitani à
Patriarchis, Baron. ann. 934. *Scimus*, ait: *imò vide-
mus conſtitutum, Epiſcopum pallio non uti, niſi San-
cti Patris noſtri permiſſu; ſed poſt dictum tempus ex-
torti privilegii, uſurpatio pallii fuit penes omnes Epi-
ſcopos, non requiſita Sede Apoſtolica in receptione*,
Thomaſ. *cit. cap.* 57. *num.* 11. §. *Jam verò licet ſub In-
noc. II.* ut ſupra dixi. Capta Conſtantinopoli per Ca-
tholicos, pallium recipi per Patriarcham Antioche-
num à Romano Pontifice juſſum fuit, & Innocentius
III. in dicto Conc. Later. Omnibus Patriarchis Orien-
talibus receptionem pallii à Summo Pontifice fieri
denuò demandavit; permiſſa solùm facultate iis, il-
lud concedendi Suffraganeis; ſed perſeverantibus Græ-
cis in Schiſmate, ac ſeparatis à Sede Apoſtolica,
pallia non curarunt recipere ab iſta eorum Patriar-
chæ; quod toleratum etiam fuit in reunione; imò
in *Conc. Florent. ſub Eugen. IV.* nihil de hoc actum
fuit, ac diſpoſitum in unione; ibi peracta; circa re-
liqua.

6 Sicque tàm in Occidente, quàm in Oriente, pal-
lium à ſolo Summo Pontifice de Jure recipi debere,
vel ab ejus delegato, dicendum eſt, *Cap. Niſi de au-
ctoritate, & uſu pallii*. Gonzal. *cap.* 1. *n.* 8. *eodem tit.*
rejecto Marca *de concord. Sacerd. & Imp. lib.* 6. *c.* 6. *n.*
11. & latè Vicecom. *de rit. Miſſæ lib.* 4. *cap.* 14. *& ſeq.*
Barboſ. *cit. Can.* 1. *diſt.* 100. Azor. *inſtit. moral. part.*
2. *lib.* 34. *lit. B.* Hinc noviſſimè anno 1713. ad Ur-
bem pervenit inſtantia Patriarchæ Alexandrini Græci,
& jam Schiſmatici, petentis à Clemente XI. pallium;
ſuper qua petitione deputata fuit Congregatio particu-
laris, an, & quomodo eſſet ad concedendum; quam
reſolutionem, & modum conceſſionis tunc factæ,
ejuſque actionem in Conſiſtorio referendam duxi in
calce hujus Commentarii, ob caſus raritatem, &
exemplaritatem in futurum. Preces, & inſtantiæ
7 Imperatorum, & Principum præmittebantur petitio-
ni pallii, per ipſos Epiſcopos faciendæ. Hinc D. Gre-
gor. *lib.* 4. *ep.* 50. & 53. ſcribens Arelatenſi Epiſcopo
ait: *Quid juxta antiquum morem, uſum pallii poſtula-
ſti, abſit, ne aut tranſitoria poteſtatis culmen, aut
exterioris cultus ornamentum, in pallio quæſiſſe te ſu-
ſpicer, &c. Libenti animo poſtulata concedimus, ne
aut quidquam vobis de debito honore ſubtrahere, aut
præcellentiſſimi filii noſtri Childeberti Regis petitionem
8 contempſiſſe videamur*; fortiter enim poſtulantibus
pallium dari debere proſequitur idem D. Gregorius
rel. can. 2. *diſtinct.* 100. Sed quando inceperit tra-
ditio pallii, alii aliter ſentiunt. Primævis enim Ec-
cleſiæ ſæculis ſolus Romanus Pontifex pallio ſemper
utebatur. Cœperunt deindè eo ordinari Archiepiſco-
pi, vel etiam aliqui Epiſcopi, exemplo petito à
Div. Petro, qui pallium conceſſiſſe fertur Trevirен-
ſi Epiſcopo. Alii aſſerunt Linum Papam pallium de-
diſſe primùm, alii D. Marcum Papam Silveſtri ſuc-
ceſſorem, de quo latè apud citat. Vicem. Marcam
cit. lib. 6. *cap.* 6. cit. Gonzal. *cit. cap.* 1. *numer.* 7. *de
auct. & uſu pallii*, Thomaſin. *citat. loco, & de Con-
ciliis part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 24. Sed quidquid ſit de hoc,
in quo prorogare Commentarium piget, uti ad praxim
non neceſſariò, certum eſt priùs pallium fuiſſe con-
ceſſum aliquibus peculiaribus Metropolitanis; deinde
ſtatuta lege cautum extitit, ut omnibus Patriarchis,
& Archiepiſcopis daretur, ac ab iis peteretur, Gon-
zal. *citat. numer.* 9. & Innocentius III. prohibuit, ne
Metropolitani illi in Functionibus Pontificalibus ſe e-
xercerent, niſi recepto pallio, *Cap. Quod ſicut*, §. *ſuper
eo* 28. *de elect.* ac tenentur intra tres menſes illud pe-
9 tere à die Confirmationis. Cùmque obſtrictus ſit quis
conſecrationem recipere intra tres menſes, ſi tem-
pus prorogetur, etiam ad petendum pallium proro-
gari dicendum eſt, Barboſ. *cit. lib.* 1. *de Jur. Eccl. cap.*
7. *num.* 115.

Hujuſmodi pallii receptio conſueverat fieri à Præ-
ſulibus coram Summo Pontifice, unde certatim ad
Urbem adveniebant recepturi Præſules, cum præ-
ſentibus daretur, *cap. niſi de auctoritate, & uſu pal-
lii*, Vicecomes *cit. de Miſſ. app. vol.* 4. *l.* 4. *cap.* 17.
numer. 4. Thomaſ. *cit. cap.* 57. *num.* 4. Vaneſpen. *in Jus
Can. par.* 1. *tit.* 19. Aliquoties tamen concedebatur per
Summum Pontificem facultas Legato Sedis Apoſtolicæ
illud conferendi alicui Antiſtiti, *cap. ſignificaſti* 4. *de
elect.* Vicecom. *cit. cap.* 18. Gonzal. *cit. cap.* 1. *numer.*
8. *de auctor. & uſu pallii*, prout generaliter conceſſum
fuit Patriarchis Græcis, ut dixi, pallium largiri ſuis
Suffraganeis, *capit. antiqua de privileg.* Nunc, vel
conceditur præſenti in Curia, vel ejus legitimo Procu-
ratori in pleno Conſiſtorio, petente inſtanter, inſtan-
tiùs, inſtantiſſimè pro eo Advocato Conſiſtoriali, ac
delegatur aliquis Antiſtes, imò aliquoties Dignitas
Capituli in penuria Antiſtitum, ut pallium abſenti
impartiatur prævio ejus juramento, ac profeſſione fi-
dei, ut notat Vaneſpen. *citat. numer.* 13. Cardin. de
Luca *in relatione Romanæ Curiæ, diſcurſ.* 5. *num.* 19.
Si verò petens ſit in Curia, traditio actualis pallii
fit per Cardinalem primum Diaconum, prævia pro-
feſſione fidei, ac juramento fidelitatis coram ipſo
præſtando per recipientem. Conceſſio autem fit ſem-
per in Conſiſtorio per Summum Pontificem; & Si-
xtum IV. ſuis manibus pallium impoſuiſſe Patriarchæ
C. P. Hieronymo Landò narratur; quod non videtur
approbatum à Christophoro Marcell. *in Cæremoniali
Rom. l.* 1. *cap.* 8. ut refert Barboſ. *de Jur. Eccleſ. cap.*
7. *numer.* 216. ſed vidimus etiam noſtris temporibus
fuiſſe pallium impoſitum propriis manibus Cardina-
li Aſtallio Decano Sacri Collegii, & Epiſcopo O-
ſtienſi à Clemente XI. die Aſcenſionis Domini an-
no 1719. in Eccleſia Lateranenſi, poſt Solemnia ibi
celebrata de mane, cum aſſiſtentia ejuſdem Pontifi-
cis; & ab eodem Clemente XI. impoſitum pallium
humeris Cardinalis de la Tremoille Archiepiſcopi
Cameracenſis, in Capella in Quirinali poſt Miſſam;
& Cardinali Tanaræ Decano; & noviſſimè à San-
ctiſſimo, Cardinali Judice Epiſcopo Oſtienſi Decano,
& Cardinali Cinfuegos Archiepiſcopo Montis Re-
galis.

Ad rem caſus evenit, quod pro parte Archiepiſcopi 10
Granganorenſis in Indiis Orientalibus noviter aſſum-
pti anno 1701. fuiſſet petitum pallium, ac conceſ-
ſum præviis literis Apoſtolicis injungentibus, ut an-
tequam poſſeſſionem Eccleſiæ adipiſceretur, profeſ-
ſionem fidei in manibus Epiſcoporum Malacæ, &
Coccini, ſeù alicujus eorum, emitteret, atque fide-
litatis juramentum, Summo Pontifici Romano, ac
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ debitum, præſtaret, & ab
iiſdem Epiſcopis, vel eorum altero pallium reciperet,
& Conſecratis munus à quocumque maluiſſet Catho-
lico Antiſtite, gratiam, & communionem cum A-
poſtolica Sede habente, infra tempus à jure ſtatutum,
pariter, obtinueret. Cumque idem Archiepiſcopus
mandatis Apoſtolicis in ea parte, qua potuit, obtem-
peraverit, fideique profeſſionem, juxta formam præ-
ſcriptam, in manibus Epiſcopi Coccinenſis emiſiſſet
de menſe Januar. 1703. nihilominus pallium ob certa
impedimenta, ac cauſas recepit ab Archiepiſcopo
Goenſi Indiarum Orientalium Primate, à quo pari-
ter munus Conſecrationis, ultra tamen tempus ſex
menſium in literis præfatis, & Sacr. Concil. Triden-
tin. *ſeſſ.* 23. *c.* 2. *de refor.* indicatum, præſtitò ſupra-
dicto fidelitatis juramento, obtinuit; ſubinde verò in
reditu ipſius Archiepiſcopus Granganorenſis in Pro-
vinciam Malabariam, quædam inſurrexere dubia, tùm
circa validitatem receptionis Pallii ab alio Epiſcopo,
quàm à deſignato in literis Apoſtolicis, tum etiam cir-
ca pœnam amiſſionis Eccleſiæ ob dilatam receptionem
Conſecrationis; humillimas propterea idem Archiepi-
ſcopus preces deſuper tranſmiſit Clementi Undecimo
expectans, qua par eſt obedientia, S. Sedis oraculum
ſuper prædictis. Quare deputata per laudatum Pon-
tificem, ſolita ejus circumſpectione uſum, Congre-
gatione particulari trium Sanct. Rom. Eccl. Cardina-
lium, nempè Panciatici, S. Clementis, Ferrari, &
Sperelli, eximiorum quidem Virorum, ut materia
diſcu-

diſcuteretur una mecum Secretario, hæc ego conſideravi, ut infra.

Dicebatur enim in literis Archiepiſcopi, quòd impedimenta varia ſibi obveniſſent, ut intra tempus præfixum ſex menſium conſecrari, & à prædictis nominatis Epiſcopis pallium recipere non potuiſſet; cum Epiſcopus Malacenſis longè abſens, adeſſet ſemel in anno, opportunitate data eo iter faciendi, ob marium, & graviſſima Piratarum pericula; itaut ferè biennium conſumendum eſſet; & quoad Epiſcopum Coccinenſem ajebat, eum reſidere in loco nuncupato Coulano, Infideli Regi ſubjecto, qui non permittebat hujuſmodi Dignitatis Eccleſiaſticæ inſignia aſſumi, niſi ſolutis maximis donariis, & tributis, quæ Archiepiſcopus non habebat, & offerre non decebat; nec ibi adeſſe paramenta Pontificalia, & Dignitates aſſiſtentes pro Conſecrationis munere, conſerendo neceſſariæ; ac acceſſiſſe ſubdit ſibi gravem infirmitatem, ut Conſecrationem recipere non potuiſſet; quodque, cùm tempus Conſecrationis recipiendæ currat negligenti juxta verba Concilii Tridentini *ſeſſ. 23. capit. 2. de reformat.* ibi: *Eccleſiis Cathedralibus*
31 *ſeu Superioribus, quocumque nomine, ac titulo præfecti, etiam ſi S. R. E. Cardinales ſint, ſi munus Conſecrationis intra tres menſes non ſuſceperint, ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneantur, ſi intra totidem menſes poſtea id facere neglexerint, Eccleſiis ipſo Jure ſint privati*; requiritur propterea negligentia ad privationem; ac proindè juſto impedimento detentus ab ea excuſatur. Ac quoad pallium receptum ab Archiepiſcopo Goenſi, & non à deſignato in literis, adducebatur, ultra excuſationem impedimentorum recipiendi ab iſto, quòd praxis ſit dirigendi hujuſmodi dationem pallii in Indiis ad Dignitates Eccleſiæ, cui electus præficitur, ut notat Solorzan. *tom. 2. de Indiar. Jur. lib. 3. cap. 6. numer.* 44. quòd non fuiſſe obſervatum addebatur cum dicto Archiepiſcopo, eò quod in Dataria conſtaret, in Malabaria Capitulum non adeſſe; & ſic, cùm concurriſſent impedimenta adeundi Suffraganeum deſignatum, potuerat ſuppleri per Archiepiſcopum Goenſem quod ejus Suffraganeo commiſſum fuerat, ex veriſimili mente Papæ concedentis, qui ſi impedimenta præſciviſſet, ita diſpoſuiſſet, committendo Archiepiſcopo Goæ, prout dixit ad rem Solorz. *loc. cit.*

32 Verùm quoad Conſecrationem receptam longè poſt tempus ſemeſtris in literis præſcriptum, conſideravi quod ex Sacrorum Canonum diſpoſitione, Epiſcopi Conſecratio ſit peragenda à tribus Epiſcopis, *can. 1. can. Comprovinciales, can. penult. 64. diſt. can. porrò 66. diſt. can. Epiſcopus cum ordinetur* 23. *diſt. capit. ſi Archiepiſcopus, cap. nec Epiſcopi de temp. Ordin.* nihilominùs cum hæc forma trium Epiſcoporum non ſit de jure divino, ſed tantùm ab Apoſtolis tradita, poteſt à Papa, cauſa ſuadente, injungi, ut ab uno Epiſcopo cum aſſiſtentia duarum dignitatum, conſecretur novus Epiſcopus, Archid. Gemin. & alii *in dd. can. porrò*, Fagnan. *cap. nec Epiſcopi, numer. 10. de temp. Ordin.* & ob difficultatem inveniendi tres Epiſcopos, ſolet indulgeri in Indiis, Fagn. *cit. cap. nec Epiſcopi circa finem de temp. Ord.* Solorzan. *cit. lib. 3. c. 6. num.* 34. Vaneſpen. *in Jus Eccleſ. Univ. part. 1. tit. 15. c. 1. nu.* 12. Sed niſi adſit penuria Epiſcoporum, id non debet permitti. Hæc autem Conſecratio fieri debet intra tres menſes à die Confirmationis, ſeu die notitiæ dictæ Confirmationis, & ſic à poſſeſſionis potentia, *cap. commiſſa de elect. in 6. & ſeq. cap. licet Epiſcopus de præbend. eod. lib.* Barboſ. *de Jur. Eccl. lib. 1. c. 9. num.* 34. Antonel. *de temp. leg. lib. 3. cap. 12. num.* 4. Vaneſpen. *cit. num.* 15. ubi alii, & à Concilio prorogatum fuit ad ſex menſes, ut amittatur Eccleſia pro pœna; etſi quis neglexerit petere Confirmationem, tunc ab electione, hoc eſt à tempore, à quo per eum ſtetit non petere Confirmationem, currit tempus, Paſſerin. *de elect. cap. 25. num.* 355. quod ſi accedat juſtum
33 impedimentum, tempus non currit ex verbo Concilii, *ſi neglexerit*, Barboſa *cit. num. 34. in fine, & de pot.* *Petra Comment. Tom. V.* *Epiſc. p. 1. tit. 1. cap. 5. num.* 1. Ugolin. *de offic. Epiſc. cap. 2. in principio num. 2. verſ. excipitur*, Theſaur. *de pœnis part. 2. V. Epiſcopus c. 2. verſ. nota primò*. Turrecremata *cap. quoniam diſt.* 100. ubi ob morbum Conſecrandi, vel ſi impediatur ab hoſtibus, Paſſer. *cit. numer.* 355. itaut poſſet accidere caſus, ut excuſetur ſemper quis à Conſecratione recipienda, puta, ſi poſt Confirmationem inculpabiliter ita vitiaretur corpore, ut non poſſit ordinari; hic enim non conſecrabitur, ſed & quæ ſunt Juriſdictionis per ſe ipſum, & quæ ſunt ordinis per alium adminiſtrabit, Turrecremata, & Gloſ. *cit. can. quoniam Sanctum*, Sanch. *lib. 7. opuſc. c. 1. dub. 15. num.* 13. Paſſer. *cit. num. 255. in fine*, ſed & contrarium videtur innuere Barb. *citat. de jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 9. num. 29. cum ibi citatis*; ſed hoc procedit in Epiſcopo ſua culpa reddito inhabili ad Conſecrationem, ut notat Navar. *in cap. ſi quando except. 10. numer. 13. de reſcriptis*. Verùm hujuſmodi impedimenta debent concludenter probari ab ipſo Epiſcopo, ac etiam impeditum omnem diligentiam adhibuiſſe ea removendi, Barb. *ad citat. cap. 2. ſeſſ. 23. Concilii nu.* 3. Paſſerin. *cit. num. 355. verſ. ſi vero Epiſcopus*, & debet eſſe impedimentum grave, neceſſarium, & inſuperabile, Theſaur. *cit. loco*, & generaliter Rota *dec. 743. num. fin. ubi add. cor. Buratto*.

Unde cùm talis probatio non concurrat in caſu, de quo agitur, intrat pœna amiſſionis Eccleſiæ in Concilio expreſſa, ob non receptam Conſecrationem intra ſex menſes. Sed diſputant DD. an requiratur ſen- 14
tentia declaratoria, cùm Concilium uſum fuerit verbis *Ipſo jure ſint privati*, & communiter dicitur, quòd etſi non requiratur declaratoria juris, ut quis dictam pœnam incurrat, nec monitio; tamen opus eſt declaratoria facti in foro fori, quòd non receperit, juſto impedimento non concurrente, Conſecrationem, ut poſſeſſor Eccleſiæ privetur ea, Diana *part. 12. de Conſecr. Epiſcop. reſolut.* 56. Suarez *de legib. libr. 5. cap. 8. numer.* 13. Leſſius *de Juſtit. lib. 2. cap. 34. numer.* 103. Hurtad. *var. tom. 2. tract. ultim. reſol. 12. part. 4. numer.* 700. Theſaur. *de pœnis part. 2. ver. Epiſcop. cap. 2. verſ. limita primò*, Fagnan. *in capit. cum ex illo num. 10. & ſeqq. de Tranſlatione Epiſcop.* ubi non cenſeri vacantem Eccleſiam Epiſcopi non conſecrati intra tempus, niſi concurrat ſententia declaratoria vacationis. Sed in foro conſcientiæ videtur ſtatim ante declaratoriam ſententiam dicta pœna incurſa, cùm quis ſciat ſe non recepiſſe Conſecrationem, nec juſto impedimento detentum, Navar. *in Manual. cap. 25. numer.* 118. Theſaur. *citat. ver. nota ſecundò*, ubi addit, quòd hæc opinio ſit tenenda ex ordinatione
fa. mem. Urbani VIII. qui prohibuit Majori Pœniten- 15
tiario, & cæteris Officialibus Pœnitentiariæ, ſuper pœnis præfatis diſpenſare Epiſcopo non Conſecrato, titulum revalidando, vel fructus condonando, & ſic ante ſententiam in foro, quis amittit fructus, & titulum Eccleſiæ ob non obtentam conſecrationem ſtatuto tempore, unde cùm Conſecratio dicti Archiepiſcopi jam ſit peracta, videtur poſſe indulgeri per Sanctiſſimum pro rehabilitatione, & revalidatione tituli cum condonatione fructuum, & convalidatione omnium geſtorum.

Quoad verò Pallium dicebam, nulliter fuiſſe col- 16
latum ab Archiepiſcopo Goanen. cum delegatio Apoſtolica directa fuiſſet uni Epiſcoporum, vel Malacen. vel Coccinen. & ſic erat ad unguem ſervanda, præcipuè in Pallii receptione, cùm antiquioribus ſæculis illud tradebatur ſolùm præſentibus, *capit. niſi*, ubi Gonzal. *de auctor. & uſu Pallii*, ac deindè miſſa fuerunt Pallia à Summis Pontificibus tradenda per Legatos ſuos, ac poſtea per Epiſcopos Delegatos, Thomaſſin. *de nov. & veter. diſcipl. l. 2. cap. 57. numer.* 4. Vaneſpen. *in Jus Canon. part. 1. tit.* 19. & priùs *numer.* 13. Vicecom. *de Miſſ. app. vol. 4. l. 4. cap. 17. num.* 4. Unde nullo jure potuerat Archiepiſcopus Goæ tradere Pallium, cùm litteræ delegatoriæ de eo non loquantur, ac debuerant legi, ut advertit in terminis Conſecrationis Vaneſpen. *cit. tit. 15. n.* 13. & talis dele-

Digitized by Google

gatio ſtricti juris dicitur, ut non egrediatur perſonam
delegati, *cap. Petrus, & G. de offic. deleg. Gloſſ. in c.
1. ver. proceſſus de reſcript. in 6.* Ancharanus *conſ.* 219.
numer. 8. & idem Solorz. *de Jur. Indiarum l.* 3. *cap.* 6.
n. 32. de hoc agens. Hinc videmus, quòd diſpenſatio-
17 nes Apoſtolicæ directæ Vicariis Generalibus Epiſcopo-
rum, in materia etiam favorabili, nequeunt ab Epiſ-
copis exequi ob abſentiam illorum, quamvis Epiſco-
pus, & Vicarius unum conſtituere dicantur Tribunal,
Corrad. *in praxi diſp. l.* 7. *c.* 4. *nu.* 41. & licèt dictus
Solorz. *n.* 44. conetur defendere in parte Indiarum va-
18 liditatem præſtationis juramenti, & emiſſionis fidei
profeſſionis alteri quàm Antiſtiti deſignato in literis
Apoſtolicis, juſtis concurrentibus cauſis, adhuc tamen
numer. 43. compellitur aſſerere, quòd in ſimilibus ca-
ſibus ſemper fuerit impetrata gratia revalidatoria,
nuncupata *Perinde valere* à S. Sede Apoſtolica; unde
eò magis debet id procedere in acceptione Pallii fa-
cta ab alio, quàm Delegato; variare enim perſonam
deſtinatam ad tradendum Pallium, non eſt aliud,
quàm illud propria auctoritate ſibi uſurpare, quod
improbatur etiam ab ipſo Solorzan. *cit. num.* 44. Ne-
que urget exemplum adductum ab eodem Solorz. in
caſu profeſſionis fidei, quòd ſequitur Avendan. *The-
ſaur. Ind. tit.* 13. *cap.* 5. *numer.* 56. *& ſeqq.* extenden-
dum ad Pallii traditionem, ſeù receptionem; ut ſci-
19 licèt ſi Papa mandet Archiepiſcopo E. G. Panormi-
tano, ut aliquem conſecret in tali Eccleſia, poſſit
ex cauſa illum conſecrare alibi, ea ratione, quia lo-
cus non eſt de ſubſtantia Conſecrationis, & demon-
ſtrativè potiùs, quàm taxativè deſignatus cenſeatur;
quia non valet argumentum de loco ad perſonam,
præcipuè in reſcriptis delegatoriis, in quibus nefas
eſt extenſionem facere, Abb. *in cap. cum olim, num.*
3. *de offic. Jud. deleg.* ubi admittit extenſionem Judicis
delegati aliquando de loco ad locum, numquam au-
tem de perſona ad perſonam, Rota *deciſ.* 400. *num.*
36. *par.* 18. *tom.* 1. *Rec.* nec poteſt prorogari id, quod
non eſt habitu, Abb. *cap. P. G. ante num.* 16. *eod. tit.*
Neque eſt vera hypotheſis, quod ſi Papa prævidiſſet
impedimenta, aliter providiſſet ad favorem Epiſcoporum
Indorum; nam Papa ubi voluit indulgere, nempè
conſecrationem recipi à quocumque Epiſcopo, id ex-
preſſit: ubi noluit, aliter ſtatuit, ut ſcilicet à tali
Epiſcopo Pallium reciperet; cautè enim procedendum
eſt in Pallii legitima acceptione, per quod plenitu-
do Pontificalis Officii confertur, *cap. ſignificaſti* 4.
de elect. cap. niſi de auct. & uſu Pallii, & licèt Ar-
20 chiepiſcopus Conſecratus ante Pallii ſuſceptionem,
& ſine illo, validè poſſit exequi ea, quæ ſunt Ordi-
nis, non tamen licitè, & ſine culpa gravi, Azor.
inſtit. moral. l. 3. *cap.* 34. *quæſt.* 6. Gonzal. *cit. c. niſi,
nu.* 7. dicitur enim peccare contra Canones, & in re
gravi, etſi nullam pœnam incurrat, niſi quòd per ſen-
tentiam poſſit ab Officio, & miniſterio removeri, Azor.
cit. loco verſ. quæres.

Neque tandem deduci exemplum forſan poſſet ex
declaratione quadam Sac. Congregat. Concilii, per
quam valida fuit habita Conſecratio cujuſdam Regu-
laris Hiſpani in Archiepiſcopum Tyren. facta per Pa-
triarcham Maronitarum Antiochenum ſine duobus E-
piſcopis, ſed illicita, quia fuit facta ſine Juriſdictio-
ne, atque illum eſſe puniendum pœnis Clement. *in
pleriſque, in Tyren. Conſecrationis* 17. *Novembris*
1691. confirmata 26. *Januarii* 1692. quia Conſecra-
tio, cùm dependeat ab ordine, valida fuit, etſi illi-
cita ob defectum Juriſdictionis; Pallii autem datio
dependet à tota Juriſdictione, & ſic nulla etiam dici-
tur, ſi non fuerit peracta ab habente poteſtatem de-
legatam à Summo Pontifice; unde viſum fuit, poſſe
per Sanctiſſimum concedi *Perinde valere* dictæ datio-
nis Pallii, nulla neceſſitate reconvalidationis tituli
Eccleſiæ, quia hac non dicitur privatus; prout eſt in
non Conſecrato intra tempus præfixum, ut ſupra in
21 nui. *Die* 5. *Januarii* 1707. juxta prædicta fuit reſo-
lutum in dicta Congregatione particulari: *Quoad
Conſecrationem, eſſe Archiepiſcopum rehabilitandum,
& revalidandum titulum Eccleſiæ, cum condonatione
fructuum receptorum, & convalidatione omnium geſto-
rum; & quo ad Pallium, receptionem fuiſſe nullam,
ſed poſſe concedi per Sanctiſſimum.* Perindè valere *ſi
Sanctiſſimo in omnibus placuerit*, & Sanctiſſimus ad
mei relationem approbavit, ac literæ Apoſtolicæ præ-
dicto modo expeditæ fuerunt. Et cum Archiepiſcopus
quidam recepiſſet Pallium ab alio, quàm à deputatis in
Brevi, Congregatio Conſiſtorialis 14. Maii 1716. de-
crevit poſſe concedi *Perinde valere*, & abſolvi ab ex-
ceſſu, quia exceſſus tantùm erat, uti Pallio nulliter re-
cepto, & ac ſi non uteretur Pallio in actionibus, in
quibus uti eo debet, unde actus ordinis ab Archiepiſ-
copo ſine Pallio geſti, validi ſunt, nec carent effectu;
ſed ſolùm illicitè facti, & proindè peccant, Gonzal. *c.*
3. *de auct. & uſu Pallii, num.* 7.

Formula traditionis Pallii eſt: *Ad honorem Dei* 22
*Omnipotentis, Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & SS.
Apoſtolorum Petri, & Pauli, D. Noſtri Papæ N. &
Eccleſiæ Romanæ, necnon Eccleſiæ N. tibi commiſſæ,
tradimus tibi pallium de Corpore B. Petri ſumptum, in
quo eſt plenitudo Pontificalis Officii, ut utaris eo intra
Eccleſiam tuam certis diebus*; (qui exprimuntur in pri-
vilegiis ab Apoſtolica Sede conceſſis) *In Nomine Pa-
tris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen*, & in tra-
ditione pallii dicto Eminentiſſimo Epiſcopo Oſtienſi
fuit dictum: *Ut eo utaris in Conſecratione Summi Pon-
tificis, & intra Eccleſiam tuam, &c.* Dies etenim, 23
in quibus Pallii uſus permittitur, ſunt in Nativitate
Domini, in Feſtivitate S. Joannis, & S. Stephani, in
Circumciſione, in Epiphania, in ramis palmarum,
in Cœna Domini, in Sabato Sancto, in tribus die-
bus Reſurrectionis, & Pentecoſtes, in Feſtivitate San-
cti Joannis Baptiſtæ, & omnium Apoſtolorum, in
tribus Feſtivitatibus majoribus Beatæ Mariæ, in Feſto
omnium Sanctorum, in Dedicatione Eccleſiæ in die
Patroni Principalis Civitatis, & aliis principalibus
Feſtivitatibus Eccleſiæ Prælati recipientis, in Ordi-
nationibus Clericorum, & Conſecrationibus Epiſco-
porum, ac anniverſario propriæ Conſecrationis, &
aliis diebus, qui exponuntur in privilegiis forſan con-
ceſſis tali Eccleſiæ, ut in *Cæremoniali Epiſcoporum
lib.* 1. *cap.* 16. Nicol. *in floſc. ver. Pallium*. Hinc ſo- 24
lus Papa utitur ſemper pallio in quibuſcumque Miſſa-
rum ſolemniis, quæ celebrat; alii in ſolemniis Miſ-
ſarum certis diebus, *Cap. ad honorem, de auctor. &
uſu pall.* Et dies, vel ſunt omnibus communes, ut
ſolemniores Eccleſiæ Univerſalis, vel particulares
pro aliqua Eccleſia, ut dies Dedicationis illius Ec-
cleſiæ, Sancti Tutelaris, & Conſecrationis proprii
Epiſcopi. Iſtoque pallio uti non poſſunt, niſi in Ec- 25
cleſiis intra Provinciam propriam, itaut neque de
licentia proprii Epiſcopi uſus permittatur extra Pro-
vinciam, nec uti poſſunt in Proceſſionibus, ſed in
Miſſarum ſolemniis; *Canon. Pallium in Miſſarum,
diſtinct.* 100. *gloſs. v. Eccleſia, citat. cap. ad honorem*,
ubi Gonzal. & alii paſſim, Barboſ. *cit. libr.* 1. *de Jur.
Eccleſ. cap.* 7. *num.* 105. *& ſeq.* ubi alii; etſi aliquan-
do ex ſpeciali privilegio Papæ id conceſſum fuit, Du-
rand. *de Ritib. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 9. *numer.* 42. *& ſeq.*
Et quamvis antiquitùs videbatur eſſe permiſſus etiam 26
uſus Pallii quandocumque in ſolemnibus Miſſis, ut
in *Concil. Matiſconenſi I. anno* 581. *Canon.* 6. dici-
tur, ibi: *Ut Archiepiſcopus ſine pallio Miſſas dice-
re non præſumat*; tamen deinde certis diebus permiſ-
ſus fuit tantum uſus Inferioribus Papa, ut in *Ep. In-
nocent. III.* relata in *citat. Cap. ad honorem*, Et no-
tat Gonzal. *in fin. numer.* 1. Boſquet. *in Vita Inno-
centii*, Lupus *in Conc. Canon.* 27. *Conc.* 8. *part.* 2. *pa-
gin.* 1674. *§. Porrò*. Ac eo uti valent in Provincia, et- 27
iam extra viſitationem, Quarant. *in ſum. Bullar. ver.
Archiepiſcopi auctoritas verſ. notandum quod*, Marta
de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 2. *num.* 27. Et quidem per to-
tam Provinciam, imò etiam in loco exempto, exiſten-
te tamen in Provincia, *Cap.* 1. *& cap.* 6. *de auctor. &
uſu pal. Clem.* 2. *de privil.* Extra tamen Provinciam u-
ſum habere quis poterit ex privilegio ſpeciali Summi
Ponti-

Digitized by Google

Pontificis, ut dicitur, conceſſum Archiepiſcopo Ebo-
racenſi per totam Angliam, *Cap. 1. ut lite pendente*
Vicecom. *ext. lib. 4. cap. 25. & cap. Ex tuarum de au-*
ctor. & uſ. pall. expreſsè dicitur per Innocentium Pa-
pam III. extitiſſe Corruptelam, Conſuetudinem Hi-
28 paniæ de uſu pallii extra Provinciam; Conceſſit-
que id Archiepiſcopo Compoſtellano extra propriam
Provinciam, occaſione Ordinationis Clericorum,
necnon Conſecrationis Epiſcoporum, de licentia Or-
dinarii faciendorum, ſi intra ſuam Eccleſiam impe-
dimento aliquo præpeditus, ea munia obire nequi-
viſſet.
29 Sed dubitari occurit, an pallium adhiberi poſſit
in Synodi Diœceſanæ, vel Provincialis celebratione;
Et aſſeri poſſet negativè, quia id non exprimitur in
litteris facultativis Apoſtolicis utendi pallio. Hinc Ga-
vant. *in prax. Diœceſan. Synod. part. 1. c. 13. in princ.*
dixit: *In Miſſa Synodali Archiepiſcopum ſumere o-*
mnia Pontificalia Paramenta, uſque ad pallium ex-
cluſivè, ex Cæremoniali lib. 1. cap. 16. Sed verè con-
ſideratis verbis *Cæremonialis* elicitur aſſertioni Gavan-
30 ti contrarium, quia inter dies, quibus quis uti poſ-
ſit pallio, ut recenſetur in dicto *Cæremoniali*, ſunt
dies principalium feſtivitatum Eccleſiæ Metropolita-
næ, ibi: *Et in principalioribus feſtivitatibus Eccleſiæ*
Metropolitanæ. Ac in forma traditionis pallii ſupra
adducta, ibi: *Et aliis principalibus feſtivitatibus Ec-*
cleſiæ tuæ, Et idem innuit *Pontificale Roman. part. 1.*
tit. de pallio in fine, impreſſum Pariſiis, *ann.* 1683.
pagin. 113. ubi reponit inter dies uſus Pallii, omnes
dies feſtos principales propriæ Eccleſiæ Metropolita-
næ, vel Patriarchalis. Et Gloſs. *in cit. cap. ad hono-*
rem ver. ad honorem, ibi: *In principalibus feſtivita-*
31 *tibus Eccleſiæ tuæ*. Et proinde includit diem inchoa-
tionis Synodi Diœceſanæ, vel Provincialis, quæ prin-
cipalis eſt feſtivitas Eccleſiæ Cathedralis, ut habetur
ex *eodem Cærem. libr. 1. cap. 31.* præſcribente, ut die
Epiphaniæ pronuncietur dies Synodi inter ſolemnio-
res feſtivitates anni, cùm dicta die promulgentur o-
mnes ſolemniores. Et *cap. de Ornatu Eccleſiæ*, ut in-
feriùs, præſcribit modum pro die Synodi, quem in-
dicat eſſe ex ſolemnioribus: *Eccleſia ornata feſtivo ſo-*
lemni ritu injuncta pulſatione Campanarum Univerſæ
Civitatis, à meridie diei antecedentis ſemper continua-
ta, quouſque ſequenti die Epiſcopus Eccleſiam ingreſ-
ſus fuerit, peracta ſolemni proceſſione cum aſſiſtentia
totius Cleri ſæcularis, & regularis, ac Confraterni-
tatum omnium. Cùm itaque permiſſum ſit uti pallio
in aliis feſtis principalibus Eccleſiæ propriæ, ultra
expreſſas, & nequeat dubitari quod iſta Miſſa inchoa-
tiva ſit talis ex mente ejuſdem Cæremonialis, tot
ornatus, ac ſolemnitates requirentis, dicendum eſt
permiſſum eſſe uſum pallii in dicta Miſſa; imò ipſe
Gavant. *in Enchir.* ſeù *manual. Epiſcoporum ver. Ar-*
chiepiſcopus, numer. 37. dixit: *Archiepiſcopum rece-*
pto pallio, eo uti non poſſe, niſi diebus notatis in Cæ-
remoniali Epiſcoporum, libr. 1. cap. 16. Cùmque in
hoc notentur alii dies principaliores feſtivitatum pro-
priæ Eccleſiæ, videtur etiam ipſe ita affirmare, cùm
ad Cæremoniale ſe referat, & fateri uſum pallii in
Miſſa inchoativa Synodi, uti ex principalioribus fe-
ſtivitatibus Eccleſiæ, prout talis pronunciatur in Pon-
tificali, uti dies ſolemnis; *part. 3. in princip. tit. de*
publicatione feſt. pag. 467. Et in formula, qua Alex.
III. Pallium tradidit, habetur: *Ut eo utaris in Con-*
fectione Sacramentorum, & præcipuè Corporis, & San-
guinis, & Conſecrationis Eccleſiarum, & Chriſmatis,
Ordinatione Clericorum, & celebratione Synodorum
ſecundùm Eccleſiæ Conſuetudinem, apud Bzovium *de*
Rom. Pontif. cap. 33. *in Biblioth. Pontif. tom.* 3. *pagin.*
414. *Gloſ. in Can.* Pallium *diſt.* 100. *verſ. Miſſarum*,
ibi: *Et in Synodo etiam uti valet; ſed non poteſt Sy-*
nodum congregare ante ſuſceptionem Pallii, Azor. *inſt.*
moral. par. 2. lib. 3. cap. 34. quæſ. 2. Piringh. *in Jus Ca-*
nonicum tom. 1. lib. 1. tit. 8. de auctor. & uſu pall. n. 21.
ibi. Notat tamen Gloſſa *citat. Can.* Pallium, *quod in*
32 *Synodo Archiepiſcopus uti poteſt pallio, non tamen in*
tota Synodo, quia extra Miſſarum ſolemnia nequit uti.
Dartis Op. Can. in Decret. Gratian. *diſt.* 100. §. *Quibuſ-*
dam, & §. Ritus ergo pallii pag. 178. *& ſeq.* D. etiam
Carolus Borromæus, Diſciplinæ Eccleſiaſticæ Cultor,
eo uſus fuit in Conciliis Provincialibus, *Acta Eccleſ.*
Mediolan. part. 7. pag. 1195. *col.* 1. *& pag.* 1212. *col.*
1. *impreſ. Mediolan.* Et Eminentiſſimus Cardinalis
Urſinus exemplar digniſſimus Prælatorum, in præſen-
ti dum typis demandantur hæc, jam ad ſummum A-
poſtolatum meritò evectus, eo etiam uſus fuit, ut
memoratur in Synodo Provinciali Beneventana anni
1693. prout exprimitur in *c.* 2. §. 2. *n.* 10. *in Append.*
ad Conc. Prov. XIV. pag. 596. *Romana editionis*, ac
hujuſmodi ſenſus fuiſſe fertur Magiſter Cæremoniarum
Urbis, hac de re conſultus.

Non debet Archiepiſcopus ſine pallio ea munia 33
obire, quæ ſunt poteſtatis Ordinis, ut conſecrare,
Criſma conficere, &c. Nec Miſſas ſolemnes celebra-
re in Pontificalibus, prædictis diebus ſine pallio, un-
de etſi Epiſcopus creatus Archiepiſcopus ea munia
faceret antea ſine pallio, deinde factus Archiepiſco-
pus ea obire debet cum pallio, Sacra Congregatio
Rituum in Majoricen. 16. *Octobris* 1604. apud Barboſ.
in ſumm. Apoſt. Conſtit. verb. pallium num. 1. Sed, ſi
invitatus ſit ab alio Epiſcopo in propria Diœceſi,
tunc poterit ea munera obire ſine pallio, quia cen-
ſetur ibi facere, ut Epiſcopus cum licentia Ordina-
rii, Quarant. *cit. num.* 32. Et ſupra dixi, quod extra
Provinciam uſus pallii non permittitur. Hinc ante
receptionem pallii dictos actus facere non debet,
ſed ante Conſecrationem non poteſt. Ea autem, quæ
non reſpiciunt executionem Ordinis Archiepiſcopalis,
poterit facere poſt Confirmationem. Si autem quis 34
transferatur de uno Archiepiſcopatu ad alium, reci-
pere debet novum pallium, ante cujus receptionem
dicta prima munia obire nequit licitè quamvis vali-
da eſſent; cùm talis validitas dependeat à Conſecra-
tione. Si tamen quis renunciaverit Archiepiſcopatui,
nequit pallio uti, etſi Archiepiſcopus novus id per-
mitteret. Prout neque eo uti valet, ſi Archiepiſco-
pus transferatur ad Epiſcopatum alterius Eccleſiæ;
Et ſi transferatur ad alium Archiepiſcopatum, requi-
ritur novum pallium; ac ſi deindè redeat ad pri-
mum, jam requiritur novum pallium; prout ſi re-
nunciet, & alter ſit proviſus de proprio Archiepiſco-
patu, ſi ipſe rediret ad illum, novum etiam requiri-
tur, pallium.

Conſervari debet pallium ſemper dignè, & hono- 35
rificè in capſula quadam ornata, & cum eo Archie-
piſcopus Sepulturæ traditur, ſi in propria Eccleſia
decedat, eo indutus; ſi verò in aliena Diœceſi, po-
nitur ſub capite defuncti, & proindè non poteſt al-
teri Archiepiſcopo accomodari, cùm ſit perſonale;
Cap. 2. de Auctor. & uſu pall. de quibus omnibus vi-
dendi ſunt cit. Barb. Quarant. Genuenſ. *in prax. Cur.*
Archiep. Neap. c. 88. *de poteſt. Archiep. nu.* 3. Dian.
p. 1. tract. 6. reſol. 47. Venero *in exam. Epiſc. libr.* 4. *c.*
10. *numer.* 12. Durand. *in ration. Div. offic. lib.* 3. *c.* 17.
Zerol. *in prax. Epiſc. par. 1. ver. Archiepiſc.* Azor. *inſt.*
mor. par. 2. lib. 5. c. 34. q. 7. Lotter. *de re benef. libr.* 1.
q. 22. num. 2. & ſeq. Gonzal. *tot. tit. de auct. & uſ. pal.*
ac alii DD. *apud præd.*

Pallium iſtud ex lana candida conficitur, non de 36
lino: *& quia de vellere Ovis eſt, intellige te Paſtorem*
Ovium: Sic ſcripſit Clemens Papa II. epiſt. ad Joan-
nem Salernitanum Antiſtitem. Innoc. III. *libr. 1. de*
Myſteriis, c. 63. ait: *Sit enim pallium de candida la-*
na contextum; Ac conficitur ex lana duorum Agnorum,
qui in die S. Agnetis offeruntur ab ejus Religioſis Sum-
mo Pontifici, ac alia munda; & deinde reponuntur
pallia illa benedicta à Canonicis Baſilicæ Vaticanæ in
Vigilia alicujus ſolemnitatis ſupra Corpus D. Petri;
ac poſteà reponuntur in honeſto loco, pro diſtribuen-
dis iis ad inſtantiam Metropolitanorum, ac ea reci-
pere debentium, & petentium; & ideò dicitur pal-
lium, de Corpore S. Petri tradi, *Cap. ſignificaſti, de*
elect. & Urban. II. *in epiſt. ad Bernard. Archiepiſco-*

Digitized by Google

pum Toletanum, ibi: *Pallium tibi frater Venerabilis ex Apoſtolorum Petri, & Pauli benedictione tradimus*, & Paſchalis II. *in epiſt. ad Archiepiſcopum Panor.* apud Baron. *ann.* 1002. ibi: *Cum igitur a Sede Apoſtolica veſtra inſignia dignitatis exigiſtis, quæ a B. Petri tantum Corpore aſſumuntur*; quodque pallium traditur, ut cognoſcatur plenitudo Juriſdictionis, quæ à Papa ſupremo Eccleſiæ Paſtore recipitur. Forma ejus antiquitùs erat, ut regeret totum corpus, ad inſtar integri Pontificii indumenti, Liberat. *c.* 5. 18. *&* 23. Iſidem Peleuſit. *lib.* 1. *cap.* 136. Thom. *de Conciliis, par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 24. & nunc eſt faſcia quædam quatuor di-
37 gitorum, habens deſuper circulum, humeros conſtringentem, & duas lineas ab utroque parte, videlicet ante, & retro pendentes; habet etiam quatuor purpureas Cruces ante, & retrò, à dextris, & à ſiniſtris; & à dextris inſiguntur etiam tres acus aureæ lapidem pretioſum habentes, in capite ſcilicet, ante pectus, & ſupra ſiniſtrum humerum, & poſt tergum. Antiquitus ponebatur Paſtor portans humeris Ovem, Baron. *cit. an.* 216. *num.* 15. Quæ omnia ſunt plena myſteriis, apud cit. Auctores poſt Baron. *ann.* 337. Dicta forma, pectus, & humeros circulo circumdans, uſque à ſeptimo ſæculo deſumitur, Eugen. I. *in tractat. de dign. pallii in M.S. Bibliothec. Vaticanæ num.* 6793. *c.* 1. quod opus exaratum fuit anno 623. anno præcedente ſui Pontificatus, & tempore Stephani III. ſedentis in Sede Pontificia anno 750. apud Blaiden. *in præfat, lib. de pallio cap.* 3. §. *famam*, & tempore *Alcuini*, qui ſcripſit ann. circiter 790. *lib. de Divin. Offic. tit. quid ſignif. veſtimenta*. Tempore rurſus Amalarii Fortunati initio ſæcul. 8. *lib.* 2. *de Eccl. offic. c.* 13. Rupert. *lib.* 1. *de Div. Offic. cap.* 27. Innocent. III. *ſæcul.* 12. *lib.* 1. *de myſter. Miſ.* Nicolaus Blaiden. *ann.* 1648. *lib. de pall. Archiepiſc. cap.* 3. §. *reducendum*, & noviſſimè Card. Bona *rerum liturg. lib.* 1. *c.* 24. *nu.* 16. prout de forma pallii apud Græcos in quibuſdam faſciis incomptè defluentibus, dicta Omophorion, ut aſpicitur in operibus muſivis S. Apollinaris Ravennæ, & agit Thomaſ. *cit. lib.* 2. *c.* 56.

38 Si autem pallium amittatur ex naufragio, vel alio caſu, poterit interim Archiepiſcopus celebrare, ſed aliud petere pallium tenetur, Barbol. *cit. numer.* 124. prout nullo modo uti poteſt pallio corroſo, ſed tunc comburi debet, ac cineres in ſacrario ponendæ, Sacra Congreg. *Rituum* 4. *Martii* 1606. apud Barboſ. *in Sum. Apoſt. deciſ. v. pallium num.* 2. etſi procedat in caſu, quo pallium fuerit conceſſum, ſed non traditum; verùm à pari procedit in utroque caſu. Sed quid dicendum, ſi pallium fuerit anguſtum, itaut incomptè defluat ſuper humeros, nec componi valeat, nec ad utrumque Archiepiſcopi humerum extendi, adeò ut indecora ſpecie apud populum videatur; an tranſmittendum ad Urbem, ut reformetur ad honeſtam ſpeciem, & concinniorem formam, vel potiùs novum ſit concedendum? & videtur diſtinguendum; aut enim deformitas non eſt adeò magna, ut populo in ludibrium vertatur, & tunc nihil innovandum eſt. Si verò pallium, nec comptè, nec incomptè ſuper humeros componi valeat, imò nec illos attingat, & ob brevitatem, & anguſtiam generet talem deformitatem, quæ non ſine ſcandalo reverentiam Paſtori, ac ſacris myſteriis ſubtrahat; & videtur tunc ad Urbem tranſmittendum pro compoſitione pallii, ſi poterit; ſin minus eo combuſto, ac in ſacrario poſitis cineribus, ut ſupradixi, novum tradendum. Siquidem etſi forma pallii, ex ſupradictis, fuerit, ut pectus, & humeros circulo quodam complectatur, non exindè operatur, ut debeat eſſe compoſitum ad humeros, itaut quæcum-
39 que deordinatio reddat illud non aptum. Pallium enim non eſt conceſſum pro ornatu humerorum, ſed ad deſignandam unitatem omnium Eccleſiarum cum Eccleſia Romana, ejuſque Capite Div. Petro, à cujus proindè Corpore ideò ſumitur, *canon.* 1. *diſt.* 100. & dixi ſupra, Raynaud. *tom.* 10. *oper. in Corona aurea, veritat.* 10. & ſic non fuit conſiderata concinnitas ad humeros, & ornamentum certo modo tenendum. Hinc tempore Gregorii Magni, antiquioribus ſcilicet ſæculis; pallium non erat in forma, ſed ex byſſo cadente, quoquo modo circa ſcapulas obvolutum, ut refert Joannes Diaconus *in Vita D. Gregorii, lib.* 4. *cap.* 80. & paſtoritiam pellem dixerat *ſextus Synodus* in *Synodica Miſſa Agathonis Papæ act.* 18. proindè, vel non dicitur de eſſentia, ut ſit accomodata humeris, vel quælibet inordinatio attendi non debet; & ferè redditur impoſſibile, tot pallia abſentibus tranſmiſſa, omnibus concinnè accommodata fuiſſe ſuper proprios humeros; & D. Gregorius utebatur pallio ingentis altitudinis, ut notat Joannes Diaconus *in ejus Vita*; & Archiepiſcopus Roſſanen. *de Nuce in actis ad Leonem Oſtienſem*, itaut credi non poſſet fuiſſe aptabile Anaſtaſio Patriarchæ Antiocheno, ut cum eo celebraret in Altari D. Petri, ut aliqui dicunt, Auctor *hiſt. Pontific. lib.* 2. *cap.* 2. *numer.* 17. Marcus Antonius Cappellus *de Pontificatu B. Petri, & ſucceſſion. Epiſc. Rom. diſp. poſter. pag.* 181. §. *certè*, & Eugenius I. Papa *cit. lib. de dignitate pallii cap.* 5. *in manuſcript. citat.* dixit: *dum Pontifex Divinis myſteriis intendit, pallium ſæpeſæpius inordinatè defluere*. Si verò pallium non poſſit accomodari ſuper humeros ullo modo, itaut generet talem deformitatem, quæ ſcandalum pariat, tunc videtur providendum; vel novo, vel primo ad debitam formam redacto, ad Urbem tamen tranſmiſſo, capta de prædictis diligenti informatione; pluries enim nova pallia conceſſa fuere; Hinc Flodoardus *lib.* 3. *cap.* 1. *hiſtor. Rhemenſ.* præter pallium de more acceptum, aliud novum à Leone IV. Hincmarum Rhementem habuiſſe dixerat, & Dart. *oper. Canon. in decret.* Gratian. *part.* 1. *diſt.* 10. §. *penult. in fin.* & licèt hanc hiſtoriam redarguat Lupus *can.* 28. *Synodi* 8. *generalis in princ. in notis Conciliorum to.* 2. *epiſtola* 28. *ejuſdem Hincmari*; tamen comprobatur ex *epiſt.* 2. *ejuſdem ad Papam Nicolaum edit. Pariſ.* apud de Marca *in concordantia Sacerdotii, & imperii lib.* 6. *cap.* 7. *numer.* 4. palliumque obtinuiſſe bis, notum eſt Anſelmum Cantuarienſem Antiſtitem; hincque notandum, ſi ex diſpenſatione Apoſtolica duos Archiepiſcopatus quis obtineret, duo pallia habere debet, unum pro unaquaque Eccleſia; unde videmus, quòd ſi aliquis Cardinalis Archiepiſcopus alicujus Eccleſiæ optaret Epiſcopatum Oſtienſem, & Veliternum, utique illi poſtquam jam habuerat pallium ſuæ Eccleſiæ primevæ, hac retenta, & tranſeunte ad Oſtienſem, recepit aliud pallium pro Eccleſia Oſtienſi, quæ habet privilegium obtinendi pallium, ut dixi, prout evenit in Cardinali Judice Archiepiſcopo Montis Regalis, cujus Eccleſiæ pallium jam receperat; deinde recipiens per optionem Epiſcopatum Oſtienſem, recepit pallium pro hac Eccleſia à SS. D. Noſtro Benedicto XIII.

Deveniendo nunc ad Crucis Sanctiſſimæ Inſignia, 40
qua Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ utuntur, eam deferri facientes ante ipſos dum procedunt; olim hæc erat Summi Pontificis tantum, ac Legatorum ejus propria, ea ratione inducto more, quòd ante eos præcederet Crux, ſicuti in Proceſſionibus conſueverat præcedere, ut religioſa methodo actio fieret, ob Crucis prælationem, Socrates *l.* 6. *cap.* 8. Sozomenus *l.* 8. *cap.* 8. Gonzal. *capit.* 1. *numer.* 3. *ut lite conteſtata*: ac deindè hac eadem ratione ad Patriarchas, ſeù Primates, ac Archiepiſcopos uſus fuit productus, Thomaſ. *cit. l.* 2. *cap.* 58. *nu.* 4. *& ſeqq.* Gonzal. *cit. num.* 3. Summus enim Pontifex eam defert per Univerſum Orbem, cùm Univerſalis Eccleſiæ ſit Paſtor, unde Anaſtaſius Bibliothecarius in Leone IV. ait, *Necnon, & Crucem ex auro puriſſimo, gemmis ornatam, quam Carolus pia memoria Imperator Francorum, & Romanorum in Baſilica Salvatoris D. N. Jeſu Chriſti, quæ Conſtantiniana nuncupatur, temporibus Div. Leonis ſanctæ recordationis Tertii Papa obtulerat, qua mos erat, ut in Litaniis ante Sacratiſſimum Pontificem ipſa præcederet*. Legati itaque Apoſtolici eam deferunt per totam Provinciam ſuæ Legationis, Innoc. Papa III. *lib.* 3. *regiſt.* 15. *ep.* 19. ibi: *Do-*

minica

minica Crucis vexillum per ſuam Diœceſim, & Epiſcopatus tibi Subditos ante te deferendi, Fraternitati tuæ licentiam impartimur; Eamque tamen Legati à latere miſſi deferunt ſtatim, ac ab Urbe diſcedunt.

Sicque Patriarchæ, & Primates eautuntur, *cap. antiqua de privil.* ibi: *Dominica verò Crucis vexillum*
41 *ante ſe faciant ubique deferri, niſi in Urbe Romana, & ubicumque Summus Pontifex præſens extiterit, aut ejus Legatus*; Unde ut refert de S. Thoma Cantuarienſi Guillelmus Neubrig. *lib. 2. de reb. Angl. cap. 16. Curiam ingreſſus eſt Thomas, Crucem argenteam ante ſe portari ſolitam, propria manu bajulans, volentibus quibuſdam, qui aderant, miniſterium portandæ ante Metropolitanum proprium Crucis ſuſcipere, annuit*; Et no-
42 m apud Canoniſtas eſt controverſia inter Archiepiſcopum Cantuarienſem, & Eboracenſem in Anglia, quòd cùm uterque Primatus præeminentiam ſibi vindicaret, & adjudicatum illud in Concilio Anglicano apud Vventam Civitatem, juſſu Alexandri Papæ II. fuerit Cantuarienſi, ex Baronio *anno* 1172. Variæ exindè ſubortæ fuerunt lites in Concilio Anglicano apud Vveſtmonaſterium celebrato anno 1175. inter quos illa fuit ad Pontificem Romanum per appellationem delata circa delationem Crucis, quam prætendebat Cantuarienſis ipſe ſolus deferre, uti Primas, ſeù Patriarcha Angliæ, *cap. antiqua de privil.* Alexander III. decrevit, Eboracenſem Archiepiſcopum non poſſe in Cantuarienſi Provincia Crucem deferre, donec cauſa cognita, ſententia definitiva proferretur, ſed ſtante privilegio obtento à Sede Apoſtolica eam deferendi per totam Angliam, & poſſeſſione, Alexander reſcripſit, Archiepiſcopum Eboracenſem deferre poſſe Crucem per totam Angliam, donec lis terminaretur, ut in *cap. 1. ut lite pend.* quæ controverſia ad Romanum Pontificem jure fuit delata, cùm agatur de cauſa majori, tum quia hujuſmodi lites Archiepiſcopos conſuevit Romana Sede definire, ſicuti inter Eccleſias Arelatenſem, ac Viennenſem in Gallia, Zoſim. *epiſt.* 1. Burdegallenſem, & Bituricenſem, *ibidem cap. ult. de major. & obed.* inter Toletanum, & Bracharenſem in Hiſpania, *cap. coram de in integr. reſtit.* & in terminis hujuſmodi inter Toletanum Archiepiſcopum, Tarraconenſem, & Cæſaraugustanum, prætendentem Crucem deferre per dictas Diœceſes, & Provincias, Joannes XXII. dictæ cauſæ deciſionem ſibi reſervavit, Mariana *hiſtor. lib. 1. cap. 17.* Spond. *anno* 1320. *numer.* 7.

Demum eam deferunt ante ſe Archiepiſcopi, ſeù Metropolitani, *Clem. ultim. de privil.* quia vel id ab initio uſurparunt, vel quia cùm nomine Patriarcharum confundebantur, Ciron. *lib. primo, obſervat. capit.* 11. eamque deferrunt intra ſuam Provinciam ſo-
43 lummodò, & etiam extra Viſitationem, dummodò non ad præſens Legatus Papæ, & poſt receptum Pallium, Barboſ. *cit. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 7. num.* 125. Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Archiepiſcopi auctoritas, num.* 28. Archiepiſcopus verò Nazarenus habet privilegium Apoſtolicum illam deferrendi per totum Orbem excepta tamen Urbe, Card. de Luca *de Juriſ. diſc.* 20. *& de praemin. diſc. 16. nu. 6.* & priùs Ughel. *Ital. Sacra to. 7. de Eccleſia Nazarena*, Rota *dec.* 106. *part. 10. recent.*

Hujus Crucis prælatio concedebatur per privilegium Romani Pontificis, etiam alicui Epiſcopo, prout habet Epiſcopus Lucenſis, ſeù Lucanus in Etruria, Epiſcopus Papienſis in Lombardia, qui habent etiam privilegium Pallii, & ſupra dixi; Eaque Cruce utuntur prædicti, etiam in capite eorum inſignium gentilitiarum ſubtus pileum Pontificale; Crux tamen, quam adhibent Patriarchæ, eſt ex duplici tranſverſo ſigno, ſeù ligno, primo, ſeù ſuperiore breviori, altero longiori; Crux verò Archiepiſcopi conſtat tantùm ſigno, ſeù ligno uno tranſverſo, Lipſius *in not. ad lib. de Cruce*, Hieronymus Roman. *part. 3. Republica Chriſtiana lib. 2. cap. 6. & lib. 3. capit. 6.* Gonzal. *cit. cap. 2. numer. 3. verſ. ſecundum conſiſtit, ut lite pendente.*

Sic quoque fuit hæc prælatio Crucis à Romano Pontifice etiam Regibus conceſſa, Grethſerius *de Cruce lib. 2. cap.* 35. Boſquet. *ad notas Innocentii III. lib. 3. epiſt.* 19. prout obtinuit Rex Ungariæ Stephanus anno 1000. ut refert Surius *die* 20. *Auguſti cap. 8. in vita Sancti prædicti Stephani Regis*, ibi: *Iis auditis mirè exhilaratus Pontifex, precibus libenter annuit, Crucemque ante Regem, ſeù Apoſtolatus inſigne geſtandum adjunxit. Ego, inquit, ſum Apoſtolicus.* At ille, meritò Chriſti Apoſtolus dici poteſt, cujus opera tantum Populum Chriſtus acquiſivit, & in Breviario Romano in ejus lectionibus die 3. Septembris ejus Feſto dicata recitatur: *Verè propter ingens dilatandæ fidei ſtudium, illius gentis Apoſtolus, nuncupatus facta à Romano Pontifice ipſi, poſteriſque Regibus præferendæ Crucis poteſtate.*

Archiepiſcopus, ſeù Patriarcha jus habet rursùs 44
Crucem præferendi, ac elevandi etiam in loco exempto ſuæ Provinciæ, ut expreſsè diſponitur in *Clem. Archiepiſcopo de privileg.* ubi quòd habens uſum delationis Crucis, poſſit hanc deferre tranſeundo, ſeù divertendo ad loca quæcumque exempta; & licèt loquatur de Archiepiſcopo, non exindè non debet applicari Epiſcopo, qui habet uſum Crucis ex privilegio; Nam ſi hoc ſubſiſteret ſequeretur, quòd excluderentur etiam Patriarchæ, & Primates, cum *Clementina* faciat mentionem tantùm de Archiepiſco-
po, & ſic verè intelligi debet de omnibus habenti- 45
bus uſum prædictum; in eaque *Clementina* talis uſus ſupponitur in Archiepiſcopis; ſed ſolùm ibi comprobatur in loco exempto, eò quod per talem delationem in loco exempto, nullum inferatur præjudicium exemptioni; & ſic diſpoſitio *dicta Clementina*, & ratio procedit etiam quoad Epiſcopum, qui habet ex privilegio uſum Crucis, Gratian. *diſceptat.* 467. *num.* 8. & procedit in quocumque loco exempto, Franch. *deciſ.* 711. ubi de Luca *numer.* 1. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part. 1. tit. 4. intra numer. 39. & in Summ. Apoſt. deciſ. ver. Archiepiſcopus, & ad Clem. Archiepiſcopo de privil.* Thomaſſin. *citat. cap. 59. n. 8. §. dixi*, Quarant. *in Summ. Bullar. ver. Archiepiſcopus, num.* 28. & in terminis Epiſcopi habentis privilegium deferrendi Crucem, reſolvit etiam S. Congr. Concilii *in Papien. 8. Februarii* 1681. *&* 13. *Januarii* 1685. *prima Martii, &* 10. *Maii* 1687. *& in alia Papien. Juris deferendi Crucem* 17. *Decembris* 1707. *&* 22. *Septembris* 1708. non obſtante quacumque exemptione, ut in terminis Monaſteriorum Caſſinenſium, qui habent latam exemptionem, reſolvit Sac. Congr. *Rituum in Theatina* 13. *Julii* 1613. apud Barboſ. *in Summ. Apoſt. deciſ. ver. Archiepiſcop. num.* 6. de Luca ad Franch. *cit. deciſ. 711. num. 1. in fine*, Pignat. *conſ. 165. tom.* 4. ubi etiam procedere in Diœceſi Suffraganei exempti, & quoad Monaſterium Patrum Charthuſianorum habentium ampla privilegia exemptionum, procedit dicta *citata ſecunda Papien.* Et in terminis Eccleſiæ Canonicorum Regularium S. Auguſtini Lateranenſium cum Epiſcopo Lucano habente privilegium Lucii Papæ III. pro uſu Crucis per Epiſcopatum ſuum, his verbis: *Tibi tuiſque Succeſſoribus de Conſilio Fratrum noſtrorum* (nempè Cardinalium, cùm agatur de re ardua) *concedimus, & Apoſtolica auctoritate firmamus*: quod confirmavit Cæleſtinus III. & Innocentius III. & opponentibus dictis Canonicis Regularibus Eccleſiæ S. Frigdiani ampliſſimam conceſſionem Sixti IV. *in Bulla incip. Dum ad univerſas*, ut nec Ordinarius, nec Legatus ullam in Monaſteria, Eccleſias, perſonas, ſeu loca dictorum, Præeminentiam, nec Superioritatem, & Juriſdictionem quomodocumque exercere poſſit; & proindè non valuiſſe Epiſcopum deferre Crucem in dicta Eccleſia, niſi occaſione Proceſſionum, ſeù Pontificalium, aliorumque, quæ permittuntur Epiſcopis in Eccleſiis Regularium, Juriſdictionem redolentia; & ſic non occaſione accedendi ad illam orandi cauſa Venerabili expoſito, vel ratione Jubilæi ibi poſiti, Sac. Cong. Concilii *die 8. Aug. 1716. in Lucana Juris deferendi Cru-*

ſem; ubi propoſito dubio: *An liceat Epiſcopo Lucano ingredi erecta Cruce Eccleſiam S. Frigdiani Canonicorum Lateranenſium in caſu, &c.* reſpondit: *Affirmativè*; Et in terminis ingreſsus cum Cruce elevata Archiepiſcopi Raguſini in Clauſtro PP. Prædicatorum, occaſione urbanæ viſitationis cujuſdam Epiſcopi hoſpitis, *S. C. Epiſcoporum, & Regularium die 26. Martii 1711. in Raguſina delationis Crucis* cenſuit; *licuiſſe, & licere eidem Archiepiſcopo ingredi Conventum PP. Dominicanorum cum Cruce erecta; interdictum verò, & cenſuras fuiſſe nullas*; Et id, ex quo non fuerunt ſervati termini juridici in prolatione facta per Epiſcopum; & in terminis Collegii Ghislerii muniti ampliſſimis exemptionibus Apoſtolicis, procedit *d. Papien. ſupracitata*.

46 Nec obſtat, quod obeſſe dicebatur in dictis reſolutionibus, talem delationem eſſe permiſſam in miniſteriis divinis tantùm, quæ perageret Archiepiſcopus in Eccleſia exempta, vel quando habeat aliquod jus viſitandi; Quia neutrum ſubſiſtere viſum fuit; nam plures poſſunt conſiderari præeminentiæ Epiſcopales. Aliæ enim ſunt merè honorificæ, & iſtæ adhibe-
47 ri poſſunt, etiam in aliena Diœceſi; ut eſt benedicere cum triplici ſigno in Miſſa, Populo; aliæ ſunt, quæ important totalem Juriſdictionem, & poſſunt fieri tantùm in Diœceſi, & circa illos, qui ſunt de Diœceſi; aliæ quæ participant de Juriſdictione ſolùm habituali, propter reliquias actualis, quam habuerant ante exemptionem, quod conſideratur etiam in locis exemptis, & ſic poſt in illa uti Epiſcopus certis præeminentiis expreſſis *in dicta Clementina*, quoad Crucem, ut benè declarant de Luca ad Ventrigl. *in prax. annotat. 26. §. unic. numer. 7.* & idem Ventrigl. *num. 22. & ſeqq.* Gratian. *diſceptat. 467. numer. 2. & ſeqq. & numer. 25. 29. 62. & ſeqq.* latè, & idem de Luca *ibid. numer. 1. & ſeqq.* Gratian. *deciſ.* 113. Marchiæ *numer. 3. ad finem*, Bonifacius de Vitalin. *in cit. Clem. numer.* 4. Fagnan. *cap. quia nos, numer. 11. & ſeqq. de auctoritate, & uſu Pallii*, & talis facultas territorialis, & habitualis facit, ut poſſit Archiepiſcopus uti Cruce in quocumque actu, & non reſtrictivè ad divina Officia, ut in *cit. Clem.* dicitur, tranſeundo, & divertendo ad loca exempta, Nicol. *lucubrat. Canon. libr. 5. tit. 33. numer. 4. verſic. Archiepiſcopi, de privil.* Pignat. *to. 4. conſult, 165. per tot.* & non eſſe talem uſum reſtrictum ad celebrationem Divinorum, docent Quarant. *cit. numer.* 28. ubi benè dicit, delationem Crucis præcipuè quamdam dignitatem demonſtrare, quæ conſiderari debet in quolibet actu ingreſſus in loco exempto, ſive Eccleſia, ſive Monaſterio. Hinc in *dicta Papien, anno* 1681. agebatur de ingreſſu in prædictum Collegium Ghislerium per Epiſcopum occaſione viſitandi aliquem Infirmum, & Hoſpitem, & fuit denegata remiſſoria petita ad probandum, Anteceſſores Epiſcopos ingreſſos fuiſſe ſine Cruce; & in terminis ingreſſus ad Monaſterium Chartuſienſium occaſione revidendi certa computa eleemoſynarum ſub die 17. Decembris 1707. propoſito dubio: *An eminentiſſimo Epiſcopo Papienſis, licuerit in ſuo acceſſu ad Chartuſiam Papienſem, occaſione reviſionis computorum eleemoſynarum ingredi erecta Cruce in Eccleſiam, & Monaſterium ejuſdem Chartuſiæ in caſu, &c.* Sac. Congr. reſpondit: *Affirmativè quoad Eccleſiam, & Negativè in caſu, de quo agitur, quoad Monaſterium*; Sed in repropoſitione Cauſæ reſcriptum fuit: *In deciſis quoad Eccleſiam; quoad verò Monaſterium, prævio receſſu à deciſis, licere Eminentiſſimo Epiſcopo ingredi cum Cruce, in caſu, de quo agitur etiam in Monaſterium, abſque tamen ullo exercitio Juriſdictionis*.

48 Neque urget motivum, quòd tunc permittitur delatio Crucis, quando ea fit extra falcem Judicii: ſecùs autem ſi utatur in falce Judicii, prout eſſe dicebatur in dicto caſu Epiſcopi ingredientis pro exigenda ratione Computorum cujuſdam legati facti à Duce Mediolani; Quia verum eſt, quòd Epiſcopus non poſſit in loco exempto uti inſignibus in his, quæ important falcem Judicii, ſeu Juriſdictionem, ſcilicèt ſedere pro Tribunali, Ordinationem celebrare, ac hujuſmodi; non autem quoad merum uſum Crucis, ut idem Gratian. pro dicta diſtinctione citatus *diſceptat. 467. numer. 25. 29. & 30.* innuit, & declarat de Luca *ibidem numer. 1. & ſeq.* & benè Fagn. poſt antiquos ait *in cap. quia nos de auctoritate, & uſu pallii*, quòd poſſint prædicti uti Pontificalibus in locis exemptis, non autem exercere poteſtatem, & judicium; ex hoc enim quod non poſſint fieri actus in falce Judicii in loco exempto, non excluditur, quòd quatenùs alicui permittatur ex aliquo Jure ſpeciali actum judicialem facere in loco exempto, non poſſit dictus Archiepiſcopus uti Cruce; imò majori ratione; quia cùm datur majus, quòd expreſsè prohibetur conceſſum, quòd ratione dignitatis permittitur in dicto actu faciendo; & in his terminis docuerunt DD. & præſertim Genuenſis, & Quaranta *loc. cit.* ubi explicat *Clementina, & DD.* aſſerentes non poſſe Archiepiſcopum declinare ad loca exempta cum Cruce, niſi in caſu hoſpitalitatis, vel tranſitus; non autem exercendi cauſa Juriſdictionem, quia præſupponunt non poſſe eam exercere; Sed quatenus ex aliquo Jure ſpeciali id poſſet, non videtur denegandum, ut id agat cum Inſignibus ſuæ dignitatis, deferendo Crucem, cui conſonat de Franch. *dec.* 711. contra Moniales Sanctæ Claræ Neapolis ad favorem Archiepiſcopi, ubi de Luca *in addit.* Quarant. *citat. numer.* 28. Genuenſ. *loc. citat.* & benè *cap. 88. de poteſt. Archiepiſc. numer. 20. verſ. Sed Archiepiſcopus in Provincia, uſque ad finem, impreſ. Venet.* & ratio eſt quòd ſi Archiepiſco- 49
pus divertat ad locum exemptum abſque exercitio actualis Juriſdictionis, poſſet deferre Crucem in ſignum habitualis Juriſdictionis; nec per talem actum præjudicium fit exemptioni, ut diſponitur in dicta *Clement.* Sic cùm exerceat actum Juriſdictionis in certo caſu ſibi permiſſo, tunc eò fortiùs reaſſumendo cum habituali actualem Juriſdictionem, poterit Crucem deferre; & ſicuti prorogata fuit per exemptos Juriſdictio in Epiſcopo, talem actum Juriſdictionis faciendo in Monaſterio exempto, eò magis dicitur prorogatum Jus deferendi Crucem inſeparabilem ab ejus dignitate Archiepiſcopali, & in his terminis docuit de Franch. *cit. loc. in fin.* Cùmque *Clementina* non præcipiat, ſed concedat, quòd poſſit deferri Crux, ut in privilegio Epiſcopi Papienſis ſunt verba, *quocumque volueris ferre*, proindè cùm agatur de actibus facultativis, non obſtat Epiſcopum non detuliſſe Crucem, ſi non adeſſet denegatio, & acquieſcentia in non deferendo Crucem; ultra quod aderant actus pro Epiſcopo; & dicebatur dicta reviſio Computorum fieri extrajudicialiter, & abſque figura Judicii, quo caſu ceſſaret quæcumque dubitatio ultimæ inſpectionis.

Occaſione dictæ Cauſæ *Papien.* fuit viſum, ob- 50
tinuiſse dictum Epiſcopum Papienſem, dictum Ticinenſem, privilegium deferendi Crucem ubicumque; & quo voluerit, & inter ambulandum privilegium præferendi Crucem in ſua Diœceſi, quod fuit revocatum ab Alex. III. in pœnam adhæſionis Schiſmati Antipapæ, juxta adducta per Baron. *An. 1175. num.* 12. Thomaſin. *cit. cap. 59. numer. 1. verſic. ſingulari*; ſed fuit Epiſcopus reintegratus ab Honorio III. cùm confirmaverit, omnia privilegia conceſſa eodem modo, quo fuerunt conceſſa, & proindè Crucis delatio in omnibus, & non reſtricta ad duos dies occaſione equitatus, ut fuerat oppoſitum, Ughel. *citat. tomo primo, in Eccleſ. Papien. pagina prima, & decimaquarta*.

Antequam finis imponatur huic Commentario, ut 51
ſupra innui, putavi referre petitionem factam à Patriarcha Alexandrino Græco, qui Schiſma abjuraverat, Pallii à ſan. mem. Clemente XI. & omnia geſta in hac re ad hujus Commentarii materiam opportunè facientia. Juxta ſeriem actorum inferius exponendam, facta petitione per Procuratorem ad Urbem miſſum à Patriarcha Alexandrino Græco, qui Schiſmaticus erat, & abjurato Schiſmate, ſupplicavit ſan. mem.

Clementi

Clementi XI. ut dignaretur pallium ſibi tranſmittere: Idem Pontifex, ut in omnibus conſueverat, ſumma maturitate, procedens, deputavit Congregationem particularem aliquorum S.R.E. Cardinalium, & Romanæ Curiæ Prælatorum coram ipſo coadunandam, pro ſtatuendo quid in hac re oporteret fieri, inter quos Prælatos ego aderam. Prævalebat apud aliquos Prælatos opinio, quòd attenta humili petitione dicti Patriarchæ, & profeſſione Fidei ab ejus procuratore emittenda coram Sanctitate Sua, potuerat concedi pallium, ut renovetur in Summo Pontifice facultas illud concedendi, & reſpectivè uſus illud recipiendi ab eo per Patriarchas Orientis, ut latè hæc in Commentario recenſui. Verùm habui ego difficultatem afferendo, quòd dictus Patriarcha fuerat Schiſmaticus, & ordines à Schiſmatico receperat, & Eccleſiam occupaverat ſine auctoritate Apoſtolica, unde erat ſuſpenſus ab illis, ſine juriſdictione; Sicque non per ſolam profeſſionem fidei, quæ importaret eum ad ſinum Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, per quam ſolam profeſſionem admittuntur Græci Schiſmatici, ſed requiritur abſolutio à ſuſpenſione incurſa quoad ordines, & facultas Apoſtolica juriſdictionem exercendi Epiſcopalem, ſeu Patriarchalem, nec non quod ipſe promittat nomine Succeſſorum recipere pallium ab Eccleſia Romana, ut de jure fieri debet; cumque pro recipiendis iſtis neceſſariò præventivis gratiis obtentionis Pallii, nulla facultas aderat in procuratore petendi hujuſmodi abſolutiones, & rehabilitationes, videbatur non eſſe locum conceſſioni pallii illi tamquam non habenti veſtem nuptialem: eoque magis, quia hujuſmodi Prælati Græci abutuntur hiſce petitionibus, & gratiis, quas ſæpè petunt ab Eccleſia Romana, ore tantùm fatentes errores abjuraſſe, ſed facto uſus pravos conſervant, & ſtudent aſſervare ſemper pertinacius, præcipuè in non recognoſcenda Eccleſia Romana, & ejus Juriſdictione, & ut plurimum utuntur hujuſmodi miſſionibus ob extorquendam pecuniam à Romanis Pontificibus, vel iidem Procuratores ſunt falſò ſe tales facientes, pro habendis ſubventionibus in Romana Curia, uti in hoc caſu jam pro iis ſupplicaverat dictus Procurator, proindèque tutum non videbatur exponere Pallii ſanctitatem in manibus hujuſmodi perſonarum, de eo quid facturi eſſent nos neſcientes. Acceſſerunt hujuſmodi voto omnes Cardinales, ſed poſteà Summus Pontifex aliquid concedere exiſtimans, ſtatuit eſſe tranſmittendum pallium alicui Catholico Antiſtiti in illis partibus, ut conditionibus adimpletis juxta prædicta, per dictum Patriarcham illud imponere, & conſignare ei poſſet. Tenor autem dictarum Epiſtolarum, aliorumque actuum, & decretorum Pontificiorum in Conſiſtorio peractorum, hìc inferiùs recenſetur.

IN CONSISTORIO

S E C R E T O

Habito die 28. Aprilis 1713.

A R G U M E N T U M.

Cum aliquot ante dies ad Urbem veniſſet Religioſus Vir Joannes Joſeph Mazet, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Profeſſor, à Venerabili Viro Samuele Capaſulis Patriarcha Alexandrino Ritus Græci miſſus, ac Procurator ad infraſcripta ſpecialiter conſtitutus, literaſque attuliſſet ejuſdem Patriarchæ Græco idiomate conſcriptas, quibus ille Sanctiſſimo Patri ſignificabat, ſe divino illuſtratum lumine vetus Græcorum Schiſma, ejuſque errores ejuraſſe, ac Orthodoxæ Fidei profeſſionem emiſiſſe, tranſmiſſis ea de re opportunis documentis: eumdem propterea Summum Pontificem, quem ut verum B. Petri Succeſſorem agnoſcebat, humiliter obſecrans, ut ſuum Alexandrinæ Eccleſiæ Præſulatum Apoſtolica auctoritate confirmaret, eique pallium mittere dignaretur: attributa demum antedicto Mazet plena facultate ſupplendi quidquid à ſe omiſſum fuiſſet, ſuoque nomine agendi ea omnia, quæ in præmiſſis neceſſaria, ac opportuna Sanctitati Suæ viſa fuiſſent. Idem Sanctiſſimus Pater, ne quid in re tanti momenti, niſi qua par erat, maturitate, ac ſeria adhibita conſultatione decerneret, ſcripta, & poſtulata memorati Patriarchæ, diſcutienda commiſit, primùm quidem Congregationi DD. S. R. E. Cardinalium negotiis propagandæ Fidei præpoſitorum, ſubindè vero particulari Congregationi nonnullorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium, & aliquot Romanæ Curiæ Prælatorum, ac Theologorum à Sanctitate Sua ſpecialiter ad id deputatorum, quos ipſamet Sanctitas Sua coram ſe de hac re diſſerentes audire voluit. Illorum itaque auditis ſententiis, necnon auditis pariter, & ſanè pluries Sacrarum Cæremoniarum Magiſtris, ac iis omnibus, quæ ad actionem ritè, & ordine, ac prorſus ex dignitate Sanctæ Sedis Apoſtolicæ perficiendam conducere viſa ſunt, ſedulò expenſis, diſpoſitis, & conſtitutis, Sua Sanctitas Conſiſtorium indixit, in quod hac ipſa die habitum ab uno ex DD. Cæremoniarum Magiſtris, antequam fores de more clauderentur, introductus fuit R. P. D. Proſper de Lambertinis, utriuſque Signaturæ Referendarius, Prælatus Domeſticus Pontificius, & Advocatus Conſiſtorialis, ſimulque introducti etiam fuere prædictus Joannes Joſeph Mazet Patriarchæ Alexandrini Procurator, necnon duo Monachi Ordinis Sancti Baſilii Ritus Græci, qui ab eodem Patriarcha pariter ablegati fuerant, illius literas, aliaque ab eo tranſmiſſa documenta elevatis manibus deferentes, à pluribus Græcis, qui in eorum comitatu erant, aſſociati.

Quibus omnibus, necnon Prælatis, & Nobilibus plurimis, qui frequentiſſimi convenerant, ac præſertim Epiſcopis, quos Pontificii Solii Aſſiſtentes nuncupant, & nonnullis Protonotariis Apoſtolicis præſentibus, antedictus R. P. D. Proſper de Lambertinis, è regione Pontificiæ Sedis conſtitutus, flexis genibus Sanctitatem Suam ita allocutus eſt.

B E A T I S S I M E P A T E R.

Placuit Divinæ bonitati, diſſipato muro, qui Alexandrinam Eccleſiam ab hac Apoſtolica Sede dividebat, atraque errorum caligine ſublata, *Venerabilem* Virum Samuelem Gapaſulis Patriarcham Alexandrinum Græci ritus in admirabile lumen ſuum vocare, eique viam ſalutis oſtendere, ut ad ſuam, & omnium fidelium Matrem Romanam Eccleſiam rediret, ac Sanctitatem Veſtram, uti verum Jeſu Chriſti in terris Vicarium, totiuſque Chriſtiani Populi communem Patrem, & Paſtorem, libero non minùs ore, quàm ſyncero corde fateretur, & crederet. Fauſtiſſimum hujus rei nuncium ad Pedes Sanctitatis Veſtræ provolutus humillimè defert Religioſus Vir Joannes Joſeph Mazet, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Profeſſor, ab eodem Samuele Patriarcha Procurator ſpecialiter ad hæc conſtitutus; nec ſanè dubitat gaudium, quod indè ſumet uberrimum Sanctitas Veſtra ad inſtar illius gaudii, quòd Chriſtus Dominus majus eſſe dixit in Cœlo, & coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agenre, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia, completum undique fore, & cumulatum. Summa proindè animi ſui demiſſione flagitat idem Procurator, ut prædicti Samuelis Patriarchæ literæ, & alia, quæ cum illis attulit, totius ab eo peractæ rei documenta, benignè excipiantur, & perlegantur.

Subindè memoratus Joannes Joſeph Mazet acceptas à duobus Monachis ſupradictis Patriarchæ Alexandrini literas, unà cum aliis ab eo tranſmiſſis documentis, reverenter omnia obtulit Sanctitati Suæ, cujus juſſu ejuſmodi ſcripta D. Carolus Majella Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus, ſeu primus Cuſtos, ſtans inter ſcamnum DD. Cardinalium, & Sedem Pontificiam, converſus

verſus

verſus ad DD. Cardinales, eo ipſo Græco idiomate, quo exarata erant, elata voce perlegit.

Max R. P. D. Fabius Oliverius Secretarius Brevium Secretorum, loco R. P. D. Joannis Chriſtophori Battelli Brevium Epiſtolarium ad Principes Secretarii legitimè impediti, alta itidem voce legit priùs literas, ac ſubindè abjurationem prædicti Patriarchæ in Latinam linguam à memorato D. Majella tranſlatas, quarum tenor hic ſubjicietur.

Tenor Literarum Patriarchæ Alexandrini.

BEATISSIME, AC SANCTISSIME IN CHRISTO PATER, ET DOMINE.

AD Paternum amorem Veſtræ Beatitudinis humiliter accurro, tamquam ad benignum meum Patrem, & Paſtorem legitimum, & verum. Membrum enim Ego etiam ſum Univerſalis Corporis Chriſti in Spiritu legitimè, & canonicè electus in Præſulatum Patriarchalis Cathedræ ſecundùm omnem Conſtitutionem hujus noſtræ Orientalis Eccleſiæ; ambulans, quemadmodum edoctus eram ab adoleſcentia mea, atque inſtitutus à præfatæ Eccleſiæ Præſulibus, & Magiſtris, necnon Sancto meo Seni, & Prædeceſſori meo Patriarchæ D. Geraſimo Palladæ multos annos miniſtrans; non defuit unquam illius recta doctrina, ſimpliciſſimè tamen, propter metum, aut infructuoſitatem. In Divina igitur miſericordia me doctrinam excipiente, tamquam diſpoſito, & paululum veritati addicto, divinus zelus augebatur, ſed modus non ſuppetebat; donec Magnus Deus, qui vult ſalutem omnium, judiciis ſuis ineffabilibus permiſit, ut in afflictiones intolerandas inciderem, & graves neceſſitates. Elapſo enim à legitimo Patriarchatu octo menſium ſpatio, Coſmas quidam Epiſcopus, Conſtantinopoli degens, contemptis legibus, & Canonibus Eccleſiaſticis, inſiluit, & numerata pecunia Tyrannicæ Curiæ, quæ ſupra Nos eſt, nulla eorum, qui Eccleſiæ illius erant, habita ratione, ex templo ſolus Alexandrinæ Patriarcha renunciatus eſt, & per potentiam Magiſtratus illic approbarunt. Miſit autem etiam hùc graves literas, & homines idoneos, qui dominium exercerent, & me in exilium pellerent. Verum, qui hìc erant Chriſtiani, quamquam pauperrimi eſſent, inito conſilio conſtituerunt, ut prævaricatorem nequaquam admitterent; cùm autem pecunia deſtituti eſſent, acceperunt vaſa, & veſtes ſacras, & vendentes tradiderunt Magiſtratibus, & irritos illius conatus effecerunt. Non autem hìc ſubſtitit; etenim Adverſarius rurſus per validiores vires nos oppugnabat. Cùm verò nihil proficeret, hùc ſe ipſe perſonaliter contulit cum potentia novi Ducis, & rurſus re infecta reverſus eſt; Juſtus enim Deus. Remanſit tamen hìc Sanctiſſimus Thronus omninò deſertus, & nudatus Eccleſiaſtico ornamento, & quod gravius eſt, conſtrictus remanſit graviſſimo ære alieno ſupra triginta millium regalium Hiſpaniæ; & quidem uſura gravis eſt, & fœneratores alienigenæ; & inimicus non ceſſavit adhuc fodere foveas in nos, & damna inferre, & validè oppugnare. Talis eſt noſtra miſeria, BEATISSIME PATER, quam confiteor ſecundùm Divinam permiſſionem. Enimvero uſque adhuc ego averſabar cognitionem veritatis, quam tenet, docet, & prædicat Sancta Chriſti Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia, ſine qua veritate nemo ſalvus eſſe poteſt. Quamobrem ſalutis quoque meæ curam gerens Magnus Deus, voleníque de Schiſmate me liberare, tantas tribulationes me ſubire permiſit, ut per ipſas rectam viam invenirem, quæ ducit ad Regnum Cœlorum, quam & inveni, eique gloriam reddo, qui benefecit. Sic autem accidit. Miſeria tribulationum oppreſſus, & omni undique ſpe deſtitutus, inaudivi quòd Deus miſiſſet hùc in Ægyptum Reverendiſſimum Patrem Laurentium à Sancto Laurentio Cuſtodem Sanctæ Jeruſalem. Hunc convenire cupiebam, tum propter reverentiam, & bonam famam, tum propter conſolationem, & narrationem ſalutaris deſiderii mei. Cùm autem ad eam voluptatem capiendam acceſſiſſem, inveni Virum Reverendum in omnes partes reverentia dignum, qui & cognovit tributiones meas, & omni cum alacritate, ac pietate accœpit me conſolari, & ad lumen veritatis dirigere, & ſanum membrum Sanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ conſtituere, atque in hujus ſancta, & vera Fide, rectorumque dogmatum confirmare in ſumma ſubmiſſione, firmaque obedientia erga Te Summum Sacerdotem, Univerſalem, & verum JESU CHRISTI Vicarium, & Paſtorem Oecumenicum. Verùm dictus Reverendiſſimus Pater, Hieroſolymam rediturus dedit mihi conſolatorem, & ductorem loco ſui admodum Reverendum P. Archangelum à Melita, qui mihi adeſt tum per ſe ipſum, tum per diſcipulum quemdam ſuum P. Joannem Joſephum Mazet Apoſtolicum Terræ Sanctæ Miſſionarium; ac veritatem ritè edoctus, conſtitutus, & exceptus ſum in Gratia Dei, & confiteor veram Fidem, quam tenet Sancta Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia, & hujus Sanctiſſima, & Apoſtolica Cathedra, & horum dogmata. Averſans omnes falſas contrarietates, contradictiones, & ſchiſmata, neque committens paternis brachiis Sanctitatis Veſtræ; agnoſcens ſecundùm antiquiſſimum Sanctæ Eccleſiæ morem, quòd ad tegimen hujus ſpiritualis navis, per tot diverſas, graves, & vehementes procellas agitatæ, conveniat ſecundùm præcepta Fidei confiteri me, quòd Patriarchæ, & omnes Archiepiſcopi confirmari debeant à Sanctitate Veſtra Capite Univerſali Sanctæ Eccleſiæ. Sine qua confirmatione non poſſumus verè paſcere proprium gregem in rectæ doctrinæ firmitate. Ad Te igitur confugio, BEATISSIME MI PATER Præſidem meum, verum Succeſſorem B. Petri, cui Dominus Noſter Jeſus Chriſtus dixit: *Paſce Oves meas*; &c. *Ego rogavi pro Te, ut non deficiat fides Tua*; &c. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam veracem*, in tuis verbis ſcilicet, & in tuis doctrinis, *& portæ inferi non prævalebunt ipſi*. Precor igitur, ut inveniam gratiam, & miſericordiam apud Te, ut confirmes mihi Præſulatum, & mihi Pallium mittas. Ut autem Sanctitas Veſtra certa remaneat de conſcientia mea circa ſanam doctrinam, mitto fidei meæ profeſſionem, & abjurationem, quam feci, contra omnes falſas doctrinas, & contradictiones coram R. P. Joanne Joſepho Mazet, quem elegi in Procuratorem meum, ut hæc ſiſtat Sanctitati Veſtræ nomine meo cum ea, quæ convenit, obedientia; illi tribuens plenam facultatem, & poteſtatem, non ſolùm ad hæc confirmanda, & ſubſcribenda, tamquam vices meas tenenti, ſed ad ſupplendum, ſi quid defuerit, & quemadmodum ſtatuta fuerint, quæcumque placuerint Sanctitati Veſtræ, & Sanctæ Fidei debito more perficiendum nomine meo. Certiſſimus equidem mihi ſum, me, ne minimum quidem recedere à ſententiis, & præceptis Tuæ Beatitudinis, ſed & perfectum me eſſe in tua ſanctiſſima intelligentia, & Catholica Doctrina, ſecundùm quam, ut verus Magiſter totius Oecumenicæ Eccleſiæ, tenes, & doces. Utinam ſanctis tuis precibus non caream. Amen.

Datum in Ægypto in meo diverſorio Anno ſalutis M. DCC. XII. Menſe Julio Indictionis V.

Culminis Veſtri Beatiſs. & Sanctiſs.

Servus humilis, & in Chriſto Filius obſequentiſſimus
Samuel Patriarcha Alexandriæ.

Locus ✠ Sigilli.

Circa ſigillum:

Samuel miſericordia Dei Papa, & Patriarcha Magnæ Urbis Alexandriæ, & Judex Terræ.

Sigillum exhibet imaginem S. Marci, circa quam legitur.

SANCTUS MARCUS.

Foris

Ipſi SANCTISSIMÆ BEATITUDINI.

Tenor,

Digitized by Google

Tenor abjurationis ejuſdem Patriarchæ.

EGo Samuel Capaſulis à Chio Filius Demetrii Capaſulis, Dei miſericordia Patriarcha Alexandriæ per directionem admodum R. P. Archangeli à Melita, & coram RR. PP. Ægydio à Lacu Nigro Vice-Præfecto Miſſionis in Ægypto, & Joanne Joſepho Mazet Apoſtolicis Terræ Sanctæ Miſſionariis, & cum aſſenſu Patrum Minorum cum iiſdem exiſtentium, habens coram me Sancta Evangelia, iiſque proprias meas manus imponens, juro ſuper ipſis, & ex corde credo, atque ore confiteor illam Sanctam Fidem Catholicam, & Apoſtolicam, quam Sancta Romana Eccleſia credit, docet, confitetur, & ſervat, & conſequenter reſpuo, averſor, & execror omnes hæreſes cujuſcumque Sectæ erroneæ, & quorumcumque Hæreticorum, qui Sanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ adverſantur.

Item juro, quòd credo, & confiteor, corde, & ore, quòd Spiritus Sanctus ex Patre, Filioque procedat, tamquam ex uno Principio, uno Spiratore, & una Spiratione, & quòd Filius ſit principium hypoſtaſis Spiritus Sancti, quemadmodum & Pater; & quòd hoc Verbum (Filioque) licitè, & rationabiliter Niceno, & Conſtantinopolitano Symbolo ſit appoſitum ab Occidentali Eccleſia, tamquam neceſſaria explicatio ad cohibendas hæreſes, quæ tunc temporis vigebant: & quod in pane triticeo, ſivè azymo, ſivè fermentato Sacramentum Euchariſtiæ verè conficiatur; & quòd Sacerdotes alterutrum conſecrare oporteat, unumquemque ſecundùm propriæ Eccleſiæ morem, ſivè Occidentalis, ſivè Orientalis: & quòd animæ verè pœnitentium, qui non plenè pro commiſſis, & omiſſis ſuis ſatisfecerunt, atque extemis in Dei charitate deceſſerunt, poſt mortem Purgatorii pœnis expientur; ad quas liberandas conducunt vivorum fidelium ſuffragia, Miſſarum ſcilicet Sacrificia, Orationes, & Eleemoſynæ, atque alia miſericordiæ opera, quæ à Fidelibus, ſecundum Eccleſiæ traditionem, pro animabus illis fieri conſueverunt. Firmiter etiam affirmo, ac teneo animas eorum, qui poſt ſuſceptum Baptiſmum nullam peccati maculam incurrerunt, nec non eorum, qui poſt Baptiſmum in lethale peccatum lapſi ſunt, ſed expiati in corporibus ſuis per pœnitentiam, aut extra corpus in Purgatorio, ſtatim in Cœleſtem gloriam recipi, Deumque Trinum, & Unum, uti eſt, clarè intueri. Animas autem decedentium in peccato mortali, ſivè actuali, ſivè ſolo originali mox in Infernum deſcendere, ubi pro ratione diverſorum demeritorum diverſimodè puniuntur. Præstereà Sancta, & Apoſtolica Romana Cathedra, atque eam tenens Paſtorum Princeps, & Summus Sacerdos Primatum habet ſuper omnem terram; atque hic eſt Succeſſor Sancti Petri primi, & Principis Apoſtolorum, veruſque Vicarius JESU CHRISTI Domini Noſtri, Caput totius in Chriſto Eccleſiæ, Dominus noſter, & Pater, & Magiſter omnium Chriſtianorum, ut quòd ipſi in perſona B. Petri data eſt pleniſſima poteſtas à Chriſto Domino noſtro paſcendi, regendi, & gubernandi Catholicam Eccleſiam.

Item juro, quòd amplector, & veneror omnes Sanctas Synodos, quas recipit Sancta Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia, & præcipuè duo Oecumenica Concilia Florentinum, & Tridentinum, & reſpuo omnes falſas doctrinas veritati ſupraſcripti Dogmatis repugnantes, & veræ Fidei Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſine qua nemo ſalvari poteſt.

Juro autem ſuper his Sacris Evangeliis, quòd nunquam conſentiam, aut eligam admittere hæreſim aliquam, aut amplecti dogma fidei contrarium Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, & veræ ipſius Fidei. Ita promitto, quòd numquam hæreticorum libris fidem adhibendo, aut illos recipiam; ſed reprobabo, & omnes pariter hæreſes ſupraſcriptæ veræ fidei contrarias rejicio, & execror. Hæc ſpondeo hodie coram Deo Trino in Perſonis, & uno in Natura, & in præſentia ſupradictorum Teſtium, Reverendorum Patrum ſcilicet ſubſcriptorum. Anno ſalutis 1712. Menſe Majo die 26. fer. 2. ſecundùm antiquum computum, Indict. V. ſecundùm novum verò die 6. Menſis Junii ejuſdem anni. In diverſorio dictorum Patrum Miſſionariorum Apoſtolicorum Terræ Sanctæ in Ægypto.

Locus ✠ Sigilli.

Ego Samuel Capaſulis à Chio filius Demetrii Sacerdotis Capaſulis, Dei gratia Patriarcha Alexandriæ liberè, & ſpontaneè expoſui præſentem abjurationem hæreſum Catholicæ Doctrinæ, & veræ Fidei oppoſitarum, quam nunc confiteor.

Ego Fr. Archangelus à Melita Minoris Obſervantiæ, & Superior apud Cairum veterem per Terram Sanctam Miſſionarius Apoſtolicus præſentem abjurationem in manibus meis emiſſam recepi.

Ego Fr. Ægydius de Laco Nigro Profectus Miſſionum in Terra Sancta in Ægypto, teſtor me præſentem adfuiſſe in emiſſione prædictæ abjurationis

Ego Fr. Joannes Joſeph Mazet Miſſionarius Terræ Sanctæ, præſens adfui prædictæ abjurationi.

Peracta ejuſmodi recitatione R. P. D. Lambertinus ſuam Orationem, & ſupplicationem ita proſecutus fuit.

BEATISSIME PATER.

AUdivit jam Sanctitas Veſtra, quid afferant literæ Patriarchæ Alexandrini; audivit quid alia, quæ modo lecta ſunt, contineant: audivit filium matris ubera humiliter petentem, qui diu errans ab utero locutus fuerat falſa. Audire nunc Sanctitas Veſtra non dedignabitur Orthodoxæ Fidei profeſſionem, quam ultra aliam, & ſanè pleniſſimam ab eodem Patriarcha emiſſam, & Sanctitati Veſtræ exhibitam, illius nomine mox emittet Religioſus hic Vir Joannes Joſeph Mazet, ſpeciali ad id ſuffultus mandato, juxta formam Græcis ad unitatem S. R. E. redeuntibus à Sede Apoſtolica præſcriptam, ſolemni addita promiſſione, quod fidei profeſſionem hujuſmodi juxta formam prædictam idem Patriarcha ratam, & gratam habebit, & publicum ritè confectæ ratificationis Inſtrumentum ad Sanctitatem Veſtram, & hanc Sanctam Apoſtolicam Sedem intra tempus competens omninò tranſmittet.

Surgens hic prædictus Joannes Joſeph Mazet ab una ex DD. Cæremoniarum Magiſtris ante Pontificiam Sedem deductus fuit, ibique flexis genibus Fidei profeſſionem juxta formulam Græcis ad unitatem S. R. Eccleſiæ redeuntibus à Sede Apoſtolica dudum præſcriptam, ejuſdem Patriarchæ nomine ſolemniter emiſit, ſeu potius renovavit, recitata alta voce eadem formula tenoris, qui ſequitur, videlicet.

EGo Fr. Joannes Joſeph Mazet Ordinis Min. S. Franciſci de Obſervantia Procurator Venerabilis Fratris Samuelis Capaſulis Patriarchæ Alexandrini Græci Ritus ad Pedes Sanctitatis Veſtræ conſtitutus procuratorio nomine prædicti Samuelis Patriarchæ mei principalis infraſcriptam Sanctæ Orthodoxæ Fidei profeſſionem juxta formam Græcis ad unitatem S. R. E. redeuntibus, à Sede Apoſtolica jamdudum præſcriptam facturus, & emiſſurus promitto pro eodem Samuele Patriarcha meo principali, quòd ipſe illam ratam, & gratam habebit, ac ſuſcipiet, & acceptabit, & intra tempus competens ratificabit, & emologabit, atque de novo juxta eamdem formam de verbo ad verbum, Græco tamen idiomate, faciet, & mittet, ac ſua manu ſubſcriptam, ſuo ſigillo obſignatam, ad Sanctitatem Veſtram, & hanc Sanctam Apoſtolicam Sedem tranſmittet. Sanctam igitur Catholicam Fidem explicitè, & expreſsè profitendo firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo S. R. E. utitur, videlicet. *Credo in unum Deum, &c.*

Reli-

Reliqua, ut in profeſſione Orthodoxæ Fidei à Græcis facienda juſſu fel. rec. Gregorii Papæ XIII. edita.

Hanc verò Catholicam Fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè, Deo adjuvante, retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum.

Ego idem Fr. Jo: Joſeph Mazet Procurator ſupradicti Venerabilis Fratris Samuelis Patriarchæ procuratorio illius nomine, ut ſupra, ſpondeo, voveo, ac juro; ſi me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Abſoluta prædicta formula recitatione, eaque propria manu ſubſignata, idem Jo: Joſeph Mazet priorem locum repetit; præfatus verò R. P. D. Lambertinus ſuam orationem his tandem verbis concluſit.

BEATISSIME PATER.

IN literis Patriarchæ Alexandrini, aliiſque actis, quæ nuper lecta fuerunt, præter hæreſium, errorum, ac luctuoſi ſchiſmatis ab eo ampliſſimè factam ejurationem, præter perpetuam, ac debitam obedientiam, & ſubjectionem Sanctitati Veſtræ, atque huic Sanctæ Sedi pleniſſimè promiſſam, habetur etiam petitio, quæ juxta veterem morem, ac Romani Cæremonialis præſcriptum, nonniſi in hoc loco, & ab aliquo ex Conſiſtorialis Aulæ Advocatis exponi poteſt. Cùm idcircò ſumma Sanctitatis Veſtræ beneficentia ſim inter illos adſcitus, Majorum conſuetudini morem gerens, quæ ſupplex petit idem Patriarcha paucis exponam.

Samuel itaque Capaſulis Patriarcha Alexandrinus omni, quo par eſt, obſequio, animique tota ſubmiſſione, Pallium petit, quod è Sancti Petri Corpore ſumitur, & in quo Paſtoralis officii plenitudo continetur. Non inani ſpe innititur fore, ut voti compos fiat, cum Alexandrina Eccleſia eximiæ hujus prærogativæ honorem non uno equidem nomine mereatur. In primis ſiquidem S. Marcus Evangeliſta Beatiſſimi Apoſtolorum Principis in Chriſto Filius, & ab eo Alexandriam miſſus Eccleſiam illam fundavit, & rexit, unde jure optimo eadem Eccleſia cenſenda eſt peculiaris hæreditas Beati Petri, qui per filium ſuum, & ejus ſalutarem Evangelii prædicationem ſibi eam comparavit. Illius porrò primi Chriſtiani morum integritate, ac ſanctis exemplis vitam adeò commendatam duxerunt, ut, teſte D. Hieronymo, Philo Hebræus Eſſenorum mores penè Angelicos laudans, Alexandrinorum illius temporis virtutes omni ex parte ſpectatas indigitare voluerit, illarum, vel admiratione ductus, vel ſanctitate permotus. Merita prætereà Antiſtitum celebris illius Eccleſiæ id ipſum exigunt: nam ut nemo ferè ignorat, Alexandrini Patriarchæ plurimùm elaborarunt, omnique ope, ac zelo contenderunt, ut turbæ, quas controverſia de die, quo Paſcha ritè celebraretur inter Chriſtianos excitaverat, componerentur; præcæteris autem, quòd Eccleſiæ monumenta luculenter produnt, S. Athanaſius in aſſerenda, ac propugnanda divina cum Patre Filii conſubſtantialitate meritorum gloria eminuit, Fidei cauſa quæque aſpera, & acerba perpeſſus. His accedit Alexandrinam Eccleſiam, poſt Romanam, primam fuiſſe uſque ad Lateranenſe Concilium ſub Innocentio III. qui ſubindè ejuſmodi honorem Eccleſiæ contulit Conſtantinopolitanæ. Ipſe quoque Samuel Patriarcha eo, quod flagitat, Pallio ſe dignum præbet: quippè qui, ut ex literis nuper audivimus, damnato ſchiſmate, eique annexis erroribus ejuratis, ad Romanæ Eccleſiæ unitatem recipi, & admitti ſuppliciter petit, Sedique Apoſtolicæ ſe totum tradit, ac ſubjicit ſinceræ Orthodoxæ Fidei profeſſione, ſuam cum Catholica Eccleſia conſenſionem teſtatus, rarò quidem exemplo, nec paſſim obvio. Hic quidem Samuel Patriarcha non adeſt: illius tamen adeſt nomine legitimus iſte Apocriſarius, qui Patriarchæ Pallii honorem ſupplex flagitat. Quod ſi in Canonicis Sanctionibus inter eos, quibus Pallii decus Apoſtolica Sedes conferre ſolet, Alexandrinus Patriarcha illuſtrem obtinet locum, honorifica, & ſpeciali appellatione laudatus, & Sanctus Gregorius Pontifex Maximus Pallium dari pro antiqua Eccleſiæ conſuetudine, cùm petentium merita precibus non inane commendationis pondus adjiciunt, ſua teſtatur auctoritate, nihil planè obſtare videtur, quod clementiſſimæ Sanctitatis Veſtræ dignationi moram afferat, quin Oratoris precibus inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè emiſſis indulgeat, ac vota conſoletur, ea potiſſimum etiam de cauſa, quòd ſperare facilè poſſumus, Patriarcham hoc obſtrictum, atque illectum beneficio, ardentius enixurum, ut populos Paſtorali ſuæ curæ commiſſos, ſimulquè Epiſcopos ſuæ Juriſdictioni ſubjectos, quibus præivit exemplo, ad Eccleſiæ Romanæ obedientiam ſolicito zelo ſecum perducat.

Illicò Sanctiſſimus Pater ejuſmodi orationi, ac petitioni in hæc verba reſpondit.

BEnedictus Deus, & Pater Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Pater Miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur Nos in omni tribulatione noſtra. Intuens ſcilicet piiſſimus Dominus Catholicam Eccleſiam innumeris agitari turbinibus, fauſtiſſimo illam eventu, hoc eſt humili, ac ſyncero ad eam reditu Venerabilis Fratris Samuelis Patriarchæ Alexandrini, lætificare voluit, eoque maximum anguſtiis noſtris levamen afferre dignatus eſt. Non tamen in uno Patriarcha ſiſtit lætitia noſtra; perpendentes enim eximiam illius pietatem, cujus tam præclarum accepimus hodie teſtimonium, necnon ſingularem, quam, ut Nobis innotuit, apud ſuas latè gentes exiſtimationem obtinet, uberiorem in dies ſpiritualium gaudiorum meſſem expectamus; ad eadem ſiquidem ſequenda veſtigia omnibus Græci ritus populis, ac præſertim Epiſcopis, valido incitamento futurum Patriarchæ tam illuſtris exemplum ſummoperè confidimus. Plurimas propterea, ac debitas ſupremo bonorum omnium Auctori gratias agimus, quòd Alexandrinum Antiſtitem ad Beatiſſimi Apoſtolorum Principis, indignum licèt, ac immerentem Succeſſorem, hoc eſt Marcum ad Petrum, Diſcipulum ad Magiſtrum, Filium ad Patrem, iis propemodum diebus, quibus ipſius Beati Marci, nec non Sanctiſſimi Alexandrini Epiſcopi Athanaſii feſta celebramus, quod certè non ſine peculiari Divinæ Providentiæ conſilio contigiſſe arbitramur, per ineffabilem Divinæ ſuæ bonitatis abundantiam vocare voluerit, felix indè omne accipientes, quòd Is, cujus perfecta ſunt opera, Alexandrinæ Eccleſiæ Gregem univerſum Paſtoris ſui exemplo ad hanc Petram fidei confugere, & ad hunc Montem Domini aſcendere ſimiliter faciet, ut legem accipiat in Sion, & Verbum Domini audiat in Hieruſalem. Expanſis interim Pontificiæ charitatis brachiis, magnaque cum animi noſtri exultatione, unà cum iſtis Venerabilibus Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus, plenam, ac debitam ab eodem Patriarcha Alexandrino, tàm per ſuas mox perlectas literas, quàm per legitimum Procuratorem ſuum Nobis, & huic Sanctæ Sedi præſtitam obedientiam, ac ſubjectionem, libenter recipimus: noſtram illi viciſſim, & ejuſdem Sanctæ Sedis gratiam, benevolentiam, & patrocinium amantiſſimè exhibentes. Petitæ inſuper conceſſioni Pallii de Beati Petri Corpore ſumpti, in quo eſt plenitudo Pontificalis Officii, eidem Samueli Patriarchæ, poſtquam Orthodoxæ Fidei profeſſionem ab ejus Procuratore hic renovatam ratificaverit, ab illo, cui rem hanc delegabimus, juſſu noſtro tradendi, ſimiliter annuimus; prævia tamen ipſius Samuelis Patriarchæ in utroque foro abſolutione, à cenſuris,

Digitized by Google

ris, ſententiis, & pœnis Eccleſiaſticis quibuslibet, quas ipſe propter ſchiſma, hæreſes, & errores, quos tenuit, & nuper ejuravit, quovis modo incurrit: prævia inſuper cum eo diſpenſatione ſuper irregularitate per ipſum præmiſſorum occaſione quomodolibet contracta, itaut illa, & iiſdem præmiſſis minimè obſtantibus, Clericali charactere, quo anteà inſignitus fuit, illiuſque privilegiis uti, ac in omnibus etiam Sacris, & Presbyteratus Ordinibus anteà pariter ſuſceptis, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare; necnon Patriarchali Eccleſiæ Alexandrinæ, cui nunc præeſt, quoad vixerit, præeſſe, & munere Conſecrationis per eum etiam anteà ſuſcepto uti liberè, & licitè poſſit, & valeat; ac demùm prævia ejuſdem Samuelis Patriarchæ ad hæc omnia, & ſingula, & aliàs ad quemcumque effectum adversùs præmiſſa opportuna rehabilitatione. Reliquum nunc eſt, ut Deum Optimum Maximum impenſe rogemus, quatenùs opus, quod ipſe operatus eſt, confirmare dignetur, illudque in unitate Fidei, & vinculis charitatis lætioribus in dies perficiat incrementis.

Finito Sanctiſſimi Patris reſponſo D. Nicolaus Jacobatius Sanctitatis Suæ, & Cameræ Apoſtolicæ Procurator Generalis ad RR. PP. DD. Protonotarios, & Notarios Apoſtolicos ibi præſentes converſus, eos in hunc modum interpellavit.

EGo Nicolaus Jacobatius Sanctiſſimi D. Noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Procurator Generalis, rogo Vos omnes Protonotarios, & Notarios Apoſtolicos hìc præſentes, ut de delatione, ac præſentatione eidem SS. D. N. facta per Fratrem Joannem Joſephum Mazet Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, literarum Venerabilis Patris Samuelis Capaſulis Patriarchæ Alexandrini Græci Ritus, continentium omnimodam obedientiam, & ſubjectionem, quam idem Patriarcha præſtat, & exhibet Sanctitati Suæ, & Sanctæ huic Sedi Apoſtolicæ: Nec non authentici documenti ejurationis à prædicto Patriarcha factæ ſchiſmatis, & quorumcumque errorum, in quibus priùs versabatur, ipſarumque literarum, & ejurationis lectione: Ac inſuper de profeſſione Fidei à præfato Fratre Joanne Joſepho, procuratorio nomine ejuſdem Patriarchæ, juxta formam Græcis ad unitatem S. R. E. redeuntibus à Sede Apoſtolica præſcriptam in manibus Sanctitatis Suæ ſolemniter emiſſa; Ac demùm de petitione Pallii de Corpore B. Petri ſumpti pro prædicto Patriarcha facta, Decretoque ſuper illius conceſſione à Sanctitate Sua benignè edito, unum, ſeu plura, publicum, ſeu publica conficiatis Inſtrumentum, vel Inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Tunc demum R. P. D. Proſper Columna Protonotarius Apoſtolicus antiquior, non tàm ad RR. PP. DD. Referendarios, quàm ad cæteros omnes ibidem præſentes converſus, eos Actorum hujuſmodi Teſtes adhibuit his verbis: Vobis Teſtibus.

CONSTITUTIO IV.

PII SECUNDI.

Incipiens (*Cum ſervare.*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS, &c.

PRæcedentiam Epiſcopis, etiam electis, ſuper Notarios Papæ, vulgò Protonotarios nuncupatos, deberi ſtatuit, ubique, in Curia, & extra. In Conſiſtorio verò publico quatuor Notarios aſſiſtere voluit proximiores in Solio Pontificio honorabiliori loco.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Laudantur priſcorum temporum Notarii, qui acta Martyrum conſcribebant.*
Eorum inſtitutio, & hiſtoria refertur. ibid.
2 *Iſti Notarii, poſtea fuerunt Protonotarii appellati; & quare?*
3 *Nunc conſtituitur Collegium ex duodecim Protonotariis participantibus; licet prius ſeptenarium numerum non excederent.*
4 *Olim habebant præcedentiam ſuper Epiſcopos.*
Quod Pius II. hac Bulla correxit, ibid.
5 *Non ſatis compertum eſt, quando hæc præcedentia originem habuit.*
Et quæ potuit eſſe occaſio talis præcedentiæ, ibid.
6 *Pius II. hac Bulla decrevit, quem locum habere debere Protonotarios tàm in Capella, quàm in publicis Conſiſtoriis.*
7 *Graduum, ordinumque diſtinctionem in Eccleſia ſervari expedit; quia conducit ad majorem Dei honorem.*
8 *Protonotarii eximium conſequuntur munus regiſtrandi acta Summorum Pontificum.*
9 *Permittitur Protonotariis, ut aliquibus caſibus propè ſint Solio Pontificio. Et quando? quove ordine?*
10 *Protonotarii aliquibus caſibus quare præcedant Epiſcopos non Aſſiſtentes Solio Pontificio.*
11 *Ratione alicujus peculiaris loci, vel actionis dignior cedit locum minus digno.*
12 *Refertur Solemnitas Equitatus publici in Exequiis, quæ fiunt in Urbe, Decano Sac. Collegii Cardinalium, & aliis.*
13 *Protonotarii participantes præcedunt quoſcumque alios Prælatos Curiæ, præter Epiſcopos in Capella, aliiſque actibus.*
Gubernator Urbis, Auditor Cameræ, & Theſaurarius Generalis præcedunt tamen Protonotarios, ibid.
14 *Protonotarii præcedunt Sacriſtam Papæ, dummodo iſte non ſit Epiſcopus, & numeros ſeqq.*
15 *Protonotarii quoque præcedunt Præceptorem Hoſpitalis Sancti Spiritus Urbis, Archimandritam Meſſanenſem, & Abbates uſum Mitræ habentes, Correctorem Cancellariæ, aliosque Officiales in Banco Protonotariorum ſedentes.*
16 *Sedent Pronotarii in Capella, & in quo loco.*
17 *Gubernator Urbis, Auditor Cameræ, & Theſaurarius ſedent in Banco Protonotariorum ſuper omnes, quando Epiſcopi aſſiſtunt in Capella cum Veſtibus Sacris.*
18 *Munus Protonotariorum in Capella inſervientium Summo Pontifici, innuitur.*
19 *Promoto ad Protonotariatum extra numerum Præfecto Domus Pontificiæ per ſan. mem. Clementem XI. fuit dubitatum de præcedentia illius cum Protonotariis, aliiſque muneribus iſtorum exercendis per illum, & num. ſeq.*
20 *Adducitur reſolutio, & rationes reſolutionis Pontificiæ in hoc.*
21 *Protonotarii præcedentiam habent ſuper Canonicos in Eccleſiis Patriarchalibus Urbis.*
22 *Adducitur ratio ob quam Collegium hujuſmodi Protonotariorum de numero Participantium ſit in magna exiſtimatione, & num. ſeqq.*
23 *Veſtes, & honorificentia eorum in illis recenſentur, & num. ſeq.*
24 *Refertur decretum Congregationis particularis, quoad uſum permiſſum Protonotariis Vittæ Roſacei coloris, aliorumque præeminentiarum in pileo.*

25 *Unn-*

25 *Utuntur Protonotarii prædicti in Capella, Cappis ſemper, & in Proceſſionibus, ac aliis actibus.*

26 *Celebratur ab iſtis Capella in Solemnitate S. Cajetani.*

27 *Aliaque præeminentia eorum referuntur in aſſiſtendo Congregationibus Cardinalium.*

28 *Habet Collegium ipſorum plura privilegia, & præſertim creandi Doctores, & Protonotarios honorarios nuncupatos.*

Sunt Referendarii utriuſque Signaturæ, exempti ab Ordinario, & alia obtinet privilegia eorum Collegium, ibid.

29 *Officium prædictum, ſeu Prælatura venalis eſt.*

1 QUibus beneficiis ſint devicti fideles priſcis Apoſtolicæ Sedis Notariis, coniicere quiſque poterit ex aſſiduis laboribus, quos ſubire à primævis Eccleſiæ ſæculis non deſtiterunt, in perquirendis, ac conſcribendis SS. Martyrum geſtis; quæ & veritatem Chriſtianæ Religionis confirmant, & Nos ad ea imitanda pelliciunt, quorum recordatio delectat. Cùm itaque in fine primi ſæculi Curam univerſalis Eccleſiæ gereret Clemens Papa I. ipſe Viros quoſdam graves conſtituit, qui eximia fide, Sanctorum Martyrum dicta, ac geſta ſedulò perquirerent, ac poſterorum memoriæ mandarent. Hinc *Baronius ann.* 238. *numer.* 1. dum ſcriberet Antherii Papæ martyrio coronati, geſta, à Notariis exquiſita, & in Eccleſia recoditi; addit. *Sed à Clemente Papa primùm magna diligentia cautum fuit, ut à ſeptem Notariis pro Regione Urbis diviſis, geſta Martyrum ſcriberentur; deindè Fabianus Papa, qui ſucceſſit dicto Anthero, ut magis, magiſque hiſtoria veritati conſultum foret; ſeptem Notariis huic operi adſcriptis, qui acta Martyrum integra acciperent, ſeptem præfecit Subdiaconos. Porrò Notariorum opus fuiſſe exiſtimamus, ut non ipſa tantùm acta, Cruciatus nempe, dirâque, ac ſæpius repetita tormenta deſcriberent; Sed etiam quæcumque iidem SS. Martyres locuti eſſent, dum caperentur, ac publicè torquerentur, quæ item, ad ſupplicia ducti, fuiſſent interlocuti, memoriæ commendarent. Illa autem, quæ intra Cancellos, obducto velo, coram Judicibus, cùm de ipſis quæſtio haberetur, iidem rogati dicerent; publicorum Exceptorum muneris erat, cuncta ſcriptis mandare, & inter publica acta referre: quæ cùm agerentur in Provinciis, Proconſularia ab Auguſtino, & aliis dicta reperimus. Porrò hæc ipſa, vel horum potiùs exemplum, à Chriſtianis collata pecunia, redimi ſolebant, & inter acta Martyrum ſedulò aſſervari. Quæ verò extra cancellos cum Martyribus agerentur, vel dicerentur, ab Eccleſiæ Notariis, magna adhibita cautela, conſuetis notis, quamcelerrimè tabulis notabantur.* Hæc Baronius, qui è veſtigio addit, ipſas notas fuiſſe apud Gentiles in uſu; refertque elegans Auſonii Epigramma, quo laudatur Notarius ſuus velociſſimè excipiens. Unde colligit Vir doctiſſimus, neminem mirari debere, aut impoſſibile ducere, deſcriptas fuiſſe longas Martyrum orationes, quæ ipſorum actis interdum reperiuntur intextæ; licèt candidè fateatur, fuiſſe quaſdam ex illis poſtea ſuperadditas. Vide *Conſtit.* 12. *Sixti V. ubi de prædictis meminit, tom.* 2. *Bullar.*

2 Iſti autem Papæ, ſeu Sedis Apoſtolicæ Notarii, fuerunt poſtea vulgò Protonotarii nuncupati ex præexcellentia eorum dignitatis; *Protos* enim ex notiſſima Græci vocabuli ſignificatione, vertitur *primus*; Unde Stephanus Protomartyr dictus eſt, quia primus pro Chriſti nomine ſanguinem fudit. Hinc in literis Apoſtolicis Notarii ſimpliciter, ut ex hoc Pii II. diplomate apparet, dicuntur; etſi, ut ab aliis diſtinguantur illi, qui Collegium conſtituunt Prælatorum in Curia, ſoleant in literis Apoſtolicis de numero participantium appellari. De quibus Protonotariis, eorumque Inſtitutione, ac munere agunt Caſſaneus *in Catal. glor. Mund. par.* 4. *conſ.* 29. Barboſ. *de Jure Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 14. *& ſeqq.* Chokiet. *de Jur. Ordin. part.* 1. *quæſt.* 18. Gomes *ad Regul. Cancell. in proem. quæſt.* 1. Card. de Luca *in relatione Rom. Curiæ diſc.* 44. *numer. primo & ſeq.* Hieron. Faber *de Protonotar.* Capucc. *in praxi tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 5. *art.* 7.

Conſtituitur itaque Collegium ex duodecim Proto- 3 notariis Participantibus, Prælatis in Curia; licèt prius ſeptenarium numerum non excederent, aucti ad duodenarium per Sixtum V. *in citat. Conſtit.* 12. habentque omnes prærogativas aliorum Collegiorum; imò antiquiori tempore, & ante hujus Bullæ editio- 4 nem, præcedentiam habuerunt etiam ſuper Epiſcopos, ac conſequenter ſuper omnes Prælatos. At Pius II. altitudinem Epiſcopalis eminentiæ animo volvens, qua nihil eſt in Eccleſia ſublimius: & quòd ipſemet Pontifex, Summus Jeſu Chriſti Vicarius, Epiſcopi nomine utatur; injurioſam Epiſcopali dignitati talem prælationem judicavit; ac eam non conſuetudine, ſed corruptela fuiſſe introductam ſubdit. Unde ne impoſterum illa continuaret, hoc edito diplomate ſanxit, ut Epiſcopi ſuper Protonotarios præcedentiam obtinerent, quod totus ferè Orbis collaudavit. Non ſatis tamen compertum eſt, quando cœperit di- 5 cta corruptela introduci; ut notat Thomaſſin. *de veter. & nov. diſcip. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 114. *numer.* 4. Coniicere tamen poſſumus, ex eo radices agere cœpiſſe, quòd Pontifici ſemper Notarii iſti propè fuerint, ad redigendum in publica acta, quæ ille ſanxiſſet. Hinc idem Pius, ut diximus, *die prima Junii anno* 1459. hanc edidit Conſtitutionem, qua ex- 6 preſsè prohibuit, ne Protonotarii Epiſcopis, nedum Conſacratis, verùm etiam electis, ullo modo præcederent; ac proindè ſedere debere in Cappella poſt Epiſcopos, ſeorſim in ſcamno ſeparato ab aliis Prælatis, attenta eorum antianitate. In Conſiſtoriis tamen publicis, quatuor ex antiquioribus Protonotariis aſſiſtere debere ſtatuit, ſuper gradum Apoſtolici Solii in loco honorabiliori; ut de ſancitis rebus, juxta morem, publica conficerent documenta. Et tandem, ut ubique tàm in Curia, quàm extra ſemper Epiſcopi, ac Archiepiſcopi præcederent dictos Protonotarios.

Graduum enim, ordinumque diſtinctionem in Ec- 7 cleſia Dei conſervari maximè expedit, ut dum minores reverentiam potioribus in dignitate exhibent, & potiores minoribus dilectionem impendunt, vera concordia in honorem Deo reddendo exurgat; quòd nequaquam eſſet, ſi hujuſmodi differentiæ in præcedendo non ſervarentur, nam quæque creatura in una eademque dignitate gubernare non valet, *Can. ad hoc diſt.* 89. Sicuti enim in Cœlo, ut in dicto textu enunciatur, Angelos differre ab Angelis juxta gradus eorum, nempè Angelos, Archangelos, Tronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Cherubinos, atque Seraphinos in Deum laudes exhibentes; ita in terris eumdem Ordinem juxta gradus ſervari neceſſariò ratio experit; Dedecet enim, ut qui majori fulgent dignitate, à minoribus præcedendi honore defraudentur; Cùm enim Epiſcopi tam eximiam habeant dignitatem, ut Principes Sacerdotum dicantur, *Can. Cleros diſt.* 21. meritò talis Epiſcoporum ordo reintegratus eſt à dicto Pio ad debitam præcedentiam ſuper omnes Prælatos, etiam Protonotarios; quorum eximium munus, ſeu potiùs 8 fidele miniſterium perquirendi, ac regiſtrandi acta Summorum Pontificum, apud iſtos propè adeſſe, ac aſſiſtere in cauſa fuerat, quæ proximitas digniori inducere potuerat præcedentiam, Præpoſit. *in Can. perfecti numer.* 10. *diſt.* 25. Rota *deciſ.* 310. *numer.* 2. ubi Add. *coram Ludoviſ.* quæ tamen conſuetudo præcedendi Protonotarios ſuper Epiſcopis corruptela potiùs à Pio habita fuit; & meritò quia minùs dignum digniori præferri corruptela eſt, *Cap. cum non liceat de præſcript.* Rot. *deciſ.* 310. *numer.* 6. *&* 7. *coram Ludoviſ.* ubi Add. *& deciſ.* 124. *numer.* 4. *necnon in Colonien. Præcedentiæ* 1. *Junii* 1695. *§. tum etiam coram*

ram Muto; quæ eſt deciſio 18. *poſt Antonel. de pri-*
vileg. Clericor. Epiſcopi enim aſſimilantur Apoſtolis,
Protonotarii Evangeliſtis, qui acta Chriſti Domini
conſcripſerunt, *Can. quorum vices diſt.* 68. Cherubin.
ad hanc Conſt. Schol. 2.
9 Permittitur tamen Protonotariis, ut propè ſint in
Solio Pontificio occaſione Conſiſtorii publici ad ro-
gandum de actis, prout ètiam in ſolemni equitatu
occaſione poſſeſſionis Romani Pontificis apud Eccle-
ſiam Lateranenſem, vel cauſa honorandi aliquem
Regem in ingreſſu Urbis; tunc enim poſt Epiſco-
pos aſſiſtentes Solio Pontificio in Capella, honora-
biliori loco equitantes ſuccedunt Protonotarii, ac
deindè alii Epiſcopi, ex ea ratione ducta hac ob-
10 ſervantia, quia tunc tàm Epiſcopi aſſiſtentes, quàm
Protonotarii incedunt in habitu ſolemni cum Cap-
pa, ac Pileo Prælatitio, prout incedunt in equita-
tu quoque Cardinales, & ſic ratione habitus ſpe-
cialis ita ſolemniter procedentes, præcedunt Epiſco-
pis non Aſſiſtentibus Solio Pontificio; Et ulteriùs,
quia tunc Epiſcopi Aſſiſtentes, qui procedunt etiam
dicto ſolemniori modo, & Protonotarii ipſi aſſiſtunt
utì de familia Papæ, unà cum Palatii Apoſtolici
Præfecto dictæ familiæ Capite; Alii verò Epiſcopi
non Aſſiſtentes, quia ſunt extranei à familia, &
voluntariè interveniunt, optimo jure cedunt locum
dictæ familiæ Papæ, ut notat Card. de Luca *in re-*
lat. Romana Curia diſc. 44. *numer.* 3. Barboſa *loco*
11 *citato, numer.* 3. Unde evenit applicatio juridicæ
Concluſionis, ut ratione alicujus peculiaris loci,
vel actionis, ſeù Miniſterii digniori præcedat mi-
nùs dignus, ut benè Add. ad Ludov. *deciſ.* 310. *nu-*
mer. 10. *& deciſ.* 124. *numer.* 4. *coram Seraphino*,
& ſimiliter *deciſ.* 964. *numer.* 2. *& in cit. Colonien.*
præcedentia, numer. 15. Hinc videmus in hujuſmodi
12 equitatibus pro ſepultura alicujus Magni Principis,
ſeu Decani Sacri Collegii Cardinalium incedere pri-
mo loco Præfectum Palatii Apoſtolici, etiamſi non
ſit Epiſcopus, inter Auditorem Cameræ Apoſtoli-
cæ, & Theſaurarium, ac deindè Archiepiſcopos,
& Epiſcopos Aſſiſtentes Solio Pontificio, & Proto-
notarios; ex eadem ratione, quia tunc interveniunt
utì de familia Papæ.
13 Sicut igitur recta quidem ratione ſtatuta fuit rein-
tegratio præcedentiæ ad favorem Ordinis Epiſcopa-
lis ſuper prædictos Protonotarios, prout erat ſuper
reliquos Prælatos Curiæ; ita ſummo jure præſerva-
ta fuit præcedentia Protonotariis iſtis de numero par-
ticipantium ſuper quoſcumque alios non Epiſcopos,
prout ſervatur ſuper Auditores Rotæ, Clericos Ca-
meræ, atque alios inferiores Prælatos, Generales
Religionum, Abbates, quoſcumque tàm in Capel-
la, quàm in aliis ſeſſionibus. Gubernator Urbis,
Auditor Cameræ Apoſtolicæ, & Theſaurarius, qui
præcedunt etiam Epiſcopos, præcedunt quoque Pro-
tonotarios. Itidem in Congregationibus præcedunt
iidem Protonotarii omnes non Epiſcopos, præter
prædictos tres, nempè Gubernatorem, Auditorem
Cameræ, & Theſaurarium, & in Congregatione
Sancti Officii vidi Gubernatorem Urbis Conſulto-
rem ſedere ante Epiſcopos, & Protonotarios, iſtoſ-
que præcedere Generalem Ordinis Prædicatorum,
dictamque præcedentiam Protonotariorum etiam ſu-
14 per Sacriſtam Papæ fuiſſe ſtatutam liquet ex decreto
S. C. Rituum *ſub die* 11. *Februarii* 1598. tàm in
Thurificatione, receptione pacis, Candelarum, Ci-
nerum, & Palmarum, quàm in adoratione Crucis,
Sacriſque Functionibus in Capella Pontificia; & ea-
dem Congregatio *die* 13. *Junii* 1601. auditis etiam
iis, quæ pro eodem Sacriſta deducta fuerunt, cen-
ſuit, prædictum decretum maturè aliàs factum,
confirmandum, ac ſervandum eſſe, & mandavit,
ut per Magiſtros Cæremoniarum, & alios ad quos
ſpectat, executioni demandaretur; & ad ſimiles
præcedentiarum differentias amputandas, ac dicto-
15 rum DD. Protonotariorum præeminentiam conſer-
vandam, injunxit, ut in poſterum Præceptor Hoſ-
pitalis S. Spiritus, Archimandrita Meſſanenſis, &
Abbates uſum Mitræ habentes, poſt ipſos Protono-
tarios, & Correctorem Cancellariæ in Banco ipſo-
rum Protonotariorum in eadem Cappella Sanctiſſimi
ſedere deberent; ut refert Barboſa *citat. numer.* 8.
proindè uſus inolevit, Sacriſtam aſſumi ad Ordinem
Epiſcopalem, & inter aſſiſtentes ſemper eſſe, pro-
ut convènit; nam licèt non teneat librum Papæ,
quod facit primus Epiſcopus Aſſiſtens, debet ta-
men illi inſervire in Altari, ut notat Magiſter Cæ-
remoniarum tempore Leonis X. in libro M. S.
Sedent itaque in Capella Protonotarii in quodam 16
ſcamno retrò ſcamnum Diaconorum Cardinalium, &
poſt illos ſedent Præceptor Sancti Spiritus, Auditor
Confidentiarum, & Contradictarum, & Præfectus
plumbi; Quando autem Epiſcopi in Cappella para-
ti ſunt veſtibus ſacris, nempè Pluviali, Gubernator 17
Urbis, Auditor Cameræ Apoſtolicæ, & Theſaura-
rius Generalis, qui ſedere ſolent in Banco Epiſco-
porum non aſſiſtentium ſuper Epiſcopos, & Archie-
piſcopos, tunc ne illi præcedant iſtis indutis Veſti-
bus Sacris, tres Prælati præfati ſedent in Banco, 18
ſeù Scamno Protonotariorum ſupra iſtos, & duo ex
Protonotariis dexteras porrigunt Papæ, dum ex Ca-
mera veſtimentorum procedit, vel à ſolio ad genu-
flexorium, & unus ex dd. Protonotariis per turnum
eo tempore, quo Summus Pontifex benedictionem
ſolemnem impertitur, vel poſt Confeſſionem in fi-
ne ſermonis, vel terminata Miſſa, procedit ante So-
lium Pontificium, & recepta à Cardinali Diacono
fimbria Pluvialis Papæ, ac ea poſita in fronte ipſius
Protonotarii genuflexi; ſicque permanet, donec Pa-
pa ſolemniter benedictionem impartitur; ex quo vi-
detur publicum actum per eum fieri de tali ſolemni
benedictione. Rurſus cum annis elapſis promotus
fuerit ad munus Præfecti Domus Pontificiæ Nicolaus
Judice Prælatus notæ virtutis, nùperrimè ad Cardi- 19
nalatus dignitatem promotus, fuit ei à ſan. mem.
Clemente XI. juxta morem collocata dignitas Proto-
notarii, extra tamen numerum Participantium, ſed
cum iiſdem honoribus, prout facere conſuevit Sum-
mus Pontifex cum aliis Prælatis non Epiſcopis; ſed
in muneribus præcipuis conſtitutis, & fuit id in pra-
xi poſitum cum Cardinali Paracciano, tunc Auditore
d. Pontificis, & Eminentiſſimo Cardinali Origo, tunc
Secretario Conſultæ. Unde evenit dubium, an dictus
D. de Judice in ſcamno Protonotariorum ſedens, etiam
omnibus præcederet, etiam in functione illa acce- 20
dendi ad Solium Pontificium; Dicebatur enim, quòd
alii honorarii, ſeu ſupranumerarii Protonotarii ſe-
dent in ultimo loco poſt omnes numerarios, qui-
nimò alii Præfecti Sac. Palatii Protonotarii honora-
rii non intervenerunt in Capella, nec poſſunt mu-
nia explere competentia Collegio, de quo ipſi non
ſunt; è contra verò adducebatur aliquod exemplum,
& ratio, quia in Præfecto Palatii Apoſtolici conſi-
derari debet qualitas Capitis omnium Papæ familia-
rium, qui ſunt Protonotarii participantes, ex qua
ratione benè firmat Card. de Luca præcedentiam il-
lius in equitatibus publicis, ut dixi ex *cit. diſc.* 44.
numer. 3. *in relat. Romana Curia*, proindè ex ſpe-
ciali oraculo Clementis præfati ſtatutum fuit, ut di-
ctus D. de Judice Præfectus Sacri Palatii, ſupra om-
nes Protonotarios in ſcamno præcederet, ita ta-
men, ut munia prædicta accedendi ad Solium, &
quæcumque alia non exerceret, ſed reſervata ſint
Protonotariis Collegii.
Præcedentiam quoque habent Protonotarii iſti ſu- 21
per Canonicos, immediatè ſcilicèt poſt Epiſcopos,
tàm in Eccleſiis Patriarchalibus Urbis, quàm in aliis
quibuſcumque Cathedralibus extra Urbem, & ita ſer-
vari mandavit *Sacra Congregatio Rituum* cum ora-
culo Pauli V. *ſub die* 4. *Maii* 1613. apud Novar. *in*
ſumm. Bull. tit. de Protonotariis num. 8. *fol.* 225. ex
Barboſ. *cit. num.* 10.
Hujuſmodi Protonotariorum de numero participan- 22
tium Collegium, de quibus intelligi debent omnia
præfa-

Digitized by Google

præfata, ſemper fuit in maxima veneratione, tùm
quia ut plurimùm nobiliores ex familiis Italiæ, dum
Prælatitium gradum aſſumunt, in illud ingredi ſole-
bant, tùm quia ex eo ingens numerus Cardinalium,
& multi Summi Pontifices aſſumpti fuere, tùm de-
mùm ex honorabiliori loco, quem obtinent ſuper
omnes Prælatos Curiæ, ut dixi. Induunt Protono-
23 tarii Veſtem, & Mantellettam violaceam cum uſu
Rochetti in publicis functionibus, & habent in pi-
leo privativè quoad omnes alios Prælatos floccum ro-
facei coloris; necnon pileum Prælatitium nigrum
cordulis violaceis circumdatum cum floccis dicti co-
loris roſacei. Quoad pileos uſuales fuit habita Con-
gregatio quædam particularis die 6. *Auguſti* 1674.
24 in Cauſa Victæ Protonotarii, & inter poſitiones
Cardinalis Caſanatte reperitur ſequens adnotatio.

Die 6. Auguſti 1674.

Victæ Protonotariorum.

In Congregatione particulari habita in ædibus Eminentiſſimi Brancacii, in qua interfuerunt idem Eminentiſſimus, necnon Eminentiſſimi DD. Cardinales Raſponus, Maximis, Carpineus, & Caſanatte, in præſentia à ſecretis Congregationibus Rituum, fuit propoſitum Votum, an Collegio DD. Protonotariorum Participantium, concedenda ſit facultas Victæ argenteæ in Pileo, attento quod Victa violacea ex conceſſione Apoſtolica fuit conceſſa Auditoribus Rotæ, & Clericis Cameræ Apoſtolicæ.

Eminentiſſimus Brancacius dixit, poſſe concedi.

Eminentiſſimus Raſponus poſſe concedi.

Eminentiſſimus Maximis non eſſe concedendam, quia metalla ſunt promiſcua, & talis conceſſio forſan eſſet injurioſa Sacri Collegio.

Eminentiſſimus Carpineus dixit poſſe concedi Victam coloris roſacei, necnon tintinabula in cingulo.

Eminentiſſimus Caſanatte in Voto Eminentiſſimi Carpinei.

Omnes tandem convenere in Voto Eminentiſſimi Carpinei quoad Victam tantùm &c.

25 In Capella Protonotarii iſti utuntur Cappis juxta
morem aliorum Prælatorum, nunquam tamen Cot-
tis ſuper Rocchettum, uti utuntur Auditores Rotæ,
Clerici Cameræ, & alii Inferiores Prælati in Pro-
ceſſionibus, & certis actibus: nam Protonotarii ſem-
per incedunt cum Cappis. Tenere etiam ſolent Ca-
26 pellas, prout quolibet anno Collegium eam facit in
Feſtivitate Sancti Cajetani, qui de eodem Collegio
fuit, in Eccleſia Sancti Andreæ de Valle Clerico-
rum Regularium. Unus eorum ſemper intervenit in
27 Congregatione de Propaganda Fide, ac Sacrorum
Rituum, & in confectione Proceſſuum Canonizatio-
num, ſeu Beatificationis Servorum Dei, Cardinalis
de Luca *diſc.* 18. *numer.* 14. *& diſc.* 44. *numer.* 4.
in Relatione Romanæ Curiæ. Habet etiam Collegium
28 pleraque jura, & privilegia, præſertim creandi Do-
ctores, & Protonotarios non participantes, vulgò
honorarios dictos. Appellantur Familiares, & Do-
meſtici Papæ: Sunt Referendarii utriuſque Signatu-
ræ; exempti ſunt à Juriſdictione Ordinariorum, alia-
que habent conceſſa à Summis Pontificibus, & præ-
ſertim à Sixto V. *cit. Conſtit.* 12. & refert Cappucc.
in prax. part. 2. *cap.* 5. *ad tit.* 7. *num.* 182. *& ſeq.*
29 ac Officium venale eſt, ut ex *dicta Conſtit. Sixti V.*
ac in pretio ſcutor. 14. m. circiter, de quibus ſigil-
latim in propriis Conſtitutionibus dicam, prout de
aliis Protonotariis non participantibus, vulgò hono-
rariis nuncupatis.

CONSTITUTIO V.

PII SECUNDI.

Incipiens (*Execrabilis.*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS, &c.

CONtra appellantes à Romano Pontifice, Jeſu Chriſti Vicario, ad futurum Concilium, pœnæ indicuntur; hujuſmodique provocationes damnantur, uti erroneæ, deteſtabiles, ac ſcandaloſæ.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Provocationes à Papa ad Concilium priſtis Eccleſiæ temporibus inaudita.*

2 *Occaſione magni Schiſmatis hujuſmodi provocationum abuſus irrepſit.*

Ad praxim eas adegerunt Legati Poloniæ Regis Ladiſlai in Concilio Conſtantienſi, ibid.

3 *Martinus V. in Conſiſtorio Conſtantiæ celebrato has provocationes prohibuit.*

4 *Qua occaſione Pius II. in hac Conſtitutione pœnam Excommunicationis Papæ reſervatæ conſtituit in ſic provocantes, in quacumque fuerint dignitate vel gradu conſtituti.*

Collegia, & Univerſitates Eccleſiaſtico ſubjecit Interdicto, ibid.

Quomodo, & quas alias perſonas comprehendat, ibid.

5 *Sixtus IV. itidem damnavit dictas provocationes.*

6 *Cujus motivo ex dubietate exorta Julius Papa II. aliam Conſtitutionem promulgavit ſuper hac re.*

Declarando Conſtitutionem Pianam habere locum ultrà, & citrà Montes, aliaque explicando, & augendo, ibid.

7 *Succeſſivè fuit repoſita inter caſus reſervatos in Bulla in Cœna Domini provocatio præfata ad Concilium.*

Adducitur Canon, qui in præſenti ponitur in dicta Bulla, ibid.

8 *Pœna excommunicationis impoſita in hac Conſtitutione, & in dictis Bullis eſt ipſo facto, reſervata ſummo Pontifici.*

Sed Interdictum fuit reſervatum ſolùm in Bulla in Cœna Domini, ibid.

Abſolvens tamen à dicto Interdicto, an incurrat pœnam excommunicationis? ibid.

9 *Qui incurrant in pœnas hujus Conſtitutionis Pii, & ex vi Bullæ Julii, & Bullæ in Cœna Domini.*

10 *Quæ eſt materia hujus Conſtitutionis Pianæ, & aliarum Bullarum ſupradictarum, quique actus in iis ſunt prohibiti.*

Ubi an procedant pœnæ contra Appellantes in materia non tangente fidem; ibid.

11 *Provocatio ad futurum Concilium præfata novum dicitur facinus in Conſtitutione Pii, & quare.*

12 *Adducuntur plures aſſertæ appellationes hujuſmodi antiquiores.*

Sed illæ declarantur quomodo, vel an intervenerint, ibid.

Comprobatur ex pluribus, irrationabilitas dictarum provocationum, & ab exun contrario.

Ubi de Appellatione Lutheri, ibid.

Ad-

Digitized by Google

Adducuntur plura Teſtimonia , & præciſè Divi Auguſtini , & Divi Bernardi , ibid.
13 *Adducuntur exempla Catholicorum Principum appellantium , & nn. ſeqq.*
Sed declarantur , quomodo evenerint , & exitum habuerint , ibid. & nn. ſeq.
14 *Ubi de appellatione Friderici Imperatoris , & Ludovici XI. Regis Galliarum.*
15 *Semper Eccleſia has appellationes rejecit , & damnavit.*
Comprobatur id pluribus auctoritatibus.
16 *Id confirmatur ex Summorum Pontificum oraculis reverenter receptis ab Eccleſia univerſali.*
17 *Decretum Pianum in hac re fuit commendatum uti æquum ab ipſis auctoribus Gallis.*
18 *Rationabilis comprobatur eſſe diſpoſitio iſta Piana prohibitoria appellationum hujuſmodi , & nn. ſeqq.*
19 *Opponitur actus appellationis hujuſmodi Primatui Summi Pontificis , quem habet in Eccleſia Dei.*
20 *Rurſus talis provocatio eſt injurioſa Vicario Chriſti Domini , & proindè etiam ipſimet Chriſto.*
21 *Divina politia ſi non adfuiſſet , non conſtituiſſet Summum Pontificem pro regula certa in rebus fidei explicandis , abſque eo , quod requiratur Concilium Generale difficile congregandum , ad quod appellari poſſet à Judicio Papæ.*
22 *Adducitur Concilium Romanum V. ad rem faciens , aliaque Conciliorum , & Summorum Pontificum Decretalia antiqua.*
23 *Comprobatur idem ex dictis plurium Sanctorum Patrum Auguſtini , Hieronymi , Hilarii , & aliorum.*
24 *Explicatur doctrina malè intellecta exadverſo in hac re , quodque ille Doctor verè fuit in ſenſu pro Romano Pontifice.*
Refertur ad rem Epiſtola D. Bernardi , ibid.
25 *Recenſentur plures Textus Canonici præfata comprobantes.*
26 *Adducuntur plures Doctores idem ſentientes , etiam Ultramontani , & Galli.*
Inſeruntur plurima dicta eorumdem , ibid.
27 *Etiam ſcripta occaſione Bullæ* Unigenitus *ſa. me. Clementis XI. per Auctores Gallos.*

1 INaudita , vel ſaltem nova præſumptio , inſolenſque facinus appellandi à Summo Pontifice , Chriſti in Terris Vicario , Supremoque Judice , ad futurum Concilium , nova Legiſlatoris pœnali Conſtitutione contrà id perpetrantes indiguit. Tot etenim Sacroſancta Concilia , accuratique Romani Pontifices , in imponendis pœnis delinquentibus incubuere ; ſed in hujuſmodi tale crimen , adhuc non commiſſum , nec committendum ſuſpicantes , non animadverterunt ; ut de alio crimine Conſtitutionibus antiquis non punito , ſed modernis Pauli IV. & Clementis VIII. tantùm , præfata ratione dixerunt Diaz. *in praxi Crim. cap.* 12. *in princip.* Caſtropal. *to.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 16. §. 9. *num.* 2. Etenim pœnarum comminatione eſt compeſcenda malorum hominum audacia , ut ſaltem pœnæ formidine retrahantur à noxiis , & boni ſectando virtutem , meliores effecti , non cogantur cum iis perire , pœnas eorum incurrere timentes.

Ad rem itaque deveniendo : Cùm occaſione Schiſ-
2 matis trium Pontificum , ſupra in alio Tomo indicati , & in Concilio Conſtantienſi extincti , operæ pretium fuerit , auctoritatem Concilii Generalis , in ea neceſſitate Eccleſiæ , diſquirere , ac comprobare ; hinc aliqui malè utentes hujuſmodi occaſione , poteſtatem Concilii ſupra Papam elevare contenderunt , appellationes ab iſto ad illum canonizantes , & in uſu eas po-
3 nentibus Legatis Poloniæ Regis Ladislai , qui in dicto Concilio Conſtantienſi *proteſtati fuere de gravamine , & de appellando ad futurum Concilium*. At Martinus Papa V. in Conſiſtorio celebrato Conſtantiæ anno 1417. vetuit , ne quis à Sede Apoſtolica appellaret in cauſis fidei ; enunciatoque hoc decreto contrà hanc ſententiam ſcripſit Jo: Gerſon. tractatum : *Quommodè , & an liceat in cauſis fidei à Summo Pontifice appellare* ; Cùmque Sigiſmundus Dux Auſtriæ , & Georgius Heymburgus I. C. communionem abſtenti , Concilium ap-
pellaverint , Pius præfatus ne malum iſtud apud pra- 4
vos homines invaleſcens ſerperet in perverſionem bonorum , optimè in hujus criminis reos animadvertens , hanc Conſtitutionem promulgavit in Civitate Mantuæ *die* 18. *Januarii anno* 1459. de quibus Martini , & Pii Decretalibus facit mentionem etiam Marca Archiepiſcopus Pariſienſis *in tract. de Concord. Sacerd. & Imperii lib.* 4. *cap.* 17. *numer.* 6. in qua Conſtitutione Pius de conſilio , ac aſſenſu S. R. E. Cardinalium , & plurium Prælatorum , ac Divini , humanique Juris Interpretum , in Curia exiſtentium , dictas provocationes damnavit , & ut erroneas , ac deteſtabiles caſſavit , & nullas declaravit , idque Sacris Canonibus contrarium , Chriſtianæque Reipublicæ noxium eſſe putavit , & in futurum dictas appellationes prohibuit ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ , ipſi Romano Pontifici reſervatæ , quacumque quilibet reus fuerit dignitate Imperiali , Regali , vel Pontificali præfulgens. Univerſitates verò , ac Collegia Eccleſiaſtico ſubjecit Interdicto ; omneſque reos hujus criminis voluit affici pœnis , ac Cenſuris , quibus rei Majeſtatis , & hæreticæ pravitatis fautores ſubjiciuntur , prout eaſdem omninò pœnas ſubire , ne dùm provocantes à Romano Pontifice ad futurum Concilium , aut ſic interpoſitæ appellationi per alium adhærentes , ſeù ea quomodolibet uſos , ſed etiam tabelliones , & teſtes , qui hujuſmodi actibus interfuerint , & omnes ſcientes , conſilium , ſive auxilium dantes , vel favorem hujuſmodi appellantibus præſtantes . Sixtus itidem Papa IV. de anno
1483. anathema indixit contra ſic appellantes : quod 5
ſanè Sixti diploma Ludovicus Galliarum Rex Veneratus , juſſit in ſolemni hominum frequentia publicari , ut refert Raynald. *ad annum* 1483. *numer.* 22.

Succedentibus deindè concertationibus inter Julium 6
Papam II. & Venetos ; cùmque iſti moniti ab eodem Julio , ut dimitterent loca , & Terras Sedis Apoſtolicæ ab iis occupatas , ad futurum Concilium provocaſſent , prout fecerunt Bentivoli Bononiæ occupatores ; ac aliquibus opinantibus non contraveniſſe Pianæ Conſtitutioni , eò quòd actuali appellationi , hujuſque ſcripturæ , non ſe immiſcuiſſent , ſed tantummodò aut conſulendo , vel determinando fieri dd. appellationes : Ideò Julius præfatus Conſtitutione edita in Urbe ſub die 1. *Jul. anno* 1509. quæ eſt *Conſtitut.* 22. *to.* 1. *Bullar.* declaravit , ac mandavit prædictam Pii Conſtitutionem habere locum tàm citrà , quàm ultrà Montes , quoad omnes tàm Eccleſiaſticas , quàm ſæculares perſonas , etiam Regali dignitate , aut Cardinalatus honore fulgentes , Capitula , Univerſitates , & Communitates , Collegia , Synodos , ac Parlamenta ; ſupplendo ſolemnitatem quamlibet , etiam publicationis omiſſæ , & alios in illa edenda , vel publicanda defectus ; ad quos extendi poſſet prætendi , ac juxta illam fieri requirebatur , eamque ex præterito , nunc , & in poſterum inviolabiliter ſervari mandavit ; pœniſque , ac Cenſuris in ea contentis ſubjaceri ſtatuendo , ipſiuſque violatores cujuſcumque dignitatis exiſtant , contraria conſuetudine , ſeù potiùs corruptela non obſtante ; declarandoque inſuper , quòd ultrà pœnas contentas in ea Conſtitutione , quas ipſo facto violatores incurrere voluit , ipſos pro veris , & indubitatis Schiſmaticis , & de Catholica Fide malè ſentientibus haberi , pœniſque Canonicis , & Legalibus contrà eos impoſitis ſubjacere ſtatuit ; ac extendi etiam ad eos , qui decreverint , conſuluerint , deliberaverint , aut aliorum dictum approbaverint , vel vocem dederint , ut ad futurum Concilium Univerſale , à Summo Pontifice liceat , poſſit , vel debeat appellari , cujuſcumque dignitatis qui exiſtat , vel gradus , in Senatu , Conſiliis , Parlamentis , Congregationibus , etiam Synodalibus , vel Provincialibus , aut aliàs quomodolibet id fecerit , voce , vel in ſcriptis , per ſe , vel per alium tacitè , vel expreſsè ,

cujuſcumque timoris, vel reverentiæ velamine, vel prætenſa excuſatione, & ſuperioris mandato non obſtantibus. Venetorum, & aliorum appellationes ſupradictas, & actus præfatos, nullos tandem declarando; locaque inſuper, ad quæ dictos contravenientes pervenire contigerit, ac ſcienter permanere permittatur, Eccleſiaſtico Interdicto ſuppoſuit uſque ad triduum poſt eorum diſceſſum.

7 Fuit deindè hic caſus appellationis à Romano Pontifice ad futurum Concilium repoſitus inter prohibitos in Bulla, in Cœna Domini dicta; quod primum tempore Gregorii XIII. eveniſſe refert Cherubinus in Rubrica hujus Bullæ Julii, citans *Conſtitutionem 81. dicti Gregorii tom. 2. Bullar.* & ſequitur Cherubinus Filius *ad Bullam præfatam Julii Sch.* 2. Citans Navar. *in man. C. 27. numer.* 58. Scortia tamen *in Sel. Pontif. Comment. ad Bullam prædictam* Pii II. *Ep.* 18. *Theor.* 107. *in fine* dicit, primò poſuiſſe in Bulla Cœnæ hunc caſum Sanctum Pium V. qui fuit Anteceſſor Gregorii XIII. prout dicunt Tolet. *in explic. dictæ Bullæ paragrapho* 10. & Navar. *cit. cap. 27. num.* 58. & ideò non haberi in explicatione Bullæ Cœnæ facta à Ledeſma; ſed verè Navar. loquitur de Bulla præfata emanata à Gregorio XIII.

Canon itaque in præſenti Bulla Cœnæ §. 2. ita ſe habet: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cujuſcumque ſexus, gradus, ſeù conditionis fuerint; Univerſitates verò, Collegia, & Capitula, quocumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, ſeù mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum, pro tempore exiſtentium, ad univerſale futurum Concilium appellantes; necnon eos, quorum auxilio, vel favore appellatum fuerit.*

8 Hinc pœna excommunicationis contra perſonas particulares cujuſcumque dignitatis, ſic appellantes, ipſo facto eſt impoſita, tùm ex Bulla præſenti Pii II. quàm ea Julii II. & in hoc Canone Bullæ Cœnæ, ac eſt reſervata ipſi Romano Pontifici; Contra autem Capitula, Collegia, & Univerſitates infligitur pœna interdicti, quæ ſanè in Bulla Piana non fuit reſervata, & neque in illa Julii, ſed quidem in Canone Bullæ Cœnæ, ex §. *Cæterum*, appoſito in fine Bullæ, ubi reſervantur omnes cenſuræ antedictæ ipſi Summo Pontifici, Theſaur. *de pœnis par.* 1. *capit.* 1. *ver. appellantes à Summo Pontifice ad futurum Concilium §. ſimiliter*, ubi notat, quòd abſolventes ab hoc Interdicto ſine facultate Apoſtolica, non incurrunt excommunicationem latam contra abſolventes, *cit. §. Bullæ Cœnæ*; quia verè id percutit abſolventes ab excommunicationibus latis in Bulla, ſed non ab Interdicto.

9 Hujuſmodi pœnas incurrunt in vim hujus Bullæ Pianæ, appellantes, dantes conſilium, & favorem; & in vim Bullæ Julii rursùs decernentes, deliberantes, aut approbantes aliorum dicta, vocem dantes, ut ad futurum Concilium appelletur à Papa, vel quòd appellati liceat, ſeù debeat; ex vi tamen Bullæ Cœnæ etiam auxilium, & favorem præſtantes: unde dubitatum fuit, an comprehendantur conſulentes, quia ibi non exprimuntur, nam verba *favorem præſtantes, & auxilium*, important factum extrinſecum, & materiale, ut DD. *citatis* refert Bonac. *de Cenſuris in Bulla Cœnæ ad cit. Can. diſp* 1. *qu.* 3. *pun.* 2. *n.* 9. ubi ſtat pro opinione negativa.

10 In iſta Piana Bulla Papa animadvertit in appellantes ad futurum Concilium, à quibuſcumque ordinationibus, ſententiis, ſivè mandatis Papæ; idque prohibetur in Bulla Julii, & in Canone Bullæ Cœnæ, ſubiungitur: *Ab ordinationibus, ſeù mandatis*, & ſic comprehendit nedum ſententias particulares, ſed etiam generales ordinationes, cenſuras, pœnas, & monitiones, quæ procedunt à Papa; quia omnia hæc veniunt ſub nomine indefinito Ordinationum, Alter. *in Bulla Cœna cit. Can. quæſt.* 5. Duard. *ibidem quæſt. 7. num.* 6. Ugol. *ibidem verſ.* 5. Bonacin. *cit. num.* 2. & eò magis id procedit in Bulla hac Piana, attento verbo generali *quibuſcumque*, quòd etiam infert habere locum prohibitionem, nedum in rebus Fidei, in quibus Papa jubet, uti dicitur, ex Cathedra, & uti Summus Pontifex, ſed etiam in quibuſcumque ſuis Ordinationibus, quas facit in aliis, utì Princeps Supremus, & Eccleſiæ Moderator, ut latè apud *cit.* DD. *ad Bullam Cœnæ*, & communiter id recipi dixit Bonac. *cit. num.* 3. §. *nihilominus*; ex eo quia, cùm de natura appellationis ſit provocare de minori ad majorem Judicem, *Gloſ. cap. non putamus de conſuetud. in* 6. fieret injuria poteſtati Papæ non recognoſcentis in terris Superiorem, ſi ab ejus quacumque ordinatione provocari liceret; etſi in appellante quoad materiam non tangentem fidem, & poteſtatem Papæ in Spiritualibus, non poſſit conſiderari Schiſmatis natura, prout eſſet in re fidei; & ſic appellans puniri non valeret pœnis contra Schiſmaticos prolatis. Et alia latè de his, & an pœnæ prædictæ excommunicationis, & aliæ, procedant etiam in appellantibus ad præſens, & congregatum Concilium, affirmat Ugol. *de cenſur. Pontif. reſervatis, part.* 2. *cap.* 2. *paragrapho* 1. *num.* 1. *propè finem*, Cherub. *ad hanc Conſtitut.* Pii II. *ſect.* 2. & agit Bonacin. *cit. punct.* 2. *numer.* 4. ubi tenet non incurri excommunicationem, quia in Bullis dicitur: *ad futurum Concilium appellantes.*

Facinus iſtud appellandi ad futurum Concilium à 11 Papæ decretis, & ordinationibus, priſtinis temporibus inauditum, tempeſtate ſua inoleviſſe dixit Pius in exordio hujus Conſtitutionis; idque fatentur plures DD. etiam Galli. Petrus enim de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis *de Concord. Sacerd. & Imper. l.* 4. *capit.* 17. *numer.* 1. hæc habet: *Superiore capite novam quamdam rationem vidimus in Eccleſiam invectam ab iis, qui ſe Romanæ Curiæ Cenſuris premi exiſtimabant, ſcilicet appellationem à Papæ decreto ad futurum Concilium. Novam dixi, quia numquam in Eccleſia admiſſa fuit provocatio à Papa ad Concilium.*

Ferunt verò nonnulli, appellationes hujuſmodi olim 12 interpoſitas à Schiſmaticis, & Hæreticis, imò etiam Catholicis, eveniſſe ante Concilium Conſtantienſe; ut de Donatiſtis aſſeritur, fuiſſe ab eis ad praxim redactas, appellando à judicio Papæ Melchiadis; ſed id nullo antiquo documento probatur, ut animadvertit P. Sirmondus *in Not. ad Conc. Arelaten. De Synodo*, inquit: *Romana murmuraſſe victos Donatiſtas, illam accuſaſſe, ac reprahendiſſe, de illa queſtos eſſe, multis locis, docet Auguſtinus; ab ea provocaſſe, numquam proditum eſt, ſed ab Arelatenſi.* Et ſubdit idem Sanctus de petulantia eorum: *Puto quod ipſe Diabolus, ſi auctoritate Judicis, quem ultrò elegerat, toties vinceretur, non eſſet tam impudens, ut in ea cauſa permaneret.* Et ſi, quæ evenerint appellationes, eas malè ceſſiſſe, & in Schiſma, ac Hæreſes ipſos provocantes veveniſſe, ſi antea ita non fuiſſent, tradit Victor. *relect.* 4. *prop.* 20. Ita Palladius, & Secundianus Epiſcopi Arriani Concilium OEcumenicum congregari poſtularunt; ſed etſi appellantes ad futurum Concilium, damnati fuere, ac exauctorati, ut refert D. Ambroſ. *ep. ad Imperatorem nomine Concilii Aquilejenſis.* Pelagiani rursùs provocarunt ad Generale Concilium, ſed Judicio Papæ cauſa extitit terminata, ac huic obediendum eſſe ſcripſit D. Auguſtinus *l.* 4. *contra duas ep. Pelagii ad Bonifacium cap.* 12. *pag.* 491. *tom.* 10. *& ſerm.* 2. *de verb. Apoſt.* ibi: *Jam enim de hac cauſa duo Concilia miſſa ſunt ad Sedem Apoſtolicam; Inde etiam reſcripta venerunt: cauſa finita eſt, utinam aliquando finiatur error*; Et noviſſimè Lutherus eos pravos ſecutus, provocationes tam varias fecit, primò à Cardinali Cajetano, utì ſuſpecto Judice, deindè à Papa malè conſcio ad Papam meliùs conſcium, ac poſteà à Papa ad Concilium, & ſucceſſivè à Concilio convocato ad Sacram Scripturam, & ab hac ad Criteria, ſpiritumque, & inſtinctum privatum, & ſe ipſum; ex quo apparuit, ac quod errorum baratrum pernicioſi iſti homines, à Summi Pontificis decretis aberrantes, deſcendant, dum à fixa, & immobili Vicarii Chriſti regula deflectere incipiunt, Bellarmin. *de Concil. libro* 2. *capit.* 17. & hujuſmodi cavilloſis provocationibus, ac inſulſis remediis moras nectere curant, ne judicio Apoſtolico obediant; utque ſuas hære-

Digitized by Google

hæreſes in tuto ponant, & quidquid placere iis videtur, impunè faciant. Hinc D. Bernardus *epiſt.* 126. hujuſmodi provocationes ſic perſtringit: *Tergiverſatio eſt. Quid in omni impio conatu veſtro* (invehitur in provocantes) *vobis relinquitur aliud, quod afferre queatis ad ſeducendum ſimplices, ad armandum malevolos, ad veſtram ipſorum palliandam malitiam? Si hoc non diceretis, quid diceretis?* Et D. Auguſtinus *lib.* 3. *oper. imperf. contra Jul. cap.* 2. hos pervicaces ſic arguit: *Dedit vobis Eccleſia Catholica judicium, quale debuit, ubi cauſa veſtra finita eſt: Vobis ſufficiat, quod vos Eccleſia Catholica materna ſervitute ſuſtinuit, &* cit. *Auguſtinus contra duas ep. Pelagii ad Bonif. l.* 4. *cap.* 12. *pag.* 491. *tom.* 10. ait: *Aut verò Congregatione Synodi opus erat, ut aperta pernicies damnaretur, quaſi nulla hæreſis aliquando, niſi Synodi Congregatione damnata ſit: cum potius rariſſima inveniantur, propter quas damnandas neceſſitas talis extiterit, multaque ſint, atque incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbari, damnarique meruerunt, atque inde per cæteras terras devitanda innoteſcere potuerunt. Verum iſtorum ſuperbia, hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos Orientis, & Occidentis Synodus congregetur. Orbem quippe Catholicum, quoniam Domino eis reſiſtente pervertere nequeunt, ſaltem commovere conantur, cùm potius vigilantia, & diligentia paſtorali, poſt factum de illis competens, ſufficienſque judicium, ubicumque iſti lupi apparuerint, conterendi ſint.*

23 Exempla etiam Catholicorum Principum referunt Marca *loc. cit.* aliique Galli DD. enunciantes inter appellantes, primò Fridericum II. Imperatorem, ſeù ejus
24 Legatos; ſed appellatum non extitit à Papa ad Concilium, ſed à Concilio Generali Lugdunenſi primo, ad aliud Generalius, ſub ea ementita ratione, quòd illud non eſſet generale, cùm plures Epiſcopi deficerent; quod inſulſum eſt, cùm non ex numeroſitate convenientium illud dicatur generale, vel generalius unum alio, ſi fuerit congregatum legitima Papæ auctoritate, & vocati omnes; unde Matthæus Pariſ. *in Henrico III. ad annum* 1245. apud de Marca *cit. l.* 4. *cap.* 17. *num.* 4. & Charlas *to.* 3. *in App. ad tr. de libert. Eccl. Gallicana pag.* 283. §. *primus omnium*, ſic refert. *Appellavit pro eo* (ſcilicèt Legatus pro Friderico) *ad Concilium proxime futurum Generalius. Nec enim nunc omnes Prælati, vel eorum, vel Principum Procuratores apparent hic in præſentiarum. Cui Papa. Satis eſt Concilium Generale multorum, qui Domini tui humilitatem inutiliter, non ſine gravamine expectarunt, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum de diverſis Mundi partibus nobilium, vel eorum Procuratorum; Et qui abſunt, laqueis Domini tui impediuntur irretiti.* Inter antiqua exempla appellationum ante Schiſma trium Pontificum, refertur a Gallis ea, quam interpoſuit Philippus Pulcher Rex Galliarum, à Boniſ. VIII. Romano Pontifice; ſed Philippus verum, & legitimum Pontificem Bonifacium, etſi erroneè, non dicebat; hinc in appellatione dixit: *Maximè cùm eidem Eccleſiæ Fides fundamento, & animarum ſaluti ſummè expediat, ut Dominici gregis ovili nonniſi verus, & legitimè Paſtor præſit. Pro nobis, Eccleſiis, Parochis, & Subditis noſtris, ac pro nobis adhærentibus, ſeù adhærere volentibus in hac parte, ad prædictum Concilium congregandum, & ad futurum verum, & legitimum Summum Pontificem, ad illum, vel illos, ad quem, vel quos de jure fuerit appellandum, provocamus, & appellamus.* Itidem in appellatione, quàm Ludovicus XI. Rex etiam Galliarum minatus fuit a Papa ad Concilium, ita ſe expreſſit: *Ut pacem cum illuſtriſſima Liga velit* (Papa) *componere, illam tueri, & defendere a dicto illo perfido Turco, & aliis Infidelibus, & nullos Confœderatos, ſeu cum ipſo perfido Turco, & immaniſſimo intelligentiam, aut abſtinentiam Guerræ habentes, ſuſtinere, aut illis favorem exhibere: Quinimo tales tamquam Reos Criminis Læſæ Majeſtatis Divinæ abiicere, aut punire: & caſu, quo ipſe Summus Pontifex præmiſſa facere denegaverit, ſeu plus debito diſtulerit, vel aliqua in contrarium præmiſſorum, aut aliquid contra nos, Regnum, & Regnicolas noſtros fecerit, ſeu in futurum attentare præſumpſerit, ad intimandum, & appellationem ab ipſo interjectam in Congregatione prædicta Aurelianis, & de novo, ſi opus fuerit, appellandum ab ipſo Summo Pontifice, malè conſulto, ad eumdem Summum Pontificem benè conſultum, ſeu præfatum proximum futurum Concilium univerſalis Eccleſiæ*, Preuv. *de lib. de l' Egliſe Gallic. cap.* 3. Jactantiam potiùs reſpicies Ludovici, ut ita Papam induceret ad Chriſtianos Principes contra Turcas uniendum, pacemque inter illos conciliandam; quam primariò ipſe Rex cupiebat. Quomodo enim ipſe appellationem interpoſuit à Papa, niſi cogeret Principes ad bellum Turcarum, ac renuentes puniret; ſi iiſdem à tali punitione etiam appellandi à Pontifice ad idem Concilium exemplum præbet. Philippus etiam IV. Galliarum Rex appellaſſe fertur; cui adhæſit Univerſitas Pariſienſis, hac formula tamen uſus: *A Sanctiſſimo Noſtro Papa Innocentio VIII. minus debitè conſulto, ad ſe ipſum melius conſulendum, & ad Sanctam Sedem Apoſtolicam etiam melius conſulendam, necnon ad Sacroſanctam Synodum Univerſalem celebrandam, illumque, vel illos, ad quem, ſeu ad quos de jure provocare, & appellare nobis licet, in his ſcriptis, tam pro nobis, quam pro noſtris adhærentibus, & adhæſuris, quam etiam pro Vicariis dictorum Magiſtrorum, Doctorum, & Scholarium, eorumque in Beneficiis Divinis deſervientium, provocamus, & appellamus*, ut ex *Futeano* refert Charlas *cit. de libert. Gallic. tom.* 1. *l.* 4. *num.* 8. Illa enim ad diverſos Judices provocatio dubitativè interjecta, imò ad ipſum Papam meliùs informandus, & ad quem de jure provocari poſſet, nullum ſtatum firmæ appellationis à Papa ad Concilium inducere videtur. Certè nonniſi poſt Magnum Schiſma cœpit hujuſmodi abuſus interpoſitæ appellationis abſolutè à Papa ad Concilium; & dum in Concilio pro extinguendo eo Schiſmate, tam Eccleſiæ pernicioſo, opus fuit Concilii auctoritatem extollere, variis DD. ſententiis exhibitis, ut Concilium præponi Papæ, aſſeri inceptum fuerit: quæ norma fuit appellationibus præfatis a Papa ad Concilium. Sed mirum ſt, quòd in eadem Synodo Conſtantienſi, appellantibus Polonis Legatis à Papa ad Concilium, ut ſupra dixi, novum attentatum dictum id fuit, ut refert Martinus Chromerus Vvarmienſis Epiſcopus *de Geſt. Polon. l.* 18. *Rem novam Legati Regis* (Poloniæ) *auſi, ad futurum Concilium, quod in decimum annum indicebatur, provocarunt à Martino Papa V.*

Verùm hujuſmodi appellationes, ſi quæ fuerint, ſem- 15
per ab Eccleſia rejectæ, ne à Summis Pontificibus damnatæ fuerunt: *Eccleſia enim Dei, quæ ſunt contra fidem, vel bonam vitam, nec approbat, ne facit, nec tacet.* D. Auguſtinus *ep.* 119. *cap.* 19. Hinc conſtat, Martinum prædictum ſtatim Legatorum Polonorum audaciam continuiſſe; imò expreſſè hujuſmodi omnes appellationes damnaſſe, & interponi prohibuiſſe, decretali ab eo promulgata in publico Conſiſtorio Conſtantiæ, eodem Concilio vigente, ibi: *Nulli fas eſt à Supremo Judice, videlicèt Apoſtolica Sede, ſeu Romano Pontifice Jeſu Chriſti Vicario in Terris, appellare, aut illius Judicium in cauſis Fidei, quæ tamquam majores ad ipſum, & Sedem Apoſtolicam deferendæ ſunt, declinare.* Huic decretali paruerunt Poloni, tacentes, ac acquieſcentes; imò ipſum Concilium detuliſſe hujuſmodi definitioni liquet, cum Legatis provocantibus non adhæſerit; ſicque Concilii ipſius Generalis Voto, nullitas, & prohibitio appellationis hujus fuit comprobata. Caliſtus Papa III. anno 1457. Alano Cardinali præcepit, ut appellationem, quam aliqui in cauſa decimarum pro expeditione contra Turcas, ediderant, revocari curaret, & in Auctores animadverteret.

Ratione itaque Pius II. in hac Conſtitutione, *exe-* 16
crabilem, & priſtinis temporibus inauditum, ac tempeſtate ſua introductum abuſum hujuſmodi appellationum nuncupavit. Eſtque maximoperè in hoc ejus dicto advertendum, cùm ipſe in minoribus Concilio Baſi-

Digitized by Google

leenſi adfuerit, in quo auctoritas Concilii ſupra Pa-
pam extollebatur, cui doctrinæ ipſe ſcriptis, & vo-
ce adhæſit; quod injuſtum ipſe Pius agnoſcens, ſe re-
tractare non erubuit, ut in ejus *Conſtitut.* 10. de qua
infra; ſicque improbum agnovit dictus ille Pontifex,
pediſſequum iſtud, ab ea falſa doctrina derivatum er-
rorem, appellandi à Papa ad Concilium, uti a mi-
nore eo reputato, ad iſtud majus agnitum; quæ Pii
decretalis, dictarum appellationum condemnatoria,
fuit ab omnibus Catholicis venerata, & commenda-
ta, & à Summis Pontificibus confirmata; ut in *cit.
Conſtitut.* Julii II. & à S. Pio V. inter Canones Bul-
læ in Cœna Domini repoſita; ut poſt Navarr. & To-
letum notavit *Scortia in Conſtitut. Pontifi. theorem.*
107. prohibitionem hujuſmodi appellationum denuò
inducendo, ut mox ſupra retuli; & Sixtus IV. contra
hujuſmodi appellantes anno 1483. anathema indixiſſe;
ejuſdemque diploma Ludovicum Galliarum Regem ve-
neratum, juſſiſſe in Solemni hominum frequentia pro-
mulgari, refert Raynald. *ad annum* 1483. *numer.* 22.
Hinc Maucleruſ Doctor Sorbonicus *de Monarch. to-
mo primo pag.* 408. citat ad hanc prohibitionem præ-
17 dictum Pii decretum, quem æquum, ſanctum juſtum-
que denominat Charlas *de libert. Eccleſ. tom.* 3. *in ob-
ſerv. ad epiſt. Epiſcopi Toraacen.* 284. *paragrapho re-
centiores, & ſeqq.* ipſeque *Maymbourg.* rationabile il-
lud appellat in *tract. de Eccleſ. idiomate Gallico im-
preſſo cap.* 20. *pag.* 182. aliique Galli mox citandi.
18 Rationabilis equidem, juſta, ac neceſſaria fuit di-
cta prohibitio appellandi, ut proſequitur Pius in hac
Conſtitutione, ibi: *Inolevit abuſus, ut à Romano Pon-
tifice Jeſu Chriſti Vicario, (cui dictum eſt in perſona
Beati Petri) Paſce oves meas, &c. Quodcumque liga-
veris ſuper Terram erit ligatum, & in Cœlis, &c. ad
futurum Concilium provocare præſumant, quod quan-
tum Sacris Canonibus adverſetur, quantum Reipubli-
cæ Chriſtianæ noxium ſit, quiſquis non ignarus jurium,
intelligere poteſt. Namque (ut alia prætereamus,
quæ huic corruptelæ manifeſtiſſimè refragantur) quis
non illud ridiculum judicaverit, quod ad id appella-
tur, quod nuſquam eſt, neque ſcitur quando futurum
ſit? Pauperes à potentioribus multipliciter opprimun-
tur, remanent impunita ſcelera, nutritur adversùs
primam Sedem rebellio, libertas delinquendi concedi-
tur, & omnis Eccleſiaſtica diſciplina, & Hierarchi-
cus ordo confunditur.* Opponitur enim actus hujuſmo-
di appellationis Primatui Divi Petri, à Chriſto Do-
19 mino in Eccleſia Dei, verbis præfatis, à Pio enuncia-
tis; conſtituto, & poſteà à tot Sanctis Patribus, Con-
ciliiſque Generalibus comprobato, & aſſerto. Si ete-
nim Summi Pontifices robur, & firmamentum præ-
bent Conciliis Generalibus, quæ ab ipſis convocantur,
& ſine ipſorum auctoritate ea nullum obtinent firma-
mentum: ſi poteſtas Romanorum Pontificum ſupra
Concilium eſt Sacris Canonibus, eorumque aſſertis,
& dogmatibus comprobata: ſi à Conciliis appellatum
fuit ad Papam, & ab iſto eorum Judicia reformata,
ut de his latè dixi *tom.* 2. *Conſt.* 9. Alexand. III. *ſect.*
1. *per tot. & Conſt.* 11. Innoc. III. *ſect. un. & tom.* 4.
Conſt. unic. Joannis XXIII. Quomodo poterit aſſeri,
quòd valeat provocari à Papa ad Concilium, cùm ſint
propoſitiones inter ſe contradictoriæ, & repugnantes
20 prædictis veritatibus? Ulterius eſſent injurioſæ hujuſ-
modi provocationes ipſi Chriſto Domino, cùm ab e-
jus Vicario provocaretur ad aliud Tribunal, itaut ab
ipſo Chriſto conſtituente videretur appellatum; & ſic
judicium ipſius, mediante ejus Vicario prolatum ſubii-
21 ceretur reformationi alterius Judicis. Appellatio ete-
nim fit, juxtà notorias regulas legales, de Inferiore
ad Superiorem Judicem. Poſſet ulterius quidem re-
dargui Chriſti Domini divina Politia in providendo
indigentiis ſuæ Eccleſiæ, ſi non conſtituiſſet Summum
Pontificem pro regula certa in rebus fidei explican-
dis, ne Fideles in incerto in re tam gravi, & neceſ-
ſaria firmitate tenenda, Anchoram Sacram, & fir-
mam ejus Vicarii non haberent, & ad Concilia U-
niverſalia, quæ rarò, & difficulter congregari valent,
recurrere poſſent, ac deberent pro certitudine obtinen-
da. Si enim hujuſmodi provocationes permitterentur,
tunc vel ſuſpenderent judicium Papæ, donec Conci-
lium decideret, vel non ſuſpenderent. Si primum:
interim, quo Concilium, cujus convocatio in lon-
gum protrahi ſolet, cogeretur, res fidei in ſuſpenſo
eſſent, ac fluctuarent. Si ſecundum, evenire poſſet,
quòd Concilium uti Tribunal Appellationis, reforma-
ret Summi Pontificis decretum; unde permiſſum di-
ci deberet à Chriſto Domino, ut uſquequo Concilii
Judicium redderetur, Fideles deciperentur, creden-
do iis, quæ ejus Vicarius propoſuit de fide tenendis,
quod abſurdiſſimum eſt, & contra eſſentiam fidei,
conſiſtentem in infirmitate, & fidelitate credendo-
rum, juxtà illud Symboli, quod D. Athanaſio tribui-
tur: *Hæc eſt Fides Catholica, quàm niſi quiſque fi-
deliter, firmiterque crediderit, ſalvus eſſe non po-
terit.*
Hinc benè in Concilio Romano V. ſub Symmacho
Papa, approbata fuit Ennodii Diaconi Doctrina, qui 22
apprimè ad rem dixerat: *Aliorum fortè hominum cau-
ſas Deus voluit per Homines terminari; Sedis iſtius
Præſulem ſuo ſine quæſtione reſervavit arbitrio, voluit-
que Beati Petri Succeſſores Cœlo tantùm debere Inno-
centiam, in cit. collectione Lucæ Holſtenii in dicta Sy-
nodo numer.* 8. Et in Synodo Romana ſub Bonifacio,
ſcripſit ipſe Ruffo Theſſalonicenſi: *De noſtro non eſſe
Judicio retractandum. Nunquam etenim licuit de eo
rursùs, quòd ſemel ſtatutum eſt ab Apoſtolica Sede,
tractari;* D. Gelaſius Papa in Epiſtola ad Dardanos
relata in *Conſtitutione ejus unica Tom.* 1. *Bullarii pa-
ragrapho* 11. quam retuli *Tom.* 1. ſcripſit: *Non re-
ticemus autem, quod cuncta per mundum novit Eccle-
ſia, quoniam quorumlibet ſententiis ligata Pontificum,
Sedes Beati Petri Apoſtoli jus habeat reſolvendi, ut-
potè quod de omni Eccleſia fas habeat judicandi, ne-
que cuiquam de ejus liceat judicare judicio. Siquidem
ad illam de qualibet Mundi parte Canones appellari
voluerint, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus.*
Proſequitur tamen idem Pontifex, plura exempla re-
cenſendo quoad Poteſtatem Summi Pontificis ſuprà
Concilia, & §. 12. *ac ſeq.* addit: *Sed nec illa præte-
rimus, quod Apoſtolica Sedes frequenter, ut dictum
eſt, more majorum, etiam ſine ulla Synodo præceden-
te, & abſolvendi, quos Synodus iniquè damnaverat,
& damnandi, nulla exiſtente Synodo, quos oportuit,
habuerit facultatem. Sanctæ memoriæ quippè Athanaſium
Synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum,
Sedes Apoſtolica, quia damnationi Græcorum non con-
ſenſit, abſolvit. Sanctæ Memoriæ nihilominus Joan-
nem Conſtantinopolitanum, Synodus etiam Catholico-
rum Præſulum certè damnarat, quem ſimili modo Se-
des Apoſtolica etiam ſola, quia non conſenſit, abſol-
vit. Itemque Sanctæ Memoriæ Flavianum Pontificum
Congregatione damnatum, pari tenore, quoniam ſola
Sedes Apoſtolica non conſenſit, abſolvit; potiùſque,
qui illic receptus fuerat, Dioſcorum ſecundæ Sedis Præ-
ſulem, ſua auctoritate damnavit, & impiam Syno-
dum non conſentiendo ſubmovit,* & idem Divus Ge-
laſius *Epiſtol.* 4. *ſeù Commonitorio ad Fauſtum* addi-
dit: *Nobis opponunt Canones, dum neſciunt quid lo-
quantur, contra quos hoc ipſo venire ſe produnt, quod
Sanctæ Sedi, ſana rectaque ſuadenti, parere fugiunt.
Ipſi ſunt Canones, qui appellationes totius Eccleſiæ ad
hujus Sedis examen voluere deferri; ab ipſa verò nuſ-
quam prorsùs appellari ſanxerunt, ac per hoc illam
de tota Eccleſia judicare, ipſam ad nullius commeare
judicium. Nec de ejus unquam præceperunt judicio ju-
dicare, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere
diſſolvi, cujus potius ſequenda decreta mandarunt.* Et
Nicolaus I. *Epiſt.* 8. *ad Imperatorem Michaelem* in-
cip. *Propoſueramus*, ait: *Quoniam cùm ſecundùm Ca-
nones, ubi eſt major auctoritas, judicium inferiorum
ſit deferendum, ad diſſolvendum ſcilicèt, vel ad robo-
randum, patet profectò, Sedis Apoſtolicæ, cujus au-
ctoritate major non eſt, judicium à nemine fore retra-
ctandum, neque cuiquam de ejus liceat judicare judi-
cio;*

Digitized by Google

cio ; Siquidem ad illam de qualibet Mundi parte Canones appellari voluerunt , ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus ; Juxta quod & Boniſacius , atque Gelaus , Sanctiſſimi Præſules , non ſuis adinventionibus , ſed Eccleſiæ Romanæ conſuetudinis non ignorantes , dicunt : Et pluries in Epiſtola dixit , quòd Superior nequeat judicari ab inferiore , ne fiat in Eccleſia Dei aliquod inordinatum , & ſtatus ejus confundatur , pluribuſque exemplis , & Conciliorum ſententiis , Romanæ Sedis judicium omnium majus comprobat ; itaut firmum remaneat , eſſe proindè judicium Papæ inappellabile ad futurum Concilium .

23 Hanc doctrinam innuerunt Sancti Patres . *Divus* enim Hieronymus ad Damaſum ſcripſit : *Quiſquis extra hanc domum agnum comederit , profanus eſt ; ſi quis in Arca Noe non fuerit , peribit regnante diluvio :* hoc eſt , qui diſcedit à Papæ Judicio ; D. Hilarius *in Pſalm.* 131. *Summus Pontifex eſt Judex Cœli in terreno judicio ;* Et Sanctus Anſelmus *lib. de Incarn. Verbi capit.* 12. dixit : *Cornua confidentiæ attollere , cum quiſque ſaluti ſuæ benè conſulens , poſtquàm os Domini per os Vicarii qui locutum eſt , non immittat cornua ad ventilandum , ſed ſubmittat Caput ad venerandum ; citius enim in ſe confidens humana ſapientia ſibi evelleret , quam innitendo petram hanc eo evelleret.* Divus Auguſtinus *ſerm.* 2. *de Verb. Apoſtol. cap.* 10. *Inde* (hoc eſt a Sede Apoſtolica) *reſcripta venerunt ; Cauſa finita eſt , utinam aliquando finiatur error .* Unde favere non poteſt ſic appel-
24 lantibus , ut putant , idem Divus Auguſtinus *epiſtol.* 162. cùm de Donatiſtarum appellatione interjecta à Judicio Melchiadis Papæ contra eos lato , ad Imperatorem Conſtantinum , ita ait ; *Reſtabat adhuc plenarium Eccleſiæ Univerſæ Concilium , ubi etiam cum ipſis Judicibus (ſcilicet Romanis , cum in Romano Concilio tulerit Melchiades ſententiam) Cauſa poſſet agitari :* Etenim appellationem prædictam à Donatiſtis ad Imperatorem interjectam , idemmet Imperator Conſtantinus abominatus eſt , itaut rei indignitate excandeſcens , proruperit : *O rabida furoris audacia , ſicut in Cauſis Gentilium fieri ſolet , appellationem interpoſuerunt ,* ut refert *Optat. Milevit. lib.* 1. nec approbavit Auguſtinus appellationem ad Concilium Generale , ſed ſuppoſita protervia eorum , non ſubdendi ſe judicio Melchiadis in Romano Concilio emanato ; potiùs in Univerſali Concilio cauſam agitari poſſe , quàm Imperatoris Laici judicium , in re ad Eccleſiam ſpectante , interpellare ſcripſit . Notum enim eſt , & ſuperiùs in hac Tomo diximus , ac in *Conſtitut.* 10. *Pii* repetam , Concilii Univerſalis judicium , aliquando fuiſſe interpoſitum in re etiam a Papa deciſa , ad conterendos , & convincendos magis protervos , & Auguſtini mentem ita fuiſſe dixit Lupus *ad Can.* 19. *dict. Sancti Gregorii VII.* Daval. & Raynaud. *loc. cit.* Ad rem videndus Divus Bernardus *Epiſt.* 126. ubi nervosè perſtringit eos , qui Schiſmati adhærentes , Concilii Congregationem expetebant , his verbis : *Cæterum nunc judicium expetunt , ut videlicèt ſi recuſetur , injuſti vos videamini ; ſi recipiatur , litigantibus inter ſe partibus , dilatio redimat tempus , & interim fiat aliquid : Quidquid , inquiunt , hactenus factum ſit , modo quæramus audientiam , judicium ſumus ſubire parati :* Ecce quomodo hic Sanctus Doctor ſugillat eos : *Tergiverſatio eſt . Quid in omni impio conatu veſtro vobis relinquitur aliud , quod afferre queatis ad ſeducendum ſimplices , ad armandum malevolos , ad veſtram ipſorum palliandam malitiam ? Si hoc non diceretis , quid diceretis .*

Conſonant plures Textus Canonici , *cap. licèt de*
25 *electione ,* ubi Alexander Papa III. dixit : *In Romana Eccleſia ſpeciale aliquid conſtituitur , quia non poterit ad Superiorem recurſus haberi ;* Loquitur enim de forma electionis Romani Pontificis , & *Gloſſa in eadem ver. recurſus ,* addit : *& ideo dum eligitur Papa , confirmatur , & ſtatim habet plenam , & liberam adminiſtrationem , Can. aliorum , Can. facta , Can. ipſi ſunt 9. quæſt.* 3. & alia perplura loca , quæ etiam adduci poſſent pro corroboranda vera ſententia majoritatis Papæ ſupra Concilium , ac conſequenter inferioritatem iſtius reſpectu illius , de quo dixi citatis ſuperiùs Conſtitutionibus , & denuò dicam *Con-* 26
ſtitut. 10. *hujus Pontificis Pii .* Idem docent Canoniſtæ ad Citata jura , ac Theologi , Jacobat. *de Concil. lib.* 10. *artic.* 1. Azor. *tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 13. *quæſt.* 3. Divus Antoninus *tertia parte tit.* 22. *cap.* 10. *& part.* 2. *tit.* 3. *cap.* 11. Bellarmin. *lib.* 2. *de Concil. cap.* 13. *& ſeqq.* Pelagius *de Planctu Eccleſiæ libr.* 1. *artic.* 6. Turrecremata *lib.* 3. *ſummæ de Eccleſia cap.* 47. *& ſequent. Auctor. Reg. Sacerd. de ſuper. Papæ ad Concil. paragrapho* 8. & Theophilat. Raynaudus *opuſc.* cui titulus , *depulſio frivolæ declinationis ,* Suarez *def. fid. lib.* 4. *cap.* 34. *numer.* 30. Sfondrat. *Gall. vind. diſſert.* 3. *paragrapho* 11. latè Victoria *relect.* 4. *propoſit.* 20. ubi reiicit iſtas appellationes pluribus rationibus , & exemplis ; Scortia *ad Conſtitutiones Pontificias ad hanc Bullam Pii epith.* 38. *Theorema* 106. *& epith.* 166. *Theorema* 411. Imò ex Gallis etiam auctoribus , æqui , bonique aſſertoribus , hujuſmodi appellationes , etſi in illis Regionibus aliquando amplexas , improbare non omiſerunt , latè Charlas *cit. de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ tom.* 2. *lib.* 8. *capit.* 14. & priùs *tom.* 1. *lib.* 4. *capit.* 6. *& tom.* 3. *in obſervat. ad epiſt. Epiſcopi Tornacenſi pag.* 282. *& ſeqq.* Maucleruś Doctor Sorbonicus *de Monarchia Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 10. ibi : *Quintum denique* (inquit) *ac poſtremum de præcipuis privilegium illud eſt , de quo hic quæſtio vertitur ; quod ſupra tetigimus , contra quod ridicule fiunt à quibuſdam , Schiſmaticorum partes , ſua partim malitia , partim imperitia foventibus , objectiones , nonnullaque ad ſuam confirmandam rebellionem exempla producuntur ; quæ à doctiſſimo noſtræ ætatis Theologo Viro Sanctiſſimæ Vitæ , valdè eruditè refutata , & exploſa , ſtudioſus Lector videre poterit . Tot Sacris Eccleſiæ Decretis , Canonibuſque , veluti Divini Sancti Spiritus oraculis ritè conſideratis , juſtoque ratiocinio , Theologicaque Sapientiæ trutinatis examine , quàm juſtè Spiritualem anathematis gladium , contra provocantes à Pontificii Monarchæ judicio ad futurum Concilium , à Sanctiſſimis Sedis Apoſtolicæ Præſulibus evaginatum fuiſſe credere debemus . Andreas Duvallius de Supremæ Roman. Pontif. in Eccleſ. poteſt. part.* 4. *quæſt. ultima.* ait : *Maneat itaque hoc ratum , & conſtans , omnem à Summo Pontifice ad Concilium , ſive futurum , ſivè præſens , appellationem eſſe prorſus illicitam ; idque ſivè Papa ſit infra , ſive ſuprà Concilium , cum rationes allatæ in utraque ſententia concludant . Duces , Principes , & Reſpublicas graviter nonnunquam conqueri , ſe à Pontificibus graves injurias pati , nullumque ad has depellendas efficacius remedium eſſe , præter provocationem ad Concilium generale . Reſpondeo , non licere propterea ad Concilium provocare :* quæ verba refert idem Marca *Archiepiſcopus Pariſienſis cit. lib.* 4. *cap.* 1. *in fine ,* Potho *Prumienſis. lib.* 3. *de Statu Domus Dei : Hoc namque privilegium ,* inquit , *Beati Petro Apoſtolorum Principi , Cœleſti decreto traditum , atque firmatum , Sanctorum Patres cum magna veneratione ſuſcipientes , atque Sacram Romanam Eccleſiam obſervantes , tàm in Generalibus Conciliis , quàm & cæteris ſcripturis , & geſtis ſuis , univerſalem Matrem appellaverunt : & ſicut ejus documenta in confirmatione Fidei , ita etiam judicia ſuſceperunt , in hoc conſentientes , & quaſi uno ſpiritu , & una voce concordantes , omnes majores res , & præcipua negotia , necnon omnium Eccleſiarum judicia ad eam , quaſi ad Matrem , & caput debere referri : ab ea nuſquam appellari , judicia ejus à nemine retractari , aut refelli deberi , vel poſſe .* Et Ivo *Carnotenſis epiſtola* 159. ſcripſit : *Quoniam judicia Romanæ Eccleſiæ à nemine foris retractari poſſe , eadem Romana Eccleſia docente , didicimus ; Si*

qui aliquando ſe prægravatos ipſius Eccleſiæ auctoritate conquaeruntur, hoc eis conſilium damus, ut nõn deſcedant in Ægyptum propter auxilium; Sed ab ipſa ad ipſam confugiant.

27 Imò ex Gallis ipſis Doctoribus, qui blandiuntur hujuſmodi appellationibus, eas in abuſum verſas fuiſſe, in eadem Gallia, fatentur. Ita Maimburg. *in tractatu Hiſtorico de prærogativis Eccleſiæ Romanæ* Gallico Idiomate conſcripto, c. 20. *pagin.* 182. condemnationes à Pio II. & Julio II. Summis Pontificibus iſtarum appellationum factas, juſtiſſimas agnoſcere profitetur, & potius alio modo, & ſi non æquo, & abuſivo, uti debere gravatos à Romano Pontifice ſubdit, vel alii ejuſdem farinæ Doctores hujuſmodi appellatione ad Concilium in tribus tantùm caſibus contingere poſſe autumant, (& ſi ſenſus iſte illegitimus, & prohibitus, quoad omnes dictos caſus etiam dicendus ſit) quæ cauſæ ſunt Fidei, extinctionis Schiſmatis, & reformationis generalis Eccleſiæ, Gerſon. *in tractatu, quommodo, & an liceat in cauſis Fidei à Summo Pontifice appellare*, quem tractatum edidit contra prohibitionem hujuſmodi ab Eccleſia emanatam, Marca *cit. capit.* 17. *numer.* 7. Guimier. *in tit. de auctor. Con. Gener. paragrapho cui quelibet, & ſuper verbo obedire, & ſuper tit. de cauſis paragrapho item fuit, ſuper verbo foras*, & ſubdunt non appellari, niſi in tribus dictis caſibus, in quibus Concilium dicunt eſſe ſupra Papam, ac ſequuntur Vigor. Richerius, nonnullique alii Auctores Galli apud Natalem ab Alexandro *tom.* 8. *ſect.* 16. *diſſ.* 4. (quod verum non eſſe diximus, quoad Concilium ſupra Papam, niſi in caſu dubietatis Papæ legitimi, ut fuit in Magno Schiſmate, & dicemus infra *Conſtitutione X. hujus Pontificis*) & plura de iſtis appellationibus in Gallia, etiam noviſſimè interpoſitis occaſione *Bullæ Unigenitus* ſan. mem. Clementis XI. in Libro Gallico Idiomate impreſſo anno 1719. *Monumentum, ſeu memoria contra appellationem à Bulla Unigenitus ad futurum Concilium interpoſitam anno* 1717. Ubi oſtenditur, quòd dicta appellatio ſit manifeſtè nulla, abuſiva, & non attendenda; ſic quoque in libellis eodem Idiomate, *Animadverſiones iis, qui appellarunt à Conſtitutione Unigenitus*, typis impreſſis anno 1718. quos memoro, & alios adducendos, non quidem pro admittendis limitationibus ibi indicatis, quoad appellationes interponendas hujuſmodi forſan in certis caſibus, quæ admitti numquam debent, ac valent, ſed ut oſtendam varietatem opinionum in Gallia Auctorum inter ſe diſcordantium, & fatentium abuſum iſtarum appellationum, ac juſtam proindè condemnationem earum à Summis Pontificibus factam, præſertim à Pio II. ſuper qua hoc breve Commentarium edidi.

CONSTITUTIO VI.

PII SECUNDI.

Incipiens (*Miſericordias Domini.*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS, &c.

IN Sanctarum Cætu adſcribit Pius Catharinam Senenſem Ordinis S. Dominici de Pœnitentia.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Deus elevavit ſexum fœmineum fragilem ad excelſa opera pro eo peragenda.*

2 *Quod evenit in Catharina Senenſi, in hac Conſtitutione inter Sanctas adſcripta.*

3 *Ortus ejus, Parentes, & Pueritia referuntur.*

4 *Ordinem Divi Dominici de Pœnitentia ingreſſa fuit.*

5 *Mirabilia in ea Deo auctore eventa.*

6 *Avenionem pergit ad Gregorium XI. Pontificem ibi reſidentem, ut pacem Florentinorum cum Eccleſia promoveret, & ejus reditum ad Urbem, acceptaque fuit eidem Pontifici, & Urbano VI. Succeſſori.*

7 *Habuerunt in votis idem Pontifex Urbanus, aliique Succeſſores ſtatim poſt obitum eam inter Sanctas adſcribere.*

8 *Sed fuit Canonizata à Papa Pio II. in hac Conſtitutione, aſſignata die Feſtivitatis, & conceſſis Indulgentiis viſitantibus illius Sepulchrum in Eccleſia S. Mariæ ſupar Minervam in Urbe.*

9 *De pluribus dictis in Superioribus Conſtitutionibus, quoad Canonizationem Sanctorum, ejuſdemque actus præliminares, remiſſivè.*

10 *In hac Conſtitutione ſit mentio de iſta ſolemni celebrata pro Canonizanda dicta Catharina.*

11 *Agitur an ſit neceſſaria celebratio Miſſæ Summi Pontificis in hoc ſolemni actu Canonizationis; & nn. ſeqq.*

12 *Videtur eſſe conſueta.*

13 *Sed dicitur non eſſe eam neceſſariam, & quare, & nn. ſeqq.*

14 *Refertur varius Ritus, qui ſervatus fuit in ſolemni Canonizatione Sanctorum.*

Aliquando decernendo, ut poſſit memoria ipſius Sancti celebrari in divinis Officiis, ibid.

Vel, ut valeat ſupra Corpus defuncti Altare conſtrui, ibid.

Itidem ex appoſitione ipſius nominis in Kalendario Sanctorum, Indictione Feſtivitatis, & aliis modis, ibid.

15 *Incepta deindè fuit ſolemnitatis forma præſens, cum celebratione Miſſæ Papæ.*

16 *Aliquoties non fuit celebrata Miſſa, etiam poſt introductum morem ſolemnis Canonizationis.*

Plura exempla in hac re adducuntur, ibid.

17 *Delegavit Papa aliquando Canonizationem faciendam alteri.*

18 *Concluditur non eſſe neceſſariam Miſſæ celebrationem Summi Pontificis in dicto actu Canonizationis.*

Adducuntur plura exempla, ibid.

Præſertim, quod aliquoties fuit celebrata Miſſa à Papa die ſequenti Canonizationi, in eaque recepit oblationes conſuetas Poſtulantium, ibid.

MIrabilis Deus, qui ad inflammandum corda hominum, & animorum frigiditatem ergaeum, divinaque Fidei Myſteria, fragiliorem fœmineum ſexum ad excelſa elevavit opera virtutum, ut hujus ſæculi ſapientes, propria ambitione inflatos, per humilem Sanctarum Puellarum vitam ſimul, & gloriam ab iis adeptam, confunderet, & doceret homines inſipientes, ubi ſit virtus, ubi ſit lumen oculorum, & pax. Hoc teſtimonium dedit nobis Dominus in Catharina Senenſi, quæ in Mundo converſata, tot Chriſtianis virtutibus referta, exemplum ipſius coævis ſuo tempore, & poſteris præbuit, quæque in hac Conſtitutione inter SS. Virgines adſcripta extitit.

Catharina iſta honeſtis orta Parentibus, ab ineunte 3
ætate non obſcura ſuæ futuræ Sanctitatis indicia præbuit;

buit: Vix etenim ſextum agens annum, divino ita æ-
ſtuare cœpit ardore, ut Sæcularibus deliciis penitus
abdicatis, totam ſe Deo dicaverit, & quæ nondum
arbitra ſui per ætatem eſſe videbatur, Sanctitatis jam
matura non ſine Mundi admiratione contigit obſer-
vari. Anno itaque ætatis ſuæ ſeptimo, Chriſtum,
cui ſuam jam conſecraverat Virginitatem, in Sua
Majeſtate ſedentem, mirabili viſione contemplata eſt,
& in ipſo cœleſtia penetravit arcana, à quibus tan-
tum didicit, quantum & ejus ſcientia divinitùs in-
fuſa demonſtravit; hac etenim multis Eccleſiarum
Epiſcopis difficillimas de divinitate quæſtiones pro-
ponentibus enucleavit, quorum nonnulli Virginis ſa-
pientia permoti, & exemplo, diſtributis inter Chri-
ſti Pauperes, quas poſſidebant ſubſtantiis, Evange-
licam Vitam duxerunt, neque ad eam quis ac-
ceſſit, qui non doctior, ac melior abjerit. Ve-
rùm perfectiori ſervitutis vinculo Deo vacare cupiens,
Sancti Dominici Ordinis Prædicatorum habitum, quem
dicunt de Pœnitentia, obtinere curavit, quo indu-
ta vitam ſingulari Pietate, atque abſtinentia ita du-
5 xit admirabilem, ut eximia in Dæmones virtute, &
auctoritate cœperit prævalere, quos non modò per ſe
contemnebat, verùm & eoſdem ab obſeſſi cogebat a-
bire corporibus, ejus exindè nomen malignis ſpiriti-
tibus formidabile factum. Omnia ejus profectò collo-
quia nonniſi de Religione, ac Pietate, de Mundi
contemptu, & demum de Amore Dei, & Proximi
quotidiè audiebantur; reliquum verò tempus in vi-
giliis, & orationibus, duabus tantùm horis quieti de-
ſtinatis, conterebat. Febribus ut plurimum æſtuebat,
nec aliorum morborum cruciatu carebat; Virtus ta-
men illius in infirmitate perficiebatur, quippè, quæ
in tot laboribus numquam deficiebat, quin etiam con-
ſueta, ac plura charitatis opera, nunc peccatores ad
pœnitentiam revocando, nunc illos præcepta ſalutis
docendo, nunc demùm quid ſectandum, quidve fu-
giendum eſſet, oſtendendo, miro fervore proſeque-
batur. In extaſim ſæpè rapiebatur, præſertim cum
Sacra reficeretur Euchariſtia; cujus virtute ſaturata,
jejunium à die Cinerum uſque ad Aſcenſionem Do-
mini non ſemel perduxit, nullo adhibito cibo, præ-
ter illum, ut ſupra dictum eſt, Cœleſtem, quem
verus Chriſtianus in Sacramento ſumit Altaris. In ſe-
6 dandis controverſiis aptiſſima fuit, & ad hunc effe-
ctum Avenionem ad Grægorium XI. profecta eſt, ut
Florentinos, qui cum Eccleſia diſſidebant, ad con-
cordiam revocaret, dictoque Pontifici ejuſque ſimul
Succeſſori Urbano VI. adeò fuit accepta, ut eorum
Legationibus fungeretur. Denique præter alias innu-
meras Virtutes, dono quoque Prophetiæ ditata, me-
ritiſque onuſta, migravit Romæ ad Dominum anno
ætatis ſuæ trigeſimo tertio.

7 In votis fuit Urbanus Papa VI. eam jam miraculo-
rum fulgore coruſcantem, & virtutum odore præful-
gentem, inter SS. Virgines ſtatim adſcribere, &
poſt eum Innocentius Papa VII. & Gregorius XI qui
hujus Virginis, & Sanctæ Converſationis ejus, uti
dixi, uſque Avenione præcipuè habuit notitiam; ſed
ob Schiſma, & ærumnas, quæ contigerunt in Ec-
cleſia Dei, id reſervatum fuit Pio II. Pontifici, qui
ejuſdem Virginis conterraneus, & Concivis ipſam
8 in Sanctorum Albo repoſuit, adhibitis præventivis,
ac actibus probatoriis Virtutum, & Miraculorum,
precibus Imperatoris Friderici, & Ducis Venetiarum,
aliorumque, necnon decretis in Conſiſtorio, cæte-
riſque opportunis; ut conſtat ex hac Pii Conſtitutio-
ne ſuper illius Canonizatione ædita in Urbe apud S.
Petrum die 29. Aprilis anno 1461. vel juxta *Baro-
nium in Martyrologio die 22. Octobris*, quòd repro-
batur à *Cherubino filio ad hanc Bullam Schol.* 2. &
fuit aſſignata in eadem Conſtitutione Feſtivitas hujus
Virginis pro die prima Dominica menſis Maii ab u-
niverſali Eccleſia præſtanda, & inſuper Sepulchrum
ejus, quod eſt in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſuper Mi-
nervam Urbis Ordinis Prædicatorum, viſitantibus
in die Feſto ſeptem annos, & totidem quadrage-
nas de injunctis pœnitentiis idem Pius conceſſit. In
præſenti tamen Feſtum dictæ Virginis eſt fixum die
30. Aprilis; De Vita ejus plures ſcripſerunt, S.
Antonin. *in* 3. *par. tit.* 23. *cap.* 14. *Sur. in Vit.
SS. die* 29. *Aprilis*, & alii apud Cherubin. *citat.
ſch. primo*.

In ſuperioribus Commentariis hujus operis pluries 9
evenit ſermo circa materiam Canonizationis, cùm
variæ Conſtitutiones Sanctorum Canonizatorum re-
pertæ fuere; Unde in ſingulis nonnulla diximus cir-
ca actus probatorios, decreta, ac præliminaria pro
hujuſmodi tam gravi in Eccleſia Dei actione neceſ-
ſaria, & opportuna: ſed ne in hac Bulla Commen-
tarium vacuum relinquamus, operæ pretium duxi
innuere, an ſit neceſſaria celebratio Miſſæ, & So- 10
lius Summi Pontificis in Solemnitate Canonizationis
Sanctorum, ductus quoque ad hanc inquiſitionem
ex verbis regiſtratis in hac Conſtitutione *paragrapho*
15. ubi Papa Pius facit mentionem de Miſſa ſolemni
celebrata in hujuſmodi actu Canonizationis dictæ Vir-
ginis Catharinæ, & nos quoque ſupra *Conſtitutione*
2. Nicolai V. de Canonizatione D. Bernardini Senen- 11
ſis, referendo ſolemnia, & ritum Canonizationis,
quibus utitur Summus Pontifex, Miſsæ celebrationem
ſolemnem per ipſum recenſuimus, & idem adnota- 12
tur fieri per Mattam *de Canonizatione Sanctor. par.*
5. *cap.* 1. *numer.* 19. Gonzal. *lib.* 3. *decret. cap.* 1. *de
Reliq. & Venerat. Sanctorum numer.* 8. & ita videtur
facta mentio in ſuperioribus, utplurimum Bullis ha-
rum Canonizationum.

Verum cum actus Canonizationis procedat ex de- 13
creto, ac declaratione Summi Pontificis, apud quem
tota eſt in hac re facultas, & poteſtas, Card. Bel-
larm. *tom.* 1. *lib.* 1. *de SS. Beatitud. cap.* 7. ubi
quòd Canonizatio eſt publicum Eccleſiæ teſtimonium
de vera ſanctitate, & gloria alicujus hominis jam
defuncti, ac ſimul judicium, & ſententia, qua ei
decernuntur honores illi, qui debentur iis, qui cum
Deo feliciter regnant, & dixi *tom.* 1. *Conſtitut.* 1.
Eugenii III. *ſect. unica*, non eſt de neceſſitate ad rem
peragendam, niſi concurſus conſtitutivi illius, nem-
pè Papæ decretum; aliæ autem ceremoniæ, & ri-
tus ſunt pro decentia, & majori cultu actionis apud
Fideles ſolemniter exhibendæ.

Iſta verò declaratio, ac decretale Judicium Papæ 14
Canonizationis alicujus Servi Dei, antiquitus vario
modo procedebat, vel decernendo cultum eorum Re-
liquiis, vel Altaria ſuper Corpus Martyrum erigen-
do, & memoriam faciendo eorum in Miſſæ Sacri-
ficio, Divus Cyprianus *epiſt.* 37. ibi: *Denique, &
dies eorum, quibus excedunt, annotate: ut comme-
morationes eorum inter memorias Martyrum celebra-
re poſſimus; quamquàm Tertullus fideliſſimus, & de-
votiſſimus Frater noſter pro cætera ſolicitudine, &
cura ſua, quam Fratribus in omni obſequio operatio-
nis impertit, (qui nec illic circà curam corporum deeſt)
ſcripſerit, & ſcribat, ac ſignificet mihi dies, qui-
bus in carcere Beati Fratres noſtri ad immortalitatem
glorioſa mortis exitu tranſeunt, & celebrentur hic
à nobis oblationes, & Sacrificia ob commemorationes
eorum*, & Card. Baronius *ad ann.* 1027. *tom.* 11. *nu-
mer.* 24. ſcripſit: *Conſtat autem ipſum* (ſcilicèt Ro-
mualdum) *in Sanctorum numerum adſcriptum, eo tan-
tùm Ritu, qui tunc erat in uſu, nempè ut petenti-
bus concederet Apoſtolica Sedes, ut ſupra Corpus De-
functi Altare conſtrueretur*; Id enim concedere per
Romanum Pontificem, inter Sanctos annumerare a-
liquem erat, Baron. *cit. ann.* 993. *numer.* 5. & Di-
vus Cardinalis Petrus Damiani *in Vita dicti Sancti
Romualdi cap.* 72. ſcripſit: *Poſt quinquennium à San-
cti Viri obitu data eſt Monachis ab Apoſtolica Se-
de licentia, ut ſupra Venerabile Corpus Altare con-
ſtrueretur, & epiſtola* 29. *ad Henricum Archiepi-
ſcopum Ravennatenſem tom.* 3. *Bibliotheca Sancto-
rum Patrum* ſubdit: *Noſtra quippè ætate Beati Vi-
ri, Romualdus Camarienſis, Amicus Ratiſponenſis,
Guido Pompeſianus, Firmanus Firmenſis, & quam-*

plures alii, Sancta converſationis ſtudio floruerunt, ſuper quorum videlicet veneranda Cadavera, ex Sacerdotalis Concilii auctoritate, Sacra ſunt Altaria erecta, ubi nimirum Divina Myſteria, Miraculis exigentibus, offeruntur; De cujus more noviſſimè etiam mentio facta fuit in literis Canonizationis Sanctæ Franciſcæ Romanæ per Paulum V. *Conſtitutione ejus 45. to. 4. Bull.* §. 40. ibi: *Statuentes, ut ab univerſali Eccleſia in ejus honorem Eccleſiæ, & Altaria, in quibus Sacrificia Deo offerantur, ædificari, & conſecrari poſſint*; Imò etiam Canonizatio indicebatur ex appoſitione in Kalendario Sanctorum, & indictione Feſtivitatis Canonizati, qui actus per Summum Pontificem demandabantur, *ut in Conſtitut. Paſchalis II. pro Canonizatione Petri Epiſcopi Anagnini*, ibi: *Auctoritate præſentium vobis licere volumus, & mandamus, quatenus tertio Nonas Auguſti diem Natalis ejuſdem Confeſſoris, & Præſulis SS. Catalogo congrue celebrem recolatis*; Et idem dicitur in aliis Bullis Canonizationum; ac in iſta Sanctæ Catharinæ §. 16.

15 Incœpit temporibus ſubſequentibus formula quædam ſolemnis actus Canonizationis, à Summis Pontificibus ſervanda cum quibuſdam cæremoniis, & ſolemnitatibus, ut majori, qua decet, reverentia, & Fidelium devotione actio hæc eximia exhiberetur, utque Populi fervor erga SS. Cultum augeretur, præſertim cum Miſſæ ſolemni celebratione, Indulgentiarum conceſſione, Cereorum ardentium multitudine, oblationum exhibitione, aliiſque Ritibus, ſed primùm Miſſam celebraſſe in tali actione Canonizationis in ea peracta per Alexandrum Papam III. S. Thomæ Cantuarienſis, colligitur ex *Codice Vaticano M. SS. de Vita dicti Alexandri*, ibi: *in die Purificationis Beatæ Mariæ, convocatis Epiſcopis, & Abbatibus Campaniæ apud Signiam, ad honorem ipſius ſpecialiter Miſſarum ſolemnia celebravit*. Sed verè in *Bulla prædicta Canonizationis, quæ eſt ejus* 4. quam retuli *tom.* 1. non fit mentio de Miſſa celebrata, de qua tamen eſt in præſcripto, quoad ſolemnitatem ſervandam in Canonizatione ab eodem Alexandro, relato apud Hoſtienſem *in cap. audivimus de Reliq. & Venerat. SS.* & certè conſtat ali-
16 quoties, etiam poſt ſolemniorem formam inductam, non fuiſſe celebratam Miſſam à Summo Pontifice, ſed ab alio poſt pronunciatum ab ipſo decretum Canonizationis, ut in *epiſtola S. Ludgen. ad Rixfridum Epiſcop. Traject. cap. 9.* apud *Sur. die prima Martii tomo 2.* ubi Archiepiſcopum Colonienſem celebraſſe Miſſam poſt expletam à Summo Pontifice Leone III. Canonizationem B. Suviberti; Imò aliquoties eveniſſe,
17 ut Summus Pontifex delegaſſet Canonizationem faciendam, & Sanctum pronunciandum alicui, ut accidit in Simeone Anachoreta, cujus Canonizatio à Benedicto Papa VII. dicto IX. fuit delegata, apud Caſtellin. *de certitud. glor. SS. in præludio ad Catalog. SS. paragrapho* 4. & egit *Clemens III.* apud *Baron. anno* 1189. *litt. E.* delegans poteſtatem declarandi Sanctum
18 Othonem Epiſcopum Bambergenſem. Cæremoniale itidem Romanum Miſſæ neceſſitatem Pontificiæ non admittit, *tit. 6. lib.* 1. *de Canonizat. SS.* ibi: *His finitis Pontifex incipit Tertiam, & cantat Miſſam, & ſi non poſſet, aliqui, Cardinalis pro eo*, & ita ſervatum fuiſſe liquet tempore Alexandri Papæ VII. in Canonizatione Sancti Petri de Alcantara, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, in qua Canonizationis ſolemnitate facta per illum, celebravit Miſſam ſolemnem Cardinalis Barberinus Decanus Sacri Collegii: quo tempore cùm aliqui dubitaſſent, an id eſſet contra Ritum, ut Miſſa celebretur à Papa, Archiepiſcopus Tarſenſis Phæbeus Primus Magiſter Cæremoniarum Pontificius, diſſertationem eruditam ſuper hac re ſcripſit, firmando ea, quæ ſupra diximus, & à qua plura, quæ ſcripſimus, deduximus, quamque diſſertationem tranſcripſit Dominicus Cappellus Cæremoniarum Magiſter in calce libri tunc editi: *Acta Canonizationis Sancti Petri de Alcantara, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis*, impreſſi in Urbe *anno* 1669. *pag.* 328. *& ſequent.* ac ſequitur de hac re Juſtinianus Chiapponus Apoſtolicarum Cæremoniarum etiam Præfectus *cit. lib. de Actis Canonizationis quatuor SS. peracta à Clemente XI. pag.* 226. ubi addit exemplum Miſſæ, etiam poſtridie celebratæ à die Canonizationis tempore Bonifacii Papæ IX. qui Sabbato Nonis Octobris anno 1391. Solemnia Canonizationis Beatæ Birgittæ peregit, & ſequenti die Dominica, octavo Idus ejuſdem menſis Miſſam ſolemniter celebravit maxima pompa, & receptis conſuetis in Offertorio ejuſdem oblationibus Poſtulantium Canonizationem.

CONSTITUTIO VII.

PII SECUNDI.

Incipiens (*Cum ex Sacrorum.*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS, &c.

Diſtrictè præcipit, ne Ordines Sacri extrà tempora à jure ſtatuta, aut antè legitimam ætatem, vel abſque dimiſſoriis literis recipiantur, ſub pœna ſuſpenſionis, aliiſque inferiùs enunciandis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Ordo eſt unum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, ſumma diligentia, ac devotione recipiendum.*

2 *Magno diſciplinæ Eccleſiaſticæ diſpendio Sacri Ordines extra tempora a jure ſtatuta, ante legitimam ætatem, vel abſque dimiſſoriis literis ſuſcipiuntur.*

Ut vulnerata Eccleſiaſticæ diſciplinæ remedium afferret Pius, hanc edidit Conſtitutionem, ibidem.

3 *Pœna ſuſpenſionis ipſo facto ſancitur adverſus eos, qui Ordinibus Sacris initiantur, vel extra tempora, aut antè legitimam ætatem, aut abſque literis dimiſſoriis.*

Circa eria hæc diſciplinæ Eccleſiaſticæ capita verſatur præſens Conſtitutio, ibid.

4 *Tempus conſiderari valet in menſe, die, & hora.*

Ab Apoſtolis nulla habita ratio temporis pro Ordinibus conferendis; ſed Miniſtros conſtituerunt, ut locorum expetebat neceſſitas, ib.

5 *Antiquitùs ad ſimplicium ſolo menſe Decembris Ordinationes peragebantur.*

Ex quo inolevit conſuetudo, ut Cardinalium promotiones in temporibus ante Feſtos dies Natalitios fierent, ibid.

Deindè Ordinationes menſe Februario, Martio, aliiſque temporibus peracta ſunt, ibid.

6 *Tandem ſtatutum, ut in quatuor temporibus jejuniorum, in Sabbato ante Dominicam Paſſionis, & Sabbato ante Paſcha Reſurrectionis Sacri Ordines conferrentur.*

Dies Sabbati Sancti, & ordo Subdiaconatus exprimuntur in cap. de eo, & cap. ſanè de temp. ord. *unde Canones diſt.* 75. Gratiani *fuerunt novis juribus immutati, ibid.*

7 *Hujus diſciplinæ rationes enunciantur.*

8 *Hac diſciplina, & temporum limitatio non fuit ſervata in Oriente; atque tempore Quadrageſimali, in quo Miſſæ Sacrificium non faciunt Orientales.*

Qui ritus ab Eccleſia Romana toleratur, cùm non ſit contra fidem, ibid.

9 *Qui-*

9 Quibus jejuniorum diebus celebrari debeant Ordinationes?

10 Ordinationes olim celebrabantur in Veſperis Sabbatorum jejunii, imo etiam in Matutinis Dominicæ ſubſequentis.

11 An Ordinationes in Veſperis Sabbati celebratæ pertinerent ad diem Sabbati, vel Dominicæ ſubſequentis.

Apud Hebræos dies computabantur à Veſperis; apud Romanos à media nocte ad mediam noctem, ibid.

12 Si ordinandorum multitudo exegiſſet, Ordinationes protrahebantur uſque ad mane Dominicæ ſubſequentis.

13 Ordinationes etiam veteri ritu inter Miſſarum ſolemnia celebratæ fuerunt.

14 In diebus jejuniorum Veteres Miſſæ Sacrificium ad Veſperas conficiebant; quæ Miſſæ veſpertinæ dicebantur.

15 Miſſæ veſpertinæ in pluribus Conciliis prohibitæ; & quare.

16 Viguit diutiùs in Eccleſia ritus celebrandi Ordinationes in Veſperis; qui ob plures circumſtantias obſolevit.

Tridentinum conſtituit, ut Ordinationes publicè celebrentur, ibid.

17 Prohibitio Canonica, ne Ordines conferantur extra tempora ſtatuta, non comprehendit Romanum Pontificem.

Summus Pontifex non ligatur legibus, ibid.

18 Poteſt Papa ſemper, & ubique Sacros Ordines conferre.

Et diſpenſare, ut ab alio Ordinatio extra tempora celebretur, ibid.

Vel per indulta ſpecialia, quæ conceduntur per literas Apoſtolicas, vel privilegia, quæ obtinuerunt Regulares aliqui; ibid.

19 Qui hæc obtinuerunt indulta præſervantur à pœnis latis in præſenti Conſtitutione.

Quibus ſolet Summus Pontifex auctoritatem facere diſpenſandi, ibid.

Indulta hæc non expirant mortuo Papa, ſicuti nec illa Legatorum finita Legatione, ibid.

20 Hæc diſpenſatio regulariter concedi conſuevit arctatis ratione beneficii, aliiſque cauſis.

Attenta penuria Sacerdotum ab morbum epidemiæ, conceſſum fuit indultum præfatum in Italia, ibid.

Et ob penuriam peculiarem alicujus Eccleſiæ ab Ordinario conteſtatam, ibid.

21 Refertur decretum ſan. men. Innoc. XII. Moderatorium hujuſmodi Indultorum extra tempora.

22 Privilegia conceſſa à Sede Apoſtolica aliquibus Regularibus, recipiendi Ordines extra tempora, dici poſſunt diſpenſationes perpetuæ pro perſonis certæ ſpeciei. Fuerunt conceſſa Religioni S. Joannis Hieroſolymitani, & Alumnis Collegii Anglici, ibid.

23 An per Concilium Tridentinum fuerint revocata præfata privilegia.

Affirmativæ opinionis Doctores, & rationes referuntur, ibid. & nn. ſeqq.

24 Patribus Societatis Jeſu, & Fratribus Minoribus de Obſervantia, in partibus Indiarum Occidentalium degentibus, fuit hoc privilegium conceſſum poſt Concilium, & num. 30.

Hæc privilegia non cenſentur collata per communicationem, ante, vel poſt Concilium obtentam; tùm ob peculiares circumſtantias conceſſionis, tùm etiam ob reſtrictivas, ibid.

25 Referuntur reſolutiones S. Congregationis Concilii in Senen & Aſſiſien.

26 Refertur fundamentum opinionis deſumptum ex Tridentini diſpoſitione.

27 Refertur Conſtitutio Pii IV. derogatoria privilegiorum, Concilii diſpoſitiſionibus adverſantium, ejuſque intellectus.

28 Non eſt tutum aſſerere, revocationem privilegiorum factam per Concilium, reſultare ex cap. ult. ſeſſ. 25. de regular. cum revocatio privilegiorum contenta in dicto capitulo pertangat diſpoſita in tota ſola ſeſſ. 25.

29 Teſtatur Fagnan. ſenſum S. Congregationis fuiſſe, omnia privilegia Regularium contraria diſpoſitionibus Concilii, ſublata eſſe per Bullam Pii IV.

Refertur ad rem reſolutio Sac. Congregationis Concilii in Nullius Congregationis S. Joannis Evangeliſtæ Portugalliæ, ibid.

Non poſſunt Regulares abſolvere à reſervatis in vim privilegiorum ante Concilium conceſſorum, ibidem.

30 PP. Societatis, & Fratribus Minoribus in Indiis Occidentalibus degentibus, fuit hoc indultum conceſſum, ut illi paratiores eſſent ad Miſſiones, iſti expeditiores pro Operibus Apoſtolicis exercendi.

Greger. XIII. prohibuit communicationem hujus privilegii, etiam pro iis, quibus communicatio cum PP. Societatis concederetur, ibid.

31 Contraria ſententia, quod ſcilicet per Concilium non fuerint derogata anteriora privilegia Regularium, recipiendi Ordines extra tempora, Auctores, & rationes referuntur.

Refertur explicatio diſpoſitionis Conciliaris, ibid.

32 Item expoſitio Bullæ 94. Pii IV. ibid.

33 In hoc opinionum diſcrimine videtur, quod communicatio dicti privilegii ante Concilium obtenti, dabatur, cum non ſit difficilis conceſſionis, nec in præjudicium alicujus.

34 Per communicationem privilegiorum cum PP. Societatis Jeſu, non cenſetur communicatum hoc privilegium, ſi communicatio eſſet communi formâ elargita; & quare.

Secus ſi in literis communicationis, ita ampla ſint verba, ut conjici poſſit, Papam voluiſſe communicationem facere, non obſtante incommunicabilitate, ibid.

35 Hujuſmodi privilegium recipiendi Ordines extra tempora non videtur expreſſe revocatum per concilium.

Et ita declaravit Sac. Congregatio in cit. Nullius Congregationis S. Joannis Evangeliſtæ Portugalliæ, ibid.

36 Difficultas major eſt, an hujuſmodi privilegium fuerit revocatum per dictam Bullam 94. Pii IV. in qua præcipitur, ut omnes ſalubres, & ad morum reformationem utiles Conciliares diſpoſitiones executioni demandentur, non obſtantibus privilegiis, &c.

37 Utraque Doctorum inter ſe pugnantium aſſertio, opinio dici debet, non ſententia.

Secunda opinio habet pro ſe reſolutionem S. Congregationis in cit. Nullius Congregationis S. Joannis Evangeliſtæ, quæ declaravit prædictum privilegium non fuiſſe revocatum à Concilio. ib.

Nec adeſt reſolutio Congregationis, quæ evincatur, factam fuiſſe revocationem per Pianam, ibid.

38 Ab Alexandro Papa VII. fuit damnata propoſitio, quæ ferebat, Regulares poſſe uti privilegiis expreſſè revocatis per Concilium, non autem tacitè, & implicitè.

39 Praxis præſtantium Epiſcoporum, primæ, vel ſecundæ opinioni adhærentium, refertur.

Eximius Cardinalis Urſinus Archiepiſcopus Beneventanus ſecundæ opinioni adhæſit, ibid.

40 Concluditur utramque opinionem eſſe probabilem.

Sed, cùm non deceat in hac re opinionum ſciſſuram eſſe inter Epiſcopos, opus eſſet declaratione Pontificia, ibidem.

Refertur epiſtola ſcripta ab Archiepiſcopo Barcinonenſi, S. Congregationi, hujus dubii reſolutionem expetente, ibid.

41 Eximius Cardinalis Vincentius Maria Urſinus Archiepiſcopus Beneventanus Summus Pontifex denun-

Digitized by Google

denunciatus ſub nomine Benedicti XIII.
Concilium Romanum cogit in Baſilica Lateranenſi, in quo prudentiſſime hoc tam controverſum Diſciplina Eccleſiaſtica caput moderatus eſt, ib.
Refertur decretum, quo prudenti oraculo res deciditur, ibid.

42 *Dies Feſti, in quibus juxta vim indultorum extra tempora, Ordinari permittuntur privilegiati, debent eſſe Feſtivi de præcepto, hoc eſt, ut à Populo ſerventur.*

43 *Duo Sacri Ordines eadem die conferri non debent, ſed diebus interpolatis; quibuſcumque privilegiis non obſtantibus.*

44 *Caſus propoſitus in Sac. Congregatione in una* Bovenſi *de eo, qui eadem die ad minores, & Subdiaconatum fuit promotus; in quas ſcilicet pœnas Ordinatus, & Epiſcopus Ordines inciderint, refertur.*
Juxta aliquos, an ſic Ordinatus non incidit in ſuſpenſionem.

45 *Magis conſona, & communior opinio eſt, ſic Ordinatum incidere in ſuſpenſionem ab Ordine ſuſcepto Subdiaconatus.*
Firmatur reſolutione Sac. Congregationis in una Neapolitana, ibid.
Praxis S. Pœnitentiariæ eſt, quòd habeantur iſti Ordinati pro ſuſpenſis, ibid.

46 *Epiſcopus licèt juxtà aliquos poſſit Ordinare eadem die ad Minores, & Subdiaconatum; tamen communiter id recipitur, ubi adſit conſuetudo.*

47 *Epiſcopus eadem die conferens etiam duos Sacros Ordines, ſuſpenſionem non incurrit, quia quoad Epiſcopos pœna non eſt lata, ſed ferendæ ſententiæ.*
Nec in hac re debet attendi Bulla 92. Sixti V. in qua pœna contra malè promotos, & promoventes infliguntur, quia reducta fuit à Clemente VIII. ad terminos Juris, & Concilii, ibid.
Ut Epiſcopi ſubiiciantur cenſuris, debet fieri de eis ſpecialis mentio, ibid.

48 *Epiſcopum ſic ordinantem non incurrere ſuſpenſionem, firmatur declaratione Sacræ Congregationis in cit. Neapolitana.*
Refertur reſolutio S. Congregationis in citat. Bovenſi, *ibid.*
An ſit tollenda Conſuetudo, ut Ordines minores, ſeu prima Tonſura conferantur die Veneris, feria nempè 6. poſt prandium antè Sabbatum quatuor temporum, ibid.
Ubi reſolutio Congregationis Concilii, ibid.

49 *Nulla certa ætas eſt neceſſaria ad validè Ordines ſuſcipiendos; itaut validè conferantur in infantia, & antè uſum rationis, contra* Duran. & Paludan. *qui poſtremus requirit conſenſum parentum infantis.*
Amenti Ordo validè conferri nequit, ſi habuerit anteà uſum rationis; quam amiſit; quia ſupponitur non acquieſcere receptioni illius, ibid.

50 *An Ordinatio Epiſcopalis validè conferatur in infantia.*

51 *Ordinatio Infantium ſemper fuit reprobata; & ex honeſtate non uſurpanda.*
Antè Conſtitutionem Bonifacii VIII. talis Ordinatio non prohibebatur neceſſitate præcepti, ibid.

52 *Antiquis Eccleſiæ temporibus Ordo Lectoratus conſuevit conferri infanti; & quæ fuit ratio?*

53 *Quæ ætas olim fuerit præſcripta pro Sacris Ordinibus recipiendis.*
Quid noviſſimè ſtatutum per Tridentinum, ibid.

54 *Orientalis Eccleſia non reliquit arbitrio Ordinandorum, ætatem, qua potuerint promoveri. Et quæ ætas fuerit præſcripta.*

55 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper defectu ætatis, ſed ſpectat ad Summum Pontificem.*
Quæ diſpenſatio magna circumſpectione, & raritate concedi debet; ut ſemper ſervatum in Curia.

56 *Refertur exemplum hujuſmodi diſpenſationis conceſſæ ob graſſatam peſtilentiam.*
In præſenti conceduntur diſpenſationes hujuſmodi ob penuriam Sacerdotum, vel ex alia neceſſitate beneficii Sacerdotalis, non ultrà treſdecim menſes, ibid.

57 *An Regulares habebant aliquod Privilegium ſuper ætate requiſita.*
Illud obtinuiſſe Minores refertur, ibid.

58 *Quæcumque privilegia, & quibuſcumque conceſſa revocantur per Tridentinum, & per Conſtitutionem Pii IV. cit. & per Conſtitutionem Sixti V. licèt hæc fuerit reducta à Clemente VIII. quoad pœnas, & Cenſuras.*

59 *Non eſt vera aſſertio in Foro conſcientiæ aliquorum, poſſe Regulares ordinari antè ætatem juxta antiqua privilegia.*
Oraculum vivæ vocis S. Pii V. indulgentis Regularibus, poſſe uti privilegiis per Concilium revocatis, eſt incertum, ibid.
Vel ſublatum à Gregorio XIII. qui reduxit ad terminos Tridentini oracula conceſſa à S. Pio V. Regularibus, ibid.
Vel derogatum per Gregorium XV. & Urbanum VIII. qui Oracula Pontificia abrogarunt, ibidem.

60 *Alex. VII. damnavit propoſitionem, quòd Regulares uti pro foro conſcientiæ potuerint privilegiis expreſsè revocatis per Concilium.*

61 *Antiquis Eccleſiæ Canonibus ſancitum eſt, ne Epiſcopi alienos Clericos, à proprio Ordinario non dimiſſos, ordinarent.*

62 *Signatas à proprio Epiſcopo literas dimiſſorias, exhiberi præcepit Bracharenſis Synodus, & ſimiliter Trullana; è cujus Can. 17. derivatam dimiſſoriarum nomenclaturam accepimus.*

63 *Nonnulla antiqua exempla de Origene, DD. Hieronymo, Paulino, & B. Martino referuntur, quibus non videtur improbata Ordinatio Clerici alieni.*
An mutilatio Origenis fuerit illius Canonicum impedimentum, ibid. remiſſivè.

64 *Vetus Eccleſiæ diſciplina ferebat, tantùm Clericos, non autem Laicos ab alieno Epiſcopo, proprio inconſulto, non ordinari.*

65 *Quæ fuerit ratio hujus diſcriminis.*

66 *Diſcrimen adeſt inter literas dimiſſorias antiquorum, & eas noſtri temporis.*
Literæ dimiſſoriæ antiquorum, manumiſſionem ordinandi, & reſpectivè mancipationem Epiſcopo, cui literæ directæ erant, operabantur, ib.
Eæ noſtri temporis hanc manumiſſionem, & reſpectivè mancipationem non operantur; & quæ ſit ratio ibid.

67 *Reperiuntur antiqua exempla dimiſſoriarum cum obligatione revertendi ad propriam Parochiam; Verùm infrequens fuit, & contra Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem.*

68 *Cœpit tandem immutari diſciplina, & major auctoritas Epiſcopo originis adſcribi, ib.*
Prohibitumque fuit, ut non ſolum Clerici, ſed nec Laici ab alieno Epiſcopo promoverentur, quod maximè ad pacis conſervationem conducit, ib.

69 *Bonifacius VIII. diſpoſuit, ut poſſit quis ſine literis dimiſſoriis promoveri ab Epiſcopo originis, vel domicilii, aut beneficii; Cum Superior cenſeatur, & reſpectivè ſubditus, altero horum titulorum concurrente.*
Plures exortæ inter DD. opiniones ſuper intelligentia dictorum titulorum, ib.

70 *Prudentiſſimè Innoc. XII. conſuluit huic capiti Diſciplinæ Eccleſiæ.*

71 *Quis dicatur ſubditus ratione beneficii ex diſpoſitione Innoc. XII. ad effectum Ordines recipiendi.*

72 *Quis dicatur ſubditus ratione originis.*

73 *Quis dicatur ſubditus ratione domicilii.*

74 *Quæ*

Digitized by Google

74 *Qua ratione poſſit Epiſcopus ordinare ſuum Familiarem.*

75 *Sacra Congregatio Concilii pluries mandavit religiosè ſervare laudatam Conſtitutionem Innoc. XII. & Innocentius XIII. in Conſtitutione edita pro Regis Hiſpaniæ, confirmata à Sanctiſſimo Domino Noſtro Bened. XIII.*

Cardinalis Urbis Vicarius habet facultatem promovendi ad primam Tonſuram exteros in Urbe commorantes abſque dimiſſoriis.

76 *Pro Ultramontanis editum fuit decretum generale, ne iis Ordines conferrentur abſque Summi Pontificis, vel Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium licentia.*

An Regulares hoc decreto comprehendantur, ibid.

77 *Urbanus VIII. conſtituit, Ultramontanos ad Ordines non promoveri, niſi dimiſſoriæ propriorum Ordinariorum fuerint recognita per Nuntios earum Regionum, ac per Vicarium Urbis.*

78 *Romæ Commorantes non poſſunt promoveri extra Urbem, etiam cum literis dimiſſoriis proprii Ordinarii, quæ debent dirigi Cardinali Urbis Vicario.*

Et in quas pœnas incurrant contravenientes, ib.

Non intelligitur de recipientibus primam Tonſuram, ibid.

79 *In Epiſcopatibus propè Urbem Cardinalitiis, in quibus non ſunt Suffraganei, quicumque vult ordinari debet adire dictum Cardinalem Urbis Vicarium, niſi Cardinalis Epiſcopus accedat ad ſuam Diœceſim, ibique celebret Ordinationes.*

80 *Græci, & Albanenſes in Italia commorantes, nequeunt ordinari abſque literis dimiſſoriis Epiſcopi Latini Diœceſani, ſub pœna ſuſpenſionis.*

81 *Papa cùm ſit Superior, & Patriarcha Univerſalis, poteſt cujuslibet Epiſcopi ſubditos ordinare abſque dimiſſoriis.*

82 *Et diſpenſare, ut valeat quis promoveri à quocumque Epiſcopo ſine dimiſſoriis literis.*

Papa non ſolet ſuper hoc diſpenſare; quinimò in indultis ætatis, vel extra tempora, conſuevit apponi Clauſula, ut à ſuo Epiſcopo ordinetur, vel cum ejus dimiſſoriis literis, ibid.

83 *A quo Epiſcopo debeant Regulares promoveri. Remiſſivè.*

84 *PP. Congregationis Oratorii Neapolis, & Urbis habent indultum, quod promoveri poſſint ad quoſcumque Ordines à locorum Ordinariis, ſine literis dimiſſoriis proprii Epiſcopi.*

85 *Decretum Clementis VIII. de Regularibus promovendis ab Epiſcopo Diœceſano, confirmatum ab Innoc. XIII. & à Sanctiſſimo Domino Noſtro Benedicto XIII. cujus diſpoſitio refertur.*

86 *In vim dictæ diſpoſitionis Sanctiſſimi Domini Noſtri Bened. XIII. non intelligitur præjudicatum habentibus privilegium, ut valeant promoveri a quocumque Epiſcopo, prout habent Jeſuitæ, de quo remiſſivè.*

87 *Refertur noviſſima diſpoſitio ejuſdem SS. in Concilio Romano edita ſuper hac re.*

1 CUm Scripturæ teſtimonio, Apoſtolica Traditione, & Conciliorum comprobatione perſpicuum ſit, Ordinem eſſe verè, & propriè unum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, à Chriſto Domino inſtitutum, quòd verbis, & ſignis exterioribus perficitur, gratiamque confert; ſumma in ejus ſuſceptione diligentia, & devotio adhibenda eſt; eo præſertim quòd id Sacramentum in anima characterem inviſibilem imprimat, & per ejus collationem ſacra Myſteria diſpenſandi poteſtas tribuatur. Quare in ejus ſuſceptione cautiſſimè exceſſus evitari debent; ac plectendi gravioribus pœnis ſunt, qui Eccleſiaſticas Regulas vulnerare præſumunt; Cùm ex hac inobſer-
2 vantia maxima in mentibus fidelium ſcandala generari ſoleant. Hinc animadvertens Pius Papa II. quanto Diſciplinæ Eccleſiaſticæ malo, & Sacramenti iſtius irreverentia nonnulli Sacros Ordines invadebant, iſtos, tùm extra tempora à Jure Statuta, tùm antè ætatem præſcriptam, tùm denique ſine dimiſſoriis literis ſuorum Ordinariorum imprudenter recipiendo; ut vulneratæ diſciplinæ remedium adhibæret; ac Sacramentum hoc maxima, qua deceret diligentia, ac veneratione ſuſciperetur, hanc edidit Conſtitutionem Romæ apud Sanctum Petrum *die 17. Novemb.* 1460.
qua ſub pœna ſuſpenſionis ſtatuit, ne quis abſque 3
diſpenſatione Canonica, aut legitima licentia, extra tempora Jure Statuta, ſivè antè ætatem legitimam, vel ſine dimiſſoriis literis, etiam ex Citramontanis, (præterquam ſi in hoc ultimo caſu per Cameram Apoſtolicam juxtà illius ſtylum ordinati fuerint) ad aliquem ex Sacris Ordinibus ſe faciat promoveri; quæ ſuſpenſio inflicta fuit ipſo jure; & quatenùs ea durante miniſtrare præſumpſerit, in Irregularitatem eo ipſo incidere, & ultrà alias pœnas à Jure inflictas, Beneficiis Eccleſiaſticis privari etiam poſſe ſancivit.

Etenim circa tria verſatur diſpoſitio hujus Conſtitutionis, nempè quòd ordinari non poſſit quis extra tempora à Jure ſtatuta, tùm ante ætatem legitimam, tùm denique ſine dimiſſoriis literis proprii Ordinarii.

Quod primum, tempus ſcilicèt extra quod ordi-
nari prohibetur, conſiderari valet in menſe, die, & 4
hora. Certum autem videtur, nullam Ab Apoſtolis menſium pro Ordinibus conferendis habitam fuiſſe rationem, ſed indiſcriminatim, prout videlicèt locorum expetebat neceſſitas, Miniſtros Sacrorum Myſteriorum Diſpenſatores conſtituiſſe, qui potuiſſent recenter converſis ad fidem hominibus ea miniſtrare.
Subſequenter verò Summi Pontifices à Clemente uſ- 5
que ad Simplicium, cùm aliud ferret temporum viciſſitudo, ſolo menſe Decembris Ordinationes celebrarunt, *Amalar. de Eccl. Offic. cap. 2. & Anaſtaſius Bibliothecarius*, qui cùm illorum antiquorum Pontificum vitas pertexeret, ſolo menſe Decembris eos Ordinationes habuiſſe meminit; ſicuti quoque in Breviario Romano ſæpè Ordinationes Sanctorum Pontificum in eorum geſtis, menſe Decembris fuiſſe celebratas, memoratur: ex quo inolevit ſtylus, ut Summi Pontifices promotionem Cardinalium in temporibus antè Feſtos dies Natalitios peragere conſueverint. Simplicius verò Papa priùs, & Felix III. menſe Februario, ac Leo III. menſe Martio, Sacras Ordinationes, prout fortè alii aliis temporibus peregere, ut latè Hallier. *de Sac. Ordinat. ſect. 7. cap. 2. §. 3.* Dartis *in jus Can. diſt. 75.* Gonzalez *cap. de eo n. 6. de Temporibus Ordinationum.*

Tandem ſtatutum fuit, ut ſolis quatuor tempori-
bus jejuniorum Sacræ Ordinationes celebrarentur, 6
necnon in Sabbato antè Dominicam Paſſionis, & Sabbato Sancto antè Paſcha Reſurrectionis, quòd quidem ex Epiſtola Gelaſii ad Epiſcopos per Lucan. *& can. ordinationes diſt. 75.* patet; Cujus verba ſunt: *Ordinationes Presbyterorum, & Diaconorum, niſi certis temporibus, & diebus exerceri non debent; ideſt quarti menſis jejunio, & ſeptimi, & decimi; ſed etiam quadrageſimalis initii, ac mediana hebdomada etiam Sabbati jejunio circa veſperas noverint celebrandas.* Ex quo præcepto invaluit in Occidente noviſſima conſuetudo, ut extra memorata tempora Sacri Ordines non conferrentur; idemque conſtitutum etiam fuit ab Urbano Papa II. in Concilio Claramontano, ibi: *Ne fiant Ordinationes, niſi quatuor certis temporibus, & Sabbato mediante quadrageſima.* Unde ab Alexandro Papa III. Decretalis emanata fuit ſuper hoc, quod: *Ad Subdiaconatum niſi in quatuor temporibus, aut in Sabbato Sancto, vel Sabbato antè Dominicam Paſſionis nulli Epiſcoporum, præterquam Romano Pontifici, liceat aliquos ordinare*, ut in *cap. de eo de Temp. Ord.* & idem Papa ſcribens Erfordenſi Epiſcopo in Britania, ait. *Sanè ſuper eo, quod moris eſſe dixiſti in Eccleſiis quibuſdam Scotiæ, & Valliæ in Dedicationibus Eccleſiarum, vel Altarium extra jejunia quatuor temporum, Clericos ad Sacros Ordines promovere ſignificamus, quòd con-*

Digitized by Google

conſuetudo illa, utpotè Inſtitutioni Eccleſiaſticæ inimica, eſt penitùs improbanda, Cap. Sanè eod. tit. in quibus juribus ſit mentio etiam diei Sabbati Sancti, & Ordinis Subdiaconatus, qui non erant expreſſi in præcitatis monumentis. Hinc Canones in *cit. diſt.* 75. Gratiani, tempus aliud ordinationum indicantes, fuerunt dictis novis juribus abrogati, Gloſſa *in can. quod à Patribus ver. niſi velis ead. diſt.* 75. Sicque conſuetudine contraria improbata, non licet ampliùs in Sacris promovere extrà præſcriptos dies ſuprà indicatos, Amalar. *lib.* 2. *de Offic. c.* 1. Hallier. *tit.* §. 5. Gonzalez *cit. c. de eo nu.* 6. ubi Fagn. *n.* 2. & 17. Ricc. *dec.* 93. *nu.* 2. *par.* 4. Tamb. *de Jur. Abb. to.* 2. *diſp.* 2. *qu.* 13. *n.* 8. *aliique Canoniſtæ*, ac deindè Concilium Tridentinum eoſdem Canones proſecutus in *ſeſſ.* 23. *de Ref. c.* 8. ſtatuit, ut *Ordinationes Sacrorum Ordinum ſtatutis à Jure temporibus celebrentur*, & ſic fortiùs nequit in hoc introduci conſuetudo contraria Concilio, Tambur. *loc. cit.* Ricc. *dec.* 93. *n.* 6. *par.* 4.

Ratio hujus ritus præſcripti videtur eſſe, ut oſten-
7 deretur eos, qui ad ſacros Ordines aſſumuntur, à ſæculi laboribus ad requiem Domini tranſire, Gloſ. *in c. literas ver. pertinere de temp. Ordin.* quem tranſitum non faciunt ordinati in minoribus, cùm ad ſæculum redire valeant, Fagn. *loc. cit. nu.* 38. vel juxta rationem adductam ab Honorio Auguſt. *in gemma animæ num.* 4. *cap.* 135. relat. à Gonzalez *in dicto cap. de eo ſub num.* 8. ubi ait, *Miniſtri Eccleſiæ ideò in quatuor temporibus ordinantur, quatenùs ſub quatuor Evangeliis Chriſto, & Eccleſiæ ſervire admoneantur. In Quadrageſima idcircò ordinantur, ut vitiis non marceant: in Vere ideò, ut virtutibus floreant. in Septimana Spiritus Sancti, & in Æſtate ideò, ut ſint Spiritu ferventes, Domino ſervientes: in Autumno, & in Feſto Tabernaculorum ideò, ut mundo moriantur, & cum Chriſto in virtutibus renaſcantur*, Hallier. *cit.* §. 5. vel etiam quod cùm inter cætera requiſita Ordinationis illud ſit, ut conferrantur jejunis, & à jejunis, & ut præcedant jejunia univerſalia Populi, ut ſic Miniſtri ſelectiores aſſumantur in Eccleſia, ideò in dictis jejuniis univerſalibus Ordines conferre æquum fuit, Gonzalez *cit. cap. de eo num.* 8. quam diſciplinam ob perſecutiones initio Eccleſiæ paſſas, & in ipſis primordiis non expediebat inducere, nec limitare tempus Ordinationum; ſicuti nec ea limitatione uſi fuerunt, ut ſuprà innuimus, Apoſtoli; verùm creſcente fidelium numero, & Eccleſiæ pace obtenta, optima ratione præfinitio iſta peracta fuit.

Hæc tamen diſpoſitio, & limitatio temporum ſerva-
8 ta non fuit in Oriente, cùm quilibet dies tempus proprium ſit pro Ordinationibus peragendis, excepto Quadrageſimali, in quo tantùm diebus Sabbati, & Dominicæ gradus Presbyteratus, & Diaconatus conferri poſſunt, *cap. cum ſecundum, & cap. quod Tranſlationem de temporibus Ordinationum, ubi gloſ. Hoſtien. in ſumma eodem titul*, Hallier. *citat. ſect.* 7. *art.* 5. Thomaſſin. *de veteri diſciplina par.* 2. *lib.* 1. *c.* 87. *num.* 13. Gonzal. *cit. cap. de eo num.* 9. & *cit. c. cum ſecundum n.* 5. ſed potiùs dici debet corruptela contrà ipſos Canones Synodorum Nicenæ, & Sardic. ac *VI. & VIII.* ut latè Leo Allatius *de ætat. & interſt. Græcorum Theſaur. de pœnis par.* 2. *cap.* 15. *notab.* 2. ex ea ratione tali ritu procedente, quia jejuniorum tempore apud eos Miſſa non celebratur, juxta *Concil. Laodicenſe can.* 49. & hoc Sacrificium juxta ritum in ordinatione adhibetur, & alii apud Campanil. *in div. Juris rub.* 6. *cap.* 3. *n.* 77. Sed quidquid ſit de cauſa dicti eorum Ritus, iſti, & alii, qui non ſunt contra fidem, tolerantur ab Eccleſia Romana, *cit. c. cùm ſecundum, & c. quod Tranſlationem*, ubi latè Gonzal. in quo Papa admiſit id etiam in Clerico Latino, ordinato ab Epiſcopo Græco juxta ejus ritum, ſi iſte obtinuerit licentiam à proprio Epiſcopo Latino eum ordinandi, itaut exercitium Ordinis dicto ordinato non eſſet prohibendum; etſi ritus non debeant confundi inter Latinos, & Græcos. Sed apud iſtos tolerandi ſunt ex *Concilio Lateranenſi IV.* & dixi *to.* 3. *ad Conſt.* 14. *Innoc. IV.*

At cùm, ut dixi, apud Latinos fuerit præſcriptum
tempus quatuor jejuniorum, & Sabbatum ante Do- 9
minicam tertiam Quadrageſimæ, ac Sanctum antè Paſcha, difficultas eſt quomodo intelligendum ſit dictum tempus quatuor jejuniorum, an videlicet pro Minoribus, eos conferri poſſe dicatur die Mercurii, aut Veneris earumdem hebdomadarum jejunii, & in hoc eſt ritus inconcuſſus Eccleſiæ, ut Ordinationes generales fiant in diebus tantùm Sabbatorum hebdomadarum jejunii, & non diebus Mercurii, & Veneris; quidquid ſit de Ordinationibus peculiaribus aliquorum in minoribus Ordinibus, de quibus redibit ſermo.

Expleta explicatione menſis, & diei deſignatæ in ci-
tatis Pontificum Decretalibus pro habendis Ordinatio- 10
nibus, deveniam ad horam, in qua celebrari debeant; & celebratas fuiſſe in Veſperis Sabbatorum jejunii prædicti, imò etiam in matutinis Dominicæ ſubſequentis conſtat; quam à majoribus acceptam diſciplinam enucleat D. Leo Papa *relat. in adducto Can. quod à Patribus diſt.* 75. ibi: *Quod à Patribus noſtris propenſius novimus eſſe ſervatum, à nobis quoque volumus cuſtodiri; ut non paſſim diebus omnibus Sacerdotalis, levitica ordinatio celebretur, ſed poſt diem Sabbati ejuſdem noctis, quæ luceſcit in prima Sabbati, exordia conſecrandi eligantur; Quod ejuſdem obſervantiæ erit, ſi manè ipſo dominico die, continuato Sabbati jejunio celebretur. Et in Concilio Claramontenno ſub Urbano II. c.* 24. *Ne fiant ordinationes, niſi in quatuor certis temporibus, & Sabbato mediante quadrageſima, & tunc protrahatur jejunium uſque ad Veſperas, et ſi fieri poteſt, uſque ad craſtinum, ut magis appareat in die Dominico ordines fieri.*

Sed circa hoc, varium interpretes ſumunt intellectum
alijs dicentibus eſſe permiſſum facere Ordinationes Do- 11
minica ſubſequenti Sabbatum, eùm retrotrahatur hora ea ad Veſperas Sabbati, cum quibus ſit una dies Sabbati; alii potiùs, quod Veſperæ Sabbati, in quibus inchoatur ordinatio, ſit verè pars diei Dominicæ ſequentis, cùm apud Hebræos dies computabatur à Veſperis ad Veſperas, & ſic *veſpere & mane fiebat dies unus. Geneſ. c.* 1. & *Levit. A Veſpera in Veſperam celebrabitis Sabbata veſtra*, & ſic in more eſt uſque nunc apud Hebræos, & apud Romanos à media nocte ad mediam noctem dies habetur, & ita ſervatur in Ritibus Eccleſiæ quoad jejunium, aliaque officia, *leg. more* 8. *de fe-
riis*; ſed de dicta dubitatione, an Veſperæ Sabbati Or- 12
dinationum trahi potiùs debeant ad Dominicam diem ſequentem, aut è contra, & quoad verba *dicti Canonis poſt diem Sabbati*, ut fiant Ordinationes variæ, dixit *Gloſ. in cit. c. quod à Patribus ver. Sabbati, c. literas de temp. ordin.* Hallier. *cit. art.* 3. *pag.* 871. Verùm incipiebat Ordinationis ſolemnitas à Veſperis Sabbati; & ſi multitudo ordinandorum exegiſſet, protrahebatur continuato jejunio uſque ad manè Dominicæ, itaut nocturnæ horæ Sabbati impenderentur in Ordinationibus; quod exemplo Apoſtolorum nocte convenientium conſuevit fieri; & temporibus primævis Eccleſiæ opus fuit ſic continuari, ob perſecutiones tunc vigentes fidelium, Unde in *Concil. Lemov.* 2. circa finem habetur: *Si tanta multitudo fuerit ordinandorum, ut Sabbato non poſſit omnes, Epiſcopus ordinare, in craſtinam Dominicam uſque horam ſextam continuare poteſt*; & ſic non eſt verum, quòd die Dominica conferebantur ordines; quod prohibitum eſt *c.* 1. & *c. de eo de temp. ordin.* Sed à Veſperis Sabbati ad
manè Dominicæ. Nec huic antiquo mori adverſari 13
poterat, quòd Ordinationes etiam veteri ritu, inter Miſſarum ſolemnia celebratæ fuerint, *cap.* 1. *diſt.* 75. *c. quod ſicut ſuper eo de elect.* Gonzal. *cit. c. literis n.* 4. unde cùm nonniſi nocte Nativitatis Domini, Miſſa ce-
lebretur, *cap. de conſecr. diſt.* 1. nec Veſperis, nec no- 14
cte celebratas fuiſſe Ordinationes dicendum eſſet; Quia ab uſu priſcorum fidelium alienum minimè fuiſſe compertum eſt, in diebus jejuniorum Miſſarum Sacrificium ad Veſperas conficere, quæ Veſpertinæ Miſſæ dicebantur, *cap. convenit de conſecr. diſt.* 3. *Concil. Aurel.* 3. *c.* 28. *Bracaren.* 1. *c.* 10. Gerunden. *c.* 3. ibi.

Et

Digitized by Google

Et in Sabbati veſpere Miſſa Sabbati finiatur, & in *Sylverii Papæ Decreto* apud Burchard. *l. 19. Decret. Cap. de contempt. jejun.* Albaſpinæus *l. 1. obſer. c.* 14. Gonzal. *cit. c. literas n.* 4. & de ordinibus conferendis in Veſperis Sabbati, imò die Dominico continuato jejunio, latè agit pluribus caſibus in praxi adductis Gobat. *theol. experim. tomo 1. tract. 8. caſu 12. ſect. 1. & ſeqq.* & alii apud Halliet. *cit. de ſac. Ordin. ſect. 7. art.* 4. Hinc etſi in pluribus Conciliis Miſſæ Veſpertinæ
15 non admittantur, tamen ibi non agitur de his Miſſis Veſpertinis in diebus jejuniorum à jejunis celebratis, ut proſequitur *cit.* Hallier, ſed improbantur Miſſæ, quæ à non jejunis celabrantur; nam ex Socrate, & Sozom. refert idem Hallier adducto loco, abuſum inoleviſſe apud Alexandrinos, Thebanoſque, quo Miſſæ ad Veſperas, etiam poſtquam variis cibariis repleti eſſent, celebrarentur, quæ clara diſciplinæ corruptio potuit cauſæ eſſe, ut aliqua Concilia peculiaria illarum Regionum, Miſſas illas Veſpertinas prohiberent.

Viguit autem diutiùs in Eccleſia Ritus præfatus ce-
16 lebrandi Ordinationes in Veſperis; ſed ob plures circumſtantias obſolevit; tùm ob debilitatem Epiſcoporum Ordinantium, tam diù jejunia protrahere debentium, tùm ob multiplicitatem Ordinandorum, tùm etiam quia reddita pace Eccleſiæ, libera fuit Ordinum adminiſtratio de die, & coram Populo in Cathedrali Eccleſia, prout hunc morem confirmavit Sac. Conc. Trid. *cap. 3. ſeſſ. 23. de reform.* ibi: *Ordinationes in Cathedrali Eccleſia, vocatis, præſentibuſque ad id Eccleſiæ Canonicis publicè celebrentur; ſi in alio Diœceſis loco, præſente Clero loci, dignior quantum fieri poterit Eccleſia ſemper adeatur*, & *Gloſſ. in citat. Can. quòd à Patribus eadem diſt. ver. Sabbati*, ibi: *Conſuetudo tamen habet, quòd tantùm circa horam nonam Sabbati fiant Ordinationes*, eoque fortiùs, quòd Miſſas ante horam veſpertinam etiam in diebus jejuniorum ſtatutum fuerit celebrari, ſed ſufficere, ut in hora poſt diluculum, & dummodò non ſit poſt Nonam, peragantur, Campanil. *in div. Jur. rubric. 6. capitul. 3. num.* 17.

Prohibitio antedicta Canonica, ne conferentur Or-
17 dines Sacri extra tempora, ſcilicet ſtatuta à jure pro Ordinationibus peragendis, non compræhendit Ordinationes, quæ fiunt per Romanum Pontificem, ut expreſsè excipitur iſte ab hac prohibitione *in cit. cap. de eo*, ibi: *Nulli Epiſcoporum, præterquam Romano Pontifici, liceat ordinare*, ſcilicet extra dicta tempora *& in cap.* 1. *eodem tit.* ibi: *Subdiaconos nulli, niſi Romano Pontifici; liceat in diebus Dominicis ordinare* ex ea ratione, quia Summus Pontifex non ligatur legibus, Canonibuſque, in quibus ſemper exceptus dici debet, propter plenitudinem poteſtatis, quam habet; cùmque tempus non ſit de ſubſtantia Ordinis, & determinatio illius ſit à lege poſitiva, inducta, quæ Papam non arctat; hinc poterit iſte ſemper, & ubique Sacros Ordines conferre, Hoſtien. *cit. cap. de eo nu. 3. ver. Rom. Pontifice* Butr. *in 3. notabili*, Fagnan. *n. 19. & 20.* Halliet. *cit. Juvenien. com. de Sacr. Ordinationibus quæſt.* 8. proindeque ſicuti poteſt Papa extra tempora ordinare, ita diſpenſare, ut ad alio ſic ordinatio celebretur, vel ſpecialiter pro certis Ordinandis, ut ſunt diſpenſationes, quæ conceduntur ab eo per literas Apoſtolicas in forma Brevis, & dicuntur diſpenſationes extra tempora, vel ob privilegia, quæ obtinuerunt Regulares aliqui, ut ordinari poſſint ab Epiſcopis extra dicta tempora. Quare hac ratio-
18 ne in præſenti *Conſtitutione Pii* præſervantur illi à prohibitione, & pœnis hujuſmodi, contra eos latis, qui abſque diſpenſatione Canonica, ſeu legitima licentia extra tempora ordinati fuerint, de quibus diſpenſationibus in forma Brevis latè agit Corrad. *in praxi diſpenſ. lib. 4. cap.* 4. Barboſa *de poteſtate Epiſcop. alleg. 17. nu.* 5. Quam facultatem diſpenſandi ſolent Summi Pontifices etiam præbere Legatis, Nuntiis, Miſſionariis, & Epiſcopis propè Hæreticos, vel Infideles, reſidentibus, & communicatur in formulis facultatum, quæ dantur per Congregationem de Propaganda Fide.

Indultum iſtud ſuſcipiendi Ordines extra tempora
conceſſum à Papa, habet vim etiam, ipſo Papa con- 19
cedente mortuo, & quidem etiam re integra ante inceptam executionem, quia gratia jam facta, eſt perpetua, nec directa Executori, ſed ipſi Oratori, & proindè non intrat regula revalidatoria novi Pontificis, quia ea loquitur de literis juſtitiæ, vel gratiæ, quæ habent ſuos Executores; Et in praxi ſervari dixit Corrad. *in praxi diſp. Apoſt. lib. 4. cap. 6. n. 20. §. ſicut*; & in terminis hujuſmodi Indultorum, & diſpenſationum, quæ concedi ſolent à Legatis, & Vicelegato Avenionis, quòd vigeant, & exequantur finita etiam Legatione, aliis citatis latè Tondut. *quæſt. Benef. tom. 2. cap. 200. n. 34. & ſeq.* ubi etiam in Gallia ſervari.

Hujuſmodi diſpenſatio regulariter concedi conſuevit
arctatis ratione beneficii cum onere Miſſarum, per 20
ſe ipſos celebrandarum, vel cum onere recipiendi Ordines Sacros, necnon habentibus onus Miſſarum per alios etiam celebrandarum; ita Nobilibus, Graduatis, aut trigeſimum ætatis ſuæ annum excedentibus, Prælatis, aliiſque benemeritis; imò attenta penuria Sacerdotum ob morbum epidemiæ conceſſum fuit Indultum præfatum in Italia, ubi peſtis graſſata fuit, & ob penuriam peculiarem alicujus Eccleſiæ ab Ordinario conteſtatam; ut proſequitur Corradus *cit. numero 4. & ſeq.* ubi de cauſis hujuſmodi diſpenſationum, & advertendum, quod *in capit. 5. eodem libro*, agit de diſpenſatione ab interſtitiis, & recipiendis Ordinibus, abſque lapſu temporis in ordine ſuſcepto ſtatutis; quæ alia res eſt, quam præſens, de quibus interſtitiis alibi dicam.

Noviſſimè autem ſub Pontificatu ſan. mem. Innocen-
tii XII. editum fuit Decretum ſequens moderatorium 21
conceſſionum hujuſmodi diſpenſationum extra tempora.

1

Decreta Congregationis à Sanctiſſimo Domino Noſtro ſpecialiter deputatæ ſuper moderatione Indultorum ſuſcipiendi Ordines extra tempora à jure ſtatuta.

SAnctiſſimus Dominus Noſter Innocentius Papa XII. pro paſtorali ſuo in commiſſum ſibi Gregem Dominicum zelo, ac tuendæ Diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtudio proſpicere volens, ne Indulta ſuſcipiendi extra tempora à jure ſtatuta Ordines nimis facilè concedantur, Congregationi particulari EE. DD. Cardinalium Carpinei, Caſanatis, Mareſcotti, Colloredi, Panciatici, & Albani, necnon Illuſtriſſimorum DD. Sperelli, Ciampini, Sacripantis, meique Secretarii infraſcripti ſpecialiter deputatæ, expendendas commiſit cauſas, ex quibus præfata Indulta tribui ſolent, ut Sanctitati Suæ referri poſſet, quæ ratio deinceps ineunda, moduſque adhibendus videretur in conceſſione ſimilium Indultorum.

Quæ quidem Congregatio in ædibus præfati Eminentiſſimi Carpinei die 10. Novembris, atque iterum 7. Decembris anni currentis habita, re maturè diſcuſſa, cenſuit, Indulta hujuſmodi, ſi Sanctiſſimo placuerit, concedi poſſe ex cauſis infraſcriptis, videlicet.

Ut quis Beneficio, vi cujus arctatur ad Presbyteralem Ordinem ſuſcipiendum, vel alteri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel Cappellaniæ ad vitam ſibi conceſſæ per ſe ipſum inſervire poſſit. Ob penuriam Sacerdotum in illis Partibus, vel in Monaſterio pro Regularibus. Ob ſolatium Patris, vel Matris, dummodò quinquagintæ ætatis annos excedant, & Orator ſaltem per triennium in Clericali habitu honeſtè, & laudabiliter vixerit. Item concedi poſſe cenſuit eadem Indulta Referendariis utriuſque Signaturæ, Familiaribus Summi Pontificis, Canonicis Cathedralis, vel etiam Collegiatæ Eccleſiæ, eorumque Coadiutoribus, Magiſtris, ſeu etiam Baccalaureis in Sacra Theologia; Doctoribus utriuſque, vel

ſal-

Digitized by Google

altem Canonici Juris, ſeu Licentiatis, dummodò ſingulos præfatos Gradus in publica, & approbata Univerſitate obtinuerint; Iis etiam, qui ſaltem per triennium ſedulam Theologiæ Studiis operam navaverint, ac tandem vigeſimum ſextum ætatis annum excedentibus, per triennium in Clericali habitu honeſtè, & laudabiliter vixerint.

E contrà cenſuit non expedire, ut eadem Indulta concedantur ex eo, quod quis Diaconus, Subdiaconus, literarum Apoſtolicarum Scriptor ſit, ſeu Magiſter in Artibus, Nobilis, aut Præſens in Curia, vel quod Philoſophiæ curſum abſolverit, aut alicui Eccleſiæ adſcriptus fuerit, ad cujus ſervitii titulum ex Apoſtolico Indulto Clerici ordinari poſſunt, aut Onus Miſſarum, non tamen ex Beneficio Eccleſiaſtico proveniens, habere ſe doceat.

Inſuper cenſuit Indulta hujuſmodi deneganda eſſe iis, qui aliqua diſpenſatione indigent impedimenti ex eorum delicto provenientis, & Sede Epiſcopali vacante infrà annum à die vacationis minimè danda iis, qui Beneficii Eccleſiaſtici recepti, ſeu recipiendi occaſione arctati non fuerint.

Item numquam concedenda pro Feſtivis diebus continuis, ſed ſemper pro interpolatis aliquo temporis ſpatio, arbitrio Epiſcopi definiendo.

Denique cenſuit, Epiſcopos omnes, ac etiam Apoſtolicos Nuncios, & Legatos literis in forma Brevis circularibus admonendos, decreviſſe Sanctitatem Suam Indulta prædicta non ita paſſim, ſed ex certis tantùm, legitimiſque cauſis concedere, nec Epiſcopos ad eorum exequutionem aſtringere, ſed illam ſemper ipſorum arbitrio, onerata eorumdem conſcientia, relinquere. Item per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quempiam ad Patrimonii titulum, niſi ad normam *Concilii Tridentini ſeſſ. 21. capit.* 2. Eos verò omnes, qui ab Apoſtolica Sede facultates obtinent conferendi Ordines extra tempora, vel aliis reſpectivè tribuendi licentiam, ut conferant, maximè cavere debere, ne præſcriptos ſibi in iiſdem facultatibus limites, cujuſvis conſuetudinis, aut exempli prætextu, tranſgrediantur.

Hæc autem omnia, & ſingula ſupraſcripta Decreta, audita ex me integra eorum relatione, SS. D. N. laudavit, & approbavit, ac tàm in Dataria, & Secretaria Brævium, quàm à cæteris omnibus Miniſtris, & Officialibus Curiæ, ad quos pertinet, perpetuò, & inviolabiliter ſervari mandavit, ſublata omnibus quacumque facultate, prædicta Indulta aliter, quàm ad formam eorumdem Decretorum in poſterum expediendi. Hac die 14. Decembris 1693.

Calorus Auguſtinus Fabronus Secr.

Deveniendo nunc ad privilegia conceſſa à Sede A-
22 poſtolica aliquibus Regularibus, ſeu de Collegio, recipiendi Ordines extra tempora; quæ dici poſſunt diſpenſationes perpetuæ pro perſonis certæ ſpeciei, ad differentiam prædictarum diſpenſationum, quæ dantur, ut ſupra dixi, certis perſonis; videntur dictæ diſpenſationes, & indulta, fuiſſe conceſſa à Summis Pontificibus, pluribus Religionibus, ut illi S. Jo: Hjeroſolymitani; quod latè reſcenſet *Borrad. citat. num.* 7. ubi etiam de privilegio conceſſo. Alumnis Collegii Anglici Urbis per Gregorium XIII. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 4. *nu.* 65. *& de Jure Eccleſia lib.* 1. *c.* 33. *n.* 18. *& ſequent.*

Fuit in hac re dubitatum, an per *Concil. Triden-*
23 *tinum citat. ſeſſ.* 23. *cap.* 8. fuerint revocata præfata privilegia. Affirmarunt eſſe revocata plures Doctores, etiam Regulares, ad quorum favorem ea privilegia emanata fuerunt, Gonzalez. *cit. cap. de eo numer.* 7. *verſ. ſed hodiè poſt Concilium*, Suarez *de leg. c.* 17. *num.* 8. Hurtad. *de Ordine difficult.* 23. Lezan. *in ſumm. qu. Regul. tom.* 1. *cap.* 14. *nu.* 1. *& to.* 2. *verſ. Ordines* 5. *eodem numer.* Miranda *in Manual. Prælat. tom.* 1. *qu.* 38. *art.* 4. Peytin. *in privil. Minim. tom.* 1. *Conſtit.* 2. Sixti IV. §. 11. *num.* 39. Barboſa *ad Concil. citat. num.* 5. *& cit. c.* 33. *de Jure Eccleſ. num.* 182. Matthæuc. *de Offic. Curiæ cap.* 35. *num.* 5. *& ſequent.*

Ventrigl. *in praxi annot.* 44. §. *un. nu.* 12. Ricc. *dec. Cur. Archiepiſ. Neap. deciſ.* 93. *num.* 6. *part.* 4. cùm
aliis pluribus, à ſupradictis citatis, & licèt aliquibus 24
hoc privilegium fuerit conceſſum poſt Conc. Triden. ut PP. Societat. Jeſu *in Conſtit.* 77. *Incip.* Pium Gregorii XIII. & cum Fratribus Minoribus de Obſer. in Partibus Indiarum Occidentalium exiſtentibus *in Conſtitut. cum ſicut* 44. Urbani VIII. tamen per communicationem, vel ante, vel poſt Concilium per alios Regulares obtentam à Summis Pontificibus, numquam cenſetur communicatum hoc privilegium; tùm quia, ea privilegia fuerunt conceſſa ob cauſas peculiares, & circumſtantias, quæ non verificantur in aliis Regularibus; tum etiam ex reſtrictivis contentis in privilegiis conceſſis, ne ſcilicet communicari poſſint; ut excludant hujuſmodi communicationem, Lezan. *num.* 19. *Peyrin. cit.* §. *un. num.* 39. Miranda *cit. art.* 4. Donat. *in praxi tom.* 1. *tract.* 7. *quæſt.* 11. *num.* 6. *& quæſt.* 12. *num.* 4. *& tom.* 3. *tract.* 3. *quæſtion.* 26. *num.* 3.

Hinc contendentibus nonnullis Regularibus vigo-
re communicationis privilegium cum PP. Soc. Jeſu, 25
& Minoribus, poſſe, & debere promoveri extra tempora abſque diſpenſatione Apoſtolica, Sacr. Congr. Concil. propoſito dubio; An Archiepiſcopus Senen. licitè hoc facere poſſet. *Die* 11. *Aprilis* 1699. Reſpondit: *Dilata, & Archiepiſcopus abſtineat, donec exhibeantur ſufficientia privilegia.* Et in alia *Aſſiſien.* 23. *Januarii* 1706. ſub dubio: An Epiſcopus potuerit Ordines extra tempora Regularibus conferre, & quatenùs negativè. Secundò an, & in quas pœnas Ordinati inciderint. *Sacra Congregatio reſpondit: Dilata, & ſcribatur Epiſcopo, quod ſe abſtineat, donec exhibeatur privilegia Regularium*; Quas reſolutiones referunt quoque Monacell. *in Formul. par.* 2. *tit.* 13. *num.* 37. & Matthæucc. *in Officiali Curiæ c.* 35. *num.* 5.

Fundamentum doctrinæ præfatæ ex eo deſumpſe-
runt *citat.* DD. quòd Concilium per regulam genera- 26
lem præſcripſit, *ut Ordinationes Sacrorum Ordinum, ſtatutis a jure temporibus celebrentur*; Verba enim ſunt directa Epiſcopis Ordinantibus, & per viam Regulæ univerſalis, & præceptivæ; & ſic nullo modo licet Epiſcopis aliter facere. Unde cùm per privilegia Regularium Pontifex concederet, ut poſſit Epiſcopus eos ordinare extra tempora; per prohibitionem generalem Concilii talis facultas Epiſcopis adempta fuit. Nec obſtat, quòd in dicto loco Concilium non revocaverit privilegia Regularium; quia cùm Tridentinum ediderit legem generalem prohibitoriam ne ſcilicet Epiſcopi, niſi ſtatutis à jure temporibus Ordinationes celebrarent, licèt expreſsè non revocaverit privilegia Regularium; implicitè tamen ea revocaſſe, dicendum eſt, per legem generalem Epiſcopis impoſitam, ut benè in his terminis advertit P. Viva Societatis Jeſu, Vir Pius, & Doctus, *ad propoſitiones damnatas parte* 1. *propoſ.* 36 *num.* 11. ubi nec in foro conſcientiæ poſſe Regulares uti privilegiis, nedùm expreſsè revocatis per Concilium, ut ſonat propoſitio præfata, damnata ab Alexandro VII. ſed neque uti privilegiis implicitè revocatis per legem generalem contrariam, à Concilio latam, ut in hoc caſu prohibitionis factæ Epiſcopis non promovendi ad Ordines Sacros extra tempora. Certè enim fruſtratoria fuiſſet dicta prohibitio generalis Concilii, ſi tale robur non haberet, cùm ea jam jure communi ſtatuta eſſet, *capit. de eo, de tempor. Ordin.* & aliis juribus ſupra adductis, ac præſenti Pii *Conſtitutione*: cùmque poſt prohibitionem, ſucceſſerint privilegia, ut poſſint Epiſcopi ordinare Regulares extrà tempora; ideò per novam prohibitionem generalem à Concilio indictam, voluiſſe Concilium auferre Epiſcopis facultatem illis conceſſam ordinandi Regulares extra tempora, dicendum eſt.

Idque magis procedit, quia etſi juxta literam Concilii *cit. capit.* 8. (nec alibi) non videatur derogatum dicto privilegio; cùm nec verbum quidem fiat de

Regu-

Regularibus ; tamen ſubſecuta Bulla Pii IV. *incip. in Principis Apoſtolorum* 94. inter ejus Conſtitutiones *to.* 2.
27 *Bullar.* magnum ei doctrinæ pondus adjecit. Ipſe enim Pontifex etſi in *Conſtitutione 73. incip. Benedictus Deus* confirmaverit Concilium Tridentinum, tamen in dicta alia Conſtitutione præmittens in exordio, quòd cùm in Concilio quamplura ſalubria, & ad univerſalem morum reformationem valdè utilia decreta, atque ſtatuta ſint edita, quibus multa, atque diverſa privilegia, exemptiones, facultates, indulta, ac Mare Magnum, & aliæ gratiæ, quæ Regularibus, aliiſque, &c. cujuſcumque dignitatis, &c. conceſſa fuerunt, in pleriſque contrariantur; diſponit: quod ipſi in primis cordi eſt, tam Sancta, & Eccleſiæ Dei ſaluberrima decreta ſuos, ut par eſt, effectus ubique conſequi, & ab omnibus obedienter obſervari, privilegiorum, &c. Indultorum, & aliarum gratiarum Apoſtolicarum quarumcumque, &c. tenores, acſi de verbo ad verbum inſererentur pro expreſſis, & plenè inſertis habentes, motu proprio, &c. quod eadem, & omnia privilegia, Indulta, &c. in his omnibus, & ſingulis, in quibus illa ſtatutis, & decretis Concilii hujuſmodi contrariantur, ipſo jure revocata eſſe, caſſata, &c. & ad ipſius Concilii terminos, atque limites reducta ſint, & eſſe cenſeantur; nec quidquam adverſùs ipſa decreta, & ſtatuta, quo minùs ubique, & apud omnes obſerventur in aliquo ſuffragari poſſe, ſed ea perindè haberi, & reputari debere, ac ſi numquam emanaſſent, declaravit, ſtatuit & ordinavit.

Deprehenditur itaque, voluiſſe Pium ultra procedere, quàm Tridentinum; quia ſi tantùm voluiſſet confirmare derogationem privilegiorum factam à Concilio in ejus decretis, laudatam Conſtitutionem non emanaſſet, cùm jam hoc egiſſet in antecedenti Bulla confirmatoria Concilii; ſed quia Pontifex ille benè animadvertit, quòd in pluribus decretis non aderat derogatoria privilegiorum; ideò voluit, ut in omnibus decretis Concilii talis derogatoria comprehendatur: & ſic etiam in diſpoſitis in d. decreto, quòd ſcilicet ordinationes fierent ſtatutis temporibus, *in cit. c.* 8. & benè ſe explicavit dictis verbis, voluiſſe omnia decreta Concilii executioni demandari, & ſubmovere privilegia quæcumque impeditiva eorum exequutionem; & ſic contraria diſpoſitionibus ejuſdem Concilii; unde cùm Concilium diſpoſuerit, quòd ordinationes ſtatutis temporibus celebrentur, voluit ſubmovere privilegium contrarium huic diſpoſitioni, quòd fieri valeant extra tempora. Sicque tutum non
28 eſt fundamentum aliquorum Doctorum aſſerentium, revocationem privilegiorum per Concilium factam reſultare *ex capit. ult. ſeſſ. 25. de Regular.* ubi abrogata fuere privilegia Regularium, Concilii diſpoſitionibus repugnantia; quia vera, atque communis ſententia eſt, quòd revocatio contenta in dicto *cap. ult. ſeſſ.* 25. pertangit tantùm diſpoſita in tota ſola *ſeſſ.* 25. ibi. *Hæc omnia, & ſingula in ſuperioribus decretis contenta*: & facit mentionem de materiis diſpoſitis in tota illa ſeſſione; & ad rem benè advertit Fagn. *cap. quia propter §. illud nu. 6. de elect.* quòd etſi in aliquibus caſibus non adſit derogatio privilegiorum in decretis Concilii, tamen inducta dicitur deindè per dictam *Conſtitutionem* Pii IV. & ponit caſum *in cap. 4. ſeſſ. 22. de reform.* ubi Concilium innovavit *Clementina ne ii de ſtat. & qualitate*, quòd quicumque mancipatus fuerit in Cathedrali, vel Collegiata Sæculari, aut Regulari Eccleſia, Divinis Officiis, Subdiaconatus Ordine ſaltem non inſignitus, vocem in Capitulis non habeat; & tamen quia nec in Concilio, nec in Clementina, quam innovat, derogatur privilegiis, ſed ſolùm conſuetudinibus, & ſtatutis, ut notat Gloſſa, *in cit. Clem. ibi: nota, quod non ſubſtulit privilegia*; & proſequitur Fagn. neque ea abrogaſſet Concilium, innovans dictam Clementinam; attamen videri ſublata per Conſtitutionem prædictam Pii IV. quia voluit iſte ſubmovere omnia privilegia, quæ impedirent executionem decretorum ipſius; aliàs fuiſſet ſuperflua, ſi tantùm voluiſſet tollere privilegia, quæ jam Concilium abrogaverat; cùm jam idem Pontifex alia antecedenti Conſtitutione firmaverit, quæ in Concilio conſtituta fuerant. Et iſtum fuiſſe ſenſum *Sac. Congregationis* addit Fagn. *num.* 7. quòdque requiratur privilegium poſt Concilium, imò poſt *Bullam* prædictam *Pianam* revocato- 29
riam privilegiorum; Hinc die 7. Novembris 1696. *tomo 8. decret. pag. 193. Sac. Congregatio Concilii in Nullius Congregationis S. Jo: Evangeliſtæ Portugalliæ* cenſuit: *Privilegium prædictum minimè Concilii Tridentini decretis fuiſſe revocatum; verum Canonicos dictæ Congregationis diligenter animadvertere debere, ſi privilegium illud hodie in uſu non exiſtat, vel aliomodo revocatum fuerit*; quia aderat dicta revocatio Piana; ob quam removendam Canonici illi obtinuerunt à Clemente VIII. renovationem privilegii prædicti: quia etſi non obſtitiſſet derogatio Concilii, obſtabat illa Pii; aliàs non indiguiſſent novo privilegio Clementis. Ita etſi *in cap. 2. ſeſſ. 5. de refor.* auferatur facultas abſolvendi à caſibus reſervatis, nec derogetur privilegiis Regularibus, attamen eadem *Sac. Congregatio 12. Maii 1564. tom.* 8. cenſuit: *Non poſſe Regulares abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis in vim privilegiorum ante Concilium conceſſorum*; Hinc etiam fruſtratoria fuiſſent Indulta conceſſa poſt Concilium, & Bullam Pianam Societati Jeſu, & Minoribus, ac dictis Canonicis S. Joannis, ſi viguiſſent antecedentia Indulta: animadvertendo ad circumſtantias, quibus moti 30
fuerunt Pontifices ad concedenda Indulta præfata, ut Gregor. XIII. conceſſit Societati Jeſu, quòd eſſent Alumni paratiores ad Miſſiones; & Fratribus Minoribus In Indiis Occidentalibus Urbanus VIII. ut expeditiores eſſent pro operibus Apoſtolicis exercendis: quæ cauſæ novæ conceſſionis expreſsè indicant, ſublata fuiſſe antiqua privilegia ante Concilium indeterminatè conceſſa Regularibus; & proinde Gregorius prohibuit communicationem privilegii, etiam pro iis, quibus communicatio cum PP. Societatis concederetur; & ſic præſuppoſuit revocatum illud privilegium aliis Regularibus antea conceſſum.

Subdunt etiam DD. præfacti, exindè non eſſe communicabile dictum privilegium, tum quia videtur ex cauſis expreſſis difficilis conceſſionis, non concurrentibus peculiaribus circumſtantiis, quibus moti fuerunt Pontifices ad concedendum illud, quæque cauſam Indulto præbuerunt: tum quia expreſsè prohibita fuit talis communicatio, ut ex reſolutionibus etiam Congregationis refert Monacell. *citat. part. 2. titul. 13. numer.* 33. & 34. Accedit prædictus ſtylus, ex quo Regulares obtinent Brevia pro diſpenſatione Ordinationum extra tempora, ut teſtatur *Corrad. in prax. diſp. cit. loco*, & fit mentio in adducto decreto ſub Innocentio XII. de forma concedendi Indulta hæc Regularibus.

In contrariam ſententiam, quòd ſcilicèt per Concilium non fuerint derogata anteriora privilegia Regu- 31
larium, ſuſcipiendi Ordines extra tempora, plures quoque DD. devenere, præſertim Salmaticenſes *tom. 2. Theol. Moral. de Sacram. in genere tract. 8. cap. 8. punct. 5. num. 82. & ſequent.* ubi alii adducuntur, Roderic. *quæſt. Regul. tomo 1. quæſt. 55. art. 17.* Portel. *in dub. Regular. ver. Ordines Sacri num. 4.* Diana *tom. 3. tract. 2. reſol. 81. ac reſol. 86.* Donatus *in praxi Regular. to. 1. tract. 7. quæſt. 8. num. 10.* Trotta *in ſua brevi expoſitione prop. damn. tract. 1. n. 36. prop.* 30. Paſſerin. *de ſtatu hominum, tom 3. q. 189. art. 10. n. 830. & ſequen.* aliique apud eos videndi; Et pro hac opinione dicitur, quòd Concilium in *dicto cap.* 8. duplicem diſpoſitionem facit. Primam, ut Epiſcopus Ordinationes celebret ſtatutis à jure temporibus in Eccleſia Cathedrali, &c. Secundam, quòd uniuſquiſque à proprio Epiſcopo ordinetur, ſubdens: *Quod ſi quis ab alio promoveri petat, nullatenus ei, etiam cujuſvis generalis, aut ſpecialis Reſcripti, ut Privilegii prætextu, etiam ſtatutis temporibus, permittatur, niſi ejus probitas, ac mores Ordinarii ſui teſtimonio com-*

men-

mendentur; Ex quorum contextu verborum elicitur, quòd reſpectu primæ partis Ordinationis celebrandæ ſtatutis temporibus, nulla ſit derogatio privilegiis; quæ appoſita fuit in ſecunda parte, prohibente Ordinationes fieri ab extraneo Epiſcopo ſine literis dimiſſorialibus Ordinarii. Et ulteriùs in hac ſecunda parte ſuppoſuit privilegia exiſtentia, ut poſſit Ordinatio fieri extra ſtatuta tempora, ibi: *Etiam ſtatutis temporibus*; Unde ſupponit poſſe aliquem Ordinari ex vi privilegii, extra illa ſtatuta tempora; & voluit, quòd etiam in hoc deberet fieri Ordinatio à proprio Ordinario, vel cum literis, ejuſdem. Videtur ulteriùs, quòd Concilium in decretis, in quibus voluit derogare privilegiis Regularium, id expreſſit, ut in pluribus capitibus ejuſdem Concilii, & præſertim eadem *ſeſs.* 23. *cap.* 12. ubi ſtatuit, quòd ordinandi habeant ætatem præſcriptam, & prævio eorum examine promoveantur ad Ordines, addendo: *Regulares autem non minori ætate, & ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur, privilegiis quibuſcumque quoad hoc penitus excluſis*; & tamen nec excluſit Regulares, nec eorundem meminit in paulò ante promulgato c. 8. ejuſdem ſeſſionis; & dum Concilium voluit ſervari omnia ſtatuta *in ſeſſ.* 25. *de Regular.* quoad eorum reformationem, expreſsè *in cap. ult. ejuſdem ſeſſ.* derogavit omnibus eorum privilegiis, ſpecifica forma: quæ derogatio, ut dixi, cùm afficiat tantùm contenta in *dicta ſeſſ.* non poteſt afficere diſpoſitionem *dicti cap.* 8. imò elicitur voluntas Concilii, quòd ubi voluit derogare, id claré expreſſit; ergo ubi non expreſſit, non derogavit.

Additur quoque à DD. pro hac ſententia, quòd lex generalis non derogat ſpeciali privilegio antea conceſſo, niſi de hoc fiat expreſſa mentio, Menoch. *de arbitrariis lib.* 1. *caſu* 97. *num.* 2. Bonac. *diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 8. §. 3. *num.* 15. Caſtropal. *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 4. *punct.* 21. §. 4. *num.* 10. & facit *cap. cum Ordinem, & cap. Abbatem* 40. ubi *Gloſ. ver. per literas de Reſcriptis*, Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 2. *num.* 6. Rota *dec.* 354. *nu.* 10. *coram Peutinger.* Quod comprobatur ex uſu Concilii, ut dixi, derogandi, quando voluit, privilegiis antecedentibus. Ita in Conſtitutionibus Summorum Pontificum, in quibus illi Regulares comprehendi volunt, ſolent etiam derogare eorum privilegiis, ut ex tenore Conſtitutionum liquet. Addunt etiam DD. fuiſſe reſolutum *à Sacra Congregatione Concilii*, non eſſe revocata hujuſmodi privilegia, quam reſolutionem refert Roderic. *tom.* 2. *Bullar. pag.* 585. Quæ tamen an ſit authentica dubitatur. Ad *Bullam* 94. præfati Pii IV. reſpondent, Pontificem illum
32 non revocaſſe omnia privilegia Regularium ampliſſimis formis, ſed reſtrictivè quoad ea, quæ eſſent contraria diſpoſitioni Concilii; Cùm autem *in cit. cap.* 8. non prohibeatur, quòd privilegiati nequeant Ordinari extra ſtatuta tempora, ſed tantùm, ut Ordinationes Sacrorum Ordinum ſtatutis à jure temporibus fiant, quæ jure Ordinario ita celebrari debent; numquam excluſit, quòd jure extraordinario privilegii, extra ſtatuta tempora fieri potuerat.

Recurſus tandem facti ad Summos Pontifices à Regularibus, pro obtinendis hujuſmodi Indultis, evenerunt ob difficultates aliquorum Epiſcoporum adhærentium opinioni, quòd fuiſſet revocatum privilegium hoc per Concilium, vel non communicabile Religionibus, illud expreſsè non habentibus; quæ tamen Indulta non receperunt tot alii Regulares, qui à Prælatis adhærentibus favorabili opinioni Ordines recipere valuerunt. Et formula inducta in decreto Innocent. XII. pro expeditione hujuſmodi Indultorum pro Regularibus, potuit eſſe pro Regularibus non habentibus dictum privilegium, nec quidem per communicationem; vel qui recurrerent pro tali privilegio obtinendo, ad ſubmovendas difficultates Prælatorum dictum privilegium pro ipſis valere recuſantium.

In hoc igitur opinionum diſcrimine mihi videtur
33 primò, quòd communicatio d. Privilegii ante Concilium obtenti, dabatur, quia non erat difficilis conceſſionis, neque in præjudicium alicujus; imò nec etiam Epiſcopi ordinantis; cùm conceſſa ſint hujuſmodi Indulta, ut poſſint ordinari ab Epiſcopis Ordinariis, vel cum horum licentia; unde remanet in eorum arbitrio, ſi expediens ſit id agere; ut etiam declaratur expreſsè in præfato Decreto Innoc. XII. remittente executionem hujuſmodi Indultorum eorum arbitrio, & conſcientiæ; ſicque nulla videtur incongruitas communicationis hujuſmodi Privilegii, quod etiam conceditur Clericis ſæcularibus; ſicque cum dictis circumſtantiis poteſt Privilegium communicari, ut aliàs ſupra dixi; & in eiſdem terminis cenſuit *Sacra Congregatio Concilii in citat. Nullius S. Joannis Evangeliſta Portugalliæ*, in qua ſuppoſuit eam habere hoc Privilegium per communicationem ei indultam à Sede Apoſtolica, cum Privilegiis Ordinis S. Hieronymi ante Concilium, ut elicitur ex facto in dicta *Congreg.* relato; Quo verò ad communicationem hujuſmodi Pri- 34
vilegii conceſſi poſt Concilium PP. Societatis Jeſu à Gregorio XIII. *tomo* 2. *conſtitut.* 77. & ab aliis Pontificibus confirmati, cùm in eo adſit prohibitio expreſſa communicationis, certum videtur quod communicatio obtenta à S. Sede Apoſtolica cum Privilegiis PP. Soc. ſi eſſet communi forma elargita, non poteſt effectum ſuum exercere quoad dictum privilegium, ſtante incommunicabilitate, in ejus conceſſione demandata; non quidem ex defectu poteſtatis Papæ ſucceſſoris concedentis communicationem; quia ſucceſſoribus anteceſſor indicare potuerat, non autem quid faciendum imperare; ſed ex voluntate Papæ ſucceſſoris communicantis, an ſi ſciviſſet dict. communicabilitatem inhibitam ab anteceſſore, etiam communicare vellet; præſertim ſi in conceſſione hujuſmodi privilegii adeſſent aliquæ cauſæ ſpeciales, ut ſupra dixi, ſcilicet Miſſiones in PP. Soc. Jeſu, & Fratribus Minoribus in Indiis verſantibus; quia concurrentibus ſpecialibus cauſis conceſſionis, quæ non ſint in Religione habente communicationem, niſi conſtet de voluntate Papæ communicantis, quod etiam ſuppoſito defectu earum circumſtantiarum, ob quas conceſſum fuit privilegium, communicatio detur, ea non habet locum: prout dari poſſet, ſi in literis communicationis ita ampla ſint verba, ut conjici poſſit, Papam voluiſſe omninò communicationem facere, non obſtante incommunicabilitate d. privilegii, & ita videntur conciliari DD. & *Reſolutiones Congregationis ab infraſcriptis adducta*, quòd non ſit communicabile privilegium, ſi ſit in præjudicium tertii, vel Ordinarii, vel non conſtet de præciſa voluntate Papæ, ſi prohibita fuerit communicatio in conceſſione privilegii, Ventrigl. *in praxi tom.* 1. *annot.* 44. §. *certo num.* 12. & adducta ad rem *per* Monacell. *cit. tom.* 2. *tit.* 13. *nu.* 33. *& ſeqq.* imò in cit. per eum *Senen.* ſupra etiam adducta, Archiepiſcopus petiit à Sac. Congreg. Conc. an ipſe licitè poſſet Regulares ordinare extra tempora, id prætendentes vigore communicationis, & participationis privilegiis Societ. Jeſu. Congregatio non reſpondit ſimpliciter negativè, ſed *dilata, & Archiepiſcopus abſtineat, donec exhibeantur ſufficientia privilegia*: ergo ſuppoſuit privilegia talia, valuiſſe ſufficientia eſſe, poſita etiam communicabilitate inhibita à Gregorio XIII. in conceſſione facta eidem Societati.

Quoad verò propoſitum dubium controverſum, an privilegium hujuſmodi, recipiendi ordines extra tem- 35
pora, per Concilium fuerit revocatum; videtur hujuſmodi revocationem non adeſſe expreſſam, quia in *citat. cap.* 8. non intervenit talis derogatio, imò diſcretivè in ſecunda parte decreti quoad ordinationem à proprio Ordinario, appoſita fuit talis derogatio, non autem in prima, quoad derogationem extra tempora, & ita declaravit *Sacra Congreg. Conc. in cit. Nullius Congregationis S. Jo. Evangeliſta Portugallia ann.* 1596. *Privilegium prædictum minimè ex Concil. Trid. Decretis fuiſſe derogatum*; quod corroboratur ex rationibus ſupradictis pro opinione negativa,

Diffi-

Digitized by Google

36 cultas major eſt quoad Bullam 94. Pii IV. in cujus proœmio Pontifex exprimit velle ſe, ut ejus miniſterio Oecumenicum Concilium Tridentinum, remotis quibuslibet obſtaculis, ab omnibus æqualiter obſervetur, & §. 1. addit: *Cùm itaque in eodem Concilio plura ſalubria, & ad univerſalem morùm reformationem valdè utilia Decreta, atque ſtatuta, maturo ipſorum examine præcedente, ſint edita, quibus multa, atque diverſa privilegia in pleriſque contrariantur, &c.* ideò revocat *omnia dicta privilegia, &c. in omnibus, & ſingulis, quæ ſtatutis, & Concilii Decretis contrariantur.* Unde clara eſt voluntas Pontificis, ut omnes ſalubres, & ad morum reformationem utiles diſpoſitiones Conciliares executioni demandentur, non obſtantibus privilegiis quibuſcumque. Certum autem eſt, illud diſciplinæ Eccleſiaſticæ caput, recipiendi Ordines Sacros interpellatis, ſtatutiſque temporibus, ſalubre aſſe Decretum, & pro morum reformatione cenſeri debere emanatum: quod exequendum ſtatuit Papa, ſublato obſtaculo privilegiorum. Si enim Concilium expreſſiſſet, id ſervari à Regularibus, etiam privilegiatis, opus non eſſet Bulla præfata; ſed quia lex non comprehendit privilegiatos, ideò contenta in hoc Decreto, & in aliis non facientibus mentionem de privilegiatis, cum derogatione privilegiorum, voluit Pius ſervari ab omnibus privilegiatis, ſubmoto privilegiorum valore, quoad ea diſpoſita per Concilium. Poſſet tamen dici, Concilium legem non tuliſſe, quòd omnes promovendi ad Ordines Sacros ordinentur ſtatutis temporibus; ſed cum his verbis uſum fuerit: *Ordinationes Sacrorum Ordinum ſtatutis à Jure temporibus, ac in Cathedrali Eccleſia vocatis, præſentibuſque ad id Eccleſiæ Canonicis, publicè celebrentur*; legem fuiſſe datam Epiſcopis ordinantibus, ut omninò Ordinationes facerent, eaſque in loco præſcripto celebrarent: quod de generalibus Ordinationibus dici debet; & ita intelligitur, ac practicatur: ſicque noluit obligare Epiſcopos, ut nonniſi in dictis temporibus ſtatutis, & modo publico, ut ſupra, Ordinationes particulares facere non valeant, ſi haberent poteſtatem Apoſtolicam eas faciendi in certis caſibus.

37 Concludo itaque, utramque Doctorum in diverſa abeuntium aſſertionem, eſſe opinionem, non verò ſententiam certam, ut benè advertit Paſſerin. inſignis Ord. Prædicatorum *de ſtatu hominum tom.3. quæſt.189. art.10. inſpect.10. num.832. in fin.* ibi: *Quia hæc opinio tradens, poſſe id fieri per privilegia communia, ſit opinio, non verò ſententia certa; Epiſcopi nolunt eam ſequi, & ideò, qui indigent ordinari, recurrunt ad Summum Pontificem, & hoc quidem eſt tutius, & ſecurius.* Certum enim eſt, quòd ſecunda opinio ad favorem privilegiorum, habet pro ſe Decretum præfatum. *Nullius Portugalliæ; Prædictum ſcilicet privilegium non fuiſſe revocatum à Concilio*; Sed quia additur in reſolutione: *Canonicos dictæ Congregationis diligenter advertere debere, ſi privilegium illud alio modo revocatum fuerit:* indè evincitur, noluiſſe Congregationem decidere, non fuiſſe revocatum per *Bullam Pianam*, ex qua tota difficultas major exurgit. Nec adeſt reſolutio Congregationis, quòd facta fuerit revocatio per dictam *Bullam Pianam*; quia reſolutiones adductæ à DD. procedunt in aliis caſibus, quàm in iſto; in quo, ut dixi, validè dubitari poteſt, an Decretum Concilii percutere voluerit privilegiatos recipiendi Ordines extra tempora, & in Reſolutionibus *Senen. & Aſſiſien.* relatis per Monacel. *loc. cit.* ut ſupra dixi, fuit tantùm reſcriptum: *Dilata, & abſtineant Epiſcopi, donec exhibeantur ſufficientia privilegia.*

38 Quod non declarat expreſsè, fuiſſe revocata per Bullam Pianam privilegia ante Concilium conceſſa, eo magis, quòd agebatur in illis cauſis de prætenſa communicabilitate privilegiorum per Regulares; proindeque neceſſaria erat exhibitio privilegiorum ad eam decidendam, ut dixi. Et benè in *Lamacen. 22. Septembris 1696. Sacra Congregatio prædicta* reſcripſit: *Epiſcopus ſe abſtineat, donec certiorata Sacra Congregatione, reſponſum habuerit, an hujuſmodi privilegia, ſe extendant ad caſum extra tempora Ordinationum*; & ſic videtur dubia Congregatio, cupiens videre privilegia, non autem determinatè decernere voluiſſe, neque in negativa, nec in affirmativa. Accedit prædictis ad comprobandum, neutram ex prædictis opinionibus pro ſententia habendam, quòd per ſa: me: Alexandr. Papam VII. fuit condemnata ſequens propoſitio. *Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti privilegiis ſuis, quæ ſunt expreſsè revocata per Concilium Tridentinum, ut in prop.36. ab eodem Pontifice damnata.* Unde non fuit confixa ea propoſitio quoad privilegia tacitè, & implicitè prætenſa revocata per Concilium, prout præſumitur fuiſſe revocatum tacitè privilegium hujuſmodi per Concilium, condendo legem generalem, ut fiant Ordinationes ſtatutis temporibus; proindeque tolerata videtur ab Eccleſia propoſitio, aſſerens durationem hujuſmodi privilegii expreſsè non
revocati. Quibus famulatur praxis, quam ſervaverunt 39
plures præſtantes Epiſcopi, qui primæ opinioni contrariæ Regularibus, pro revocatione dicti privilegii adhærentes, noluerunt eos in vim dictorum privilegiorum ante Concilium obtentorum, Sacris Ordinibus initiare; & viciſſim alia praxis retenta ab egregiis etiam Epiſcopis, eos ordinandi facultate Apoſtolica dictorum privilegiorum ante Concilium receptorum, & communicabilium; inter quos eximius Cardinalis Urſinus Archiepiſcopus Beneventanus, de re Canonica optimè meritus, & in Rituum Eccleſiaſticorum praxi tàm verſatus.

Quia enim, ut dixi, hujuſmodi Indulta, tàm in 40
Privilegiis contenta, quàm ſpecialia, quæ expediuntur à Sede Apoſtolica, remittuntur Epiſcopis, ut poſſint Indultarii recipere Ordines extra tempora, quod innui ſupra ex Decreto quoque ultimo ſub Innocent. XII. aliqui Epiſcopi noluerunt hoc arbitrio uti, & privilegiatos ordinare extra tempora, niſi obtento ſpeciali Indulto Papæ, retenta opinione aliquorum DD. & rationibus, quæ revocationem ſuadent, animum eorum retrahentibus; atque alii id faciebant, adhærendo alteri opinioni, non factæ revocationis privilegiorum; ſicque nequiverant argui Epiſcopi tàm deferentes, quàm non dictis Privilegiis ante Concilium conceſſis. Unde concluditur, has duas opiniones eſſe probabiles; quia contra ſe nullum habent Oraculum Pontificium, aut Sacræ Congregationis, nec pro ſententia, utraque eſt habenda; ut benè notat *cit.* Paſſerin. *loco adducto*; videtur tamen meæ ingenuitati fatendum, minimè decere ſciſſuram iſtam opinionum inter Epiſcopos, ex qua malè mereantur de Regularibus Epiſcopi renuentes, & contra, annuentes reputentur laxæ opinionis; proindèque Sedes Apoſtolica ad hujuſmodi inconvenientia obvianda poſſet, vel concedere nova Indulta omnibus Regularibus, cùm agatur de re non præjudiciali, & facilè conceſſibili; aut Summus Pontifex declaret, quid ſit ſervandum; & an dicta Privilegia ante Concilium conceſſa, ſint revocata; cùm in his terminis articuli dubii, ne ſciſſura ſit in obſervantia; præcipuè congruat, ut Summus Pontifex ſententiam propriam declaret, ut habetur in *Extrav. com. Ad Romani de Præbendis, & Dignit.* ibi: *Ad Romani Pontificis providentiam, & circumſpectionem providam ſpectare dignoſcitur, dubia Juris (ex quibus lites graves oriuntur in dies) ſuæ declarationis oraculo terminare: prout (negotiorum qualitate, & temporum conditione inſpectis) conſpexerit in Domino ſalubriter expedire*; & ad rem confert Epiſtola ſcripta dictæ *Congregationi* ab Epiſcopo Barchinonenſi die 2. Octobris Anno 1717. Conquerente etenim illo, quòd Regulares paſſim uterentur hoc privilegio recipiendi Ordines extra tempora, ſic prætendentes, vel non eſſe revocatum per Concilium, vel aliàs; aut habere illud per communicationem obtentam cum Societatis Jeſu; huicque prætenſioni videri contrarias reſolutiones præfatas in adductis *Senen. & Aſſiſien.* & in facto promoveri Regulares à quibuſdam Epiſcopis in tribus diebus feſtivis ad Sacros Ordines; Hæcque cùm ita ſint, addit Epiſcopus in Epiſtola, Eminentiſſ.

PP. ut in hoc puncto generali ſpectante ad Eccleſiaſticam Diſciplinam, certa regula ab omnibus, ut par eſt, obſervetur, ne ex praxis diverſitate diſcordiæ oriri poſſent inter Antiſtites, Sacram Congregationem conſulere, reſpondere ejus oraculo circa prædicta.

41 Cùm hæc ſcripſiſſem, & antequam typis mandaretur hic Tomus: ad Supremam Petri Cathedram promotus fuit Eximius Cardinalis Vincentius Maria Urſinus Archiepiſcopus Beneventanus, ſub *die 29. Maii præteriti anni* 1724. aſſumpto nomine BENEDICTI XIII. Iſte Pontifex flagranti zelo, quo pollet, ad novam praxim reducens Conciliorum Romanorum celebrationem, elapſis Eccleſiæ ſæculis tàm ſalubriter, ac utiliter frequentatam, ut que etiam Metropolitanos ad Concilia Provincialia cogenda juxta Concilii Tridentini ſtatutum, incitaret, Concilium Romanum, ſub ejus Præſidentia celebrandum indixit in Baſilica Lateranenſi; vocavitque ad illud omnes Epiſcopos Provinciæ Romanæ, Epiſcopoſque exemptos à Metropoli, in quo Concilio emanatum fuit Decretum, per quod SS. D. N. dictum diſciplinæ uſum privilegiorum extra tempora recipiendi Ordines per Regulares, ſervari poſſe declaravit, illaque privilegia ſubſiſtere, nec de eorum revocatione conſtare: quam declarationem Apoſtolicam uſque adhuc non factam, ac deſideratam, & opportunè faciendam ego ſuperius dixeram. Tenor decreti eſt ſequens.

In Concilio Romano,

SUB BENEDICTO PAPA XIII.

Ann. 1725. Tit. V.

De Temporibus Ordinationum.

Cap. II. *Regulares ſuorum vigore privilegiorum, tutò abſque novo Indulto Apoſtolico extra tempora ſacris initiantur.*

Quo verò ad Regulares privilegia à Summo Pontificibus habentes, ſivè expreſsè, ſivè per viam communicationis conceſſa, Sacros videlicet Ordines extra tempora ſuſcipiendi, cum Privilegia ipſa in ſuo robore perſiſtant, nec iis derogatum fuiſſe conſtet, decernimus proindè, Regulares eoſdem abſque novo Indulto Apoſtolico, tutò poſſe extra tempora ordinari.

42 Dies etenim Feſti, in quibus juxta vim hujuſmodi Indultorum extra tempora, ordinari permittitur privilegiatis, an debeant eſſe feſtivi de præcepto, hoc eſt, ut à populo ſerventur abſtinentia ab operibus ſervilibus, & laboribus, vel quod ritu feſtivo in Eccleſia celebrentur? Utramque opinionem probabilem exiſtimat Tambur. *de Jur. Abbat. tom.2. diſp.2. quæſt.13. num.7.* DD. hinc inde adductis; ſed ſupervacaneum eſt ſuper hoc diſſerere, cùm ſatis ſit adducere infraſcriptam reſolutionem *Sacr. Congregat. Concilii* relatam à Fagnan. *in cit. cap. de eo de temp. Ordin. n.42.* Præſuppoſito quòd minores Ordines poſſunt conferri diebus Dominicis, aut aliàs feſtivis; dubitatur an appellatione diei feſti comprehendantur feſtum, in quo ab Eccleſia fit officium, an verò debeat eſſe feſtum, quòd à populo colatur. Secundò, idem eſt dubium quoad promovendos vigore diſpenſationum de promovendo extra tempora diebus feſtivis. *Ad primum Sacra Congregatio Concilii cenſuit, comprehendi dies feſtos, qui à populo ſervantur, toto titulo de fer. de Conſecr. diſt.3. cap.1. & 12. ſeſſ.25. Concilii Tridentini de Regular. Ad ſecundum idem reſpondit.* Duo ta-
43 men Sacris Ordinis eodem die conferri non debent, *cap. Dilectus de tempor. Ordin. cap. Litteras eodem titulo*, ubi illicita dicitur ordinatio facta die Sabbati in Diaconum, & continuato jejunio die ſequenti in Preſbyterum, *cap. 2. de eo, qui furt. Ord. ſuſcep.* & noviſſimè Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. cap.13. de reform.* ita ſtatuit: *Duo Sacri Ordines non eodem die etiam Regularibus conferantur; Privilegiis, ac Indultis quibuſvis conceſſis non obſtantibus quibuſcumque*; quod Indultum poſt Concilium, datum nunquam fuit à Sede Apoſtolica; imò in Indultis recipiendi Ordines extra tempora, adjicitur, ut interpolatis diebus conferantur; ut ex decreto ſub Innocent. XII. quoad dicta Indulta mox referendo, ſervari dictum fuit; & in *Conſtit.* Pii IV. 94. incip. *In Principis* expreſsè revocantur omnia privilegia, quæ contraria eſſent diſpoſitis per Concilium Tridentinum.
Et ad rem in caſu propoſito in *Sacra Congregatione Concilii in una Bovenſi*: An ordinatus eodem die ad 44
minores, & Subdiaconatum, ille, necnon Epiſcopus ordinans in pœnas, & quas inciderint. Dictum fuit per me, diſtinguendo inter ordinatum, & ordinantem; quoad primùm ſcilicet, quòd etſi juxta aliquos graviter ſolùm peccent ſic ordinati, & nullam ſuſpenſionis pœnam incurrant, quia textus in *cap.2. de eo, qui furt. Ordin. ſuſcep.* & alii procedunt in eo, qui clandeſtinè ſe immiſcet, & temerario auſu recipit ordinem Subdiaconatus cum minoribus, vel duos Sacros eodem die, *cap. litteras, cap. dilectus de tempor. ordin. & Concilium Tridentinum* procedunt in recipiente duos Ordines Sacros eodem die, ut incurratur ſuſpenſio latæ ſententiæ per ordinatum, Theſaur. *de pœnis par.2. cap.15. num.4. ver. Ordines*, & circa non ſervata Interſtitia, vel tempora Statuta (de quorum reorum pœnis dicam infra) in dicto caſu *Bovenſi* obtenta fuit diſpenſatio Apoſtolica cum ſolito Brevi; unde cùm non eſſent furtivè recepti Ordines, ſed Epiſcopo ſic volente, & ordinante collati, dici poterat ordinatum non incurriſſe in ſuſpenſionem, in tali circumſtantia non inflictam, ut dicitur apud Gonzal. *cit. cap. dilectus 14. num.11. in fine* Barb. *cap. veniens num.61. de excess. Prælat.* Guttierez *Can. quæſt. lib.1. cap.26. nu.30. & 31.* Roſſignol. *de ordin. par.1. quæſt.2. art.6. num.19.* & plures citati à Theſaur. *de pœnis par.2. cap.15. num.2. §. ſed alii dicunt* Tamen 45
videbatur magis conſona, & communior opinio, quòd incurrat ordinatus ſuſpenſionem ab Ordine ſuſcepto Subdiaconatus; explicantes ſic Textum *cit. in cap. 2. de eo, qui furt. Ord.* Bonac. *de ſuſpenſ. tom.1. diſp.3. punct.5. §.1. num.4. verſ. ſimiliter, & de ſuſpenſ. in particul. tom. 3. diſp. 3. quæſt.1. punct.4. tit.2. num.2. verſ. ſi vero*, Barb. *ad Concil. Trident. ſeſſ.23. cap.13. num.14. de reform.* Pignatell. *conſult.319. tom. 1.* Theſaur. *cit. num.2.* qui de communi id procedere teſtatur cum Laym. *cap.10. num.10.* ubi refert declarationem Sacræ Congregationis. Et Sacra Congregatio Concilii in una Neapolitana cenſuit: *Ordinatum in prima Tonſura, una cum Ordine Subdiaconatus eodem die, incurriſſe ſuſpenſionem, & quia miniſtravit in dictis Ordinibus, etiam incidiſſe in irregularitatem, 6. Auguſti* 1611. *tom. 11. pag. 103. decret.* quia verè formalis cauſa prohibitionis in *cit. cap. 3. de eo, qui furtivè*, eſt, ne recipiatur ſimul eodem die Ordo Sacer cum minoribus, & praxis Sacræ Pœnitentiariæ eſt, quod habeantur iſti ordinati pro ſuſpenſis, & irregularibus, Pignatell. *loc. cit.* & in dicto caſu *Bovenſi* ceſſabat quæcùmque difficultas, cum adfuiſſet Breve ſuper diſpenſatione ab Interſtitiis, & extra tempora, in quo præſcribitur, ut pluribus, vel unico die Ordines minores diſpenſatus reciperet, & ſubindè Sacros in tribus diebus feſtivis interpolatis.

Quoad Epiſcopum verò Ordinantem, licèt juxta 46
aliquos potuiſſet is ſic ordinare, tamen communiter id recipitur, ubi adſit conſuetudo, ut unico die minores, & Subdiaconatus conferantur, ut reprobato Vaſquez, & aliis apud Caſtropal. *Oper. moral. par.5. tract.27. diſp.unic. par.13. num.5.* docuerunt DD. apud Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.23. cap.13. num.fin. & cap.11. num.7. & ad cap.2. num.2. de eo, qui furtivè ord. ſuſcep.* Fagnan. *cap. de eo num.41. de tempor. ordin.* Campanil. *in div. Jur. Can. rub.6. num. 15. §. minores, & in Cæremonial. Romano ſub Clemente VIII.* id prohibetur in *rubr. de Ordin. Majoribus*; itaut nequeat Epiſcopus ſuper hoc diſpenſare, Venet. *in examin. Ep. lib.1. cap.18. num.12. & 13.* & declaravit Sacra Congreg. *in Calaguritana Ordinis* 24.

Aprilis

Digitized by Google

Aprilis 1694. probandam eſſe conſuetudinem. Non in-
47 currit autem Epiſcopus ita ordinans eodem die ſuſpenſionem aliquam; quia quoad conferentes etiam duos Sacros Ordines eodem die, dicitur pœna ſuſpenſionis eſſe tantùm ferendæ ſententiæ, ut de communi teſtatur Theſaur. *loc. cit. nu.*4. *cum ibi cit.* Cùm in his materiis non debeat attendi Bulla Sixti V. 92. contra malè promotos, in qua pœnæ contra eos, & promoventes ad Ordines inflictæ fuerunt; nam redacta fuit illa à Clemente VIII. *Conſtit.*40. ad terminos Juris, & Concilii Tridentini, ut ad rem hujus caſus advertit *cit.* Theſaur. *ibid.* §. *adverte*; Ut enim Epiſcopi ſubjiciantur ſuſpenſioni, & cenſuris ob controventionem legum, fieri debet de iis ſpecialis mentio, *Cap. privilegio de ſentent. excommunic. in* 6. quidquid dicat Pax Jord. *de re Sacra lib.*3. *tit.*6. *num.*430. & docuerunt in his terminis Epiſcopi Ordinantis, citati DD. & Theſaur. *citat. num.*4. ac reſoluit Sacr. Congregat. in dicta *Neapoli-*
48 *tana*, in qua, quoad Epiſcopum dixit tantùm eſſe coarguendum, & plectendum, etſi quoad ordinatos cenſuiſſet incurriſſe, ut dixi; ſicuti Epiſcopus Ordinans extra tempora abſque Indulto, vel ſine lapſu interſtitiorum, non incurrit ſuſpenſionem, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. par.*2. *alleg.*17. *num.*9. Corrad. *in praxi diſp. lib.*4. *cap.*6. *num.*29. Unde ordinatum in dicto caſu incurriſſe, & Epiſcopum acriter eſſe reprehendendum, cùm egerit contra morem Eccleſiæ, & Cœremonialis præſcriptum, ac in diſpenſatione Apoſtolica extra tempora, in hac cauſa dixit Sac. Congregatio *die* 7. *Maii* 1707. ac reſolvit: *Quoad ordinatos dandam eſſe abſolutionem, impoſita pœnitentia ſalutari arbitrio Epiſcopi vicinioris* (quia Epiſcopus fuerat particeps actionis prohibitæ) *quo verò ad Ordinantem, ad mentem*; ut ſcilicet non ſolùm acriter admoneatur, ſed per litteras moneatur, quod licèt gravior pœna ipſi eſſet infligenda, quia plus deliquit ſcienter conferendo his tribus Clericis minores cum Subdiaconatu eodem die; attamen ex benignitate Congregationis omnis pœna pro hac vice ei remittitur, quodque impoſterum à ſimilibus committendis omninò abſtineat.

Ad rem poteſt facere dubium propoſitum in Sacr. Congregat. Concilii ab Epiſcopo Portalegrenſi: An ſuppoſita conſuetudine immemorabili licitum ſit conferre primam Tonſuram, & minores Ordines feria ſexta poſt prandium ante diem Sabbati quatuor temporum. Viſum etenim fuit, quoad primam Tonſuram nullam adeſſe difficultatem, cùm eadem conferri poſſit quacumquè die, & hora, ut habetur in Pontificali Romano *tit. de Cleric. facien.* quoad verò Ordines minores, etſi poſſint conferri diebus Dominicis, & feſtivis, ut in eodem Pontificali Romano, tamen non eſſet improbanda conſuetudo in his locis, ubi antiquiſſima viget, conferendi eos Ordines feria ſexta poſt prandium ante diem Sabbati quatuor Temporum, ex rationibus adductis à DD. id approbantibus, & præſertim quòd conſiderari poteſt dies Sabbati inceptum à Veſpere antecedenti, nec jejunium, aut Miſſa Ordinantis in iis conferendis ſit neceſſaria, Gobat. *in theol. exper. tract.*8. *caſu* 12. *ſect.*1. *num.*452. *pag. mihi* 511. ubi teſtatur de more Germanorum Epiſcoporum, & Conſtantiæ eſſe morem conferendi Ordines minores de mane feria ſexta ante Sabbatum præfatum, & de uſu in Hiſpania *cit.* Henriquez *libr.*10. *cap.*12. *num.*2. & ita dixit Leand. *oper. moral. tom.*1. *diſp.*11. *de temp. Ordin. quæſt.*7. & de uſu in Gallia Juvenin. *de Sacram. quæſt.*8. *de Ritib. Sacram. Ordin. cap.*2. *in fine*, & generaliter attendi poſſe dictam conſuetudinem, Velaſc. *alleg. Jur. tom.*1. *alleg.*4. *num.*4. Barboſa *de poteſt. Ep. par.*1. *alleg.*11. *num.*21. *verſ. Concedit etiam conſuetudo*, ſed contrarium ſcripſit Pax Jord. *de re ſacra to.*1. *lib.*3. *tit.*6. *num.*411. quodque non viderit unquam id ſervari, nec ſervandum Ventrigl. *in praxi part.*1. *annot.*44. §. *unic. num.*7. Ricc. *part.*2. *reſol.*173. *num.*1. *verſ. ſed mihi non placet*, Fagnan. tamen *in cap. de eo num.*31. *& ſeq. de temp. Ordin.* etſi diſtinguat, ut illud poſſet licitè fieri in Ordinatione privata, & ſecreta, accedente conſuetudine, ac neceſſitate, ſeù utilitate aliqua Eccleſiæ, ſecùs in publica Ordinatione, ac ſuſtineat dictam opinionem, & contrariis plenè reſpondeat, quòd procedant in Sacris Ordinibus, ut id fieri non valeat conferendo unum, die veſpere feriæ ſextæ, & alterum die Sabbati quatuor temporum, non autem quoad Minores die Veneris prædicti; tamen *num.*40. ſubdit, quòd expediret, ut ea conſuetudo abolerentur. Congregatio præfata Concilii ſub *die* 13. *Aprilis* 1720. ad præfatum dubium propoſitum reſpondit: *Affirmativè quoad primam Tonſuram, & quoad minores Ordines conſuetudinem immemorabilem tolerari poſſe, ſed expedire, ut Epiſcopus ſe conformet Pontificali Romano, tit. de minoribus Ordinibus.*

Deveniendo nunc ad ſecundum caput prohibitio- 49
nis contentæ in hac Bulla Pii II. quod non ordinentur in Sacris ante legitimam ætatem conſtituti, præmittendum eſt communem eſſe Theologorum, ac Canoniſtarum ſententiam, nullam eſſe neceſſariam certam ætatem pro recipiendis validè quibuſcumque Ordinibus, itaut etiam infans, & ante uſum rationis validè ordinetur, & eſt capax Ordinum, ut contra adductos à Majol. *de irregul. cap.*12. & Durand. *in* 4. *diſt.*25. *quæſt.*2. *num.*8. citantem pro ſe D. Thom. *in* 4. *diſt.*25. & Paludan. *cit. diſt. quæſt.*3. *concl.*8. aſſerentem, quòd ut validè Ordines conferantur infanti, requiratur conſenſus Parentum, docent Theologi poſt D. Thom. *dicta diſt.*25. *quæſt.*2. *art.*1. D. Bonav. *ibid. art.*2. *quæſt.*2. Scotus *quæſt.*1. *art.*2. D. Anton. *artic.*1. *tit.*14. *cap.*16. §. 1. Ledeſma *de Ordin. dub.*14. Victoria *in ſumma num.* 237. Sanchez *opuſc.* 57. *cap.* 1. *num.*6. Suarez *diſp.*51. *ſect.*1. *num.*2. ubi iſtam opinionem docere D. Thomam advertit, & *Canoniſtæ ad cap. Vel non eſt compos, de temp. Ordin. ubi gloſ. V.* ætate *Abbas antiquus Compoſtell. Innocent. nu.*1. *V.* ætatem non eſſe de ſubſtantia, Fagnan. *ibid. num.*7. & plenius *cap. ſuper inordinata num.*35. *& ſeqq. & nu.*39. *de præbend.* & DD. *ad cap. nullus Epiſcopus*, ubi prohibetur infantem ordinari, & ſic ex præcepto Eccleſiæ, *eodem tit. in* 6. ubi Monach. *num.*3. Joann. Andr. Archid. Ancharan. *Domin. num.*1. Paſſerin. *quæſt. unic. num.*11. ubi plures citantur; & conſonat *cap. unic. de Cler. per ſaltum promoto, ubi gloſ. V.* diſcretionis. Pontifex enim demandavit, quendam ante uſum rationis ordinatum in minoribus, & Subdiaconatu, per ſaltum deindè promotum ad Sacerdotium, debere Sacro Diaconatus Ordine omiſſo, initiari; unde habuit validam inaugurationem aliorum Ordinum antecedentium receptorum infantia, alios demandaſſet etiam iſtorum iterationem, nec eſſe neceſſarium conſenſum parentum hujuſmodi Infantium; cùm non ſit neceſſarius conſenſus ordinati, qui ſatis eſt, ſi non diſſentiat, ut proſequitur *cit.* Paſſer. *num.*13. cùm poteſtas conferatur non contradicenti, licèt non petenti, & communem eſſe opinionem iſtam pro validitate tradit Sanchez *opuſc. lib.*7. *cap.*1. *dub.*32. *num.*1. *& de matrim. lib.*7. *diſp.*30. *n.*4. *& ſeqq.* Tolet. *lib.*1. *cap.*61. *verſ. eſt autem*, Theſaur. *de pœnis par.*2. *cap.*1. §. *Ordines ante ætatem legitimam num.*4. ubi dixit, quòd ordinatus ante uſum rationis, ſeù ante ſeptennium Clericus, fruatur privilegio Canonis, & fori tantùm: & quòd ſic ordinatus ad Subdiaconatum non teneatur ad votum Caſtitatis, niſi pubes ratificaverit, Sanchez *de matrimon. diſp.*30. *lib.*7. *num.*8. hinc amenti Ordo conferri validè nequit, ſi habuerit antea uſum rationis, quam amiſit, quia ſupponitur non acquiſcere receptioni illius, quem tempore ſuo congruo non petiit, Bonacina *de Sacrament. diſp.*8. *par.*5. *num.*3. Caſtrop. *tract.*27. *diſp. unic. par.*7. *num.*4. Sed ſi quis amens perpetuò fuiſſet, validè ſuſcipit Ordines, ſi initietur, Suarez *citat. ſect.*1. *num.*2.
Paſſerin. *cit. num.*15. Sed Ordinationem Epiſcopi ali- 50
qui dicunt non eſſe validam, ſi agatur de infante ordinato ante uſum rationis, ut poſt Div. Thom. *cit.* & Div. Bonavent. tradit Turrecremata *cap. Subdiaconus diſtinct.*77. Menoch. *de arbitr. lib.*2. *cent.*5. *caſ.*427. *num.* 10. & alii *citat.* per Paſſerin. *ubi ſupra num.*14. cùm Epiſcopus faciat conjugium cum ſua Eccleſia in ejus Ordinatione; *capite inter incorporalia de*

tranſlat. Epiſcop. & verè Eccleſiæ ſe obſtringit, ac devovet, D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 4. *& quæſt.* 189. *art.*7. Contrarium tamen docent, quòd ſcilicet validè quis ordinetur in infantia, etiam antè uſum rationis, Bonac. *cit. diſp.*8. *par.*5. *num.*4. & alii apud Caſtropal. *cit. tract.*27. *par.*7. *num.*5. cùm eadem ſit ratio, ac in ordinato in aliis Ordinibus, nam ſicuti poteſtas conſecrandi poteſt validè recipi ſine neceſſitate conſenſus, ita poteſtas Ordinandi, & confirmandi; nec neceſſe eſt pro validitate Ordinis Epiſcopalis, ut ordinetur quis pro certa Eccleſia; Fuerunt enim Epiſcopi Nullatenſes certis Eccleſiis non affixi.

51 Cæterùm iſta Ordinatio infantium ante uſum rationis ſemper fuit reprobata, & de honeſtate non uſurpanda etiam in minoribus Ordinibus; ut ipſe D. Thom. dixit *cit. loco*, & referunt Silveſter, & alii apud Paſſerin. *cit. num.*16. Barboſa *de Jur. Eccleſ. lib.*1. *cap.*38. *num.*43. & licèt ex neceſſitate præcepti eſſe neget D. Thomas, *ubi ſupra*, & refertur à Fagnan. *num.*36. *cit. cap. ſuper inordinata*; tamen cum deindè ſupervenerit prohibitio Bonifac. VIII. *in cap. nullus de tempor. Ordin. in* 6. ut notant Fagnan. *cit. num.* 40. *in fine*, & Paſſerin. *num.*16. *in fine*, prohibita eſt Ordinatio Infantis in quocumque Ordine, etiam tonſura, ex neceſſitate præcepti; & ex eadem propterea neceſſitate
52 non eſt permittenda. Infantibus enim antiquis Eccleſiæ temporibus conſuevit Ordo lectoratus conferri; cùm putarent veteres optamè morum puritati conſultum iri, ſi puerili ætate, quos ſæculum contagio non infecerat, Ordinibus initiarentur; in *epiſtola* enim prima Syricius Papa *cap.*9. ſcripſit: *Quicumque itaque ſe vovit obſequiis Eccleſiæ à ſua infantia, antè pubertatis annos baptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari*, & refertur *in Can.* 3. *diſt.*77. unde mendosè pro *vovit*, legitur, *voluerit*. Adoleſcentiam deindè conſecuti, uſque ad annum vigeſimum Acolythatus, & Subdiaconatus officiis detinebantur; quo tempore ad Diaconatum permittebatur aſcenſus, & poſt quinque annos à Diaconatu ad Sacerdotium fiebat gradus; & Zoſimus Papa *epiſt.*1. *cap.*2. *&* 3. *relat. in can. in ſingulis* 2. *cit. diſt. In ſingulis gradibus hæc tempora ſunt obſervanda, ſi ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit*, quorum Canonum varium intellectum, vide apud *cit.* Fagnan. *cap. ſuper inordinata num.*24. *& ſeqq.* ubi latè de ætate præſcripta quoad Ordines minores, de qua alibi loquemur.

53 Quo verò ad ætatem pro Sacris Ordinibus requiſitam, antiquitùs ex *cit. Can.* Syricii, & Zoſimi videtur fuiſſe præſcriptam, ut ad Subdiaconatum non perveniretur, niſi ætatis anno vigeſimo ad Diaconatum 25. ad Presbyteratum 30. Verùm, ut obſervat Cabaſſut. *in Concil. Agathen. Canon.* 16. *Iſti enim Syricii, cùm Zoſimi Canones, quales nunc ſuperſunt, adeò perplexè loquuntur, eorumque ita diverſa ſunt exemplaria, tùm Typis edita, tùm manu ſcripta; quibuſdam vigeſimum, aliis trigeſimum annum in una, eademque re proponentibus, ut opus ſit aliundè diſpoſitionem ætatis præſcriptæ explorare.* Et de ſatis obſcuro eorum Canonum intellectu dixerunt *Canoniſtæ* apud Fagnan. *cit. num.*24. *& ſeqq. & num.*33. *Patres Neocæſar. Synod. anno* 314. celebratæ *cap.*11. præceptum fecerunt, quòd *Antè annum trigeſimum presbyter non ordinetur, quia Dominus Noſter Jeſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt, & prædicavit*; Et in *Agath. Presbyterum, vel Epiſcopum, ante triginta annos nemo ordinare præſumat*; Ætas verò pro Diaconatu præfixa fuit in *Concil. Carthag. III.* ad annum 25. cui concordant *Arelaten. III. Can.*1. *& Aurelian.* 3. *Can.*6. Et *in Viennenſi* ſtatutum fuit, ut anno 18. ad Subdiaconatum; 20. ad Diaconatum, & 25. ad Presbyteratum promoveri quis poſſit. De qua varia temporum diſciplina, latè Thomaſſin. *de nova, & veteri diſcipl. par.*1. *lib.*2. *cap.*67. *& ſeqq.* ſed Tridentini PP. prudentia, & moderatione utentes, ita conſtituerunt: *Ut nullus impoſterùm ad Subdiaconatus Ordinem ante vigeſimum ſecundùm; ad Diaconatus ante vigeſimum tertium; ad Presbyteratus ante vigeſimum quintum ætatis annum promoveatur*, *ſeſſ.*23. *cap.*12. Itaut ſufficit ætas prædicta incœpta, Paſſerin. *cit. nu.*20. & an ſi deficiat unus dies, & quid in biſextili, & de pluribus caſibus practicabilibus Gobat *in theolog. experim. tract.*8. *caſu* 13. *latè*.

Orientalis porrò Eccleſia arbitrio Ordinandorum 54
non reliquit, ut ordinari valuerint quacumque ætate. Supra enim ex *Concil. Neocæſar.* ad trigeſimum ætatis annum Ordinationem Presbyterorum fuiſſe præfixam vidimus; *in Concil. quoque Trull. Can.*7. ætas triginta annorum pro Sacerdotio, vigintiquinque pro Diaconatu, & viginti pro Subdiaconatu præfinita fuit, & alibi, etiam in *Baſilic. Codice, & Novel.* reperiuntur Conſtitutiones, quibus Ordinandorum ætates moderantur; unde ſi modò non obſerventur, non ritu, & more Græco, ſed adulterina quadam conſuetudine introductum, ait Allat. *de ætate, & interſtitiis etiam apud Græcos ſervandis*. Super defectu ætatis præſcri- 55
ptæ à Concilio in Ordinandis in Sacris non poteſt ullam diſpenſationem concedere Epiſcopus, *cap. dilectus de tempor. Ordinat.* ſed ſpectat ad ſolum Summum Pontificem; in qua maxima circumſpectione, & raritate diſpenſare debet; unde Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo ſcripſit; *Si provectæ ætatis minimè reperiantur, & neceſſitas expoſcat, à viginti quinque annis, & ſupra, Levitæ, & Sacerdotes ordinentur*, *Epiſt.*12. & Corrad. *in praxi diſpenſat. lib.*4. *cap.*2. *num.*43. dixit, ſemper exulaſſe à Curia diſpenſationes ſuper ætate ad ſuſcipiendos Sacros Ordines, ut vix pro aliquo ultra montes exiſtentes, maximo favore fuerit conceſſa; ſubdit tamen, quod urgentiſſima ex cauſa videatur non conſueviſſe denegari; & ponit ex- 56
emplum diſpenſationis hujuſmodi, tàm cum Clericis ſæcularibus, quàm regularibus, etiam ultra annum, factæ ad ſuſcipiendos Sacros Ordines ab Urbano Papa VIII. ob graſſatam in Civitate Neapolis, & in aliis mundi Partibus, tùm peſtem, cùm morbum ſtrangulatorium, vuolgò *mal di gola*; qui morbi ab Infantibus, & pueris, ad natu majores tranſeuntes, ferè omnes, quos illis infici contigerat, de medio ſubſtulerunt; proindè etiam numerus Sacerdotum ſæcularium, & Regularium imminutus valdè remanſit. In præſenti conceduntur diſpenſationes ob penuriam Sacerdotum, vel alia neceſſitate beneficii Sacerdotalis, vel beneficii requirentis Ordinem; non ultra tamen treſdecim menſes.

Sed an Regulares habeant in hoc aliquod privile- 57
gium. Et quidem illud obtinuiſſe PP. Minores, ut anno vigeſimo tertio poſſint Ordinari Sacerdotes, ab Innocent. VIII. *in compendio privilegiorum Minor. ver.* diſpenſatio §. 14. eumdemque Pontificem conceſſiſſe Generali ejuſdem Ordinis, ut quo ad Sacerdotium, poſſit diſpenſare cum illis, qui annum vigeſimum ſecundum compleverant, refert Tambur. *de Jure Abbat.* *tom.*2. *diſp.*2. *quæſ.*15. *num.*1. Sed quæcumque privile- 58
gia, & quibuſcumque conceſſa, revocata fuiſſe conſtat per Sacr. Concil. Trident. *cit. ſeſſ.*23. *cap.*12. ubi verbo univerſali injungitur, ut nullus impoſterum Ordinari poſſit in Sacris, niſi in ætate præſcripta, & ſupra indicata, addendo: *Regulares quoque, nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine, ordinentur, privilegiis quibuſcumque, quoad hoc penitus excluſis*. Et in Bulla Pii IV. confirmatoria Concilii expreſsè revocantur privilegia quæcumque Regularium, contraria diſpoſitionibus Conciliaribus; & Sixtus V. *in Conſt. Sanctum, & Salutare* ſtrictè præcipit ſervari Concilium in Ordinum ſuſceptione; licèt moderata fuerit à Clement. VIII. *in Conſt. incip. Romanum Pontificem*, quoad pœnas, & cenſuras, aliaque contenta ultra Concilium, & Conſtitutionem præſentem Piianam, præterque ſancita contra ſimoniacè Ordinantes, & Ordinatos; ſicque virtute Privilegiorum non poſſe Regulares promoveri ante ætatem à Concilio præſcriptam; & in pœnas ab iſta Conſtitutione inflictas incidere, Rodriquez *tom.*3. *quæſt.*23. *art.* 6. *&* 8. Tambur. *cit. tom.*2. *diſp.*2. *quæſt.*15. *num.*1. *& tom.*3. *diſp.*5. *quæſt.*11. *num.*13. Barboſa *cit. cap.*12. *Concil. num.*10. Diana *par.*3. *tract.*2. *reſol.*59. *verſ.* ſed optimè negat,

Gobat.

Digitized by Google

Gobat. *in theol. exper. tom.1. tract.8. caſu* 13. ubi latè de iſta materia Ordinandorum cum pluribus caſibus practicabilibus videndus, Mirand. *tom.1. quæſt.39, artic.1.* ubi ſubdit, ſe neſcire de aliqua conceſſione, quę ſit facta poſt Concilium ſequitur Paſſerin. *tom.3. quæſt.*
59 189. *art.* 10. *inſpect.* 10. *num.*841. Nec vera eſt aſſertio aliquorum, poſſe in foro conſcientiæ Regulares ordinari ante ætatem juxta antiqua privilegia, ut DD. apud Diana *cit. tract.2. reſol.*59. quæ communiter rejicitur, Diana *cit. loco initio*, Lezan. *par.1. cap.*14. *num.* 1. Vaſquez *in* 3. *diſp.*246. *cap.*4. *num.*43. Ceſped. *dub.*53. *num.*2. Etenim vivæ vocis oraculum S. Pii V. prætenſum, quòd in foro conſcientiæ poſſint Regulares uti privilegiis per Concilium revocatis, eſt incertum; & quatenùs conceſſum, fuiſſet ſublatum à Gregorio XIII. qui in *Conſtit.* 9. incipiens *in tanta*, reduxit omnia privilegia Mendicantium conceſſa per S. Pium, ad terminos Tridentini, & ſic etiam conceſſa per oraculum, vel ei derogatum per *Conſtit.* 27. Gregor. XV. incipiens *Romanus Pontifex*, in qua omnia oracula Pontificia, ad favorem cujuſcumque Religionis, aliorumque, præter ea Cardinalium, emiſſa, ab-
60 rogantur, & Urbanus VIII. *Conſtit.* 157. *tom.*5. *Bull.* etiam quoad Cardinales. Imò diſpoſitio Concilii fuit confirmata à Sixto V. poſt Pium *Conſtit.* 91. *ejuſdem*, pro obſervatione requiſitorum à Concilio in Ordinandis; imò ſi quæ ſint privilegiorum confirmationes factæ ad favorem Religionum, adeſt in iis limitatio, dummodò non ſint contraria Sacro Concilio Tridentino, & ſic non reviviſcunt præterita privilegia, Diana *cit. reſol.* 59. *in fine*; Itidem adeſt propoſitio damnata ab Alexandro VII. 36. in Ordine: *Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti Privilegiis ſuis, quæ ſunt expreſſè revocata per Concilium Tridentinum*; & latè circa hanc materiam prætenſorum privilegiorum Regularium contra Tridentinum Pater Dominicus Viva Societatis Jeſu *in tract. ad proſp. damn. part.1. propoſ.*37. Alexandr. VII. Vir quidam Doctus, & Pius, qui plura munera, apud Societatem laudabiliter obivit in Provincia Neapolitana, cujus eſt.

61 Quoad demùm tertiam hujus Conſtitutionis Pianæ diſpoſitionem, ut nullus Ordinari valeat abſque litteris dimiſſoriis Ordinarii, ut ſupra in Epitome, & initio Conſtitutionis indicavi: pro opportuna diſciplinæ hujuſmodi notitia ſciendum, frequentiſſimè antiquis Eccleſiæ Canonibus fuiſſe ſancitum, non licere Epiſcopis alienos Clericos à proprio Epiſcopo non dimiſſos Ordinare, *Canon.* 17. *Concilii Nican. de Clericis non Ordinandis ſine conſenſu Epiſcopi*, ubi hæc habentur: *Siquis auſus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in ſua Eccleſia, cum non habeat conſenſum Epiſcopis ipſius, à quo receſſit Clericus, irrita erit hujuſmodi ordinatio.*

Apertiſſimè quoque hæc diſciplina traditur in *Concilio Sardicenſi Can.*18. *Nulli Epiſcopo liceat alterius Epiſcopi Civitatis Miniſtrum Eccleſiaſticum ſolicitare, & in ſuis Parochiis Ordinare*; & *Can.* 19. *Quicumque ex alia Parochia voluerit alienum Miniſtrum ſine conſenſu ipſius, & ſine voluntate ordinare, non ſit rata Ordinatio*. Et conſentiunt innumera alia Sacrorum Canonum, & Summorum Pontificum decreta, *Concilio Carthaginenſe III.* ita loquitur, *Canon.*21. *ut alienum Clericum niſi concedentes eis Epiſcopo nemo audeat, vel retinere, vel promovere in Eccleſia ſibi credita*. Idem ſtatuitur *in Concilio Africano ſub Anaſtaſio cap.*20. In *Concilio Telenſi, ſive Teleptenſi.* (ut aliqui potiùs legunt) In *Concilio V. Valentino I.* tempore Hormiſdæ. In *Concilio Aurelianenſi V.* ſub Virgilio Papa. Et *in Bracharenſi I. Can.*
62 26. cujus verba referre non pigeat: *Placuit, ut nullus Epiſcopus Clericum alterius Ordinare præſumat, ſicuti & antiqui Canones vetuerunt, niſi fortè ſignata ipſius Epiſcopi ſcripta ſuſceperit*. Quibus verbis, & confirmantur vetuſtiorum Canonum decreta, & eorum ſententia apertiùs explicatur; quæ cùm licentiam proprii Epiſcopi requiſierint; eam non niſi ſcriptis, ſigno Epiſcopali munitis, exaratam exhiberi voluit Bracharenſis, ad temeritates Clericorum, fraudeſque compeſcendas, ut obſervat Franciſc. Hallier. *de Sacrament. Ord. ſect.*15. *& ad rem ſunt epiſt. plures Summorum Pontificum*, Julius Papa I. *Epiſt.*6. *Siricius Epiſt. ad African.* Innocent. I. *Epiſt. ad Victricium Rhotomagen.* Leo III. *Epiſt.*84. *Concilium Taurinaten. cap.*6. *Carthag. I. cap.*5. *Concilio Roman. ſub Zachar. cap.* 11. *Capitular. Carol. Magn. ann.*11. *Regn. Capitular. Aquiſgranen. ann.*21. *Regni ejus, Vuormatienſe Can.*48. *Meldenſe cap.*51. *Cabilonenſe II. cap.*42. *& alii Canones* apud Gratian. *diſt.*71. & apud Balut. *tom.*1. *Concil. ad dictum Concil. Telenſe, ſivè Teleptenſe.*

Nimis operoſum eſſet omnes alios Canones Conciliorum, & Pontificum Conſtitutiones ſigillatim recenſere. Dignus tamen eſt, ut hìc referatur *Canon.* 17. *Trullanæ Synodi*, cujus decreta licèt omnia ab Eccleſia Romana non probentur, plurima tamen laudantur; cùm Sanctiſſimam Diſciplinam, vel conſtitutam, vel confirmatam eſſe per eam evidens ſit. Verba *cit. Canon. ſunt*: *Nullus omninò Clericus in quocumque ſit gradu, poteſtatem habeat ſine proprii Epiſcopi ſcripta dimiſſoria, in aliena Eccleſiæ Cathalogum referri*. Ex quo ultra conſentientem veteribus Canonibus diſciplinam, etiam dimiſſoriarum derivatam nomenclaturam accepimus, ut notat Hallier. *de Sacris Ordination.* ex Græca voce, qua utitur Concilium, quæ Latinè ſonat dimittere.

Sed contra ea, quæ hucuſque retulimus, opponi 63
poſſunt nonnulla exempla, ex antiquitate deprompta, ex quibus non improbari videtur diſciplina, qua potuerit alienus Epiſcopus non ſibi Subditum Ordinare. Sic Origenes, cùm Alexandriæ natus eſſet, tamen in Palæſtina à Theoctiſto, & Alexandro Sanctiſſimis Epiſcopis, & Clericus, & Presbyter Ordinatus eſt; quam Ordinationem licèt Demetrius Epiſcopus Alexandrinus improbaverit, *& tanta in Origenem debacchatus ſit inſania, ut per totum Mundum ſuper ejus nomine ſcriberet*, ut loquitur D. Hieronym. *de Scriptor. Eccleſ.* non aliud tamen habebat, quòd objiceret Demetrius, niſi quòd ſpontanea mutilatione irregularitatem contraxerat, ut conſtat ex Euſeb. *lib.6. cap.*8. An autem hoc, jure oppoſuerit, diſſerit Natal. Alexandr. *diſſert.* 15. *Sæcul.III.* contendens mutilationem Origenes non fuiſſe illius canonicum impedimentum, ac proindè immeritò ab Epiſcopo Alexandrino vexatum. Nec fingi poteſt eum à Demetrio litteras dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos obtinuiſſe, ut nonnulli contendunt ex malè intellecto Hieronymi *loco, de Scriptoribus Eccleſiaſticis*. Quis enim crederet Demetrium, poſt impartitam licentiam, potuiſſe tàm vehementer adverſus Origenem excandeſcere. Idem dici poſſet de D. Hieronymo, ipſe enim Stridonis Oppido in Dalmatia natus, Romæ, ut probabiliter creditur, educatus, à Paulino Antiochiæ Epiſcopo ordinatus eſt. Paulinus Burdegalæ baptizatus, à Lampio Epiſcopo Barcinonenſi, Presbyter inauguratus eſt. B. Martinus in Pannonia Originem duxit, Ambiani baptizatus eſt; & tamen Hilarius Pictavienſis: *Tentavit impoſito Diaconatus Officio ſibi eum arctiùs implicare, & miniſterio vincere divino*; ut loquitur *Severus Sulpicius*.

Ut autem his, quæ opponuntur ſatisfiat, advertendum eſſet, diſciplinam fuiſſe antiquis temporibus conſtanter præſcriptam, & ſervatam religioſè; qua tantùm Clerici, non autem Laici prohiberentur ab alieno Epiſcopo, proprio inconſulto, Sacros Ordines recipere. Id cuilibet verba Sacrorum Canonum perpendenti, patebit. Omnes enim Sacri Canones decem prioribus ſæculis conditi, ſolùm de Clericis loquuntur; itaut prohibeant ne quis inconſulto eo Epiſcopo, à quo Clericus primùm factus eſt, ad Ordines promoveretur, *Canon. illud, Canon. Clericos, Can. Extraneo diſt.*71. Hucque refertur D. Auguſtinus *epiſt.* 235. *Regenſe* (ait) *Concilium, ibi invenies de ſolis Clericis eſſe ſtatutum; non autem de Laicis.*

Audiendus eſt *Can.* 9. *Concilio Arauſic. I. Si qui autem alienos Cives, aut alibi conſiſtentes, ordinaverint, nec Ordinati in ullo accuſantur; aut ad ſe eos revocent,*

aut ipſi eis impetrent, cum quibus habitent. Ex quibus verbis colligitur teneri ſolùm Epiſcopos, qui alienos Cives ordinaverint, dummodò nullius criminis rei fuerint accuſati, ut vel numero ſuorum Clericorum adſcribant, vel eos ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi degunt, recipi procurent; ne vagantes, & acephali permaneant; ex qua diſciplina, ea quæ retulimus argumenta diſſolvuntur. Cùm enim Viri ſupra laudati è Laicorum numero ad Clerum fuerint adſcripti, potuerunt canonicè à ſupradictis Epiſcopis promoveri.

65 Ratio autem hujus diſcriminis erat, quia per Ordinationem, Epiſcopus Clericum Ordinibus inſignitum, ita ſibi mancipabat, ut non potuerit citra ejus aſſenſum alteri ſe Epiſcopo adglutinare; quæ mancipatio in Laicis, utpotè Ordinibus deſtitutis, locum non habebat. Ex quo animadverti poteſt, validiora jura ex ea diſciplina, Epiſcopo Ordinationis, quàm originis fuiſſe tributa; quòd evidenti exemplo, *à Concilio Carthaginen. III.* petito, confirmatur. Commendavit Julianus Epiſcopus, Epigonio Epiſcopo, puerum quemdam valde inopem, *proprium ſui Loci Civem*; illum Epigonius non tantùm baptiſmate initiavit, ſed inſuper expenſas, tàm pro educatione, quàm pro inſtitutione in re litteraria miniſtravit; ac tandem Lectorem inſtituit. Tùm Julianus eum inconſulto Epigonio denuò ſibi vindicavit, & ad Diaconatum promovit. Ea de re offenſus Epigonius ſuas querelas porrexit Patribus dicti Concilii; qui Juliano præceperunt, ut Epigonio Clericum reſtitueret. Unde patet Julianum, qui Epiſcopus erat originis, coactum Epigonio, qui erat Epiſcopus Ordinationis, Clericum reſtituere.

66 Ex qua iterum diſciplina colligitur, quòd diſcrimen adſit inter litteras dimiſſorias antiquorum, & eas noſtri temporis. Per illas namque à proprio Epiſcopo, veluti manumittebantur Ordinandi, itaut omnia jura, quæ in illo habebat amitteret, translatis eis in Epiſcopum, cui litteræ dimiſſoriæ dirigebantur. Sic loquitur *Concilio Carthagin. III. Can. 21. Ut alienum Clericum, niſi concedente ejus Epiſcopo, nemo audeat, vel retinere, vel promovere in Eccleſia ſibi credita*. Quæ verba manumiſſionem illam, & reſpectivè mancipationem haud obſcurè innuunt. At litteræ dimiſſoriales noſtri temporis illam quaſi manumiſſionem non operantur, remanentque ſemper jura penes Epiſcopum, qui eas litteras concedit; cùm juxta præſentem diſciplinam major habeatur originis ratio, quàm Ordinationis. Rationem autem hujus innovationis dat Thomaſſin. *par. 2. lib. 1. cap. 2. num. 13*: Cùm namque prioribus Eccleſiæ ſæculis, nondum Chriſti jugo ſubeſſent omnes Orbis Romani Provinciæ, & Civitates nondum ſuos haberent Epiſcopos; qui inde erant oriundi, non poterant ſe Epiſcopo illi aptiùs adgregare, quàm ei, qui primus illis manus injiciebat; ut eos ſibi vindicaret; at cùm poſteà Eccleſia longè, lateque diffuſa, Orbiſque penè univerſus ab ipſo Epiſcoporum ore, fidei documenta hauſerit, æquiſſimum viſum eſt, ut Epiſcopus Miniſtros ſuos eligat ex eorum numero, quos ipſe per baptiſmum ſibi, Eccleſiæque ſuæ genuit, & quorum mores ex pueritia obſervavit.

67 Reperiuntur tamen in antiquis monumentis exempla, quibus conceſſas fuiſſe litteras dimiſſorias cum obligatione revertendi ad propriam Parochiam, evincitur; verùm hoc infrequens fuit; quinimò contra Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem illas concedi ajebat
68 S. Gregorius *lib. 4. ind. 13. ep. 30*. Unde cùm diutiùs ea diſciplina viguiſſet, cœpit tandem immutari, & major auctoritas Epiſcopo originis adſcribi, *Concil. Ravenat. anno 997. can. 3.* decrevit: *Ut nemo alterius Diœceſenſes, vel Parochianos* (non ait Clericos, ut anteriora Concilia loquebatur) *recipere, aut promovere, ſeu retinere præſumat ſine Canonicis Epiſtolis*. Idem ſtatuitur *in cap. nullus de temp. Ordin. in 6.* ubi Papa prohibuit, ne hominem quemquam alienæ Parochiæ Epiſcopus ordinet ſine litteris dimiſſorialibus ſui Ordinarii; & ſic non prohibuit non ordinari Clericum ſolùm, ſed nec Laicum. Etenim in *cap. eos qui eodem tit.* Gregor. X. *in Concilio Lugdunenſi* prohibuit Ordinationem de Clericis tantùm Parochiæ alienæ, & alii Canones ſuprà à nobis indicati, *& in cit. cap. Nullus*, Bonifacius prohibitionem extendit etiam ad laicum, ut notat Gloſſ. *cit. cap. eos qui, V. Clericos, & Gloſſ. in cit. cap. nullus, V. homini laico*, etſi ſubdat in fine fuiſſe hanc prohibitionem promulgatam ante dictum textum *cap. nullus* Bonifacii VIII. nempè *in can. 6. diſt. 71. ex Concilio Carthaginenſi I.* ſed quidquid ſit de legalitate *d. Can.* ut infra dicam, Conſtitutio illa Bonifacii fuit prima generalis; eamque comprobavit tantùm Concilium Tridentinum, quod etiam quoad laicos procedit, ut non admittantur ad Ordines ſine litteris dimiſſoriis proprii Ordinarii, *ſeſſ. 14. de reform. cap. 2.* Quod quanta prudenti œconomia introductum ſit, cuilibet eſt in comperto. Quid non magis ad pacis conſervationem conducit, quàm mutua illa honoris viciſſitudine ſervata, in alterius Diœceſis homines manus non injicere; illorum ſollicitudinem proprio Epiſcopo relinquendo. Hinc benè in *cit. Concilio Carthaginenſi I. can. 5. Privatus Epiſcopus Vegeſelitanus dixit: Suggero Sanctitati veſtræ, ut ſtatuatis, non licere Clericum alienum ab aliquo ſuſcipi ſine litteris ſui Epiſcopi, neque apud ſe retinere; nec laicum uſurpare ſibi de plebe aliena, ut eum ordinet ſine conſenſu, & conſcientia ejus Epiſcopi, de cujus plebe eſt. Gratus Epiſcopus dixit: Hæc obſervantia pacem cuſtodit, nam & memini in Sardicenſi Concil. ſtatutum, ut nemo alterius plebis hominem uſurpet*. Tamen Canonibus Carthaginenſis, & Sardicenſis, non adeo delatum fuiſſe fatendum eſt; cùm ex Carthaginenſi III. aliiſque ſupra relatis monumentis, contrarium evinci, probatum jam ſit.

Bonifacius itidem VIII. ad tres fontes redaci di- 69
xit in *cap. cum nullus eodem tit. de temp. Ord. in 6.* ex quibus quis poſſit Ordinari ab Epiſcopo, & ſine litteris dimiſſorialibus; declarando, quis ſuperior eſſet, ad quem Ordinationem ſpectare dicunt Canones; ſcilicet vel ratione originis, aut domicilii, ſeu beneficii, quorum altero concurrente titulo, quis ſit Epiſcopi reſpectivè ſubditus quoad Ordines recipiendos, & latè DD. & Paſſerin. & Barboſa *ad dictum textum*, ſed plures inter illos exortæ fuerunt opiniones circa intelligentiam dictorum titulorum, ut quis poſſit Ordinari ab Epiſcopo, ut proprio Ordinario. & etiam Sacrum Concilium Tridentinum plura decreta in hac re edidit; unde emanarunt plurimæ reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii diebus variis propoſitis.

Sed nemo prudentiùs diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſuper 70
eo capite conſuluit, quam ſemper recolendæ memoriæ Innocent. XII. in Bulla, *Speculatores*; qui ut ſacrilegam impudentiam illorum hominum compeſceret, qui denegatos ſibi meritò à propriis Præſulibus Ordines Clericales, ab alienis Epiſcopis, non quæ Jeſu Chriſti ſunt, quærentibus, ſuſcipere non erubeſcebant, inſciis propriis Præſulibus; ſub minus legitimis Beneficii Eccleſiaſtici, originis, domicilii, familiaritatis, ac commenſalitatis titulis; decrevit, declaravitque primò: Ut nulli deinceps Epiſcopo, tametſi Cardinalatus honore fulgeat, liceat exterum quempiam, ac ſibi ratione originis, ſeu domicilii (juxta modum, quem poſteà declarat) legitimè contracti, non ſubditum ad Clericalem Tonſuram promovere, cujuſvis beneficii Eccleſiaſtici, ei ſtatim, ac Tonſura hujuſmodi inſignitus fuerit, conferendi, ſeu ad quod is à Patronis jam præſentatus, ſeu nominatus fuerit, prætextu, etiam ſi Beneficium prædictum de novo, ea expreſsè adjecta lege fundatum fuiſſe conſtiterit, ut quis immediatè poſt Clericalem characterem ſuſceptum ad illud inſtituatur.

Declaravit ſecundò, quòd licèt Clericus ratione 71
cujuſvis beneficii Eccleſiaſtici in aliena Diœceſi obtenti, ſubjici dicatur Juriſdictioni illius Epiſcopi, in cujus Diœceſi beneficium hujuſmodi ſitum eſt; ille

Digitized by Google

ille tantùm ſubditus ad effectum Ordinis ſuſcipiendi dicatur; qui beneficium Eccleſiaſticum in ejus Diœceſi habuerit, quod ejus eſſet redditus, ut ad congruam vitæ ſubſtentationem, ſivè juxta taxam Synodalem, ſivè ea deficiente, juxta morem regionis, detractis oneribus per ſe ſufficiat, illudque ab Ordinando pacificè poſſideatur, ſublata quacumque facultate ſupplendi, quod deficeret fructibus ejuſdem Beneficii, cum adjectione Patrimonii, etiam pinguis, quòd ipſe Ordinandus in eadem, ſeù alia quavis Diœceſi obtineret. Quin imò, ut etiam in caſu, quo ratione beneficii potuerit ad Ordines promoveri, teſtimoniales quoque litteras Epiſcopi originis, vel domicilii, debeat exhibere.

72 Declaravit tertiò, ut ille tantùm ratione originis ſubditus dicatur, qui naturaliter ortus eſt in ea Diœceſi, in qua ad Ordines promoveri deſiderat, dummodò tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occaſione nimirùm itineris, officii, legationis, mercaturæ, vel cujuſvis alterius temporalis moræ, ſeù permanentiæ ejus patris in illo loco; quo caſu nullatenus ejuſmodi fortuita nativitas, ſed vera tantùm, & naturalis Patris origo erit attendenda. Et ſi quis tanto temporis ſpatio in eo loco, in quo ex accidenti natus eſt, moram traxerit, ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci litteras teſtimoniales obtinere, illaſque Epiſcopo Ordinanti, per eum in collatorum Ordinum teſtimonio ſimiliter recenſendas, præſentare tenetur. Quòd ſi Pater in alieno loco, ubi ejus filius natus eſt, tamdiù, ac eo animo permanſerit, ut inibi verè domicilium de Jure contraxerit, tunc non origo Patris, ſed domicilium per Patrem legitimè contractum, pro Ordinatione ejuſdem filii attendi debeat.

73 Declaraverit inſuper quartò, Subditum ratione domicilii ad effectum Ordines ſuſcipiendi dumtaxat cenſeri, qui licèt alibi natus fuerit, illud tamen adeò ſtabiliter conſtituerit in aliquo loco, ut vel per decennium ſaltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum ſuorum partem cum inſtructis ædibus in locum hujuſmodi transferendo, ibique inſuper per aliquod conſiderabile tempus commorando, iſtis ſuperque ſuum perpetuò ibidem permanendi animum demonſtraverit; Et nihilominùs ulteriùs utroque caſu ſe verè, & realiter animum hujuſmodi habere, jurejurando affirmet; ſi quis tamen à propriæ originis loco in ea ætate diſceſſerit, qua potuerit alicui Canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii ſuæ originis teſtimoniales litteras Epiſcopo Ordinanti afferre debebit.

74 Declaravit quintò, præcepitque, ut nullus Epiſcopus alienæ Diœceſis ſubditum familiarem ſuum ad aliquos Sacros, ſeù minores Ordines, vel etiam primam Tonſuram promovere, ſeù ordinare præſumat, abique ejus proprii, originis ſcilicet, ſeù domicilii Prælati teſtimonialibus litteris; & niſi ad præſcriptum Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23. *cap.* 9. *de Reform.* familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in ſuo actuali ſervitio ſecum retinuerit, ac ſuis ſumptibus aluerit; Beneficium inſuper, quòd ad vitam ſubſtentandam juxta modum ſuperiùs præfinitum ſufficiat, quacumque fraude ceſſante, ſtatim, hoc eſt ſaltem intra terminum unius menſis à die factæ Ordinationis, re ipſa illi conferat. Quibus omnibus ejuſdem Pontificis declarationibus optimè, ac ſapientiſſimè diſciplinæ Eccleſiaſticæ conſultum fuiſſe, nemo dubitabit.

75 Eamque Conſtitutionem ſervari pluries Sacra Congregatio Concilii religioſè mandavit, & Sancta Memoria Innocentius XIII. in Conſtitutione edita pro Regnis Hiſpaniarum, confirmata per Sanctiſs. D. N. BENEDICTUM XIII.

Ad prædicta animadvertendum cenſeo hoc loco, circa dimiſſoriales requiſitas, ut quis à ſuo non Epiſcopo ordinari licitè valeat, nempè Cardinalem Urbis Vicarium habere facultatem promovendi ad primam Tonſuram ſine dictis litteris exteros in Urbe commorato per ſex menſes, Corrad. *in praxi diſpen.* *lib.*4. *cap.*6. *num.*1. ſed de hoc dicam infra *Conſtit.* 1. Pauli II. ubi de Vicario Urbis erit ſermo.

Peculiarem etiam Sanctionem ad fraudes compeſcendas Ultramontanorum Sedes Apoſtolica promulgavit, qui fictas dimiſſorias à longinquis eorum regionibus ad Epiſcopos Italos deferentes, hos fallebant, ut ordinarentur ſine vera Ordinariorum propriorum licentia ab hac Piana Conſtitutione, & Concilio requiſita, ut ſupra; Etenim editum fuit Decretum generale à Summo Pontifice emanatum, ut Ultramontanis abſque Sanctitatis Suæ, vel Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium licentia Ordines non conferrentur; ſub quo decreto non fuiſſe comprehenſos Regulares declaravit eadem *Sacra Congregatio in una Neapolitana* 30. *Decembris* 1617. ut refert ex Sel. Barboſa *ad Concilium cap.*8. *ſeſſ.*23. *de reformat.* ex eo, quia in Decreto generali non comprehenduntur Regulares, niſi de eis fiat expreſſa mentio; Imò anno 1624. promulgata fuit *die* 11. *Decem-* 76
bris per Urbanum VIII. Conſtitutio, quæ incipit *Secretis* 33. *tom.*4. *Bullarii*, qua injunctum extitit, ut non ordinentur Ultramontani ab Epiſcopis Italiæ, nedum ad Sacros Ordines, ſed neque ad Minores, aut Clericalem Tonſuram, niſi dimiſſoriæ requiſitæ propriorum Ordinariorum per Nuntios Apoſtolicos, ſeù Collectores earum regionum, ac per Vicarium Urbis approbatæ non fuerint, ſub pœna Ordinantibus ſuſpenſionis per annum à Pontificalibus, & perpetuæ ſuſpenſionis quoad ordinatos, ut inferius dicam, ubi de pœnis contentis in hac *Piana*, ac etiam de iis ſancitis adverſus Ordinatos cum falſis, at fictis dimiſſoriis.

78 Rursùs hoc loco animadvertendum eſt circa ſuperiùs diſpoſita in hac *Bulla Piana*, & *Concilio Tridentino*, dimiſſorias proprii Ordinarii requirentibus, ut ab alieno Ordinario quis ordinetur, quòd commorantes in Urbe nequeunt ordinari extra Urbem cum litteris dimiſſoriis proprii Ordinarii, ſed debent dirigi Cardinali Urbis Vicario, & ei eas præſentare, à quo debent Ordines recipere, juxta Edictum tempore Clementis VIII. anno 1603. emanatum, ad Alexandri VII. *die* 15. *Maii anno* 1664. & declarationis, Congregationis deputatæ, ab eodem Pontifice approbatæ, quorum meminit Monac. *in form. tom.*2. *tit.*13. *for.*3. *num.*44. & Theſ. *de pœn. ver. Ordines cap.*29. ubi ait, non procedere contra recipientes primam Tonſuram; alias contravenientes incurrunt ſuſpenſionem Papæ reſervatam, & pluries vidi, dum Secretarius fui Sacræ Congregationis Concilii recurſus hujuſmodi tranſgredientium fieri pro abſolutione obtinenda, quæ datur audito Cardinali Urbis Vicario, & ejus arbitrio. Ulterius adeſt *Conſtitutio Ale-* 79
xandri VII. 126. *tom.*6. *Bull.* quòd in Epiſcopatibus propè Urbem Cardinalitiis, in quibus non ſunt Suffraganei, quos habent Epiſcopatus Veliternus, & Sabinæ, quicumque ad minores, vel majores Ordines vult promoveri, debet adire dictum Cardinalem Vicarium cum litteris dimiſſorialibus ſui Ordinarii; & non ad alium Antiſtitem accedere pro Ordinatione ſub pœna ſuſpenſionis, & concedi ſolet ab iſta abſolutio contravenientibus per Sacram Congregationem Concilii arbitrio Cardinalis Vicarii, forma, quam ſupra innui. Poteſt tamen Cardinalis Epiſcopus accedere ad ſuam Diœceſim, & ibi facere Ordinationes, ut laudabiliter aliqui fecerunt, & facit Eminentiſſimus Cardinalis Barberinus Epiſcopus Præneſtinus, morum integritate, paſtorali zelo, & nobilitate fulgens.

80 Ad rem quoque adverti debet, quòd Græci, & Albanenſes Græco ritu viventes, & commorantes in Italia ſine litteris dimiſſoriis proprii Ordinarii loci latini, & Diœceſani, nequeunt promoveri ad Ordines, ut ex *Conſtit. Clementis VIII.* 34. §. 4. ſub pœna ſuſpenſionis, & ſi miniſtraverint incurrunt in irregularitatem, & dicam alibi, ac quatenus ordinentur ab Epiſcopo Latino illi, qui à Presbytero Græco ſint confirmati poſt Baptiſmum, uti fieri conſuevit, debent

antè Ordinationem confirmari denuò ſaltem ſub conditione.

81 Quæ hucuſque dicta ſunt de ſubditis alienis non ordinandis ſine litteris dimiſſorialibus propriorum Ordinariorum, Romanum Pontificem non attingunt, qui cùm ſit Paſtor Univerſalis Eccleſiæ, omnes fideles illi ſubduntur, & proindè poteſt cujuſque Epiſcopi Subditum ordinare. Unde Julius Papa Primus *ep. cap.* 6. cùm ſtatuiſſet; *Ut nullus Epiſcopus alterius Parochianum præſumat retinere, aut ordinare abſque Epiſcopi voluntate*; ſtatim addit, *ſalva tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate*, & hoc eſt, quod innuit Pius II. in hac Bulla cum ait: *præterquam, ſi per Sedem Apoſtolicam juxta ejus ſtylum ordinati fuerint*, Corrad. *in*
82 *praxi diſp. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 7. ubi diſpenſatum refert cum quodam Tranſylvano per Urbanum VIII. ut potuerit extra tempora ſine titulo beneficii, & Patrimonii, & abſque dimiſſoriis litteris à quocumque Epiſcopo promoveri, ac de hujuſmodi Apoſtolica facultate fit mentio per Concilium Tridentinum *cap.* 11. *ſeſſ.* 7. *de reform.* ubi facultates Apoſtolicæ de promovendo à quocumque non ſuffragari voluit, niſi habentibus legitimam cauſam, ob quam à propriis Epiſcopis ordinari non poſſint, in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, niſi ab Epiſcopo in ſui Diœceſi reſidente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti prævio examine, & de cauſis, quibus rarò etiam conceditur hujuſmodi facultas, dixi *cit. Conſtit.* Urbani II. *tom.* 1. *ſect.* 2. *num.* 77. & Corrad. *in praxi diſp. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. *& ſeq.* ubi in caſu denegatæ Ordinationis per proprium Ordinarium, ut provideri ſoleat, & quomodo per Sedem Apoſtolicam, & ad iſtam facultatem Apoſtolicæ Sedis facit *Textus in Canon. fraternitatem diſt.* 71. ubi habetur, fuiſſe à Summo Pontifice Gregorio conceſſam facultatem Fortunato Epiſcopo Neapolitano ordinandi quemdam Venafranæ Diœceſis; hoc tamen, ut dixi citato loco, rarò fieri debet, & ſola juſta exigente cauſa, imò Papa ſolet in diſpenſationibus extra tempora, vel ætatis, quas concedit apponere clauſulam, ut à ſuo Ordinario, vel cum litteris dimiſſorialibus ejus promoveri valeat à quocumque alio Antiſtite Catholico, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, Corrad. *citat. libr.* 4. *cap.* 5. *num.* 1.

83 Sed quoad Regulares quomodo procedi debeat in Ordinibus recipiendis, vel cum cujus dimiſſoriis; Bonifacius VIII. *in citat. cap. nullus* §. *Religioſi de Offic. Ordin. in* 6. addit; poſſe Regulares ordinari ab Epiſcopo loci, in quo Prioratus, in quibus morantur, ſiti ſunt, etſi oriundi ibi non eſſent, ſed de Epiſcopo Regularium quoad Ordines, vel cujus dimiſſoriæ requirantur, egi *tom.* 1. *Conſtit. unic.* Urbani II. ubi latè, tam de Jure Canonico, quàm Sacri Concilii Tridentini, & decreti ſub Clemente VIII. quid ſit ſervandum circa Regularium Ordinationes ubi de privilegiis
84 in hoc abrogatis, & PP. Congregationis Oratorii Neapolis, & Urbis, quia non ſunt Regulares, habent Indultum, quòd promoveri poſſint ad quoſcumque Ordines à locorum Ordinariis, in quorum Diœceſi habent in Congregatione domicilium, abſque litteris dimiſſorialibus proprii Epiſcopi, ut ex declaratione Congregationis Concilii anno 1604. *lib. Decret. pag.* 575. refert Monac. *in form. part.* 2. *tit.* 13. *form.* 4. *num.* 41. quòdque non dicatur revocatum per Conſtitutionem præfatam Innocent. XII. incip. *Speculatores*.

85 Quod decretum Clementis VIII. nuperrimè obſervandum mandavit Innocentius XIII. in ejus Conſtitutione pro Hiſpaniæ Regnis in *cap. Apoſtolici miniſterii*, *ſub die* 13. *Maii* 1723. confirmata per SS. D. N. BENEDICTUM XIII. alia Conſtitutione incip. *In ſupremo die* 23. *Septembris* 1724. ibi: §. 15. *Quoties verò Regulares ad Ordines erunt promovendi, ſervetur omninò Decretum Congregationis Cardinalium Concil. Trident. interpretum à pia memoria Clemente Papa VIII. Prædeceſſore etiam noſtro confirmatum die* 15. *Martii* 1596. *quo ſancitur, non ad alium, quàm ad Epiſcopum Diœceſanum litteras Dimiſſorias pro eorumdem Ordinum ſuſceptione à ſuis Superioribus eſſe dirigendas, præterquam in caſu, quo Diœceſanus à Diœceſi abeſſet, vel Ordinationes non eſſet habiturus; quo etiam caſu in litteris Dimiſſoriis ad alium Epiſcopum dirigendis expreſſa fieri debeat mentio, vel de prædicta Epiſcopi Diœceſani abſentia, vel de illa alia cauſa, videlicet, quod Ordinationes non ſit habiturus; exceptis tamen, quod prædicta, Regularibus illis, quibus per ſpeciale privilegium à Sede Apoſtolica poſt Concilium Tridentinum fuerit conceſſum, ut à quolibet Catholico Antiſtite Ordines ſuſcipere poſſint, ſuper quo indulto nihil per præſentes innovare intendimus. Noverint autem Epiſcopi, ſe debere per ſemetipſos, ſecluſo ægrotationis caſu, Ordines conferre, & Sacrorum Ordinum collationem ſtatutis à jure temporibus, in Cathedrali Eccleſia, vocatis, & adſtantibus Canonicis publicè habendam eſſe, vel ſi in alio Diœceſis loco, ſemper tamen in Eccleſia quantum fieri poterit digniori, & præſente Clero ejuſdem loci. Ne verò incertitudo, an ipſi Ordinationes ſint habituri, nimis grave afferat incommodum promovendis, varia Diœceſis loca inhabitantibus; per menſem ante ſingulis vicibus publico Edicto ab iiſdem Epiſcopis denuntietur, ſe Ordinationes eſſe habituros, adeò ut quotiès denunciatio hujuſmodi facta non fuerit, inde ſatis intelligant Regulares, Epiſcopum Diœceſanum Ordinationes ea vice minimè eſſe habiturum, ſibique idcirco licitum futurum, Ordines ab alio Epiſcopo ſuſcipere cum litteris Dimiſſoriis ſuorum Superiorum ad eum directis, ſervata in iis forma ſuperius expreſſa.*
Dicitur enim in antecedenti Bullæ §. quod non intelli- 86
gatur præjudicatum habentibus privilegium, ut à quocumque Epiſcopo Ordinari valeant poſt Concilium, prout habent PP. Societatis Jeſu, & retuli ſupra *cit. Conſtit. unic.* Urbani II. ubi dixi, dictum privilegium Gregorii XIII. fuiſſe ante decretum præfatum Clementis, de quo etiam infra in Concilio Romano, ſed dictum privilegium Societatis Jeſu dicitur confirmatum à Paulo V. poſt Clementem VIII. & nunc vigere etiam ex oraculo Innocentii XII. refert Monacell. *tom.* 2. *for-*
mular. tit. 13. *form.* 4. *num.* 31. Noviſſimè quoque in 87
Concilio Romano ſub SS. D. N. BENEDICTO XIII. adeſt Decretum.

T I T U L U S V.

De Temporibus Ordinationum.

Cap. I. *Promovendi ad Sacros Ordines extra tempora vigore diſpenſationis Apoſtolicæ, non quocumque, ſed à proprio Epiſcopo ordinentur.*

Cum juxta regulas Eccleſiaſticas, & ſanctorum decreta Pontificum, ſacra ſtatis à jure temporibus celebrandæ ſint Ordinationes, pœnas propterea contra extra ea tempora ordinantes, ſacroſque Ordines ſuſcipientes, innovamus; Singulis verò promovendorum expreſsè ſignificamus, ut ſi quis ipſorum Apoſtolicæ diſpenſationis litteras, ſive per Datariam, ſive per Brevium Secretariam, ſive alio quocumque modo, expeditas, quatenùs ad Sacros Ordines, extra conſueta Ordinationum tempora, à quocumque maluerit Catholico Epiſcopo promoveri valeat, obtinuerit, illas ſemper, nonniſi cum clauſula, ſervata forma decreti Clementis VIII. *conceſſas fuiſſe intelligat, atque ita, & non aliter executione ab ipſiſmet Epiſcopis promoventibus, demandandas fore, declaramus.*

S E C T I O U N I C A.

De pœnis latis contra non ſervantes diſpoſita in hac Conſtitutione.

S U M M A R I U M.

1 *Ordines, aut extra tempora, vel ante legitimam ætatem, aut ſine litteris Dimiſſoriis validè conferuntur; ſed illicitè.*

Ex

Digitized by Google

Explicantur Canones, qui dicunt irritam hujuſmodi Ordinationem, ib.

2 Quid ſi Epiſcopus ante Ordinationem prohibeat, etiam ſub pœna Excommunicationis, ne accedant ad eam non habentes requiſita neceſſaria, an ſint validè collati Ordines iis requiſitis carentibus?

3 Et quid ſi Epiſcopus proteſtatus fuerit, nolle ſe Ordinare eos dictis requiſitis non præditos?

Referuntur variæ opiniones, ibid.

4 Veriùs eſt indagandam eſſe intentionem Epiſcopi Ordinantis; an ſcilicet habuerit veram, & abſolutam intentionem non ordinandi deſtitutos talibus requiſitis, vel tantùm ad terrorem.

5 Refertur, & explicatur reſolutio Congregationis in una Portalegren. in hac re edita.

Item aliæ reſolutiones referuntur, ubi de revocatione prioris voluntatis negativæ Epiſcopi Ordinantis, ibid.

6 Tutius eſt in tali dubio dictæ revocationis iterari Ordinationem ſub conditione; præſertim ſi agatur de Presbyteratu; Et ſic ſervat S. Pœnitentiaria.

7 Licet validè ſint collati Ordines, vel extra tempora, aut ante ætatem, vel abſque literis dimiſſoriis; non tamen licitè.

8 In hac Conſtitutione Piana ſublata difficultas, an ſupradicti ad Ordines promoti contra regulas, eſſent ipſo jure ſuſpenſi, vel ſuſpendendi.

Communiter olim putabant DD. ſuſpenſionem fuiſſe ferendæ, non autem latæ ſententiæ, ibid.

9 An ad incurrendam hanc ſuſpenſionem requiratur præſumptio, & ſcientia prohibitionis, vel ſufficiat ignorantia craſſa? Ubi etiam de incurſu in irregularitatem.

10 An ſuſpenſio ab Ordinibus prædicta ſit ab iis malè ſuſceptis, vel ab omnibus aliis etiam ritè collatis?

Expenduntur verba Bullæ, ib.

Sacra Pœnitentiaria impartitur abſolutionem à ſuſpenſione quoad omnes Ordines, ibid.

11 Juxta Tridentinum videntur ordinati ſine dimiſſoriis eſſe ſuſpenſi ab Ordinibus ſic ſuſceptis.

Item juxta diſpoſitionem Bullæ Innocentii XII. ibidem.

12 Si Epiſcopus ordinans promulgaverit excommunicationem latæ ſententiæ, ut fieri poteſt, & eſt frequens contra eos, qui ſine dictis requiſitis ad Ordinationem acceſſerint, tunc innodatus ea cenſura remanet ſuſpenſus ab omnibus Ordinibus, & ſi miniſtraverit incurrit irregularitatem.

A tali excommunicatione ſolet dari in S. Pœnitentiaria abſolutio tranſgreſſoribus, ibid.

Quæ excommunicatio afficit etiam exemptos, ibidem.

13 Hæc ſuſpenſio contra tranſgreſſores in Piana ſancita, eſt perpetua, donec ſcilicet relaxetur.

Tam quoad ordinatos extra tempora, quàm ante ætatem, aut ſine literis Dimiſſoriis, ibid.

14 Durat ſuſpenſio, licet Epiſcopus proprius ratam habuerit Ordinationem alicujus factam ab Epiſcopo non ſuo; quia ratihabitio non habetur pro abſolutione.

15 Olim licita erat ordinatio facta ab alieno Epiſcopo ſub ſpe ratihabitionis proprii Epiſcopi. Secus poſt Pianam Conſtitutionem, ubi pœna ſuſpenſionis ipſo Jure infligitur.

Eoque magis poſt Concilium, quod requirit expreſſum proprii Epiſcopi conſenſum, ibid.

16 Ordinati in Sacris contra præſcripta in hac Conſtitutione, ſi ſuſpenſione durante miniſtraverint, fiunt irregulares.

17 Quæ irregularitas in jure ſancita non erat, cùm ſuſpenſio fuiſſet ferendæ ſententiæ.

Et afficit pœna hæc etiam exemptos, & Regulares, ibid.

Et in praxi recurrunt ad S. Pœnitentiariam pro relaxatione irregularitatis, ibid.

18 Qui celebravit, ſciens poſt Ordinationem non habere ætatem legitimam, incurrit irregularitatem.

Bona fides, & ignorantia excuſat ab irregularitate, ibid.

19 An quis dilapſus in ſuſpenſionem ob illegitimam Presbyteratus receptionem, contrahat irregularitatem celebrando miſſam cum Epiſcopo Ordinante?

Negativa ſententia retinetur in praxi, quoad hoc, ibid.

20 Idem dicendum de Diacono, & Subdiacono, qui eorum functiones peragunt in Miſſa, in qua fuerunt illegitimè promoti, ut non cenſeantur irregulares.

Limitatur hæc concluſio, niſi fuiſſet interminata excommunicatio contra illegitimè recipientes, ibid.

21 Hæc pœna ſuſpenſionis cùm non ſit reſervata, poteſt relaxari ab Epiſcopo.

Secus pœna irregularitatis, ibid.

Et dummodo Epiſcopus non ſit culpabilis; licèt ſucceſſor Epiſcopi culpabilis poſſit abſolvere, ibid.

22 Ordinati ſine literis Dimiſſoriis, juxta Tridentinum poſſunt abſolvi à pœna ſuſpenſionis à proprio Epiſcopo.

23 Ordinati ante ætatem, vel extra tempora recurrere ſolent ad Sac. Pœnitentiariam pro abſolutione, & quare?

Recurrens debet eſſe in ætate legitima tempore gratiæ obtentæ; nec ſufficit ſi reperiatur tempore executionis, ibid.

Injungitur Confeſſariis Executoribus à Sac. Pœnitentiaria; ut reos detineant ſuſpenſos per aliquod tempus ſibi bene viſum.

24 Refertur caſus in Sac. Pœnitentiaria delatus, cujuſdam Regularis promoti ad Subdiaconatum ante ætatem, & cum atteſtatione Parochi adulterata, qui urgebatur à ſuis Superioribus, ut ad Diaconatum, & Presbyteratum aſcenderet, cùm ad ætatem legitimam adhuc non perveniſſet.

Fuit facto verbo cum SS. actenus, & in conſequentia conceſſa abſolutio, & facultas miniſtrandi in Diaconatu, imo ſe promovendi ad Presbyteratum ante ætatem legitimam pro foro interno tantùm, ib.

Cùm factum hoc deinde evaſerit publicum, quid geſtum? ibid.

25 Integrum eſt Ordinariis malè promotos mulctare ſuſpenſione ab Ordinibus, ac aliis pœnis corporalibus, & privatione beneficiorum.

Et Regulares poſſunt puniri privatione vocis activæ, & paſſivæ, ibid.

26 Suſpenſio ſancita contra Ordinatos ſine literis dimiſſoriis, licet non ſit reſervata Sedi Apoſtolicæ in hac Piana, fuit tamen reſervata Epiſcopis propriis à Concilio Tridentino, & Bulla ſpeculatores Innoc. XII.

Solent tamen hujuſmodi Ordinati recurrere ad Sac. Congr. Concilii, vel Epiſcoporum pro abſolutione, & quare? ibid.

Quæ Congregationes ante abſolutionem requirunt informationem Ordinarii, & eam deinde remittunt arbitrio ejuſdem, ibid.

27 Epiſcopus ſuſpenſus ab Ordinum collatione, nequit abſolvere.

28 Ab irregularitate incurſa ſola Sedes Apoſtolica diſpenſat, niſi eſſet occulta, juxta Tridentinum, quod excipit irregularitates occultas ortas ex homicidio.

29 Quoad utentes falſis dimiſſoriis, vel Ordinatos ex Epiſcopatibus Cardinalitiis propè Urbem cum literis dimiſſoriis ab alio, quàm Cardinali Vicario; & quoad commorantes in Urbe, ſuſpenſio eſt reſervata.

30 Collatio beneficii facta irregulari eſt nulla.

31 Malè Ordinatus contra diſpoſitionem hujus Bullæ poteſt percipere fructus beneficiorum; quia pœna privationis beneficiorum non eſt inflicta ipſo jure; ſed requiritur ſententia.

Et quid

Digitized by Google

Et quid ſerventur in Sac. Pœnitentiaria, ibid.

32 *Epiſcopus Ordinans extra tempora, vel ante ætatem non eſt ſuſpenſus ipſo jure, ſed eſt ſuſpendendus.*

Pœna ſuſpenſionis inflicta cap. 8. ſeſſ. 23. *Concilii Tridentini percutit Ordinantem ſine dimiſſoriis, ibid.*

33 *Quoad interſtitia non ſervata, tenenda eſt lex Concilii, quia de iis non eſt ſermo in hac Conſtitutione.*

34 *Epiſcopus Ordinans ſine literis dimiſſoriis proprii Ordinarii eſt ſuſpenſus per annum à collatione Ordinum, non vigore hujus Conſtitutionis, ſed Tridentini, & Bullæ* Speculatores.

Eſtque ſuſpenſus à collatione Ordinis, ſit malè miniſtrati, & majori, ſecus à minori, ibid.

35 *An Epiſcopus fiat irregularis, non ſolùm ſi Ordines conferat, ſed etiam ſi Miſſam celebret?*

36 *Votum ab Auctore datum in caſu expoſito coram Papa ad prædicta faciente, in calce hujus Commentarii imprimi viſum fuit, & n. ſeq. ad finem.*

37 *Caſus præfati Voti exponitur.*

38 *Miſſa in collatione Ordinum Sacrorum, & Conſecratione Epiſcopi celebrari debet.*

39 *Et quidem Miſſa ejuſdem Ordinantis.*

40 *An autem ſit de ſubſtantia Miſſa in dictis caſibus, itaut ſine ea invalida ſit Ordinatio.*

Dicitur, quòd ſit de ſubſtantia, ibid.

41 *Videtur non eſſe de ſubſtantia, itaut Ordines collati, validè ſint collati, ſine Miſſa.*

Adducuntur rationes, ibid.

42 *Aliqui dicunt eſſe ſupplendam Miſſam omiſſam.*

43 *Etſi valida ſit ordinatio in dicto caſu, ſed graviter Ordinans peccat.*

44 *Nullam tamen cenſuram incurrunt, nec Ordinati, nec Ordinans.*

Ordinans tamen debet moneri de gravitate erroris, & peccati abſolvendi à Confeſſario quocumque, ibid.

45 *Ordinatus una die in pluribus Sacris incurrit ſuſpenſionem ab Ordinibus poſterioribus receptis.*

46 *Alii dicunt incurrere ſuſpenſionem ab omnibus Ordinibus receptis.*

47 *Sed indeſinitè videntur ſuſpenſi ab Ordinibus.*

48 *Abſolutio eſt reſervata Sedi Apoſtolicæ, & quid ſi eodem die recipiantur Minores cum Subdiaconatu?*

49 *Epiſcopus Ordinans eodem die in duobus Sacris, nullam cenſuram incurrit ipſo facto.*

Debet tamen moneri de errore gravi commiſſo, & remitti pœna infligenda, ibid.

50 *Concluditur Votum juxta prædicta aſſerta.*

51 *Pro majori cauthela fuit in Voto animadverſum, quod in expoſitione facti relata, dictum Epiſcopum Ordinantem fuiſſe cæcum, imo vulgo* ſcemo *aſſerebatur.*

Et quid poſſet conſuli, attenta dicta expoſitione facti in Voto exprimitur, ibid.

1 DEveniendo nunc ad pœnas latas in hac Conſtitutione Piana contrà non parentes ſtatutis in eadem, præmittendum eſt, quòd Ordines collati, aut extra tempora, ſeu ante ætatem legitimam, aut ſine literis dimiſſorialibus proprii Ordinarii, validè ſunt collati, quia character in caſibus præfatis verè impreſſus fuit per Ordinationem receptam à quocumque Epiſcopo; qui habet poteſtatem conſecrandi; prohibitioneſque illæ, cùm ſint ex jure poſitivo Eccleſiæ, nequeunt impedire effectum conſecrationis receptæ; ut ſupra dixi, de Ordinato antè ætatem, etiam in infantia, & facit Fagnan. *in cap. aqua num.* 8. & 19. *de conſecratione, & cap. ſtatuimus num.* 2. *de ſupplenda neglig. Prælat.* ubi de validitate Ordinum Minorum collatorum ab Abbate perſonis ſibi non Subditis, & non Regularibus, Card. de Luc. *diſcurſ.* 81. *de Penſionibus in ſupplem.* & latè egi de hac materia de validitate Ordinum, etſi contrà prohibitionem Eccleſiæ, quamvis illicitè ſolùm recipiantur, *tom.* 1. *Conſt. nn.* Alex. II. *ſect.* 3. quia effectus impreſſionis characteris eſt immobilis, & neceſſariò ſecutus, quotieſcumque actus procedit ab Epiſcopo habente poteſtatem; quique adhibeat eſſentialia à Chriſto Domino inſtituta in collatione Ordinum; uſuſque tantùm characteris recepti, poteſt inhiberi ab Eccleſia, ſi non ſerventur ejus præſcripta in Ordinatione, ut ſunt ea, quæ in hac Conſtitutione Pius voluit ſervari circa ætatem legitimam pro Ordinibus ſuſcipiendis; & quòd conferantur ſtatutis temporibus, & non ab alieno Ordinario, niſi cum literis dimiſſorialibus Epiſcopi proprii. Ac ut dixi *cit. loc.* non obſtat, quòd in aliquibus Canonibus præfata prohibentibus, dicatur irrita aliter facta Ordinatio, ut in *Can. ſi quis anſus* 71. *diſt. Can.* 1. 9. *quæſt.* 2. & aliis, quia dictum verbum *irritum* intelligendum non eſt, quòd Ordinatio ſit nulla, & invalida in ſe ipſa, itaut non recipiatur charactere, quia verè eum recipit; ſed quòd ſit ſine uſu licito talis Ordinatio, Turrecremat. *cit. Can.* Sanchez *opuſc. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *num.* 14. Campanil. *in diverſorio Juris rubr.* 6. *cap.* 3. *n.* 18. ubi quòd neque defectus ætatis, neque locus, atque hujuſmodi præcepta Eccleſiæ infringant validitatem Ordinum receptorum.

Conſtat etenim *ex cap. conſulsationi de tempor. Ordination.* quòd Ordinatus ad Sacros Ordines extra tempora à jure ſtatuta, characterem dubio procul recipiat; & *Gloſ. ibidem ver. characterem*, ait: *Et ita quocumque tempore conferatur, imprimitur character, quia tempus non eſt de ſubſtantia Ordinis; ſic nec ætas impedit characterem; ſed punitur, qui recipit, quia interdicitur ei executio Ordinis ſuſcepti; ſic & Baptiſmus à quocumque conferatur in forma Eccleſiæ tenet, licèt à Judeo, vel Pagano collatus, quamvis ab iis recipi non debeat.*

Sed ad rem inquiri poteſt; An ſi Epiſcopus ante 2
Ordinationem prohibeat, ne accedant ad eam pro Ordinibus recipiendis, non habentes ætatem, vel dimiſſorias, vel alia requiſita neceſſaria, ſi hujuſmodi requiſitis carentes ordinentur, dici valeant validè Ordinati. Et certè, quòd ſi tantùm interveniat dicta Epiſcopi prohibitio, ſeu interminatio, etiam ſub pœna excommunicationis, valida eſſet Ordinatio, ſed ſolùm illicita; & incurrerent tamen excommunicationem ſic malè Ordinati, ut in *cap.* 1. *de eo, qui furtivè Ordines ſuſc.* Abbas *ibid. num.* 1. Theſaur. *de pœnis par.* 2. *v. Ordines cap.* 7. *num.* 11. §. *dixi in fine*, & ſolent Epiſcopi publicare interminationem prædictam excommunicationis, quam incurrerent Ordinati ſine dictis requiſitis ætatis, &c. & ſi miniſtrarent in Ordinibus ſuſceptis cum dicta excommunicatione, incurrerent Irregularitatem, Bonacc. *de Irregul. diſp.* 7. *quæſt.* 3. *punct.* 4. *propoſit.* 4. *num.* 6. & 7. & obligare etiam Ordinatos exemptos, ac Regulares, & de *Sacra Ordin. diſp.* 8. *quæſt. un. punct.* 4. *num.* 32. & 33. Monacell. *in Formul. part.* 2. *tit.* 13. *num.* 1. *pag.* 71. & ratio validitatis eſt, quia dicto caſu non concurrit negatio intentionis in Ordinante; & ſic nequit evenire nullitas Sacramenti. Si verò Epiſcopus 3
proteſtatus fuerit, nolle Ordinare eos dictis requiſitis non præditos; aliqui dicunt non eſſe validam Ordinationem, & non recipi characterem, ita Navar. *conſ.* 1. *de eo, qui furtivè, &c.* Barboſ. *ibid. numer.* 2. Diaz *in praxi Criminal. cap.* 25. *num.* 2. & alii apud Theſaur. *cit. num.* 1. Alii dicunt eſſe validam dictam Ordinationem, quia cenſetur, Epiſcopum practicè habere intentionem abſolutam Ordinandi eos, & quoſlibet, quos actu Ordinat; & ſpeculativè tantùm habuiſſe eam conditionatam ad terrorem, ex proteſtatione propalatam, itaut non ſit præſumendum in ea intentione negativa continuaſſe, ut redderet fruſtratoriam manuum impoſitionem, ut contingit in benedictione Iſaac *Geneſ. cap.* 27. quia etſi credidit benedictionem impartiri Eſaù, eam verè dedit Jacob. Ita dixerunt, ſubdentes eſſe communem opinionem, Laym. *de Sacram. in communi cap.* 4. *num.* 6. Majol. *de Irregul. l.* 4. *cap.* 34. *num.* 2. Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 18.

Digitized by Google

*diſp.*18. *num.*11. & 16. Theſaur. *cit. num.*2. Donatus *in*
*praxi Regul. tom.*3. *tract.* 3. *quæſt.*13. *num.*1. ubi ait,
quòd ſi Epiſcopus habeat determinatam intentionem
non Ordinandi hos, vel illos, qui carerent ætate,
dimiſſoriis, vel patrimonio, aut aliis neceſſariis re-
quiſitis, hi accedentes ad Ordinationes, non recipiunt
Ordines, quia deeſt intentio Miniſtri. Si verò Epiſ-
copus, ſeu pro eo Fiſcalis proteſtetur in generali,
Epiſcopum non habere intentionem Ordinandi acce-
dentes cum impedimento occulto, & non habentes
requiſita, tunc que validè putat promoveri iſtos, non
obſtante dicta generali proteſtatione, quia cenſetur
facta ad terrorem, & non ad alium finem, & ſic, ſi
dicta proteſtatio non habendi intentionem, ſit dire-
cta in certas perſonas, erit invalida Ordinatio, ſe-
cus ſi ſit generalis contra non habentes dicta requi-
ſita ætatis, & alia, ut ex dicto Donato dixit Mona-
cell. *in Formul. part.*2. *tit.*13. *num.*41. & *ſeq. pag.*76.
ubi ex declarationibus *Sacra Congregat.* hanc diſtin-
ctionem firmat. Verùm Suarez *de Sacram. diſp.* 13.
4 *ſect.* 3. *art. ultim.* docet, indagandam eſſe Ordinantis
intentionem, quam verè habuit; & hoc eſt verius,
quia ſi habuerit intentionem veram, & abſolutam non
Ordinandi eos, qui carerent talibus requiſitis; non
autem ad terrorem tantùm id proteſtatus fuerit, pa-
rum refert, ſi agatur de certis perſonis, quòd pro-
teſtatio verſetur circa plures non determinatos, ſed
determinandos à facti veritate, ſi habuerint, vel ne
5 dicta requiſita. Hinc in una *Portalegren.* 5. *Aprilis*
1704. relata à Monacell. *cit. num.* 42. Congregatio
Concilii ſe fundavit in proteſtatione generali, non
habendi intentionem Ordinandi carentes requiſitis
Concilii, ſed concurrebat, quod ea non fuerat emiſ-
ſa ab Epiſcopo, ſed à Secretario; & fortiùs, quia
Epiſcopus interrogatus reſpondit ſe habuiſſe intentio-
nem faciendi, in Ordinandis eis, etſi requiſitis ca-
rentibus, quod facit Eccleſia; ut refert ipſe Monacel.
& ſic non conſtabat de intentione negativa ipſius
Epiſcopi ante Ordinationem, per ipſiuſmet proteſta-
tionem, & quatenus adfuiſſet, conſtabat de retracta-
tione dictæ negativæ intentionis in actu Ordinationis;
dum feciſſe profeſſus fuerit id, quod Eccleſia man-
dat; & ſic ordinandi; & quatenus conſtitiſſet de pro-
teſtatione Epiſcopi, & non de retractatione; tunc
fuiſſet invalida Ordinatio; Unde in Congregatione
Concilii fuit propoſitum hoc factum: Quæſitum fuit
quid reſpondendum de ordinatis ante legitimam æta-
tem ab Epiſcopo, qui ante Ordinationem in Eccle-
ſia publico edicto proteſtatus fuerat, quòd non in-
tendebat ordinare, niſi eos qui legitimam ætatem ha-
berent, præſuppoſita atteſtatione ejuſdem Eccleſiæ
Decani aſſerentis, audiviſſe ab Epiſcopo, quòd dice-
ret hujuſmodi proteſtationem fieri ad terrorem; cæ-
terùm ſe habere intentionem Ordines ſimpliciter con-
ferendi. Equidem videtur eos eſſe Ordinatos, ſed ab
exercitio Ordinum eſſe ſuſpenſos uſque ad debitum
tempus; ſed quia in contrarium inclinabat major pars,
dicendo, quòd non ſufficit *unus teſtis*; Idcircò deter-
minatum eſt ex uno ore ab Illuſtriſs. ut res ad Papam
deferratur; & ita reſolutum refert Gallemart. *ad Concil.*
*ſeſſ.*23. *de reform. n.*2. & ſic videtur, quòd in eo caſu
non agebatur circa certas perſonas, ſed proteſtatio
fuerat generalis contra non habentes requiſita, & ta-
men Congregatio fuit pro invaliditate Ordinum, &
noluit deferre unico teſti circa revocationem proto-
ſtationis factæ per Epiſcopum, itaut diceretur habuiſ-
ſe intentionem in Ordinatione abſolutam. Et in caſu
dictæ proteſtationis contra unum tantùm, & in actu
ipſius Ordinationis per Epiſcopum factæ, Congrega-
tio præfata die 31. *Januarii* 1688. cenſuit: Nullam
fuiſſe Ordinationem quondam Simonis Tarci, qui
confectis ſibi falſis dimiſſoriis acceſſit ad Epiſcopum
N. qui agnoſcens, vel ſaltem dubitans dimiſſorias eſſe
ſubrectitias, proteſtatus fuit in ipſa Ordinationis cele-
bratione, Ordines expoſcenti conferre, quoties ipſe
ſufficientem haberet ætatem, ac dimiſſoriæ ab eo
productæ veræ, ac non adulteratæ eſſent.

Verùm in hac re tutiùs agendo, videtur in quoli- 6
bet dubio dictæ revocationis, debere iterum fieri or-
dinatio ſub conditione, etiamſi opinio eſſet ſpecula-
tivè verior, pro ea validitate; præſertim ſi agatur de
Presbyteratu, ex defectu cujus validitatis innumeri ſe-
querentur actus nulli Presbyterales, in perniciem ani-
marum; & ſic ſervat Sacra Pœnitentiaria, Theſaur.
*cit. num.*1. §. *quare*, Pignatel. *conſult.* 140. *num.*6. *to.*4.
quia agitur de Sacramenti validitate; quòd parit plu-
res neceſſarios effectus pro animabus, Sanchez *in de-*
*cal. lib.*1. *cap.*9. *num.*32. & 34.

Suppoſita itaque validitate Ordinum, non obſtan- 7
te defectu legitimæ diſpenſationis pro iis conſerendis
extra tempora, vel ætatis, aut litterarum dimiſſoria-
lium proprii Ordinarii; abſque dubio tamen rema-
nent hujuſmodi Ordines illicitæ, uti factæ contra pro-
hibitionem Eccleſiæ, contentam in *citatis Juribus Ca-*
nonicis, & præſertim in hac *Bulla Piana* ipſo jure
pœna ſuſpenſionis ſancitur, & *cit. Conſtit.* Sixti V.
92. incipiens, *Sanctum*, & *ſalutare*, & *Concilio*
Tridentino, reſpectivè non revocata à Clemente VIII.
niſi quoad pœnas adjectas, citatis antecedentibus
Conſtitutionibus, & Juribus. In hac etenim Conſti- 8
tutione Piana ſublata fuit difficultas inter veteres Ju-
ris Canonici Interpretes, & aliquos Theologos, quàm
innuit Navarr. *in cap. accepta de reſtitutione ſpolia-*
*tor. oppoſ.*8. *num.* 34. an recipientes Sacros Ordines
extra tempora, aut antè legitimam ætatem, vel ab
alieno Ordinario ſine diſpenſatione Canonica, ſeù ſi-
ne dimiſſorialibus litteris proprii Ordinarii reſpectivè
eſſent ipſo Jure ſuſpenſi, aut potiùs ſuſpendendi ab
exercitio Ordinum; In *cap.* enim *ſanè de Tempor.*
Ordin. prohibitum fuit Ordinatis extra tempora a Ju-
re Statuta, in ſuſceptis miniſtrare, donec à Sede A-
poſtolica diſpenſationem obtinerent, & in *cap. cum*
quidam eodem tit. necnon in *cap. Conſultationi eodem*
tit. diſpoſitum fuit, ut taliter Ordinati pœnitentia
peracta poſſit ab Epiſcopo diſpenſari, ut in ſuſceptis
Ordinibus miniſtrent, Gloſſ. *ibi ver.* characterem, &
ver. competenti, & *in cap. vel eſt compos eodem tit.*
quòd ſuſpenditur ab executione Ordinum Ordinatus
ante ætatem legitimam. Hinc ex dictis, & aliis juri-
bus dubia varia emerſerunt, an pœnæ impoſitæ in
iis importarent ſuſpenſionem ipſo facto, vel incur-
rendam, ut notat Scorz. *ad ſelect. Pontific. Conſtitut.*
ad hanc Conſtit. Pii II. *Epit.* 39. *Theorem.* 108. The-
ſaur. *de pœnis part.* 2. *num.*1. §. 7. ubi relatis pluribus
Doctoribus concludit communiorem opinionem olim
fuiſſe, ſuſpenſionem ferendæ, non autem latæ contra
Ordinatos extra tempora ſancitam eſſe, & quoad
Ordinatos antè ætatem, vel ſine dimiſſorialibus pro-
prii Ordinarii, pœnas antiquorum Canonum impor-
tare etiam ſuſpenſionem ferendam, imò potius im-
pedimentum aliquod exercendi Ordines receptos,
donec à proprio Epiſcopo fuerit ratificata Ordina-
tio, dixit relatis aliis interpretationibus DD. Theſaur.
*cit. par.*2. *ver. Ordines cap.*16. *num.*1. & *ſeq.*

Ad incurrendam dictam pœnam ſuſpenſionis, re- 9
quiri præſumptionem, aliqui dicunt, & ſcientiam
prohibitionis, eo quod ſupponant id in proœmio
Conſtitutionis dicentis illam ferri ad temeritatem
reprimendam. Alii tamen putant, ſufficere pro incur-
ſu pœnarum ignorantiam craſſam, ut DD. diverſi-
modè dicunt apud Barboſam *cap.*12. *Concilii Trident.*
*ſeſſ.*23. *num.*8. *de reformat.* Bonaccin. *de cenſur. in*
part. diſp. 3. *quæſt.* 1. §. 1. *num.* 3. Theſaur. *de pœnis*
*part.*2. *cap.*1. *verſic. limita tertio*, Fagnan. *cap. vel*
non eſt compos numer. 15. Scortia *ad ſelect. Pontific.*
*Epito.*39. *Theorem.* 108. *verſ. excipiuntur*; quod pro-
cedere etiam in irregularitate incurrenda, aliqui
ſubdunt. Veruntamen ſi agatur de ſuſpenſione; ve-
rum non eſt, in dicta Bulla Papam uſum fuiſſe ver-
bo: *Præſumpſerint ordinari*, quia ex lectura ita non
apparet, quod tamen verificatur circa incurſum in ir-
regularitatem, ibi: *Et ſi hujuſmodi ſuſpenſione durante,*
in iiſdem Ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo
in irregularitatem incurrunt. Quoad ſuſpenſionis ta-
men

Digitized by Google

men pœnam effugiendam neceſſaria erit aliqua bona fides, ut ſi quis credidit dicto, ſeù aſſertioni matris ſuper ætate: prout ſufficere ignorantiam craſſam ad eam ſuſpenſionem incurrendam, de communi teſtatur, Theſaur. *cit.* §. *limita* 3., quia verè Bulla uſa non fuit in hoc caſu verbo *Preſumpſerint*, ex quo induci poſſit, requiri ſcientiam, aut dolum ad incurſionem dictæ pœnæ. Secùs autem eſt quoad incurſum irregularitatis, cùm Conſtitutio prædicta hoc caſu uſa fuerit verbo *Præſumpſerit*, ut dixi, Fagnan. *cit. cap. vel non eſt compos numer.* 15. Rota *deciſ.* 200. *num.* 2. *par.* 2. *recentior.* in terminis hujus *Conſtitutionis Piana*; Theſaur. tamen *cit. par.* 2. *cap.* 1. diſtinguit inter forum externum, & internum, ut in primo procedant prædicta, ſecùs in ſecundo; etiam quòd Bulla utatur verbo *Præſumpſerit*, quia de jure communi ſufficit mala fides, ut quis dubitet ſe eſſe ſuſpenſum ad incurrendam irregularitatem, celebrando in cenſuris; nec ſupponi debet, Bullam correxiſſe in hoc dictum jus; & reſpondet Rotæ, quòd ipſa loquatur pro foro externo, in quo dolus, & contemptus præſumitur, dummodò non inveniatur probabilis ignorantia in Celebrante.

10 An autem ſuſpenſio ab Ordinibus prædicta ſit ab iis malè ſuſceptis, contra ſcilicèt præſcriptum in hac *Bulla Piana*, vel ab omnibus aliis etiam ritè collatis, dubitari poteſt. Et videri latam ſolùm quoad eos malè ſuſceptos contra præfinita in Bulla, docuerunt Suar. *de Cenſ. diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 18. Alter. *eod. tract. tom.* 2. *diſp.* 10. *cap.* 1. *dub.* 2. Bonacc. *de ſuſpenſ. in partic. qu.* 1. *par.* 1. *num.* 8. & alii apud Dian. *reſol.* 182. *tract.* 4. *tom.* 2. *in antiquis*, Ventrigl. *cit. annot.* 44. *num.* 19. Theſaur. *cit. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. *verſ. limita*, *quòd hac ſuſpenſio*, Pignat. *conſul.* 159. *numer.* 17. *tom.* 10., contra Navar. & Roderic. & alios à ſupradictis citatos. Sed ratio adducta, quòd ſcilicèt *Pius* in *Conſtitutione* ſic expreſſerit, nec attendi debere *Conſtitutionem Sixti V.* revocatam, ſeù redactam *à Clemente VIII.*, ut ſupra dixi, mihi non placet; nam verba *Conſtitutionis* contrarium innuere videntur: Sunt enim ea: *Omnes & ſinguli, qui abſque diſpenſatione Canonica, aut legitima licentia, ſivè extra tempora à jure ſtatuta, ſivè antè ætatem legitimam, vel abſque literis dimiſſoriis, &c. ad aliquem ex Sacris Ordinibus ſe fecerint promoveri, à ſuorum Ordinum executione ipſo jure ſuſpenſi ſint; etſi hujuſmodi ſuſpenſione durante in iiſdem Ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrunt.* Patet igitur, quòd ſi deliquerint in uno Ordine, ibi: *Ad aliquem ex Sacris Ordinibus ſe fecerint promoveri*, remaneant ſuſpenſi ab omnibus, ibi: *A ſuorum Ordinum executione ipſo jure ſuſpenſi ſint.* Quòd amplius declarant verba ſubſequentia: *Si in iiſdem Ordinibus*, ſcilicèt ſuis, *miniſtrare præſumpſerint, irregularitatem incurrant.* Non enim poſſent incurrere irregularitatem, miniſtrando in Ordinibus etiam benè receptis, niſi fuiſſet etiam ab iis ſuſpenſio contracta, ut explicat Fagn. *in Cap. vel non eſt compos num.* 11. & 14. *de temp. Ordin.* Marc. Leo *in prax. S. Pœnitent. par.* 3. *in form. A mala promotione antè ætatem pag.* 290. *verſ. irregularitatem contraxit.* Et in S. Pœnitentiaria datur abſolutio hujuſmodi reis à ſuſpenſione incurſa quoad omnes Ordines, quos habent, etſi in uno tantùm recepto antè ætatem peccaverint, ut apud Marc. Leo *cit. loc.* Imò injungitur, ut Confeſſarius eos retineat ſuſpenſos ab Ordinibus omnibus per aliquod tempus ejus arbitrio, *pag.* 293. *verſ. per tempus arbitrio tuo.* Verùm

11 juxta *Tridentinum ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *de ref.* quoad Ordinatos ſine dimiſſoriis literis videtur dicendum, eos eſſe ſuſpenſos ab Ordinibus ſic ſuſceptis, ut ſunt ejus verba: *A ſuſceptorum Ordinum executione*; & *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. Matthæuc. *cit. cap.* 35. *numer.* 10. *verſ. an autem ſuſpenſio.* Et in noviſſima adducta *Conſtitutione Innoc. XII. incip. ſpeculatores*, quoque adſunt ſimilia verba, ibi: *Ordinatus vero à ſuſceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ip-*

12 *ſo ſuſpenſus ſit.* Tamen ſi Epiſcopus Ordinans excommunicationem pronunciaverit contra eos, qui ſine dictis requiſitis ad Ordinationem acceſſerint, ut dixi ſupra, & fieri ſolet, Monacell. *citat. tit.* 13. *form.* 13. *num.* 1., ubi quod etſi in formula prohibitionis Pontificalis excommunicatio ſit ferendæ ſententiæ, nihilominus poteſt, & communiter practicatur, ab Epiſcopis apponi excommunicatio latæ ſententiæ, Bonacc. *de irreg. diſp.* 7. *par.* 4. *prop.* 4. *nu.* 6. & 7. & certè tunc ligatus dicta cenſura remanet ſuſpenſus ab executione omnium Ordinum, etiam ritè receptorum; & ſi miniſtraverit in iis, irregularitatem incurrit, ac ex tali excommunicatione, quæ ſolet interminari ab Epiſcopis ordinantibus, datur in Sacra Pœnitentiaria abſolutio hujuſmodi tranſgreſſoribus, non ritè ſcilicèt ordinatis, ut notat Marcus Leo *loc. cit. ver.* & *idcirco pag.* 290. quæque interminata excommunicatio afficeret quoque exemptos Ordinatos, Bonac. *de Sacram. Ord. diſp.* 8. *qu. un. par.* 4. *n.* 32. & 33. & refert Monacel. *cit. par.* 2. *form.* 1. *num.* 1. *in fine fol.* 70.

Dicta ſuſpenſio in *Piana* eſt perpetua; unde etſi 13
advenerit ætas, ſuſpenſio durat, donec auferatur, ſeù relaxetur, quia licèt juxta *cit. cap. vel eſt compos* ceſſaret, tamen ex dicta Conſtitutione *Piana* ſuſpenſio non ceſſat, nam eſt perpetua, donec ab ea abſolvatur tranſgreſſor, Gonzal. *cap. vel non eſt compos num.* 7. Fagnan. *num.* 41., Et cùm promiſcuè Pius diſpoſuerit, ſicuti quoad Ordinatos extra tempora perpetua eſt, ita etiam quoad Ordinatos antè ætatem, vel ſine literis dimiſſorialibus Ordinarii, Fagnan. *cit. cap. vel non eſt compos num.* 13. Prout durat ſuſpenſio, etſi Epiſcopus
proprius ratam habuerit Ordinationem alicujus factam 14
ab Epiſcopo non ſuo; quia requiritur abſolutin, cùm dicta ratihabitio non habeatur pro abſolutione neceſſaria, ut ſuſpenſio relaxetur, Theſaur. *de pœnis par.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. *verb. ordines.* Quamvis enim antiquitùs fuiſſet etiam licita Ordinatio facta ab alieno Epiſcopo ſub ſpe ratihabitionis proprii Epiſcopi, Navar. *Conſ.* 18. 23. & 32. *de temp. Ordin.* Paſſerin. *cap. cum nullus qu.* 2. *art.* 3. *n.* 163. & 166. *de temp. Ordin.*, ubi alii adducuntur, quia potuerat haberi rata ab Epiſcnpo proprio, & ea ratihabitione accedente cenſeri ſuſpenſio
non contracta; tamen id tunc procedere potuiſſet, 15
nam pœna ſuſpenſionis non erat ipſo jure inflicta; ſecùs hodiè ex hac *Piana Conſtitutione*, & *S. C. T. decretis ſupra adductis*, ut proſequitur *cit.* Paſſerin. *nu.* 168., ubi addit, quod etſi juxta *Pianam*, quæ requirit vel dimiſſorias, vel licentiam proprii Epiſcopi, poſſet ſuſtineri, quod ſub ſpe ratihabitionis Epiſcopi proprii evitetur pœna ſuſpenſionis; ſecùs juxta *Concilium*, quod requirit expreſſum conſenſum; & ſic non ſatis eſt præſumpta licentia; Unde nequit excuſari à pœna ſuſpenſionis quis ordinatus ab alieno Epiſcopo abſque licentia obtenta à proprio Epiſcopo, ſi antè Ordinationem dimiſſorias non obtinuiſſet; ut ultra Paſſerin. dixerunt Quaranta *in Summ. Biblioth. ver. Ordo* §. *ampliatio illa*, Theſ. *cit. p.* 2. *c.* 1. *nu.* 2. *v. Ordines*, Marc. *cit. c.* 35. *nu.* 10.

Irregularitas eſt alia pœna, ut dixi, quam incur- 16
runt ex diſpoſitione hujus *Piana Conſtitutionis* Ordinati in Sacris extra tempora ſtatuta, vel antè ætatem, aut ab alieno Epiſcopo, ſine literis Dimiſſoriis proprii Ordinarii, ſi ſuſpenſione contra eos in dicta Conſtitutione lata, durante, miniſtraverint, & ſe exercuerint in Ordinibus præfatis, non ritè receptis. In jure
enim ſancitum non erat, ordinatos in Sacris, ut ſu- 17
pra, miniſtrantes in iis, incurrere irregularitatem, juxta DD. quia verè cùm ſuſpenſio non fuiſſet niſi ferendæ ſententiæ, ut dixi, nequibant fieri irregulares; verùm cùm in *Piana* fuerit lata ſuſpenſio ipſo jure, imò expreſsè ſancitum contrahere irregularitatem, eoſque ſi miniſtraverint in dictis Ordinibus, certè irregularitatem incurrunt poſt dictum exercitium Ordinum, Fagnan. *cit. cap. vel non eſt compos numer.* 11. *de temp. Ordin.* Et afficit pœna hæc etiam exemptos, & Regulares, Gonzal. *ibid. num.* 7. Fagn. *cit. num.* 44. Matthæuc. *cit. cap.* 35. *num.* 13. *ubi alis*; Et in praxi recurrunt ad Sacr. Pœnitentiariam Ordinati antè

ætatem

Digitized by Google

ætatem pro telaxatione irregularitatis. Qui autem ce-
18 lebravit, ſciens poſt Ordinationem non habere æta-
tem, etiam incurrit irregularitatem, Marc. Leo *cit. in
prax. par. 3. pag. 289. in formul. abſol. pro Ordinato ante
ætat. bona fide, & miniſtrante, ac poſt ſcientiam æta-
tis minime legitimè miniſtrante*, quia ut ibidem adver-
tit Marc. Leo *verſ. poſtmodum*, hæc cognitio facit,
ut lator animadvertat pœnam à ſe incurſam ob ma-
lam Ordinum ſuſceptionem, & admonet, ne illum
in poſterum audeat exercere; quia ſi ſecus faciet,
non evadet irregularitatem, à qua hactenùs bona fi-
des, & ignorantia eum excuſarunt, *Cap. Apoſtolicæ
9. de Cler. excom. miniſtr.* ibi: *Tempore ſuſpenſionis igna-
ri celebraſtis divina, vos reddit ignorantia probabilis
excuſatos*; unde ſi poſteà ſciverit incurriſſe, debet ſe
abſtinere; & niſi abſtinuerit, incurrit irregularitatem,
à qua tenetur petere diſpenſationem à Papa, *Gloſ. cit.
cap. Ver. credo quod quidquid facit antequam ſciat ſe ex-
communicatum, non imputetur ei; tamen poſtquam no-
verit ſe excommunicatum, debet abſtinere*, Barboſ. *cit.
ſeſ. 23. cap. 12. n. 9. in fin.* ubi quòd ſi celebret ordina-
tus ante ætatem, credens ſibi licere, irregularitatem
non incurrit; ergo non priuſquam ſciverit.
19 Verùm dubitari poteſt, an ſi quis delapſus in di-
ctam ſuſpenſionem, ob illegitimam Presbyteratus re-
ceptionem, incurrat in irregularitatem prædictam,
celebrando Miſſam cum Epiſcopo Ordinante, dum re-
cipit præfatum Ordinem? Affirmant Campanil. *in di-
verſ. jur. rub. 7. cap. 4. num.* 16. Bonac. *de cenſur. in part.
diſp. 3. qu. 1. pun. 1. nu. 9. & de Sacram. diſp. 8. qu. un.
pun. 5. n.* 13. Ventrigl. *cit. annot. 44. n.* 22. Negant Bar-
boſ. *cit. cap. 12. ſeſſ. 23. Conc. Trid. num.* 7. Diana *par. 5.
tract. 10. reſol.* 37. cum pluribus citat. apud ipſos, Bel-
let. *diſq. Cler. 1. par. tit. de diſcip. Eccl. § 5. num.* 67. Pax
Jordan. *tom. 1. lib. 3. de re ſacra tit. 6. n.* 218. Quaranta
V. Orde § ampliatio illa, ubi quod hæc opinio reci-
piatur in praxi, & eſt communior, quia Miſſa tunc
celebrata ab ordinato in Presbyterum, ab Eccleſia non
habetur pro Miſſa ipſius Sacerdotis ordinari, ſed eſt
20 pars Ordinationis in Presbyterum. Et licèt major
difficultas ſit in ordinatis ad Subdiaconatum, & Dia-
conatum, quia videntur horum functiones fieri poſt
totam Ordinationem; quod non eſt in Presbytero,
qui conſecrat cum Epiſcopo Ordinante, moraliter
unica actione cum Ordinatione ejus, quæ peragitur
in Miſſa. Sed etiam quoad Diaconum, & Subdiaco-
num id procedere, quia hi actus etiam moraliter lo-
quendo, non fiunt poſt Ordinationem, quæ cenſetur
durare quamdiù durat Miſſa; ut cum Suarez dixit
Diana *cit. § probabilius tamen*, & ſic in praxi tenen-
dum. Sed hoc limitatur ſi fuiſſet interminata excom-
municatio contra accedentes ad Ordines ſine requiſi-
tis, quia tunc eum cenſura incurratur in acceſſu, &
in receptione Ordinis, videntur cum cenſura mini-
ſtraſſe, conſecrando cum Epiſcopo Ordinante, vel
canendo Evangelium, vel Epiſtolam munere Diaconi,
aut Subdiaconi.
21 Verùm à quo poſſit concedi abſolutio ab iſtis pœ-
nis ſuſpenſionis, & irregularitatis, latis in hac Con-
ſtitutione Pii II. Videtur enim quòd, cùm non fuiſ-
ſent reſervatæ, poſſint relaxari ab Epiſcopo; nam
quamquam in *Bulla Sixti V. aliàs cit.* fuerit inducta
reſervatio contra malè promotos, tamen dicta Bulla,
ut ſæpius innuimus, fuit revocata, & reducta ad ter-
minos hujus Pianæ, & Concilii Tridentini. Et quo-
ad ſuſpenſionem id procedere ex dicta cauſa non re-
ſervationis, ſecus quoad diſpenſationem ab irregulari-
tate, ut dicam, & docet Barb. *ad Concil. cit. c. 12. nu.
22. ſeſſ. 23. de reform.*, ubi etiam poſſe Prælatos Regu-
lares reſpectu ſuorum Subditorum; quod intelligendum
eſt de habentibus facultatem; & alii apud Ventrigl.
cit. annot. 44. num. 20. ubi iſtam eſſe veriorem opinio-
nem, dummodò tamen Epiſcopus non ſit culpabilis,
Theſ. *cit. loc. verſ. ſed poſteà*, licèt ſucceſſor Epiſcopi
culpabilis poſſit abſolvere, Bonac. *de cenſur. in part.
diſp. 3. qu. 1. pun. 1. num.* 11. Verùm acerrimè defendit
Campanil. *cit. rubr. 7. cap. 5. num. 1. & 2. & cap. 4. n.* 10.
diſpenſationem ſpectare ad Papam in Ordinatis con-
tra hanc Bullam. Limitatur tamen quoad ordinatos 22
ſine literis Dimiſſoriis proprii Ordinarii, quia in hoc
ſupervenit diſpoſitio Sac. Conc. Tridentr. *ſeſſ. 23. cap.
8.* per quam hujuſmodi ordinati ſuſpenſi ſint ab Or-
dinibus ſic ſuſceptis, quandiù proprio Ordinario vi-
debitur expedire.
Circa ordinatos ante ætatem legitimam, vel extra 23
tempora recurri etiam ſolet ad Sacram Pœnitentia-
riam; vel quia ut plurimum miniſtrarunt tali ſuſpen-
ſione durante, & ſic irregularitatem contraxerunt, à
qua, ut dicam, ſola Sedes Apoſtolica diſpenſare po-
teſt; vel quia ſæpè Epiſcopi interminantur excommu-
nicationem contra non canonicè accedentes; & no-
tat Marc. Leo *cit. pag. 290. verſ. & idcircò in excom-
municationem*. Ideò recurri ſolet ad Pœnitentiariam
pro abſolutione à ſuſpenſione, & irregularitate; &
hoc modo ſunt formulæ apud *cit.* Marc. Leon. *par. 3.
pag. 290. & ſeq.* in tribus formulis, *à mala promotio-
ne, pro pœnitentibus, qui ordinati fuerunt ante æta-
tem, & miniſtrarunt*, ubi quod datur abſolutio à di-
cta ſuſpenſione, & diſpenſatio ab irregularitate, cum
clauſula: *dummodo de præſenti habeant ætatem*, ut
notat *cit.* Marc. Leo *pag. 292. verb. & lator legitimam
ætatem expleverit*; quòdque neceſſarium ſit, Ordina-
tum ætatem legitimam habere tempore gratiæ obten-
tæ, ut poſſit ea executioni demandari; nec ſufficit, ut
habeat ætatem tempore executionis gratiæ; Et, ut di-
xi, committitur Confeſſario exequenti, ut dictos pœ-
nitentes per aliquod tempus ſibi benè viſum ſuſpen-
ſos detineat ab Ordinibus, antequam gratiam abſo-
lutionis exequatur; itaut ſi hujuſmodi pœnitentes du-
rante dicto tempore ſuſpenſionis demandatæ, mini-
ſtraverint, denuò irregularitatem incurrerent, *cit.*
Marc. Leo *pag. 293. verb. poſtquam in hujuſmodi ſuſ-
penſione*.
Evenit caſus in S. Pœnitentiaria, quemdam ſcil. Re- 24
gularem promotum fuiſſe ad Subdiaconatum ante æta-
tem legitimam ab eo, & atteſtatione Parochi adulte-
rata; & quia urgebatur à Superioribus, ut ſe promo-
veret ad Diaconatum, & Presbyteratum, & delictum
fuerat ſecretum; recurſum habuit pœnitens ad Sac.
Pœnitentiariam, quæ cùm delictum fuiſſet occultum,
abſolutionem, & diſpenſationem ob miniſtrationem
Ordinum concedere facilis fuit. Sed difficultas erat,
ante ætatem legitimam diſpenſare ad Diaconatum; &
eo magis, quia pœnitens ad ſe non prodendum, de-
buerat ſe promoveri facere ad Sacerdotium, & in eo
miniſtrare etiam ante ætatem. Fuit facto verbo cum
SS. oretenus, & in conſcientia, conceſſa abſolutio,
& facultas recipiendi Diaconatum, imò ſe promo-
vendi ad Presbyteratum ante ætatem legitimam, pro
foro interno tantùm, itaut non poſſit prodeſſe tale
indultum pro foro externo, & nulla data ei atteſta-
tione hujus diſpenſationis, idque indultum fuit, quia
aderat periculum, ne Religioſi Oratoris delictum pro-
deretur ſuis Superioribus, niſi paruiſſet iis, aſcenden-
do ad Sacerdotium, juxta morem Religionis; & ſic
non debuiſſet ſe inhabilem declarare cum propria tur-
pitudine. Verùm recepto Presbyteratu delictum iſtud
devenit ad aures Superiorum, evaſitque publicum; ac
mancipatus carceribus dictus pœnitens, imploravit
auxilium Sac. Pœnitentiariæ; ſed non potuit ea ma-
nus apponere, cum ageretur de foro externo, pro quo
Indulgentia conceſſa, ut ſupra, non potuerat ſoffra-
gari; Unde cauſa devoluta in Sac. Congr. Epiſcop.
& Regular. poſt carcerationem alicujus temporis di-
cti Religioſi, & ſuſpenſione ſervata ab Ordinibus per
aliquod tempus, fuit abſolutus ab illa, & diſpenſatus
ab irregularitate ob miniſtrationem ſecutam; ac etiam
à privatione vocis, in qua fuerat mulctatus à ſuis ſu-
perioribus; cùm integrum ſit Ordinariis mulctare iſtos 25
malè promotos ſuſpenſione ab Ordinibus in dicta Bul-
la ſancita, ſibi reſervata abſolutione, & aliis pœnis
corporalibus, ac privatione beneficiorum, ut dictum
eſt; & in Regularibus potuerat ille puniri privatione
vocis activæ, & paſſivæ.

Quò

Digitized by Google

26 Quò verò ad ordinatos ſine literis Dimiſſorialibus, licèt non fuerit reſervata Sedi Apoſtolicæ ſuſpenſio in hac *Conſtitutione Piana*, ut dixi, fuit reſervata tamen Epiſcopis propriis; ut ex verbis *Concilii ſeſſ. 23. cap. 8.* patet ibi: *A ſuſceptorum Ordinum ſuſceptione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus*. Ex iiſdem verbis uſus fuit *ſan. mem. Innoc. XII. in cit. Bulla ſpeculatores*. Et ſi objieris propriùs Ordinarius tempore Ordinationis exiſtens, eſt reſervata ſucceſſori, Barb. *cit. cap. 8. ſeſſ. 23. Conc. Trid. nu. 38.* Marcell. Vulp. *in praxi Jud. for. Eccl. cap. 8. num. 1.* Ciarlin. *contr. for. lib. 1. cap. 46. nu. 27. ubi alii*. Solent tamen recurrere ad Sac. Congr. Conc. vel Epiſcoporum iſti ita ordinari pro abſolutione, vel quia adeſt aliquod dubium an incurrerit, ex eo quòd anceps ſit quis fuerit Ordinarius; vel quia celebrarent cum dicta ſuſpenſione, itaut requiratur diſpenſatio ab Irregularitate, danda per Sedem Apoſtolicam, ut dicam, ſed ante abſolutionem Sac. Congr. requirit Informationem Ordinarii, vel prætenſorum Ordinariorum, & eam deindè remittit arbitrio proprii Ordinarii ſpieti. Si
27 tamen Epiſcopus eſſet ſuſpenſus ab Ordinum collatione, nequit abſolvere. Fagnan. *in cit. cap. vel non eſt compos num. 44.*

28 Ab irregularitate tamen incurſa ſola Sedes Apoſtolica diſpenſat, latè Campanil. *cit. rubr. 7. cap. 5. nu. 2.* Ventrigl. *cit. num. 21.* Si tamen irregularitas eſſet occulta, tunc Epiſcopus poſſet diſpenſare, utendo facultate Sac. Conc. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* ubi quod Epiſcopi poſſint diſpenſare in irregularitatibus occultis, exceptis iis, quæ oriuntur ex homicidio voluntario, Majol. *de irregul. lib. 1. cap. 30. nu. 9. in fin.* Barbol. *ad cap. 6. ſeſſ. 24. de reform. Conc. Trid. n. 12. & de poteſt. Epiſc. alleg. 30. num. 41.* Campanil. *diverſ. Jur. rubr. 7. c. 5. n. 2.*

29 Quoad verò utentes dimiſſoriis falſis, ſuſpenſio certè eſt reſervata Sedi Apoſtolicæ in Bulla præfata Urbani. Ita etiam quoad ordinatos ex Epiſcopatibus Cardinalitiis propè Urbem cum literis Dimiſſoriis, ab alio quàm Cardinali Vicario; vel quoad eos, qui in Urbe permanſerint, ut ſupra dixi.

30 Effectus dictæ irregularitatis eſt, quòd nulla ſit proviſio beneficii hujuſmodi irregulari facta; quia irregularis durante irregularitate, legitimè non ablata, eſt incapax beneficiorum, Campanil. *cit. rub. 5. c. 3. nu. 20.* Ventrigl. *cit. n. 19.* Ric. *dec. Cur. Neap. par. 4. dec. 93.* & collatio eſt ipſo Jure nulla, *cap. dudum 22. §. cum angem de elect.* Marc. Leo *cit. pag. 300.*

31 Sed poteſt percipere fructus beneficiorum, quæ habet malè ordinatus contra hanc Bullam, quia in ea non privatur beneficiis obtentis, ſed tantùm quòd poſſit privari; unde requiritur ſententia privationis. In Pœnitentiaria autem ab omnibus pœnis hujuſmodi pœnitentes abſolvuntur, ut reddantur immunes à punitione comminata in Bulla; & innuit *cit.* Marc. Leo *pag. 294. §. etſi.*

32 Quoad Epiſcopum Ordinantem extra tempora, vel ante ætatem requiſitam, nulla eſt ſuſpenſio, vel pœna ipſo Jure, quia ex *Cap. ſanè de temp. Ordin.* & aliis Juribus ſunt tantùm ſuſpendendi, *Glòſ. penult. & interlin. in Clem. fin. de ætat. & qual. & cit. cap. 8. ſeſſ. 23. Concil. Trid.* pœnam ſuſpenſionis per annum percutere tantùm Ordinantes ſine dimiſſoriis, nec in dicta *Bulla Piana* ſuſpenſio contra Ordinantem inflicta fuit, Ricc. *cit. dec. 94. nu. 9.* Ventrigl. *ann. 44. nu. 24.* Theſaur. *cit. cap. 16. nu. 4.* Bulla etenim Sixti V. contra etiam Ordinantes pœnas infligens, fuit redacta, ut pluries dixi, ad terminos hujus *Pianæ, & Concilii per Clementem VIII.*

33 Quoad interſtitia non ſervata in Ordinibus per ordinatos, & ordinantes, ſervanda eſt lex Concilii; quia non eſt ſermo de iis in hac Conſtitutione. Epiſ-
34 copus Ordinans ſine literis Dimiſſoriis proprii Ordinarii, eſt ſuſpenſus per annum à collatione Ordinum, non per *Pianam*, ſed per *Concilium cit. cap. 8. ſeſſ. 23.* confirmatum in Bulla *Speculatores* Innocen. XII. eſtque ſuſpenſus ab Ordine ſic malè collato, & à majori; v. g. ſi contulerit Diaconatum, erit ſuſpenſus à collatione iſtius, & Presbyteratus, ſecus autem à collatione minoris, Fagn. *in cap. vel non eſt compos n. 16. de temp. Ordin.*

Fit etiam irregularis Epiſcopus ſuſpenſus à collatione Ordinum, ſi Ordines conferret, Fagn. *loc. cit. n. 16.* Sed ſi miſſam celebret, an fiat irregularis, Fagnan. *loc. cit. num. 42.* negativam opinionem amplectitur, ea ratione, quia ex communi ſuſpenſus ab actu certi Ordinis, non eſt ſuſpenſus ab actu Ordinis inferioris, ut ſupra etiam dixi; unde cum ordo Epiſcopalis ſit major Ordine Presbyterali, ſequitur ſuſpenſum à collatione Ordinum, & ſic ab actu Ordinis ſuperioris, ſcilicèt Epiſcopalis, non eſſe ſuſpenſum à celebratione Miſſæ, qui eſt actus Ordinis inferioris, ideſt Presbyteralis. 35

In fine tandem Commentarii hujus Conſtitutionis Pianæ addere putavi infraſcriptum votum, quod edidi in quodam dubio coram Summo Pontifice determinato, ad rem ſupra explicatam in pluribus faciente. 36

Archiepiſcopus in Hibernia refert, quemdam Epiſcopum ſuum Suffraganeum, cujus nomen non exprimit, ob decrepitam ætatem lumine omninò orbatum, ratione diminutum, (ſeu ut dicitur *ſcemo*) & inhabilem ad quamlibet functionem, auſiſſe conferre Sacros Ordines pluribus abſque Miſſæ celebratione per ſeipſum; ſed coram alio Sacerdote Miſſam celebrante, Sacras Cœremonias peregiſſe ſuper Ordinandos, repetendo verba Pontificalis, quæ prius legi coram ipſo faciebat à Sacerdote celebrante: eumdemque Epiſcopum multoties eodem die, omnes Sacros Ordines miniſtraſſe. Hinc dictus Archiepiſcopus habita notitia, ſtatim ſuſpendit ab exercitio Ordinum hac methodo ordinatos; acriterque monuit Epiſcopum; qui erroris pœnitens preces porrexit pro abſolutione à cenſuris incurſis. 37

Cùmque fuerit id remiſſum mihi pro voto; Ideò votum infraſcriptum proferre viſum fuit.

Conſiderari poſſe quoad primum, facinus collationis Sacrorum Ordinum abſque Miſſa ordinantis, & quòd miſſa in collatione Sacrorum Ordinum, & Conſecratione Epiſcopi, celebrari debeat; idque inductum fuiſſe ab Eccleſia ob reverentiam Sacramentorum, quæ adminiſtrantur; quam rationem aſſignat *Gloſ. in cap. quod ſicut Ver. dividatur de elect.* quemque morem à primitiva Eccleſia ſervatum fuiſſe, fusè dixerunt Hallier *de Sacr. Ord. par. 2. cap. 5. art. 1.* Gonzal. *in cap. literas de tempor. Ordin.* ubi notat, quòd licèt de ſero Ordines conferrentur, tamen collatio fiebat in Miſſis veſpertinis; Et Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 8. de reform.* voluit, Collationes Sacrorum Ordinum in Cathedrali Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia publicè celebrari. 38

Iſta autem Miſſa in collatione præfata celebrari debet ab ipſo Ordinante; nec ſufficit ut celebretur ab alio Sacerdote coram illo, quia debet eſſe unicus actus concelebrationis, juxtà benè animadverſa in ſimili, Conſecratione nempè Epiſcopi, *per Gloſ. cit. in cap. quod ſicut de elect. Hugo dicit, quod ſi unus conſecrat, & alter dicit Miſſam, fieri non debet*. Et Bernardus Parmenſis Gloſſator Decretalium famigeratus, cujus nomen tanta humilitate abſcondit in reliquis Gloſſis, in hac Gloſ. reperitur ſe manifeſtaſſe; ut notat ibi Gloſ. marginalis; dixitque Gloſſator: *Quod quæſitum fuit à me Bernardo Cappellano D. Papæ, in Conſecratione Epiſcopi Bononienſis, utrum Archiepiſcopus poſſit conſecrare, & alius Miſſam cantare, reſponſum fuiſſe per Bernardum, quod illud fieri non debeat, cùm eſſet contra Ordinationem Eccleſiæ; & numquam vidiſſe, aut audiviſſe, quod hoc aliquando factum fuerit*. Quodque Miſſa debeat celebrari ab ipſo Ordinante, refert Hallier *cit. cap. 5. art. 2.* aliique communiter. 39

An autem Miſſæ celebratio in dicto caſu ſit de ſubſtantia ordinationis, ita ut aliàs eſſet irrita ordinatio; dubitatum fuit apud Canoniſtas: ac nonnulli DD. apud *cit.* Hallier docuerunt, eſſe de ſubſtantia, & ite- 40

randas

Digitized by Google

randas eſſe ordinationes ſine Miſſa peractas: & dixit Ric. *par. 2. prax. var. reſol. 466.* in quo ponit caſum ſpecialem, de quo hic, de quodam Epiſcopo ordinante in Sacris Ordinibus, celebrante alio Presbytero coram ipſo, morbo detento, & impedito; Et idem Ric. *in cit. dec.* Conſultus aſſeruit, non valuiſſe ordinationem, vel ſaltem remanere ſuſpenſam donec Miſſa ab ipſo ordinante celebretur; fuiſſeque caſum remiſſum ad Collegium Doctorum; ſed quia res inaudita erat, non fuit habita congrua reſolutio; dictamque tamen opinionem Riccius ſupponit judicio Romanæ Eccleſiæ, ſuper qua re aliquam novam Extravagantem ejuſdem deſiderari; Et Fagn. *in cap. cum veniſſent n. 8. & 54. de Sacr. Unct.* quòd debeat reiterari ordinatio in caſu omiſſionis Miſſæ; ex eo principio, quòd cùm ſit dubium an Miſſa ſit de ſubſtantia, vel ſolemnitate; tunc tutior eſt amplectendus modus, cùm reiteratione ordinationis.

41 Verùm videtur Miſſa non eſſe de ſubſtantia ordinationis; & proindè non eſſe irritam ordinationem in Sacris peractam ſine illa; ut in his terminis magiſtraliter *Gloſ. cit.* ubi poſtquam retulerat, Miſſam ab ipſo ordinante celebrari debere in collatione Ordinum Sacrorum, addit: *Tamen ſi hujuſmodi ſolemnitates non ſervarentur, valere Conſecrationes, & Ordinum collationes Clericorum; Sed qui contrafecerint punientur ordinantes, & ordinati; quia contra ordinationem Eccleſiæ, & contra illud, quod Eccleſia ſervat, fecerunt;* nec procedit *Gloſſa*, ut malè inquit Ric. *cit.* quoad collationem Ordinum minorum; tùm quia expreſsè in prima parte *Gloſſa* dixerat, morem Eccleſiæ celebrandi Miſſam in Ordinibus Sacris conferendis, fuiſſe; & ſic non in minoribus; & ponit caſum in conſecratione Epiſcopi; ac indefinitè deindè addit, valere ordinationes peractas ſine Miſſa; idque communiter Theologi, & Canoniſtæ ſequuntur, & docent S. Bonavent. *in compend. Theol. lib. 6. cap. 36.* Hallier, *cit. cap. 5. art. 2.* Apoſtoli enim ſolùm per impoſitionem manuum dabant Spiritum ſanctum, Campanil. *in diverſ. Jur. can. rub. 2. n. 36. & rub. 5. cap. 3. n. 21.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi alleg. 14. n. 16.* Sanch. *in opuſc. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 6. & cit.* Barb. *ad Conc. ſeſſ. 23. cap. 8. n. 14.* Giribald. *tract. 9. de Ordine cap. 3. dub. 4. num. 35.* Et ſic cùm verum non ſit eſſe dubium, an Miſſa fuerit de ſubſtantia, cùm certum ſit, non eſſe, *cit.* Campanil. *num. 36.* & Hallier *cit. art. 2.* ideò ceſſat motivum reiterationis totius ordinationis; quòd inquit *citat.* Fagnan.

42 Volunt tamen aliqui, ſupplendam eſſe Miſſam ipſius ordinantis, non tamen totam ordinationem, quæ valida eſt, ſolùmque remanere ſuſpenſos ordinatos, donec ſuppleatur dicta Miſſa; ut videtur deindè ſe reſtringere idem Riccius, ut ſuppleri debeat; & docent Hallier *cit. cap. 5. art. 2. Gloſ. cit.* & Sanch. *dub. 13.* qui ait omnem ſuppletionem debere fieri ab eodem, qui ordinavit, ſi eſt poſſibile, quod ſi fieri nequeat, ab alio; necnon in tempore, quo ordinationes poſſunt celebrari; Campanil. *d. n. 36.* qui tamen advertit, quòd ita cautè fiat, ut cautiùs fieri nequeat, ne cæteris innoteſcat error; ac propterea patiens defectum accedat quaſi miniſter Epiſcopi.

43 Igitur ex prædictis videtur firmum, validam fuiſſe ordinationem prædictam, ſed graviter peccaſſe tam ordinantem, quàm ordinatos; & reiterationem Ordinum non eſſe faciendam, ac ſuppletionem Miſsæ, quidquid ſit, an ſuppleri debeat in genere in ordinatis in Sacris, abſque Miſsa; certum eſt non poſse verificari ſuppletionem in præſenti caſu; tum quia cautio requiſita cum tot ordinatis in regione, ubi exercitium Catholicæ Religionis liberè non ſit, & abſque ſcandalo, & publicatione erroris haberi non poſſit. Sed ulteriùs cùm ſuppletio Miſsæ ejuſdem Epiſcopi ordinantis fieri non poſſit ob cæcitatem ipſius; & ſuppletio Miſsæ alterius, ut videtur permiſsa in caſu, quo ob impedimentum ſuppleri non poteſt ab eodem ordinante, apud *cit.* Campanil. & Sanchez, jam adfuit in ordinatione; cùm ordinatio peracta fuerit cum Miſsa alterius non ordinantis; ideòque non eſt neceſſitas ſupplendi per alium.

Quoad pœnam ordinatorum prædicto modo, videntur nullam cenſuram incurriſse, cùm in nullo Canone ſit hæc pœna adjecta ordinatis ſine miſsa; Sed benè potuerat Archiepiſcopus illos à Sacris ſuſpendere per viam pœnæ ſuſpenſionis hominis; quæ debuerat infligi ſic graviter peccantibus; Sed cùm lapſum fuerit tempus, poſset indulgeri, ut Archiepiſcopus cum iis benignè ſe agat, ſuſpenſionem relaxando præviis pœnitentiis ſalutaribus.

Quoad Epiſcopum ordinantem, qui graviter verè 44
deliquit; ſed acriter fuit reprehenſus ab Archiepiſcopo, & ſe pœnituit, poterit ab Archiepiſcopo denuò moneri de gravitate erroris, ut recipiat abſolutionem à Confeſsario, cùm nullam cenſuram incurrerit, quæ non videtur expreſsa in Jure in caſu, de quo agitur; Sed ſolùm ut graviter ſic delinquentes puniri debeant à Superiore; Cùmque, ut dicam, videatur omninò inhibendum dicto Epiſcopo exercitium Pontificalium, & collatio Ordinum ob ejus cæcitatem, ſatis ex natura recipit pœnam prædicti criminis.

Quoad ſecundum caſum ordinatorum in una die 45
in tribus Ordinibus, certum eſt ordinatos incurriſse ſuſpenſionem Ordinum poſteriorum receptorum. Sed alii dicunt eſse ſuſpenſos ab ulteriore Ordine Sacro recepto tantùm, non autem à primo recepto, *Cap. literas, de temp. Ordin. & cap. 2. de eo qui furtivè*, Barboſ. *cit. cap. literas num. 5.* & de communi docent Layman *de Sacr. Ord. l. 5. cap. 10. n. 10.* Alii tamen dicunt, recipientes duos Sacros Ordines eodem die,
eſse ſuſpenſos quoad omnes Ordines receptos, Navar. 46
in Man. cap. 27. nu. 241. Et alii quos refert Theſ. *de pœn. par. 2. cap. 15. §. recipiens duos Sacros*. Sed quidquid ſit circa intelligentiam *cap. literas*, *aliorumque*
Text. id prohibentium, tollitur difficultas ex *Bulla* 7. 47
Pii II. Ex ſacrorum, contra malè promotos, ut ſuſpenſi remaneant indefinitè loquendo, Scort. *ad d. Bull. theorem.* 108. Pirhing. *in Jus can. tit. 11. de temp.*
Ord. §. 11. Unde Sacra Congreg. Concil. indiſcrimi- 48
natim hujuſmodi ordinatos ſupponit incurſos in ſuſpenſionem, & concedit abſolutionem, quæ reſervata eſt Sedi Apoſtolicæ tantùm, ſed etiam diſpenſationem ab irregularitate ob adminiſtrationem Ordinum, in fortioribus terminis ordinatorum eodem die in Ordinibus minoribus, & Subdiaconatu; ut in *Neapolitana 6. Auguſti* 1711. *& in Bovenſi 7. Maii* 1707. *& in Melevitana 12. Maii* 1714.

Quoad Epiſcopum Ordinantem, nullam cenſuram 49
incurrere ipſo facto ſecundùm aliquos, & de communi teſtatur Theſaur. *cit. p. 2. cap. 15. §. 4. verſ. Epiſcopus conferens*, Suarius *diſp. 31. ſect. 1. nu. 41.* Layman. *citat. cap. 10. nu. 10.* Pirhing. *in jus Can. tit. 11. de temp. Ordin. §. 11.* Pignatel. *tom. 4. conſ. 228. num. 5.* cùm ſuſpenſio, de qua *in cap. literas, & cap. dilectus de temp. Ordin.* non ſit latæ ſententiæ reſpectu Ordinantis, ſed ferendæ ſuſpenſionis à collatione Ordinum. Hinc in *cit.* Boven. *Sac. Congregatio reſcripſit*: Quoad Ordinatos dandam eſse abſolutionem, impoſita aliqua Pœnitentia ſalutari, arbitrio Epiſcopi vicinioris. Quoad Epiſcopum Ordinantem *ad mentem*, ut ſcilicet non ſolùm acriter corripiatur, ſed etiam acritèr moneatur, quòd licèt ipſi gravior eſset pœna infligenda, quia plus deliquit, ſcientèr conferendo dictos Ordines Sacros eodem die, attamen ex benignitate Sacræ Congregationis omnis pœna pro hac vice ei remittitur; quòdque in poſterum à ſimilibus committendis omnino abſtineat.

Quare videtur poſse indulgeri per Sanctiſſimum 50
facultas dicto Archiepiſcopo abſolvendi à ſuſpenſione, & diſpenſandi ab Irregularitate, quatenus miniſtraverint, prævia pœnitentia ſalutari impoſita dictis Ordinatis; Et quoad Epiſcopum, iterum moneatur de gravitate culpæ commiſsæ; & ſtante præfata cæcitate, & inhabilitate eum ſuſpendat ab exercitio Ordinum, & Pontificalium.

Sicque

Sicque indulgendo Regioni de qua agitur inter Hæreticos, & tempori elapſo facti, dicerem poſſe reſponderi, cum inſtructione expetita pro Archiepiſcopo.

Quò verò ad Ordinatos in Sacris ſine Miſſa Ordinantis, ſed alterius, validè fuiſſe Ordinatos, ſed graviter deliquiſſe Ordinantem, & Ordinatos; & rectè ſe geſſiſſe Archiepiſcopum in ferenda ſuſpenſione contra Ordinatos pro culpa eorum plectenda, ſed poſſe nunc indulgeri cum iis, relaxando dictam ſuſpenſionem, cum pœnitentiis ſalutaribus; animadvertendo eos, & Epiſcopum Ordinantem de eorum gravi errore, & peccato, ut pœnitentes à Confeſſario recipiant abſolutionem.

Quoad verò Ordinatos unica die in Ordinibus Sacris, committatur facultas Sanctiſſimi Domini Noſtri Archiepiſcopo, per organum ejuſdem D. Internuntii abſolvendi à ſuſpenſione ab iis incurſa, & diſpenſandi in irregularitate, quatenus miniſtraverint in dictis Ordinibus, injunctis pœnitentiis ſalutaribus; ac animadvertat dictum Epiſcopum de gravi peccato commiſſo, ut abſolutionem dignè curet à Confeſſario, eique Epiſcopo interdicat, ac eum ſuſpendat, auctoritate etiam Apoſtolica, ab exercitio Ordinum, & Pontificalium, ſtante cæcitate, & inhabilitate.

51 Ad majorem tamen cautelam animadvertere non omitto, referri in epiſtola Archiepiſcopi, dictum Epiſcopum Ordinantem eſſe cæcum impotentem, & *ſcemo*; hoc enim verbum poteſt importare, vel quandam mentis ſenilis levitatem, vel mentis hæbetudinem, vel rationis carentiam. Si enim dictus ſenex non ſit mentis compos; quod videri poterit, ſi animadvertatur ad actionem Ordinationis, non poterat facere actus proprios; & verba, etſi ab alio ſuggeſta, non poterat proferre, utique in tali caſu Ordinationes fuiſſent nullæ, & deberent reiterari; & quatenus eſſet aliqua dubietas non levis dictæ rectæ mentis, deberent reiterari Ordinationes ſub conditione, ut omnes Canoniſtæ docent in hac materia, in qua omnis abundare debet ſecuritas, Fagnan. *citat.* & DD. *in cap. 2. & 3. de Sacram. non iterand.* ut in periculo non ſint adminiſtrationes Sacramentorum, quæ ab Ordinatis fieri debent, ſi non eſſent verè Ordinati; Unde videtur in inſtructione petita tranſmittenda, hoc peculiariter animadvertendum; niſi velimus credere illud verbum *ſcemo* importare quandam levitatem ſenilem; quòd remitto conſiderationi, & prudentiæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Juxta quæ fuit reſolutio ſanctæ memoriæ Clementis Papæ Undecimi ut tamen per Congregationem de Propaganda Fide remitteretur inſtructio ſecundùm prædicta.

CONSTITUTIO VIII.

PII SECUNDI.

Incipiens (*Ad retinendas.*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS, &c.

PRæcipit Officialibus quibuſcumque, ne Bannitis ob homicidium, ſine expreſſa licentia Papæ, remiſſionem, aut ſalvumconductum concedant, ſub pœna excommunicationis, & nullitatis hujuſmodi Indultorum, ſed capti puniantur; prout quoque de homicidis ſtatutum fuit; quòdque homicidæ notorii, aut de homicidio infamati, non poſſint habere officia, nec actus ullos legitimos facere, ſub pœnis ibi comminatis.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Princeps clemens debet eſſe, ſed ſeveritate juncta contra facinoroſos.*

2 *Pius Papa II. promulgavit Conſtitutionem hanc contra Homicidas, & Bannitos pluribus pœnis in eos inflictis,*

Præſertim, ut non poſſint redire ad loca, à quibus banniuntur, habita pace, aut ſalvoconductu ab aliquo Officiali, etiam Legato à Latere, & latius ibidem, & n. ſeqq.

3 *Fuerunt confirmata diſpoſita per Pium, & ab aliis Summis Pontificibus, aliaque demandata quoad prædicta.*

Ubi etiam de Conſtitutionibus Pauli II. Sixti IV. Clementis VII. Pii IV. & S. Pii V. fit mentio, ibid.

Refertur Conſtitutio Innocent. XII. hanc Pianam quoque confirmans, ibid.

4 *Commendanda eſt vigilantia Summorum Pontificum pro dictis Conſtitutionibus.*

5 *Homicidium crimen eſt graviſſimum, ejuſque nomenclatura, & definitio adducitur.*

6 *Naturali Jure, Divino, & Humano videtur prohibitum, adductis auctoritatibus ex dictis Juribus, & n. ſeq.*

7 *Plures adducuntur leges civiles, & municipales quoad pœnas homicidarum.*

8 *Deus primis Mundi temporibus mitius egit cum homicidis, & ex qua ratione deinde ſeverius punivit.*

9 *Notantur Gentiles, qui victimas humanas ſacrificabant.*

Idem feciſſe Græcos, & Romanos refertur, ibidem.

10 *Bannum, & Banniti quare ſic denominentur.*

11 *Quid importet pœna Banni.*

Potiſſimum antiquitus, & tempore Romanorum, ibid.

Et an ſucceſſerit in locum pœnæ aquæ, & ignis interdictionis?

12 *Bannum an ſuffectum fuerit in locum deportationis?*

Ubi de Banno, & Forbanno, aliquando forjudicatione apud aliquos dicto, ibid.

13 *Qui dicantur Banniti, & Banno damnati?*

Abſentes regulariter non debent condemnari in contumaciam, tamquàm de crimine convicti, ſecùs Banniti, & qua ratione id permittitur de generali conſuetudine Italiæ, ibid.

Ubi, quid Neapoli Banniti dicuntur forjudicati, & de formula Bannitionis, ſcilicet forjudicationis in Magna Curia Vicaria Neapolis, ib.

Et quare tempore prolationis ſententiæ exeunt ab aula Vicariæ Eccleſiaſtici, ibid.

14 *An Judex teneatur ſalvumconductum concedere inquiſito de homicidio, volenti ſe conſtituere ſuper qualitate addita, adducuntur opiniones, & diſtinctio adducitur in hac materia, ibidem.*

15 *Quatenus Judex teneatur offerre ſalvumconductum?*

Debet dari quando Judici innoteſcit, etiam extrajudicialiter præjudicium rei, ibid.

16 *Sufficit aſſicuratio generalis Judicis, abſque expreſſione delicti.*

17 *Cuicumque Bannito regulariter concedi debet ſalvuſconductus pro novo delicto.*

18 *Judex ignorans præjudicium rei, quatenus validè procedit contra Bannitum pro novo delicto abſque ſalvoconductu, ſed ſententia non eſt exequibilis, & conce-*

& conceditur reſtitutio in integrum eidem ex juſtis cauſis.

19 *An quis obtinens ſalvumconductum, ſeu gratiam ab iis, quibus interdicta fuerit conceſſio, & fuerit deindè carceratus, debeat excarcerari, vel poſſit procedi ad pœnas, & condemnationem, attenta nullitate ſalviconductûs? & n. ſeq.*

Adducuntur variæ opiniones, ibid.

20 *Communior opinio eſt ad favorem aſſecurati, quatenus ſalvuſconductus fuerit conceſſus ab habente Juriſdictionem in loco.*

21 *Quid ſi adſit ſtatutum, vel lex, ſeu Conſtitutio Apoſtolica, ut in præſenti, quibus annullantur ſalviconductus conceſſi à non habentibus facultatem, imò eis prohibitum illos concedendi.*

Adducuntur plures diſtinctiones DD. ibid.

Concluditur, reum non eſſe puniendum, ſed excarcerandum cum præjudiciis, quæ habebat, ibid.

22 *Refertur caſus noviſſimè in hac materia ob ſalvumconductum à Gubernatore Baronali reo conceſſum, qui deindè carceratus fuit in Curia Gubernatoris Urbis, & admiſſus, ut ſupra.*

Adducuntur rationes, & exempla præfatæ reſolutionis deſumpta in dicta cauſa ad favorem rei, ibid.

23 *Refertur diſpoſitio hujus Bullæ Pianæ, quòd homicidæ notorii condemnati, ſeu diffamati ſint infames, & inhabiles ad munera, & functiones civiles, ut ibi, & n. ſeqq.*

24 *Homicidæ ſunt infames, & à munere judicandi removendi, etiam lege civili.*

25 *Item à teſtimonio ferendo.*

26 *Necnon à munere Tabellionatus.*

27 *Sed quid dicendum quoad teſtamentifactionem? & n. ſeqq.*

Quid in deportatis, & damnatis ad mortem, ibidem.

Adducuntur opiniones, & rationes earum, ibidem.

28 *Debet attendi locorum conſuetudo, ubi de ea in aliquibus locis.*

Præfata dicta quoad deportatos, poſſent procedere quoad Bannitos, ſi prævaleret opinio, Bannum in locum deportationis ſuffectum eſſe.

Sed juxta opinionem ſupra adductam, quod non aſſimilentur, non eſt tutum, ut Banniti parificentur in factione teſtamenti.

29 *DD. adducuntur præcisè circa factionem teſtamenti Bannitorum.*

30 *Quid videtur dicendum in Statu Eccleſiaſtico circa hoc?*

31 *Quid abſtrahendo à diſpoſitionibus Bullarum, dicendum videatur ſecundùm jus, & DD. ſententias? ubi etiam remiſſivè.*

32 *Quid veniat nomine Homicidarum diffamatorum, ſeù condemnatorum, ut ſupra enunciatorum in hac Bulla, contraquos infamia, aliæque pœnæ infliguntur?*

1 ETſi clementia propria eorum virtus ſit, qui ad gubernacula Populorum ſedent, ut ajebat Senec. *lib. 1. de clementia*, c. 5. non ita tamen indulgens, læniſve debet eſſe Princeps, ut ſeveritate neglecta, indè homines ad malum proni, Juſtitiæ repagula effringentes, ſuis facinoribus Reipublicæ tranquillitatem confidenter perturbent, ſpe de ſuorum ſcelerum impunitate concepta. Hinc cùm in dictione Eccleſiaſtica aliquibus annis citra, Pius Papa II. perſpexiſ-
2 ſet, quamplurima etiam ex levibus cauſis patrata fuiſſe homicidia; ſitque iſtud crimen tam pernicioſum, & deteſtabile ex quo innumera ſcandala, & mala ſubſequuntur, è Republica eliminandum, plurima ſancivit pro tali facinore puniendo; ſuper quibus, ut magis innoteſceret, quæ priùs conſtituerat hac Bulla edita apud S. Petrum 28. Januarii anno 1461. Pontificatus ſui IV. præfatas ejus Conſtitutiones, & proviſiones, pro majori Populorum notitia publicari mandavit; in qua plura diſpoſita videntur; & præcipuè, quòd homicidæ Condemnati, ſeu Banniti non poſſint redire ad locum, ſeu diſtrictum, etiam habita pace ab Hæredibus, vel Conſanguineis Occiſi, aut ſalvoconductu ab aliquo Officiali, ſeu gratia obtenta, nec etiam à Legato de latere, redeundi, ſeu morandi in perpetuum, vel ad tempus, etiam modicum; nec etiam per diem unicum, ſivè noctem; ſub pœna excommunicationis ipſo facto, & abſque declaratione incurrendæ, ac Summo Pontifici reſervatæ: nec poſſint præfati rei abſolvi à prædictis; itaut quicumque actus ex præfatis geſtus, nullitati ſubjaceat; necnon contrafacientes in pœnam ducatorum mille Cameræ Apoſtolicæ applicandorum incidant, retinendorum ſtatim à Theſaurario; quòd ſi hoc ipſe non fecerit, in prædictam excommunicationis pęnam delabatur, & ſic Banniti, & Aſſecurati, ut ſupra, capi, atque retineri debeant, ſi revertantur, & exequi ſententia contra ipſos per Judices ſuos ſine requiſitione alterius Superioris; ſub pœna ducentorum ducatorum auri, Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, per Theſaurarium retinendorum, ſub pœnis Theſaurario non retinente, ut ſupra: utì hæc omnia diſpoſita fuerunt *in cit. Conſtit.* §. 3. & alia *in ſeqq* §§. de quibus mox dicam.

Diſpoſita præfata per Pium, confirmata fuerunt per Papam Paulum II. in ejus *Conſtitutione 3. incip.* 3
Munera, infra adducenda, ibi §. 4. *Inſuper prohibemus, ne aliquos reos capitales, aut exules, bannitos, aut diffamatos, abſolvere, reſtituere, aut liberare audeant ſine licentia ſpeciali Rom. Pontificis.* Et Sixtus IV. *in ejus Conſt.* 10. *in Bullar. antiq.* mandavit, quòd condemnati ſupradicti, ſivè ut principales, ſivè ut conſilium, auxilium, & favorem præſtantes, ſuarum condemnationum remiſſionem, aut ſalvumconductum, & licentiam ſecurè manendi in loco patrati criminis, vel eo intra quinquaginta milliaria propinquo, nullatenùs obtinere poſſint ab alio, quàm à Summo Pontifice; & quòd alterius, etiam Legati de latere, remiſſio nemini ſuffragetur: quinimò quòd neque à Summo Pontifice conceſſi ſalviconductus prodeſſe valeant, niſi in termino, & tenore de verbo ad verbum in illis contento.

Clemens VII. *in Conſt.* 20. *tom.* 1. *Bullar.* §. 7. approbavit præfata, imò extendit, quòd homicidæ, ac rei prædicti non ſolum à loco delicti per quinquaginta milliaria, ut conſtituerat Pius in hac *Conſtitutione*, ſed à quibuſcumque Terris, & locis S. R. E. exules eſſe deberent; nec poſſe iidem concedi licentias, vel ſalvumconductum, ut ſuprà per Pium fuit diſpoſitum ſub iiſdem pęnis; Duceſque, & Barones prædicta non obſervantes, incurrere pęnas dictæ *Conſtitut.* ipſo jure, & abſque alia declaratione.

Pius itidem Papa IV. innovavit *Conſtitutionem* Clemen. VII. *Conſtit.* 27. *tom.* 2. *Bullarii*, declaravitque ulterius, Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, vel alios Officiales Deputatos, & deputandos facere non poſſe gratias, ſeù remiſſiones, aut compoſitiones quibuſvis Inquiſitis condemnatis, aut bannitis, ex cauſa, vel occaſione homicidii, deliberato animo, vel caſu fortuito, aut in rixa, vel alio quóvis modo perpatrati: illaſque ſolùm gratias poſſe ſuffragari, quæ habuiſſent ſupplicationes deſuper ſua manu ſignatas, & per Datarium datatas, ut in declaratione impreſſa ſubtus *ad cit. Conſtit.* 27. *pag.* 30.

Succeſſivè S. Pius V. in ejus *Conſtit.* 10. præſertim §. 10
9. omnes dd. Conſtitutiones confirmavit, & innovavit. Sixtus etiam V. in *Conſtit.* 6. *tom.* 2. *Bullar.* innovavit omnes Conſtitutiones Anteceſſorum contra Exules, Bannitos, & Facinoroſos promulgatas. Innocent. tandem Papa XII. in ejus *Conſtit. 9. incip. Viros ſanguinum* 17. *Maii* 1692. *in Bullar. parvo ſuarum Conſtitutionum*, confirmavit, & renovavit præcisè Conſtitutionem hanc Pii II. mentionem faciendo de prædictis Conſtitutionibus: ut ex tranſcriptis §§. *marginalibus dictæ Conſtitutionis* patet. Inferius autem ponere curavimus diſpoſitionem præcipuam *Innocentianæ ejuſdem Conſtitutionis*, §. 2. ubi habetur: *Spes veniæ faciles*

reddit ad delinquendum, §. 3. Pius II. prohibuit remitti exilium, vel ſalvumconductum concedi homicidis, §. 4. Sixtus IV. confirmat præcedentes, addendo arcendos per milliaria quinquaginta à loco delicti; & ſolam remiſſionem Pontificis ſuffragari, §. 5. Clemens VII. ampliat exilium ad totam Ditionem Eccleſiaſticam, Contravenientes apprehendi, complices plecti. Adimit omnibus facultatem abſolvendi. §. 6. forma attendenda in abſolutione concedenda per Pontificem, §. 7. Pius IV. innovat Conſtitutionem præcedentem, §. 8. Idem Pius mandat attendi ſolùm abſolutiones ſignatas manu Pontificis à Datario datas, §. 9. S. Pius V. confirmat, & innovat omnia præmiſſa, §. 10. Sanctiſs. D. N. ita pariter confirmat, & innovat.

Deindè §. 11. *Et nihilominùs hactenùs inquiſitos, proceſſatos, condemnatos, aut bannitos, ſivè uti principales, ſivè uti mandantes, vel mandatarios, ſivè uti complices, aut auxilium, vel conſilium, vel favorem præſtantes, ex cauſa, vel occaſione homicidii, pro quo pœna ordinaria, vel extraordinaria impoſita fuerit, vel erit, ſeu imponenda foret, & quos quibuſcumque futuris temporibus ſimiliter inquiri, proceſſari, condemnari, ſeu banniri contigerit, ubilibet in quibuſcumque Civitatibus, Terris, & locis, Nobis, & Sanctæ Sedi mediatè, & immediatè ſubjectis, comprehenſis etiam quatuor Legationibus, & Civitatibus Bonon. Ferrarien. Beneventana, aliiſque etiam ſpecialem, & individuam expreſſionem, & nominationem requirentibus, nullo unquam tempore, vel modo, ex aliqua gratia, ſeu compoſitione, vel per viam caſſationis proceſſus, remitti, ſeu quoquomodo gratioſè rebanniri, habilitari, ſeu diſpenſari, minuſque illis aliquem ſalvumconductum, præterquam pro vero, reali, & neceſſario ſervitio juſtitiæ, & pro eo dumtaxat tempore, quod hujuſmodi ſervitio congruat, concedi per quoſcumque locorum, & Civitatum Gubernatores, & juſtitiæ Officiales, Provinciarum Rectores, dictæ Romanæ Eccleſiæ in temporalibus Vicarios, & quoſcumque alios quantumvis ſpeciali, & individua nota dignos, ac etiam ipſos de latere Legatos, ſalva tamen quoad eoſdem Legatos infraſcripta diſtinctione; ſeu moderatione, etiam pace ab hæredibus, vel conſanguineis, aut filiis occiſi habita, ſine noſtro, & Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium, ſpeciali mandato, omninò prohibemus. §. 12. Ita tamen, ut pro hujuſmodi mandato certa, ſeu præciſa forma non requiratur, prout in ſuperiùs relatis literis, quibus in hac parte opportunè derogamus, & derogatum eſſe volumus, cavebatur, ſed quocumque legitimo modo illud apparere, ſeu probari ſufficiat.*

§. 13. *Ad hæc omnes, & quaslibet facultates, quibuſcumque locorum, & Civitatum Gubernatoribus, juſtitiæ Officialibus, Provinciarum Rectoribus, dictæ Romanæ Eccleſiæ Vicariis in temporalibus, & quibuſcumque aliis quantumvis ſpeciali, & individua nota dignis, ac etiam ipſis de latere Legatis; ſalva tamen quoad eoſdem Legatos infraſcripta diſtinctione, ſeu moderatione, ſuper hujuſmodi gratiarum, compoſitionum, ceſſationum, proceſſuum, remiſſionum, habilitationum, diſpenſationum, & ſalvorumconductuum conceſſione, etiam per Nos, & Prædeceſſores noſtros, ac Sedem eamdem ſub quavis forma, & verborum amplitudine conceſſas, innovatas, & approbatas, omnino revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, caſſatis, irritis, & nullis, ac ſi conceſſa non fuiſſent, haberi volumus, & decernimus, & quaſcumque facultates, ſi quas impoſterum concedi contigerit, ſervata hujus noſtræ Conſtitutionis forma, intelligi, & obſervari debere omninò volumus, & mandamus.*

§. 14. *Verùm quia in relatis Prædeceſſorum literis, cæteris omnibus Officialibus, & perſonis præfatis, æquè ac ipſis de latere Legatis, hujuſmodi gratiæ, & actus indiſtinctè prohibentur, omniumque facultates pariformiter revocantur, ſivè de homicidiis animo deliberato, ſivè caſu fortuito, vel in rixa, vel alio quovis modo patratis agatur. Nos eximiam Legatorum de latere S. R. E. Cardinalium dignitatem præ oculis habentes, eoſque facultatibus, ea qua decet circumſpectione, uſuros eſſe ſperantes, præfatas Conſtitutiones moderari, illaſque, & præſentem noſtram ſanctionem quoad præſentes, & pro tempore exiſtentes de latere Legatos ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinales, locum habere decernimus pro homicidiis animo doloſo, & præmeditato commiſſis; iiſdemque de latere Legatis, ut ſibi conceſſis, ſeu concedendis facultatibus, quas Nos juxta præſcriptam in iiſdem præſentibus formam, etiam harum ſerie opportunè concedimus, quoad gratias, & actus prædictos uti poſſint, & valeant, quoteſcumque de homicidiis caſu fortuito, vel in rixa, ſeu aliàs ſimiliter ſine dolo, & præmeditatione commiſſis agi contigerit; iiſdemque Conſtitutionibus in hac parte ampliſſimè derogamus, & opportunè derogatum eſſe volumus, & mandamus; firmis tamen, & in ſuo robore, quoad quoſcumque alios remanentibus omnibus, & ſingulis, quæ in præfatis, & præſenti noſtra Conſtitutionibus, quoad omnia homicidia, etiam in rixa, vel caſu fortuito, vel aliàs commiſſa, ſtatuuntur, & decernuntur.*

§. 15. *Volentes prætereà delinquentibus, eorumque fautoribus occaſione tùm homicidiorum, tùm aliorum delictorum anſam eo magis amputare, ne Curia, & Fiſco eoſdem inquirendi, & proceſſandi, condemnandi banniendi, & quoſcumque juſtitiæ actus explendi impedimentum præbeant, & è converſo Nuncios, Birruarios, Notarios, Promotores, ſeu Procuratores Fiſcales, Judices cæteroſque juſtitiæ Officiales, & Miniſtros ad eorum operam attentiùs navandam, ac querelantes ad opera juſtitiæ tutiùs imploranda, & teſtes ad veritatem liberiùs propalandam, ſpe, & præſidio majoris ſecuritatis excitare, præfatas, & præſentem noſtram Conſtitutiones, ſic extendimus, & reſpectivè locum habere mandamus, ut omnes, & quicumque in pœnam ultimi ſupplicii, vel ad triremes perpetuò condemnati, ex cauſa præfatorum juſtitiæ Miniſtrorum, & Officialium, ſeu partis querelantis, vel teſtium offenſionis à nemine ex prædictis Gubernatoribus, Officialibus, Rectoribus, Vicariis in temporalibus, & quibuſcumque aliis ſpeciali, & individua nota dignis, & nec ab ipſiſmet de latere Legatis S. R. E. Cardinalibus remitti, ſeu ullam ex gratiis, & actibus ſuperiùs expreſſis, minuſque aliquem ſalvumconductum, præterquam pro vero reali, & neceſſario ſervitio juſtitiæ, & tunc pro eo dumtaxat tempore, quod hujuſmodi ſervitio congruat, ſine expreſſo, ut præfertur, noſtro, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis mandato, obtinere ullatenus poſſint, & valeant; omneſque, & quaſcumque facultates quoquomodo conceſſas, quæ præſentibus adverſarentur, penitùs, & omninò, ut præfertur, revocamus, & annullamus; iſtoque caſu, & ad hunc effectum, ut judiciis ad tranſmittendam inquiſitionem ſufficientibus ex proceſſu reſultantibus; Judices ad quos ſpectat, ſervatis ſolitis terminis ad condemnationem delinquentium hujuſmodi expeditè procedere teneantur, omninò volumus, & decernimus.*

Summoperè igitur commendanda eſt Providentia Romanorum Pontificum, qui homines facinoroſos, Reipublicæ tàm noxios, comminatione pœnarum nedùm 4
punire, ſed ab hujuſmodi exceſſibus alios præcavere ſatagerunt. Pœnæ etenim metus ad pravas, improbaſque actiones efficit tardiores, Scomborner. *libr. 3. politicor, cap. 20.* Unde ſapienter ajebat Plutarchus *her. 1. cap. 10. Quæ facinus ſtatim ſubſequuntur pœnæ, non modò in poſterum inhibent delinquendi audaciam, ſed & injuria affectos maximè conſolatur*, Si autem unquam gravi digna ſunt animadverſione prava facinora; graviſſimam certè meretur immaniſſimum ſcelus, quo homo ab omni deſciſcens humanitate (quæ virtus adeò eſt homini propria, ut ab ipſo nomen acceperit) in hominem ſevit, & brutis ipſis, quibus propria ſpecies tuta eſt, immaniorem ſe prodit.

Homicidium certè, Crimen eſſe graviſſimum, & 5
naturalis ratio, & divina, humanaque jura concorditer dictant: diciturque ſic ab homine cædendo, eſt etenim cædes hominis, *l. ſi ita vulneratus 52. ad l. Aquiliam*, & definitur, humani corporis exinanitio ab homine facta; nam ſi homo à fera, vel à bruto occidatur, non dicitur homicidium, ſed pauperies

tit. In-

Digitized by Google

tit. Inſtit. & ff. ſi quadrup. paup. feciſſe dicatur. Nec
6 inveniri poſſe puto homines, qui iſto perpetrato ſcelere, non è veſtigio ſe graviſſimi piaculi reos confiteri detrectent. Exemplum hujus veritatis ex Gen. *cap.* 4. deſumimus: ubi poſtquam Cain perditorum hominum, & Sicariorum ſignifer, in Abelem fratrem ſæviiſſet, ſceleris gravitate perſpecta, illud veniæ indignum putans, ajebat: *Major eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear*. Verùm licèt hominis conſcientia, firmum præſtet argumentum, de hujus criminis gravitate; firmiùs tamen Nobis præbet Deus ipſe: dum illud adeo horrere profitetur; ut & præceptis, & pœnis homicidas cohibere ſemper ſollicitus fuerit, quinimò hominibus, Gen. 9. carnis cum ſanguine commeſtionem prohibuerit, ut ſic homines à quacumque ſanguinis effuſione deterreret; ut obſervant D. Joannes Chriſoſtom. & Rupenus. Et in Evangelio, ubi veteres leges explicantur, hæc Principem obtinent locum, Matth. 5. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides*.

Perſpici itaque poteſt, ut dicti, ſceleris gravitas ex pœnis ſeveriſſimis per leges contra homicidas ſancitis. Ipſamet lex naturalis humanæ rationi juſtiſſimè inſinuat, mortis ſupplicio excipiendum, qui aliis eam intentavit. Unde hujus naturalis æquitatis conſcius Cain, dixerat. Gen. 4. *Qui inveniet me, interficiet me*. Et juſtiſſima Rhadamanthi lex *apud Apoll. lib.* 2.

Quæ fecit, ſi quiſque ferat, jus fiet, & æquum.

Veteris Teſtamenti leges morti ſubjeciſſe homicidas conſtat ex Exodo *capit.* 21. Et Evangelium, eodem gladio jugulari minatur Sicarios, quo ad alios occidendos uſi ſunt. Vetus quoque Eccleſiæ diſciplina, perpetuæ, ac laborioſiſſimæ per totam vitam pœnitentiæ eos ſubjecit. Quinimò quando diſciplinæ vigor invaleſcebat, eis etiam in mortem pacem denegavit, ut ex Tertull. *lib. de pudicitia, & Can.* 2. *Concil. Elıberitani* compertum eſt.

Licèt fatendum ſit, aurea illa ætate crimen hoc infrequens fuiſſe. Quis enim ſuadere ſibi poterat, priſcos illos fideles, qui ea charitate in Confratres exæſtuabant; ut in occurſu, ſe amplexibus, & pacis oſculo exciperent, & proprias ſubſtancias ad mutuum neceſſitatum levamen erogarent; potuiſſe tam immane ſcelus perpetrare. Videantur veteres Chriſtianæ Religionis Apologiſtæ, illius ætatis mores depingentes.

7 Leges quoque Civiles Romanorum maximè ſollicitæ fuerunt, ut acriter Sicarios punirent. Unde lata *lex Cornelia de Sicariis* à Cornelio Sulla Dictatore, qua pœna deportationis, & omnium bonorum ademptionis ſancita fuit, *l.* 3. *§. lex Cornelia, ff. ad leg. Corn. de Sicar.* etſi pœnam illam ultimi ſupplicii fuiſſe, quoad ignobiles; & quoad nobiles, & honeſtiores in Inſulam deportationis, advertit Harppreckt. *§. item lex Cornelia de Sicariis in tit. inſtit. de publ. Judic. num.* 270. & fuiſſe in omnibus pœnam ultimi ſupplicii, dixit Ant. de Matthæis *de probat. cap.* 1. *n.* 68. & Franciſc. Marad. *tract. Crim. de homic. ſimplici, c.* 7. *par.* 3. *nu.* 3. & 4. Quinimò ut celeriùs à terra ſubducerentur, qui hujus criminis labe polluti fuerint, decrevit Conſtantius Imperator in *l.* 4. *C. Theodoſ. tit. de pœn.* ut ultio adverſus eos minimè differretur, ne Principis clementiam (cujus efficiuntur indigni) experiri unquam contingat; ac proindè emendatum fuit *Senatuſconſult. Tyberian.* quo cautum fuerat, ut damnatorum pœnæ à Senatu in decimum uſque diem differentur, ut teſtantur Sveton. *in vita Tyber. capit.* 75. Tacit. *libr.* 3. *Annal.* aliique relati à Gathofred. *in d. leg.* 4. *C. Theod.* & in Regno Neapolis adeſt Conſtitutio *Terminum vitæ*, qua indiſtinctè ſtatuta fuit pena mortis homicidis; & ea non fuiſſe anctam penam in legibus contentam ſed tantùm immutatam in genere pœnæ mortis, ut Nobiles plecterentur truncatione capitis, & humiliores laqueo ſuſpendantur furcis, Fabius Anna *in repetit. ad Patrem ſuper repetit. cit. Conſtitut. num.* 117. & 118. ſed quia homicidium dividitur in ſimplex, & deliberatum, vel juxta alios, in voluntarium, neceſſarium, & caſuale; Farinac. *de homicid. quæſt.* 119. *inſp.* 1. *numer.* 7. Prat. *in addit. ad Muſcat. prax. Crim. titul. de ſimplici homicidio, verſ. his prehabitis*, & alia homicidia dicuntur doloſa, ſimplicia, vel deliberata, aut in rixa commiſſa, culpoſa, vel ſine culpa patrata, fortuita, proditoria, cum qualitate Aſſaſſinii, & gravantia ob perſonas interfectas, putà in Parricidio, Uxoricidio, Epiſcopo, Parocho, Presbytero, &c. ſicque juxta varietatem homicidiorum pœna varia incuti debet, vel ex ſtatutis, vel municipalibus legibus; & quoque juxta jus commune; & non ſemper pœna ordinaria *leg. Corneliæ*, ut adducta diviſione homicidiorum, latè noviſſimè Maradeus *cap.* 7. *per totum*, & Raynald. *tom.* 1. *cap. ſeptimo, rubric. cum ſupplet. & pluribus ſequentibus*, ubi etiam quid ſervetur in Statu Eccleſiaſtico.

Ex quibus omnibus patet, ſemper hoc ſcelus fuiſſe ſeverè vindicatum. Hinc impietatis nota urere poſſumus eorum mores, qui illud pecuniaria dumtaxat pœna ulti ſunt; quaſi inter hominum vitas, & æs nulla fuiſſet improportio; ut de priſcis Romanorum Regibus, & Germanis certo pecorum numero crimen luentibus, teſtatur profanæ antiquitatis peritiſſimus Alexandr. ab Alexandr. *libr.* 3. *Genial. dier. capit.* 3.

Haud tamen negandum eſt, Deum primis Mundi 8
temporibus, & ante Gigantum ætatem, aut ob hominum raritatem, aut quia pauci adhuc graſſarentur; ſeveritatem illam, quam naturalis ratio exigere videbatur temperaſſe; itaut homicidis vitam non eripi curaverit, ſed ſolum humani commercii expertes reddiderit, Gen. 4. ubi Cain mortem timens, reſponſum à Deo accepit: *Nequaquam ita fiet*. Quòd & olim in Græcia uſurpatum docet Euripides hoc carmine:

Fugaque lueret, triſte non letho, ſcelus.

Verùm cum jam ante diluvium, Gigantum ætate, invaluiſſet humanarum cædium licentia; ne mos idem poſt diluvium invaleſceret, ſeveriùs occurrendum Deus cenſuit; & repreſſa prioris ſæculi lænitate, quòd natura non iniquum eſſe dictabat, & ipſe permiſit, ut inſons eſſet, qui homicidam occidiſſet; quod poſtea ſummas ob cauſas ad Judices ſolos reſtrictum eſt; ut obſervat Grotius *de jure belli, & pacis lib.* 2. *c.* 20.

Cùm igitur, & naturalis ratio, & divina humana- 9
que jura hominum cædes adeo perhorreſcant; quis poterit non execrari nefariam quorumdam Gentilium Religionem, qui euſque ſe immanes prodiderunt, ut ſuis altaribus humanas victimas immolarint: Quod Cyprios, Tauroſque feciſſe, teſtatur Lactantius *lib.* 2. *Inſt.* Gallos item Britannos, & Slavos ſimilia Sacra peragiſſe, tradunt Cicero pro Fonejo, Plutarchus *de ſuperſt.* Plinius *lib.* 28. *cap.* 1. & Helmold. *libr.* 1. *cap.* 4. Vide *Clementem in Protrept.* Quem morem nec Græca eruditio, nec Latinæ Leges ſubſtulerunt; ut ex iis, quæ de Sacrificiis factis Baccho Omeſtæ apud Græcos, & Jovi Latiali apud Italos, legimus in Plutarch. *in Themiſt.* & Pauſan. necnon apud Plin. *lib.* 28. *cap.* 1. Halicarnaſs. *lib.* 1. Lactantium *cit.* & Porphyrium *lib. de non eſſe animal.* Qui duo ultimi inſuper, etiam ſuis temporibus oblatas fuiſſe Jovi Latiali victimas humanas ſcribunt. Conſulantur Juſtinus *in Apolog. prima, Tatian. & Lactant.* cultum iſtum exagitantes.

Explicatis terminis homicidarum, contra quos Bulla hæc Piana procedit, aliqua ſubnectam de Bannitis, in quos quoque ea invehit.

Bannum igitur, ſi vocabulum ſpectes, procedere 10
videtur à vocabulo Germanico, & Bannitus dicitur extra Bannum, ſcilicet diſtrictum alicujus loci ejectus, quia Banniti amittunt Territorium, & viam publicam, & libertatem, & rerum communium æqualem conceſſum omnibus uſum, & latè de hoc nomine Gaill. *l.* 2. *de pact. publ. cap.* 1. *numer.* 12. Nicol. Ant. *de exil. cap.* 9. *num.* 18. *l.* 3. & in Regno Neapolis dicitur *forjudicatio, ſeu forbannitio, & forjudicati*, Mar. *cit. p.* 3. *c.* 23. Eſtque pœna, qua omnia humanitatis

Digitized by Google

jura, viciſſitudineſque Officiorum, & commercia interdicuntur; originemque trahere videtur ab antiquo Romanorum inſtituto, quo delinquentes aqua, & igne interdicebantur. Cùm enim Quiritum jure ſtatutum eſſet, ut nemo quantumvis ſceleſtus, potuiſſet invitus non ſolùm morti ſubiici, ſed nec etiam Civitate, ac libertate privari, ut ex Ciceron. *pro Balb. & Domo ſua*, & Cæſare, apud Salluſt. compertum eſt; Reipublicæ tamen utilitas delicta impunita non relinqui, expetebat, *leg. ita vulneratus 51. ff. ad leg. Aquil. l. locatio 9. ff. de public.* unde inventa ratio eſt, qua inconcuſſis majorum inſtitutis, potuiſſent facinoroſi è Civitate expelli; eis nempè aquæ, & ignis uſum interdicendo, ut his ſubſidiis deſtituti, quibus humana vita fovetur, cogerentur aliam petere Civitatem, in quam recepti, à Romana exciperent; cùm duarum Civitatum jura conſequi, Romanorum inſtituta non paterentur; ut ex Cicerone pro Bald. conſtat; & obſervarunt Briſſon. *in antiq. Rom. Borcholthen.* Harpprect. aliique eruditi juris Juſtinianei Interpretes *in §. relegari Quib. mod. Jus patr. pot. ſolv.* Unde qui ad hanc damnabantur pœnam, inſenſibili quadam vi à Civitate expellebantur; Cùm ne tecto quidem excipere eos liceret, ut ſcribunt Cicero *pro Domo*, & Plutarch. *in Mario*; ita ut *lege Julia* de vi tenerentur, qui ita damnatos celaſſent, tenuiſſent, recepiſſent, Paulus *lib. 5. ſent. tit.* 28. Manſit autem ejus uſus uſque ad Imperatorum tempora, qui primum deportationem in Inſulam invexerunt, & ne antiqua inſtituta penitus concuti viderentur; illam in locum aquæ, & ignis interdictionis ſuffecerunt, *l. 11. ff. de pœn. l. 3. ff. ad l. Jul. pecul. in princ.* Fuſè hanc rem explanat Nunnius *ad Trentler. vol. 2. diſp. 31. theſ. 6. quæſt. 51. pag.* 446. Verùm cum Provinciarum numerus ſub Imperio Romano in anguſtam redigeretur; perventum eſt ad proſcriptionem, quam dicimus Bannum, Calvin. *in lex ver. Bannum*, Gaill. *lib. 2. de pac. publ. c. 1. n. 19.* Schomborn. *lib. 4. Polit. c. 8.*

12 Attamen diſſentio eſt inter DD. an Bannum, in locum deportationis ſuffectum ſit; ut ex iis, quæ tradit Clar. *in §. fin. qu.* 71. patet; Verùm mihi illorum placet ſententia, qui ex eo, quod ſtatuta præſertim Italiæ ferant, ut Banniti poſſint impunè occidi, & illorum bona publicari, putant Bannum in locum deportationis ſucceſſivè, Caball. *reſ. Crim. caſ. 61. num. 5. & ſeq.* Menoch. *de Arbitr. q. 90. per tot.* Peregrin. *de jure fiſci, lib. 3. tit. 7. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 152. num. 8. vol. 2.* Ant. Matth. *de Crim. lib. 48. titul.* 20. Aleiat. *conſ. 58. num.* 9. Quinimò Merl. *centur. 2. c. 21. n. 37.* teſtatur, magis communem eſſe ſententiam Gloſs. *in §. pœn. inſt. quib. mod. Jus pat. pot. ſolv.* aſſerentis ex eo, quod Banniti vigore ſtatuti poſſint impunè occidi, debere eos deportatis, & in metallum damnatis, æquari, ac docent Borrell. *de præſt. Reg. Cath. c. 17. numer.* 13. Horatius Mont. *de regalibus, §. bona committentium inceſtas nuptias, numer. 7. fol.* 97. Maradeus *cit. num.* 12. & qui dicantur Banniti foraſciti, & forjudicati, latè Genitor meus *ad R. M. C. to. 3. Ritu* 270. *numer.* 13. ubi notat Bannum, & forbannum hodie non eſſe in uſu in Curiæ Vicariæ, ſed ſervari in aliis Curiis Regni, & quomodo in dicta Vicaria procedatur ad forjudicationem; ut hæc, & alia ad praxim dixit Dux Vaſtigirardi Genitor *citat. Ritu* 270. & iſto citato Marad. ubi ſupra, & de banno, ac bannitis latè Raynald. *cit. cap. 33. cum pluribus §§. ſeqq. t. 3.*

13 Banniti igitur illi dicuntur, qui cùm fuerint de aliquo gravi ſcelere accuſati, aut aliàs contra eos per Judicem inquiſitum, vocati ad Judicium, ſe ſiſtere renuerunt; ac proindè in contumaciam, tamquàm de crimine convicti damnantur, & banniuntur. Et licèt Juris regulæ non patiantur, quemlibet abſentem damnari, *l. abſentem, cap. de accuſat. l. abſentem, ff. de pœn. cap. 2. & cap. abſente 3. q. 9.* cùm conſultiùs putent Jura, delicta impunita remanere, quàm inſontes damnari; Verùm cùm magis magiſque facinorum licentia invaleſceret, neceſſitas impulit, ut univerſalis conſuetudo firmaretur; qua adverſus abſentes procedi, illique damnari potuiſſent; de qua teſtantur Clar. *in prax. Crim. q. 44. num.* 3. Vaſqu. *controverſ. illuſtr. lib. 5. cap. 17. nu.* 4. Brunem. *in proceſ. inquiſ. cap. 8. memb. 6. numer.* 26. Gomez *ad l. Taur. 76. num.* 8. Boer. *dec. 63. num.* 8. aliique relati per Raynald. *obſerv. Crim. c. 33. § 1. & 2. n. 17. t.* 3. ubi in Statu Eccleſiaſtico, juxta Conſtitut. Apoſtolicas, Farinac. *in prax. crim. tit. de inquiſ. q. 11. à nu.* 1. ubi id ſervari de generali conſuetudine Italiæ, quòd procedatur pro delictis contra abſentes reos inquiſitos, iique habiti pro confeſſis ex contumacia, banniuntur, & ad mortis ſententiam, & bonorum confiſcationem damnantur; quæ forma procedendi, & damnandi abſentes, excepto crimine rebellionis, non erat cognita Jure communi, juxta aliquos DD. ſed contrarium dixit Ant. de Matth. *ad l. 48. ff. læſa majeſt. tit. 2. cap. 3. num. 6. verſ. denique*, quod non admittit Marad. *cit. num.* 4. præſertim jure Regni, ubi de forma bannitionis, & Genitor meus *cit. Ritu*, ac cit. Marad. refert, quòd dum legitur in Magna Curia Vicariæ Neapolis ſententia forjudicationis, ſcilicet Banni, exeunt ab aula omnes Eccleſiaſtici *nu. 12. §. adſtipulatur*, Surg. *de Neapoli illuſtr. l. 1. cap. 27. n.* 48. ne videantur irregularitatem incurrere; ſed non videtur poſſe incurri, quia non influunt in dictum actum; prout incurrunt, qui vident aliquem furca plecti; & apud cit. Marad. *cap.* 24. & Genitorem meum, ac Raynald. à quibus Judicibus poſſit Bannum promulgari.

His prælibatis pro dilucidatione terminorum, qui- 14
bus uſus fuit Pius in hac Conſtitutione, deveniendo ad ejus contextum, dubitari poteſt, an Judex teneatur ſalvumconductum concedere inquiſito de homicidio petenti illum, & volenti ſe conſtituere ſuper qualitate homicidii addita, veluti appenſamenti proditionis, aſſaſſinii, &c. Negat de Rubeis in ejus voto *in Peruſina Salviconductus in calce, reſol. crim.* illudque ſequitur iſte auctor; Affirmat verò Bonſ. *in Ban. general. cap. 57. numer.* 29. quòdque Bannito pro homicidio, etiam appenſato, dari debeat ſalvuſconductus, Decian. *reſponſ. 56. numer. 5. &* 10. Guazz. *def. reor. def. 12. cap. 1. numer. 58. §. & conceditur*, & nequeat unquam denegari, dummodò petat ad ſe expurgandum ab aliquo delicto, ſed non ad agendum contra tertium; idque fieri ex conſuetudine; nec obſtare valent *Conſtitutio iſta Piana*, & aliæ prædictæ, Urſill. ad Afflict. *dec. 4. num. 2. ubi num.* 5. idque ad tempus, & juxta neceſſitatem, de Luca ad Franch. *deciſ. 258. num.* 1. ita ſi velit confrontare cum aliquo reo, vel alios actus facere, in quibus opus eſt habere coram ſe reum; quod limitat in banno dato per Superiorem, imò æqualem, & in caſu delicti rebellionis; quia hujuſmodi Salvuſconductus non eſt voluntarius, ſed neceſſariò à Judice dandus pro ſecuritate ejus, qui eum adire debet ante ſententiam condemnatoriam; & præcisè in adducta *Conſtitutione Innoc. XII. §.* 15. permittitur aſſecuratio, ut fieri valeat pro vero, reali, & neceſſario ſervitio juſtitiæ, & tunc pro eo dumtaxat tempore, quod hujuſmodi ſervitio congruat, & debet à Judice ſciente ex actis præjudicium rei, in delictis capitalibus, offerri ſalvuſconductus, citando reum,
Farinac. *qu. 11. numer. 50. ad fin. & n. 60. verſic. mo-* 15
vet me ſecundò, Pignatell. *conſult. 67. num. 29. tom.* 5. Raynald. *obſerv. cap. 33. §. 4. numer. 38. & ſeqq. & in ſupplemento ejuſdem cap. ſuppl. 5. num.* 27. imò etiamſi Judex extrajudicialiter ſciverit, citatum habere præjudicia cum Fiſco, Farinac. *qu. 11. numer.* 59. Rayn.
in ſupplem. citat. cap. 33. ſupplet. 5. numer. 30. Hinc 16
ſufficit aſſecuratio generalis facta abſque expreſſione delicti anteà commiſſi, Raynald. *citat. numer.* 28. &
omni Bannito regulariter concedi debet ſalvuſcondu- 17
ctus, quando ob novum delictum iterum eſſet in contumaciam damnandus, plenè Orill. *ad Camp. reſ. 1. numer. 48. & ſeqq. & obſer. 17. per tot.* Scanarol. *de Viſit. Carceratorum, lib. 2. §. 19. num.* 11. non enim citatus tenetur cum ſui diſcrimine comparere in loco, ubi non eſt tutus, & ubi jam eſt condemnatus, pro

alus

aliis præjudiciis. Itaut in omnibus ſupradictis caſibus Judex nulliter procederet, ſi ſalvumconductum non daret, & ſententia contumacialis nulla etiam evaderet, Boſs. *citaf. numer.* 35. *in final.* Clar. *quæſt.* 32. *num.* 13. Farinac. *q.* 11. *num.* 58. *& ſeqq. q.* 29. *nu.* 86. Guazzin. *cit. defenſ.* 12. *cap.* 1. *num.* 44. §. *& niſi*, Oril. *reſ.* 17. *n.* 2. Rayn. *obſer. crim. c.* 33. §. 4. *n.* 38.

18 Sed ſi Judex ignoraverit præjudicium citandi, validè procedit contra eum pro novo delicto commiſſo, ſi reus non petierit ſalvumconductum, ſed ſententia in hoc caſu redderetur inexequibilis, *ex l.* 4. *ff. ſi quis cantion.* quia reus ex juſta cauſa adverſus dictam ſententiam reſtitui debet; quod ex æquitate procedit, ut probare valeat impedimentum, ob quod non comparuit, vel excuſatorem non miſit; quæ profectò deſcendit à lege ſcripta ſupra citata, nec minùs huic æquitati eſſe derogatum per Bullas Pontificias proſequitur cit. Raynald. *obſer. ad c.* 33. *ſuppl.* 5. *nu.* 36. *& ſeq. ubi n.* 41. *in fine* refert: *In facti contingentia dict. fuiſſe competere exceptionem prædictam, & dari reſtitutionem in integrum, ſolùm quando quis damnatus iſt in eodem Tribunali, quia quando damnatus eſt in diverſo Tribunali, non competit*, Sed videtur hoc non poſſe ſubſiſtere, admiſſa pro vera diſtinctione, quòd ſententia eſt nulla, quoties impedimentum innotuit Judici; etenim notitia eorum, quæ facta ſunt in eodem Tribunali ſaltem præſumptivè exiſtit in Judice ejuſdem Tribunalis; propterea de neceſſe dicendum eſt, quod DD. ſupponunt ſententiam latam eſſe in diverſo Tribunali.

19 Ulteriùs quæri poteſt, ſi quis ex prædictis obtinuerit ſalvumconductum, ſeu gratiam ab iis, quibus interdictum fuerit ea concedere, & in Carcerem conjiceretur à Judice competente, an debeat hujuſmodi reus, cui ſecuritas conceſſa fuit, excarcerari, vel poſſit contra illum procedi ad pœnas Banni, & ejus condemnationis; Et videtur poſſe condemnari, nec fore deliberandum, Afflict. *deciſ.* 4. *in fine*, Menoch. *de arbitr. caſu* 337. *numer.* 10. Farinac. *qu.* 29. *numer.* 96. Carthar. *in pract. interrog. reorum l.* 2. *cap.* 1. *num.* 34. Petra Genitor meus *ad Ritus magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis tom.* 3. *Ritu* 275. *num.* 35. ubi alii adducuntur, Rovit. *ad pragm. Regni* 1. *de Guidatic. num.* 59. Capyc. Latr. *deciſ.* 105. *numer.* 25. Contrarium tamen communiùs, ut ſit relaxandus cum iiſdem præjudiciis, annullato ſalvoconductu, ut Fides publica ſecuri decce, ſervetur, & non decipiatur alterius facto nullò reus, etſi eſſet datus ſalvusconductus ab Inferiore, docet Merlin. Pignatel. *controverſ.* 53. *num.* 14. Verm. *conſ.* 246. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 106. *numer.* 12. de Luc. ad Franc. *deciſ.* 258. *num.* 2. Capycius Latro *cit. dec.* 105. *num.* 27. *& ſeq. & num.* 53. ubi ita fuiſse judicatum pluries Guazz. *in defen. reor. def.* 12. *cap.* 1. *num.* 58. §. *benè verùm eſt il* 2. ubi alii citantur, Rayn. *in ejus Votis vot.* 94. *num.* 17. Farinac. *qu.* 29. *num.* 1. *& ſeqq. & conſ.* 59. *numer.* 16. Vilos *de fugit. cap.* 19. *part.* 3. *numer.* 127. *& ſeqq.* Peguer. *deciſ.* 38. *per tot.* Caldero *dec.* 27. *numer.* 35. *& ſeqq. & dec.* 28. *numer.* 6. Paſqual. *de Patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 3. *numer.* 37. Franch. *dec.* 288. *num.* 1. ubi de conſuetudine Regni, ut in ſalvoconducto, qui in ea regione, & apud dictum Auctorem, alioſque ejus Regni Neapolitani, Guidaticum etiam nuncupatur, etſi nullo, uti dato à non habente facultatem, fides ſervatur obtinenti, Petra Genitor *loco citato*, ubi DD. plures utriuſque opinionis recenſet; ſed aliqui docent primam opinionem procedere, ut, quando agatur de ſecuritate perpetua, non debeat attendi, quia ea non datur, niſi à Principe, Bajard. ad Clar. *quæſt.* 32. *num.* 13. Grand. *de bell. exul. in prædicam. quantit. quæſt.* 2. *num.* 5. ubi Joannes Baptiſta flores multos allegat, vel quando agitur de crimine læſæ Majeſtatis, Afflict. *dec.* 4. & refert Raynald. *cit. Voto* 94. *numer. final.* Sed eadem eſt ratio, quia debet in omni caſu præcedere bona fides Banniti, qui videns ſalvumconductum habentis Juriſdictionem, nequit facere diſtinctiones legales, & ſe fidei publicæ committit, ut apud citatos DD. nec etiam ſatisfacit diſtinctio allata per aliquos, quòd ſecuritas valere debeat, ſi reus caperetur pro primo delicto, pro quo erat condemnatus, ſecus ſi pro ſecundo patrato tempore ſecuritatis obtentæ; quia generale eſt, ut omnes obtinentes ſalvumconductum, etiam legitimè ab habente facultatem, non ſint tuti, ſi alia delicta committant tempore ſecuritatis, ſed debent, ac poſſunt pro delictis, antè, & poſt ſecuritatem commiſſis retineri, & puniri, Franch. *cit. deciſ.* 258. *numer.* 2. dummodò delictum commiſſum tempore ſalviconductus ſit punibile, ſecus ſi leve, itaut hoc colore caperentur, ut pro delictis ante ſecuritatem commiſſis punirentur, ubi Add. Amendola plures caſus in hac re diſtinguit.

Verùm dicta communior, & æquior opinio procedit ad favorem rei, ſi agatur de nullitate ſalviconductus conceſſi ab habente Juriſdictionem in loco; qui ſi eſset datus à perſona aliena à Juriſdictione, ſibi imputet reus, habendo fidem perſonæ certè deſtitutæ poteſtate illum concedendi, Maſſin. *de confiſc. bon. quæſt.* 5. *numer.* 35. puta à Notario, Barigello, de Luca ad Franch. *cit. dec.* 258. *num.* 3. *verſ. limitatur*, & de Aſſecuratione data per Advocatum Fiſci, Afflict. *cit. dec.* 4. Farinacc. *cit. quæſt.* 29. *numer.* 98. *& ſequ.* Altimar. *de nullit. part.* 2. *rub.* 12. *quæſt.* 33. *num.* 83. *verſ. non debet ſervari*, Caldero *dec.* 28. *numer.* 7. Ita ſi agatur de ſalvoconducto doloſè à reo recepto, & culpa impetrantis; nam non videtur æquitas ſupradicta patrocinari ei debere, Cabal. *reſol. crim. in caſu* 118. Menoch. *de arbitr. caſu* 337. *nu.* 15. quod maximè procedit, ſi non multò poſt deliquerit, Capyc. Latr. *cit. dec.* 105. *n.* 57. *& ſequ.* 20

At major difficultas concurrit, ſi adſit Statutum, vel lex, ut in Statu Eccleſiaſtico ob præſentem *Conſtitutionem Pii, & alias præfatas Bullas*, quibus cum Clauſulis irritantibus annullantur hujuſmodi gratiæ, & ſalviconductus conceſſi à non habentibus, juxta eas Conſtitutiones, facultatem illos concedendi; quia ex actu nullo declarato, nulla vis naſci poteſt, & obtinens eos tenetur ſcire, quòd lege publica fuerat præſcriptum ſuper illorum nullitate, aliàs lex, & ſtatutum redderentur fruſtatoria, & ita docent Giurba *Conſ.* 80. *num.* 60. Farinacc. *qu.* 103. *num.* 184. *& qu.* 29. *num.* 97. Carthar. *de execut. ſent. capit. bannit. cap. final. num.* 215. *verſ. neque etiam*, Menoch. *citat. nu.* 7. Rovit. *in cit. pragm.* 1. de Guidat. *num.* 56. aliique adducti à Petra Genitore *cit. loc. n.* 35. Tamen opinio contraria, ſcilicet pro reo repoſito ſub fide, communiùs, & æquiùs tenetur, Peguer. *dec.* 39. ubi pluries ita fuiſſe deciſum, Farinacc. ſequutus eum, etſi contrarium ipſe ſenſiſset, *qu.* 29. *numer.* 97. & alii apud de Luca *cit. dec.* Franch. *dec.* 258. *n.* 2. §. *quidquid*, Merl. Pign. *contr. for. par.* 1. *cap.* 54. *n.* 20. & ſequitur *n.* 15. Giurb. *conſ.* 53. *num.* 3. *verſic. ſivè promiſſio, & conſ.* 80. *nu.* 11. Boer. *dec.* 395. Pratus *reſp. crim.* 6. *nu.* 18. *ad* 21. Manfrel. ad Capycium Latr. *dec.* 105. *num.* 6. Scoppa ad Merlin. Pignat. *cit. cap.* 53. *n.* 10. *verſ. fuit tamen*, Caldero *dec.* 28. *n.* 40. Tappia *dec.* 55. *& de Jur. Regni l.* 5. *tit.* 51. *de releg. prag.* 1. *n.* 1. ubi ulterius de eo, qui deceptus fuit ab Amico, qui falsò teſtatus eſt habuiſse penes ſe ſalvumconductum, ſeù gratiam Superioris, qui captus, & condemnatus à Magna Curia Vicariæ Neapolis, fuit id revocatum per Sacrum Conſilium Neapolitanum, & refert Raynald. *cit. cap.* 33. §. 4. *numer.* 126. & docent dictam æquiorem ſententiam ſupra firmatam Creſp. *obſerv.* 15. *num.* 190. *in fin.* Caldero *dec.* 28. *num.* 6. *& num.* 19. *& ſeq.* Conciol. *reſp.* 1. *num.* 8. Queſada *diſt.* 7. *num.* 18. Raynald *cit.* §. 4. *n.* 50. Petra Genitor *cit. nu.* 35. *per totum*, ubi alii adducuntur, & explicantur plura ad rem; *& n.* 36. diſcurit caſum de reo carcerato in loco partis offenſæ, in quo Fiſcus opponebat non valuiſse ſalvumconductum obtentum, neque de jure, neque ex vi municipalis legis Regni, pro loco offenſæ partis, vel originis, aut domicilii quibus in caſibus videndus dictus Auctor; quia leges, & ſtatuta irritantia hujuſmodi ſecuritates faciunt, ut iſtæ contra legem factæ, ſint revocandæ, 21

non quod poſſint eas obtinentes interim puniri , ut
ratiocinatur Peguera *cit. deciſ. 39. per tot.* & ita plu-
res judicarum refert in Curia Regni Cathaloniæ, quo
auctore viſo, Farinacc. ut dixi , revocavit ſententiam
contrariam priùs retentam, Bajard. ad Clar. *q.* 59. *n.* 1.
& Fontan. *de pact. nupt. Clauſ.* 4. *gloſ.* 15. *n.* 156. ſecu-
tus Chartar. in contraria ſententia , receſſit etiam, &
ſenſit cum Peguera, & ipſo Farinac.

22 In anno 1703. eveniente caſu ., quòd quidam ho-
micida, & obnoxius præjudiciis in Curia Baronali ,
obtinuiſſet ſalvumconductum à Gubernatore Civitatis
Laviniæ, prævio mandato Baronis loci , & ſic abſque
juriſdictione conceſſum , ex adductis Conſtitutionibus
Apoſtolicis ; fuit captus in Curia Gubernatoris Ur-
bis , ac condemnatus ad pœnam . In ſupradicto ar-
riculo excitato ſcripſit inſignis Advocatus pauperum
Deſiderius.

Spreti viri ſingularis doctrinæ, ac ſummæ in pau-
peribus defendendis diligentiæ, qui ultra DD. eam æ-
quiorem pro aſsecurato ſententiam ſequentes plenè
adductos, exhibuit Votum Advocati inſignis Romanæ
Curiæ bo: mem: Jo: Franciſci de Rubeis *in una Spole-
tana*, ac plures caſus, quibus hujuſmodi rei aſſecura-
ti cum ſalviſconductibus , ſeù gratiis nullis ex defe-
ctu facultatis concedentium , per Curiam majorem
capti , fuerunt relaxati per Sacram Conſultam , vel
Gubernatorem Urbis obnoxii primævis præjudiciis ,
declarata per Judicem nullitate ipſius gratiæ, & ſalvi-
conductus , iiſque hac intimata , cum declaratione
quòd ſi denuò capiantur, ſententiæ contra eos omni-
nò exequantur, non obſtante, (idem Advocatus ſub-
debat) dicta noviſſima *Conſtitutione Innocentii XII.*
edita , cum ea nil diſtet à terminis prædictarum ante-
riorum Conſtitutionum Summorum Pontificum ; &
poſt eam ſint exempla adducta in Conſulta , & Gu-
bernio Urbis , Poſtea *die Martis* 19. *Menſis Februa-
rii* 1704. *in Congregatione Criminali D. Urbis Guber-
natoris in dicta Cauſa Albanen. ſeu Civitatis Lavinia
promiſſa ſecuritatis pro Joanne Zapparolo carcerato*
reſcriptum fuit : *Moderando decretum aliàs factum ,
prævia declaratione nullitatis gratia pro hac vice tan-
tùm , itaut non tranſeat in exemplum , ex gratia re-
laxetur obnoxius primævis præjudiciis , quatenus San-
ctiſſimo videbitur , & deindè contra eumdem procela-
tur , prout de Jure* ; deindè *die Martis* 11. *Martis
dicti* : Repropoſita Cauſa de ordine Sanctiſſimi cum
duobus adjunctis , altero ſcilicèt D. TottoLocumte-
nente in Criminalibus D. A. C. & altero D. de Be-
nedictis Subſtituto Locumtenente Supranumerario Tri-
bunalis, reſolutum fuit: *Relaxandum eſse obnoxium pri-
mævis præjudiciis cum intimatione nullitatis , &c.*

Succeſſivè ſcilicèt *die Mar.* 1. *Aprilis* 1707. In Con-
gregatione Criminali ejuſdem Gubernatoris Urbis fuit
factum aliud ſequens decretum : Philippus Joannis
Baptiſtæ de Franchis de Caſtro Antuni *pro homui-
dio relaxetur , obnoxius primævis præjudiciis, cum in-
timatione nullitatis gratia obtenta ab Auditore Canis
mortui .*

Evenit quoque alius caſus cujuſdam , qui obtinuit
à D. Præſidente Urbini Prælato gratiam cujuſdam ho-
micidii commiſſi non doloſo, & præmeditato animo,
ſed de caſu fortuito , vel in rixa, commutationis pœ-
næ Triremium perpetuarum , in illam exilii à Lega-
tione , cumque captus fuiſset hic in Urbe , fuit dubi-
tatum coram D. Gubernatore , an ei ſuffragari poſset
gratia præfata obtenta à Præſidente Urbini Gerente vi-
ces Legati in ea Legatione ; prout potiuntur faculta-
te gratias faciendi pro homicidiis fortuitis , non do-
loſis , Cardinales Legati à Latere , juxta *Conſtitutio-
nem prædictam Innocentii XII.* Verùm fuit contrarium
reputatum , quia diſpoſitio *dicta Conſtitutionis* eſt
quoad facultates Cardinalium S. R. E. Legatorum à
Latere , ratione eorum eximiæ dignitatis: eoque ma-
gis , quia dicto Prælato Præſidenti non fuerunt con-
ceſsæ facultates Legati à Latere in ejus Brevi Ponti-
ficio : fuit tamen præfatus Reus relaxatus à Carceri-
bus , obnoxius primævis præjudiciis , cum declaratio-
ne nullitatis gratiæ prædictæ obtentæ ; idque ex ratio-
nibus ſupra adductis , annuente Summo Pontifice ,
non attenta nova difficultate Fiſci promota coram
D. Gubernatore , quòd ſublata remaneret aſserta bona
fides ex dicta *Conſtitutione Innocentiana* ; ut ex de-
creto Infraſcripto habito in Congregatione dicti Gu-
bernii *die Martis* 23. *Aprilis* 1720. : *Pompilius Pom-
pilii de Roncitello pro condemnato ad Triremes perpe-
tuas cum confiſcatione Bonorum , pro homicidio , infir-
mata , & circumſcripta abſolutione obtenta à Curia D.
Præſidentis Urbini , ex gratia , facto verbo cum San-
ctiſſimo , & Sanctitate Sua benignè annuente , relaxe-
tur obnoxius primævis præjudiciis cum intimatione , &
deindè procedatur contra eumdem , prout de jure per
Curiam Gubernii* ; fuitque ſucceſſivè relaxatus cum ter-
mino trium dierum ad ſe ponendum in tuto .

Progreditur hæc *Conſtitutio* in §. 5. ad ſecundam 23
diſpoſitionem, quòd homicidæ , quorum delictum no-
torium fuerit , aut diffamati , ſeu condemnati etiam-
ſi de ipſius delicto ex forma ſtatutorum inquiri non
poſſint , vel pœna aliqua imponi , vel fuerint gratiati
ab alio , quam à Romano Pontifice ; nequeant habe-
re officia, dignitates in quibuſque locis, à quibus fue-
rint Banniti , & in eorum locis, domicilii , originis ,
more, & perpetuò ſint infames , & omni dignitate
privati , nec poſse eſse teſtes , Tabelliones, Judices ,
nec alia officia exercere , & ab omnibus legitimis a-
ctibus ſuſpenſi perpetuò , cum pœna privationis di-
ctorum officiorum, nullitatis actuum, & pœnæ pecu-
niariæ, & excommunicationis ipſo facto incurrendæ per
Legatos , & alios ea concedentes munera , & Theſau-
rarium non exigentem dictam pœnam, ut latiùs in d.
Conſtitutione videri poteſt .

Apertiſſima enim ſunt jura , in quibus cavetur , in- 24
fames iſtos homines , & judicio turpi proſcriptos , à
munere judicandi removeri, *l.* 22. *C. de dign. l.* 1. *ff. ad
l. Jul. de vi* , *Can. infamis* 3. *quæſt.* 7. benè Cicero pro
Cluentio ; legem eſse hominibus turpi judicio damna-
tos , in perpetuum nullum ad honores , neque in Cu-
ria aditum eſse , Amaya *in l. un. Cod. de infam. l.* 10.
Gonzal. *in cap. ſciſcitantes n.* 3. *de reſcriptis* , & omni-
bus actibus legitimis expertes , ac incapaces ſunt , itaut
nequeant contrahere , Petra Genitor *to.* 4. *Ritu* 306. *nu.*
8. *ubi tamen ex Conſtitutione Regni.*

Nec minus aperta ſunt jura , quæ illis poteſtatem 25
teſtimonii ferendi adimunt , *Can. non eſt credendum* 3.
quæſt. 11. ibi · *Non eſt credendum contra alios , eorum
Confeſſionibus , qui criminibus implicantur , Can. fer-
rum diſt.* 50. *Can. teſtes* 2. *quæſt.* 7. *cap. ſuper eo , &
cap. licet de teſtibus* , *Can. Conſtitutiones* 3. *quæſt.* 5. *l.*
3. & 15. *ff. de teſtibus l. imperialis , Cod. de Nuptiis ,
l. neganda C. de his qui accus* , Ant. Auguſt. *in epit. Jur.
lib.* 32. *tit.* 2. Farinacc. *de teſtib.* Faber. *in ſuo Cod. tit.
de teſtib. def.* 55. Cujac. *in repetit. ad cap. teſtimonium
de teſt.* 18. Gonzal. *in cit. cap.* 16. *ſpecul. tit. de teſtib.*
§. 1. *nu.* 8. *verſ. item quod homicida* , ibique Add. Rot.
poſt. 2. *vol.* Farinac. *dec.* 138. *num.* 4. & expreſsè pro-
hibetur in hac *Conſt. Piana* confirmata à *Conſtit.* 10.
S. Pii V. & aliàs , ut ſupra , Scaccia *de jud. lib.* 1. *c.* 97.
num. 199. *in fin.* idque etiamſi de tempore depoſitio-
nis , obtinuiſsent abſolutionem ab homicidio , itaut ne-
que tunc poſset dici teſtis integer ; *cit. dec.* 138. *num.*
4. *in fine .*

Removentur quoque Banniti à munere tabelliona- 26
tus ; quod cùm ad publicam utilitatem ſit conſtitu-
tum , non niſi à probis viris exerceri præcipitur *in
Novel.* 49. 52. 73. 117. & 142. Notarii enim cùm
ſint publici Scriniarii , & publicorum Inſtrumento-
rum exceptores ; ut per ipſos privata damna repaten-
tur ; quis ab eis , & bonos mores , & probam fidem
non exigeret ? Eleganter Caſſiodor. *libr.* 12. *ep.* 21.
*Scribarum Officium ſecuritas ſolet eſſe cunctorum ; quo-
niam jus omnium ejus ſollicitudine cuſtoditur . Alios
enim depopulantur incendia ; alios nudat furtiva ſubre-
ptio , nonnullis negligentia perit , quod diligens actor
acquirit ; Sed de fide publica robuſtiſſimè reparatur ,
quidquid à privato amittitur .* Et ibid. *Armarium ip-
ſius for-*

Digitized by Google

ſiue fortuna cunctorum eſt ; & merito refugium omnium
dicitur, ubi univerſorum ſecuritas invenitur, latè Ti-
raquell. de Nobil. cap. 27. & Bulenger. de Imper. Ro-
man. lib. 4. cap. 5. Notariorum laudes proſequentes ;
Optima enim ratione in hac Bulla remoti fuerunt ho-
micidæ prædicti à teſtimonio ferendo. Cùm inſuper
in hac Pœna Conſtitutione arceantur homicidæ, ut
ſupra, & Banniti ab omni actu legitimo, videntur
non poſſe teſtari, quia actus legitimus dicitur, qui
à jure civili eſt inventus, vel approbatus, l. actus 78.
ubi gloſſa, & DD. Cagniol. num. 2. ff. de reg. juris,
& talis eſt actus teſtandi, qui vel origine, vel ap-
probatione dicitur eſſe de jure civili, Bart. l. ex hoc
jure 5. ff. de juſtit. & jur. nu. 17. & ita hanc Bullam
intellexerunt Honded. conſ. 59. libr. 1. nu. 71. & ſeq.
Cherubin. cit. ſchol. 2. Sed in hac re videtur latius
indagandum, an deportatis, damnatis ad mortem,
& Bannitis de jure competat factio teſtamenti, &
quid juxta Conſtitutiones in Statu Eccleſiæ.

27 Et quidem, quoad deportatos, DD. in contra-
rias ivere ſententias. Bartolus enim, aliique commu-
niter in l. ejus, qui ff. qui teſtam. facer. poſſ. Pere-
grin. de jure Fiſci lib. 3. tit. 5. nu. 7. Vaſquez de ſuc-
ceſſ. reſol. §. 3. Graſſ. lib. 1. §. teſtamentum qu. 17. nu.
1. Piſo libr. 1. reſol. cap. 3. nu. 14. Reuſner. in tit. de
teſtam. par. 2. tit. 56. relati ab Harppreſt. ad Clar. §.
teſtam. qu. 22. putant, teſtamentum deportati invali-
dum eſſe. Hujus ſententiæ Auctores, fundamentum
deſumunt ex l. ejus qui §. in Inſulam cit. tit. qui teſt.
facer. poſſ. ubi poſtquam Juriſconſultus Cajus docuiſ-
ſet, exiſtentes apud Hoſtes, & interdictos aqua, &
igne, teſtamenti factionem non habere, ſubdit: De-
portati in eadem cauſa ſunt. Secundò quia deportati
à Jure Civitatis Romanæ excidunt, §. minor Inſtit. de
cap. dimin. ac proinde, cùm teſtamenti factio Civibus
Romanis competat, fieri nequit, ut teſtamentum con-
dat ille, qui ea jura per deportationem amiſit ; ac ex
eadem ratione, nec illis competere factionem paſſi-
vam firmat Farinac. in prax. qu. 102. n. 150. Alii ve-
rò, ut Saliect. in auth. ſed hodie Cod. de donat. inter
Vir. & Ux. Alberic. in l. ejus, de teſt. qui, &c. Borell.
in ſum. deciſ. tit. de teſtam. nu. 22. Forſter. de ſucceſſ.
lib. 2. diſp. 12. theſ. 14. Merenda lib. 15. controv. cap.
19. Coler. deciſ. 34. Harppr. cit. in §. ejus qui, Inſt.
quibus non eſt permiſ. fac. teſt. de Franchis deciſ. 102.
& 501. nu. 1. & ſeqq. ubi latè de Luca, & ibi etiam
quid appellatione pendente ? Scaccia de appell. qu. 3.
n. 32. E contra putant hodie ex jure Juſtinianeo com-
petere deportatis poteſtatem condendi teſtamentum ;
nam cùm ratio, propter quam deportati jus teſtandi
amiſiſſent, ea eſſet, quia ſic damnati ſervi pœnæ ef-
ficerentur, & eorum bona publicarentur ; quod evi-
denter ſupponere videtur Juriſconſ. in dicta l. ejus,
qui, §. ſi cui verſ. Hi vero, ibi: Qui ad ferrum,
aut ad beſtias, aut in metallum damnantur, liberta-
tem perdunt, bonaqueque eorum publicantur. Unde
apparet (quòd tamquàm conſequens deducit) amitte-
re eos teſtamenti factionem. Verùm cum per Juſti-
nianum in Authentica ſed hodie ſtatutum fuerit, ut
nemo benè natus. Servus pœnæ efficiatur, & in Au-
thentica, ut nulli Judicum, quòd damnatorum ſub-
ſtantiæ Judicum lucro minimè cederent, aut Fiſco ap-
plicarentur, ſublato fundamento, quo ipſa doctrina
innitebatur ; eam quoque corruere neceſſe eſt.

28 Optimè autem conſultum ego puto, ſi ſecundùm
diverſas locorum conſuetudines de validitate, vel in-
validitate teſtamenti judicaremus, prout monet Giba-
lin. de negotiat. lib. 5. c. 8. Sic Neapoli vigere conſue-
tudinem, qua etiam damnati ad mortem, in confor-
taria (ut loquuntur) validè teſtamentum condant, te-
ſtatur de Luc. ad Franch. deciſ. 501. in fin. Maranta
reſp. 26. tom. 5. nu. 25. idem de Luca ad dec. 203. n.
12. Et Bononiæ, Raynaldus obſer. crim. cap. 23. nu.
4. Quinimò eam ubique ſervari docet Manara in no-
ctib. Melan. inter. 37. Exceptis ſolùm divinæ, huma-
næque Majeſtatis perduellionibus, & Sodomitis.

Actum jam eſſet de altera quæſtione ſupra excitata,
an Banniti poſſint teſtamentum condere ; vel ne, ſi
compertum eſſet apud DD. Bannum in locum depor-
tationis ſuffectum fuiſſe ; Verùm, cùm ut ſupra dixi-
mus DD. contraria ſentiant ; non poteſt tutè, quod
dictum eſt de deportatis, Bannitis applicari ; Unde
variant DD. ut ultra citatos ſupra quoad deportatos, 29
& damnatos, multi referunt, de Marinis l. 1. reſol.
cap. 332. nu. 6. Staiban. Junior in addit. ad patrnum
conſ. 63. Genitor meus citat. ſup. ritu 306. n. 10. to.
4. de Franchis, & de Luca plene in adductis deciſio-
nibus, ubi Neapoli ſervari, quòd forjudicati non te-
ſtentur de Jure Regni in Conſtit. Forjudicatorum bona
in addit. ad d. deciſ. 501. in fine, Chartar. de exeq.
ſent. c. 1. à n. 414. Farinac. in add. qu. 162. à nu. 48.
Scialoja de forjud. cap. 15. nu. 7. In Statu autem Ec-
cleſiaſtico omnis ſublata fuit difficultas per hanc Bul- 30
lam, in qua ad omnes legitimos actus declarantur
inepti ; unde ejuſdem vigore, teſtamentum condere
nequeunt, Peregrin. de Jure Fiſci lib. 7. tit. 3. Farin.
in praxi q. 102. n. 18. 30. & 36. Rota diverſ. par. 1.
dec. 523. in princ. & in recent. par. 4. to. 2. dec. 480.
n. 24. & par. 14. dec. 486. nu. 22. confirmat. in deciſ.
512. & coram Seraph. dec. 544. n. 2. Quinimò idem
ſtatutum fuiſſe per Bullam Clement. VII. docet Noni.
relat. per Bajard. ad Clar. §. fin. qu. 71. n. 16. Verùm
tamen eſt, quòd cùm Conſtitutiones Summorum Pon-
tificum loquantur de bannitis capitaliter, & facinoro-
ſis pœna mortis puniendis, non extenduntur ad Banni-
tos alia pœna, puta Triremium ad tempus, operis pu-
blici, exilii, &c. qui poſſunt ſe obligare, acquirere,
& retinere jus activum, & paſſivum, Farin. in prax.
qu. 102. nu. 85. & ſeq. Peregrin. de Jur. Fiſci lib. 3.
tit. 7. nu. 1. & ſeq. Merl. de legit. libr. 3. tit. 3. qu. 4.
Auctor. allegationis, quem laudat, & ſuo inſeruit
operi Bonfinius cap. 48. num. 102.

Abſtrahendo autem à diſpoſitionibus Bullarum, Bart. 31
in l. ejus qui §. 1. nu. 3. ff. de teſtam. & in qu. 1. in-
cip. Lucana Civitatis nu. 26. ut quæſtionem reſolvat,
hac utitur diſtinctione ; quòd aut bannitus vult teſtari
ſecundùm ſtatuta Civitatis, à qua exulat ; aut ſecun-
dùm jus commune ; itaut in primo caſu, ei poteſta-
tem condendi teſtamentum competere neget, ſecùs
in ſecundo, rationemque deſumit ; quia Bannitus per
bannum amittit omnia beneficia, quæ ex ſtatutis il-
lius Civitatis, à qua exulat, proveniunt : ſecus au-
tem ea, quæ à jure communi derivantur, & firma-
tur per Rot. par. 5. recen. dec. 394. nu. 8. ubi docet,
Bannitum extra Territorium reduci ad inſtar privati ;
effectumque banni non porrigi extra ditionem ban-
nientis, ac proindè poſſe contrahere, & alia face-
re, quæ cæteris liberis hominibus competunt de ju-
re communi. Quam diſtinctionem amplectuntur et-
iam poſt Bart. Goffred. & Imol. in dicta l. ejus qui,
Graſſus lib. 1. recept. ſent. §. teſtam. qu. 17. n. 4. Me-
noch. conſ. 492. Farin. in prax. qu. 102. n. 11. 83. &
95. Thad. Piſo lib. 1. var. reſol. cap. 4. multos allegat
Alex. in l. ex facto, §. ex facto nu. 7. & ſeq. ubi Rip.
ff. ad Trebell. eamque frequentioribus DD. ſententiis
roboratam, teſtantur Nell. de bann. in 1. par. ſecundi
tomi numer. 52. & Harp. ad Clar. §. teſtament. qu. 19.
Quod limitatur tamen in Bannitis, propter crimen læ-
ſæ Majeſtatis divinæ, vel humanæ ; iſti enim amittunt
omnia, quæ ſunt juris communis, & Gentium, Rota
cit. dec. 494. n. 17. Honded. conſ. 67. n. 22. Peregrin.
de jure Fiſc. l. 3. tit. 7. nu. 42. Farin. in prax. q. 102.
cui ſententiæ, utpotè communiori acquieſcendum pu-
to. Qui autem plura de Bannitis noſcere cupiat quo-
ad prædicta, aliaque, adeat citatos DD. ac alios, &
præſertim Nell. in tract. de Bann. Scialoja de forjud.
Gaill. de pac. publ. Carpzov. in prax. crimin. qu. 102.
Bonfin. Raynald. alioſque, necnon concordantes Sum-
morum Pontificum Conſt. Paul. II. Conſt. 5. Sixti IV.
Conſt. 7. Innoc. VIII. Conſt. 5. Jul. II. Conſt. 5. & 11.
Jul. III. Conſt. 26. & 52. Pii IV. Conſtit. 30. 100. &
132. S. Pii V. Conſt. 8. 13. 14. 45. 141. 150. & 153. Gre-
gor. XIII. Conſt. 68. Sixti V. Conſt. 6. & 38. Clem. VII.
Conſt. 6. Leon. X. Conſt. 31. Addere tamen putavi, quod

cùm in noſtra hac Conſtitutione Piana infligantur dictæ pœnæ contra homicidas diffamatos, ſeu condemnatos, &c. quid nomine diffamatorum veniant, in quo Cherub. *filius ad hanc Bullam Sch.* 2. ſcripſit: *Non eſt intelligendum de infamatione ſimplici, nempè de mala fama, quamvis plenè probata, quæ ſolummodo indicium facit ad inquirendum; Sed eſt intelligendum de diffamatione, quæ æquipolleat condemnationi, cum una pars alternativè alteram declaret, l. 1. ff. de reb. dub. ut in puncto hujus Bullæ, fit cenſuit Rota coram Seraphino in ejus dec.* 376. *par.* 1. *mox impr. condemnationi autem tunc dicitur æquipollere, cùm ex ea ad condemnationem deveniri poſſit, ut declaravit Rota in eadem cauſa in dec.* 393. *num.* 12. *ejuſdem Seraphini; Et ad rem Theſaurus de pœnis dixit par.* 2. *ver. homicidium c.* 1. *n.* 30. *In terris autem Eccleſiæ Romanæ omnes homicidæ, quorum delictum fuerit notorium jure, aut facto, aut famoſum, ſi illa infamia ſit orta ex indiciis certis, & evidentibus, ex quibus poſſit procedi ad condemnationem, etiamſi non fuerint condemnati, vel ſi fuerint adverſus ſententiam reſtituti à Papa, ſunt, & remanent perpetuò infames infamia juris, & omni dignitate privati, & ab omnibus actibus legitimis ſuſpenſi, & ex Bulla Pii II. Ad retinendas, quæ eſt* 8. *apud Cherubinum: & ita exponitur à Rota Seraph. dec.* 393. *n.* 8. *Intelligitur autem de homicida doloſo, non autem culpabili tantum, per ea, quæ dicit Carrer. de homic. n.* 19. *Boſſ. loco ſupracit. tit. de homic. num.* 71.

CONSTITUTIO IX.

PII SECUNDI.

Incipiens (*Licèt.*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS, &c.

PRivilegia Congregationi Monachorum B. Mariæ Montis Oliveti Ordinis S. Benedicti concedit, necnon communicationem Privilegiorum Congregationis Caſſinenſis illi impartitur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Congregatione Monachorum B. Mariæ Montis Oliveti, & ejus inſtituto plura dicta fuere in alio Commentario.*
2 *Pius Papa II. plura privilegia eidem conceſſit in hac Conſtitutione.*
3 *Inter quæ privilegia fuit, quòd Abbates à Monachis eligendi, præter benedictionem recipiendam ab illis, abſque alia requiſita facultate, ſtatim gubernare valeant Monaſteria.*
4 *Ex iis proponitur tractanda in ſequenti Sectione quæſtio circa benedictionem Abbatum, & an ipſi non benedicti habeant poteſtatem ordinandi ad minores Ordines.*

1 PLurima pertinentia ad inſtitutionem, ac progreſſum Congregationis Monachorum B. Mariæ Montis Oliveti, tradidi *Tom.* 4. *Conſtit.* 15. Joannis XXII. in qua fuit ea approbata per Sedem Apoſtolicam, & in eodem *Commentario* plura retuli circa eorum privilegia, & Conſtitutiones Apoſtolicas de iis agentes;
2 In præſenti autem *Pius Papa II.* ejus Patriæ etiam conſulens, in qua Congregatio iſta ortum habuit plurima privilegia præfatæ Congregationi benignè conceſſit, hac *Conſtitutione* edita Romæ apud S. Petrum *die* 5. *Octob. an.* 1462.

In hac Conſtitutione inter alia Indultum etiam fuit Monachis, & Abbatibus laudatæ Congregationis Olivetanæ, ut ejus Abbates, ſeu Priores ab ipſis Monachis, & Superioribus Regularibus reſpectivè eligendi, abſque Sedis Apoſtolicæ, vel alterius facultate, regere, & gubernare valerent Monaſteria in ſpiritualibus, & temporalibus; præter id, quod propterea munus Benedictionis ratione Monaſteriorum, quibus præfuerint, impendatur. Undè aliqua de Benedictione Abbatum opportuna ratione videntur dicenda, & an Abbates non Benedicti habeant facultatem conferendi minores Ordines. 3 4

SECTIO UNICA.

De benedictione Abbatum, & an ea ſit neceſſaria pro Ordinibus minoribus per ipſos conferendis?

SUMMARIUM.

1 *Benedictio Abbatum propriè non dicitur conſecratio, & quare, & n. ſeq.*
2 *Eſt quædam forma præcationis, & in ea non intervenit unctio Chryſmatis.*
3 *Proindè non imprimitur character.*
4 *In pluribus convenit hæc benedictio cum conſecratione Epiſcopi.*
5 *Uſurpatur in Eccleſia non pro neceſſitate, ſed congruitate, & pro quibus actibus.*
6 *Hæc benedictio iterari non debet, & quatenus ſub conditione tantùm.*
7 *Summi Pontifices ex dicta congruitate ſtatuerunt, quod Abbates benedicerentur, ut actus ſpirituales exercerent.*
Præſertim pro conferendis Ordinibus minoribus, ibidem.
8 *Ciſtercienſes obtinuerunt à Summo Pontifice, ut eorum Abbates, ſi à proprio Epiſcopo tertiò requiſiti benedictionem recipere non valerent, poſſent exercere omnes actus, quos exercent Abbates benedicti.*
9 *Obtinuerunt ſucceſſivè Monachi aliqui privilegium, ut poſſent à quocumque Antiſtite benedici.*
10 *Præciſo hoc privilegio jus benedicendi competebat Epiſcopo Diœceſano.*
11 *Aliquibus Abbatibus fuit conceſſum privilegium, ut ſine benedictione recepta, poſſent explere omnes actus, ac ſi eſſent benedicti, non requiſito Epiſcopo.*
12 *Olivetani hoc privilegium non conceſſum in hac Conſtitutione, receperunt à Papa Julio II.*
13 *Fuit quoque conceſſum privilegium, nedùm ut valeant Abbates à quocumque Epiſcopo benedici, non requiſito Diœceſano, ſed ulterius, quod Generalis Ciſtercienſium valeret ipſe benedictionem impartiri Abbatibus ſui Ordinis.*
Cum facultate eidem Generali deputandi Vicarios pro concedenda d. benedictione, ibid.
14 *Obtinuerunt prædictum privilegium, ut poſſent exercere Abbates, etſi non benedicti, omnes actus, Monachi Caſſinenſes Congreg. S. Juſtinæ.*
15 *Eodem privilegio gaudet Congregatio Olivetana, & aliæ Congreg. Monachales.*
Ubi de Abbatibus etiam non perpetuis, prout ſunt in præſenti, ibid.
16 *Refertur Decretum S. Congreg. Concilii quoad firmitatem d. privilegii Abbatis Generalis Ciſtercienſis, per ſuos Vicarios benedicendi Abbates, ſeu Abbatiſſas, etiam proviſos per Datariam.*
17 *Adducitur Conſtitutio noviſſimè edita à SS. D. N. Benedicto XIII. in Concilio Romano circa benedictionem Abbatum.*

18 *Plures*

18 *Plures rationes commemorantur quoad diſpoſita in dicta Conſtitutione, & num. ſeq.*

19 *Omnes Abbates perpetui in titulo, etſi quoad adminiſtrationem temporalem in certo monaſterio, optima ratione benedictionem recipere, vel petere debent.*

20 *Sicuti ſumma æquitate ſociata fuit diſpoſitio dictæ Conſtitutionis, ut tenerentur Abbates requirere proprium Epiſcopum Diœceſanum, antequam à quocumque Epiſcopo benedici valeant juxta eorum privilegium.*

21 *Deducto exemplo à privilegio recipiendi Ordines à quocumque, ut tenerentur Regulares mittere ordinandos proprio Ordinario, quatenus iſte habuerit Ordinationes.*

22 *In dicta Conſtitutione Sanctiſſimus præſervavit privilegium, quod habent aliqui Abbates exercendi actus omnes, etſi non benedicti.*

23 *Sanctitas Sua ſtatuit in eadem Conſtitutione, quod dicta privilegia per communicationem privilegiorum ſuffragari non valeant, & quidem ratione.*

24 *Abbates hujuſmodi non benedicti, an habeant facultatem Ordines conferendi, & n. ſeqq.*

25 *Benedictio Abbatum injuncta fuit à Sacris Canonibus; & quatenus impedimentum ſuffragetur, ne ea recipiatur.*

26 *Quare fuit conſtitutum, ut reciperetur ab Epiſcopo Diœceſano.*

Quid ſi Abbas fuerit exemptus ab Epiſcopo, ibidem.

27 *Formula juramenti Abbatis in benedictione.*

In quo differat Benedictio Abbatis, & Abbatiſſæ, ibid.

Sed an poſſit benedictio iterari, ibid.

28 *Obtinuerunt deinde aliqui Monachi privilegia prædicta, ut poſſent facere omnes actus, etſi benedicti Abbates non fuerint.*

Sed in iis privilegiis non exprimitur, quod etſi non benedicti, valeant conferre Ordines minores, ibid.

29 *Difficultas concurrit in affirmando, quòd hujuſmodi Abbates non benedicti valeant conferre dict. Ordines.*

Plures Textus in hoc referuntur pro negativa, ibid.

30 *Contrarium videtur dicendum, ut ſcilicet Abbates privilegiati conferre valeant dictos Ordines.*

Adducuntur Textus ad rem facientes, ibid.

31 *Ratio prædictorum eſt, quia non procedit facultas illa à benedictione in Abbate, ſicuti procedit poteſtas Ordinis in Epiſcopo à Conſecratione.*

32 *Reſpondetur ſupradictis in contrarium adductis.*

33 *Referuntur DD. id firmantes.*

34 *Adducuntur reſolutiones Sacræ Congregat. Concilii approbatæ per Summos Pontifices, quod Abbates non benedicti non valeant conferre Ordines.*

Ubi an ſint validi Ordines collati ab Abbate non benedicto, & non privilegiato, & alia in hac re, ibid.

Quid ſi Ordinati fuerint Regulares Subditi ſoli, vel etiam Laici, ibid.

Sacrum Concilium Tridentinum prohibuit ne Abbates poſſint Ordinare Subditos ſuos non Regulares, ibid. & n. 36.

35 *Facultas Ordinandi in Abbatibus ex jure, quas conditiones continet?*

36 *Generalem Silveſtrinorum non valere Ordines Minores conferre ſuis Monachis, fuit reſolutum in Sacra Congregatione Concilii, & ex qua ratione?*

Non obſtante conſuetudine immemorabili, ibid.

37 *Abbas privilegiatus, quòd remota conditione benedictionis per Sedem Apoſtolicam obtineat uſum ſuæ poteſtatis à jure conceſſæ declaratur, & quomodo id procedat.*

In quibus Ordinibus Minoribus intelligatur facultas Abbatis Ordinandi, ibid.

38 *An peracta Ordinatione per Abbatem ejus non Subditi, ſit valida Ordinatio, & ſolùm illicita?*

Refertur opinio diverſa, ibid.

Sed firmatur fuiſſe validam Ordinationem, & proinde non iterandam, ſed illicitam, ibid.

Adducuntur reſolutiones Sacræ Congregationis, ibid.

39 *Refertur doctrina Fagnani benè dilucidans materiam.*

40 *Juxta prædictam doctrinam, & diſtinctionem referuntur plures reſolutiones Sacræ Congregationis idem firmantes.*

Ubi incidenter de Ordinatione cujuſdam Oblati Congregationis Caſſinenſis, an fuerit etiam illicita, etſi valida, ibid.

Prout de facultate ſublata Abbatibus Regularibus Ordinandi Laicos; & ne dirigantur iis literæ dimiſſoriales ab Epiſcopis, ibid.

Refertur reſolutio in Cauſa Generalis Silveſtrinorum, quòd non habebat privilegium Ordinandi, quod tamen fuit ei conceſſum per Summum Pontificem, ibid.

41 *In quo ſenſu Ordines eſſent etiam invalidi, ſi ſcilicet Abbati in totum fuerit ſublatum privilegium, & non ſolùm inhibitum, quoad certas perſonas, & refertur reſolutio Sacræ Congreg. & n. anteced.*

42 *Fuit denegatum privilegium conferendi Ordines Præpoſito Canonicorum Regularium Monaſterii in Germania, & conceſſum Abbati Silveſtrinorum, & quare.*

BEnedictio Abbatum aliàs, licèt minùs propriè, 1
conſecratio dicatur, cùm verè benedictio nuncupari debeat; nam Abbas propriè benedicitur, non autem conſecratur; Conſecratio etenim propriè dicta eſt Sacra Chriſmatis unctio, Azor. *inſtit. moral. lib.* 12. *c.* 20. *quæſt.* 2. Quæ unctio in benedictione Abbatis non
uſurpatur; ſed tantùm quædam forma præcationis, 2
manu Epiſcopi ſupra Abbatem impoſita, *Can. manus* 1. *qu.* 1. *Can. quoniam* 69. *diſt. cap. cùm contingat, de ætate, & qualitate*, bene Gloſ. *Can. alienationes* 12. *quæſt.* 2. *ver. conſecrandus*. Etſi enim *in dicto can.* dicatur: Abbas *ſecundum ſuæ Eccleſiæ uſum conſecrandus eſt*: dict. Gloſ. ſubdit: *conſecrandus, ideſt benedicendus. Abbas enim non conſecratur, cùm ordinatur in Sacerdotem*. Sed tamen dicitur, *quòd ei manus imponitur ab Epiſcopo, diſt.* 69. *can. quoniam*, & mos eſt, ut benedictio impertiatur Abbati, Gloſs. *cit. can. manus ver. ſecundùm morem*, ac *cit. can. alienationes* de benedictione intelligitur; & in Pontificali Romano in hac functione Abbatialis benedictionis non intervenit unctio Chriſmatis, ſed ſola Epiſcopi manus impoſitio, cum quadam precationis formula proindéque in
benedictione hujuſmodi character, & Ordo non con- 3
fertur, Tambur. *de Jure Abb. t.* 1. *diſp.* 11. *q.* 1. *n.* 4. *& 6. & q.* 2. *&* 6. ubi recenſentur functiones, & tempus, in quibus convenit Abbatis benedictio cum Epiſcopi
conſecratione, vel differat ab ea; ac *quæſit.* 4. *per tot.* 4
quod non imprimatur character in benedictione, Abb. Gloſs. & Card. *in Clem. attendentes*, §. *ſtatuimus qu.* 5. *& ſeq. de Statu Monach.* ubi communiter *Scribentes, & citat. cap. quoniam, & cap. manus*, Franciſch. Marc. *deciſ.* 108. Azor. *inſtit. moral. par.* 1. *l.* 12. *cap.* 20. *num.* 41. & de ritu hujuſmodi benedictionis, citat. Tambur. *qu.* 14.

Eſt igitur in Eccleſia uſurpata Abbatialis benedi- 5
ctio, non quidem pro neceſſitate, ſed pro quadam congruitate, ut Abbas exerceat actus, qui ſunt, veluti actus Ordinis, & Spiritualitatis, ac præeminentiæ Paſtoralis in Monachos; utpotè benedicere, Ordinare in Minoribus, uti baculo, & Pontificalibus, Oldrad. *conſ.* 14. *per tot.* ex qua congruitate iſta benedictionis ſolemnitas dici valet conſuetudine introducta, ut di-

citur

citur *in cit. Can. quoniam*, ibi: *Secundùm morem*, & *Can. alienationes cit.* ibi; *Secundum Eccleſiæ ſuæ uſum*.
6 Quæ benedictio iterari non debet, ſed ſolum ſub conditione, ſi ea probari non poſſet, Tambur. *cit. qu.* 6. Roder. *qu. regul. tom.* 1. *q.* 12. *art.* 3.

7 Hac enim congruitate ducti Romani Pontifices voluerunt, Abbates benedici, ut actus præfatos explerent, *c. quoniam cit. diſt.* 69. *cap. cum contingat de ætate, & qualitate*, ubi quod Abbates valeant Ordines Minores conferre, ſi obtinuerint manuum impoſitionem, ideſt benedictionem, *cit. can. alienationes*. Ob-
8 tinuerunt tamen Abbates Ciſtercienſes ab Alexandro Papa III. quòd ſi tertiò Epiſcopus Diœceſanus requiſitus humilitate, ac devotione, qua convenit Abbates eorum benedicere renuerit; eiſdem Abbatibus liceat proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium hujuſmodi pertinent exercere, donec Epiſcopi ſuam duritiem recogitent, & Abbates benedicere
9 non recuſent. Succeſſivè obtinuerunt illi, & alii Abbates privilegia, ut poſſent à quocumque Catholico Antiſtite benedici; ſicque neceſſariò Diœceſanus Epi-
10 ſcopus non erat adeundus; Cum de jure talis poteſtas Epiſcopo proprio competeret, ut ſupponitur in hac *Conſt. & in citat. cap. quoniam*, & *cap. cum contingat de ætat. & qualitate*; Rurſus fuit conceſſum
11 privilegium aliquibus Abbatibus, ut ſine benedictione recepta, poſſent omnes actus explere, ac ſi eſſent benedicti, non requiſito Epiſcopo Diœceſano, pro munere benedictionis eis impartiendo, quod latè recenſet Tambur. *cit. diſp.* 11. *quæſt.* 10. & *quæſt.* 13. Et quoad Abbates Olivetanos, de quibus agitur in hac *Conſtitutione Piana*, etſi in ea dicatur §. 2. quòd
12 ii non indigeant confirmatione, aliiſque, ut valeant exercere ſuam Juriſdictionem Abbatialem, excipit benedictionem, quam eos recipere voluit; tamen Julius Papa II. *in Conſtitut.* 12. §. 17. eis hoc privilegium impartitus eſt, ibi: *Præfati ſic electi, ſeu nominati*, ſcilicet Abbates, & Priores, *abſque alicujus dictæ Sedis, vel alterius proviſionis, vel diſpenſationis adminiculo, etiam præter hoc, quod eis munus benedictionis impendatur ipſis Monaſteriis, & Prioratibus, ad quæ ſic electi, vel nominati fuerint, præeſſe, ac illa in Spiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, ac omnes actus ibidem exercere, & inſignia deferre, ac ſi munus hujuſmodi ſuſcepiſſent*.

13 Acceſſit etiam præfatis duobus tertia ſpecies Indulti, & privilegii, cujuſvis fuit, ut nedum valeant Abbates à quocumque Epiſcopo benedici; nec adeundum neceſſariò Diœceſanum, ut dixi, quòd ſine benedictione actus omnes exercere valerent Abbatiales; ſed ulterius, quòd Generalis benedictionem impartiri valeret ſuis Abbatibus etiam per alium Regularem ab ipſo deputandum; ex quo iſta facultas non eſt Epiſcopalis, ſed Presbyteralis, ut id privilegium obtinuerunt Ciſtercienſes ab Innocent. Papa VIII. & Clemente VIII. Tambur. *cit. qu.* 11. ubi ex aliis adductis recenſet iſta privilegia.

14 Prædictum etiam privilegium, ut poſſent exercere Abbates non benedicti omnes actus Abbatiales, obtinuerunt Caſſinenſes Congregationis S. Juſtinæ *ab Eugenio IV.* & confirmatum fuit *ab Alexandr. VI. Leone X.* & noviſſimè in *Conſtitutione edita anno* 1680. pro confirmatione ſpecifica Conſtitutionum Congregationis Caſſinenſis à Venerabili Servo Dei *Innocentio XI.* inſertis in ea Conſtitutionibus Ordinis; inter quas adeſt ſequens: *Qui Abbates ex Indulto Sedis Apoſtolicæ habent omnia Privilegia, & Inſignia, & Juriſdictionem, quam Abbates perpetui, & benedicti habere conſueverunt. Quod enim noſtri, nunc ut olim non benedicantur, Indultum fuit ad favorem Congregationis, non in detrimentum Dignitatis, ut ex privilegio Eugenii IV.*

15 Hoc ipſo privilegio gaudet Congregatio Olivetana, non ſolùm ex vi generalis communicationis omnium privilegiorum Congregationis Caſſinenſis, ſed ex dicta *Conſtitutione Julii II.* 12. Hoc ipſo privilegio frui dicunt Camaldulenſes, Canonicos Lateranenſes, & omnes ferè Congregationes Monachales; præſertim cùm ut plurimum in præſenti Abbates non ſint perpetui, prout antea, qui eligebantur à proprii Monaſterii Monachis, ut proſequitur cit. Tambur. *quæſt.* 13. ubi omnes Monachos id habere ſaltem per communicationem, de quibus privilegiis latè Barboſ. *l.* 3. *vot.* 89. & *l.* 1. *de Jur. Eccleſ. cap.* 17. *numer.* 47. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 126. *num.* 21. Gonzal. *cit. cap. ſtatutum de ſuppl. negl. Prælat. num.* 2. ubi alii. Et plenè fuit deductum noviſſimè *in Concilio Romano* pro Congregationibus Monachalibus, occaſione infraſcriptæ *Conſtitutionis* edendæ per Sanctiſſimum D. N. Benedictum XIII. de qua infra.

Quoad autem privilegium ſpeciale ſupradictum A- 16
poſtolicum, conceſſum Generali Ordinis Ciſtercienſium, benedicendi per ſe, vel per ſuos Vicarios, Abbates, & Abbatiſſas ejus Ordinis, referam caſum, & dubium diſputatum in Sacr. Congregatione Concilii, quod eſt ſequens: *Ciſtercienſium muneris benedicendi. Cum Epiſcopi impendentes munus benedictionis Abbatibus Ordinis Ciſtercienſis, prætenderent Juriſdictionem in eos, Innocentius VIII. conceſſit Abbati Generali Ordinis, ut ipſe Abbatibus, & Abbatiſſis dicti Ordinis munus hujuſmodi valeret impendere, Clemens VIII. ampliavit, ut Generalis poſſet hanc facultatem ſubdelegare ſuis Vicariis Generalibus: Idemque Pontifex declaravit ſub nomine Vicariorum comprehendi Reformatores, & Præſidentes Congregationum, prout ex copia Brevis, quæ datur Eminentiſſimis per Informantem. Cum autem contingit, aliquem de Abbatia, vel Abbatiſſatu provideri per Datariam, in literis Apoſtolicis apponitur: à Catholico Antiſtite munus benedictionis recipere valeant. Ex quo dubitari poteſt, num præcisè adeundus ſit aliquis Epiſcopus, quo caſu incommoda per Innocentium VIII. conſiderata relaberetur; Ideo Vicarius Generalis dicti Ordinis in Regno Poloniæ ſupplicat declarari.*

An ipſe, & pro tempore exiſtentes Vicarii Generales poſſint munus benedictionis impendere etiam Monachis hujuſmodi, quibus per Datariam providetur.

Die 23. *Auguſti* 1681. *Sacra Congregatio Concilii Trid. ad præfatum dubium reſpondit: Affirmativè ſervata forma Indultorum.*

Noviſſimè diſcuſſa re in Congregatione particulari
S. R. E. Cardinalium, & aliquorum Romanæ Cu- 17
riæ Prælatorum, Sanctiſſimus D. N. in Concilio Romano promulgavit *Conſtit. incip. Commiſſi, ſub die pridie* 9. *Maii* 1715. *Pontificatus Anno Primo*, in qua infraſcripta prudentiſſimè ſervari mandavit.

Cum itaque, ſicut accepimus, Abbates Regulares perpetui, non quidem ratione tituli, quia ad triennium, vel ſexennium, aut aliud limitatum tempus eliguntur; ſed ratione adminiſtrationis, quia ab unius Monaſterii regimine, expleto limitato tempore, transferuntur ad aliud, ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus ſita ſunt Monaſteria, benedictionem obtinere, imo & petere negligant; hinc eſt quod Nos gravi ejuſmodi abuſui pro Paſtoralis officii debito opportunè conſulere, ac providere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & aliquot inſuper Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper hoc à Nobis ſpecialiter deputatorum, conſilio, ſuadentibus etiam Epiſcopis & aliis Eccleſiarum Prælatis in præſenti Sacro Concilio congregatis; necnon motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione injungimus, præcipimus, & diſtrictè mandamus omnibus, & ſingulis Abbatibus Regularibus, licèt perpetuis ſolummodo ratione adminiſtrationis, ut præfertur, qui Monaſteriis cujuſcumque Ordinis, Congregationis, ac Inſtituti de cætero præficientur, ut infra annum à die eorum electionis computandum, ſolemnem benedictionem ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus Monaſteria conſiſtunt, juxta Ritum in Pontificali Romano præſcriptum, omnino ſuſcipiant; vel ſaltem eam ter ab ipſis humiliter poſtulent, ſervata forma ſancita in cap.

ſtatui-

Digitized by Google

ſtatuimus de ſupplen. neglig. Prælator. *Quod ſi ſecùs fecerint, ab officio per annum ſint ipſo jure ſuſpenſi. Volumus tamen, & expreſsè declaramus, quòd ipſimet Abbates electi, durante præfato termino, ac interim omnia munia Abbatialia liberè, ac licitè exercere poſſint, & valeant; Quodque Abbas ſemel benedictus, iterùm benedictionem petere, vel obtinere non teneatur, tametſi ad gubernium diverſorum Monaſteriorum, aliarum etiam Diœceſum, translatus extiterit.*

Quoniam verò nonnulli ex prædictis Abbatibus Regularibus, Apoſtolicis, ut aſſeritur, muniti ſunt privilegiis, quibus ampla ipſis tribuitur facultas ſuſcipiendi benedictionem à quocumque, quem maluerint, Catholico Antiſtite, gratiam, & communionem Sanctæ Sedis Apoſtolicæ habentes; Nos juſtis, & rationalibus adducti rationibus, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus, ſtatuimus, atque decernimus, ut ejuſmodi Abbates in poſterum, non à quocumque Antiſtite, ſed à Diœceſano tantùm Epiſcopo, vel à Metropolitano, infra prædictum terminum, benedictionem omninò ſuſcipere teneantur; Et quatenus ille, quem Abbas elegerit, tertiò humiliter requiſitus, ipſi petitam benedictionem impartiri detrectet, aut negligat, tunc, & eo dumtaxat caſu, eamdem benedictionem à quocumque Catholico Antiſtite Abbas liberè ſuſcipere poſſit, & valeat, ac ita perpetuis futuris temporibus ubique ſervari volumus, & mandamus.

Cæterum ejuſmodi Indulta exemptiva ab obligatione ſuſcipiendi benedictionem à proprio Epiſcopo, illis dumtaxat Abbatibus, quibus ab Apoſtolica Sede directè conceſſa fuerunt, juxta modum ſupra expreſſum, ſuffragentur. Reliquis autem Abbatibus, qui ea ex generali tantùm privilegiorum aliis Ordinibus, Congregationibus, vel Inſtitutis conceſſorum, communicatione ſibi competere prætendunt, minimè ſuffragari poſſe, nec debere decernimus, & declaramus.

Quo verò ad Abbates, quibus à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris Indultum fuit, à ſuis Superioribus Regularibus, vel ab eorum Prælatis delegatis, benedictionem ſumere poſſint: vel etiam per ſpeciale Indultum Apoſtolicum conceſſum fuit, ut electi habeantur pro benedictis ab ipſo Summo Pontifice, nihil omnino innovandum eſſe ſancimus, & Apoſtolica, quibus gaudent, privilegia ubique inconcuſsè obſervari præcipimus, & mandamus.

Univerſos demum Epiſcopos, atque etiam Archiepiſcopos, à quibus benedictio tribuenda erit, eorumque Officiales, Aſſiſtentes, & Miniſtros quoſcumque, in Domino hortamur, ac admonemus, ut occaſione ſimilium benedictionum excutiant, ac prorsùs emundent manus ſuas ab omni munere; quin etiam prædictis Præſulibus ſub pœna interdicti ab uſu Pontificalium per annum vetamus, ac inhibemus, ne tàm ante, quàm poſt eaſdem benedictiones, earumque intuitu, cujuſcumque generis, aut ſpeciei, etiam bellariorum, & comeſtibilium, munera, vel xenia, à quoquam recipere audeant; illiſque præterea diſtrictè injungimus, ut ab omni abſtineant ſolemni pompa, quæ ſumptus, quantumvis modicus, etiam prandii, ſecum ferat. Cum ejuſmodi Sacræ functiones ab interna, ſolidaque potiùs benedicentium, ac benedicendorum religione, & pietate, quàm ab externa, & vana apparatus magnificentia debeant commendari.

18 Rationabilia quidem fuerunt diſpoſita in præfata
Conſtitutione, nam primò ea præſcripſit, quòd o-
mnes Abbates perpetui in titulo, etſi quoad admini-
ſtrationem certi Monaſterii temporales exiſtunt (ſecùs
autem ſi eſſent temporales quoad titulum, electi ſcili-
cet Abbates ad triennium, ſeu ad aliquod tempus)
teneantur recipere à proprio Epiſcopo Diœceſano, hoc
eſt Epiſcopo loci, in quo ſitum eſt Monaſterium, ſo-
lemnem Benedictionem, vel ſaltem eam ter ab ipſis
poſtulare, ſervata forma *Cap. Statuimus de ſupplenda*
19 *neglig. Prælat.* ſub pœna ſuſpenſionis, &c. ut ſuprà.
Diſtinctio enim inter Abbates perpetuos, & tempo-
rales quoad Monaſteria varia, quæ ad tempus ali-
quod, vel perpetuò ab iis gubernantur, non efficit,
quòd illi Abbates perpetui quoad titulum non ſint
perpetui Abbates; juxta adagium, *Abbas ſemper Ab-
bas*, & cùm ratione tituli perpetui exerceant illi a-
ctus Abbatiales, ob quorum exercitium congruenter
ab Eccleſia, & quidem rationabiliter, benedictionis
ſolemnitas inducta fuit; non eſt ratio cur diſpenſari
debeant à dicta benedictione.

Secunda diſpoſitio dictæ *Conſtitutionis*, quòd Ab- 20
bates perpetui in titulo, qui ex privilegio benedictio-
nem à Catholico Epiſcopo conſequi poterant, eam à
proprio Epiſcopo Diœceſis Monaſterii, recipere te-
neantur, prout jure ſtatutum fuerat, etiam videtur
æquiſſima, cùm hujuſmodi privilegia conceſſa fuerint
ob gravamina aliquorum Epiſcoporum, quæ impone-
bantur Abbatibus, & diverſiones, ac prorogationes,
quibus utebantur ad peragendas dictas benedictiones,
quod fuit cauſa etiam Alexandro III. in *cit. cap. Sta-
tuimus* decernendi, quòd ſi Abbates Ciſtercienſes ter
ſupplices petiiſſent ab Epiſcopo Diœceſano benedi-
ctionem, & non obtinuiſſent, poſſent exercere omnes
actus, ac ſi eſſent benedicti. Unde cùm hujuſmodi
gravamina non eſſent ad præſens opinabilia, ut olim,
quando recentes erant exemptiones Monachorum ab
Epiſcopo Diœceſano; & cum iis non benè ſe habe-
bant exempti illi; ideò Sanctiſſimus Pontifex hanc
diſciplinam diù ab Eccleſia cuſtoditam, reintegrare
cupiens, decrevit, ut benedictionis actio fieret à pro-
prio Diœceſano Epiſcopo; imò addidit, pro majo-
ri libertate Abbatum privilegiatorum, eam poſſe pe-
ragi etiam à Metropolitano; alioquin ſi ab ipſis bene-
dictio non impartiretur, poſſint adire quemcumque
Catholicum Epiſcopum. Hac methodo uſus Clemens
Papa VIII. quoad Regulares, qui etiam habebant
privilegium recipiendi Ordines à quocumque Catho- 21
lico Antiſtite; ſtatuit, quòd teneantur Superiores
Regulares mittere Regulares ſubditos pro Ordinibus
ſuſcipiendis Epiſcopo Diœceſano loci, in quo ſitum
eſt Monaſterium; & ſi ipſe Ordinationes non feciſ-
ſet, cuicumque Epiſcopo; ut retuli ſupra *Conſtitut.
7. hujus Pontificis Pii II. & alio Commentario, ibi enun-
ciato*: Ex eadem quoque congruentia; conſiderata à
Sanctiſſimo Domino Noſtro, quòd ſi Regulares poſ-
ſunt à proprio Epiſcopo Diœceſano Ordines, & be-
nedictionem recipere, cur neglecta reverentia debita
Epiſcopo nativo Territorii debeant ab alio promove-
ri, & benedici; proindè ad compeſcendam, ſi quæ
fuerit, alicujus Epiſcopi negligentiam, idem San-
ctiſſimus hortatus fuit in *Conſtitutione adducta* omnes
Epiſcopos, ut benignè eorum operam Regulares in
hoc ſine ullo gravamine præſtent. Tandem præſerva-
vit noſter Pontifex privilegia, quæ haberent Congre- 22
gationes Religioſæ, ut Abbates non benedicti poſſint
exercere omnes actus, ac ſi eſſent benedicti, vel re-
cipere valerent benedictionem à ſuis Superioribus Re-
gularibus, aut ab eorum delegatis; vulnerare nolens
ingenita benignitate Sanctitas Sua privilegia obtenta
à Congregationibus Monachorum, qui de Eccleſia
Dei ſunt valdè benemeriti. Deinde idem noſter Pon-
tifex ſtatuit, non eſſe locum communicationi privi- 23
legii prædicti inter Regulares; nec proinde per
communicationem privilegiorum alterius Congregatio-
nis, per Sedem Apoſtolicam conceſſam, intelligi
id privilegium communicatum: & certè ratione con-
currente, quia communicatio non intrat in iis,
quæ alteri præjudicium inferre ſolent, ut eſſet in hoc
privilegio derogante Juri Epiſcopi Diœceſani, cui
ob nativam Juriſdictionem, & reverentiam ei debi-
tam, Regulares ab ipſo tenerentur recipere benedi-
ctionem.

Ad hujuſmodi materiam inquiri poteſt, ut innui, 24
an Abbates hujuſmodi non benedicti habeant facul-
tatem Ordines minores conferendi? Benedictio e-
enim iſta, quam ab Epiſcopo Diœceſano recipere 25
debent Abbates, injuncta fuit à S. Canonibus, *Cap.
cùm inter R. de elect. can. quantumvis diſt. 68. c. cùm
contingat, de ætat. & qual. cap. ſicut tuis 33. de Simon.
Clem. attendentes, §. ſtatuimus, de ſtatu Monach.* in
quo Textu diſponitur, Abbates benedicendos eſſe,

ubi

ubi Gloſs. *verſ. benedici* facit mentionem de Abbatum benedictione, & *ver. rationabilis*, quod impedimentum juſtum non receptæ benedictionis intra annum à tempore confirmationis, dicitur vacatio Sedis Epiſcopi Diœceſani, vel voluntas iſtius ſæpius ad benedicendum requiſita, idque cautum, quia cùm
26 confirmarentur Abbates ab Epiſcopo Diœceſano de jure communi, *cit. §. ſtatuimus*, ac deindè evenisſent exemptiones Monachorum à lege Juriſdictionis Epiſcopalis; remanſit illa ſubordinatio, qua benedictionem reciperent ab Epiſcopo, tamquàm de jure territoriali, in reverentiam Cathedræ Epiſcopalis, ut accidit etiam quoad Ordines recipiendos, ut dixi aliàs; hinc quoad Monaſteria exempta ab Epiſcopo Diœceſis, etiam benedictio Abbatis ad Epiſco-
27 pum ſpectat; & in præſtatione jurisjurandi, ſi Abbas ſit exemptus, debet ſe obſtringere ad parendum Romano Pontifici; ſi non ſit exemptus, ipſi Epiſcopo, *Cap. ne Dei Eccleſiam, de Simonia*, Hallier. Vvadingus, & alii citati per Gonzal. *cit. num.* 5. Barboſ. *d. Vot.* 89. Tamburr. *cit. diſput.* 11. *quæſt.* 12. ubi de formula juramenti. In quo autem benedictio Abbatum differat ab illa Abbatiſſæ, ab Epiſcopo etiam Diœceſano facienda, vide Gloſſ. *in Clem. attendentes, de Statu Monachorum, verſ. benedici*, ubi quòd non poſſit iterari, ſed ſe remittit uſui Curiæ: quamvis non poſſe iterari probent rationes ibi adductæ; quia eſt quaſi Sacramentum, & ad inſtar benedictionis nuptialis, quæ non iteratur in ſecundis nuptiis, ſicut pœnitentia ſolemnis jam adhibita, Gonz. *cit. n.* 4. Tamburr. *cit. quæſt.* 6. Barboſa, & alii *in cit. cap. ſtatuimus num.* 3.

28 Verùm, ut dixi, obtinuerunt ſucceſſivè Monachi privilegia, quibus potuiſſent à quocumque Antiſtite benedici; & ulterius quod etſi non benedicti, omnes actus facere valerent, quos poſſunt Abbates benedicti; ſed verè in dictis privilegiis non fit mentio, ut valeant Ordines minores conferre Abbates non benedicti, ſed ſolùm datur iis facultas faciendi quæcumque fieri poſſunt per Abbates benedictos; unde videtur intelligenda de iis actibus, pro quibus explendis non requiritur ſpecialis; & ſpecialiſſima facultas, prout eſt illa collationis Ordinum, ut latè, & in terminis probat Halliet. *de ſacr. elect. par.* 2. *ſect.* 5. *art.* 2. *§.* 2. *n.* 14. *& ſequ. pagin.* 561. ſicque ſi in dictis privilegiis non exprimatur facultas Ordines conferendi, videtur difficilis reſponſio, quòd Abbates non benedicti valeant Ordines minores conferre. In *cap.* enim *cùm*
29 *contingat de ætat. & qualitate*, Cœleſtinus Papa III. reſcripſit, quòd Abbates ſi fuerint Sacerdotes, dummodò ipſis ab Epiſcopo, ſecundùm morem præficiendorum Abbatum, manus impoſitio facta noſcatur, poſſint conferre Clericalem Tonſuram in proprio Monaſterio. Accedit *cap. cum olim* 2. *de dilationibus in* 5. *compilatione relat.* à Gonzal. *cit. cap. ſtatuimus de ſuppl. negl. Prælat. num.* 10. in quo textu Honorius Papa III. reſcripſit, Abbatem non benedictum non poſſe neque Concilium congregare, celebrare Capitulum, & Juriſdictionem ſpiritualem in ſubditis Monaſteriis exercere: ergo eò minùs Ordines iis conferre; & facit Gloſs. *cit. verſ. benedici, Clem. attendentes*, *§. ſtatuimus*, ibi: *Minus habet benedictio Abbatiſſa, quàm Abbatis, quia Abbas benedictus Monachos benedicit, de ſuppl. neglig. Prælator. cap.* 1. *& confert minores Ordines, de ætat. & qualitat. cap. cùm contingat, quod ex fragilitate ſexus Abbatiſſa non facit; licèt ergo benedictio Abbatis non ſit ſimplex, ſed miſta inter ſimplicem, & ordinariam, &c. Benedictio tamen Abbatiſſæ ſimplex videtur. Item licèt benedictio Abbatis, à qua dependet ordinandi poteſtas, his diebus dari debeat, quibus dandus eſt Ordo, ſecundùm Hoſtien. qui dicit id tutius eſſe; de iſta tamen* (ſcilicet Abbatiſſæ benedictione) *à qua poteſtas illa non dependet, minus videtur dubium, quod quolibet die dari poſſit*. Et ſic Abbatem antè benedictionem non recipere poteſtatem ſpiritualem benedicendi Monachos, & Ordines minores conferendi, Fagn. *cit. cap. ſtatuimus, numer.* 2. ubi conſiderat verbum *textus: Si renuerit* Epiſcopus impertiri benedictionem; ergo ſine contumacia Epiſcopi, Abbas non recipit dictam poteſtatem, abſque petita, vel habita benedictione.

Sed contrarium videtur dicendum, quia Abbates, 30
qui habent privilegium Apoſtolicum omnes actus faciendi, quos facere poſſunt Abbates benedicti, potiuntur facultate, nempè Spirituali, quam obtinent benedicti; & ſic ordinandi in minoribus ſibi ſubjectos, Gloſſa enim *citat. Can. alienationes* 12. *quæſt.* 2. *ver. conſecrandus*, ait: *Unde Abbas ſine benedictione poteſt Monachos benedicere*. Probatur quoque *ex citat. cap. ſtatuimus, de ſup. neg. Præl.* ubi renuente Epiſcopo, tertiò requiſito, Abbatibus benedictionis munus impertiri, poſſint hi proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium hujuſmodi pertinent, exercere, donec ipſi Epiſcopi ſuam duritiem recogitent, & Abbates benedicere non recuſent; ubi Gloſſ. *ver. alia*, ſcribit: *Scilicet, ut conferant lectoratum in proprio Monaſterio, infra de ætat. & qualit. cap. cum contingat, & 69. diſt. cap.* 1. *ſi tamen Presbyteri ſint; cum & illa impoſitio manus non ſit, niſi quadam benedictio, ut* 1. *qu.* 1. *Manus, ſed qualiter poſſunt hoc facere ante ſuam benedictionem; dic, quod in odium Epiſcoporum* (*ſcilicet renuentium*) *Dominus Papa hoc concedit per ipſam Conſtitutionem, ne propterea in Spiritualibus, vel aliis patiantur Monaſteria detrimentum propter negligentiam Epiſcoporum*. Ratio prædictorum 31
eſt, quia facultas Ordines Minores conferendi in Abbatibus, non manat à benedictione recepta, ut eſt in Epiſcopo, in quo dicta poteſtas procedit à Charactere Epiſcopali recepto in Conſecratione, ſed à privilegio Pontificio, quod ſolet requirere benedictionem, ut dixi, in Abbatibus, non uti neceſſariam, ſed congruentem, & tamquàm conditionem neceſſariam ex voluntate Papæ, concedentis dictam facultatem Ordinandi, ut benè explicat, poſt alios, Fagnan. *citat. cap. ſtatuimus, numer.* 4. *&* 6. *& num.* 28. Cùm, ut dixi, benedictio iſta non imprimat characterem, ſed ſit quædam ſolemnitas ſpecialis adhibita ex congruentia in Abbate, qui recipit plura Juriſdictionalia Spiritualia. Nec obſtant ſupra adducta in contrarium 32
ex cap. cum contingat, quia Textus ille procedit juxta regularem Ordinem, ut Abbates, qui Ordines Minores conferant, ſint benedicti, non autem, ut ſine benedictione eos conferre non valeant; ut eſt caſus ſi concurrat negligentia Epiſcopi; nam tunc Abbas poſſet Ordines conferre, quamvis non benedictus, *ut in cit. cap. ſtatuimus*; & in adducto *cap. cum olim ſecundo de dilat. in* 5. *compilat.* ideò Papa voluit, Abbatem non benedictum non exercere Juriſdictionem Spiritualem, quia juſtè renuebat Epiſcopus eum benedicere, & proinde Papa mandavit cauſam negligentiæ cognoſcendam eſſe, ac decidendam, priuſquam Abbati liceret eam exercere, ut benè notat Gonzal. *citat. cap. ſtatuimus, num.* 10. *in fine*. Sicque ſicuti ob negligentiam Epiſcopi non benedicentis, poſſunt Abbates non benedicti conferre Ordines, aliaque munera exercere, & dubitandum non eſſet, quòd eo caſu etiam conferre Ordines Minores valerent, juxta mentem citat. Textus *cap. ſtatuimus, ubi omnes Repetentes*; ita ob privilegium Papæ, ut Abbates non benedicti exercere valeant omnia, quæ Abbates benedicti exercere poſſent, minimè dubitari valet, eos poſſe quoque Ordines Minores conferre; cùm iiſdem verbis generalibus uſus fuerit, ac ſine ulla diſtinctione quoad Ordines conferendos, Alexander III. *in citat. Textu*, quibus Pontifices in dictis privilegiis utuntur. Rectè igitur docuerunt communiter Doctores, poſſe antedictos privilegiatos Abbates non benedictos conferre Ordines Minores, ſi habeant privilegium
munia Abbatialia exercendi, Gonzalez *citat. cap. ſta-* 33
tuimus, numer. 2. Tamburin. *citat. quæſt.* 13. *numer.* 1. *& ſeq. citat.* Barboſa *de jure Eccleſiæ, cap.* 17. *numer.* 46. *lib.* 1. *& in cap. cum contingat, numer.* 7. *de ætat. & qualitat. ac citat. cap. ſtatuimus, numer.* 4. *& de poteſtat. Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 126. *nu.* 21. *&*

in Voto

in Voto 89. n. 28. lib. 3. Pyrringh. ad 1. lib. Decretal.
tit. 11. ſect. 1. §. 6. n. 43. Clericar. de Sacr. Ordinis, dec.
15. n. 7. & ſeq. Fagn. cit. c. ſtatuim. n. 31. & 53. Lott.
de re benef. lib. 1. q. 27. num. 21. Pignat. conſult. 364.
tom. 1. conſult. 158. num. 1. tom. 4. ubi alii adducuntur.
34 Hinc Sac. Congreg. Concilii reſolutum fuit: licere Ab-
batibus benedictis, vel quibus à Sede Apoſtolica con-
ceſſum ſit privilegium, ut poſſint omnia ea facere,
quæ poſſunt Abbates benedicti, Tonſuram, Minoreſ-
que Ordines ſuis ſubditis Regularibus tantùm confer-
re, aliaque Pontificalia hujuſmodi Abbatibus compe-
tentia in ſui Ordinis Monaſteriorum Eccleſiis, & li-
mitibus exercere; quæ reſolutio fuit confirmata à
Clemente VIII. per litteras in forma Brevis an. 1596.
die 2. Auguſti in favorem Congregationis Benedicti-
næ Valliſoletanæ in Hiſpania, ut habetur in colle-
ctione privilegiorum Congregationis prædictæ, & in
alia adducta inter Privilegia Ciſtercienſium Pariſiis
edita anno 1713. pag. 194. confirmata etiam per lite-
ras Apoſtolicas ejuſdem Clementis VIII. quæ ſuppo-
ni poteſt eadem cum antecedentis tenoris, &c. Ab-
batibus benedictis, vel quibus à Sede Apoſtolica con-
ceſſum eſt privilegium, ut poſſint ea omnia facere, quæ
poſſunt Abbates benedicti, Tonſuram, Minoreſque
Ordines ſuis Subditis Regularibus tantùm conferre,
aliaque Pontificalia hujuſmodi Abbatibus competentia
in ſuis Ordinis Monaſteriorum Eccleſiis, & limitibus
exercere; taliterque Ordinatos, ſi quid aliud non ob-
ſtiterit, legitimè poſſe à quibuſvis Ordinariis ad ulte-
riores Ordines promoveri. Et eadem Sacra Congrega-
tio in Cathanien. & Panormitana lib. 18. decret. pag.
311. 16. Martii 1647. Archiepiſcopus Panormitanus
ſupplicat declarari, primò: An Abbas Regularis non
benedictus poſſit ſuis Subditis Regularibus Ordines
Minores conferre: Secundò: An Ordines Minores per
hujuſmodi Abbatem non benedictum collati non ſuis
Subditis ſint validi, etiamſi habeat privilegium illos
conferendi.

*Sacra, &c. audita utraque Parte, & rationibus ma-
turè perpenſis, reſpondit.*

*Ad primum: Abbatem non benedictum, ſi habeat
privilegium ſpeciale Apoſtolicum conferendi Ordines
Minores, poſſe ſuis Subditis Regularibus conferre, ſecus
ſi id ei non fuerit ex privilegio Apoſtolico conceſſum.*

*Ad ſecundum: Hujuſmodi Abbatem non benedictum
habentem privilegium, ut ſupra, non poſſe Ordines Mi-
nores conferre non ſuis Subditis, etiam Regularibus al-
terius Ordinis, juxtà declarationem aliàs factam in Ca-
thanien. 23. Novemb. 1641. tenoris infraſcripti: Colla-
tionem autem Ordinum, ſupradictis non ſuis Subditis,
etiam Regularibus factam, ſi fuerit de Ordinibus etiam
Minoribus, & dictus Abbas non benedictus non habeat
privilegium Apoſtolicum, Ordines collatos remanere in-
validos, & Ordinatos indigere alia Ordinatione; Si
vero Abbas non benedictus habeat privilegium, & Or-
dines Minores tantummodo contulerit ſuis non Subdi-
tis, Ordinatos non indigere alia Ordinatione, ſed tan-
tummodo abſolutione, & rehabilitatione, à Sede Apo-
ſtolica obtinenda.* Et acriter diſputatum fuit in eadem
Congregatione in cauſa Mutinen. Ordinationis, ut in-
ferius dicam. Ac in terminis Abbatis Ciſtercienſis
non benedicti ab Epiſcopo, ſed à Vicario Generali
ejuſdem Ordinis, juxta facultatem Apoſtolicam con-
ceſſam, ſupra relatam, dicta *Sac. Congregatio Conci-
lii in Uratiſlavien. 12. Februarii* 1724. propoſito du-
bio: An Abbas Lubenſis, cæterique ejuſdem Provin-
ciæ Abbates Presbyteri, non benedicti ab Epiſcopo,
ſed à ſuo Patre Generali, vel ejus Subdelegatis, poſ-
ſint Tonſuram, & Minores Ordines ſuis Subditis Re-
gularibus conferre, itaut, niſi aliud Ordinatis obſtet
canonicum impedimentum, teneatur Ordinarius illis
conferre Ordines Majores in caſu, &c. *Sacra Con-
gregatio reſpondit affirmativè, & ampliùs*. Et Sacrum
Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. cap. 10. de reformat.*
prohibendo Abbatibus quantumvis exemptis, ne cui-
quam, cui Regularis Subditus ſibi non ſit, Tonſu-
ram, vel Minores Ordines conferrent, rectè non ex-
plicavit conditionem in Abbatibus, quòd fuerint be-
nedicti; quia ob contumaciam Epiſcopi, vel ob pri-
vilegium Apoſtolicum, eamdem facultatem habere di-
gnoſcantur in Ordinibus conferendis, benedicti, &
non benedicti; quæ facultas procedit ab Apoſtolico 35
privilegio, quo fuit conceſſa ea Abbatibus *in cit. Can.
quoniam, & cap. cum contingat* cum conditionibus
duabus, ſit Sacerdos, & benedictus, itaut requira-
tur duplex illa conditio verificata, ut eo privilegio
Abbas uti valeat, & latè Fagn. *cap. quanto, numer.
21. & ſeqq. de conſuetudine*, ubi deciſum refert per
Sacram Congregationem Concilii, Generalem Silve- 36
ſtrinorum, quia dubitabatur, an eſſet Abbas, nec
erat benedictus, nec probatum fuit habere privile-
gium ſpeciale Apoſtolicum, non poſſe Ordines Mi-
nores conferre ſuis Monachis, nec ei ſuffragari po-
tuiſſe conſuetudinem immemorabilem; quia eſſet con-
tra capacitatem præſcribentis, acquirere dictam fa-
cultatem reſpicientem Ordinem, *numer. 30. & ante-
cedentibus*; Et *in cap. Abbates de privilegiis in 6.* ubi
Abbatibus habentibus plenam Juriſdictionem in Lai-
cos, tribuitur facultas etiam iſtos, ac Converſos Mo-
naſterii initiandi; quod revocatum fuit à Concilio
circa Sæculares etiam Subditos, ut ſupra, limitando
hanc poteſtatem pro ſolis eorum Regularibus. Un- 37
de quatenus per Sedem Apoſtolicam dicta conditio
benedictionis ſubmoveatur, & ſuper ea diſpenſetur,
certè quòd Abbas poteſt uti jure Ordinandi, ſibi
conceſſo ſub dicta conditione; quia ſublata iſta per
poteſtatem Papæ, remanet conceſſio illa pura, ut
poſſit Abbas non benedictus ea uti, ut proſequitur
citat. Fagnan. *numer. 24. & ſeqq. & in cap. cum con-
tingat, numer. 4. de ætat. & qualitat. ubi* inſuper, *nu-
mer. 2.* etiam agit, quòd facultas, quam habent Abba-
tes ex dictis privilegiis Apoſtolicis in Jure inſertis,
cap. quoniam, cap. cum contingat, & cap. Abbates,
procedat in omnibus Ordinibus Minoribus, & in pri-
ma Tonſura, quia etſi in Textibus dicatur de Lecto-
ratu; tamen debere intelligi de omnibus Ordinibus;
& ita ſervari in praxi tradit.

Sed quamvis Hoſtien. *in cit. c. cùm contingat, num.
6. verſ. ſeptima Synodo* loquatur de duobus minoribus
Ordinibus, nec aperiat de quibus, & intelligi debere
de Ordinibus inferioribus Lectoratui; ideſt Oſtiaria-
tu, & Pſalmiſtatu, Turrecrem. *in dicto cap. quoniam,
n. 3. & n. 15.* cum aliis DD. fundantibus in *ver. ſolum-
modo* expreſſo in *citat. Can.* tamen contextum ejuſdem
rationis efficere, quòd intelligatur de cæteris Ordini-
bus ejuſdem qualitatis, ſcilicet minoribus, & ita eſſe
communiorem opinionem, aliis citatis Canoniſtis,
proſequitur Fagnan *cit. n. 2. & 3.* ubi, ita ex praxi,
& ſenſu S. C. Concilii, ſervari, ut Abbates omnes Or-
dines conferant; & dictionem *ſolummodò* in Textu non
pertinere Lectoratum, ut ſolùm illum conferre va-
leant, ſed Monaſterium proprium, ut tantùm in iſto
Ordines conferre poſſent.

Subſequitur ad præfata alia quæſtio, an ſi Abbas 38
habens qualitates requiſitas ordinandi in minoribus,
promoveat aliquos, ultra ejus facultates, ſint hujuſ-
modi Ordines irritè, ac invalidè collati, itaut requi-
ratur nova Ordinatio; vel ſolùm illicitè, nec ſit opus
nova Ordinatione, ſed ſolùm ſuſpenſionis relaxatio-
ne. Quæſtionem pro nullitate reſolvunt Coton. *lib. 3.
controv. 1. cap. 6. numer. 128. in fine*, latè Hallier. *de
ſac. elect. part. 2. ſect. 5. cap. 1. art. 2. §. 2. num. 18.
& 19. pag. 562. & 563.* Paſſerin. *cit. cap.* Abbates *nu.
7.* ubi ex declaratione S. C. Nicol. *lucubr. Juris Can.
de ætat. & qualit. lib. 1. tit. 14. pag. 24. nu. 2.* ubi non
obſtare, quòd aliquoties fuerunt ſic ordinati rehabili-
tati tantùm, quia tunc non erat declaratum, invali-
dè Ordines ſic conferri; & addit rationem, quia Or-
dines conferrentur ſine privilegio; cum illud obten-
tum non contineat eos extraneos, idem Nicol. *ver.
Ordo in Floſculis, num. 4.* & refertur ab eo declaratio
S. C. Concilii 4. *Aprilis* 1637. Ordinatos ab Abbate
titulari Montis Regalis in Sicilia tàm ſæculares, quàm
regulares, eſſe iterum ordinandos, & eadem Sacra
Con-

Digitized by Google

Congregatio quoad Ordinatos à Generali Silveſtrinorum relata à d. Nicol. Rationem autem differentiæ, propter quam Ordinatio extranei facta ab Epiſcopo valida ſit, & ſolùm illicita; & è converſo illicita, & nulla ſit Ordinatio non ſui ſubditi Regularis, facta ab Abbate, reſtricto ad ſuos ſubditos Regulares, ajunt eſſe, quoniam Abbates ibi totam facultatem habent ex Jure ſibi conceſſo erga ſuos ſubditos; unde excedendo conceſſionis limites nihil agere oportet dici. Verùm pro validitate eſt communior ſententia; & ſolùm illicitam eſſe Ordinationem, itaut non requiratur iteratio Ordinis, docuerunt Tambur. *de jur. Abbat. tom. 2. diſput. 2. q. 8.* Suarez *de Relig. tom. 4. tractat. 1. lib. 2. cap. 29. num. 3.* Peyr. *op. tom. 2. qu. 3. cap. 7. numer. 23.* Panimol. *deciſ. 30. Annot. 2. num. 9.* latè Fermoſ. *d. cap. cùm contingat qu. 2. nu. 19. & ſeqq. de ætat. & qualitat.* Paſſer. *citat. num. 7. in fine*; & cit. Nicol. *numer. 2.* his non obſtantibus receſſit à dicta opinione negativa, & pro validitate refert reſolutionem Sacræ Congregationis, Fagnan. *cit. cap. Quanto, numer. 24.* de conſuetudine, ubi ex declaratione Sac. Congregat. Concilii, & latiùs in *cap. ſtatuimus cit. de ſuppl. negl. Prælatorum*, ubi ſolidè per Canones, & rationes latè ſubſtinet dictam opinionem validitatis, & ita ſummatim concludit *numer. 53. & 54.* ibi: *Quamobrem*
39 *ut caſus omnes in hac materia perſtringamus, cùm quæritur, an Prælatus inferior, conferendo primam Tonſuram, & Minores Ordines imprimat characterem, & conferat Ordinis executionem, necne, duo caſus principales ſunt diſtinguendi. Primus eſt in Abbatibus Regularibus. Secundus eſt in inferioribus Prælatis Sæcularibus.*

Primo caſu, aut Abbas eſt Presbyter ſolemniter benedictus, aut non. Si eſt, aut confert primam Tonſuram, & minores Ordines ſuis Subditis Regularibus, & non ſolùm imprimit characterem, ſed etiam confert Ordinis executionem; quia facultas, quam habet à jure communi in dicto cap. Quoniam 69. diſt. & c. cùm contingat de ætat. & qualit. non eſt ſublata, imò præſervata à Concilio Tridentino quoad Subditos Regulares in d. c. 10. ſeſſ. 23. Aut illos confert Regularibus ſibi non Subditis, ſeù Clericis Sæcularibus; & imprimit quidem characterem ratione poteſtatis, quam accipit in impoſitione manuum ſecundùm Gloſſ. Lapum Archid. & alios initio citatos; ſed Ordinis executionem non confert ob ademptam ſibi à Concilio juriſdictionem quoad non Subditos Regulares, ut in declarationibus S. Congr. ſuperiùs adductis. Aut Abbas Presbyter non eſt ſolemniter benedictus; & tunc aut habet privilegium ordinandi antè Concilium, aut non. Si habet, aut ordinat Regulares ſibi ſubditos juxta limites privilegii, & rata eſt Ordinatio, etiam quoad executionem Ordinum, cùm privilegium hoc quoad ſubditos Regul. tam de jure communi, ut in d. c. Abbates, ubi Gloſ. fin. de privil. lib. 6. quàm ex Concilio ſit præſervatum in d. c. 10. aut ordinat alios, quàm Regulares ſibi ſubditos, & tunc ſi Abbas ſit talis, ut nullos omnino ſubditos regulares habeat, irrita eſt Ordinatio, quia privilegium ejus in totum fuit ſublatum per Concilium. Sin autem aliquos habeat ſubditos regulares, tunc ordinando alios, imprimit characterem, cùm non careat funditùs ordinandi poteſtate; ſed ſic ordinati remanent ſuſpenſi ab executione Ordinum, cùm privilegium quoad illos ſublatum fuerit à Concilio, ut initio diximus, conciliando deciſiones S. Congreg. ibi relatas. Quòd ſi privilegium ſit poſt Concilium, idem ſervandum erit, quòd de Prælatis ſæcularibus inferiùs dicetur. Aut Abbas privilegium ordinandi non habet, & tunc aut Epiſcopus fuit ter requiſitus, ut ei munus benedictionis impenderet; & eo caſu character imprimitur, & confertur Ordinis executio ad eum modum, quo dictum eſt ſupra de Abbate ſolemniter benedicto, ſecundùm opinionem Gloſs. hic. Aut Epiſcopus non fuit requiſitus, & tunc Abbas non benedictus, vel aliàs Prælatus Regulares, qui privilegio caret, ordinando nihil agit, cùm careat requiſitis eſſentialibus ad Ordines conferendos, ut in d. c. Quoniam, & d. c. Abbates, non obſtante contraria conſuetudine, etiam immemorabili, ut aliàs cenſuit Sacr. Congreg. in cauſa Generalis Silveſtrinorum.

Secundo caſu principali, aut inferior Prælatus ſæcularis habet privilegium conferendi primam Tonſuram, vel minores Ordines ſuis ſubditis ſæcularibus ante Concilium, aut poſt. Si ante Concilium, cùm privilegium fuerit funditùs ſublatum, ideòque non ſolùm careat juriſdictione, ſed etiam ordinandi poteſtate: Characterem nullo modo imprimit juxta declarationem S. C. Conc. in cauſa Præpoſiti Peſcien. Aut habet privilegium poſt Concilium; & tunc aut ordinat perſonas deſignatas in privilegio, & Ordinati ab ipſo recipiunt characterem, & executionem Ordinum, quia Concilium non ſuſtulit privilegia futura, nec eſt opus, ut Concilio Trident. in literis privilegii fuerit ſpecialiter derogatum, ſed ſatis eſt, ut fuerit expreſsè conceſſum contrarium ejus, quod Concilium diſponit, ut ſæpiùs cenſuit S. Congregat. Aut ordinat perſonas in privilegio non comprehenſas, ut in caſu præſentis quæſtionis; & valida eſt Ordinatio ratione abſoluta poteſtatis; ſed ob defectum juriſdictionis, Ordinis executio non confertur, ut patet ex ſupradictis.
Juxta prædictam cauſam diſtinctionem, fuerunt emana- 40
tæ reſolutiones Sac. Congregationis; nam ſi agatur de Abbate, qui habet facultatem Apoſtolicam, tàm de jure, ſi fuerit Benedictus, quàm ex vi Privilegii, ut ſine benedictione poſſit exercere omnia, quæ peragi valerent ab Abbatibus benedictis, & ſic Ordines conferre, quamvis limitatè ad certas perſonas, cùm radicitùs fuerit ipſi data poteſtas ordinandi; etſi ea utatur in perſonis ſibi prohibitis, non exindè actus eſt nullus; ſed illicitè geſtus circa eos, & ita ſenſit S. C. *in cit. Panormitana Collationis Ordinum 16. Martii 1647. l. 18. decret. pag. 311.* & in adducta *Cathanien.* relata in eadem *Panormitana ſupra num.* 34. Et in *Colimbrien. 26. Jun. 1655. l. 19. dec. pag.* 484. Propoſito dubio juſſu Sanctiſſimi Domini Noſtri: An Abbates Congregationis S. Bernardi, & S. Benedicti conferre potuerint Ordines minores Regularibus ſibi non ſubditis; necnon Sæcularibus, etiam habentibus litteras dimiſſorias ſuorum Superiorum Regularium, ſeù Ordinatiorum, *Sat. &c. Procuratoribus dictorum Ordinum ſæpiùs citatis, ſupradictis dubiis maturè diſcuſſis, reſpondit, dd. Abbates, Ordines etiam minores Regularibus ſibi non ſubditis, & multò minus Sæcularibus conferre non poſſe, non obſtantibus illorum privilegiis. Promotos verò ab illis non indigere alia collatione dictorum Ordinum, ſed abſolutione, & rehabilitatione à Sanctiſſimo obtinenda.* Sic ordinatos ab hujuſmodi Abbatibus non eſſe iterum ordinandos, ſed tantùm à Sanctiſſimo rehabilitationem obtinendam, ut refert Nicol. *cit. tit. de ætat. & qual. n. 2.* & Fagn. *cit. c. ſtatuimus, de ſuppl. negl. Præl. n. final. Et dicta Sacra Congregatio in Mutinen. Ordinationis*, ubi de Ordinatione facta ab Abbate Congregationis Caſſinenſis non benedicto; & diſcuſſa fuit acriter materia, tribus propoſitionibus, difficultate præſertim oppoſita, quòd in privilegiis, quibus Abbatibus non benedictis tribuitur poteſtas faciendi actus, quos poſſent Abbates benedicti, non erat expreſſa facultas ordinandi; nihilominùs attentis dictis rationibus, & DD. aſſertis, & præſertim uſu, quòd, ſi ſecus decideretur, audiretur ſtrages innumerarum Ordinationum factarum pro præterito per iſtos Abbates non benedictos. Ad propoſita dubia. Primò, an Ordines minores Fratri Carolo Oblato dictæ Congregationis collati ab Abbate non benedicto ejuſdem Congregationis Caſſinen. fuerint validè, collati? & quatenùs affirmativè. Secundò, an etiam licitè? Tertiò, an dictus Frater Carolus Ordinatus deindè ad Ordines Sacros, licitè receperit eos ab Epiſcopo Regienſi, & quatenùs negativè. Quartò, an ſuper hujuſmodi illicita Ordinatione, & irregularitate contracta, tam ex aſcenſu ad Ordines Sacros, quàm ex miniſtratione in ipſis Ordinibus, non obſtante antecedenti ſuſpenſione, cum Oratore ſit diſpenſandum? Sacra Congregatio 14. *Maii* 1689. *Ad primum reſpondit affirmativè. Ad ſecundum negativè, quia non habuit oblatum illum pro ſubdito Regulari, cùm non profeſſus fuerit tribus votis ſolemnibus, & Concilium præſervavit facultatem Ordinandi*

ad Sub-

ad Subditos Regulares. Ad tertium negativè, quia non potuerat promoveri ad Sacros dictus Oblatus ſuſpenſus ab Ordinibus Minoribus, imo ſine literis dimiſſorialibus proprii Epiſcopi, dum non erat Subditus quoad Ordines dicto Abbati dimittenti. Ad quartum, eſſe diſpenſandum. Si verò agatur de Abbate, vel Prælato inferiore, qui nullam habet facultatem Apoſtolicam Ordines conferendi, tunc certum eſt Ordines collatos eſſe invalidos; ut ſi non eſſet benedictus; cum qua qualitate data eſt facultas à jure Abbatibus Ordinandi; vel ſi non haberet privilegium faciendi omnes actus, quos facere poſſent benedicti, & non eſſet ex iis, quibus data fuerit facultas in jure ordinandi; vel demùm ſi abeſſet privilegium ſpecificum Ordines conferendi, vel de aliquo Prælato, qui illud non habet, aut fuerit privilegium datum, & hoc ſublatum, ut eſt illud, quod habebant aliqui Prælati Sæculares antè *Concilium*, ordinandi ſobditos Sæculares, quod fuit ſublatum à *Concilio* in totum; & reſpectu Abbatum Regularium non fuit in totum revocatum, ſed quoad iſtos fuit ſublata facultas ordinandi Sæculares, remanente ea quoad Regulares Subditos, & ſic in totum non ſublata; & in terminis, quando non adſit facultas Apoſtolica faciendi ea, quæ poſſent Abbates benedicti, procedit ſequens *Reſolutio Sacra Congregationis* contra Generalem Silveſtrinorum relata à Nicolio *citat. num. 2. die 13. Novembris 1641. Sac. Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, utraque parte informante ore, & ſcriptis, ac rationibus hinc inde deductis, maturè examinatis, inhærendo deciſioni Rota Romana ſub die 27. Aprilis 1592. coram bon. me. Card. Seraphino, de ord. fel. record. Clem. Papa VIII. facta, necnon declarationibus ejuſdem Sacra Congregationis, dicta deciſioni conformibus, ſubſecutis, cenſuit improbata opinione contraria, Abbates Regulares Benedictinos, ejuſdem Congregationis Caſſinenſis, ſeu alterius Congregationis, vel Ordinis, aut Inſtituti, habentes etiam Jura Epiſcopalia, uſumque Mitra, & Baculi, & benedicendi, ac facultatem primam Tonſuram, & minores Ordines conferendi, non poſſe dictam Tonſuram, vel minores Ordines, niſi ſuis ſubditis Regularibus conferre; non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis, vel Inſtituti, etiamſi habeant literas dimiſſorias ſuperiorum ſuorum Regularium, & conſenſum Ordinariorum, intra quorum Diœceſum fines ipſi Regulares Ordinandi exiſtunt; & multo minùs perſonis ſæcularibus, etiam habentibus literas dimiſſorias à ſuis Ordinariis. Ac propterea inhibet Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Prælatis inferioribus, tam ſæcularibus, quàm Regularibus, ut in futurum concedere non audeant ſupradictas literas dimiſſorias hujuſmodi Abbatibus directas: nec ab iſtis recipi. Quod ſi ſecùs fiat, tàm concedentes, quàm ordinantes, à collatione Ordinum ſuſpenſi remaneant, præter alias pœnas arbitrio ejuſdem Sac. Congr. reſervatas, in una Catan.*

Quam declarationem fel. rec. Urb. VIII. die 17. Jan. 1642. ad ſe delatam approbavit, & inviolabiliter obſervari juſſit. Eamque reſolutionem refert Fagn. *citat. cap. quanto, n. 30. de conſuetud.* exornata prius materia latè, ut ſupra innui. Et in ſenſu Prælati, ſeù Ab-

41 batis Titularis non habentis facultatem, vel eam habentis, quam ſubſtulit tamen *Concilium* in totum, procedit reſolutio Congregationis relata ab eodem Nicolio *citat. numer. 2. §. Imo rursus 4. Aprilis* 1637. quòd Congregatio Concilii cenſuit Ordinatos ab Abbate Titulari Montis Regalis in Sicilia eſſe iterùm ordinandos, quia Ordines nulliter fuerant Collati ex defectu poteſtatis: requiritur enim privilegium poſt Concilium iis, quibus illud ſublatum fuit ab eo, ut notat Fagnan. *cit. cap. ſtatuimus, num. 14. & nu. 53. in fine, de ſupplenda negl. Prælat.*

42 Demùm cùm fuerit conceſſum, ut dixi à Summo Pontifice indultum illud Generali Silveſtrinorum, optima ratione, quia eſt Caput Congregationis Monachorum, fuit tamen denegatum Præpoſito Monaſterii Cannonicorum Regularium Sancti Auguſtini, ſub Titulo S. Nicolai propè Paſſavium, qui Mitra, & Baculo utitur, ac benedicitur ab Epiſcopo, cui eſt ſubjectus, ut in *Paſſavien. Juris conferendi Ordines 16. Martii 1689.* propoſitis dubiis in Sacra Congregatione Concilii. Primò, an Præpoſitus dictus benedictus poſſit minores Ordines conferre ſuis ſubditis Regularibus: & quatenùs negativè. Secundò, an talis facultas ex Sedis Apoſtolicæ benignitate ſit eidem, & Succeſſoribus ſuis indulgenda, *Sacra Congregatio* reſpondit ad utrumque *negativè*. Quia non potuerat ex jure habere dictam facultatem, cùm non ſit Abbas Monachorum; qui tale jus habent ex citatis Canonibus, Barboſa *ad Conc. ſeſs. 23. cap. 10. de reform. num. 2.* nec exemptus, *cap. Abbates de priv. in 6.* Nec fuit viſum conveniens, ut illud privilegium detur, quia dictum Monaſterium eſt ſubjectum Epiſcopo; & non eſt ſub aliqua Congregatione Regulari, & hujus Capite.

CONSTITUTIO X.

PII SECUNDI.

Incipiens (*In Minoribus,*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS, &c.

QUod ipſe Pius in Minoribus exiſtens tempore Concilii Baſileenſis docuerat de poteſtate Concilii Generalis ſupra Summum Pontificem, revocat, atque retractat; ac contrariam ſententiam rationibus comprobat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Egregia animi moderatione Pius II. revocat, quæ in minoribus exiſtens, docuerat de poteſtate Concilii Generalis ſupra Pontificem.*

Referuntur exempla ſimilium retractationum, & præſertim Magni Patris Auguſtini, ibid.

2 *Nonnulla Pii II. geſta referuntur.*

Fuit à Secretis Cardinali Dominico Capranica in Concilio Baſileenſi, ubi præfatus Cardinalis de Eugenio IV. conqueſtus eſt. Et quare? ibid.

Pius II. juvenis ſcripſit pro auctoritate Concilii ſupra Papam; ediditque Dialogorum Libellum, Univerſitati Colonienſi directum, ibid.

3 *Cardinalis Julianus Cæſarinus Legatus Apoſtolicus, Concilium Baſileenſe poſt diſſolutionem, & tranſlationem continuat, errorem agnoſcens ad Eugenium ſe convertit.*

Viennæ Auſtriæ Legatus Apoſtolicus deſtinatus, varia colloquia cum Aenea Sylvio ibi habet: & tandem ad errorem ejerandum eum inducit, ib.

Aeneas Sylvius errore agnito, Romam petit, ubi coram Eugenio Papa, & tota Curia aſſertam doctrinam de auctoritate Concilii ſupra Pontificem retractat, ibid.

4 *Aeneas deinde variis muneribus Eccleſiaſtici præfectus, ad Cardinalatum promotus, tandem in Summum Pontificem aſſumptus fuit.*

Quare hanc promulgavit Conſtitutionem retractationis ſuæ antiquæ doctrinæ? ibid.

5 *Ex his, quæ in hac Conſtitutione referuntur, profligantur objectiones lividi Maymburgi, aliorumque, qui ajunt Pium vi muneris aſſumpti,*

non

Digitized by Google

non veritatis cognita, à ſententia receſſiſſe.

Refertur ſeries facti, quo Pius in erroneam ſententiam prolapſus eſt, ibid.

6 *Matura ætatis, & ſumma cautione, ac circumſpectione à dicta erronea ſententia receſſit, ibid.*

Referuntur, quæ Aeneas veniam petens Eugen. Papæ allocutus fuit; & Eugenii reſponſio.

7 *Reſolvitur aliud Maymburgi argumentum deſumptum ex verbis hujus Conſtitutionis. Et verba Bullæ expenduntur.*

Solidè, & disertè Pius in hac Conſtitutione Pontificiam poteſtatem ſupra Concilia, comprobat, ibid.

Innuuntur loca Superiorum Commentariorum in quibus de hac re actum eſt, ubi refertur declaratio, & proſcriptio facta ab Alex. VIII. ibid.

8 *Quæſtio de Concilii ſupra Pontificem auctoritate, tempore Schiſmatis, excitata fuit.*

In Concilio Piſano agi captum, an liceret Concilium Generale convocare, & Pontifices deponere, idid.

9 *In Concilio Conſtantienſi iterum tractata fuit quæſtio, an Concilium poſſit invitum Pontificem judicare, & deponere.*

Referuntur quinque ſententiæ Patrum Conſtantienſium in hac quæſtione, ibid.

10 *Patres Concilii Baſileenſis diſquiſierunt, an tenerentur obedire Pontifici præcipienti diſſolutionem Concilii, vel potiùs Pontifex teneretur obedire Concilio Generali.*

Unde hæc ſententia de auctoritate Concilii ſupra Papam antiquis ſæculis latuit, ibid.

Referuntur Auctores, qui Papæ ſuperioritatem ad Concilia egregiè propugnarunt, ibid.

11 *Impugnatur præcipua ratio Gerſonii, aſſerentis ſubjectum immediatum poteſtatis Eccleſiaſticæ eſſe Eccleſiam univerſam, & n. ſeqq.*

12 *Probatur ex* Matth. cap. 16. *Petro traditam eſſe poteſtatem clavium; & ſuper Petro ædificatam Eccleſiam.*

Ubi præfatus Evangelii Textus illuſtratur, ibidem.

13 *Referuntur Patres, qui Petro ſupremam poteſtatem traditam docent, ſuper eoque Eccleſiam ædificatam.*

14 *Reſolvitur argumentum deſumptum ab expoſitione aliquorum Patrum aſſerentium, Petram de qua loquitur Chriſtus, eſſe Petri Fidem, & Confeſſionem, ipſum Chriſtum.*

Fides, & Confeſſio Petri eſt fundamentum Eccleſiæ cauſaliter, ſeu fuit cauſa meritoria, ob quam ſuper Petrum fundata ſit Eccleſia; Petrus verò fundamentum formaliter.

15 *Patres poſt hæreſim Arianam, qui Filii divinitatem negabant, docuerunt Eccleſiam ſuper Petri Fidem, & Confeſſionem ædificatam.*

16 *Non obeſt expoſitio D. Auguſtini de ædificata ſuper Chriſtum Eccleſia; cum Chriſtus ſit præcipuum Eccleſiæ fundamentum.*

17 *Quo ſenſu reliqui Apoſtoli Eccleſiæ fundamentum dicantur à nonnullis Patribus?*

Petro, ut ordinario totius Eccleſiæ Paſtori, plenitudo poteſtatis, ad ſucceſſores tranſmittenda, fuit collata, reliquis verò Apoſtolis poteſtas extraordinaria, & delegata fuit tradita, quæ morte extinguitur, ibid. & n. ſeq.

18 *Hoc diſcrimen poteſtatis inter alios Apoſtolos, & Petrum latius firmatur.*

Sola Romana Eccleſia ſollicitudinem habuit omnium Orbis Eccleſiarum, ibid.

19 *Levis, ac ridicula eſt expoſitio Aeraſmi, Petram ſignificare Eccleſiam.*

20 *Ad Petrum referenda ſunt verba Evangelii:* Tibi dabo claves Regni Cœlorum.

Referuntur Patres, ibid.

21 *Non obſtat expoſitio Auguſtini, Petrum accepiſſe claves in perſona Eccleſiæ, vel S. Petrum accipientem claves repræſentaſſe Eccleſiam; Quæ expoſitio explicatur.*

22 *Duplex eſt poteſtas clavium; alia geſtatrix, ſeu adminiſtratrix, alia cooperatrix, & quæ ſit?*

23 *Expoſitio de clavibus traditis Eccleſiæ parum Scripturæ cohæret.*

Poteſtas clavium Petro, non Eccleſiæ, immediatè fuit tradita, ibid.

24 *Poteſtas ampla ligandi, & ſolvendi tradita fuit Apoſtolis; Sed Claves Regni Cœlorum cum prærogativa univerſalitatis ordinariæ, & independentia ſoli Petro, & ſucceſſoribus commiſſa fuerunt.*

25 *Poteſtas clavium Petro promiſſa, cum effectu traditur* Jo: ult. *illis verbis:* Paſces oves meas, *qui locus illuſtratur.*

26 *Non obſtant huic certiſſimæ Concluſioni, quæ ex D. Baſilio: & Ambroſio obiiciuntur.*

27 *Petrus cùm Eccleſiam docebat etiam extra Concilium, in fide errare non potuit.*

Firmitas in fide à Petro in Concilium, non à Concilio in Petrum derivatur, ibid.

28 *Pontifex præcisè ut Pontifex, abſque Concilio docet infallibiliter.*

Adducuntur Patres, & Concilia, ibid.

29 *Refertur praxis Eccleſiæ, qua Pontifices abſque Congregatione Concilii res fidei decreverunt.*

30 *Refellitur, quod aliqui aſſerunt, definitiones Pontificias eſſe de fide tenendas, ſed non ante acceptationem Eccleſiæ.*

31 *Ad Romanum Pontificem pertinet Conciliorum Generalium judicia firmare.*

Et referuntur exempla Conciliorum, quæ licèt Legati Apoſtolici intereſſent, errarunt.

Papa non poteſt committere Legatis ſuam in fide indefectibilitatem, ibid.

Epiſcopi in Concilio, licèt ſint Judices, non meri Conſiliarii, non tamen ſunt infallibiles, ibid.

32 *Concilia ſemper expetierunt Confirmationem Pontificiam, & adducuntur exempla.*

33 *Concluditur ex eo, quòd Papa ſit ſubjectum immediatum ſupremæ Eccleſiaſticæ Poteſtatis, eumdem eſſe Concilio Superiorem, & adducuntur aliæ rationes.*

Qua cenſura notanda eſt doctrina ſubiiciens Papam Concilio: ibid.

34 *Reſolvitur objectio de tradita Petro, & Succeſſoribus poteſtate ſuper omnes oves ſigillatim ſumptas, non autem in unum collectas, ſeu in Concilio congregatas.*

Adducuntur rationes, & auctoritates, ibid.

35 *Appellationes à Concilio ad Papam interpoſitæ, firmiſſimum præbent argumentum pro ſuperioritate Papæ ad Concilium.*

Appellationes à Papa ad Concilium improbatæ, ib. remiſſivè.

Referuntur exempla appellationum à Concilio ad Papam; & Canones id comprobantes.

36 *Canones Concilii Milevitani, & Carthaginenſis non abſtulerunt jus appellandi ad Romanum Pontificem; ſed prohibuerunt appellationes tranſmarinas, ne error Pontifici obreperet in Cauſis decidendis; quæ committerentur à Pontifice diſcutiendæ in Provinciis.*

37 *Cauſæ, vel reſpiciunt fidei dogmata, vel Eccleſiaſticam Diſciplinam. Quoad illas non prohibitæ fuerunt appellationes ab Africanis.*

Adducuntur exempla hujuſmodi appellationum in cauſis fidei, ibid.

Referuntur Auctores, & Canones de hac re agentes, ibid.

EGregium moderationis documentum in hac *Conſtitut.* proponitur, quo Pius Pontifex Summus, ſententiam olim in minoribus retentam, amori veritatis innixus, ſuæque antiquæ doctrinæ jacturam negligens, revocavit. 1

cavit. Hoc egit ſummi nominis *Heros Auguſtinus*, qui duos Retractationum libros eorum, quæ incautè ſuis voluminibus inſeruerat, edidit; ac *Epiſt. ſeptima.* nunc 143. §. 2 *ad Marcellinum* ſcribens, candidi, humiliſque ingenii Sanctus Doctor ita loquitur: *Si aliquid, vel incautiùs, vel indoctiùs à me poſitum eſt, quod non ſolùm ab aliis, qui videre id poſſunt, meritò reprehendatur; verùm etiam à meipſo, quia & ego ſaltem poſteà videre debeo, ſi proficio, nec mirandum eſt, nec dolendum; ſed potiùs ignoſcendum, atque gratulandum eſt, non quia erratum eſt, ſed quia improbatum. Nam nimis perversè ſe ipſum amat, qui & alios vult errare, ut error ſuus lateat. Quantò enim melius, & utilius, ut ubi ipſe erravit, alii non errent quorum admonitu errore careat.* Ac paulò poſt ita proſequitur: *Hinc quippè ſcripta ſumma ſunt auctoritate digniſſima, qui nullum verbum, non quod revocare vellet, ſed quod revocare deberet, emiſit. Hoc qui non eſt aſſequutus, ſecundas partes habeat modeſtiæ, quia primas non potuit habere ſapientiæ: quia non valuit omnia non pœnitenda diligenter dixiſſe, pœniteat, quæ cognoverit dicenda non fuiſſe.* Egregium quoque Juriſconſultum Andream Alciatum, moderationis hujuſmodi ſpecimen dediſſe, comperimus ex *Epiſtola ad lectorem Paradoxorum libris præfixa, ubi rem exemplis illuſtrat;* ait enim. *At hic video, poſſe calumniis locum eſſe, & non defuturos, qui me hoc modo errata mea confitentem damnent, & ceu Talpam, qui judicia ſuo perverit, irrideant; ſed hi, velim, ſciant, id à me, & magna ratione, & maximis exemplis factum; Cur enim, dum famæ meæ conſulo, in publica ſtudiorum cauſa prævaricer? Docuerim ea aliquando, multis annos profitendo, probaverim, non tamen mutare judicii mei, defraudare ſolui ſtudioſos. Fecit id Hippocrates medica arte clariſſimus, qui, ne poſteri errarent, quædam malè à ſe tradita primus correxit. Fecit M. Cicero, qui cùm Rethorici Libri, quos juvenis ediderat, non ſatis placerent, de Oratore ad M. Brutum ſcripſit, & à ſe jam tradita, pleraque prædamnavit; ſic & Fab. Quintil. cùm priùs de Rethorica libros ſcripſiſſet, hique dein ſatis ſibi non probarentur, duodecim illos celeberrimos compoſuit, quibus, & priores emendavit, & maximam famam eſt conſecutus. Meritò igitur, quod aliis etiam laudi datum hactenus fuit, fraudi nobis etiam eſſe non debet. Detur hæc venia Scriptoribus, hocque præmio ad publicanda ſtudia ſua adjiciantur, in quibus erranti ſit conceſſa emendatio.* Et *Cornel. Celſ. libr. 8. capit. 4.* has retractationes peragi ſcripſerat: *More ſcilicet Magnorum Virorum, & fiduciam magnarum rerum habentium; nàm levia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro, convenit etiam ſimplex veri confeſſio, præcipuè in eo miniſterio; quod utilitatis cauſa poſteris traditur, nè qui decipiantur eadem ratione, qua quis deceptus eſt.*

Hæc itaque animi moderatio, & veritatis amor, qui profanos Scriptores, imò, & Ethnicos impulit, ad propria errata fatendum; quin ſinerent alios eorum ſcriptis decipi, & in diſcrimen adduci; optima ratione ſervatus fuit à noſtro Pio; eòque magis, quia in Suprema Cathedra poſitus Magiſter Eccleſiæ, & Spiritu ſancto ductus, veram doctrinam propalare potuerat, & debuerat.

Pontifex iſte, cùm juvenis eſſet annorum viginti ſex,
2 Æneas Sylvius Picolomineus nuncupatus, literis humanioribus, aliiſque ſcientiis præditus, ut dixi de ejus geſtis in *Conſtitut.* 1. *ejuſdem Pontificis*, Cardinali Dominico Capranica, in ſtatu Laicali à ſecretis fuit, dum idem Cardinalis Concilio Baſileenſi intererat, in quo totis viribus Concilii Univerſalis auctoritas extollebatur; quodque zelo prætenſæ reformationis exceſſum, qui in Eccleſia Dei præſumebantur, contra ipſum Eugenium legitimum Pontificem, caput erigere non erubuit. Ad id Concilium recurſum habuit Cardinalis præfatus Capranica, ſuas exponens querelas de receptis ab eodem Eugenio injuriis, vel quia noluit eum publicare Cardinalem, jam creatum à Martino V. & reſervatum in pectore, publicandum poſt ejuſdem Pontificis obitum, vel ut alii dicunt, & innuit etiam Pius *in hac Conſtitutione*; quamquàm renunciatum à Martino, recuſatum tamen ab Eugenio admitti in Urbem cum Cardinalium inſignibus, de quibus mentio apud Ciacon. *in Cita dicti Cardinal. tom. 2. pag.* 834. de quo Concilio Baſileenſi, ſeu deinde Conciliabulo, poſt translationem illius ab Eugenio demandatam, *dixi tom. 4. Conſtit.* 11. *ejuſdem Papæ*. Juvenis itaque Laicus, literis imbutus, gloriæ cupidus, Cardinali ſuo Domino favens, ingenii ſui experimentum tunc Pius præbere voluit, ſcribendo pro auctoritate Concilii, illamque aſſerendo. Libellum igitur ſub methodo Dialogorum edidit, *de poteſtate Concilii ſupra Pontificem, ac de geſtis Baſileenſium, & Eugenii Papæ contradictione*, directum Rectori, & Univerſitati Colonienſi.

In eo Congreſſu Baſileenſi aderat Cardinalis Julia-
nus Cæſarinus, Legatus Apoſtolicus, miſſus ab Eu- 3
genio initio legitimi Conceſſus ab eo Pontifice congregati; qui Legatus, cùm continuaſſet, etiam poſt translationem Pontificiam dicti Concilii, poſtea ſui erroris conſcius ad Eugenium rediit. Ex quo ſui nominis eximia fama antea exorta, eclypſi obumbrata, magis deindè exaltata extitit, dum relicto Conciliabulo malignantium Baſileenſium, ad Eugenium, humiliter petita ab eo venia, ſe convertit; & ad perfungendam laborioſam Legationem contra Turcas, ab eodem Pontifice deſtinatus, Viennam Auſtriæ adire cogitur; ubi iterum Æneam Sylvium præfatum, jam ad Aulam Imperialem translatum, qui à Secretis Imperatori Friderico erat, inviſit. Antiqua iſtorum Literatorum revixerunt colloquia, de eventis Baſileenſibus, & præſertim de poteſtate Concilii ibi exaltata. Faſſus fuit Cæſarinus, ſe deluſum in eo Concilio fuiſſe; Sed veritatis luce perfuſum ab eo diſceſſiſſe, & ad Eugenium verum Pontificem recurriſſe, poteſtatem Summi Pontificis ingenuè agnoſcendo; eamque ſupra quodcumque Concilium, aliamque in Terris poteſtatem, rationibus, & teſtimoniis Conciliorum, & SS. PP. id comprobantium aſſerendo; quibus relatis, dictum Æneam ut ſicuti ſe in Concilio errantem ſecutus erat, ita veritati adhærentem ſequeretur, hortabatur; Hinc talis Magiſtri ſuaſione, & exemplo, & colloquiis rursùs habitis cum inſigni Viro Cardinali Joanne Carvajali, qui Cæſarino in Legatione Apoſtolica ſucceſſerat, aliiſque Doctis Viris, tandem caligo ab Æneæ oculis excuſſa eſt; & veritatem agnoſcens, Romam petiit, ad Pedes Eugenii provolvendus, ut egit, ſuamque ſententiam olim retentam ejuravit, auctoritatemque ſupremam Summi Pontificis firmiter aſſeruit, ac conteſtatus fuit, & coram Pontifice Eugenio, totaque Curia, ejus doctrinam in ſcriptis aſſertam circa poteſtatem Concilii ſupra Papam retractavit, ut omnia prædicta recenſita fuerunt per Pium in hac Conſtitutione.

Poſt hæc, cùm in variis muneribus Eccleſiaſticis
in Urbe verſatus fuerit, ad Cardinalatum fuit pro- 4
motus à Calliſto Papa III. & ſucceſſivè ad Summum Pontificatum aſſumptus; ut retuli *citat. Conſtitut.* 1. *dicti Pontificis*. Prudenter igitur idem Pontifex, ne ejus ſcripta puſillis offendiculo eſſent, ſcandalumque parerent; utque ejus ingenua, veraque doctrina perenni monumento in publicum proferretur, hanc *Conſtitutionem* promulgare putavit in Urbe die 26. *Aprilis* 1463. directam Colonienſi Academiæ, cui ſcripſerat ſuorum Dialogorum Librum; in qua receſſit à tunc propalata doctrina, ac firmiter aſſeruit poteſtatem Papæ ſupra Concilia Univerſalia; nec iſta habere ſupra illum auctoritatem; itaut hac *Conſtitutione* voluit, in publicum producere actum ab eo factum coram Eugenio, & Curia, ut dixi, retractationis antiquæ doctrinæ aſſertæ; quam tamquàm erroneam, & juvenili animo parùm penſatam, publica Decretali revocatam omninò voluit; ac uti repugnantem rationibus, & doctrinis Conciliorum, & SS. PP.

teſtimoniis, prolixè in eadem Conſtitutione comprobavit.

Ex his itaque aſſertis per *Pium* in hac *Conſtitutione*
5 confunduntur ea, quæ ſcripſit Maybourg. *in tract. Hiſtor. Eccleſ. cap.* 25. aliique, tunc primum Pium II. à ſententia ſua de ſuprema auctoritate Concilii ſupra Papam receſſiſſe, cùm ſtatum mutavit, & Summus Pontifex creatus fuit, quia eo tempore de ſui cauſa videbatur agere; & potiùs vi muneris aſſumpti, quàm veritatis cognitæ, ſe retractaſſe, ſicque uti Pium non uti Æneam à priori ſententia diſceſſiſſe; Nam contrarium elicitur ex ſerie facti in *Conſtitutione* hac relata per ipſum Pium, & publicata in Urbe; itaut de mendacio potuiſſet argui, maximè à pleriſque tunc viventibus, qui adfuerant Concilio Baſileenſi. Dicitur namque in ea *Conſtitutione*, Æneam juvenili ardore, & initio ſuæ literariæ profeſſionis in ſententiam poteſtatis Concilii ſupra Papam deſcendiſſe, vix à Studio Senenſi profectum, uti primam Avem Baſileæ evolatam, tot Doctoribus Eugenio infenſis circumdatum, non auditis rationibus Pontificiis, ſed Baſileenſium congregatorum, ſibimetipſis blandientium, auctoritate illectum. Mirum igitur non eſt, ſi incautus juvenis dictam ſententiam temerit, ac propugnaverit. Non ita incautè proceſſit in retractatione.
6 Jam adultus maturæ ætatis, Secretarii Imperialis munere, & Imperatoris amore, & protectione ſuffultus, colloquia, & doctrinales collationes cum Viris doctis expetiit, habuitque; nec advenit in Curia Imperiali doctus Vir, qui cum eo non alloqueretur; & non diſputaret Æneas pro ſui erronea ſententia tuenda. Non valuit ipſe veritati ſe diutiùs opponere; victus rationibus errorem agnovit, non in Urbe non muneribus Eccleſiaſticis Præfectus, ſed in Aula Imperiali, Laicus, vel ſimplex Clericus. Ad Urbem deindè advenit, ſuos errores deteſtaturus, veniamque recepturus à Romano Pontifice, ut ipſe Pius aſſerit in hac *Conſtitutione*. Et notat Gobelin. *libr.* 1. *in ejus vita*, Æneam Sylvium Romam perventum, ſic ad Eugenium Pontificem allocutum. *Prius Sanctiſſime Præſul, quàm Cæſaris mandata referam, de me ipſo pauca dicam. Scio multa de me tuis auribus inculcata eſſe, neque bona, neque digna relatu, ſed neque mentiti ſunt, qui me tibi detulerunt. Plurima Ego, dum Baſilea fui, ſcripſi, & feci; Nihil inficior, erravi; quis neget? Verum ubi errorem deprahendi Baſileenſium, ad eos me contuli, qui neutrales habebantur, ut ab altero duorum extremorum, ad alterum, non ſine conſultatione, ac mora tranſirem. Manſi apud Cæſarem tribus annis, ubi nihil dubii, mihi relictum eſt, quin te penes ſit veritas. Nunc apud te ſum, & quia ignorans peccavi, mihi, ut ignoſcas oro:* Cui Eugenius reſpondit. *Scimus te cum multis deliquiſſe, ſed erratum fatenti non poſſumus non ignoſcere. Veritatem cum teneas, caveas ne relinquas*, ut ex *Jo. Palat. tom. 3. pag.* 588.

Maxima itaque deliberatione, cunctatione, ac diſputatione præhabitis, Æneas à ſua prima ſententia erronea diſceſſit, eamque retractavit, veritatis vi compulſus, non officii ſui Paſtoralis zelo excitatus. Sed ſolùm Pontifex publica *Conſtitutione* retractationem factam munivit, ac futuræ demandavit memoriæ, ut poſteris publica eſſet confeſſio retractationis jam factæ coram Eugenio; Et quidem nec à Nicolao Papa V. ad Eccleſiaſticos gradus, nec à Calliſto III. ad Cardinalatum, ambobus eximiis Romanis Pontificibus, promotus extitiſſet, ſi veræ doctrinæ profeſſione, hoc ſpecimen longum, & firmum Æneas non præſtitiſſet.

Ruit quoque argumentum fallax deductum à dicto
7 Maymburgo ex verbis Pii in hac Conſtitutione, ibi: *Tuebamur*, inquit, *antiquam ſententiam, ille* (hoc eſt Cardinalis Cæſarinus) *novam defendebat, extollebamus Concilii Generalis auctoritatem, ille Apoſtolicæ Sedis poteſtatem magnopere collaudabat*: non enim his verbis ſententiam antiquam dixit auctoritatis Concilii ſupra Papam, & modernam ei contrariam, ſed ly *antiquam* ad tempus Concilii Baſileenſis referebat; antiquam ſcilicet, quam Baſileæ, tam ipſe, quàm Cardinalis ille Julianus defenderunt; qui Cardinalis novam in Congreſſibus poſterioribus defendebat, hoc eſt, quam de novo, antiqua retractata Julianus amplexus erat. Cæterùm cùm Pius in toto Bullæ decurſu comprobavit ex PP. & Conciliorum teſtimoniis ſuperioritatem Papæ ad Concilium, clarè inſurgit, antiquam fuiſſe ſententiam, quæ Concilio Pontificem præfert, coævam antiquis Conciliis, & novam, contrariam in Concilio Baſileenſi ab ipſo defenſam.

Jam enim *tomo* 2. *Conſtit.* 9. Alexand. III. *ſect.* 1. *per tot. & Conſtit.* 11. Innocent. III. *ſect. un. & tomo* 4. *Conſt. un.* Joannis XXIII. vidimus, Romanum Pontificem ampliſſimam obtinuiſſe ſemper auctoritatem convocandi Concilia Generalia, ac in iis præſidendi & ſine ejus convocatione, & præſidentia nullum robur cætus Epiſcoporum habuiſſe, ac Conciliabula nuncupata, ex hiſtoria Eccleſiaſtica probavimus; Item poteſtatem probandi Conciliorum decreta, ſemper penes eumdem Pontificem fuiſſe, firmavimus. Unde quis poterit rectè aſſerere unquam, Concilia iſta poſſe Juriſdictionem, & ſuperioritatem habere in eorum convocatorem, Præſidentem, & approbatorem. De eaque ſententia contraria refellenda latiùs dixi *to.* 4. *Conſt. unic.* Joannis XXIII. *ubi numero* 21. retuli proſcriptionem factam à ſan. mem. Alexan. Papa VIII. propoſitionis à Clero Gallicano retentæ de poteſtate Concilii ſupra Papam; quam diſertè, & profundè refellit etiam Pius *in hac Conſtitutione*, pluribus egregiè adductis; in quorum comprobationem aliqua de novo, prædictis à Nobis aſſertis addere curavimus; ut inferiùs etiam innuam.

Profectò quæſtio ita ultimis ſæculis mota eſt, ab 8
eo videlicet tempore, quo Schiſmata Eccleſiam infeſtarunt. Gregorio enim XII. & Benedicto XIII. in Schiſmate ſedentibus, Cardinales utriuſque partis, in Concilio Piſano primùm tractare cœperunt, an ſibi liceret, invitis Pontificibus illis, Concilium Generale convocare, & eos Pontifices deponere. *S.* Antoninus 3. *par. to.* 22. *c.* 5. §. 2. Non multò poſt ann. 1414. eodem Schiſmate nondùm extincto; ſed tertii Pontificis electione magis aucto, penitùs extirpando, 9
Concilium Conſtantienſe convocatum eſt, à quo cùm Joannes XXIII. clàm diſceſſiſſet, iterùm Patres tractare cœperunt: An Concilium poſſet invitum Pontificem judicare, & deponere; ubi Conſtantienſes Patres in quinque ſententias ſunt diviſi. Prima, ne Schiſmatis quidem tempore poſſe dubios Pontifices à Concilio judicari: ita Benedictus XIII. & Gregorius XII. & quicumque iſtorum partes amplexabantur; de quibus Raynaldus *ad annum* 1409. Secunda nullum Pontificem, ne Schiſmatis quidem tempore deponi poſſe, niſi ob ſolum hæreſis crimen; hanc ſequuti ſunt Patres, qui prius Piſis convenerant, ut ex *Actis ejuſdem Concilii*. Tertia, Pontificem tempore Schiſmatis ſubjacere Concilio credidit, ab eoque judicari, & deponi poſſe. Hæc fuit ſententia Petri de Alliaco Cardinalis, à pluribus aliis Patribus Conſtantienſibus probata. Quarta fuit Cardinalis Zabarellæ, qui admittebat, tempore Schiſmatis poſſe novum eligi Pontificem, ſed negabat ante electionem agendum eſſe de reformatione, quia cùm nulla pejor reformatio, quàm Schiſma, ita nihil priùs emendari oportebat: Zabarellam ſequutæ ſunt quatuor nationes, in proteſtatione poſt *ſeſſ.* 28. Quinta denique ſententia fuit Joannis Gerſonis, qui Pontifices non ſolùm durante Schiſmate, ſed ſemper, & abſolutè, omnique tempore, Concilio ſubeſſe voluit, ab eoque poſſe judicari. Huic ſententiæ Concilium Conſtantienſe numquàm acquievit; & ideò *Decretis* 4. & 5. *ſeſſionis*, ſemper illa verba appoſuit: *In his, quæ pertinent ad extirpationem dicti Schiſmatis*: *Et pro extirpatione dicti Schiſmatis*: quibus ſatis oſtendit Concilium, ſe cum Gerſone non ſentire, qui abſolutam ſubjectionem volebat, cum Patres limitatè ſolùm,

&

Digitized by Google

& in caſu excepto intelligi vellent, hoc eſt, tempore Schiſmatis, Bellarminus *tom. 2. de Conc. lib. 2. cap. 19.* Sfondrat. *in Gallia Vindic.* & præſertim Schelſt. *opuſc. de ſenſu, & auct. decret. ſeſſ. 4. & 5. Conc. Conſtans.* Crevit deindè controverſia in Concilio Baſileen-
10 ſi, ubi cæperunt Patres quærere, an tenerentur obedire Pontifici præcipienti diſſolutionem Concilii, an Pontifex potiùs teneretur obedire ipſis, ideſt Generali Concilio; qua occaſione plurimi in Gerſonis ſententiam iverunt, ut Concilium eſſet ſupra Pontificem apud Bellarmin. *libr. 2. capit.* 13. Sfondrat. *in Gallia Vindic. diſc. 3. §. 6. & in Regal. Sacerdot. diſſ. 3.* Patet ergo litem hanc ultimis ſæculis Pontifica motam eſſe, & vix reperiri poſſe aliquem, qui ante Gerſonem Pontificem Concilio ſubmitteret; itaut meritò Hjeronymus Albanus, *part. 3. operis de oppugnata Pontificis auctoritate*, miretur, eam Concilii ſuprà Papam auctoritatem, veluti fungum ſubitò enatum, omnibus antiquis ſæculis latuiſſe. Baſileenſe Conciliabulum, Lateranenſe œcumenicum Concilium ſub Leone X. reprobavit *ſeſſ.* 10. ubi ad rem noſtram expreſsè traditur: *Solum Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, tamquàm auctoritatem ſuper omnia Concilia habentem. Conciliorum judicandorum, transferendorum ac diſſolvendorum, plenum jus, & poteſtatem habere, nedùm ex Sacræ Scripturæ teſtimonio, dictis SS. PP. & aliorum Romanorum Pontificum, Sacrorumque Canonum Decretis, ſed propria etiam eorumdem Conciliorum confeſſione manifeſte conſtat.* Contra Gerſonis verò ſententiam ex profeſſo ſcripſerunt S. Antoninus *3. part. tom. 22. cap.* 10. Joannes de Turrecremata *lib. 2. cap. 93.* Alvar. *Pelag. de planctu Eccleſ. lib. 1. art. 6.* Jacobatius *de Conc. lib.* 10. *art. 7.* Cajetanus *opuſc. de Comparat. Pap. & Conc.* Pighius *lib. 6. Ferrarienſis lib. 4. contra Gentes c. 76. aliique innumeri* relati à Bellarmino *de Concil. lib. 2. c. 14.* Conſentiunt ad unum *Canoniſtæ* ferè *omnes in capit. ſignificaſti de electior.* ubi plenè Fagnan. & *Can. ſi Papa diſt. 40. & c. nullus de elect.* Quoniam verò proximè elapſo ſæculo, occaſione propoſitionum Cleri Gallicani, *Maimburgus, Dupinus, Natalis Alex.* aliique Galli, prò *Gerſonis* ſententia toties licèt contrita, calamum acuerunt; pro parte Pontificis, hoc eſt veritate, non deſiere præſtantiſſimi Viri, ut Card. Joſeph. *de Aguirre*, Charlas *de libert. Eccleſ. Gallic.* Schelſt. & Cœleſtinus Sfondrat. *in Regali Sacerdotio, & in Gallia Vindicata*, qui rem ita egregiè explicarunt, ut nihil ſupradici poſſe videatur, & dixi *cit. Conſtit.*

Ne jejunos in hoc Commentatio Lectores relinquam,
11 principalem ſolummodo rationem Gerſonis, & Baſileenſium oppugnandam aſſumo, quam ex *Dupino*, ne eam diſſimulaſſe videar, exſcribo. *Propoſita quæſtionis definitio*, inquit Ellies Dupin. *de antiqu. Eccleſ. diſcip. diſſ. 4. §. 1. tota pendet ex hujus principii determinatione: Quodam ſit ſubjectum immediatum poteſtatis Eccleſiaſticæ; nimirum an poteſtas Clavium ſit immediate conceſſa Univerſitati Eccleſiæ; an vero Summo Pontifici. Hoc eſt propoſitæ quæſtionis fundamentum: nam ſi Clavium poteſtas eſt penes Pontificem Romanum, haud dubium eſt, quin ſuper univerſam Eccleſiam poteſtatem habeat; ſecus vero ſi univerſa Eccleſia ſupremam habet poteſtatem, quæ ab ea in Miniſtros ejus, Summumque Pontificem derivatur.* Addit deindè: *Claves non uni Petro, ſed in perſona Petri Univerſitati Eccleſiæ collatas eſſe, quas illa Miniſtris ſuis, atque ipſo Summo Pontifici communicat. Hæc eadem fuit ſententia Concilii Baſileenſis in reſponſione ad Legatos Eugenii IV. ubi legitur: Et ſi Papa major ſit in Eccleſia, non tamen major eſt tota Eccleſia. Uni autem quare dictum ſit: Tibi dabo Claves Regni Cælorum, SS. Doctores exponunt, ut unitatem deſignaret Eccleſiæ, & Petrus quando Claves accepit*, ut dicit Auguſtinus, *Eccleſiam ſignificavit: loquitur Baſileenſe Concilium*, cum Gerſone *opuſc. de poteſt. Eccleſ. conſ. 4. cui adhæret Abulenſis in c. 13. Num. qu. 48. ubi propoſita quæſtione: An Chriſtus dederit Claves ſoli Petro ſpecialiter, vel ſoli Eccleſiæ? Reſpondit, illa data ſunt a Chriſto toti Eccleſiæ, & Petro dedit nomine Eccleſiæ. Si enim intelligeretur, Claves traditas eſſe Petro ſpecialiter, ſequeretur quod alii Apoſtoli non habuiſſent, & quòd defuncto Petro non manſiſſent Claves in Eccleſia. Et q. 45. Eccleſia ſuſcipit Claves a Chriſto, & Apoſtoli tamquam Miniſtri Eccleſiæ, & nunc Eccleſia illas habet, & Prælati etiam, ſed aliter Eccleſia, quàm Prælati; nam Eccleſia illas habet ſecundùm originem, & virtutem; Prælati autem habent ſecundùm uſum earum. Dicitur Eccleſia habere ſecundùm virtutem Claves, quia poteſt illas conferre Prælato per electionem. Quòd ſi quæras, undè conſtet Eccleſiam habere eam virtutem? Reſpondit idem q. 48. Ergo videtur, quòd juriſdictio illa radicaliùs erat in Eccleſia, quàm in Prælato: non tamen haberet eam Eccleſia, niſi in principio ei tradita fuiſſet, quia juriſdictio Clavium non eſt talis, quales ſunt juriſdictiones, quas conſtituunt ſibi homines, ſed à Deo ſolo eſt; in Eccleſia autem eſt iſta juriſdictio: ergo oportet, quòd illam aliquando acceperit, & hoc non fuit niſi cum primo tradita ſunt Claves a Chriſto. Ita Epiſcopus Abulenſis*, & concludit Dupin. *opinionem noſtram, mirum in modum illuſtrat, & invictè probat, itaut nihil à nobis addi poſſit ad eam explicandam, aut aſſerendam.*

Jam ergo, adverſariis fatentibus, poteſtas Clavium ſupremam in totam Eccleſiam ſignificat poteſtatem, illique convenit ſecundùm originem, & virtutem, cui à Chriſto tradita eſt, cùm primò traditæ ſunt Claves à Chriſto: Tunc nimirum cùm *Matth.* 16. interrogante Chriſto: *Vos autem, quem me eſſe dicitis*, aliis Apoſtolis tacentibus, Petrus reſpondit: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*: ſubjecit Chriſtus: *Beatus es Simon Bar. Jona, quia caro, & ſanguis non revelavit Tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam & tibi dabo Claves Regni Cœlorum.* Hæc verba à Chriſto dirigi ad S. Petrum, eumque eſſe Petram illam, ſuper quam Chriſtus dicit ædificandam Eccleſiam, eſt Catholicis extra controverſiam. Tot enim indiciis, & circumſtantiis Perſonam hanc Chriſtus delineavit, expreſſis Petri cognomine, Patre, pronomine demonſtrativo, dictione copulativa, aliiſque caracteribus, ut quemadmodum rectè notavit Cajetanus *t. 1. opuſc. t. 3. c. 4.* non plùs agere, aut ſcribere poſſet Notarius, ut hæredem in Inſtrumento publico exprimeret, quam Evangeliſta deſignavit, delectum à Chriſto S. Petrum. Quorsùm enim dicit Dominus Simoni Filio Jonæ, *Tu es Cephas*, hoc eſt ſaxum, niſi ut intelligeremus, cùm è veſtigio addit: *Et ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, ipſiſſimum Petrum eſſe ſuper quem eſſet Eccleſia ædificanda. Profectò textus originalis *Matthæi*, & verſiones ferè omnes Hebræa, Arabica, Perſica, Armenica, Ruthena, Ægyptiaca, & Æthiopica, apud Cardinalem Petronium *c.* 56. id expreſsè demonſtrant: non enim habent: *Petrus*, ſed tu es *Rupes*, tu es *Petra*, tu es *Cephas*, tu es *Saxum*, tu es *Sanac.* interpres verò Latinus, textum Græcum ſequutus eſt, in quo habetur *Petrus*, loco *Petra*, eò quod tam unum, quàm alterum vocabulum in Græco ſignificat lapidem; viſumque ipſi fuit, homini potiùs nomen maſculinum tribuere, quam fæmininum, ut advertit Bellarm. & Emmanuel à Schelſt. *de auctorit. Apoſt. c. 6.* & conſonat certa & conſtans traditio SS. Patrum, quos adducunt Maldonatus *in c.* 16. Matth. Suarez *lib. 3. defenſ. fidei c.* 10. Stapletonius *lib. 6. de Princ. c.* 1. Valentia 2. 2. *d. 1. q. 1. punct. 7. §.* 28. Bellarm. *lib. 1. de Sum. Pont. c. 10. & 13.* Naucler. *de Monarch. par. 2. lib. 2. c. 1. & 3.* & Hjeronymus Torrenſis *in Confeſ. Apoſt. lib. 1. c. 9. §. 2.* ubi ſex ſupra viginti teſtes, omni exceptione majores, cum totius octavæ Synodi Patribus, Suffragatores adhibet.

Juvat ex primitiva Eccleſia aliquos adnotare, Tertullianus *lib. de præſcript. Latuit aliquid, Petrum ædificandæ Eccleſiæ Petram dictum.* Origenes *hom. 5. in* 13
Exodum: Vide magno illi Eccleſiæ fundamento, & Petræ ſolidiſſimæ, ſuper quam Chriſtus fundavit Eccleſiam, & in c. 17. Matth. de Petro inquit: *Per promiſſionem*

nem meruit fieri Eccleſiæ fundamentum. Cyprian. *epiſt. ad Jul. Super quem Dominus ædificavit Eccleſiam; Eccleſia, quæ una eſt, ſuper Petrum*. S. Hil. *in capitul. 16. Matth. In nuncupatione novi nominis felix Eccleſiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius Petra*. Hieronym. *epiſt. 57. ad Damaſum. Super illam Petram*, inquit, *ædificatam Eccleſiam ſcio*, S. Ambroſ. *ſer. 48. Si ergo Petra eſt Petrus, ſuper quam ædificatur Eccleſia; Auguſtinus Pſal. 91. contra partem Donati* de Petri Succeſſoribus; *Hæc eſt Petra*, inquit, *quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ*. Greg. Mag. *lib. 6. Reg. epiſt. ad Eulog. Quis enim neſciat, Sanctam Eccleſiam in Apoſtolorum Principis ſoliditate firmatam, quia firmitatem mentis traxit à nomine, ut Petrus à Petra vocaretur*. Patribus accedunt, Concilium Generale Epheſinum, & Chalcedonenſe, quod *act. 3. de B. Petro Apoſtolo*, ait. *Qui eſt Petra, & Crepido Catholicæ Eccleſiæ, & fidei fundamentum*.

Neque obſtat, quòd multi ex Patribus, quos pro
14 infirmanda ſuperiori certa, & vera expoſitione, adducunt, Launoſius *par. 5. Epiſt. ad Guillelmum Voelſum*, & Ellies Dupin. *diſc. 4. capit. 1.* dicant, Petram de qua loquitur Chriſtus, eſſe Fidem, & Confeſſionem Petri, ipſumque Chriſtum, cui velut Petræ, lapidique angulari Eccleſia innititur; Id enim veriſſimum eſt; nec idcircò ſenſus ille prior, cæterorum omnium unanimi interpretatione conſtans, vacillat; nam illi ipſi, qui alio ſpectaſſe videntur, admittunt idoneam noſtram, imò ipſorum expoſitionem; itaut non refragentur veritati. Ut enim optimè obſervat Cardinalis Petronius *capit. 56. in Regem Angliæ. Fides, & Confeſſio Petri dicta Eccleſiæ fundamentum cauſaliter, Petrus vero fundamentum formaliter, adeout una interpretatio, aliam non excludat, cauſa enim meritoria, quare ſuper Petrum fundata ſit Eccleſia, fuit ipſa fides, & Confeſſio Petri, ut loquitur Teophylat. in capit. 16. Matth. Remunerat Dominus, mercedem illi dans magnam, quòd ſuper eum ædificavit Eccleſiam*. Reddit ulterius rationem *Petronius*, cur Pa-
15 tres jones ſcripſerint, Eccleſiam ſuper fidem Petri ædificatam eſſe, aſſerens id ex Ariana hæreſi ortum eſſe; hæc enim cùm negaret filii Divinitatem, quam Petrus jam tam clarè prædicaverat. *Tu es Chriſtus Filii Dei vivi*: Patres, qui antè Nicænum Concilium, fundatam ſuper Petrum Eccleſiam dixerant, poſt Nicænum Concilium cœperunt hunc locum urgere contra Arianos, dicendo Confeſſionem iſtam Petri, eſſe fundamentum Eccleſiæ: *Vocarunt itaque Confeſſionem Petri*, (inquit Petronius,) *quæ in Cauſa fuerunt, quòd Chriſtus ſupra ipſum fundaret Eccleſiam, vocarunt inquam Eccleſiæ fundamentum, ut illam qui fidei Confeſſionem, veritate niti negarent, ipſum Eccleſiæ fundamentum deſtruere viderentur*.

Altera verò expoſitio de ædificata ſupra Chriſtum
16 Eccleſia, quam S. Auguſtinus *contra Donatiſtas* promovet, timens, ne ſi Eccleſia in Petro fundata diceretur, homines de ſanctitate Miniſtrorum præſumerent, priori, & communi expoſitioni de fundata ſupra Petrum, Eccleſia non obeſt. Nemo enim Fidelium negat, Chriſtum præcipuum fundamentum Eccleſiæ, propter ſupremam illam poteſtatem, quam Theologi *Excellentiæ* vocant; Sed & Sanct. Petrus fundamentum eſt ſecundum à Chriſto, & miniſteriale: Chriſtus igitur Petra, ſed & S. Petrus Petra eſt, ſuper quam ſundatur Eccleſia. *Sicut ipſe lumen*, inquit S. Hieron. *in capit. 16. Matth. Apoſtolis donavit, ut lumen mundi appellarentur, cæteraque ex Domino ſortiti ſunt vocabula: ita & Simoni, qui credebat in Petram, Chriſtum, Petræ largitus eſt nomen, & ſecundum metaphoram Petræ rectè dicitur ei, ædificabo Eccleſiam meam ſuper te*: Et ideò S. Leo IX. *Epiſt. 1.* utramque interpretationem conjunxit: *Sancta Eccleſia ſuper Petram, ideſt Chriſtum, & ſuper Petrum, vel Cepham filium Joannis, qui prius Simon dicebatur, ædificata eſt, Et Chriſtus eſt Petra primaria, ſuper quam Eccleſia eſt ædificata, & Petrus eſt ſecundaria Petra, per quam reliqua ſtructura conſurgit*: Hinc ad rem noſtram S. Baſilius *hom. de pœnit.* quæ eſt 28. *At Petrus audierat ſe eſſe Petram, laudatus à Domino; licèt enim & ipſa petra eſſet, non tamen Petra erat, ut Chriſtus, Ut Petrus petra erat. Nam Chriſtus verè eſt immobilis Petra; Petrus vero propter Petram. Dignitates namque ſuas Jeſus largitur aliis. Petra eſt, & Petrum facit*. Idipſum repetit in *cap. 2. Iſaiæ*; Quamobrem, illa S. Auguſtini expoſitio, eò ſpectat, nè exiſtimemus Petrum propria virtute, & ſeorſim à Chriſto Eccleſiam ædificaſſe: Chriſtum itaque cauſam principem, & præcipuum Eccleſiæ fundamentum, S. Petrum verò fundamentum eſſe à Chriſto ſecundarium, S. Auguſtinus minimè diffitetur, ſed expreſsè recognoſcit *lib. 1. Retract. capitul. 21. In hoc libro dixi de Apoſtolo Petro, quòd in eo tamquàm in petra fundata ſit Eccleſia, qui ſenſus etiam cantatur ore multorum in verſibus B. Ambroſii, ubi de Gallo gallinaceo ait: Hoc ipſa petra Eccleſiæ canente culpam diluit*.

Licèt autem reliqui etiam Apoſtoli dicantur fundamenta Eccleſiæ, *Apoc. 22. & ad Epheſ. 2. ab Origene tr. 1. in Matth. Hier. lib. 3. contra Jovin. Baſilio, Auguſtino, & Theodoreto*, quorum teſtimoniis nititur 17
Ellies Dupin. *diſſert. 4. c. 1.* ut oſtendat, ex præfato *Text. Matthæi*, quem expendimus, non benè, ac ſufficienter inferri Petri Primatum. Licèt, inquam, Apoſtoli dicantur fundamenta Eccleſiæ; diverſo tamen ſenſu, quàm S. Petrus. Primò, quia ipſi Eccleſias ubique primi fundarunt; unde S. Paulus *ad Rom. 15.* ſic, *prædicavi*, inquit, *non ubi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem*. Secundò, quia tota illis revelata eſt Catholica Fides, & infallibilitatem à Chriſto ad annunciandum Dei verbum acceperunt: *Aperuit* enim *illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas*, Luc. 24. *& loquebantur prout Spiritus Sanctus, qui eos docuerat omnem veritatem, dabat eloqui illis*. Unde S. Auguſtinus in Pſal. 86. docet, Apoſtolos eſſe fundamenta ſubordinata Chriſto, ſicut & Prophetæ, quorum doctrinæ, prædicationi, & inſtructioni, quaſi fundamento, Eccleſia incumbit. Tertiò tandem, quia licèt diverſo modo, omnibus tamen Apoſtolis ſumma poteſtas Eccleſiaſtica collata eſt à Chriſto, cùm dixit: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos*, ideſt cum plenitudine poteſtatis, ut explicat S. Thomas; propterea unuſquiſque uſurpare ſuo modo poterat illud Pauli: *Inſtantia mea quotidiana ſollicitudo omnium Eccleſiarum*. Verumtamen hæc Apoſtolatus privilegia, ſive munia, non eodem modo Petro, ac reliquis Apoſtolis collata ſunt; Petro, ut Ordinario Paſtori totius Eccleſiæ, plenitudinem ſuæ poteſtatis, ad Succeſſores ſuos Romanos Pontifices tranſmiſſuro; Reliquis verò Apoſtolis, jure quodam extraordinario, ut Legatis pro Chriſto, quibus non erat in illa poteſtate ſuccedendum. Unde Petri privilegium reale fuit in Eccleſiæ perpetuum commodum, non autem perſonale, cujus generis erat reliquorum Apoſtolorum dignitas, Bellarminus *citat. capit. 9. de Pontif.* Petrus de Marca *diſſ. de ſingulari Primatu Petri*, Schelſt. *de auct. Apoſt. quæſtio. 1. cap. 4. & 5.*

Neque diſcrimen hoc poteſtatis inter Apoſtolos, eſt humanum inventum, prout poſt *Marcum Antonium* 18
de Dominis Archiepiſcopum Spalatenſem, temerè aſſerit *Dupinus*: Nam licèt controverſia ſit, num poſt diſtributionem Provinciarum, Apoſtoli totius Eccleſiæ curam geſſerint; & ſint qui cum Gerſonio *de Eccleſ. poteſtat. conſil. 9.* id negent, putantes unumquemque Apoſtolum, eam ſolùm Orbis partem curandam ſuſcepiſſe, quæ ſibi in diſtributione Provinciarum obtigerat; quod tamen negat Bellarmin. *capitul. 9. de Pont.* Illud tamen indubitatum eſt apud omnes Catholicos, quòd excepta Petri Romana Cathedra, nulla alia Eccleſia, ab Apoſtolis licèt fundata, ſollicitudinem omnium Eccleſiarum acceperit. Idque quando Scriptura, Traditio, & Patres quoque non eſſent, ex perpetua omnium Eccleſiarum ad Romanam ſubjectione, adeò manifeſtè colligitur, ut nullus nobis ambigendi locus relinquatur: Quis enim

enim concipere poteſt, omnes totius Orbis Eccleſias, à ſæculis decem, & ſeptem, Petri auctoritatem conſtanter in Romana Eccleſia agnoviſſe, ſeque eidem ſubjeciſſe, niſi id ab Apoſtolis accepiſſent? Probat idipſum diſcrimen ex ſcriptura, & Patribus Arman. Schelſt. *citat. capit.* 4. & 5. & Petrus de Marca *diſſer. de ſpecial. Petri primatu*: ponderat illud Hjeronymi *libr. primo. adverſus Jovin. capit.* 14. *Licèt ſuper omnes diſcipulos fortitudo Eccleſiæ ſolidetur, tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite conſtituto, Schiſmatum tollatur occaſio*: Nequaquàm enim occaſio Schiſmatum tolleretur, ſi ut ſumma, & plena Petri poteſtas Romanis Pontificibus collata fuit, ita ſuprema aliorum Apoſtolorum auctoritas, ad ipſorum Succeſſores promanaſſet, ut explicat S. Optatus Milevitanus *libro* 2. *contra Donatiſtas. Negare non potes, ſcire te in Urbe Roma, Petro primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum Caput Petrus, unde & Caphas appellatus eſt. In qua una Cathedra unitas ab omnibus ſervaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingula, ſibi quique defenderent, ut jam Schiſmaticus, & Peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram aliam convocaret*; Apoſtoli ergo à Spiritu Sancto omnem veritatem edocti, Apoſtolicam auctoritatem gubernandi totam Eccleſiam, à ſolo Petro ad Succeſſores tranſmittendam eſſe ſciebant: ideò Eccleſias per varias Orbis partes inſtituentes, ſingulas ſuis finibus circumſcriptas, cum ſubjectione ad Petrum, Epiſcopis propriis regendas committebant, ſicque munere à Chriſto delato ſibi fungebantur: Hinc S. Irenæus *libro* 3. *contra Hæreſes*, de Romana Eccleſia, in qua Petri Cathedra erecta eſt, ſcribit: *Cum illa propter potentiorem ejus principalitatem, neceſſe eſſe omnem convenire Eccleſiam, ideò eos, qui ſunt undique fideles*. Et S. Leo Magnus *ep.* 87. Petri primatum, rectiſſimè explicat dicens. *Poteſtas, quæ reliquis Apoſtolis quoque conceſſa fuit à Chriſto, in Petro eſt principaliter collocata*; ut ponderat idem *de Marca citat.* Schelſt. *capit.* 5. Propterea propoſitio illa Archiepiſc. Spalatenſis: *Diſparitatem poteſtatis inter Apoſtolos eſſe humanum inventum, in Sacris Evangeliis, & Divinis, novi Teſtamenti Scripturis, minimè ſubſiſtens*; hæc cenſura damnata fuit *à Facultate Pariſienſi. Hæc propoſitio eſt Hæretica, & Schiſmatica, de Juriſdictione Apoſtolica Ordinaria, quæ in ſolo Divo Petro ſubſiſtebat, intellecta*. Ubi *Sorbona* clarè ſupponit tamquàm de fide, & ad Schiſmata tollenda certum, aliam eſſe Juriſdictionem Apoſtolicam Ordinariam, aliam delegatam: hanc ſecundam, Apoſtolis fuiſſe communem; primam S. Petro propriam, cui ſolus Romanus Pontifex ſuccedit; Vide Andream Duvallium *de Rom. Pont. poteſt. part.* 1. *quæſt.* 2. Unde mirari ſubeſt, Elliem Dupinum, Doctrinæ Sorbonicæ Alumnum, tam manifeſtam Scholæ ſuæ Magiſtræ cenſuram, oppugnare temerè, ac procaciter voluiſſe. Imò tam indubitata Doctrina hæc primis Eccleſiæ, ſæculis, ut Philippus Legatus Cœleſtini ad *Epeſin. Concilium act.* 3. omnibus Patribus, nullo reclamante, dicere non dubitaverit: *Nulli dubium, imo ſæculis omnibus notum eſt, Sanctum, Beatiſſimumque Petrum Apoſtolorum Principem, & Caput, Fideique Columnam, Eccleſiæ Catholicæ fundamentum à Domino Jeſu Chriſto Salvatore Noſtro, humanique Generis Redemptore, Cœleſtis Regni Claves accepiſſe, ſolvendique, atque ligandi poteſtate, quam acceperat uſum fuiſſe; necnon per Succeſſores ſuos hucuſque ſemper vivere, cauſaſque decernere*. Quibus Epheſino probante Concillo, docet clariſſimè, interpretationem Scripturæ, de fundata ſupra Petrum immediatè Eccleſia, ſæculis omnibus notam fuiſſe, itaut auctoritas Clavium Petro promiſſa, & ſubindè tributa ad Succeſſores tranſierit. Non eſt igitur ea explicatio humanum, & recens inventum, ſed conſtanti, & perpetuæ traditioni conſona; ideò Philippi verba, inſerta ſunt actis Concilii Epheſini, ubi adhuc reperiuntur in omnibus Codicibus, tàm Græcis, quàm Latinis, ut teſtatur Schelſt. *citat. cap.* 5. Manifeſtum ergo eſt, eam Petram, cui Eccleſia inædificanda ſpondetur: Neque eſſe ſolam confeſſionem fidei, ut voluit Lutherus; Neque eſſe ipſum Chriſtum, ut voluit Calvinus; Neque eſſe omnes Apoſtolos, ut commenti ſunt Lutherani quidam, ſed verè eſſe ſolùm Sanctum Petrum; nam particulæ illæ: *hanc Petram*; ad ſolùm S. Petri perſonam diriguntur.

Nec item ea Petra Eccleſiam ſignificat, ut *Eraſmus* commentus eſt; ridiculus enim evaderet ſenſus, 19 & perindè eſſet, ac ſi diceret Chriſtus: *Fundabo Eccleſiam ſuper Eccleſiam*. Quid enim eſt aliud Petrus repræſentans Eccleſiam, quàm ipſa Eccleſia in Petro repræſentata, & quid dici poteſt à vera ratione, & communi loquendi modo alienius, quàm Legatum, qui repræſentat Regem, eſſe fundamentum Regis, aut imaginem Palatii eſſe fundamentum, cui palatium imponitur; Videatur Pamelius *ad Epiſtol.* 55. *S. Cypriani numero* 35. Verùm ſicuti fundamentum, non eſt propter ſe, ſed propter Domum, & Rex non propter ſe, ſed propter Regnum: ſic poteſtas Petri Monarchica, hoc loco ipſi promiſſa à Chriſto, non fuit in ejus gratiam, & utilitatem præcipuè inſtituta, ſed totius Eccleſiæ, & in hoc ſenſu verum eſt, Petrum repræſentaſſe Eccleſiam, ut pluries animadvertit S. Auguſtinus *tract.* 5. *in Joan. libro de Doctrin. Chriſt. capit.* 17. *de Agone Chriſti capitul.* 170. *in pſal.* 108. & *ſerm.* 13. *de Verb. Dom.*

Porrò eadem energia ad Petrum referenda ſunt, quæ ſequuntur: *Et tibi dabo Claves Regni Cælorum*. Id quippè nudus contextus, ejuſque lectio abſque 20 animi præoccupatione ſufficienter evincit: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus. Tibi dabo Claves Regni Cælorum*, non Joanni, non Jacobo, non aliis, aut omnibus, ſed *Tibi*, ac conſentiunt SS. Patres. Tertullianus *libro Scorpiaci contra Gnoſt. capitul.* 10. *Memento Claves hic Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe*. Neque lapſus in hæreſim, hanc ſententiam retractavit; negavit quippè datas Petro cum jure traducis, numquam verò Eccleſiæ immediatè collatas affirmavit: *Super te*, inquit *libro de pudic. contra Edictum Zaphyrini, ædificabo Eccleſiam meam, & Tibi dabo Claves, non Eccleſiæ*. Firmat ergo potiùs, non retractat priorem ſententiam, ut benè contra Launojum *in epiſt. ad Adrianum Vallantium*, oſtendit *Chriſtianus Lupus parte 4. ad Can.* 19. *dictatus Greg. VII.* & Schelſt. *de auctoritate Apoſt. articul.* 2. *Sanct. Optatus Milevitanus libro contra Parmenianum. Bono unitatis B. Petrus ...... Cæteris omnibus Apoſtolis præferri meruit, & Claves Regni Cælorum, communicandas cæteris ſolus accepit; Et libro primo Hæretici non habent Claves, quas ſolus Petrus accepit. Sanct. Baſilius hom. de judicio Dei; Beatus Petrus, ille omnibus Diſcipulis Prælatus, ſolus, præ cæteris honorifico teſtimonio, ac beatificatione inſignitus, ille qui Regni Cælorum Claves accepit; Chryſoſtomus etiam hom.* 55. *in Matth. de transfiguratione Domini. Gelaſius primo tractat. contra Græcos; Gregorius Magnus epiſtol. ad Mauritium Auguſtum; Sanct. Maximus Taurin. Epiſ. ſer. 5. de Petro, & Paulo, Beda hom. de S. Petro, Rupertus Abbas vol. 4. Evangel. lib.* 1. *c.* 26. Hugo de S. Victore *lib.* 2. *de Sac. par.* 3. *c.* 5. *ſed & Origines tr.* 6. *in Matt. Siricium Papam Epiſt.* 4. *Innocentium I. Ep.* 24. *ad Conc. Carthag.* Alcuinum *lib.* 1. *de Divinis Officiis c.* 19. S. Thomam *lib. cont. Gent. c.* 76. *S. Bonavent. in Opuſc.* alioſq; penè innumeros per extenſum referunt Bail. *in Conc. Senon.* Raynaud. *in Corona prænot.* 4. *Lupus loc. cit.* ubi ægregiè exceptiones Launoii refellit, & Schelſt. *capit.* 6. *art.* 2.

Perſpicuum ergo ex his SS. PP. teſtimoniis fit, Clavium poteſtatem, non Eccleſiæ immediatè, ſed 21 S. Petro tributam, adeòque ſubjectum immediatum poteſtatis Eccleſiaſticæ, non Eccleſiam, ſed S Petrum

fuiſſe: cui ſanè ſententiæ, cùm omnes ad unum SS. Patres ſuffragentur, S. Auguſtinus minimè refragatur, neque cum dicit S. Petrum accepiſſe Claves in perſona Eccleſiæ, neque cùm dicit, Sanctum Petrum Claves accipientem, repræſentaſſe Eccleſiam; Quorum verborum ſenſus non eſt, Claves datas eſſe toti Eccleſiæ, ſed Claves datas quidem S. Petro, tranſmittendas tamèn ad poſteros; itaut ſint uſui quandiù perſtabit Eccleſia militans, ad cujus bonum datæ ſunt Capiti; Nam ut benè advertit Dungalus *contra Claudium Taurinenſ. pag.* 182. Claves non ſunt traditæ S. Petro, quatenùs homini ſingulari, reſumendæ cùm Sanctus defeciſſet; ſed traditæ ſunt S. Petro, prout perſonæ publicæ, atque ideò etiam omnibus, qui ei pro tempore ſuccedunt in Eccleſiæ gubernatione, quippè poteſtas Pontificia collata eſt S. Petro in bonum Eccleſiæ, quæ ad finem uſque Sæculi duratura erat, & neceſſe fuit tantumdem poteſtatis tribui cuilibet Pontifici, Eccleſiam ſuo tempore moderanti, quantum tributum eſt San. Petro, pro eo tempore, quo Eccleſiæ præfuit. Qui ſenſus habetur ex eodem S. Auguſtino *ſermon.* 114. *de tempore*, & multis illuſtratur à Hieronymo Torrenſi *in Confeſ. Auguſt. libr.* 1. *capit.* 9. §. 1. & Bellarm. *libr. primo capitul.* 12. Cajetano *tomo primo opuſc. tract.* 3, *capit.* 3. Demonſtrant hi Doctores, etiamſi ſolus S. Petrus Claves accepit, dici tamen datas toti Eccleſiæ, quia Petro moriente, amittendæ non erant. Notat ulterius Chriſtianus Lupus *ad canon.* 19. *dict. S. Greg. VII.* inſèque probat, ex mente *S. Auguſtini*, adductis per extenſum locis ex *libro* 2. & 4. *de Baptiſm. capit.* 5. & 4. & *ex Epiſt.* 166. duplicem eſſe poteſtatem Cla-
22 vium. Aliam poteſtatem *geſtatricem*, & adminiſtratricem, quæ propriè eſt poteſtas Hierarchica, & Sacerdotalis juriſdictionis, abſolvendi, baptizandi, &c. quam non ſolùm boni, ſed mali etiam Eccleſiæ Miniſtri participant. Aliam verò, abuſivè ſaltem dici poteſtatem Clavium *Cooperatricem*, quæ eſt meritum, & communio Sanctorum, in qua nec hæretici, nec mali partem habent, ſed ſolummodò juſti, ex omni genere, qui ſunt in Eccleſia. Infert deindè, *Auguſtinum*, cum dicit Claves datas non ſoli Petro, ſed Eccleſiæ, cujus ille perſonam gerebat, non eſſe locutum de Clavibus Hierarchicis, ſed de poteſtate Clavium cooperatrice, convenienti tantummodò bonis in Eccleſia, de qua *libr.* 4. *de Bapt. capit.* 17. dicit: *Sola illa columba, ideſt, illa unitas, quæ niſi in bonis intelligi non poteſt, ſimplex, & Caſta baptizat*, ubi addit, per Orationes Sanctorum Spiritualium, qui ſunt in Eccleſia, occultam fieri diſpenſationem miſericordiæ Dei, ut eorum etiam peccata ſolvantur, qui non per columbam, ſed per accipitrem baptizantur; ideſt non per bonum, ſed per malum miniſtrum, Eam autem eſſe mentem Auguſtini oſtendit ex *tract.* 50. *in Joan.* ubi. *Petrus*, inquit, *Corpus Eccleſiæ, ſed in bonis: Nam ſi in Petro non eſſet Eccleſiæ Sacramentum, non ei diceret Dominus, Tibi dabo Claves Regni Cælorum: Si hoc Petro tantum dictum eſt, non facit hoc Eccleſia. Si autem & in Eccleſia fit, Petrus quando Claves accepit, Eccleſiam Sanctam ſignificavit. Si in Petri perſona ſignificati ſunt in Eccleſia boni, in Juda perſona ſignificati ſunt in Eccleſia mali.* Juxta hunc expreſſum *Auguſtini* ſenſum, Eccleſia, quæ in perſona Petri Claves accepit, non eſt Congregatio omnium fidelium in Sacramentis; neque Congregatio Epiſcoporum in Concilio Generali, quorum multi mali eſſe poſſunt, ſed ſola Congregatio juſtorum, ſeu Sanctorum in bonis, & meritoriis operibus communio. Hinc *Gerſon*, dum has Claves ex *Auguſtino* Concilio Generali datas aſſervit, non habuit Clavem *Auguſtinianæ Scientiæ*, nec ejus mentem intellexit. Hierarchicas porrò Claves, non toti Sanctorum communioni, non Concilio Generali, ſed ſoli Petro datas, cenſuit Auguſtinus *ſer.* 26. *de diverſis*: *Quoniam*, inquit, *in ſignificatione perſonam Petrus geſtabat Eccleſiæ, quod illi uni datum eſt, Eccleſiæ datum eſt*. Non dicit, quod Eccleſiæ datum eſt, illi, datum eſt, ſed cum emphaſi, *quod illi uni datum eſt, Eccleſiæ datum eſt*, hoc eſt, ab illo uno fonte in ſucceſſores omnes traductum eſt, & uſque in finem ſæculi traducendum; quod idem eſt, ac moriente Petro, Claves non fuiſſe ſublatas Eccleſiæ. Itaque in ipſis accipiendis, Petrus repræſentabat Eccleſiam, quomodo Pater poſteros, Fons rivos, Radix ramos. De quo Chriſtian. Lupus *loco citato*.

Cæterùm quam parùm Scripturæ cohæreat, ea de
datis Eccleſiæ Clavibus Adverſariorum interpretatio, 23
optimè vidit S. Franciſcus Saleſius *diſc.* 32. *de Eccleſia*, qui in *Biblioth. Ghiſia* ſervatur: *Hæreticorum Miniſtri*, inquit, *omnem lapidem movent, ut quantum poſſunt, inquinent fontem Evangelii, ne Petrus ibi reperiat Claves ſuas: Nihil intentatum relinquunt, ut nos avertant ab obedientia, quæ debetur Vicario Chriſti. Quid autem fecerunt; dixerunt Sancto Petro promiſſionem à Domino factam nomine totius Eccleſiæ, ſic ut nullum peculiare privilegium conceſſum fuerit ipſius perſonæ. Si igitur hoc interpretandi modo non pervertatur ſcriptura, numquam ab aliquo in alienum ſenſum detorquebitur. Nonnè enim Petro locutus eſt Dominus; & quomodo clarius mentem ſuam exprimere poterat, quam his verbis: Et ego dico Tibi, dal. Tibi; cum enim immediatè anteà locutus fuiſſet de Eccleſia, dum ait: Portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam, quidnam obſtat, quominùs adjunxiſſet, & dabo illi Claves Regni, ſi illas immediatè dare voluiſſet Eccleſiæ? Non dixit illi, ſed dabo Tibi; quòd ſi liceat explicare loca clara, nihil omnino in Scriptura reperietur, quod in omnem ſenſum retorqueri non poſſit.* Hæc *S. Saleſius*, toti Galliæ venerabilis; ex quibus perſpicuum eſt, juxta verum, & expreſſum Scripturæ ſenſum, Claves non immediatè Eccleſiæ, ſed Petro promiſſas, ac ex Petro deſumptas eſſe, quas Chriſtus Eccleſiæ reliquit: Hinc licèt *Matthæi* 18. *Joan.* 20. etiam
reliquis Apoſtolicis collata fuerit ampla poteſtas ligan- 24
di, & ſolvendi, numquàm tamen leguntur commiſſæ Claves Regni Cœlorum, ut intelligas, poteſtatem ligandi, & ſolvendi ad Epiſcopos, alioſque Sacerdotes limitatè tantùm, & pro determinatis Eccleſiis [illegible]te; ſed Claves totius Regni Cœlorum, ſoli Petro, ejuſque ſucceſſoribus commiſſis fuiſſe: & licèt omnibus Apoſtolis, ac etiam Sacerdotibus apud aliquos Patres, competere legantur Claves Regni Cœlorum; numquàm tamen cum ea prærogativa *Univerſalitatis ordinariæ*, ac independentiæ, cum qua Claves collatæ ſunt S. Petro; qui proindè meritò ſolus, & jure præcipuo dicitur Clavicularius Regni, Claviger Cœli, ac vitæ æternæ. S. Hilar. *in capitul.* 15. Matth. Cyrillus Hyeroſolym. *Catech.* 6. *Nicol. I. ad conſult. Bulgaror.* Petrus Dam. *opuſc.* 4.

Hucuſque vidimus ex Scriptura, & Patribus, Pe-
tro immediatè, non autem Eccleſiæ factam à Chriſto 25
ſupremæ Eccleſiaſticæ poteſtatis, per Claves ſignificatæ, promiſſionem; nunc cum effectu, non Eccleſiæ, ſed Petro immediatè eamdem poteſtatem tributam videamus, Joan. *ult. Cum prandiſſet, dicit Simoni Petro Jeſus: Simon Joannis diligis me plus his. Dicit ei, etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, paſce agnos meos. Dicit ei, iterùm; Simon Joannis diligis me. Ait illi, etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, paſce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis amas me. Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, amas me. Et dixit ei. Domine tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te. Dixit ei, paſce oves meas.* Verba hæc, quibus Claves *Matth.* 16. Petro promiſſæ, ei realiter fuerunt exhibitæ, non alteri quàm Petro dicta eſſe, nec ad Univerſalem Eccleſiam in Concilio, ſed ad ipſum ſolum Petrum ſpectare, dirigiq; notius eſt, quam ut probari debeat: Cum ſolo enim Petro loquitur, Solum examinat, nec id ſemel, aut bis, ſed tertiò etiam: nec expreſſit ſolum Simonis proprium nomen, ſed Patris etiam nomenclaturam adjecit, ne ulla poſſet ambiguitate Petri poteſtas eludi, aut perversè

in

Digitized by Google

in alium torqueri. Propterea ita hunc locum SS. Patres exponunt, quos ex omni natione per extenſum adducunt, Schelſt. *de auct. Apoſt. cap. 6. art.* 3. Natalis Alex. *ſec. 5. diſ.* 4. Duvallius *de poteſt. Pontif. q.* 4. & Raynaud. *in Coron. Aurea verit.* 1. Ita ſanè interpretati ſunt S. Pontifices Bonifacius I. *Ep.* 7. Leo Magnus *ſer.* 75. Gelaſius *Ep.* 8. Vigilius *Epiſt. Encycl.* S. Gregorius *l. 4. Regeſt. Epiſt.* 75. Ita etiam Cyprianus *libr.* 1. *de Unit. Eccleſiæ*. *Et iterum*, inquit, *eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit, paſce Oves meas. Super illum unum ædificat Eccleſiam, & illi paſcendas mandat oves ſuas. Primatus Petro datur, ut Cathedra una monſtraretur.* Origenes *in capitul. 6. Ep. ad Roman. Petro cum ſumma rerum de paſcendis Ovibus traderetur, & ſupra ipſum velut petram fundaretur Eccleſia, &c.* Ambroſius *ad cap. 24. Lucæ: Quia ſolus profiteretur ex omnibus antefertur. Tertiò Dominus, non jam diligis me? Sed amas me, interrogavit? & jam non agnos, ut primò, quodam lacte paſcendos, nec oviculas ut ſecundò, ſed Oves paſcere jubetur, perfectiores, ut perfectior gubernaret.* Clariùs S. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis, *in ſerm. de Natali Apoſtolorum. Prius,* inquit, *Agnos, deinde Oves commiſit ei: Quia non ſolum Paſtorem, ſed Paſtorum Paſtorem eum conſtituit. Paſcit igitur Petrus Agnos, paſcit & Oves; paſcit filios, paſcit & Matres, regit & ſubditos, & Prælatos. Omnium igitur Paſtor eſt, quia præter Agnos, & Oves in Eccleſia nihil eſt.* Et certè, qui non diſtinxit inter has oves, & illas, alienam à ſuo demonſtravit Ovili, quæ Petrum Paſtorem non recognoſceret, ut *Innoc. de majorit. & Obedient. capit. ſolita, & Bernardus, lib. de conſ. ad Eugenium capit.* 6. evidentiſſimè argumentantur.

Porrò prædictæ certiſſimæ, & exploratæ ſententiæ,
26 Baſilius *cap. 23. de Conſt. Monaſt.* & Ambroſius *libr. de Dignitat. Sacerdot. cap. 2. à Dupino* in contrarium adducti, minimè adverſantur; hujuſmodi ſcilicet teſtimonia hinc indè jactat, ut luci tenebras effundat. Licèt enim Apoſtoli ad illud Eccleſiæ Regimen univerſale extraordinariè, & per delegationem evecti fuerint; non tamen per hæc verba: *Paſce Oves meas,* quæ ordinarium paſcendi officium ſignificant, ad illud ſunt evecti; ſed per alia, nimirum: *Ite docete omnes gentes: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos;* ideòque verba hæc: *Paſce Oves meas,* in quo ſenſu ſunt Petri propria, reliquis Apoſtolis minimè poſſunt convenire. Huc ſpectat illud D. Bernardi *libr. 3. de conſid. cap. 7. Sunt,* inquit, *alii Cœli janitores, & gregum Paſtores, ſed tu tanto glorioſiùs, quanto & differentiùs utrumque præcæteris nomen hereditaſti: Habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos, Tibi univerſi crediti, uni unius: Nec modò ovium; ſed & Paſtorum tu unus omnium Paſtor. Unde id probem quæris? Ex verbo Domini. Cui enim, non dico, Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolutè, & indiſtinctè commiſſæ ſunt oves? Si me amas Petre, paſce Oves meas. Quas? Illius, vel iſtius Populos Civitatis, aut Regionis, aut certi Regni? Oves meas inquit. Cui non planum, non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes? Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil .... Ergo juxta Canones tuos, alii in partem ſollicitudinis, tu in plenitudinem poteſtatis vocatus es.*

Ex jam poſitis ſequitur, S. Petrum cùm Eccleſiam
27 docebat, aut oves in fide firmabat, quamvis *extra Concilium,* errare non potuiſſe. Hoc enim oſtendit illud *Matth.* 16. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & Portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam:* Quæ verba explicans Origenes *hom.* 1. *Manifeſtum eſt,* ait, *etſi non exprimatur, quòd nec adverſus Petrum, nec adverſus Eccleſiam Portæ prævalere poterunt Infernorum: Nam ſi prævalerent adverſus Petram, in qua Eccleſia fundata erat, contra Eccleſiam item prævalerent. Petrus ergo firmus ſtabat in fide, ne fabrica ſuper ipſum fundata rueret.* Ergo firmitas in fide à Petro in Concilium, non à Concilio in Petrum derivatur; ni velis, fundamentum à Domo, non Domum à fundamento ſuſtentari. Deindè ſi Petro peculiari ratione, & privilegio, Claves Regni Cœlorum datæ ſunt; Claves autem, ut Cœlum aperiant, omnia oportet, ut impedimenta tollant. At ex parte intellectus ingreſſum in Cœlos impedit ignorantia fidei, ſicut ex parte voluntatis affectio prava; data eſt igitur Petro poteſtas non minùs ad tollendam ignorantiam, quàm ad tollenda peccata. Quamobrem quæſtiones in fide difficiles ſolvere jure ſuo, ſine errore Petrus poterat. Quòd ſi divinatio in labiis Regis, & in judicio non errabit os ejus, ut in *capit. 16. Proverb.* dicitur; Et Caiphas Vir in Synagoga impius, quia Pontifex anni illius erat, prophetavit: Cur nos exiſtimabimus Petrum Regni Cœlorum Principem à Deo conſtitutum, in graviſſimo de fide judicio errare potuiſſe? Ad hæc: Si Paſtor omnium fidelium Petrus eſt à Deo conſtitutus: *Paſce Oves meas,* Doctor ergo, & Magiſter Eccleſiæ ſupremus effectus eſt. Quòd ſi paſcua doctrinæ ſalubris, ovibus Chriſti non daret, ſed poſſet eas erroribus falſis, & pernicioſis paſcere, profectò non eſſet Eccleſiæ à Chriſto benè proviſum, quòd impium eſt ſuſpicari. Ideò Petrus ipſe: *Viri fratres,* inquit, *vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in Nobis elegit, per os meum audire Gentes Verbum Evangelii, & credere:* Petrum ergo peculiariter elegit Chriſtus, ut eum Gentes in fidei controverſia, non audirent ſolùm loquentem, ſed etiam crederent. Ita enim cùm Petrus ſententiam edixiſſet, tacuit omnis multitudo, Petro definienti conſentiens, ut *Actorum 15. à S. Luca* refertur. Quid quod Lucæ 22. inquit Chriſtus: *Simon, Simon ecce Satan expetivit vos, ut cribaret ſicut triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* En cùm dixiſſet Dominus; *Satan expetivit vos,* non ait *ego rogavi pro vobis,* ſed *pro te;* nec dixit, *& vos aliquando converſi,* ſed *tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Cùm autem oratio Chriſti ſemper fuerit exaudita, certè hic conſecutus eſt, ne Petri fides deficeret, ut fratres poſſet in fide confirmare. Cùm itaque hìc Chriſtus abſolutè loquatur, nullamque Concilii faciat mentionem, nec Petri infallibilitatem illi attribuat; qui hanc limitationem adhibent, vim ſcripturæ inferunt, & fruſtra conantur. Nam ſi Petri fides à Concilii directione; & non è contra Concilii fides à Petro penderet, non tàm Petrus fratres ſuos confirmaret, quàm ipſe à fratribus confirmaretur. Unde ex his locis ſcripturæ, nedum Scho- 28
laſtici omnes, ſed & SS. PP. Pontifices, Generalia Concilia, confirmant, Pontificem præcisè, ut Pontifex eſt, abſque Generali Concilio, docere infallibiliter, quoties ex ſuo publico munere fideles docet, injecta obligatione credendi, quod eſt ex Cathedra docere. Quorum teſtimonia nimis operoſum eſſet enumerare, quæ per extenſum adducta ab Onuphrio *lib. de primat. Petri*. Cano. *libr. 6. de locis Theol.* Sandero *de viſib. Monarchia,* legi, audirique à nullo poſſunt, qui non continuò perſuaſum habeat, ea in rebus fidei, & morum ſupremum judicium, certamque ſententiam, independenter à Generali Concilio, Romano Pontifici tribuiſſe. Quid Cyprianus *libro primo epiſtol.* 8. non poſſe perfidiam habere ad Petri Cathedram acceſſum. Quid *Fulgentius*; Adeò, quæ à Pontifice Romano decernuntur certa eſſe, ut quod ille tenet, docetque, totus Chriſtianus Orbis nihil hæſitans credat. Quid *Hieronymus*; Tres hypoſtaſes in Trinitate agnoſcet, ſi Damaſus jubet. Quid *Auguſtinus*. Hæreſim pelagianam toties victam, toties pugnæ reſtitutam, tum demùm profligatam eſſe dicit, ubi Pontifex ſe prælio miſcuit; eamque truncatam voluit. Quid *Athanaſius*, Patreſque Africani; Hanc unam Sedem adeò erroris expertem dicunt, ut ab illa dogmata fidei majores ſui, & velut à Matre lac ſinceræ doctrinæ acceperint. Quid omnes commemorem; Cyrillus, non prius audet inter Hæreticos Neſtorium cenſere, quam à Cœleſtino Papa damnatum. Patres Niceni Concilii tam certam habent Pontificis Romani ſententiam, ut majora

Eccleſiæ negotia illi reſervata velint. Patres ſextæ
Synodi, nullum omninò errorem, nullamque Hære-
ſim Petri Cathedram inſediſſe, nec unquam deinceps
futurum, ut Petri Succeſſores pro quibus tam feriò
Chriſtus oravit, à vera fide deficiant, cùm Agatho-
ne profitentur. Denique omnium ferè SS. Patrum
Græcæ, & Latinæ Eccleſiæ, eſt una conſtanſque ſen-
tentia: Quod Romana Sedes ſit fidei fundamentum:
Quòd inde Religionis noſtræ fons, & origo manet:
Quòd, quæ illa damnat, omnes damnant, quæ ap-
probat, omnes approbant: Quod ſemper ejus doctri-
nam omnis Catholica Chriſti Eccleſia, Univerſales
Synodi, Sanctique Patres fuerint ſequuti: Quòd om-
nium fidelium, & Eccleſiarum, diſponente Domino,
exiſtat Magiſtra. Quæ ſanè dici non poſſunt, niſi de
doctrina planè infallibili. Praxim, & uſum Eccle-
ſiæ pro eadem Pontificis infallibilitate independenter
à Concilio, adducunt Lombardus *de infallibil. Pont.*
29 §. 4. Raynaud. *in Cor. v. 7.* Hic ſolùm adducendus
eſt uſus multorum Pontificum, qui abſque convoca-
tione Concilii Generalis, ſuborto aliquo circa fidem
dubio, ſtatuerunt, quid credendum eſſet, & quæ illi
ſtatuerunt, habita ſunt certa ex fide, eo ipſo tan-
tùm quòd definita erant à Sede Apoſtolica. Sic
Quartodecimani, habiti ſunt Hæretici, quia ita de-
finierat Victor Pontifex, abſque interventu Concilii
Generalis, Euſeb. *libr. 5. capit. 2. 3. & 24. Epiphan.*
hær. 50. ſic abſque Concilio S. Cornelius ſolus, da-
mnavit Hæreſim Novatianam, Euſeb. *libr. 6. capitul.*
33. Anabaptiſmum ab Afris inductum, & S. Cypria-
no quandoque probatum, Stephanus Papa damnavit,
abſque Concilio, S. Auguſtinus *libr. 3. de Bapt. cap.*
23. & 2. retract. capit. 50. Hæreſis Joviniani abſque
Concilio, damnata eſt Romæ à Syricio Papa, S.
Proſp. Carm. *de ingrat.* Hjeronym. *lib. 4. in Hjerem.*
Hæreſis Monothelitarum, & Ecthesis Heraclii, da-
mnata eſt à Severino Papa, Baron. *ad annum* 639. Pe-
lagianos nullum Generale Concilium damnavit, & ta-
men ex quo Hæreſeos notati ſunt ab Innocentio I. &
Zoſimo, omnes Catholici pro Hæreticis eos habue-
runt, quòd itidem de Semipelagianis dicendum eſt,
ſola Pontificum Romanorum auctoritate recenſitis
inter Hæreticos, S. Auguſt. *2. retract. capit. 50. &*
ſer. 2. de verb. Apoſtol. Berengarii Umbraticen. Eu-
chariſtiam, S. Leo IX. & Nicolaus II. abſque Ge-
nerali Concilio proſcripſerunt, tamquàm Hæreticam;
& talis ſemper deinceps audivit. Petri Abaelardi er-
rores Innocent. II. & Gilberti Porretani Eugenius
III. abſque Generali Concilio damnarunt. Animas
planè purgatas illicò videre Deum, non expectato die
Judicii, Benedictus XII. ſine Generali Concilio, tam-
quàm ex fide certa pronunciavit. Sixtus IV. contra
Petrum Oxumenſem: S. Pius V. & Gregorius XIII.
contra Michaelem Bajum, & ut alia omittam, propo-
ſitiones Janſenii, in eo ſenſu, quem verba exhibent,
ab Innocentio X. & Alexandro VII. damnatæ ſunt, ut
Hæreticæ, & ut tales à Gallia proſcriptæ.

Scio ab aliquibus admitti definitiones Pontificis in
30 cauſa fidei ex Cathedra latas, etiam extra Generale
Concilium, eſſe de fide tenendas; ſed non ante Ec-
cleſiæ acceptationem, quæ eſt columna, & firma-
mentum veritatis, Andreas Duvall. *par. 2. quæſt. 1.*
tract. de Pontif. Sed inanis eſt iſta imaginatio. Nam
definitiones fidei, non egent receptione fidelium. Ete-
nim ſi lex humana, per politicam poteſtatem à popu-
lo radicaliter oriundam, lata, ſi ſit rationalis, & ju-
ſta, non eget acceptatione populorum, alioqui po-
teſtas legiſlativa non eſſet efficax, & indigna nomi-
ne poteſtatis. Quis enim eſt verè Dominus, ſi pen-
deat à voluntate ſervi, cui aliquid mandat; itaut ſi
ipſe detrectat imperium, caſſa ſint juſſa? Quantò
minùs ergo poteſtas definiendi, quæ ad fidem per-
tinent, cùm nullo modo derivetur à fidelibus, quos
ligat, ſed à ſolo Chriſto, dici poterit, pendere ab
acceptatione fidelium? Quid, quòd definitiones Pon-
tificis in cauſa fidei acceptantur à Populo tamquàm
credendæ fide divina; ſupponuntur ergo antè acce-
ptationem, pertinere ad fidem. Admitto autem eſ-
ſe Eccleſiam Columnam, & Firmamentum Verita-
tis; ſed hoc habet per ſuum Caput, cui Chriſtus
tradendæ ſemper veritatis prærogativam contulit,
quandiù, ut Caput, ſivè ex Cathedra docet, & ad-
versùs Eccleſiam, ut ei Capiti innitentem, & ejus
ductum ex Chriſti præſcripto ſequentem, numquàm
Portæ Inferi, Hæreſes nimirùm, & errores prævale-
bunt. Videatur Eug. Lomb. ſivè Card. Sfondrat. *de In-*
fall. Pont. §. 6. nu. 6. & Raynaudus *cit. p. 5.*

Ex his autem habetur, Pontificis Romani eſſe, alio-
rum Antiſtitum, etiam in Conciliis adunatorum, ju- 31
dicia, alioqui non rarò vacillatura, firmare, exequen-
do illud Chriſti juſſum ad Petrum: *Rogavi pro te,*
ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus
confirma fratres tuos. Cùm enim Chriſtus pro ſolo
S. Petro, quatenùs Pontifice, atque adeò, etiam pro
ejus Succeſſoribus, ad eum modum oraverit, non pro
Concilio; ut certi ſimus fidem Conciliorum non nu-
tare, neceſſarium eſt, confirmationem Pontificiam
illis accedere, quantumvis legitimè congregata, &
adſint Legati ipſius Pontificis; niſi procedant ex in-
ſtructione à Pontifice antecedenter data Legatis,
eamque adamuſſim ſequantur, quæ eſſet anticipata
confirmatio; Nam his quoque ceſſantibus, Conci-
lium ex ſe ſpectatum, errare poterit; Sic *Ariminen-*
ſis cui, & Legati Apoſtolici interfuere, expuncta vo-
ce *conſubſtantiali*, filium Patri ſimilem dixit: Sic
Synodus Quiniſexta, cui, teſte *Balſamone*, Legati
Apoſtolici interfuere, erravit quoad cælibatum Sacer-
dotum, & Sabbati jejunium, *Can. 13. & 15.* Sic *Sy-*
nodus 2. Epheſina præſidentibus Legatis Apoſtolicis,
Euthichetem abſolvit, Flavianum, alioſque Catholi-
cos damnavit. Erravit etiam *Baſileenſe Concilium*,
aliaque permulta apud Eugen. Lombard. *de ſuperiori-*
tate Pap. §. 10. quia Pontifex non poteſt Legatis com-
mittere perſonale privilegium ſuæ in fide indefecti-
bilitatis, ut notavit Caſtro *l. 1. de juſt. hæret. punit.*
cap. 6. Neque infallibilitati Concilii patrocinatur mu-
nus judicum, quod in eo obeunt Epiſcopi. Quam-
vis enim verum ſit, Epiſcopos in Generali Conci-
lio eſſe Judices, ut admittit Canus *l. 5. capit. 5. qu.*
2. & Bellarm. *libr. 1. de Conc. capit. 19.* Nec Epiſco-
pi cenſendi ſint in Concilio merè Conſiliarii, quales
ſunt privati Doctores; attamen non idcircò ſunt infal-
libiles, quia non ſunt Judices Supremi, ſed ſe ha-
bent tantùm, ut Judices inferiores, nec poſſunt obli-
gare fideles ad præſtandum aſſenſum fidei ſuis defi-
nitionibus, donec accedat confirmatio Pontificis: pro-
pterèa ipſa Concilia etiam Generalia, hanc ſuam ex
ſcriptis defectibilitatem, & confirmationis Pontificiæ
neceſſitatem, profeſſa videntur, cùm petierunt ſua
decreta firmari Pontificibus. Præivit exemplo in hac 32
parte *Synodus 1. Nicena:* quæ non cenſuit, ſuas
definitiones ratas fore, niſi adſcriptione Romani
Pontificis firmarentur, fatentibus Patribus, id ſe
poſſe te, *ut regula ipſorum fixos poſſet habere ter-*
minos: hoc eſt, ut eorum definitio rata eſſet, & fi-
deles ad credendum obligaret, ut conſtat ex *Concil.*
Rom. ſub Silveſtro tom. 1. Conc. & ex epiſt. Sy-
nod. ejuſdem Concilii, S. Leo etiam petitam *à Conci-*
lio Chalcedonenſi act. 3. confirmationem conceſſit, ſcri-
bens ad Marcianum; Benedictus III. idem fecit circa
Rehemenſe Concilium. Plurima alia exempla adducit
Turrianus *lib. 2. ſupra Magdeb. c. 5.* Agnovit id etiam
Photius *ſcribens ad Nicolaum I.* cui fatetur *convenire,*
auctoritatem tribuere Synodicæ ſententiæ. Synodum Tri-
dentinam hanc confirmationem expetiiſſe videmus,
nec antè eam obtentam, robur habuiſſe; meritò proin-
dè Gelaſius *Epiſt. ad Epiſcopos Dard. Quotquot Con-*
cilia hoc munimine caruerunt, fuiſſe vacua auctorita-
tis, apertiſſimè conteſtatus eſt. Et Pelagius II. *ep. ad*
Synod. Conſtantinop. Nulla, inquit, *umquam Syno-*
dus rata legitur, quæ Apoſtolica auctoritate non fue-
rit fulta. Et de hac Concilii infallibilitate, tantùm
poſt confirmationem à Pontifice appoſitam, legendi
ſunt Stapletonius *libr. 7. de princip. capit. 10.* Bellar.
lib.

Digitized by Google

lib. 2. de Conc. cap. 11. Maldetus *diſp. 3. de Conc. dub.* 1. & Valent. 2. 2. *diſp. 1. quæſt. 1. part. 7. paragrapho* 45. Profectò illud cauſæ eſt, ut quatuor Conſtantinopolitana Concilia, primumque Epheſinum, tamquam Evangelia habeantur; Ariminenſe verò 600. Epiſcoporum, Epheſinum ſecundum frequentiſſimum cum Dioſcoro, Conſtantinopolitanum alterum 300. Pontificum, cum Leone Imperatore, non habeantur certa quia Conciliorum robur ab illo eſt, pro quo rogavit Chriſtus, ne deficeret fides ejus, qui fratres ſuos poſset in fide firmare.

Quibus rebus expoſitis, facilè intelligitur, ſubje-
33 ctum immediatum ſupremæ in Eccleſia Poteſtatis, non eſse Eccleſiam in Concilio congregatam; Sed ipſum Romanum Pontificem, ſicque patet, juxtà *Dupini* ipſius regulam Pontificis ſuprà Concilium eminere poteſtatem. Enimverò, ex ſcriptura, & Patribus adductis vidimus, apicem poteſtatis à Chriſto in Papam collatum eſse, non in Concilium: Petro enim, ejuſque ſucceſsoribus dictum eſt: *Super te ædificabo Eccleſiam meam, Tibi dabo Claves Regni Cœlorum. Si amas me, paſce Oves meas, Confirma Fratres tuos.* Numquam autem, aut in ſcriptura, aut in Patribus invenies Petrum ædificari ſuper Eccleſiam, Claves Eccleſiæ committi Petro, Petrum paſcendum, aut docendum Eccleſiæ commendari; Qui ergo dicunt, Concilium eſt ſupra Papam, idem dicunt ac, Oves ſunt ſupra Paſtorem, Diſcipuli ſupra Magiſtrum, & fundamentum geſtatur à Domo. Meritò ergo Doctrinam hanc, ab Evangelica veritate, & Sanctorum Patrum doctrinæ alienam, dixit Turrecremata *lib. 2. de Eccleſia cap.* 100. errorem intolerabilem Cajetanus *tr. de auct. Papæ cap.* 5. Hæreticam intuit, S. Antoninus *in ſumm. 3. p. tit. 23. cap.* 17. errorem in fide, Fagnan. *cap. ſignificaſti de Elect. numer.* 28. nec poſse excuſari à temeritate inobedientiæ affirmat Duvallius *part. 4. quæſt. 7. in fine.* Ex quibus deſumi poſsunt aliæ rationes ſolidiſſimæ, deductæ ex perfectione ſtatus Monarchici, qua utitur S. Th. *lib. 4. contra Gent. cap.* 76. S. Athanaſ. *orat. contra Gentes*, & præcipuè Sandetus *lib. 5. de viſib. Monarchia cap.* 5. ex titulis Rom. Pontificis, nempè Vicarius Chriſti, Univerſalis Eccleſiæ Caput, ex quibus eſse ſupra Concilium, benè deducunt, Eugenius Lombard. *cit. paragrapho* 9. Raynaud. *cor. aur. Virt.* 5. Duvall. *de comp. poteſt. Papæ, & Conc. quæſt.* 7. Illa etiam efficax eſt, deducta ex verbis Chriſti, *Paſce Oves meas.* Nam Epiſcopi in Concilio Univerſali, aut ſunt Oves Chriſti, aut Ovile Chriſti, aut Paſtor Univerſalis Eccleſiæ: non Paſtor, nam quomodo unus Paſtor, tot Paſtores? quomodo omnes Oves Chriſti traditæ ſunt Petro, ſi tot ſunt ipſi antepoſitæ? Et quando nam data eſt illis in Evangelio talis poteſtas paſcendi Petrum, ejuſque ſucceſsores? Si autem Oves, aut Ovile Chriſti ſunt, debent ergo Pontificem totius Ovilis Paſtorem Generalem agnoſcere pro Capite; atque ideò illi ſubjici: Niſi dicant, ſe Oves eſse ſine Paſtore, & conſequenter nec Chriſti; hic enim ſi Ovibus ſuis Paſtorem dedit: *Petre amas me? Paſce oves meas*, Ut Bernardus *loc. ſup. cit. & Innoc. cap. ſolitæ de majorit. & obedien.* evidentiſſimè argumentantur.

At dices Petro fuiſse commiſsas Oves ſigillatim
34 ſumptas, non verò collectas; & Pontificem eſse ſuper omnes Epiſcopos ſeparatim, non verò ſuper omnes collectim, & in Concilio congregatos. Verùm diſtinctio iſthæc, cui unicè Dupin. Natal. Alexand. & alii poſt Almainum inſiſtunt, ad eludendam definitionem *Synodi Florentinæ in lit. Union. Definimus Sanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in Univerſum Orbem tenere Primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, & Magiſtrum, & ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi Univerſalem Eccleſiam à Domino Noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe;* Nedum ullo ſcripturæ textui nititur, imò ſcripturæ, & rationi manifeſtè repugnat. Etenim cùm Chriſtus Petro commiſit Oves, exhibuit tum effectu Petro, quod anteà promiſerat, *Matth.* 18. Ibi autem promiſit ſupra Petrum ædificaturum non has, aut illas Eccleſias ſeparatim ſumptas, ſed totam Eccleſiam: *Eccleſiam meam* inquit, ſcilicèt univerſalem Eccleſiam, ut in prædicta definitione *Florent.* ubi Summo Pontifici plena poteſtas, non in omnes Eccleſias particulares, ſed in Eccleſiam univerſalem, hoc eſt, etiam in unum Collectam; hæc enim propriè vocatur Eccleſia Univerſalis. Deindè Paſtoris munus eſt Ovibus, non ſolùm diſperſis, vagiſque, ſed præſertim collectis imperare, ipſumvè Gregem in cuſtodiam accipere: & profectò ridiculus eſſet Petri Primatus ſuper cæteros Epiſcopos, non minùs quàm ridiculus Imperator, cui ſinguli tantùm Milites, non exercitus pareat: Ridiculus Magiſter, qui ſingulos Diſcipulos, non omnes docendi habeat poteſtatem: Monſtruoſum, & ridiculum Caput, non unitis membris præfectum, ſed ſeparatis tantùm, diviſiſque; Deindè ut arguit S. Thomas *lib. 4.* contra *Gentes cap.* 76. Sicut in uno ſpirituali populo unius Eccleſiæ, requiritur unus Epiſcopus, qui ſit totius Populi caput; ita in toto populo Chriſtiano requiritur, quòd unus ſit totius Eccleſiæ caput; & nullus eſt, qui dicat, Epiſcopos ſingulis ſuæ Diœceſis Sacerdotibus majores eſſe, ſed non omnibus Congregatis, & ita Synodo Diœceſanæ ſubeſſe; Ergo nec Papa Concilio ſubeſt, ſed & ſingulis, & omnibus Congregatis præeſt. Hinc S. Leo *ſer. 17. de aſſump. ſua*: *De toto*, inquit, *mundo unus Petrus eligitur, qui, & univerſarum Gentium Vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur, ut quamvis in populo Dei, multi ſint Sacerdotes, multique Paſtores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos Principaliter, regit & Chriſtus; Omnes ergo*, Leone teſte, *Sacerdotes, & Paſtores, quos principaliter regit Chriſtus, propriè regit Petrus:* atqui omnes, ſigillatim, & unitos etiam in Concilio, *principaliter* regit Chriſtus; Igitur omnes ſimul, & ſigillatim *propriè regit Petrus.* Huc ſpectat illud *Bernardi cit. Abſolutè, & indiſcretè tota commiſſæ ſunt Oves: Si me amas, Petre, paſce oves meas. Quas, illius, vel iſtius populos, Civitatis, aut Regionis, aut certi Regni? Oves meas inquit, cui non planum, non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſse omnes. Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil*: Hac eadem *Bernardi* ratione dicendum omnes, tàm collectivè, quàm ſigillatim: *Oves meas*, inquit: *Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil.* Patet ergo Adverſarios, Scripturæ, & PP. germanum ſenſum, non poſſe declinare, niſi miſerè, & in alios ſenſus torqueant, apponendo diſtinctionem planè voluntariam; quam optimè oppugnant Eugen. Lombardus *paragrapho* 4. & Joſeph Maria Perrimezzi, *ex Minimis merito aſſumptus ad Eccleſiam Ravellen, & Scalen, & deindè ad Epiſcopatum Oppidenſem, vir literis, & pietate fulgens, Amicus noſter, tom. 1. diſc.* 3.

Altera verò ratio, quam urgent Sfondrat. *Reg. ſl.*
Sacerd. paragrapho 7. & 8. Duvallius, *quæſt. ult.*, 35
validiſſima eſt. Ex eo quòd fas eſt, à quibuſvis Judicibus Eccleſiaſticis, etiam Concilio Generali, appellare ad Romanum Pontificem; Hic ergo illo major eſt; ab ejus autem Eccleſiaſtico judicio nulla appellatio patet: nulli ergo, nec Generali Concilio ſubeſt: Enim verò, non dari appellationem à Summo Pontifice ad Concilium, fusè firmavimus *ſupra Conſtitut. hujus Papæ* 5. A Concilio verò Univerſali ad Papam appellari, habetur ex titulo ſupremi Capitis Eccleſiæ; & ex eo quòd Pontifex dictus ſit Portus fidei, quem videlicèt poſſint ſubire Fideles, qui ab aliis, etiam Conciliis malè gravantur; uti factum eſt à S. Athanaſio, injuſtè oppreſſo ab Orientalibus Epiſcopis teſte Sozomeno *lib. 3. cap.* 7. S. Chryſoſtomum ad ſe provocante, ſedi ſuæ reſtitutum voluit *Innocentius I.* Ignatius Conſtantinopolitanus Nicolaum I. appellavit. S. Flavianus, & Theodoretus Cyrenſis S. Leonem. Meritòque Gelaſius I. conteſtatus eſt *Ep. 13. A Sede Apoſtolica ad nullum ſupereſſe appellationem, ſicut ab*

omni-

omnibus patet ad eam appellatio . Conſonant *Canon. Ipſi ſunt 9. quæſt. 3.* *Canon. Patet eadem* , *&c.* Explicitiſſimè idem traditur *Can. 4. Sardicenſis Concilii & Can. 18. Synod. Nicæn.* S. Leo *Ep. 32. ad Theodoſium* , *& 78. ad Epiſcopos Galliæ* , *& Gregorius IV. in Epiſt. ad omnes Pontif.* Sixtus *Papa Can. Si quis 2. qu. 6.* Marcellus *in cap. ad Roman. 6. cap. 2. quæſt. 2.* Zephirinus *Can. ad Roman. 8. cap. 2. quæſt. 6.* Julius *in cap. Ideò 2. quæſt. 6.* Vigilius *Ep. ad Eleuther.* quæ habetur *Can. qui ſe ſcit 2. qu. 6.* Nicolaus *in cap. arguta 2. quæſt. 6.* Ex quibus S. Bernardus *lib. 3. de Conſid. cap. 3. Appellatur* , inquit , *de toto Mundo ad Te* , *id quidem in teſtimonium ſingularis primatus tui* . De hoc jure videndi præſertim Chriſtianus Lupus *de Appel. contra Exceptiones Petri de Marca* , *& Auctor Cathedr. Sedis Apoſtol.* contra Dupin. Nec obſtant Ca-

36 nones *Concil. Milevitani* , *& Concil. VI. Carthagin.* de quibus latè Turrian. *lib. 3. cap. 25.* Sed res paucis expediri poteſt, dicendo, ea Concilia noluiſſe Jus appellandi Pontificem , aut negare , aut tollere, quod ſcirent in primatu fundatum , uſuque totius Orbis confirmatum eſſe ; tantùmque voluiſſe , ut Cauſæ procul poſitorum, non tractarentur Romæ; ſed à Pontifice, cùm ad eum eſſet provocatum, committerentur diſcutiendæ in Provinciis , ubi nota erat difficultas, ne quis error obreperet Pontifici, ut in cauſa cujuſdam Apiarii contigiſſe dolebant Africani Patres . Clariſſimè id oſtendunt *ex Epiſt. Concilii Afric. ad Bonif. & Cæleſtinum Pontifices* , & ex *Epiſt.* S. Auguſtini 261. Lupus *de Appellat. Afric.* & Cardinalis de Noris *in Hiſtor. Pelag. cap. 17.* ubi duplex cauſarum genus diſtin-

37 guendum cenſet . Unum quod ad fidei dogmata ſpectat , alterum quod ad Eccleſiaſticam politiam pertinet , oſtenditque numquam Africanos in Cauſis fidei appellationem ad Romanam Sedem vetitam voluiſſe , imò illam quamlibentiſſimè admiſiſſe; idque exemplo Cœleſtii appellantis oſtendit : & ex S. Auguſtino; nam cum Pelagius, ac Cœleſtinus Carthagine, ac Milevi damnati fuiſſent *An. 416.* ſcribit S. Auguſtinus ad Hilarium : *Novam quadam hæreſis inimica gratia Chriſti conatur exurgere* , *ſed nondum evidenter ab Eccleſia ſuperata eſt* . Quia nimirum, nondum Innocentii reſcriptum Africana Concilia receperant ; at cum Innocentius ratum habuiſſet Africanorum Decretum, Auguſtinus *ſer. 2. de Verb. Apoſt.* ait : *Jam enim de hac cauſa duo Concilia miſſa ſunt ad Sedem Apoſtolicam* , *inde etiam reſcripta venerunt; cauſa finita eſt*. Finitam cauſam dixit , quod nullus appellationi aditus pateret , poſtrema ſententia à Romana Sede promulgata, qua nimirùm Pelagiana hæreſis , evidenter ab Eccleſia ſuperata eſt . Epiſcopos item Africanos in Cauſis etiam Eccleſiaſticæ politiæ , Romanam Sedem appellaſſe tradit diſertè S. Auguſtinus *Epiſtol. 163. & Epiſt. 261.* Inferiorum ergo Clericorum Cauſas , in Africa ultimò terminandas contendebant Africani Patres, ob rationem ſuperiùs adductam ; quia in cauſis politicis, quæ regimen Eccleſiaſticum ſpectant, ad pleniorem earumdem intelligentiam aſſequendam, teſtes plurimi requiruntur , qui cùm ad longinqua difficulter peregrinari poſſint , indè proſequendæ extrà provinciam appellationis difficultas emergit. At in cauſis fidei, Romani Pontifices, non hominum, ſed Sacrarum Litterarum teſtimonia conſulunt . Unde de quibuſcumque rebus ad fidei Dogmata pertinentibus , licèt in Provinciis per Synodos diſcuſſis , integrum judicium Romano Pontifici reſervatur. Huc omnia jura, Patrumque auctoritates pertinent ; quarum ſumma hæc eſt : Papa judicari à nullo mortalium poteſt : Ejus cauſæ divino tantùm judicio reſervantur : Ad illum ab omnibus, ab illo ad neminem appellari poteſt : Majores cauſæ illius tantùm ſententia finiendæ ſunt . Ita Patres *Conc. Rom. ſub Silveſtro* ; *Conc. Nicæni can. 39. Conc. Sinueſſani* , *Conc. Rom. ſub Symmacho* , *Synodi Rom. ſub* S. Leone III. *Synodi* 8. *Generalis canon. 21. Lateran. ſub* Leone X. *ſeſſ.* 8. Anacletus *Epiſtol. 1.* Julius *Ep. 1.* S. Bonifacius Martyr. *cap. ſi Papa diſt. 40.* Gelaſius *can. Nemo* , *& can. Cuncta 9. quæſt. 3. Symmachus apud Ennodium* , *Nicolaus ad Michaelem Imp. Paſchalis II. in Ep. ad Archiep.* Panormit. Cyrillus *theſ. lib. 2.* Cyprianus *lib. 1. Ep. 3.* Stephanus Archiep *in Ep. ad Damaſ.* Damaſus *in Epiſt. ad Epiſcop. Illiriæ* S. Athanaſius *Epiſt. ad. Felicem II. Iſidorus Hiſp.* Auguſtinus Triumphus *de poteſt. qu. 7. cap. 1.* S. Joannes Capiſt. *lib. de auctoritat. Pap.* S. Bernardus *Epiſt.* 113. *& lib. 3. de Conſid. capit. 2.* S. Tho. *in 4. d. 19. 2. 2. quæſt. 2. art. 3.* S. Antoninus *t. 22. part. 3. cap. 6. paragrapho* 19. S. Bonaventura *in 4. diſt.* 19. Alenſis *par. 3. quæſt. 40. membr. 2.* S. Bernard. Senenſis *in Mariali par. 3. ſer. 3.* Teſtimonia item innumera, quibus Concilia Generalia ſe Pontifici ſubmittunt , refert Sfondrat. *Regal. Sacerd. paragrapho 5.* Porrò quæ contra Adverſarii objectant, tam pauca, & tam levia ſunt , tamque evidenter contrita , & ſoluta à Cardin. Sfondrat. *in Gallia Vindic. & in Regal. Sacerd.* Bellarmin. *lib. 2. de Concil.* & aliis , ut pigeat ea iterum in medium afferre, ac lectorem in hoc commentario amplius detinere , & prolixius illud facere , ne impediamur in opere tam prægrandi, ad tot Conſtitutiones pertinenti, progreſſus opportunos facere.

CONSTITUTIO XI.

PII SECUNDI.

incipiens (*Ineffabilis.*)

EPITOME BULLÆ.

PIUS EPISCOPUS , *&c.*

PRohibet , ne Fratres Prædicatores , & Minores diſputent ſuper quæſtione , an Sanguis Chriſti Domini in Paſſione effuſus , in triduo mortis fuerit , vel non , à Verbo Divino diviſus, neve aſſerant alterutram ſententiam eſſe Hæreticam , & peccatum ; idque donec per Sedem Apoſtolicam fuiſſet definitum.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Quæſtio de Sanguine Chriſti in triduo parùm ab antiquis Scholaſticis tractata , celebris reddita eſt ex diſſidio inter Dominicanos , & Minoritas .*

2 *Beatus Jacobus de Marchia , Sanctitate , & Doctrina celebris , aſſeruit , Sanguinem Chriſti in triduo fuiſſe à Divinitate diviſum.*

3 *Diſputatio ſuper prædicta propoſitione coram Pio II. & præſens Conſtitutio , ne diſſentientes cenſuris ſe ſe invicem afficiant .*

4 *Statuitur pœna excommunicationis Pontifici reſervata, & privationis vocis contra transgredientes .*

5 *Subiiciuntur inobedientes pœnis etiam arbitrariis Summo Pontifici. Et quid ſi quis teneret , non eſſe prædicta Conſtitutioni obediendum?*

6 *Prædicta propoſitio Beati Jacobi cenſebatur damnata à Clemente VI. quod inveriſimile oſtenditur.*

7 *Per multa Brevia Pii II. B. Jacobus declaratur Catholicus, & non ſuſpectus.*

8 *Schedula ejuſdem B. Jacobi , & quare dipingitur cum calice?*

9 *Neque Succeſſor Pii II. ſtatuit quidquam contra prædictam propoſitionem.*

10 *Exponitur ſententia Minoritarum cum ſuis fundamentis.*

11 *Sententia Dominicanorum.*

12 *Limitatio prædictæ ſententiæ.*

13 *Limi-*

Digitized by Google

23 *Limitant eamdem Salmaticenſes.*
14 *Neutra ex dictis opinionibus eſt cenſuranda, & amplectenda, qualis ſit apud Theologos videndum.*

NOn adeò neceſſaria, ac relevans vetuſtioribus
1 Scholaſticis viſa fuit quæſtio, an Sanguis Chri-
ſti in paſſione effuſus manſerit, vel ne Verbo unitus;
vel potiùs diviſus, ac ſeparatus; eam namque, vel
ſtrictiùs tetigerunt, vel omiſerunt, ſilentio involuen-
do. Celebris tamen evaſit ratione ſuborti diſſidii in-
ter Dominicanos, & Fratres Minores. Cùm enim Ja-
cobus de Marchia nuncupatus, Minorita, Sanctitate,
& Chriſtiano zelo notus, inter Beatos adſcriptus, cu-
jus Corpus religiosè ſervatur in Eccleſia Sanctæ Ma-
riæ Novæ dictorum Minorum in Civitate Neapolis,
aſſeruiſſet (dum Brixiæ Sacras ad Populum Conciones
2 haberet) Sanguinem Chriſti effuſum, à Divinitate
fuiſſe diviſum; huic propoſitioni ſe oppoſuit Domini-
canorum Sententia, quorum quidam Fr. Baptiſta eam
Jacobi propoſitionem veluti hæreticam prædicavit, ac
de ea ab Inquiſitore Brixiæ, per Epiſtolam, & in ju-
dicio monitus fuit Jacobus, ut dictam Sententiam re-
tractaret, à Clemente VI. ut ſupponebatur, conde-
mnatam. Ex quo maxima exarſit concertatio inter So-
dales utriuſque Religionis, itaut re delata ad Epiſco-
pum Brixienſem, ac deinde ad Sedem Apoſtolicam
(ut moris eſt, ac poteſtatis ejus, hujuſmodi Dogma-
ta definire) partes ſententiæ Minoritarum propugnan-
3 dæ egit P. Franciſcus Saonenſis, & illius Prædicatorum
P. Gabriel Catalonus, ambo in Philoſophia, ac Theo-
logia peritiſſimi; quorum diſputatione habita coram
Pio II. & Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ipſe
Pontifex ſtatuit, nihil definiendo pro tunc, ne in po-
ſterum dicti Religioſi alterutram ſententiam uti hære-
ticam cenſerent, donec per Sedem Apoſtolicam fuerit
deciſum quid de fide ſentiendum. Quod cùm decreto
ſtatuiſſet, deindè *hanc Conſtitutionem* edidit ſuper præ-
dictis; ut tolleretur magis occaſio diſſenſionibus, &
ſcandalo ob eas exorto; cùm variis invicem cenſuris,
& clamoribus ſe ſe urgerent utriuſque Sententiæ Aſſe-
clæ: appoſita in dicta Conſtitutione pœna contra tranſ-
4 greſſores, ac modeſto ſilentio non uſos. Excommuni-
cationis latæ ſententiæ Papæ reſervatæ; & privationis
vocis, ut in dicta *Conſtitutione edita Ancona Kalen-
dis Auguſti An.* 1464. De qua diſputatione coram Pio
ſecuta, ac de aliis tempore dictæ Conſtitutionis agit,
& de ſequentibus Spond. *An.* 1462. Gobel. *lib.* 11.
Comment. qui refert omnia pro utraque parte diſcepta-
ta, Dermitius *in Nitela Franciſcan. pag.* 463. Ultra
dictam Excommunicationem ſubduntur inobſervantes
pœnis arbitrariis Summo Pontifici, attenta Sanctione
generali *in paragrapho 6. hujus Bullæ*, Cherub. *ad*
5 *hanc Bullam ſchol.* 2. Martinus Laurentius *de Privile-
giis quæſt.* 18. Si tamen has Papæ literas quis contem-
pſerit, credens, aut tenens, obediendum eis non eſ-
ſe, tunc hæreticus cenſetur, Cherub. *cit.* Decian. *tr.
criminal. cap.* 15. *lib.* 5. Farinac. *quæſt.* 184. *num.* 10.
poſt medium ex Repertor. Inquiſitorum.
Cenſura hæreſis, qua inuri debere cenſebatur pro-
6 poſitio illa, quòd Sanguis Chriſti effuſus diviſus fuit,
ac ſeparatus à Verbo, & Divinitate, profluere viſa
fuit, ex eo, quòd talis ſententia condemnata putaba-
tur *per Clem. Papam VI.* ad inſtantiam Nicolai Roſ-
ſelli in Aragoniæ, & Cataloniæ Regnis Inquiſitoris,
uti erronea, & hæretica (retenta jam à *Mairone ſcri-
bente*) & ſtante dicta condemnatione, de fide veram
contrariam eſſe, nempè fuiſſe Sanguinem in triduo u-
nitum Verbo, dixerunt Eymer. *direct. par.* 2. *qu.* 10.
Pegna *comment.* 35. *in cap.* 10. *direct.* Bzovius *ad an.*
1322. Verùm non conſtat de dicta damnatione Cle-
mentina, nec eſt veriſimilis, ut probat Dermitius *in
Nitela Franciſcana pag.* 451. & aſſerunt hoc idem ip-
ſius ſententiæ Oppugnatores Vaſquez. 3. *par. diſp.* 36.
Suarez *t.* 2. *in* 3. *par. diſp.* 47. *&* *Pius II.* in tali quæ-
ſtione non ſtatuiſſet id, quod egit in præſenti, ut non
valeat alterutra opinio cenſura hæreticali affici, ſi uti
hæretica jam fuiſſet condemnata. Imò in aliis Brevi-
bus ejuſdem *Pii*, nempe uno ſub anno Pontificatus V. 7
ſcripſit, dictum Jacobum Picenum, ſeu Marchiæ, qui
talem doctrinam prædicaverat, eſſe Catholicum, &
non ſuſpectum de fide. In ſecundo eodem anno dixit,
eam Sententiam à Sede Apoſtolica non eſſe definitam,
proindè Jacobum non poſſe cenſeri Hæreticum, & ſu-
ſpectum de fide. In tertio eodem anno ſcribens ad om-
nes Fratres Minores, dixit, Jacobum eſſe Catholicum,
& non ſuſpectum. In quarto an. 6. Pontificatus, di-
xit, ſe non definiviſſe, nec authenticare voluiſſe, præ-
ceptum Barcinone factum tempore *Clem. VI.* & licèt
hoc Breve non videatur originale, eſt tamen antiquum.
Ex quibus videri poteſt, *Pium II.* non ſolùm noluiſſe
definire, ſed reliquiſſe, ut poſſent Minores propriam
opinionem tenere, dummodò contrariam non urgeant
uti falſam, & hæreticam, ut refert, P. Angelus Roc-
ca *jam Sacriſta Sacrar. Apoſtolici Epiſcopus Tagaſten.
tom.* 1. *ejus operum, noviter anno* 1719. *impreſſorum
in Urbe tract. de Sanguine a Chriſto Domino in reſur-
rectione reaſſumpto pag.* 245. ubi refert ulterius, fuiſ-
ſe repertam Schedulam manu B. Jacobi conſcriptam, 8
ubi dictam ſuam Cauſam commiſſam fuiſſe duobus Car-
dinalibus Protectoribus Ordinum prædictorum, ac tan-
dem proceſſum factum Barcinone inventum fuiſſe fal-
ſum & Inquiſitorem Brixiæ fuiſſe condemnatum, ut
à B. Jacobo veniam peteret prout actum fuit. Addit-
que *Rocca* poſt prætenſam condemnationem Clementi-
nam, fuiſſe ſententiam illam etiam retentam à Sixto
IV. *in lib. de Sanguine Chriſti ab eo edito, vel ante
Cardinalatum, vel poſt, libro eo Clementi VI. vel Pau-
lo II. dedicato*, quod non feciſſet, ſi revera fuiſſet con-
demnata. Et Alphon. Toſtat. in Iſpaniam poſt tempo-
ra *Clem. VI.* Epiſcopus Abulenſis defendit eam opinio-
nem, ac Gabriel Biel. *in explicatione Canonis Miſſæ
poſt Pium II. & in Vita B. Jacobi Sixto V. dedicata*,
in qua apertè narratur Victoria B. Jacobi, & in ſi-
gnum hujus dipingitur cum Calice in manu, prout in
præſenti; Ipſeque multis miraculis claruit in vita, &
poſt mortem, ut proſequitur *cit.* Rocca. Aliqui dixe-
runt, quòd, ſi non Anteceſſor, ſaltem *ſucceſſor Pii II.* 9
hunc articulum definiverit; Sed hoc minimè verum pu-
tat Cherub. *ad hanc Bullam ſch.* 1. dicens, minimè ve-
rum eſſe, quia Genitor ejus in collectione Bullarum
nullum Sanctorum Pontificum Diploma deſuper ema-
natum poſuit, nec habere potuit, etiamſi non medio-
criter Pontificias Conſtitutiones exquirere procuraverit,
& ita etiam dixit Franciſcus Collius, *Colleg. Ambro-
ſian. Doctor in tract. de Sanguine Chriſti l.* 5. *diſp.* 4.
cap. 2. *in fine.*
Sententiam igitur illam, quòd Sanguis Chriſti Do-
mini effuſus, fuerit diviſus à Verbo, & proindè illum 10
in Terris remanſum Divinitatis fuiſſe expertem, & ab-
ſolutum latriæ cultum non mereri, ut dixi, tenuit
Mairon. *in* 4. *diſt.* 43. *qu.* 1. ac ſequuti fuere Gabriel.
lect. 53. *in Can.* Riccard. *in* 3. *diſt.* 2. *numer.* 2. *q.*
1. *ad ſecundum Robertus de Licio ſer.* 7. *P. Franciſcus
de Ruvere, Sixtus deindè Papa IV. cit. lib. de Chriſti
Sanguine*, qui refert, eumdem fuiſſe ſenſum Acade-
miæ Pariſienſis, aliique latè apud Dermitium *cit. in
Nitela Franciſcana*; & nituntur, quod ſicut verum
fuit, in triduo mortis ob Communicationem idioma-
tum, aſſerere de Deo, deſcendiſſe ad Inferos, & fuiſ-
ſe ſepultum, quia Anima verbo unita deſcendit ad In-
feros, & corpus Verbo unitum Sepulturæ datum eſt;
ita ſi ſanguis effuſus manſiſſet in triduo mortis unitus
Verbo, licuiſſet dicere, Deum eſſe in Cruce, in qua
Sanguis aliquis remanſit, vel effuſum ſuper Terram ja-
cuiſſe, cùm aliquis in Terram profluxerit, ac reman-
ſerit: Et uſque adhuc aliquid Sanguinis ſupereſſe in
Terris, referunt. Bzovius *ad an.* 216. Greſſerus *lib.*
1. *cap.* 97. Solar. *lib.* 2. *cap.* 4. *& Pium II.* edixiſſe,
non eſſe contra fidem aſſerere, aliquid Sanguinis à
Chriſto effuſi perſtare in Terris refert Robertus *de Li-
cio ſer.* 71. Spond. *in Supplem. An.* 1462. *numer.* 12.
Leonard. de Utino *cap.* 20. Derm. *cit. pag.* 454. Ber-
nin. *hiſtor. hereſum t.* 4. *pag.* 191. Gobel. *lib.* 11. Vaſq.
3. *par.*

3. *par. diſt.* 36. *cap.* 8. & Suarez. *diſt.* 47. *ſet.* 3. Et de Sanguine, qui apparet in rubore in Spina aſſervata in Sacello Regio Pariſienſi; in ferro Lanceæ Romæ aſſervato; in S. Sindone Taurinenſi; in vulto Sancto in Urbe apud Rua 2. *par. contr.* 4. Bzov. *an.* 216. *numer.* 16. Chiſlerium *lib. de Sind. c.* 3. Mairon. *citat. cap.* 1. *numer.* 12. & per Deiparam ſervatas fuiſse Sanguinis Chriſti particulas effuſi ab ipſius latere, narrant Nicef. *lib.* 1. *cap.* 30. ac ad Sanctum Marquinum in Gallia ſervari terram colore rubram ex Chriſti Sanguine olim profuſo, & in die Paraſcevæ ebullire viſo, refert Sylver. *in Roſa aurea t.* 2. *ad Evang. ſer.* 5. Et Sanguinem, qui Mantuæ viſitur, non fuiſse collectum ex Chriſti imagine Berytesi miraculosè profluente, ſed ex vero Chriſti Sanguine dixit *Leo III. apud Baronium ad annum* 804. Bellar. *lib. de Scriptorì in Athanaſium*. Et quamvis adducantr contrarium per Athanaſium *in lib. de Paſſione imaginum c.* 7. immeritò tamen hic liber Athanaſio tribuitur, quem conſtat, anno Chriſti 375. fuiſse defunctum, annis nempè 415. ante miraculum Beryti, quod contingit an. 765. & conſtat ex ſtili varietate, & ex eo, quòd liber ille in *Synodo II. Nicana act.* 4. abſque eo additamento in græco Codice exhibetur, & antiqua verſio *Anaſtaſii Bibliothecarii* eo additamento pariter deſtituitur.

Contraria ſententia, nempè Sanguinem Chriſti Do-
11 mini effuſum fuiſse unitum Verbo in triduo Paſſionis, docent, Silveſter *tract.* 3. *Roſa aureæ qu.* 31. Leonardo de Utino *tract. de Chriſti Sanguine cap.* 21. *dub.* 2. & alii apud Vaſquez. 3. *par. diſt.* 36. *cap.* 4. Suar. *diſt.* 47. *ſect.* 3. Collius *lib.* 5. *diſp.* 2. & latè propugnata fuit à tribus Thomiſtis coram *Pio II.* diſputantibus concione ſecunda ejus libelli, quem refert, Silveſt. *in Roſa aurea tract.* 3. *quæſt.* 30. Tenent proindè, quòd Chriſtus Dominus, cùm reaſumpſiſset in reſurrectione Carnem humanam, eam aſumpſit verè, & non phantaſticam, ut ex fide habetur, & ſic aſumpſit Sanguinem, qui integralis pars eſt corporis humani, juxtà Ariſt. *l. de hiſtor. animalium*, *Senn. lib.* 1. Galen. *l.* 2. *de Elementis*. Et de reaſumptione Sanguinis in Reſurrectione Chriſti Damaſc. *lib.* 2. *de fide c.* 2. S. Auguſt. *Ep.* 146. ubi omnia ad integritatem corporis humani, ejuſque humores quatuor reaſumpſiſſe, corruptione quacumque remota, & imperfectione, prout reſurgemus omnes in noviſſimo die, S. Thomas *tract.* 5. *de Cauſis reſurrectionis*. Non autem talis reaſumptio fuit de parte Sanguinis, quem vocant nutrimentalem, cùm non conſtituat partem integralem humanæ Naturæ; unde Sanguis verus, & ut vocatur vitalis, qui humanæ Naturæ individuus, & conſtitutivus eſt, prout verè fuit aſumptus à Verbo, ita fuit in reſurrectione Chriſti reaſumptus; ut ſicuti unitum erat illi hypoſtaticè Verbum ante effuſionem, ſic illi in triduo remanſit unitum ex habitudine retenta ad Corpus vivum: Sicuti Anima Chriſti, & Corpus, quia in triduo retinebant illum ordinem ad denuò Componendum Chriſtum, manſerant unita Verbo Dei in triduo, S. Thomas *in* 3. *diſt.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 1. apud *cit.* Rocca *pag.* 240. Aſseruntque aliqui hujus ſententiæ, quòd totus Sanguis fuit reaſumptus à Chriſto, illæque particulæ, quæ in Terris remanſæ dicuntur, vel ſunt ex colore flavo Sanguineæ vel ex aliqua imagine, aut etiam ex Hoſtia Sacratiſſima effuſæ, Turrecremat. *in* 3. *par. decretorum diſt.* 2. apud *cit.* Rocca, & ſic dicunt, non dari dictam diſtinctionem Sanguinis nutrimentalis, qui potuerat non aſumi, nec ullum Sanguinem Chriſti in terris remanſiſse; Nam ſi hoc verificaretur, in die Judicii tales guttæ vel corrumperentur, vel tunc à Chriſto reaſumerentur: Non primùm, cùm *Pſal.* 15. habeatur: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*. Non ſecundùm, quia in die Judicii reiteraretur ejus Reſurrectio, quæ, ut ait Jo: à Turrecremata reinteranda nullo modo cenſetur *qu.*
12 3. *tract.* 2. Alii tenent, verum Sanguinem Chriſti in terris remanſiſse ex dictis hiſtoricis documentis, nec proindè dici poſse, Sanguinem Chriſti fuſum fuiſse à Verbo Divino ſeparatum, ut explicat Mediha 3. *part. quæſt.* 54. *art.* 2. licèt Sanguis fuerit pars humanæ naturæ, & totus unitus Verbo Divino, non tamen totus fuit reaſumptus in Reſurrectione; unde ſine errore, & abſurditate aliqua poteſt concedi, quod quædam particulæ Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti perſeverent in terra apud nos, etiamſi modò non remaneant unitæ Verbo perſonaliter, & illud exioma Theologicum: *Quæ Chriſtus aſſumpſit, numquam dimiſit*, exponendum eſt de partibus, quæ ſecundum ſe totæ pertinent ad veritatem, & integritatem humanæ Naturæ, quæmadmodum, & capilli erant partes humani Corporis, & uniebantur verbo Divino hypoſtaticè, at non omnes reaſumpti ſunt, ſed tantùm illi, qui ad ornatum ſpectabant. Ungues quoque partes erant Naturæ humanæ in Chriſto; at non omnes ungues reaſumptæ ſunt.

Advertunt etiam Salmaticenſes, quòd licèt communitèr Theologi doceant Sanguinem in triduo manſiſse 13
Verbo unitum; Aſsertio tamen debet intelligi indefinitè; & non determinando qualis, quantuſque fuerit ille ſanguis; ſed ſolùm quòd Verbum alicui Sanguinis manſerit unitum. Multaque alia argumenta pro hac ſecunda opinione, quòd Sanguis Chriſti Domini effuſus non remanſerit in triduo à verbo diviſus, refert Cardinalis de Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 5. qui ulteriùs oſtendit, non indè ſequi, dici poſse, Verbum in triduo fuiſse in Cruce, fuiſse effuſum in terra, quemadmodum dicitur in triduo, Verbum in Sepulchro, Verbum deſcendit ad Inferos; quia licèt unio faciat, quòd aliqua prædicata per communicationem idiomatum partium humanitatis poſſint tribui Verbo, non tamen facit, quòd omnia poſſint; inibique tradit regulas, & diſcrimina ſuper hac re: Sylvius 3. *par. quæſt.* 5. *art.* 2. addit, ideò effuſo Sanguine dici non poſſe, quod Deus effuſus ſit, quia iſtud prædicatum *effundi* convenit Sanguini, quatenus eſt pars diſjuncta à toto. Quæ autem talia ſunt, non poſſunt prædicari de toto, vel de ſuppoſito: Quinimò *Gonetus* addit, nullum in tali aſsertione errorem contineri. Pro hac ſecunda ſententia citatur etiam S. Thomas *quod libet* 5. *quæſt.* 3. *art.* 5. *&* 3. *p. qu.* 54. *art.* 2. *ad* 3. Unde manifeſtum eſt, quòd Sanguis in Paſſione effuſus, qui maximè fuit ſalubris, fuit Divinitati unitus, & ideò oportuit, quòd in Reſurrectione jungeretur aliis humanitatis partibus; Sanguis autem Chriſti, qui in quibuſdam Eccleſiis oſtenditur dicitur ex quadam imagine Chriſti percuſſa miraculosè fluxiſse, vel etiam aliàs ex Corpore Chriſti; Et licèt aliqui explicent, quòd *ly alias* intelligitur aliàs miraculosè ex Hoſtia Sacratiſſima, vel alio tempore extra Paſſionem: quidquid tamen ſit de hoc, idem S. Thomas *cit. art.* 2. *ad* 3. inquit, *totus Sanguis, qui de Corpore Chriſti fluxit, cum ad veritatem legitime natura pertineat, in Corpore ſuo reſurrexit*.

Ex quibus hucuſque deductis hincindè pro utraque 14
ſententia, manifeſtè patet, neutram poſse perſtringi uti hæreticam, prout ſtatuit in *hac Conſtitutione Pius*. Cæterum quænam ex illis opinionibus veriſimilior ſit, Theologis diſputandum relinquimus. Cum autem mentionem ſupra fecerimus de B. Jacobo de Marchia, cujus Corpus, ut dixi, ſervatur in celebri Eccleſia S. Mariæ Novæ Ordinis Minorum, Civitatis Neapolis meæ Patriæ, ac incorruptum ſumma Populi devotione, ac frequentia colitur; maxima lætitia perfundor, ejuſdem promoveri Canonizationem, dum hæc ſcribimus, quam magna ſpe futuram opto ſub SS. D. N. Benedicto XIII. Pontifice O. M. in quo ultra flagrans zelum, quod habet in Univerſali Eccleſia, peculiari devotione Beatum illum proſequitur, eaque, ſi Deo favente evenerit Canonizatio, id in ſummum decus totius Eccleſiæ, Ordinis ejus Minorum, & Regni Neapolitani, in quo ejus Reliquiæ quieſcunt, contingeret.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO I.

PAULI II.

incipiens (*Licet.*)

EPITOME BULLÆ.

PAULUS EPISCOPUS, &c.

IN Vicarium Urbis, ejuſque Suburbiorum, Diœceſis, atque Diſtrictus Epiſcopum Torcilanum deligit, atque ad ſui, Sediſque Apoſtolicæ beneplacitum, omnia, & ſingula, quæ ad hujuſmodi Vicariatus officium de jure, vel conſuetudine pertinere noſcuntur, faciendi plenam facultatem tribuit, atque auctoritatem.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Electio Pauli II. in Summum Pontificem, recenſetur.*
Illius nominis aſſumptio, & qua de cauſa? ibid.
2 *Pauli II. parentes, ac dignitates adeptæ referuntur.*
3 *Ejus geſta commendantur.*
4 *Illius obitus, ac Sepultura innuitur.*
5 *Illius detractores fidem non merentur.*
6 *Paulus II. in hac Conſtitutione deputavit Vicarium pro Urbe, ejuſque Suburbiis, ac diſtrictu Epiſcopum Torcilanum cum facultatibus opportunis.*
7 *Plures dignitates Spirituales complectitur Romanus Pontifex in ſe conſiderandas, ultra Principatum temporalem.*
8 *Primò conſiderari valet uti Chriſti Domini Vicarius, & Supremus Eccleſiæ Paſter.*
Et uti talis, qua poteſtate potiatur, ibid. & nn. ſeqq.
9 *Uti Papa habet curam univerſalis Eccleſiæ.*
10 *Alia dignitas, quæ conſideratur in Papa, eſt Patriarchæ Occidentis, & nn. ſeqq.*
Comprobatur talis dignitas, ibid.
11 *Canon 6. Concilii Nicæni adducitur, ejuſque intellectus varius refertur.*
Nec in illo Suburbicariarum Eccleſiarum reſtrictio adfuit, quoad poteſtatem Papæ in eo indicatam, ibid. & num. 14.
12 *Hodie dicitur devolutam ad Summum Pontificem Juriſdictio Patriarchalis ob Schiſma in Oriente eventum.*
13 *Dignitas quoque conſiderabilis in Pontifice Romano eſt Metropolitica, quoad plures Eccleſias Italiæ, & nn. ſeqq.*
Aliqui dixerunt, hoc ejus Metropoliticum reſtrictum ad Eccleſias Urbicarias, ſeu Suburbicarias intra centeſimum lapidem, ad quem extendebatur Juriſdictio Præfecti Urbis, ibid.
14 *Sed impugnatur hæc opinio, ac aſſirmatur poteſtas ea Metropolitica longè ſe extendi, & nn. ſeqq.*
15 *Extenditur ſuper omnes Diœceſes, ac Epiſcopatus Italiæ, qui non habebant Metropolitanum ſuper eos.*
Et quæ erant dictæ Diœceſes, ibid.
Ac quæ erant illæ, quæ habebant Metropolitanos, & ſic Papæ, ut Metropolitano non ſubdebantur, ibid.
16 *Incœperunt ſucceſſive erigi in Italia novæ Metropoles avulſæ a Provincia Romana, quæ Summum Pontificem recognoſcebant uti Metropolitanum.*
17 *Comprobatur extenſio præfatæ Provinciæ Metropolitanæ Romanæ ex pluribus.*
18 *Quare erectæ fuerunt Metropoles novæ, ac Epiſcopatus in Italia.*
19 *Poſt erectionem novarum Metropolum in Italia in parte dicta Provincia Romana, hæc remanſit coarctata inter Provinciam Capuanam, & Piſanam.*
20 *Omnes Diœceſes, & Epiſcopatus intra dictas Provincias non habuerunt alium Metropolitanum, niſi Romanum Pontificem.*
Quæ Provincia Romana ſub Papa, uti Metropolitano comprobatur in ſpatio centum milliarum, ibid. & num. 29. & ſeqq.
21 *Ex vi dictæ qualitatis Metropoliticæ in Papa quoad dictam Provinciam Romanam, appellationes devolvuntur ad illum, cùm non adſit Metropolitanus medius.*
22 *Nec Epiſcopus exiſtens inter dictum ſpatium centum milliarium inter Provinciam Capuanam, & Piſanam, poteſt alium Metropolitanum recognoſcere, niſi Romanum Pontificem.*
Ubi de Eccleſia Aquinatenſi, & Eugubina, & nn. ſeqq.
23 *Papa in erectione Eccleſiæ Senenſis in Archiepiſcopalem, ac aſſignatione Suffraganeorum eidem, ſolet explicare eſſe diſmembrata à Provincia ſua Romana.*
Etſi non explicaverit, poteſt opponi de defectu intentionis, ignoraſſe nempè eſſe de ejus Provincia, & proinde diſmembrare noluiſſe ab ea, ibidem.
Quomodo menſurari, & attendi debeat diſtantia centum milliarium Epiſcopatus, ut dicatur, vel ne intra ambitum Provinciæ Romanæ, ibid.
Adducitur ſtatus cauſa Epiſcopatus Eugubini cum Archiepiſcopo Urbini, cui ſubjici cum iſte prætendit.
24 *Innuitur Bulla Sanctiſſimi D. N. Benedicti XIII. ſuper dicta controverſia emanata ad favorem Archiepiſcopi Urbinatenſis.*
25 *Indicatur dubium excitatum in Concilio Romano noviſſimè celebrato, an Epiſcopi exiſtentes intra Provinciam præfatam Romanam, tenerentur eligere Metropolitanum, cum quo celebrarent.*
Concilium Provinciale, juxta decretum Concilii, quoad Epiſcopos exemptos.
26 *Agnitum fuit non teneri, ubi indicatur in hoc reſolutio Sacræ Congregationis Concilii.*
27 *In Concilio Romano ultimo Sanctiſſimus D. N. voluit, ut omnes Epiſcopi exempti, qui Metropolitanum non agnoſcerent, tenerentur facere dictam electionem.*
Promptum ſe oſtendit Lotharius Franciſc. de Schonborn Elector Moguntinus, uti Epiſcopus Bambergenſis, qui ad Metropolitani electionem devenire profeſsus fuit.
Idem Elector commendatur, ibid.
28 *Dubitatum rurſus fuit apud aliquos Epiſcopos extra Provinciam Romanam exiſtentes, ſed exemptos à Metropolitanis, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjectos, an tenerentur eligere, ut ſupra, & nn. ſeqq.*
29 *Motivum fuit, quia non admittebatur Provincia Romana reſtricta ad centum milliaria, ſed ultra progredi.*
Quodque Epiſcopatus exempti dici debeant de Provincia Romana, ibid.
30 *Comprobatur denuò, quòd Provincia Romana ſit intra centeſimum milliare inter Provincias Capuanam, & Piſanam, & numeris ſequentibus.*
Talis coarctatio fuit facta poſt inſtitutas novas Metropo-

tropoles in Italia, cum primò Provincia illa latius pateret, ibid.

31 Provincia Romana, quòd ſit inter Provincias Capuanam, & Piſanam elicitur ex decreto Congregationis Concilii.

Itidem ex Conſtitutione Pii II. in erectione Eccleſia Senenſis in Metropolim, enunciando eam, & ſuffraganeas aſſignatas, diſmembrari à Provincia Romana, ibid.

32 Poteſt dici de defectu intentionis Papa, ſi fieret illa diſmembratio in erectione Metropolitana, abſque eo, quòd Papa innotuerit, Epiſcopatum diſmembratum eſſe de Provincia Romana, ubi de Eccleſia Eugubina.

33 Provincia Romana, quòd ſit inter Capuanam, & Piſanam deducitur ex dicto Innocentii III. & Provinciali Romano.

Itidem ex convocatione facta per Sanctiſſimum D. N. Benedictum XIII. Concilii Romani, ibid.

34 Quomodo Epiſcopi exempti, & immediatè ſubjecti Romano Pontifici, ſed extra Provinciam Romanam, poſſint dici, vel non de ea, & nn. ſeqq.

35 Papa ſicuti poteſt eximere Eccleſiam, & perſonas à proprio Ordinario, & ſibi immediatè ſubiicere, ita poteſt Epiſcopatum aliquem eximere à Metropoli, & ſibi immediatè ſubjectum reddere.

36 Concilium Tridentinum injunxit, ut Epiſcopi exempti, qui non habebant Metropolitanum, eligerent eum, cum quo Provinciale Concilium celebrarent.

Epiſcopi Provinciæ Romanæ non ſubiiciuntur dicto Conciliari decreto, quia habent Metropolitanum Romanum Pontificem, ibid.

37 In Concilio ſupradicto Romano fuit ſervatum, ut tenerentur eligere Metropolitanum juxta Concilium Tridentinum, Epiſcopi exempti, non tamen Epiſcopi Romanæ Provinciæ.

38 Conſiderari rurſus valet in Romano Pontifice dignitas Epiſcopi Urbis, & Romanæ Diœceſis,

39 Papa uti Paſtor univerſalis, pluribus Miniſtris utitur pro gubernio Eccleſiæ univerſalis, nempè Majoris Pœnitentiarii, Vicecancellarii, & Camerarii.

40 Tamen, ut Metropolitanus in Provincia Romana, quoad appellationes, utitur Auditore Cameræ.

41 Pro gubernio autem Epiſcopatum Urbis deputat Vicarium pro ea, ejuſque Suburbiis, ac diſtrictu.

Deputatus fuit Vicarius in hac Conſtitutione Epiſcopus Torcilanus.

42 Longo ante tempora Pauli II. hujus Conſtitutionis conditoris, reperitur mentio Vicariorum Papæ in Urbe.

Fuerunt Vicarii deputati Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi; eſt mentio tamen deputationis Abbatis S. Pauli de Urbe.

43 A quo tempore fuerunt deputati Vicarii Urbis Cardinales, & nn. 45.

44 Deputati quoque fuerunt Vicarii Urbis à Romanis Pontificis pro gubernio in ejus abſentia, & plures recenſentur.

45 Quæ facultas fuit data hujuſmodi Vicariis, qui deputantur in Urbe propter abſentiam Papæ.

Ubi de Cardinali Ægidio Legato, ibid.

46 Paulus IV. inſtituit Officium Vicariatus pro uno Cardinali, qui characterem Epiſcopalem habeat, & ad vitam duraturum.

47 Obeunte Cardinali Vicario Urbis, fa. me. Clemens XI. deputavit Viceſgerentem, cum facultatibus ejuſdem Vicarii, qui exercuit per plures menſes, ac annum, donec electus fuit novus Vicarius Cardinalis Paraccianus.

48 In abſentia Cardinalis Vicarii remanet Provicarius, etiam alter Cardinalis.

Non tamen poteſt Vicarius Papæ alium Vicarium deputare, ibid.

49 In præſenti Urbis Vicarius eſt Eminentiſſimus Cardinalis Fabritius Paulutius, qui commendatur.

50 Ratio conveniens, ut Officium hoc Vicariatus, ſit Cardinalitium.

51 Refertur Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti XIII. eximius Paſtoralis zelus in obeundis per ſe ipſum muniis Pontificalibus Ordinandi, Chriſmandi, Baptizandi, & aliis, in Eccleſia Lateranenſi.

52 Officium Vicariatus inſtitutum cum adjutoribus Miniſtris, Viceſgerente, & Locumtenentibus Civili, & Criminali.

53 Viceſgerentes, quo munere perfungatur, ejuſque Juriſdictio innuitur.

54 Controverſia, & reſolutio refertur, quoad præcedentiam ſeſſionis inter Viceſgerentem habentem facultatem Vicarii, per obitum defuncti, & Locumtenentem Civilem, Prælatum, alioſque Miniſtros in Congregationibus, quæ tunc fieri debent in Ædibus Viceſgerentis.

55 Adeſt rurſus Locumtenens Civilis Cardinalis Vicarii, Prælatus, & Auditor ejuſdem Cardinalis Vicarii.

Eorumque munera explicantur, ibid.

Quomodo procedatur, ſi aliquis ex dictis tribus Judicibus Tribunalis ſuſpectus allegetur, ibid.

56 Pro criminalibus cauſis eſt Locumtenens criminalis, ejuſque munus explicatur.

57 Habet rurſus Curia Vicarialis quatuor Notarios, Familiam armatam, & Mandatarios.

Recenſetur controverſia inter Notarios, & unum ex iis, cui eſt annexum munus Cancellarii, ſeu Secretarii, quoad exercitium actuum, necnon emolumenta.

Quæ controverſia fuit in Sac. Rota, & quomodo deciſa, ibid.

Ubi de munere Præpoſiti Secretariæ Cardinalis Vicarii, ibid.

59 Vicarius Papæ præcedit A. C. ſed in præſenti, dum eſt Cardinalis, hoc diſputari non debet.

60 Facultates habet Cardinalis Vicarius, ultrà generales ejus muneris, ſpeciales quaſdam conceſſas per plures Summos Pontifices.

Non tamen conceditur Jus conferendi Beneficia, ibid.

Etſi Judex Ordinarius in Romana Curia, ibid.

Non expirat Officium Vicarii per obitum Papæ, ibid.

61 Plures Romani Pontifices conceſſere facultates Cardinali Vicario.

Clemens Papa X. in deputatione in Vicarium Cardinalis de Carpineo, plura conceſſit, & ampliavit in favorem dicti Officii, ibid.

Sed Innocent. XII. reduxit omnia ad ea, in quibus facultates Vicarii erant ante literas Pauli V. ſuper reformatione Tribunalium, & ad has reduxit, ibid.

62 Sanctiſſimus Dominus Noſter Benedictus XIII. Conſtitutione, ſeu motuproprio reintegravit facultates Vicarii, procedendi in Cauſis omnibus Civilibus, Criminalibus, & Mixtis, merè Laicalibus, & prophanis, & inter merè Laicos, ad inſtar aliorum Romanæ Curiæ Judicum Ordinariorum.

Reducendo omnia ad privilegia conceſſa, ante reformationem Pauli V. ibid.

Et ad conceſſionem præfatam Clementis X. ibid.

63 Aucta extitit Juriſdictio Vicarialis poſt ſuppreſſionem tribunalium Protectorum, factam ab Innocentio XII.

64 Juriſdictio Cardinalis Vicarii complectitur legis Diœceſanæ, & Juriſdictionis actus, & numeris ſeqq.

65 Poteſt convocare Synodum Cleri Romani.

66 Exigit obedientias à Subditis, cognoſcit Cauſas Matrimoniales, & ſpirituales, aliaſque.

Explicantur plures cauſæ, in quibus Vicarius procedit cumulativè, vel privativè, ex plurium

Pontefi-

Pontificum Conſtitutionibus. Ubi de Cauſis Hæbræorum, ibid.

67 *Cardinalis Vicarius in vim ſuarum facultatum poteſt admittere Clericum obligatum in forma Cameræ ad beneficium* Capituli Odoardus, de ſolutionibus, *abſque ſpeciali commiſſione Papæ.*

68 *Habet Cardinalis Vicarius, etiam juriſdictionem delegatam, quam obtinet Epiſcopus quicumque in ſua Diœceſi.*

69 *Approbat Confeſſarios, & quibus exceptis?*
Ubi de Confeſſariis triremium Pontificiarum, remiſſivè. Ibidem.

70 *Non reſervat caſus in Sacramento Pœnitentiæ.*

71 *Ordines confert tàm Sæcularibus, quam Regularibus, ac Literas dimiſſorias concedit.*

72 *Confirmationis Sacramentum adminiſtrat, Pontificalia exercendi licentiam concedit, ejuſque Viceſgerens loco illius ea exercet.*

73 *Concurſus indicit ad Parochiales providendas cum ſuis Examinatoribus deputatis.*

74 *Viſitatio etſi antea ipſi incumbebat, commiſſa tamen in. præſenti eſt Congregationi Viſitationis inſtituta.*

75 *Facultas Cardinalis Vicarii an ſe extendat ultra Urbem, & ſuburbia, & nn. ſeqq.*
Variæ opiniones adducuntur, ibid.

76 *Verè extenditur ad Urbem, ſuburbia, & ejus diſtrictum per quadraginta milliaria.*

77 *Reprobatur Opinio, quod non extendatur extra Urbem.*

78 *Prout Opinio, quod protrahatur per totum Patriarcatum Papæ.*

79 *Prout quoque reiicitur opinio, quòd extenſio ſit per totam Provinciam, & Metropolim Papæ.*

80 *Diſtrictus quadraginta milliarium, in quo Vicarius Papæ exercet Juriſdictionem, antiquitùs protrahebatur ad centum milliaria, nunc ad quadraginta.*
Ubi de Gubernatore Urbis, & Senatore in Diſtrictu, ibid.

81 *Hujuſmodi Diſtrictus conſideratur pro Diœceſi Papæ.*

82 *Quomodo poſſit conciliari, ut in Diſtrictu prædicto adſint etiam Epiſcopi?*

83 *Cardinalis Vicarius cognoſcit Cauſas appellationum à cauſis Epiſcopalibus diſtrictus, & numer.* 84. & 85.
Parochia ſi contineat Populos Urbis, & Epiſcopatuum in diſtrictu, tenetur Parochus recipere approbationem à Cardinali Vicario, & ab Epiſcopo, ibid.

84 *Comprobatur facultas Cardinalis Vicarii recipiendi, ac cognoſcendi cauſas diſtrictus, in Tribunalibus Eccleſiaſticis dd. Epiſcopatuum, deciſus reſcriptis Signaturæ.*
Etſi cauſa verſetur inter Laicos, dummodò Sententia ſit à Judice Eccleſiaſtico lata, ibid.

85 *Habet quoque Cardinalis Vicarius jus cognoſcendi Cauſas in prima inſtantia, cumulativè cum ipſis Ordinariis diſtrictus, ita ut ſit locus præventioni.*

86 *Non obſtat huic cumulativè Cardinalis Vicarii, diſpoſitio Tridentini in* cap. cauſæ omnes, *nec decretum reformationis, & Conſtitutio ſa. me. Innocentii XII.*
Comprobatur rationibus, ibid.

87 *Clariùs explicatur Decretum Reformationis ſub Innoc. XII. ejuſque Conſtitutio.*
Referuntur reſcripta Signaturæ, ibid.

88 *An, ſi locus Diœceſis ſit intra diſtrictum quadraginta milliarium, & Eccleſia Cathedralis ſit ultrà, intrent facultates Cardinalis Vicarii?*

89 *An diſtrictus præfatus procedat etiam in mari?*

90 *De facultate Cardinalis Vicarii approbandi Confeſſarios, qui ſunt in Triremibus Pontificiis.*
Ubi de cauſa agitata in Sacra Congregatione Concilii, cum Epiſcopo Viterbienſi prætendente concedere approbationes Confeſſariis Triremium in Portu Centumcellarum moram facientium, ibid.

91 *Facultates Cardinalis Vicarii non ſe extendunt, in omnibus ſpectantibus ad Epiſcopos, qui ſunt in diſtrictu Urbis, & numeris anteced. & nn. ſeq.*

92 *An Tribunal Cardinalis Vicarii poſſit concedere licentias in Urbe, ut in diebus feſtivis exequantur mandata Judicum.*

93 *A. C. & Gubernator Urbis concedunt dictas licentias.*

94 *Cardinalis Vicarius habet Oraculum Papæ, cui creditur circa ejus Officium, prout etiam Viceſgerenti.*
Intervenit in pluribus Congregationibus. Ibid.
Solet eſſe Præfectus Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, ibidem.

95 *Concedit dimiſſorias ad Ordines, etiam Sede Vacante Pontificia.*

96 *Ligatur Conſtitutionibus Apoſtolicis, prout alii Epiſcopi, & Ordinarii.*

97 *Confert primam tonſuram exteris ſine literis dimiſſorialibus Ordinariorum poſt moram eorum in Urbe.*

98 *Quid practicatur hodie, & qua ratione.*

99 *Ordinandi in Epiſcopatibus Cardinalitiis propè Urbem, in quibus non ſunt Suffraganei, debent adire Cardinalem Vicarium, & ad eum dirigi dimiſſoria.*

100 *Ulterius degentes in Urbe non poſſunt promoveri ad Ordines extra Urbem cum literis dimiſſorialibus propriorum Ordinariorum, ſed debent etiam adire Cardinalem Vicarium.*
In dd. duobus Caſibus ſolet remitti abſolutio, & diſpenſatio ab irregularitate arbitrio ejuſdem Cardinalis Vicarii, ibid.

101 *Refertur Caſus, & dubium propoſitum in Congregatione particulari deputata à Clemente XI. an Locumtenens Cardinalis Vicarii, qui erat conjugatus, valuerat ſubſcribere ſuper nullitate fœderis Matrimonii.*
Plura adducuntur, quomodo poſſint Laici delegari in cauſis ſpiritualibus, ibid.
Quomodo procedatur in cognitione Cauſarum Matrimonialium, & per quos Judices, ibid.
Quid ſi Laicus pronunciaret de voto Tribunalis Eccleſiaſtici, ibid.

102 *Recenſetur reſolutio dicti Pontificis in illo Caſu.*

VIx extremum vitæ ſuæ diem clauſit Pius II. Uni-
verſalis Eccleſiæ adminiſtratione laudabiliter per- 1
functus, in Romanum Pontificem electus fuit Petrus Barbus Venetus Cardinalis Presbyter tit. Sancti Marci, creatus pridiè Kalendas Septembris Anno 1464. qui ſiquidem, Cardinalibus Conclave ingreſſis, neque inibi diù immoratis, decimo recluſionis die, unanimi eorum conſenſu, Supremo Pontificis honore donatur, quadrageſimum octavum annum agens, qui meditabatur Formoſi nomen aſſumere, quod poſteà Cardinalium ſuaſione in Marcum commutavit, ne in formoſam, quam Paulus habebat ſpeciem alluderetur, ſed rurſus, ne ipſe Venetus patriæ nimis ſtudioſus videretur, Marci nomen aſſumendo, Paulus vocari voluit. Illius autem aſſumptio, communibus brevi tempore ſuffragiis excepta, omnique prorſus contentione vacans, incredibilem in toto Purpuratorum cœtu lætitiam peperit, admirabili Populi ſimul, & Eccleſiæ totius Exultatione ſociatam; neque in hac, ſicut & in pluribus electionibus, nubili vultus, pallentia ora, plerique mœrore confecti, præſertim Electores aſpiciebantur, quinimò ridere viſi ſunt omnes, fraternè invicem gratulati.

lati. Nec tamen defuit, qui prælaudatæ electioni pa-
rum diſſentire auſus non fuerit, Ludovicus nempè
Mediarota Patavinus, profeſſione Medicus, deindè
ab Eugenio IV. Paulo ſanguine conjuncto, Cardina-
lis creatus, qui quàm anteà Paulo infenſus, in hu-
jus quoque electione animi ſui reluctantiam præſefer-
re non erubuit, quem tamen Paulus jam Pontifex
non modò hilari facie reſpexit, verùm etiam præter
omnium expectationem amplexus fuit, animi ſui mo-
derationem oſtendens. Venetiis Paulus ortum habuit
ex ſorore Eugenii IV. à quo poſt alias ſuſceptas digni-
2 tates, Patavii nimirum Canonicus factus, atque etiam
Protonotarius Apoſtolicus, deindè Cervienſis, mox
Vicentinus, ac demum Patavinus Epiſcopus electus,
Cardinalatus quoque dignitate meruit honorari. In-
ſuper & Archipresbyter in Baſilica Sancti Petri præfi-
citur, Cardinalis Venetus communiter appellatus.
3 Vir fuit magnæ conſtantiæ, morumque gravitate pol-
lens; Ejus præcipuè in Eccleſiæ ornamentis comparan-
dis, magnificentia, in legibus promulgandis perſpi-
cacia, rebuſque Eccleſiæ in conſervandis ſollicitudo il-
luxit, ut præ aliis oſtendit famigerata *Extravagans
Ambitioſa de rebus Eccleſiæ non alienandis*, de qua
inferius. Poſt diuturna Bellorum diſſidia, multos Chri-
ſtianos Principes inter ſe conciliavit, quorum arma
adverſus barbaras nationes, Chriſtianum Sanguinem
ſitientes, detorquerent; ad quod opus ſemel, atque
4 iterum animum intendit, donec Apoplexiæ morbo
tactus, vitæ lumina clauſit, Anno Domini 1471. 8.
Kalendas Auguſti, cùm ſediſſet annos ſex, menſes de-
cem, dies 26. cujus Corpus in Baſilica Sancti Petri
ſepultum eſt; Carpitur tamen à nonnullis, quòd fa-
5 ſtum ac delicias ſectaſſet: ipſe enim Thiaram Ponti-
ficiam, vulgò Triregnum, gemmis prætioſis, ac un-
dique collectis pretio ingenti pro Pontificis ornamen-
to, ſimul ac dignitatis ſtemmate comparavit, ſed in-
juſtè quidem contra hunc Pontificem plura cumulavit
Platina *in ejus vita*, cui uti Paulo infenſo, à quo
malè habitus fuit, minimè fides eſt in omnibus præ-
ſtanda, de quibus videndus eſt Grethſerus *libro 2. e-
xam. Myſtic. Pleſſ.*

Hic etenim Pontifex, conſulens ſpirituali gubernio
6 Urbis, deputavit in ejus Vicarium in Spiritualibus
generalem ad ejus beneplacitum pro Urbe, ejuſque
ſuburbiis, ac Diſtrictu, Epiſcopum Torcilanum, con-
ceſſitque ei facultatem viſitandi, & alia peragendi in
Eccleſiis, & Eccleſiaſticis, quæ de Jure, ac conſue-
tudine competunt Vicario, de quibus latè agam, ut
elicitur ex hac *Conſtitutione Pauli edita apud S. Pe-
trum 16. Septembris* 1464.

Summa, ac eximia eſt poteſtas Romani Pontificis,
7 ex eo, quòd ea procedat à Deo; plureſque dignitates
ſpirituales in eo ſimul unitæ conſiderari valeant, ultra
perſonam Principis temporalis, quam gerit Papa in
Ditione temporali Eccleſiæ, Abb. *in cap. tua nobis
numer. 5. de offic. Vic. in 2. lib. decret.* Joannes An-
dreas *ibid.* Butr. *numer.* 17. *Anchar. numer.* 2. de Lu-
ca *de praem. diſc.* 1, *& diſc.* 30. *de Juriſd. & de Re-
gul. diſc.* 32. *& miſcell. Eccl. diſc.* 1. *ac in relat. Rom.
Cur. diſc.* 2. *numer.* 11. *& diſc.* 13. *numer.* 2. Rot. *de-
ciſ.* 62. *poſt colluſt. Bonden.* & alii fruſtrà non cumu-
landi.

Summus Pontifex igitur primò conſiderari poteſt,
8 uti Chriſti Domini Vicarius in Terris, plenitudinem
poteſtatis, ac primatum habens in toto Orbe Chri-
ſtiano, ac in fide, ad univerſalem Juriſdictionem ſpi-
ritualem pro recto gubernio Eccleſiæ à divina poteſta-
te deputatus; Unde in *Concil. Chalcedonenſ. act.* 16.
benè exclamatum fuit: *Videmus omnes, ante omnia,
Primatum, & præcipuum honorem, ſecundùm Cano-
nes, Dei amantiſſimo veteris Romæ Archiepiſcopo con-
ſervari*: Curam etenim habet Papa univerſalem à Deo
9 collatam omnium fidelium, juxta verba Chriſti Do-
mini Petro dicta: *Tibi dabo claves Regni Cœlorum,
& quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum &
in Cœlis, & quodcumque ſolveris ſuper Terram, erit
ſolutum & in Cœlis, Matth.* 16. De qua Vicarii Chri-
ſti Romani Pontificis poteſtate dixi præcedentibus To-
mis plura *t. 2. Conſtitut.* 9. Alexandri III. *ſect.* 1. *&
Conſtitut.* 11. Innocentii III. *ſect. un. & t.* 4. *Conſti-
tut. un.* Jo: XXIII. *& ſupra Conſtit.* 10. Pii II.

Conſideratur quoque in Romano Pontifice digni- 10
tas Patriarchæ Occidentis, quia uti Patriarcha præeſt
illis Diœceſibus Occidentis, in Oriente autem pro-
prii Patriarchæ conſtituti fuerunt, qui Orientis Pro-
vinciis præeſſent, ſub univerſali tamen ejuſdem Roma-
ni Pontificis, uti Vicarii Chriſti, Juriſdictione; ſem-
perque Sedes Romana ſola habita fuit in Occidente
Patriarchalis, cùm Oriens in plures Patriarchatus di-
viſus extitiſſet; hinc proindè Concilium Arelatenſe.
Silveſtro Papæ ſcripſit anno 314. *Tu, qui majores Diœ-
ceſes tenes*, ut notat Thomaſſin. *de veter. & nov. di-
ſcip. Eccleſ. part.* 1. *l.* 1. *cap.* 8. *numer.* 14. ex quo
addit, ob latitudinem ſolius Patriarchatus Romani in
toto Occidente, non valuiſſe Romanum Pontificem
antiquitùs omnia facere ad Patriarchæ munus ſpectan-
tia, diris tum vigentibus perſecutionibus contra Chri-
ſtianos; qua ratione reſpondetur aliquibus, qui talem
Juriſdictionem Patriarchalem Romano Pontifici dene-
garunt, quia plures actus uti Patriarcham eum feciſ-
ſe non liquet in toto Occidente. Cujus Patriarchatus 11
veritati conſonat *Can. 6. Concilii Nicæni*, ibi, *An-
tiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Lybiam, &
Pentapolim, itaut Alexandrinus Epiſcopus horum om-
nium habeat poteſtatem, quia, & Urbis Romæ Epiſco-
po parilis mos eſt*. Apud Thomaſſin. *cit. par.* 1. *lib.*
1. *cap.* 3. *numer.* 5. *erga finem*. Super quo *Canone*
plures in ejus explicatione laborarunt; aliquibus affe-
rentibus *Canonem* intelligi, ut Romanus Pontifex Jus
quoddam Metropoliticum haberet in Regiones, &
Eccleſias Urbicarias, & Suburbicarias ex quodam Ru-
fini loco, ubi Suburbicariarum Eccleſiarum mentio in-
truditur d. *Canone*, quod impugnatur ab aliis, & la-
tè *Cabaſſut. in notit. Eccleſ. Sacul. 4. d. Can. 6.* quòd-
que eruatur ex dicto *Canone* Juriſdictio Patriarchalis
Papæ in omnes Diœceſes Occidentis poteſtas, benè
idem Cabaſſut. *loc. cit.* Et de dicto vero Jure Patriar-
chali Papæ in Occidente, etiam plenæ dixerunt Marc.
de concordia Sacerdot. & Imp. lib. 1. *cap.* 3. *& pluri-
bus ſequentibus uſque ad* 7. ubi præſertim *numer.* 3. *&
ſeqq. & lib.* 5. *cap.* 12. *numer.* 3. *& ſeqq. & lib.* 6.
cap. 4. *numer.* 6. *& ſeqq.* Natal. ab Alex. *hiſt. Eccleſ.
numer.* 4. *part.* 2. *differt.* 19. & apud Rocabert. *in
Bibliothec. PP. to.* 4. *pag.* 347. *& ſeqq.* Thomaſſin. *ci-
tat. cap.* 3. *numer.* 5. *& 6. cap.* 8. *numer.* 14. *& ca-
pit.* 7. *numer.* 7. *& ſeqq.* Paulut. *de Juriſprud. Sacr.
lib.* 2. *cap.* 12. *&* 13. & Sirmond. *de Suburbicariis Re-
gionibus contra Salmaſium.*

Cœterùm hæc ſpecialis Juriſdictio Patriarchalis in 12
Occidente videtur etiam ad Summum Pontificem de-
voluta; nam ceſſantibus Patriarchis Catholicis, &
excitato Schiſmate in Patriarchalibus Orientis, Papa
ſuper omnes Eccleſias, tàm Occidentis, quàm Orien-
tis Jus idem exercet Patriarchale immediatum, ut be-
nè notat Cardinalis de Luca *in relat. Rom. Curiæ diſc.*
2. *numer.* 2. & in praxi ſervatur; ideòque Canoniſtæ
de tali Jure Patriarchali Occidentis in Papa, parum
agere curarunt.

Alia dignitas, quæ conſiderari poteſt in Summo 13
Pontifice, eſt Metropolitica; & quidquid ſit de ex-
tenſione talis Metropoliticæ poteſtatis juxta varias opi-
niones, certum eſt omninò falſam eſſe ſententiam aſ-
ſerentem, ad Epiſcopatus Urbicarios, ſeù Suburbica-
rios, juxtà fines Juriſdictionis Laicalis, & Civilis Præ-
fecti Urbis fuiſſe circumſcriptam, prout dixerunt Go-
thofred. & Salmaſius; Sed talem opinionem impugna- 14
runt inter alios Dartis *in opuſc. de Suburbic. Eccleſ.*
Card. Perron. *in reſponſ. ad Jacobum I. Regem Brita-
niæ lib. primo cap.* 33. *Spondan. in notis ad Epitom.
Annal.* Baron. *anno Domini* 325. *num.* 36. Chriſtian.
Lup. *in Schol. ad Concil. tom. primo pag.* 939. *edit.* 1.
Emanuel. Schelſtrat. *in Antiquit. Illuſtrat. tom.* 2. *diſ-
ſert.*

ſert. 6. Marca *cit. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 12. *& plurib. locis cap. ſeqq. uſque ad* 7. *incluſivè*, cùm conſtet, dictum Canonem Nicænum reſtrictum non intelligi intra modicam latitudinem Diœceſum Suburbicariarum Urbis, juxta Civilem diſpoſitionem poteſtatis Præfecti Urbis; ſed ſaltem juxta Metropoliticam Juriſdictionem, quam habebat Summus Pontifex ſuper omnes Diœ-
15 ceſes Italiæ, ſuper quas non aderant Metropolitæ inſtituti, ut clarè conſtat ex monumentis Eccleſiaſticis. Hinc *Gelaſius Papa* ſcribens ad Epiſcopos Lucaniæ, Brutiique, & Siciliæ nullum verbum facit de Metropolitanis; imò præſumptionem vocat, abſque præcepto Sedis Apoſtolicæ erectas fuiſſe Eccleſias, vel Oratoria Sacrata; quia requirebatur conſenſus Metropolitani, cujus loco erat Sedes Apoſtolica, ut notat Thomaſſin. *cit. cap.* 40. *num.* 15. Clarè igitur liquet, poteſtatem Metropoliticam Romani Pontificis non fuiſſe limitatam ad centeſimum Urbis lapidem, juxta Civilem Romani Præfecti circumſcriptionem, ſed longè ulteriùs porrectam ad Diœceſes Siciliæ, Corſicæ, Regni Neapolitani, citra Pharum Siciliæ nuncupati, in Apuliam, Samnium, Calabriam, Brutium, Lucaniam, Campaniam, & ex alio latere Italiæ ſuper Epiſcopatus Valeriæ, Thuſciæ, Umbriæ, utriuſque Piceni, & Flaminiæ; ſicque, uno verbo, omnes Italiæ Epiſcopatus, qui proprios non habebant tunc Metropolitas, adhuc non inſtitutos, unum tantùm Romanum Pontificem Metropolitam recognoſcebant. Illi enim Epiſcopi, qui exiſtebant intra Galliam Ciſalpinam, Venetias, & Iſtriam, in quibus Provinciis erant ſolùm Metropoles Mediolanenſis, Ravennatenſis, & ex extra Metropolim Papæ dicebantur, proprium agnoſcentes Metropolitam; Suc-
16 ceſſivè verò fuerunt in Italia Diœceſes, & Eccleſiæ, quæ Romano Pontifici, uti Metropolitano, parebant, erectæ per Sedem Apoſtolicam in Eccleſias Metropolitanas, avulſis proindè ſic erectis Eccleſiis à Metropoli Romana, à qua avulſi etiam fuerunt Epiſcopatus plures, qui aſſignati extiterunt dictis novis Metropolibus. Hinc incæperunt Metropoles Beneventana, Capuana, & ſucceſſivè tot aliæ in Italia, variis ſubſecutis temporibus, ut nunc videmus, Tho-
17 maſ. *cit. cap.* 37. *numer.* 5. *& cap.* 45. *numer.* 3. Unde ſcriptum reperitur, Leonem Papam, multitudine Epiſcoporum circumſeptum, & innumerabilibus Civitatibus Italiæ pro Principatu proprii loci, ſeù dignitate conſequenda, ut conſtat ex *epiſt. Gallæ Placidiæ Auguſta ad Theodoſium Juniorem, rel. in Conc. Cobal. cap.* 26. Ac Concilia Epiſcoporum Provinciæ Romanæ, ſeu partis Italiæ, Siciliæ, à Romano Præſule coacta fuiſſe, in iiſque præſediſſe Papam, uti ſolum Metropolitanum, ex monumentis Eccleſiaſticis compertum eſt. Et cùm Mediolani plura Concilia Provincialia fuiſſent primis ſæculis celebrata ſub Divo Ambroſio, monumenta tamen non extant ulla, nec veſtigia Conciliorum in Sicilia, vel Sardinia habitorum, vel in ea Italiæ parte, quæ ab Urbe Roma in Siciliam exporrigitur, ita conglutinatæ erant hæ Provinciæ longè ſtrictiùs, quàm cæteræ Romano Præſuli, & diutiſſimè propriis caruere Metropolitanis, ut obſervat Thomaſ. *cit. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 40. *num.* 9. *&* 9. Hinc notat Baronius *Anno* 968. *litt. D. E.* erectam fuiſſe Eccleſiam Hydruntinam in Regno Neapolis in Metropolitanam opera Imperatoris Græci, aſſignatis Suffraganeis quinque, qui ad conſecrationem Domini Apoſtolici pertinere videntur, ſuper
18 quo advertit Thomaſ. *cit. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 12. *in fine. Obiter hic advertes inuſitatam illam Metropolum, & Epiſcopatuum multitudinem in Regno nunc Neapolitano, magna ex parte profectam eſſe ab illa Græcorum æmulatione, qua certabant totidem quaſi vinculis opulentas has, florentiſſimaſque tum Civitates, tum Provincias Eccleſiæ ſuæ, Imperioque arctiùs adſtringere.*

19 Erectis itaque novis Eccleſiis Metropolitanis per Romanum Pontificem in Regno Neapolitano, Inſulisque adiacentibus, remanſit Metropolis Romana arctata inter Capuanam Provinciam, & Piſanam, ſpatio centum circiter milliarium, itaut nulla Metropolis intra dictum ſpatium adeſſet, omneſque Eccleſiæ, ac Diœceſes intra ſpatium præfatum Eccleſiam Romanam Metropolitanam recognoſcerent, ut tempore Innoc. III. qui ſedit Anno 1198. elicitur ex ejus *Epiſt.*
relata in cap. tua nobis de off. Vic. ibi: *Præſertim cum* 20
ipſe (ſcilicèt Papa) *moratur in ſua Provincia ſpeciali, videlicet inter Capuanam Provinciam, & Piſanam*; & in erectione Eccleſiæ Senenſis, in Metropolitanam, de qua ſupra diximus *in Conſtitutione ejus* 3. ait Pius II. *Eccleſiam Senenſem* (*quæ de Provincia Romana eſſe dignoſcitur*) *à jure Metropolitico, & Romana Provincia hujuſmodi omninò ſegregamus, & eximimus, necnon in Metropolim, & Sedem Archiepiſcopalem auctoritate Apoſtolica erigimus, &c.* & infrà: *Quæ* (videlicet Soanen. Cluſinam, & Groſſetanam Diœceſes) *Romana ſubjecta exiſtunt ab eadem Romana Eccleſia, & ejus Provincia* (quæ Provincia Romana eſt circumcirca per 100. lapidem, ſeu milliare, ut dixi, propagata) *omninò ſegregamus, illaſque præfata Archiepiſcopo Senenſi ſubiicimus*, & conſonat Gloſ. *in citat. cap. tua nobis* 5. *ver. non extenditur de offic. Vicarii*, Abbas *ibid. num.* 2. Butr. *num.* 17. Ancharan. *num.* 2. Bellamer. *num.* 8. Pavinus *olim S. Rotæ Auditor de offic. & poteſt. Cap. Sed. Vac. par.* 2. *principali quæſt.* 10. *num.* 37. *&* 38. *tract. magn. tom.* 13. *par.* 2. *fol.* 430. *num.* 40. Card. de Luca *de praem. diſc.* 1. 2. *&* 9. Fagn. *cap. etſi membra num.* 36. *de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli*, ubi ex declaratione S. Congregationis Concilii, de qua infra.

Ex vi cujus qualitatis Metropoliticæ appellationis 21
cauſarum Diœceſum intra Provinciam Romanam exiſtentium devolvuntur ad Papam ſine ullo medio, quia appellatio non poteſt, dari ad aliquem Metropolitanum medium, cùm is non adſit in dicta Provincia; hinc ex *Epiſtola Innocentii Primi Anno* 402. conſtat, appellaſſe Epiſcopum Eugubinum ad illum, quam refert Angelus Petrica *de appellat. Eccl. ad Rom. Pontificem diſp.* 10. *appellat.* 4. apud Rocabert. *in Bibliotheca Pontific. tom.* 3. *pag.* 792. & cùm Archiepiſcopus Capuanus prætenderet jus Metropoliticum in Epiſcopum Aquinatenſem vigore antiquorum diplomatum obtentorum; & aliqui verè eam Eccleſiam Epiſcopalem reponunt ſub Archiepiſcopo Capuano, Barboſ. *in Cathalogo Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum*, tamen non habuit effectum prætenſio Capuani, quia Aquinatenſis Eccleſia eſt intra diſtrictum centum milliarium Urbis, & ſic ſub Provincia Romana, ut meminit Card. de Luca *de praem. diſc.* 1. *num.* 8. & eam verè inter exceptas ponit Ughel. *Ital. Sacr. tom.* 1. & cùm *Pius Papa IV.* erexiſſet in Metropolim Eccleſiam Urbinatenſem, aſſignata ſuffraganea inter alias Eccleſia Eugubina, iſta
ſub *Alexandro VII.* prætendit Breve Pii IV. non ſub- 23
ſtineri ex defectu intentionis Pontificis, ob ignotam, & non conſideratam circumſtantiam, quòd Eccleſia Eugubina eſſet intra Provinciam Romanam complectentem ſpatium centum milliarium, cùm Papa id non expreſſiſſet, prout expreſſione dignum putaverat Pius II. in erectione Eccleſiæ Senenſis in Archiepiſcopalem, & ſubjectionem Eccleſiarum Soanen, Cluſinæ, & Groſſetanæ, & in aſſignatione earum ſuffraganearum dictæ Senenſi, ut ſupra retuli. Quare agitata cauſa de mandato Papæ in *Sacra Congreg. Concilii*, reſcriptum fuit, ut fieret menſuratio diſtantiæ, ut refert Cardin. de Luca *cit. diſc.* 1. *numer.* 1. §. *Quod motivum*, quæque menſuratio dubitatum fuiſſe, ait, an fieri deberet per aerem, vel per terram, & quatenus per terram, an per agros per lineam rectam, vel per vias magis frequentatas, aut innuſitatas, circa quæ ego dicerem procedendum eſſe juxtà regulas ſupra adductas *Conſt.* 4. *Calliſti III.* circa menſurationem faciendam pro probanda vicinitate Eccleſiæ, ut vicinior Epiſcopus quis dicatur, ad effectum exercendi Juriſdictionem in viciniori loco *Nullius*,

quòd ſcilicèt menſuratio fiat per vias magis frequentatas, & de Eccleſia ad Eccleſiam; cùm eadem ſit ratio in utroque caſu; ut ſcilicet conſideretur ſpatium, in quo Juriſdictio convenienter exerceri valeat; ac conſiderari debet caput Diœceſis Romanæ Eccleſia Lateranenſis, non territorium, & initium Diœceſum, cùm Papa talem Romanam Provinciam habeat utì Epiſcopus Urbis; Cauſa autem prædicta Eugubina ſiluit continuante dicta Eccleſia in ſtatu, & ſubjectione Provinciæ Romanæ, ut notat Card. de Luca *in adnot. ad cit. diſc. 1. de praem. in initio*. Hæc ſcripſimus pro denotanda Provincia Romana intra centum milliaria, non tamen aliquid dicere voluimus quoad ſubſiſtentiam, vel non Jurium dictæ Eccleſiæ Eugubinæ cum Metropoli Urbinatenſi. Imò dum hæc typis manda-
24 bantur, fuit emanata à *Sanctiſſimo D. N. Papa BENEDICTO XIII. Bulla*, quæ dictam Eccleſiam Eugubinam ſubjectam fore mandavit Archiepiſcopali Eccleſiæ Urbinatenſi.

25 Quoad prædicta, ut Jus Metropoliticum Papæ reſtrictum ſit ad centum milliaria, inter Provinciam Capuanam, & Piſanam, occaſione Concilii Romani, à Sanctiſſimo Domino Noſtro celebrati, cùm fuerit per ipſum demandatum, ut omnes Epiſcopi exempti, juxta Concilii Tridentini præſcriptum *cap. 2. ſeſſ. 24. de Ref.* tenerentur eligere Metropolitanum, cujus Provinciali Synodo intereſſent: dubium emerſit, an dictam electionem facere tenerentur Epiſcopi, qui dicuntur Romanæ Provinciæ, qui ſcilicèt ſunt intra centeſimum lapidem ab Urbe, nempè inter Provinciam Capuanam, & Piſanam; ac agnitum fuit
26 non teneri, ex ea ratione, quia de iſtis non fuit diſpoſitum per Concilium, quod demandavit, electionem illam fieri ab iis Epiſcopis, qui Metropolitanum non haberent, qualis non ſunt illi intra centeſimum lapidem ab Urbe, ac inter Capuanam, & Piſanam Metropolim, qui habent Papam utì Metropolitanum, juxta etiam declarationem Congregationis Concilii, quam retuli ſupra *Conſt. 3. Pii II.* & apud Fagnan. *cap. etſi membra n. 36. de his quæ fiunt à Prælatis*, & infra denuò referam.

27 Sed cùm SS. D. N. demandaſſet, ut fieret electio Metropolitani, cùm quo Concilium Provinciale celebrari valeat, juxta præſcriptum antedictum *Concilii Tridentini*, per quoſcumque Epiſcopos exemptos, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjectos, qui vocati jam fuerunt ad Concilium illud Romanum, jam ferè omnes acquieverunt, talem electionem peragere parati, inter quos eximia conſiderari valet promptitudo, qua ſe pariturum profeſſus fuit Epiſcopus Bambergenſis Lotharius Franciſcus de Schomborn Elector Moguntinus, qui avitæ præclariſſimi generis nobilitati, egregiis animi ſui dotibus, magniſque virtutibus reſpondet; Cujus flagrans zelum in curando Catholicæ religionis incremento, eximia erga Sedem Apoſtolicam obſervantia, in populis ſibi commiſſis regendis diligentia, in Sacerdotii, Imperiique poteſtate tàm mirificè copulanda prudentia, illum profectò celeberrimum reddunt, omniumque laudum florentiſſimum. Iſte, inquam, ut ſibi innotuit Sanctiſſimi Domini decretum, ſtatim utì Epiſcopus Bambergenſis ad electionem Metropolitani Moguntini, pro Synodo provinciali celebranda, devenire promptum ſe fore profeſſus fuit.

28 Sed apud aliquos exorta fuit dubitatio, an Epiſcopi exempti à Metropolitanis, & immediatè ſubjecti S. Sedi Apoſtolicæ, vocati ad Concilium præfatum Romanum, eam Metropolitani electionem facere tenerentur, in cujus Concilio Provinciali intereſſent, ad formam *Tridentini*; ea ratione adducta, quòd fallax, & inſulſum eſſet, ac erroneum aſſerere, Pro-
29 vinciam Papæ eſſe intrà centeſimum lapidem coarctatam. quod etiam dixerat Card. de Luca *in annot. ad diſc. 1. de praem. num. 2. §. Provincia, & diſc. 2. in Relat. Rom. Cur. num. 5.* cum longè, latèque pateat, prout patebat per Italiam, ex ſuprà indicatis rationibus, ad quas, multiplices Diœceſes jam diximus, ſe extendiſſe; & licèt fuiſſent ſubſequenter inſtitutæ Metropoles per Sedem Apoſtolicam, ſicque diſmembratæ plures Diœceſes à Provincia Romana, certè tamen illæ exemptæ à dictis novis Metropolibus, videntur reſtitutæ eidem Provinciæ Romanæ, ut jus Metropoliticum Romanus Pontifex in eas exerceret, prout exercet; cùm ad ipſum immediatè appellationes devolvantur, nullo exiſtente medio alterius Metropolitani. Verùm id, quod aſſeritur à DD. & dictum fuit ſupra, non eſt erroneum juxtà ſenſum, in quo addu- 30
ctum fuit, ſcilicet, non quòd ab initio Provincia Papæ fuiſſet coarctata ad Suburbicarias Eccleſias tantùm, & ad limites civilis Poteſtatis Præfecti Urbis, juxta falſum aliquorum ſenſum; ſed quòd in præſenti, poſt erectiones ſubſecutas novarum Metropoleon in Italia, Provincia antiqua Romana, reſtricta remanſit ſolùm inter Metropoles, & Provincias Capuanam, & Piſanam illi proximiores, & intra centeſimi lapidis ſpatium, quod continet diſtantia illarum duarum Provinciarum.

Unde benè in quæſito, an Epiſcopi ex Provincia 31
Romana tenerentur eligere Metropolitanum pro celebratione Concilii Provincialis, adducto ut ſupra à Fagnano, ita dicitur; *Cùm dubitatum fuerit, an Decretum Concilii habeat locum in Epiſcopis, qui ſunt in Provincia Romana, veluti qui ſunt inter Capuanam Provinciam, & Piſanam.* Sacra Congregatio cenſuit, *non habere locum*, Et proindè habita fuit Provincia Romana in ſpatio exiſtente inter Capuanam, & Piſanam Provincias tantùm.

Quod fuit ſuppoſitum in ſupradicta *Conſt. 3. Pii II.* ubi de erectione Eccleſiæ Senenſis in Archiepiſcopalem, quòd Papa erigendo in Metropolim aliquam Eccleſiam, quæ fuerit intrà ſuam Provinciam, vel aliquem Epiſcopatum ejuſdem in ſuffraganeum alteriùs Metropolis aſſignando, ſolet exprimere, illas diſmembrare ex propria Provincia Romana; & cum iſto motivo defectus intentionis Papæ, in aſſignando ſuffraga- 32
neam aliquam Eccleſiam Epiſcopalem de ſua Provincia alteri Metropolitano, ſi non expreſſerit (priùs cognitio quod eſſet de ſua Provincia) dictam diſmembrationem velle facere, non eſt præſumendum; & proinde Card. de Luca pro Eccleſia Eugubina *diſc. 1. de Praeminentiis*, inſtitit, ut ſuprà retuli, ut videretur, utrum Eccleſia Eugubina eſſet intra centum milliaria, prout de præſenti conſiſtit Provincia Romana: & ita eſſe dixerat Innocentius Papa III. *in cap. Tua nobis de offic. Vic. ac Provinciale Romanum*, ut refert Fagnan. *cit. cap. etſi membra n. 36. & ſeqq.* & in literis Convocationis noviſſimi *Concilii Romani*, ut ſuprà innui, celebrati à SS. D. N. BENEDICTO XIII. ſic habetur: *Volumus igitur, ac mandamus, ut Epiſcopi omnes, in ſpeciali noſtra Provincia conſtituti, videlicet inter Capuanam Provinciam, & Piſanam, &c. in hanc Almam Urbem conveniant*; ut initio Concilii præfati impreſſi nuper regiſtratur.

Nec exindè exempti Epiſcopi ab aliis Metropoli- 33
bus, & immediatè ſubjecti Papæ, verè dici poſſunt de Provincia Romana materiali, & territoriali, ſed tantùm de ea formali, cùm immediatè ſubiiciantur ſine ullo medio Sedi Apoſtolicæ, & Romano Pontifici; benè namque valent dici de Juriſdictione immediata Papæ, at non utì Metropolitano; quia non ſunt in Territorio Romanæ Metropolis, & Provinciæ, ſed utì Romano Pontifici; qui ſicuti poteſt exem-
ptum reddere ſubditum à proprio Ordinario, & ſibi 34
immediatè ſubiicere ex eo, quòd, cùm à Papali poteſtate, fonte cujuſcumque Juriſdictionis, profluat Juriſdictio Ordinariorum, poteſt Papa eam reaſſumere ſibi, ut dixi *tom. 1. ubi de exempt. egi*; Eodem modo, cùm Juriſdictio Metropolitica à poteſtate Papæ profluxerit, ita poteſt Papa Suffraganeum liberare à tali Juriſdictione Metropolitica, & ſibi Romano Pontifici eum immediatè ſubiicere; & ſicuti ſi aliqua Eccleſia, ſeù perſona redderetur à Papa exempta à

ſuo

Digitized by Google

ſuo Diœceſano, & ſibi immediatè ſubjecta; non exindè poſſet dici, illa Eccleſia, & perſona eſſe de Diœceſi Romana, ſeù Papæ, utì Epiſcopi Urbis; ſed ſub Summo Pontifice uti tali; ita exempta aliqua Eccleſia Epiſcopali à Metropolitano, & immediatè ſubordinata Summo Pontifici, dici non debet reddita de Provincia Epiſcopi Urbis, & Papæ ſubjecta,
35 utì Metropolitæ. Hincque *Concilium Trid.* de Epiſcopis, qui ſunt in materiali Provincia Romana, agnoſcuntque proindè Papam, utì Metropolitanum, noluit exigere electionem alterius Metropolitani, quam demandavit quoad ad eos, qui aderant in Provincia aliqua materiali alicujus Metropolitani, ſed nulli Metropolitano ſubiiciebantur, utì exempti facti per Sedem Apoſtolicam, & Papæ immediatè ſubjecti, quia verificatur de his, non eſſe eos alicui Metropolitano ſubjectos, ut ſonant verba ejuſdem Concilii, in quos dirigit præceptum eligendi, ibi: *Itidem Epiſcopi, qui nulli Archiepiſcopo ſubiiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum ſemel eligant, cujus Synodo Provinciali cum aliis intereſſe debeant; in reliquis omnibus eorum exemptio, & privilegia ſalva, & integra maneant*, & voluit ab ipſis fieri dictam electionem, ut
36 Concilio Provinciali adeſſe poſſent, & juxta prædicta fuit Statutum in *Concilio Romano præfato*, electionem faciendam non eſſe, ut ſupra dixi, ab Epiſcopis Romanæ Provinciæ, iis videlicet inter Provincias Capuanam, & Piſanam exiſtentibus, & è contra faciendam eſſe ab Epiſcopis exemptis, & immediatè ſubjectis Sedi Apoſtolicæ.

37 Dignitas quoque, quæ conſiderari poteſt in Romano Pontifice, eſt Epiſcopi Urbis, & ſicuti ſunt Epiſcopi in propriis Diœceſibus, ita Papa eſt Epiſcopus, ſuæ Romanæ Civitatis, ejuſque Diœceſis, in qua habet immediatam Juriſdictionem, Card. de Luc. *diſc.* 2. *&* 13. *in relatione Rom. Curia, diſc.* 51. *de Juriſd. & diſc.* 2. *Miſcellan. Eccleſ. cum adnot. ad eoſdem diſc. & cit. diſc.* 1. *n.* 5. *& ſeq. de præmin.*

38 Summus autem Pontifex Romanus plures Miniſtros ſubalternos habet pro gubernio Eccleſiæ Univerſalis, & pro toto Patriarchatu Romano, ut ſunt præſertim Cardinalis Major Pœnitentiarius, qui ejus Vicarius in ſpiritualibus dicitur, habens Juriſdictionem circa fideles omnes in foro pœnitentiali, & conſcientiæ, DD. *in Clementin. ne Romani §. eo proviſo de elect.* Gomez *in præmin. regul. Cancell. tit. de Sacra Pœnitentiaria Officii variatione*, & dicam infra *Conſtit.* 23. *Sixti IV.* Ulteriùs Papa utitur miniſterio Cardinali ViceCancellarii pro negotiis fori externi in toto Orbe, de quo Cardin. de Luca *diſc.* 10. *in Relat. Roman. Cur.* & Cardinalis Camerarii, de quo *cit.* Cardin. de Luca *diſc.* 11. inſtituta audientia Cauſarum Appellationum in toto Orbe Chriſtiano, pro qua eſt deputatus Auditor Cameræ, Judex Ordinarius. Quoad verò Dignitatem Metropoliticam Papæ, videtur etiam ipſe Auditor Cameræ conſtitutus Judex Ordi-
39 narius in quibuſcumque appellationibus Cauſarum Eccleſiaſticarum à quibuſvis Epiſcopis, etiam Provinciæ Romanæ, Veſtrius *in praxi nu.* 1. *&* 10. Cardin. de Luca *cit. diſc.* 34. *numer.* 1. *& ſeqq. in Relat. Rom. Cur.*

40 Demùm pro gubernio Epiſcopatus, tamquàm Epiſcopus Urbis, deputare ſolet, prout agunt alii Epiſcopi in propriis Diœceſibus, Vicarium pro Urbe, ſuburbiis, ac ejuſdem Diſtrictu, qui fuit deputatus à *Paulo Papa II.* Epiſcopus Torcilanus, cui facultates conceſſit Pontifex in *hac Conſtitutione*, ut ſupra dixi. Sed ante tempora Pauli II. officium Vicarii Ur-
41 bis conſtitutum erat, in eoque aliquis præficiebatur, unde Honorius III. Decretalem relatum *in cap. dilectus de exceſſ. Prælat.* direxit *Petro Tituli S. Pudentianæ Presbytero Cardinali, & Vicario noſtro*, ut refert Gonzal. *cit. cap. nu.* 1. & Bonifacius VIII. *in cap. his cui de elect.* de Vicario Papæ facit mentionem, ut notat idem Gonzal. *cap. Tua nobis* 5. *nu.* 6. *de offic. Vicarii*, & Urbanus VI. anno 1384. deputavit Stephanum Cardinalem S. Marcelli in Vicarium; Eugenius quoque IV. *anno* 1431. deputavit Archiepiſcopum Compſanum, ut ex literis Patentalibus prædictorum, & aliorum exiſtentibus in Secretaria Tribunalis Cardinalis Vicarii, & notatur in *Statuto Cleri Romani in principio decreti proœmialis*, fuerantque ſemper Epiſcopi, vel Archiepiſcopi; licèt reperiatur Anno 1392. tempore Bonifacii Papæ IV. Vicarium fuiſſe Urbis Abbatem S. Pauli, apud Pavinum. Deputati itaque antiquitùs fuere, ut plurimùm, non Cardinales, Vicarii, imò Cohel. *in notitia Cardinalatus cap.* 55. *pag.* 42
303. notat uſque ad tempora *Pauli IV.* non fuiſſe Cardinales electos Vicarios, ac primum Cardinalem Virgilium Roſarium à d. Paulo deputatum fuiſſe; dictumque Petrum Cardinalem Tituli S. Pudentianæ conſtitutum Vicarium à *Papa Honorio III.* pro gubernio 43
Urbis tantùm in ejus abſentia, pro tempore, quo Reate permanſit, & refert *cit.* Gonzalez *dict. cap. dilectus n.* 1.

At verè conſtat, quoque Cardinalem Octavianum Epiſcopum Oſtienſem fuiſſe deputatum Vicarium pro gubernio Urbis ſpecialiter tantùm pro abſentia ipſius Innocentii, qui ab Urbe diſceſſit, ut componeret controverſias cum Duce Spoletano, pro quibus componendis diù laboravit, ut notat Oldoinus ad Ciaccon. *in Vit. dicti Pontificis tom.* 2. *pag.* 12. *§. celebrato*, & Balut. *in initio tom.* 1. *ep. dicti Innocentii §.* 9. *& ſeqq.* Gloſ. *in cit. cap. Tua nobis*, ubi Abb. in figuratione caſus, Gonzalez *ibidem num.* 6. *&* 7. Sic etiam in caſu textus in *cap. dilectus de exceſſibus Prælatorum* agitur de Legato, & Vicario Papæ relicto in Urbe tantùm ab *Honorio III.* ob ejus abſentiam in Civitate Reatis, qui fuit Cardinalis S. Pudentianæ Petrus Saxo Anagninus, ut refert Cohal. *in notitia Card. cit. cap.* 55. licèt Gonzal. videatur, ſentire fuiſſe Vicarium ordinarium Urbis, *ibid. n.* 1.

Hinc hujuſmodi Vicariis relictis in Urbe, dum 44
Papa propè eſt, ſolet dari limitata facultas pro Gubernio Urbis tantùm, & non extra Diſtrictum ejus, quia facilè poteſt Papa in aliis extra Urbem providere, ut erat in proxima permanentia Innocentii III. in Umbria, & benè dixit Papa *in citat. capitul. tua nobis*, facultates fuiſſe reſtrictas in Urbe, & cauſam reſtrictionis, ibi: *Quoniam Juriſdictio Vicarii, quem Romanus Pontifex in Urbe reliquit, non extenditur extra illam, niſi ei ſpecialiter conceſſum fuerit, præſertim cùm ipſe moratur in ſua Provincia ſpeciali, videlicet inter Capuanam, & Piſanam.* Si tamen Papa longum iter faceret, non ſimplicem Vicarium Urbis, ſed cum facultate Legati à latere in Spiritualibus, & Temporalibus deputare ſolet, communicata tunc facultate, ne dum Epiſcopi Urbis, ſed Metropolitæ, Patriarchæ, & ipſius Summi Pontificatus, juxta diuturniorem, vel breviorem, remotiorem, vel viciniorem Papæ abſentiam, exceptis aliquibus ſoli perſonæ Papæ competentibus; ea ratione quia cùm non ſit facilis ad eum acceſſus, ſolet ita provideri Gubernio Eccleſiæ; Ita Virgilius Papa Conſtantinopolim pergens, deputavit Cardinalem Silvæ Candidæ Epiſcopum, Vicarium in regenda Eccleſia, Baron. *tom.* 7. *anno* 546. *pagina* 506. *litt. C.* & Clemens VII. Bononiam adiens, cum Imperatore Carolo V. conveniens, Legatum reliquit in Urbe, *Conſtitut.* 23. *ejuſdem tom.* 1. *Bullarii*, & Paulus III. ad Urbem Placentiæ ſe conferens, *Conſtit.* 16. Clemens VIII. ad Urbem Ferrariæ, *Conſtit.* 53. Imò etiam Cardinalem Ægidium miſſum Legatum pro Gubernio Eccleſiæ in Italiam ab Innocentio VI. aliqui credunt eum fuiſſe in Spiritualibus Legatum à latere; licèt in Conſtitutione Ægidiana non comprehenduntur Clerici, & Eccleſiæ, quia de iſtis non fecit Cardinalis ille mentionem, ut alibi innui, & infra dicam. Quoad Vicarios deputatos à Papa, utì Epiſcopo Urbis, adfuerunt quidem Cardinales Epiſcopi deputari, ut ex exemplis adductis *in cit. Proœmio Statutorum Urbis*,
licèt regulariter eſſent ſimplices Epiſcopi non Cardi- 45

nales, ut dixi *num.* 4. & ad beneplacitum Papæ deputati, prout in hac *Conſtitutione Pauli II. & in Conſtit. Pauli III.* in qua deputatus legitur in Vicarium Epiſcopus Burgi S. Sepulchri *Conſtitut.* 36. A tempore autem Pauli IV. qui ſedit anno 1555. & ſic per centum quinquaginta annos, & ultra ſemper electi fuere S. R. E. Cardinales, qui characterem Epiſcopalem haberent, ac munus redactum perpetuum durante vita electi, Cohel. *cit. cap.* 55. *de Vicario Papæ pag.* 302. *&* 303. Gonzal. *cit. cap. tua nobis numer.* 6. Azorius *inſtit. mor. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 39. Cardin. de Luca *in Relat. Rom. Curiæ diſc.* 13. *num.* 1. *& Miſcell. Eccl diſc.* 1. *numer.* 39. §. *attenta*, Raynald. *in contin. Baronii anno* 1558. *num.* 23. & Rot. *in Portuen. Juriſdictionis* 15. *Aprilis* 1712. §. *quo verò coram Cardin. Priolo*. At in literis Apoſtolicis ſub motu proprio, quæ expediuntur ad favorem novi Cardinalis Vicarii, exprimitur: Officium Vicariatus à Papa Paulo IV. pro uno ex Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ad illud pro tempore à Papa deputaretur, erectum fuiſſe.

46 Hinc poſt obitum ſecutum anno 1714. præclari Cardinalis Gaſparis de Carpineo, in Vicarium Urbis deputati à ſan. mem. Clem. X. cùm reperiretur ſub eodem Viceſgerens Nicolaus Caracciolus Archiepiſcopus Capuanus, poſtea ad Purpuram aſſumptus ſan. mem. Clemens XI. nolens pro tunc eligere novum Vicarium, deputavit eumdem Archiepiſcopum Capuanum Viceſgerentem cum facultatibus Curiæ Cardinalis Vicarii tantùm, quia tam Vicariatus, quàm Pro-
47 vicariatus munera, ac tituli ſunt proprii Cardinalium, unde in abſentia Cardinalis Vicarii ab Urbe, uti Provicarius exercet ejus munus alter Cardinalis, ut evenit in abſentia Cardinalis de Carpineo, qui ad ſuæ Nobilis Familiæ ditionem, Carpineam nuncupatam, acceſſit per aliquot menſes; non tamen poteſt Vicarius Papæ alium Vicarium deputare, Scaccia *de Judiciis cap.* 13. *num.* 17. Franch. *in Clem. etſi principalis de reſcript.*

48 In præſenti Vicarius Urbis eſt Eminentiſſimus Cardinalis Fabricius Paulutius, qui præſtantiſſima morum probitate, ac comitate, in rebus gerendis ſemper ſtus, ferventi aſſiduitate, animoque toto in pietatem converſo, omnes in ſui amorem rapuit: Majoris Pœnitentiarii, duorum Summorum Pontificum, Clementis XI. & BENEDICTI XIII. Regnantis Secretarii Status munere perfunctus, in præſenti Urbis Vicarius, & Decanus, Sac. Collegii, ac Epiſcopus Oſtienſis, plura edidit ſuæ præſtantis vigilantiæ, & Eccleſiaſticæ in Operibus Piis liberalitatis monumenta.

49 Etenim maxima ratione tale munus Cardinalitium eſt, quia agitur de præclaro officio habente amplam poteſtatem in Urbe, in qua adſunt ipſa familia Papæ, S. R. E. Cardinales, Oratores Regum, Principes, Prælati, ac tot Viri illuſtres, & ſic optima prudentia introductus mos fuit, ut ad tantum munus eligatur Cardinalis, qui eſt Epiſcopus, cùm munia Pontificalia Vice Papæ, Urbis Epiſcopi, exerceat, prout videmus quoque Electores, alioſque ex Epiſcopis Germaniæ, imò etiam in Italia Cardinales Epiſcopos Veliternum, necnon Sabinenſem retinere Epiſcopos ſuffraganeos in ſuis Diœceſibus, munia Pontificalia obeuntes, ſicque debitam congruentia aſſumitur à Papa uti Epiſcopo Urbis Epiſcopus Cardinalis ad tale munus, & non ſimplex Epiſcopus; eoque magis; quia aſſumitur Epiſcopus non Cardinalis uti Viceſgerens Cardinalis Vicarii, pro majori recto gubernio iſtius Epiſcopatus Romani, & pro muniis Pontificalibus obeundis in caſu impedimenti Cardinalis Vicarii, quæ munia Pontificalia vidimus
50 noſtris hiſce temporibus exerceri ab Egregio, Sanctiſſimoque Pontifice Summo BENEDICTO XIII. qui Apoſtolico planè Zelo, veræ, ſolidæque pietatis ſpecimina indeſinenter præbet, dum invicta animi conſtantia impotenti, ac immodico labori ſe ſubjicit, pro Sacris Generalibus Ordinationibus, Epiſcoporum, Eccleſiarumque, conſecrationibus, ac aliis Pontificalibus functionibus peragendis, cæteriſque Sacramentis in Baſilica Lateranenſi adminiſtrandis; dumque ad reſtituendum divinum cultum, reparandamque ubi collapſa eſt, Eccleſiaſticam diſciplinam, totis nervis, viribuſque contendit, voluptatum omnium, commodique proprii contemptor exiſtit.

Officium hoc Vicariatus inſtitutum fuit à Paulo 51
IV. cum adjutorio Miniſtrorum, ut proſequuntur literæ præfatæ Motus proprii in deputatione Vicarii; Paulum præfatum erexiſſe, ac inſtituiſſe dictum munus per deputatum Cardinalem exercendum, ſeu ab eo deputatos Viceſgerentem, & ſuffraganeum, ac in Civilibus, & Criminalibus Locumtenentes.

Ille enim Viceſgerens, ſeu Suffraganeus dictus, 52
ſubalternatus eſt Cardinali Vicario, & ab ipſo deputatur, ac dicta munera Pontificalia, ordinandi, conſecrandi Oleum Sanctum, & quæ ſpectant ad poteſtatem Ordinis, exercet in locum Cardinalis Vicarii, ac Ordinationes generales, & conſecrationem Oleorum, benedictionem fontis Baptiſmalis, & Baptiſma ſolemne, ac adminiſtrationem Sacramenti Confirmationis explet in Baſilica Lateranenſi, quæ Eccleſia eſt Cathedralis Papæ uti Epiſcopi Urbis, aſſiſtentibus eidem Viceſgerenti Canonicis dictæ Eccleſiæ; Ulterius eſt Viceſgerens, unus Judicum in Civilibus Cauſis Tribunalis Vicarii ex tribus, qui ſunt in eo, & aſſiſtit Congregationi Criminali pro cauſis criminalibus, quæ quolibet die Mercurii non impedita à feſto, habetur in ædibus Cardinalis Vicarii coram iſto, & Viceſgerens ſedit immediatè poſt eum.

Verùm ad rem, controverſia inſurrexit tempore 53
Sedis Vicarialis vacantis per obitum Cardinalis de Carpineo, quoad præcedentiam ſedendi inter Viceſgerentem, cui, ut dixi, fuerant communicatæ à Papa facultates Vicarii, & Locumtenentem civilem Curiæ Vicarialis, qui etiam eſt Prælatus, ut dicam, necnon Advocatum Fiſcalem Cameræ Apoſtolicæ, qui pariter intervenit in dicta Congregatione; etenim, cùm iſta deberet fieri in Domibus D. Viceſgerentis, ob defectum Cardinalis Vicarii adhuc non deputati, dubitatum fuit, quo ordine illi ſedere deberent, cùm non paterentur duo ultimi, in propria domo Viceſgerentis ſedere poſt eum, ſicuti in praxi ſervabatur domi Cardinalis Vicarii; & ſan. mem. Clemens XI. ſolita prudentia mandavit, quòd appoſita in capite tabulæ ſella magna pro Cardinali Vicario, repreſentante modum, quo ipſe, ſi adeſſet, in ea ſederet, ex lateribus tabulæ ſederent præfati, in primo tamen loco Viceſgerens, ac deindè alii ſucceſſivè ſecundùm ordinem retinendum, ex uno, & altero latere.

Adeſt rurſus in Curia Vicariali Locumtenens nun- 54
cupatus Cardinalis Vicarii, qui Prælatus eſt, alter ex tribus Judicibus Civilium Cauſarum, & aſſiſtit quoque in dicta Congregatione criminali.

Auditor quoque eſt ipſius Cardinalis Vicarii, qui eſt alter Judex civilis in cauſis, ſubſcribitque ipſe Cedulas Sententiarum, aliaque acta judicialia, Card. de Luca *in relat. Rom. Cur. diſc.* 13. *à num.* 14. *ad* 21. ubi agit de prædictis Officialibus; qui tres Judices civiles habent inter ſe præventionem, itaut unus reaſſumat ab alio, in cauſa præventa coram ſe, & quatenus ſuſpecti allegentur à Partibus, citatur coram Cardinali Vicariomet, vel ejus Auditore Camerali, qui alium deputat Judicem, vel ex tribus prædictis, vel aliquando etiam Prælatum extra Tribunal.

Pro Criminalibus tamen Cauſis expediendis adeſt 55
Locumtenens Criminalis, qui eſt togatus, & Clericus, coram quo acta fiunt prævia, quoad judicata, relatione illius in quadam Congregatione Criminali, ubi interveniunt Cardinalis Vicarius, Locumtenens Civilis, Advocatus Pauperum Urbis, & Advocatus Fiſcalis Cameræ Apoſtolicæ, Promotor Fiſcalis Cu-

lis Curiæ Vicarialis, qui ad præſens eſt D. Cajetanus Ivones, aliique; ſed Locumtenens Criminalis ſubſcribit Decreta de Voto Congregationis. Verùm de hoc fuit dubitatum, an cùm eſſet ille conjugatus, poſſet in quadam cauſa nullitatis matrimonii ſubſcribere Sententiam, de qua re infrà in *hoc Commentario* dicam.

56 Habet Curia iſta Vicarialis quatuor Notarios cum ſubſtitutis pro actis conficiendis, & familiam armatam cum Baroncello. Sunt quoque Mandatarii dicti, qui habent veſtes obſcuri, vulgò *Lionato*, & non roſacei coloris: poſſuntque iſti deferre Claves argenteas in Eccleſia Lateranenſi tantùm, & in Proceſſionibus privatis intra, vel circa eam. Nam verè Eccleſia illa Cathedralis eſt Papæ, ut Epiſcopi Urbis, cujus Vicarialis Curia ea eſt; & quoad veſtes, & alia hujuſmodi, *Sacra Congregatio Rituum in Urbis* 17. *Martii* 1607. apud Barboſ. *in Collectat. ver. Vicarius Papæ*, Card. de Luca *diſcurſ.* 13. *in Relat. Rom. Cur.*

57 Occaſione oblata, dum agimus de Notariis Curiæ Vicarialis Urbis, addere putavi infraſcriptam noviſſimam controverſiam. Habet Curia Cardinalis Vicarii, ultra Notarios quatuor, ut dixi, alium miniſtrum, nuncupatum olim Cancellarium, ſeu Secretarium; hoc enim munus per longum tempus antea fuit retentum apud aliquem ex dictis Notariis, & ab eiſdem adminiſtratum, ſivè ab illorum ſubſtitutis; ſemper tamen ad tenorem primævæ inſtitutionis, habitum, & reputatum fuit officium ab ipſis Notariis diſtinctum, & ſeparatum, ut refert Card. de Luca *in relat. Romana Curia diſcurſ.* 13. *numer.* 20. conſuevitque ulteriùs præfici aliquis vir Eccleſiaſticus doctus, & in praxi verſatus in negotiis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, quæ per dictam Secretariam expediuntur, ut ſupereſſet præfatis negotiis, mediante dicto Cancellario, pro dandis actibus, & decretis publica fide vallatis; qui ad præſens eſt Canonicus Cuggiò, vir diligens, munerique ſui partes benè, fideliterque explens, etſi ipſe Officialis aliqua expediat manualia, & non requirentia publici Officialis, Notariique atteſtationem; reſervatis tamen emolumentis pro ipſo Cancellario, ſeu Notario Secretario; quod Secretariæ officium exerceri ſolitum per unum ex dictis Notariis, ultimò exercebatur à Jo: Dominico de Rubeis, cujus officio adnexa erat Secretaria illa, qui prætendit privativam facultatem, ratione dicti muneris Secretarii ejus officio connexi, expediendi ea omnia, quæ quoad Spiritualitatem, & actus voluntariæ Juriſdictionis Cardinalis Vicarii, expediri ſolent per Secretariam, eorumque percipiendi omnia emolumenta; quam quidem privativam impugnabant alii duo, uno tantum acquieſcente, aſſerentes, ratione æqualitatis Notariatus inter ipſos exiſtentis, communem debere eſſe inter ipſos cumulativam, ſeu præventivam; & conſequenter lucrum emolumentorum in expeditionibus à ſingulis faciendis, obtentoque in Tribunali Cardinalis Vicarii ſuper hac controverſia mandato de manutenendo, per dictum de Rubeis, devoluta extitit Cauſa ſuper petitorio in *Sac. Rota*, in qua propoſito dubio in petitorio, ac in devolutivo: An, & de cujus bono jure conſtaret, etiam ſuper pertinentia emolumentorum Secretariæ, de qua agitur, *ſub die* 8. *Junii* 1722. *coram bon. mem. Foſcaro*, *decifum* fuit; *Conſtare de bono Jure Collitigantium, juxta tamen modum in præſenti Deciſione exprimendum*; qui in genere talis fuit, quòd favore Jo: Dominici de Rubeis, conſtaret de bono Jure, privativè ſcribendi ea omnia, quæ eſſent de pertinentiis Secretariæ; ut ab ipſo expedirentur, tamquàm is, cujus officio Secretaria ipſa adnexa reperitur; favore verò aliorum Notariorum, videlicèt prò Jure cumulativo, & præventivo in cæteris actibus, in quibus publica Notarii fides, & legalitas adhiberetur; quòdque cum hac diſtinctione pariformiter procederetur quoad emolumenta; ut ſcilicèt de illis Connotarii non participent in actibus, qui procederent ab officio Secretariæ, & citra Notariorum operam; at data fuit nova audientia.

Duplici enim fundamento innixa fuit reſolutio; unum ſcilicèt, quòd quatuor Notarii dicti Tribunalis, quamvis diverſis temporibus à Summis Pontificibus inſtituti, parem obtinuerint titulum, & facultatem, quoad ea, quæ ad officium Notariatus pertinent. Alterum, quòd Secretaria eſt officium diviſum, & per accidens adnexum, deſtinatione facta à Cardin. Vicario tali Notario. Et ſicut inſurgit cumulativa, ſeu præventiva in ſingulis Notariis pro rebus reſpicientibus munus Notariorum, ita privativa quoad Notarium, cui adnexa fuit Secretaria in iis, quæ expediri debent per illam; quòdque ſaltem Secretaria per ſe ſtaret, reſultabat ex *dicto* Cardin. de Luca ex immemorabili obſervantia, ex libris, & regiſtris ſeparatim retentis ab expeditionibus Notariorum, ex ſententia lata anno 1622. per Card. Procamerarium, qua canonizata fuit libertas Card. Vicarii in deſtinando uni ex Notariis Secretariam, ab alio ſubmotam; & altera ſententia anno 1645. circa privativam retentionem Scripturarum Secretariæ, & perceptionem emolumentorum ad favorem Notarii deſtinati Secretarii; pròut hæc Jura, & alia exornat *dicta Deciſio*. Quæ rurſus declaravit actus, in quibus competere cumulativam, autumatum fuit; nempè quoad inſtrumenta Conſtitutionis Sac. Patrimonii, & quoad Decreta approbativa eorum, quia ſunt actus expediri ſoliti à Notariis, publicam auctoritatem iis impertientibus; Itidem quoad editionem Decretorum, quæ ordinaria, vel delegata Juriſdictione Cardin. Vicarii interponerentur, nulla adhibita reſtrictione quoad diſpenſationem ætatis, & licentias pro tumulatione cadaverum laicorum in Eccleſiis Monialium; nam omnia ea deſcendere videntur à Judiciali figura per conſtructionem proceſſus, ſaltem ſummarii; in proceſſibus fieri conſuetis pro aſſumptione habitus Sancti Stephani; in rogitibus Inſtrumentorum de poſſeſſibus quorumcumque beneficiorum; in obligationibus dotium Monialium; approbationibus obligationum pro exigibilitate dd. dotium, & alimentorum Puellarum educandarum, uti actus conſecutivi fidei, & publico miniſterio Notarii. Et tandem ſuper materia ordinationum, unà cum eorum emolumentis retrahi conſuetis ex atteſtationibus dandis initiatis, & promotis ab Ordines, credidit Rota, eſſe id commune omnibus Notariis; nam etſi facere elenchos ordinandorum ſpectare videretur ad Officium Secretarii, nihilominus concurrebat quoad emolumentorum coæqualem participationem inter Notarios, *Breve Alexand. Papæ VI.* & antiquiſſima obſervantia, necnon reformatio *ſan. mem. Clem. XI.* anno 1704. per quam demandata fuit ſingulis Notariis confectio, & retentio libri ordinationum ad quoſcumque Ordines majores, & minores.

Vicarius Papæ præcedebat Auditori Cameræ, cùm 58
repræſentet ipſum Papam, ſicuti Vicarius Epiſcopi
repræſentat iſtum; Gav. ad Veſtr. *in praxi cap.* 16.
ſed hodie cùm ſit Cardinalis, non eſt hoc diſqui-
rendum. Curia, ac Officium Cardinalis Vicarii Ur- 59
bis maximam habet auctoritatem, & poteſtatem, nedum ratione ſui muneris Vicarialis; ſed etiam quia ſpeciales facultates Papa committit Vicariali officio, quæ in generali deputatione non intrarent, Veſtr. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 2. non tamen communicat collationem beneficiorum. Judexque ordinarius ille dicitur, ut in *præſenti Conſtitutione*, *&* *ex Conſtitut.* 36. *Pauli III.* unicumque Tribunal conſtituit ejus Tribunal, ſeu Auditorium cum Papa, uti Epiſcopo Urbis, cujus vices gerit, Joan. Andr. *cit. cap. Tua nobis numer.* 7. *&* 11. Butr. *num.* 8. *&* 17. Ancharan. *num.* 2. Abbas *num.* 3. Barboſ. *num.* 2. *de offic. Vicar.* Veſtr. *in prax. lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 1. Pavin. *cit. num.* 37. Vantius *de Nullit. & defect. Juriſd. deleg. num.* 13. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 25. *numer.* 1. *& de Appellat. qu.* 19. *memb.* 1. *concl.* 6. *num.* 79. Zecch. *de Republic. Chriſt. titul. de Vicar. Papæ pag.* 108. Mandoſ. *reg.* 19. *Cancell. quæſt.* 6. *art.* 5.

art. 5. Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *qu.* 3. *num.* 19. Tholoſan. *Sintag. jur. lib.* 47. *cap.* 35. *num.* 9. Galganet. *de jure public. lib.* 3. *cap.* 36. *num.* 7. Cohel. *de notit. Cardin. cap.* 55. *verſ. habet Summus Pontifex pag.* 301. Azor. *citat. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 40. Barboſ. *in ſumm. Apoſtolic. deciſ. Collectan.* 712. *numer.* 1. Peregrin. *in prax. Vic. parte* 1. *ſect.* 6. *num.* 9. Cardin. de Laurea *in Epit. Can. verbo Vicarius Papæ*, Ridolphin *in prax. par.* 1. *cap.* 7. *numer.* 75. *& par.* 3. *cap.* 15. *num.* 420. Scannarol. *de Viſitat. Carcerat. lib.* 1. §. 8. *cap.* 5. *numer.* 1. *& ſeqq.* Capuc. *in praxi par.* 1. *cap.* 2. *ad tit.* 2. *num.* 14. Card. de Luca *de Praem. diſc.* 1. *numer.* 3. *& ſeq. & in relat. Roman. Cur. diſc.* 13. *numer.* 1. *& ſeq.* Pignatel. *conſul.* 150. *numer.* 28. *tom.* 1. Rota *deciſ.* 117. *numer.* 8. *coram Duran. deciſ.* 62. *numer.* 8. poſt Bonden. *collect. legal. tom.* 1. ac ejuſdem Vicarii Urbis juriſdictio, uti ordinaria non expirat Sede Vacante Apoſtolica, cùm eligatur vita durante Cardinalis ad dictum munus, Fagn. *cap. cum olim nu.* 69. *de major. & obed.* Gambar. *de auct. leg. l.* 9. *numer.* 78.

60 Facultates etenim Cardinalis Vicarii, ultra conſuetas eidem muneri competentes, varias obtinuerunt à Summis Pontificibus ampliationes; eas namque conceſſerunt, præter *Paulum II. in hac Conſtitutione*, *Clemens VII. Paulus III. Julius III. Pius IV. S. Pius V. Clemens VIII.* aliique; quæ facultates fuerunt reformatæ à Paulo V. *in Conſtitutione ſuper reformatione Tribunalium Urbis*; & ſucceſſivè eam auxit Clemens X. qui committens hoc munus Cardinali Gaſpari de Carpineo, eum conſtituit Vicarium Urbis, ſuburbiorum, & diſtrictus, necnon Romanæ Curiæ Judicem ordinarium ad univerſitatem omnium Cauſarum, etiam ſi ſint merè laicales, ad inſtar aliorum Romanæ Curiæ Judicum ordinariorum, proceſſuſque in cauſis quibuſque Criminalibus faciendis, etiam in primis inſtantiis coram eo, ejuſque in Criminalibus Locumtenente, vel aliis Judicibus ab eo deputandis, tàm in Urbe, quàm in ejus diſtrictu; & in diſtrictu ad hunc effectum indulſit poteſtatem deputandi etiam Commiſſarios cum facultatibus, & proviſionibus ſolitis, & conſuetis, ſibi benè viſis.

Verùm ſan. memor. Innocentius Papa XII. pleno voto Congregationis deputatæ decrevit, ac reduxit omnes facultates conceſſas Cardinali Vicario per Romanos Pontifices, præſertim *Clementem X.* ad terminos Juris communis, Concilii Tridentini, & prout erant ante reformationem *Pauli V.* & juxta eam, ut in *Conſtitutione edita* 17. *Septembris* 1692. *qua eſt* 108. *in Bullariolo ejuſdem Innocentii*, & penes Card. de Luca poſt *diſc.* 13. *in Relat. Roman. Cur. noviſſim. edit.*

61 Attamen *SS. Dom. Noſt. BENEDICTUS XIII. ejus motu proprio expedito ſextodecimo Kalendas Septembris Anno* 1724. *Pontificatus Anno primo*, reintegravit Cardinalem Vicarium Urbis, ſuburbiorum, & diſtrictus, ejuſque Curiam, ad facultates procedendi in cauſis omnibus Civilibus, & Criminalibus, & mixtis merè Licalibus, & profanis, & inter merè Laicos, ad inſtar aliorum Romanæ Curiæ Judicum ordinariorum, reintegrando eum ad facultates conceſſas per dictum Clementem X. cum cumulativa cum aliis Judicibus Urbis, eumdem Vicarium Ordinarium Judicem enunciando.

62 Ulteriùs cùm antiquitùs adeſſent plures Cardinales Protectores locorum Piorum, & Eccleſiarum Urbis cum juriſdictione in cauſis eorumdem, *ſan. mem. Innoc. XII.* dictas facultates, quoad cauſas judiciales revocavit, ſupprimendo eorum tribunalia ſpecialia, omneſque dictas cauſas cognoſci voluit à Judicibus ordinariis. Hinc ad Vicarium Urbis devolutæ fuerunt plures cauſæ, & ideò acquiſivit juriſdictionem ampliorem.

63 Proindè juriſdictio Cardinalis Vicarii complectitur legem Diœceſanam, & juriſdictionis, in quibus juxta communiorem diviſionem reſolvitur omnis juriſdictio Epiſcopalis, ut dixi ſupra ad *Conſtitut.* 4. *Calliſti III.* & de Vicario locutus fuit Veſtr. *cit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 1. & ſic pro lege Diœceſana poſſe convoca-
re Synodum Cleri Romani, ut actum fuiſſe liquet in
prœmio ſtatutorum Cleri Romani impreſſorum; &
expreſsè datur facultas in *dicta Bulla Pauli III.* 36. §. 64
10. ibi: *Synodum in Romano Clero pro correctione ma-
lorum morum, & pro neceſſitate, juxta temporum op-
portunitates, in Clero occurrentes, ubi & quando libue-
rit, celebrandi, & congregandi; ſtatuta, & ordinatio-
nes, ſeu conſtitutiones pro tempore obſervandas edendi:*
Prout lege juriſdictionis attenta Canonicam habet 65
obedientiam, & ſubjectionem Clericorum, aliorumque,
ut etiam innuitur in hac *Conſtitutione* §. 4. Cogno-
ſcit Cauſas ſpirituales, nempe matrimoniales, aliaſ-
que privativè quoad omnes alios, prout etiam bene-
ficiales; necnon cognoſcit Cauſas viduarum, pupillo-
rum, & miſerabilium perſonarum activè, & paſſivè,
etiam ſi agatur vigore obligationis Cameralis, Apo-
ſtatarum, Monaſteriorum, Judæorum, Clericorum Ur-
bis, Religioſorum utriuſque ſexus, Confraternitatum,
Laicorum, Hoſpitalium; contra eos, qui diebus fe-
ſtivis vetita exercent, contra blaſphæmatores, & pe-
rjuros, & matrimoniorum activè, & paſſivè, & pri-
vativè quoad alios cognoſcit cauſas alienationum bo-
norum Eccleſiaſticorum; habet juriſdictionem inter
Hæbreos, ſi præveniat, unde aut ex ipſo munere Vi-
cariatus, vel de ſpecialibus facultatibus Summorum
Pontificum in prædictis juriſdictionem habere con-
ſtat, prout ex variis pro tempore *Conſtitutionibus Sum-
morum Pontificum* emanatis, & à Cherubino pluribus
indicatis initio *Conſtitut. præſentis*, & *alia Pauli III.*
36. & ſupra dixi, etiam promulgatis, & ultra hanc
Pauli II. fuerunt etiam plura communicata à Clemen-
te VII. Paulo III. Julio III. Pio IV. S. Pio V. Cle-
mente VIII. aliiſque, ut enunciatur in Bulla, de qua
infra, SS. D. N. BENEDICTI XIII. & referunt plu-
res ex *cit.* DD. & præſertim Capuc. *cit. n.* 14. Sed num-
quid Cardinalis Vicarius in vim ſuarum facultatum 66
admittere poſſit debitores, etiam in forma Cameræ
obligatos, ad beneficium *cap. Odoardus de ſolutionibus*
abſque ſpeciali commiſſione Papæ.

Huic dubio affirmativè reſpondit *Sacra Congreg. Concilii in Romana Capituli Odoardus*, *Anno* 1698. de quodam Sacerdote carcerato; quia hac facultate ſemper uſum fuit Tribunal Card. Vicarii, Scanarol. *de Viſit. Carcerator. lib.* 3. §. 9. *cap.* 3. *num.* 39. *pag.* 529. *& in appendic.* §. 3. *cap.* 32. *num.* 42. & faciunt Zacch. *de oblig. Cameral. qu.* 19. *nu.* 9. *ad* 16. Et ſi Creditores urgerent *Conſtitutiones Gregorii XIII. & Pauli V.* relatas à Rota *deciſ.* 207. *par.* 15. *recentior.* mandantes ut non poſſint per quemvis Judicem ordinarium admitti ad dictum beneficium obligati in forma Cameræ. Quod etiam firmat *deciſio cit. num.* 15. Nam non viſum fuit tutum, potuiſſe Clericum renunciare huic beneficio in dedecus proprii ordinis; nec contineri hanc obligationem de non impetranda quacumque gratia in formula antiqua obligationis Cameralis; cùm fuerit ſolùm ſuperaddita per Galleſium, ſed à Curia Romana non recepta, Zacch. *cit. quæſt.* 19. *nu.* 14. *&* 15. Rota autem *cit. deciſ.* id admiſit in Clerico cœlibi ex *declaratione Congregat. Concil. relat. n.* 2. ſed excluſit in illo caſu Clerici conjugati; & perfunctoriè innuit, quòd obligati in forma Cameræ non poſſint admitti ad dictum beneficium coram quocumque Judice ſine commiſſione Papæ. Sed hoc non tangit, nec vulnerat ſtylum prædictum, qui viget in Curia Cardinalis Vicarii.

Habet quoque Cardinalis Vicarius facultatem il- 67
lam delegatam, quæ in pluribus caſibus conceſſit Ordinariis *Sac. Conc. Trident.* & ſucceſſivè aliæ *Conſtitutiones Apoſtolicæ*, nempè cum perſonis, & locis exemptis, & ratione Curæ Animarum cum Monaſteriis exemptis, etiam Monialium, exceptis aliquibus ob ſpecialia privilegia poſt Concilium obtenta; & ratione immunitatis Eccleſiaſticæ in vim *Bullæ Gregorianæ*, & generaliter omnia, quæ Concilium Epiſcopis, & Ordinariis permittit tàm in foro interno, quàm externo, Card. de Luca *cit. diſc.* 13. *num.* 2. *in Relat. Rom. Cur.* & quam Juriſdictionem exercere poſſit,

poſſit, vel non, innuit idem Card. de Luca *cit. nu.* 3. *& ſeqq. & diſc.* 34. *de Juriſd.*

68 Approbat præfatus Cardinalis Vicarius Confeſſarios, excepti tamen Pœnitentiariis trium Baſilicarum, qui approbantur à Cardinali Majori Pœnitentiario, ut dicam alio loco, & Confeſſarios in Triremibus Pontificiis, de quo infra. Non ſolet tamen reſervare caſus,
69 ut faciunt alii Epiſcopi pro Confeſſionibus, & Sacramento Pœnitentiæ, niſi pro aliquo ſpeciali caſu, ut actum fuit cum non recipientibus Communionem Paſchalem tempore præfinito.

70 Ordines confert omnibus tam Sæcularibus, quàm Regularibus, ac literas Dimiſſoriales concedit, & quoad Regulares ſervatur diſpoſitio Clementis VIII. de qua dixi ſupra *Conſt.* 7. *Pii II.* ſolùmque Canonici, & alii de Baſilica Vaticana recipere poſſunt Ordines de mandato ipſius Archipresbyteri, & ejus literis dimiſſorialibus, quod approbatum fuit per Sacram Congregationem Concilii.

71 Sacramentum Confirmationis confert, & Pontificalia exercet, ac exerceri per alios licentiam concedit, quæque munera Pontificalia exerceri ſolent per Vicesgerentem, uti eſſet ejuſdem Vicarii Suffraganeus. Concurſus indicit ad Parochiales coram ſuis Examina-
72 toribus; ſolùmque facultas conferendi beneficia reſervata eſt Pontifici, qui eam exercet per Organum Datariæ; prout viſitatio Eccleſiarum, quæ in hac
73 *Conſtitut. Pauli II.* tributa fuit Vicario Urbis, remanſit ſublata ab eo, & inſtituta Congregatio particularis Viſitationis S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum, in qua etiam interveniunt Cardinalis Vicarius, & Vicesgerens, ac ſunt Ordinarii executores decretorum dictæ Congregationis Viſitationis, ut notat Cardin. de Luca *cit. num.* 10. ex Inſtitutione dictæ Congregationis, deindè peracta per Summum Pontificem.

74 Hujuſmodi ampla facultas Cardinalis Vicarii Urbis, quò ſe extendat, dubitatum fuit. Aliqui enim intra Urbem, & Suburbia tantùm reſtringi ajunt, & ea non excedere cum ſuo Territorio, quod nomine Urbis venire poteſt, *ex Textu in cit. cap. tua nobis de offic. Vicarii*, ibi enim Papa ſcribens Vicario ſuo Urbis, dixit: *Quoniam Juriſdictio Vicarii, quem Romanus Pontifex in Urbe relinquit, non extenditur extra illam, niſi ei ſpecialiter conceſſum ſit*, prout dicunt Azor. *cit. cap.* 39. Petrus Gregorius Tholoſan. *lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 3. Gonzal. *ad cit. Text. n.* 2.

Alii autem putant, Vicarium Urbis repræſentare Pontificem in tota Patriarchali ejus poteſtate, Jo. Andr. *cit. cap. tua nobis n.* 13. *verſic. & per hoc*, Abbas *num.* 5. Butr. *num.* 7. Ancharan. *nu.* 2. Gambar. *de legat. in exord. num.* 14. *inter Tract. magn. tom.* 13. *part.* 2. *pag.* 551. Pavin. *cit. par.* 2. *qu.* 10. *n.* 35. & 43. *inter Tract. magn. tom.* 14. *part.* 2. *pag.* 480.

Alii rursùs dixerunt, Juriſdictionem Vicarii Urbis exercibilem eſſe per totam Provinciam Romanam, quia eſt Vicarius Papæ, uti Metropolitani; quæ Provincia latè ſe extendit, & ſaltem conſtituta eſt in ſpatio centum milliarium, ut dixi ſupra, *Gloſ. ver. non extenditur cit. cap. tua de offic. Vicarii*, ubi Abbas *n.* 2. Butr. *num.* 6. Mandoſ. *ad Reg. Cancell.* 14. *quæſt.* 6. *nu.* 5. Hojed. *de incompatib. benefic. part.* 1. *cap.* 15. *n.* 1. *Tract. magn. tom.* 15. *part.* 1. *pag.* 127. *à tergo*, Card. de Luca *de præem. diſc.* 1. *num.* 6. *& in relat. Rom. Cur. diſc.* 2. *&* 13. *num.* 7.

75 Verùm dicendum eſt, Juriſdictionem Vicarii ſe extendere ad Urbem, Suburbia, & ejus diſtrictum tantùm, qui eſt quadraginta milliarium circumcirca, ut expreſsè habetur in hac *Conſtit.* Pauli II. §. 1. ibi: *In Urbe, ejuſque Suburbiis, Diœceſi, & diſtrictu*, & priùs in literis deputationis Archiepiſcopi Compſani ab Eugenio IV. anno 1431. ibi: *Te in Urbe præfata, ejuſque Diœceſi, & diſtrictu Vicarium noſtrum in Spiritualibus facimus*; quæ deputationes cum aliis hujuſmodi cuſtodiuntur in Secretaria Cardinalis Vicarii; prout *Clemens VII.* ibi: *Vicarium Urbis, & ejus diſtrictus, ut ex Conſtit.* 33. *incip. Licèt, in Bullario veteri*, *Paulus III. anno* 1542. *in cit. Conſtit.* 36. in Urbe, ejus Suburbiis, & diſtrictu Vicarium conſtituit; *Paulus itidem IV. anno* 1558. in deputatione Cardinalis Spoletani, apud Raynald. *tom.* 21. *part.* 2. *Annal. anno* 1558. *nu.* 23. & Cohel. *de notitia Card. cap.* 55. *de Vicario Papæ pag.* 302. *in fine*, *& pag.* 303. & Pius IV. *in Conſtit.* 3. §. 6. *& S. Pius V. Conſtit.* 18. §. 1. ibi: *In Urbe, ejuſque diſtrictu Vicarium deputamus*. In literis rursùs deputationis Cardinalis Hieronymi Pamphilii factæ à Paulo V. & Cardinalis Mellini factæ ab eodem Pontifice, & Cardinalis Ginnetti deputati Vicarii per Urbanum VIII. & in aliis ſubſequentibus, videlicet Cardinalis de Carpineo, fuit etiam dictum: *Vicarium conſtituimus Urbis, Suburbiorum, & diſtrictus*, & noviſſimè in Cardinalium Paracciani, & Paulutii deputationibus, & ita dixerunt Veſtr. *in praxi cit. l.* 2. *cap.* 16. *de Vicario Urbis*, ibi: *Extra Urbem, & Diœceſim uſque ad quadrageſimum lapidem*, Vantius *cit. de nullit. ex def. Juriſd. deleg. numer.* 13. *In d. Urbe ejuſque diſtrictu*, Azor. *In Urbe, & extra eam, uſque ad quadrageſimum lapidem*, Scaccia *de Jud. l.* 1. *cap.* 22. *numer.* 15. ibi: *In Urbe, & intra quadraginta milliaria*, Cohel. *cit. cap.* 55. *pag.* 301. ibi: *Extendiſque ſuam poteſtatem uſque ad quadraginta milliaria*, Gonzal. *cit. cap. tua nobis num.* 6. *In Urbe, & extra uſque ad quadraginta milliaria*, Pyrringh. *in Jus Can. l.* 1. *tit.* 28. *ſect.* 2. §. 11. *num.* 81. Ridolph. *in praxi part.* 3. *cap.* 5. *numer.* 420. Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *Miſcell. Eccl. numer.* 40. *diſc.* 13. *nu.* 1. *in relat. Romanæ Curiæ*, ac alibi, *diſc.* 50. *n.* 5. *& ſeqq. de Juriſdictione*, & in edictis denominatur Cardinalis Vicarius in Urbe, ejuſque diſtrictu in Spiritualibus Generalis, ac Romanæ Curiæ Judex Ordinarius.

Hinc falluntur illi pro prima oppinione adducti, 76
ex *Textu cit. cap. tua nobis de offic. Vicarii*, quòd Vicarii Papæ Juriſdictio non ſe extendat extra Urbem; quia Textus non loquitur de Vicario Papæ, uti Epiſcopi Urbis, & Ordinarii ſuæ Diœceſis, ſed de Vicario, quem Papa reliquit in Urbe pro ejus gubernio ad inſtar Legati, ob ejuſdem Papæ Innocentii III. abſentiam ab Urbe, & moram in Civitate Ameliæ, Spoleti, ac in aliis locis finitimis. Reliquit quoque idem Innocentius III. in Urbe Vicarium Cardinalem Octavianum Epiſcopum Oſtienſem, & quamvis Ciacconius *tom.* 1. *in Cardinali* 4. Lucii III. *pagina* 1115. credidit, dictum Cardinalem, qui affinis erat Innocentii III. fuiſſe ab iſto deputatum Ordinarium Vicarium Urbis, quia mandante Papa Altaria conſecravit in Eccleſia Vaticana; tamen ſi fuiſſet Vicarius Ordinarius Papæ, id valuiſſet agere ſine ſpeciali facultate Papæ, cùm Epiſcopus Romanus non exerceat ea, quæ ſunt Ordinis, ſed ſolet exercere per ejus Vicarium, cùm ipſe ſit diſtentus Curis univerſæ Eccleſiæ, & ideò Epiſcopi ſemper electi fuere in Vicarios, vel ſimplices, vel S. R. E. Cardinales, ut dixi ſupra. In iſtis enim, ac hujuſmodi deputationibus dicitur conceſſum id, quod in literis delegationis exprimitur, cùm totam facultatem habeant ab ipſius Papæ delegatione; unde cùm in dictis caſibus conſtituti fuerint Vicarii in Urbe tantùm; & ſic extra eam non habebant Juriſdictionem; & niſi concedatur Juriſdictio extra eam, non intelligitur conceſſa; In Vicario tamen Papæ uti Epiſcopi Urbis intelligitur conceſſa Juriſdictio totius Diœceſis ipſius Papæ uti Epiſcopi, & ſic etiam extra eam, per quadraginta milliaria, & in diſtrictu, ut benè diſtinguit Gonzal. *citat. cap. tua nobis num.* 6. Veſtrius *citat. cap.* 16. *numer.* 11. *& ſeqq.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 7. *cap.* 24.

Minus fundamenti habet ſecunda opinio, quòd 77
Vicarius iſte Urbis ſit Vicarius Papæ, uti Patriarchæ Occidentis, quia ille nullam exercet Juriſdictionem extra Urbem, ejuſque diſtrictum; Unde quatenus requiratur in aliquo actu licentia Epiſcopi proprii Diœceſani, & Papæ, ut eſt in erectione novorum Conventuum; tunc licentia Cardinalis Vicarii Urbis ſuffragatur pro prima ſpecie, non autem pro

Digitized by Google

ſecunda; quia pro iſta requiritur facultas Apoſtolica, & ſic Papæ, utì univerſalis Epiſcopi, & Patriarchæ, cujus facultatem non repræſentat Urbis Vicarius, ut benè dixit Card. de Luca *cit. diſc.* 50. *numer.* 8. *de Juriſdict.* & Rota *in Romana Hæreditatis* 28. *Aprilis* 1659. *coram Molto*, *deciſ.* 62. *poſt collect.* Bonden.

78 Nec minus etiam ſubſiſtit Tertia opinio, quòd Vicarius Papæ Urbis, ſit Vicarius illius, utì Metropolitani, quia ſicuti non ſe extendebat Juriſdictio Vicarii in tota Provincia Papæ, antiquitùs extenſa per partem Italiæ, & Inſulas adjacentes, in quibus non aderant Metropolitani, ut ſupra dixi. Ita in præſenti non extenditur ad latitudinem centum milliarium, in qua conſiſtit hodierna Provincia Romana. Hinc extra quadraginta milliaria appellationes non devolvuntur ad Urbis Vicarium à Tribunalibus Eccleſiaſticis, ſed ad A. C. Nec etiam illam juriſdictionem exercet Vicarius Papæ in latitudine tota centum milliarium, ſed tantùm intra ſpatium quadraginta milliarium, ut probavi, & falluntur contrarium aſſerentes, ut ſupra dixi.

79 Iſte autem diſtrictus quadraginta milliarium, in quo Vicarius Papæ exercet ſuam Juriſdictionem, videtur dici de Territorio, ac Diœceſi Epiſcopi Urbis, quod etiam antiquitùs protrahebatur uſque ad centum milliaria, prout extenſus erat diſtrictus temporalis Urbis, ex Juriſdictione quam habebat Præfectus Urbis, *leg.* 1. *ff. de off. Præfecti Urbis*, ibi: *Cum Urbem noſtram fidei tuæ commiſerimus, quidquid igitur intra Urbem admittitur, ad Præfectum Urbis pertinere videtur, ſed & ſi quid intra Centeſimum milliarium admiſſum ſit, ad Præfectum Urbis pertinet, ſed ſi ultra ipſum lapidem egreſſum eſt, Præfecti Urbis notio non eſt.* Et quoad non extenſionem in gubernio Spirituali Vicarii, dixit *Gloſſ. cit. cap. tua nobis verb. non extenditur ad inſtar Præfecti Urbis.* In præſenti autem dictus diſtrictus Urbis temporalis reſtrictus eſt ad quadraginta milliaria, Fenzon. *ad Stat. Urbis lib.* 1. *cap.* 197. *numer.* 91. *& ſeq.* & ad rem Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *num.* 5. *& ſeq. de præeminentiis*, Rota *deciſ.* 24. *lib.* 3. *coram Puteo*; in quo diſtrictu habet Juriſdictionem Gubernator, & Senator Urbis in temporalibus, & ſic in ſpiritualibus Vicarius Papæ per quadraginta milliaria, Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *num.* 7. *& diſc.* 2. *num.* 4. *&* 8. *& diſc.* 13. *num.* 7. *in relat. Romanæ Curiæ §. Verùm*, *& diſc.* 50. *nu.* 9. *§. Sed quia de Juriſd. & annot. ad eumdem diſc. nu.* 46. & ſequitur Rot. *dec.* 117. *num.* 6. *coram Durano*; ex obſervantia, & tacita Papæ approbatione reſtrictio iſta evenit. Iſte igitur
80 diſtrictus ſpiritualis Urbis conſiderari poteſt tamquàm Diœceſis Epiſcopi Romani antiquitùs conſtituta; quia inveriſimile eſt fuiſſe Epiſcopatum Romanum ſine Diœceſi, reſtricta Juriſdictione ad ſolum Territorium Urbis, quando quælibet Diœceſis habet ſuam latitudinem, & verè talis diſtrictus vocatur Diœceſis in citatis deputationibus Vicariorum, ut ſupra notavi in verbis ibi adductis, & præſertim Eugenii IV. & Pauli II. *in hac Conſtitutione*, ibi: *Diœceſi, & diſtrictu.* Pavinus *de officio, & poteſt. cap. Sede Vac. par.* 2. *principal. quæſt.* 10. *num.* 37. *&* 38. ibi: *Diœceſim Urbis protendi per totum diſtrictum, qui tunc erat centum milliarium*, Veſtr. *in prax. lib.* 2. *cap.* 16. ibi: *Extra Urbem, & Diœceſim uſque ad quadrageſimum lapidem jus dicit Vicarius Papæ ordinaria facultate*, Sbroz. *de offic. Vic. l.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 19. ibi: *Vicarius eſt ordinarius in ſua Diœceſi, ſcilicèt Papæ*, Azor. *inſtit. Moral. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 39. ibi: *Dicit Vicarium Diœceſis Papæ habentem juriſdictionem extra Urbem ad quadrageſimum lapidem*, Petrus Gregor. *cit. Syntagm. jur. part.* 3. *lib.* 47. *cap.* 33. *num.* 9. Cohel. *cit. cap.* 55. *pag.* 301. ubi Diœceſim appellat diſtrictum.

81 Nec ex eo, quod adſint alii Epiſcopatus in eodem diſtrictu poſſet dici monſtrum, ut duo ſint Capita in eodem Corpore; quia cùm ſucceſſivè Summi Pontifices conſtituere Epiſcopatus viciniores, præſertim Cardinalitios, ut iſti Romano Pontifici aſſiſterent, ac in Baſilicis Urbis deſervirent pro Pontificalibus muneribus, utì hæbdomadarii, ut poſt alios refert Bartholomeus Piazza *in Hierarch. Cardinal. in proemio*; ideò Conſtituti fuere in dictis Diœceſibus proprii Epiſcopi, quaſi Coadiutores, aſſignando iis Territorium ex Diœceſi Romana, cui Eccleſiæ inſerviebant, itaut remanerent dictæ Diœceſes ſub quadam habituali juriſdictione Epiſcopi Romani, & proinde nullum dari monſtrum, etſi tota Juriſdictio actualis fuiſſet translata in præfatos Epiſcopos, ut dixi *ſupra Conſtitut.* 4. *Calliſti III.* & benè in terminis Epiſcopatus Urbis Card. de Luca *cit. diſp.* 50. *nu.* 8. *de Juriſd. & adnot. ad eumdem diſc. nu.* 96. *& diſc.* 13. *num.* 6 *§. item in relat. Rom. Curiæ*, vel certiùs dicendum eſt, in diſmembratione dd. ſuburbicariarum Diœceſum à Diœceſi Romana, ſeu à Juriſdictione immediata Epiſcopi Romani, in ſignum antecedentis ſubjectionis, fuiſſe reſervata aliqua jura immediata, ac Diœceſana intra fines Diœceſis diſmembratæ. Et facit in ſimili quoad Diœceſim diſmembratam à Diœceſi Surrentina, Rota *in Surrentina Manutentionis die* 4. *Maii* 1695. *num.* 21. *coram D. Card. Scotto*, *quæ eſt deciſ.* 21. *ad Theatr.* Card. de Luca *de Juriſd.* Unde vigore hujus juris Epiſcopi Urbis in dictis Diœceſibus, quoad diſtrictum quadraginta milliarium, Vicarius Papæ Urbis habet jus cognoſcendi Cauſas in gra- 82
du recurſus, & cumulativam in Cauſis ſpiritualibus, vel in foro Epiſcopali deciſis, non autem totam Juriſdictionem ordinariam, & Diœceſanam, & ſic non poteſt conſiderari monſtruoſitas duorum capitum ex dicto ſpeciali jure cognoſcendi dd. Cauſas reſervato; & ex alio jure, quod ibi exercet, traſmittendi Commiſſarios, ut dicam; quia non habet jura Diœceſana in dd. Epiſcopatibus; cùm cœteroquin fines aſſignati Diœceſibus Urbicariis debeant ſervari, nec in eas prout Urbis Vicarius circa alia ſe extendere, eum motivo quòd præſumantur eſſe de Diœceſi Romana, utpotè intra diſtrictum, ut benè dixit Rota *in Portuen. Juriſdictionis* 15. *Aprilis* 1712. *§. Quo verò, & ſequen. coram Card. Priolo*, ibi: *Non poteſt Eminentiſſimus Vicarius ratione ſuorum privilegiorum ſibi impartientium Juriſdictionem ſpiritualem in diſtrictu Urbis, ſuas facultates protendere etiam ad Caſalem Marlianum, etſi dicatur in diſtrictu, niſi prius conſtet præciſè illius diſmembratio à Diœceſi Portuenſis; aliàs enim ſi facultates juriſdictionales Eminentiſſimo Vicario attributæ ſuper totum Urbis diſtrictum, qui quadraginta milliaria circumcirca complectitur, non intelligerentur ita conceſſa, quod illarum uſus eſſet referibilis ad ea tantùm loca diſtrictus, quæ ſpecialiter deſignata in Bullis Pontificiis leguntur, vel alterius juriſdictioni non ſubſunt, actum eſſet de plurium Epiſcopatuum Diœceſibus, & præciſè de iis, quæ à ſex antiquioribus Cardinalibus optari ſolent, dum omnes ferè in diſtrictu Urbis reperiuntur.*

Sed Rota proceſſit, quia juſtificatum fuit, Caſale Marliani fuiſſe in Epiſcopatu Portuen. ex Bullis Pontificiis, ſub illo tale Caſale ſupponentibus; Cùmque Cardinalis Vicarius Urbis prætenderet, Parochum S. Cæciliæ Urbis potuiſſe exercere jura parochialia in dicto Caſali, ad quod Parochia ſe protendebat, tamquàm approbatus ab ipſo Vicario. In contrarium verò Cardinalis Epiſcopus Portuen. autumabat requiri ejus approbationem pro exercitio Curæ in dicto Caſali, exiſtenti in Diœceſi Portuen. proindèque poſito facto in dicta *deciſione* relato, dictum Caſale eſſe in Diœceſi Portuen. benè dixit Rota, quòd debuerat Parochus recipere approbationem, poſtquam deputatus fuerit à Monialibus S. Cæciliæ, tàm à Cardinali Vicario pro parte Parochiæ exiſtente in Urbe, & Diœceſi Romana, & etiam à Cardinali Epiſcopo Portuen. pro dicto Caſali Marliani exiſtente in Diœceſi Portuen. quia etſi aliqua Parochia poſſit ſe extendere ad partes diverſarum Diœceſum, Bertran. *conſ.* 350. *num.* 1. *&* 2. *volum.* 4. Hieronym. de Monte *de finib. capit.* 13. *numer.* 3. tenetur tamen Parochus recipere approbationem, & ſe ſubiicere juriſdictioni utriuſ-

Digitized by Google

ni utriuſque Epiſcopi; & approbatio ab alterutro ex eis reportata latiùs patere non poteſt, quàm pateat Diœceſis ipſi ſubjecta; cùm quilibet Epiſcopus reſpectu alterius Diœceſis habeatur pro privata perſona, Ciarlin. *controv. for. lib.*1. *cap.*60. *num.*6. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.*80. *num.*8. & dixi *tom.* 1. *ad Conſt. Apoſt. pag.* 282. *num.* 98. & me citato dixit Rota *cit. deciſ.* §. *Hinc non relevabat*. Proinde præter reſervata nequit Vicarius Urbis in Diœceſibus illis actus juriſdictionales exercere, etſi intra quadraginta milliaria; ſicuti poſſet exercere jus Diœceſanum, ſi conſtet fuiſſe locum denuò diſmembratum à tali Diœceſi Urbicaria, & Romanæ addictum: & in his terminis intelligenda eſt *dicta deciſio*; quodque in iis reſervatis, Urbis Vicarius exercere poteſt juriſdictionem, etſi alterius Diœceſibus, à Romana prætenſis diſmembratis.

83 Quodque Urbis Vicarius recipiat, ac cognoſcat appellationes in Cauſis diſtrictus, in Tribunali Eccleſiaſtico dictorum Epiſcopatuum deciſis, reſcripſit *Signatura Juſtitiæ in Sabinen.* 25. *Junii* 1699. *Ponente Vitentino*; quod procedit etſi Cauſa eſſet inter laicos, dummodò agatur de ſententia à Judice Eccleſiaſtico lata, quia prorogari poteſt ejus juriſdictio à laicis, cùm non ſit omninò incapax, Sperell. *deciſ.*98. *numer.* 33. Panimol. *deciſ.* 12. *adnot.* 4. *num.*17. Card. de Luca *de Judic. diſc.*40. *num.*8. *deciſ.*793. *par.*1. *div.* & ipſi laici DD. ut Giurba *conſ.* 19. *num.* 91. Capycius *deciſ.* 9. *numer.*15. Viv. *deciſ.*125. *num.* 2. Cacheran. *deciſ.* 78. *numer.* 2. Marcus *deciſ.* 554. *num.* 1. *part.* 2. Carleval. *de Jud. lib.*1. *tit.*1. *diſp.*2. *quæſt.*8. *ſect.*3. *num.*1120. Marta *de Juriſd. part.*4. *centur.*1. *caſ.* 92. *numer.* 2. & quod pro Judice appellationis debet conſiderari Judex, qui pronunciavit, an Eccleſiaſticus fuerit, & non perſona litigans, ut debeat procedere in gradu appellationis etiam Eccleſiaſticus, dixi *tom.*1. *ad Conſtit.*3. Eugenii III. *ſect.* 1. *num.* 28. ubi retuli *Reſolutionem Signaturæ Juſtitiæ, die* 27. *Februarii* 1698. *Ponente D. Cerro*, & in ſimili, ut debeat procedere A. C. & non Gubernator Urbis in Cauſa in prima Inſtantia, deciſa inter laicos, coram Judice Eccleſiaſtico, reſcripſit eadem *Signatura in Farſen.* 4. *Junii* 1699. *Ponente D. Sinibaldo. Et Sacra Congregatio Immunitatis in Marſicana appellationis* 31. *Julii* 1691. cenſuit, appellationem, & reductionem ad arbitrium boni Viri, laudi lati ab Eccleſiaſtico inter laicos voluntariè comptomittentes, ſpectare ad Judicem Eccleſiaſticum; & ita ſervat *Signatura* etiam *Gratiæ*, DD. *in cap.*2. *de Arbitris* Affl. *deciſ.*51. Marcheſ. *de Commiſ. par.*1. *tit. de Comm. app. à Laudo* §. 1. *num.*110. *& ſeq. & Eminentiſſimus Cardinalis Sacripanti Purpura digniſſimus in lib. de defenſione Juriſd. Eccleſ. cap.* 3. *num.* 3. *& ſeq. & cap.* 5. *&* 8. *per totum*.

84 Datur ulterius ultra jus cognoſcendi Cauſas appellationum, terminatas coram Judice Eccleſiaſtico diſtrictus, in Vicario Urbis etiam jus cognoſcendi cauſas in prima Inſtantia cumulativè cum ipſis Ordinariis diſtrictus, itaut ſit locus præventioni inter Vicarium, & Ordinarium, Joann. Andr. *cap. Tua nobis num.* 23. *de Offic. Vicarii*, Butr. *num.*27. Ancharan. *num.*2. *verſ. tertio quæritur*, Abb. *num.*5. Bellamet. *num.*8. Pavinus, qui fuit antiquitùs ſub *Clement. III.* Auditor Rotæ *de pot. cap. Sede Vacante par* 2. *principal. quæſt.* 10. *numer.*37. *verſ. licèt*, *inter tract. magn. tom.* 13. *quæſt.* 2. *part.*430. Card. de Luca *de præemin. diſc.* 1. *numer.* 7. *verſ. operativa*, ubi de praxi inconcuſſa, *& de Juriſd. diſc.*50. *numer.*9. ubi etſi fuiſſet reſolutum pro Curia Epiſcopali Terracinen. id accidiſſe dixit *idem Cardinalis* ſcribens pro eadem Curia, quia *Signatura Juſtitiæ* habuit pro certo, Curiam Epiſcopalem præveniſſe per citationem, quæ ſemper præventionem inducit; etſi coram Curia Vicarii Urbis fuiſſet delata querela partis, ex deductis *ibid. num.*2. *& ſeq. ubi concordantes*; proinde admiſſam fuiſſe cumulativam dicti Vicarii, & *adnot. ad eundem diſc. & diſc.* 2. *num.*4. *ad* 9. *& diſc.*13. *num.*1. 6. *&* 7. *in relat. Roman. Cur. & in annot. ad Concil. Trident. diſc.* 33. *num.*16. *&* 17 *& Miſcell. Eccleſ. diſc.* 1. *num.* 39. *&* 43. ubi addit, hodie eſſe quæſtionem facti, non juris; hoc eſt, facultate iſta admiſſa, inquiri tantùm an legitimè fuerit facta præventio, & reſolvit *Signatura Juſtitiæ in Nepeſina* 9. *Junii* 1639. apud Scannarol. *de Viſit. Carcerat. append.*44. *pag.*82. & docent omnes DD. ſupracitati, qui aſſerunt, Urbis Vicarium habere ordinariam facultatem in toto diſtrictu; cujus effectus eſt cognoſcere cauſas iſtas in prima Inſtantia, & D. de Rubeis inſignis Advocatus Fiſci, qui *in una Romana Juriſd. Vicarii Papæ in diſtrictu Urbis* ſcripſit de Anno 1658. in Informationum Codice ipſius anni 1665. *fol.*1114. dixit §. *fin.* Quòd ambigi non poteſt, quin Vicarius eamdemmet juriſdictionem habeat Romæ, & in quolibet loco diſtrictus Urbis; cùm talis ſit deputatus in Urbe, ac ejus diſtrictu; ſicuti plenè ſuper hoc deductum fuit coram Cardinali Præfecto Signaturæ in *Romana, ſeu Terracinen Juriſd.* adeòut cumulativè concurrat cum quolibet Ordinario loci. Cauſa enim illa Terracinenſis eſt relata à Card. de Luca *cit. diſc.*50. *de Juriſd.* ut dixi.

Ac eodem modo habet Vicarius Papæ cumulativam cum Ordinariis in diſtrictu quadraginta milliarium, ſicut habet cum Judice ſæculari diſtrictus Gubernator Urbis, & Senator, Card. de Luca *diſc.* 4. *num.*8. *in Relat. Roman. Curia*, *& diſc.* 36. *num.* 17. *& in Miſcell. Eccleſ. diſc.*1. *num.*39.

Sed an dicta cumulativa ceſſaverit ob præfatum *Decretum Reformationis ſub Innocent. XII. & Conſtitutionem* reducentem omnes Vicarii facultates in Judicialibus ad terminos, in quibus antea erant; præſertim ſtante *Concilii Tridentini diſpoſitione in cap. cauſa omnes* 20. *de reform. ſeſſ.*24. in qua diſpoſitum fuit, cauſas omnes primæ Inſtantiæ eſſe decidendas apud Ordinarios. 85

Verùm talis facultas in Vicario Urbis cognoſcendi cauſas in diſtrictu, cumulativè cum Ordinariis, procedit ex ipſo ſuo munere Vicariatus Papæ, utì Epiſcopi Urbis, in toto diſtrictu, tamquam ejus antiqua Diœceſi, quamvis diſmembrata in aſſignatione finium dictorum Epiſcopatuum; & ſic cenſeri debet ipſa erectione Epiſcopatuum id reſervatum, ut remaneret talis diſtrictus ſub Diœceſi Romana in certis caſibus, in ſignum dictæ ſubjectionis, & prærogativæ Eccleſiæ Romanæ, à qua diſmembrati fuere; quod etiam congruum fuit, quia Territorium ſeparatum extitit à Sede Romana principaliori, & præſtantiori omnibus Eccleſiis, & proindè nota nobiliori digna; & verè DD. ſupra citati, etiam antiquiſſimi, ut Pavinus, aliique uſque tunc docuerunt, Vicarium Epiſcopi Urbis habere pro Diœceſi diſtrictum, & in eo exercere Juriſdictionem, & eſſe Judicem ordinarium; hancque facultatem ex Jure Vicariatus ſibi vindicare in judicialibus: & in ſubſequentibus deputationibus Vicariorum Judex ordinarius, etiam diſtrictus aſſertivo modo, & non per novam diſpoſitionem, & facultatem nuncupatus fuit. Nec prædictis obſtat diſpoſitio Conciliaris in *cap. cauſa omnes ſupra cit.* quia ea comprehendit quoſcumque Ordinarios de jure, vel conſuetudine, aut privilegio, ita exiſtentes, Fagnan. *cap. licèt num.*25. *& ſequent. de foro compet.* Barboſ. *cit. cap.*20. *num.*40. Raynald. *obſerv. Criminal. tom.* 4. *ad procem. ſuppl.* 4. *nu.*60. & in terminis juriſdictionis cumulativæ, Ricc *deciſ.*273. *num.*7. *par.*4. & ſicuti dicta *diſpoſitio Conciliaris* comprehendit Ordinarios inferiores Epiſcopis, qui exercent Juriſdictionem Epiſcopalem in certo loco, ita etiam non excludit quin Ordinarius ejuſdem loci cognoſcere poſſit de Cauſis, prout verè Ordinarius eſt Vicarius Urbis, Rota *deciſ.*107. *num.*25. *par.* 12. *& deciſ.*54. *num.*15. *&* 16. *& ſeq. par.*13. *recent.* Sicque cùm Concilium præſervet Juriſdictionem Ordinariorum tàm Epiſcoporum, quàm aliorum, cenſeri debet præſervaſſe Juriſdictionem Vicarii Urbis, utì Ordinarii pro dicta cumulativa, quam habet; eoque magis, quia videntibus, & patientibus Summis Pontificibus, imò diſponentibus *in Conſtitutionibus* poſterioribus Concilio, dictus Vicarius, utì Ordinarius

Judex

Digitized by Google

Judex Urbis, & diſtrictus, conſtituitur, & canonizatur, & facit, quod ſcripſit Maſſerius *de Legat. & Nunciis lib.1. cap.74. num.50. & ſeq. & in opuſc. de juribus legat. Æmiliæ* poſt Barboſ. *de preſcript. editione Anni* 1687.

86 Nec reformationis *decretum ſub Innocent. XII.* ſupra adductum præjudicare valet; quia tùm ex *dicto decreto*, tùm ex *Conſtitutione* ſubſequenti, clariùs reductæ fuerunt facultates circa Judiciaria, Cardinalis Vicarii ad terminos, in quibus erat reformatio Pauli V. & ante illam habebat cumulativam in diſtrictu ex jure Vicariatus, & etiam ex privilegiis, & deputationibus Apoſtolicis, & non ex ſola deputatione Clement. X. Imò in Bulla reformationis Pauli V. *tit. de Fiſci Procuratore, ejuſque ſubſtitutis, & tit. de Commiſſariis* ſupponitur, poſſe Vicarium Urbis tranſmittere Commiſſarios extra Urbem in diſtrictu, & in *tit. de Notariis Tribunalium Urbis* §. 99. prohibentur Notarii Vicarii expedire monitoria generalia, vel ſpecialia extra Curiam, & pro Urbis diſtrictu; & ſic canonizatur juriſdictio in diſtrictu, imò in ipſa *Conſtitutione* Innocent. XII. ſupra adducta, exprimitur Vicarius in ſpiritualibus Urbis, & diſtrictus; & in alia *Conſtitutione ſubſequenti anni* 1693. ſuper ſportulis Judicum Urbis, apud *cit.* Cardin. de Luca *diſc.*13. *in Relat. Roman. Cur. noviſſim. edit.* dicitur, Urbis, ejuſque diſtrictus Vicarius in ſpiritualibus generalis, ac enunciatur Judex ordinarius; & ulteriùs conſtat ex obſervantia, nedum ante dictam *Reformationem Innocentianam*, ut teſtatur Card. de Luca *cit. diſc.50. num.9. de Juriſdictione*, & ibi *in adnotatione*, ac fuiſſe ſenſum etiam Signaturæ Juſtitiæ, quæ cum dicta cumulativa proceſſit; ac etiam in Criminalibus tranſmittendo Commiſſarios per Curiam Vicarialem expenſis Partis, vel in ſubſidium Cameræ, facto verbo cum Sanctiſſimo, ut ex actis Notariorum, præſertim contra Geminianum Antonianum de Podio Catino Sabinen. Diœceſis, contra Archipresbyterum Terræ Montis Sancti Joannis Reatinæ Diœceſis, condemnatum ad triremes *die 7. Septembris* 1696. & contra Archipresbyterum Terræ Sancti Gregorii Tiburtinæ Diœceſis de menſe Novembris 1696. & recurrente coram Auditore Sanctiſſimi in Criminalibus pro remiſſione Cauſæ ad Epiſcopum Reatinum, in dicta *Reatina die* 8. *Julii* 1696. fuit denegata remiſſio, tàm à prædicto Auditore SS. quàm 21. *Auguſti* 1696. ab Auditore Signaturæ Juſtitiæ, & ab Eminentiſſimo Præfecto *ſub die* 28. *ejuſdem*. Ita in Civilibus denegavit eadem Signatura Juſtitiæ in *Nullius Abbatiæ S. Salvatoris Majoris die* 25. *Junii* 1699. *Ponente Vicentino*, in qua fuit conceſſa tantùm appellatio à Judicato D. Viceſgerentis in Cauſa diſtrictus, non obſtante petitione circumſcriptionis ex defectu Juriſdictionis, tamquàm in Cauſa diſtrictus.

87 Sed dubitatum fuit, an ſi locus Diœceſis Urbicariæ ſit intra diſtrictum quadraginta milliarium, ſed Eccleſia Cathedralis dictæ Diœceſis ſit ultra quadraginta milliaria ab Urbe; an intret facultas Vicarii Urbis? de quo dubio agit Card. de Luca *citat. diſc.*50. *num.4. & ſeqq. de Juriſd.* de delicto commiſſo in Oppido Sermonetæ intra diſtrictum quadraginta milliarium, Eccleſia tamen Cathedralis Terracinen. in cujus Diœceſi prædictum Oppidum eſt, longè diſtat, ac cenſet debere attendi diſtantiam Eccleſiæ Cathedralis; prout attenditur pro vicinioritate Epiſcopi circa jus delegatum, conceſſum à Concilio Epiſcopis Vicinioribus, ut jam ſupra innui. Verùm ipſe Cardin. de Luca contrarium firmat, maturius reflectendo *in adnot. ad cit. diſc.*50. Et verè debet attendi diſtantia loci, quia intra dictam diſtantiam procedit jus Vicarii Urbis Territoriale; Nec refert, quòd in unica Diœceſi in variis locis conſiderari non poſſunt varia jura ipſius Epiſcopi Diœceſani, ut in uno loco habeat totam Juriſdictionem, in alio ſit penes alium Prælatum; nec in hoc caſu ſervanda eſt regula vicinioritatis pro exercitio Juriſdictionis delegatæ, quia tunc attenditur vicinitas Eccleſiæ, cùm non ſit jus Territoriale affixum certo Territorio, ſe prorogans ti tantùm in certa diſtantia, & cùm præſumi poſſet locum intra quadraginta milliaria fuiſſe de Diœceſi Urbis, etſi conceſſum Diœceſi ultra exiſtenti extra dictum ſpatium, debet proindè diverſo modo cenſeri locus ille, & Diœceſis reliqua.

88 Hujuſmodi diſtrictus procedit per quadraginta milliaria etiam in Mari, quia ſupponi debet, tractum Maris eodem jure cenſeri, quàm Terram, ut in terminis diſtrictus Urbis dixit Fenzon. *cit. ad Stat. Urbis lib.1. cap.197. num.79. & ſeqq.* & in terminis Juriſdictionis Epiſcopalis, Rota *in Surrentina Mamtentionis 4. Maii 1695. num. 18. §. concurrente coram Eminentiſſimo D. Scotto, quæ eſt deciſ.*21. poſt Card. de Luca *de Juriſd.*

89 Ad rem facit dubium propoſitum in *Sacra Congregatione Concilii die* 18. *Aprilis* 1722. An PP. Cappuccini Capellani Triremium Summi Pontificis excipere poſſint, ſine approbatione Epiſcopi Viterbienſis, Confeſſiones Remigum, & aliorum in Triremibus degentium, ſivè quando Remiges, & alii ſunt in Triremibus, & Triremes ſunt, vel in Portu, vel in Receptaculo, vulgò *Darſena*, ſivè quando Remiges, aliique in Triremibus degentes ſunt in Civitate Centum Cellarum.

Cui dubio reſponſum fuit per Congregationem. *Poſſe PP. Cappuccinos ſine approbatione Epiſcopi Viterbien. & cum ſola approbatione Eminentiſſimi Urbis Vicarii excipere Confeſſiones Remigum, & aliorum, in Triremibus continuò degentium, tàm in ipſis Triremibus, quàm in Portu, & in Receptaculo, vulgò* Darſena, *& in Hoſpitio in* Darſena *exiſtente; ſed non poſſe eoſdem PP. Cappuccinos excipere eorumdem Confeſſiones in Civitate Centum Cellarum ſine approbatione Epiſcopi Viterbienſis.*

Innixa fuit reſolutio antiquiſſimæ obſervantiæ, quòd Confeſſarii in Triremibus recipiunt approbationem à Cardinali Vicario, *& decreto Congregationis particularis in Viterbien. ſeù Tuſcanen. 3. Julii 1678.* in quo fuit etiam dictum, quòd Confeſſarii approbati ab eodem Cardinali Vicario poſſint miniſtrare Sacramenta iis, qui continuò vivunt in his Triremibus, & dum ſunt in illis, etiam pro tempore, quo ſunt in Darſena, & Portu, ob antiquiſſimam Obſervantiam non contradictam; non obſtantibus deductis per Epiſcopum Tuſcanen. qui tamen faſſus fuit dictam Obſervantiam, & ex alio *decreto Congregationis Epiſcoporum, & Regularium die* 19. *Decembris* 1704. ſpectare nempè ad Eminentiſſimum Urbis Vicarium approbationem Confeſſariorum Triremium, & in Darſena Civitatis Vetulæ, & etiam Hoſpitio in Darſena exiſtente, poſſe Confeſſarios prædictos approbatos miniſtrare illis de Triremibus Sacramenta; Cùm enim efficiantur ſervi pœnæ, & Summo Pontifici inſervientes, quique per varios Portus, & Maria circumferuntur cum Triremibus, veriſimile eſt, quòd Summus Pontifex in erectione Triremium voluiſſet ipſe tamquàm Ordinarius Ordinatiorum per ejus Vicarium concedi facultatem Cappellanis Triremium, adminiſtrandi Sacramenta exiſtentibus in illis; ut fieri ſolet auctoritate Apoſtolica in Triremibus aliorum Principatuum; Non enim poteſt inniti reſolutio, quòd per Mare non adſit diſtantia ultra quadraginta milliaria ab Urbe Civitatis Vetulæ, & ſic in diſtrictu Urbis; quia Vicarius Urbis non habet Ordinariam Juriſdictionem in diſtrictu, ſed unuſquiſque Epiſcopus in propria Diœceſi diſtincta ab illa Urbis; ſed ſolùm, ut ſupra dixi, habet aliqua Juriſdictionalia preſervata in erectione dictorum Epiſcopatuum in Urbis diſtrictu; ut in terminis approbationis Parochi, non poſſe Vicarium Urbis hoc facere, quoad Populos exiſtentes in aliqua Diœceſi diſtrictus, dixit Rota *in cit. deciſ. Portuen. Juriſdictionis ſupra adducta.*

90 Amplæ ſunt facultates Cardinalis Vicarii in Urbe, ut ex *Conſtitutione præſenti*, & illa Pauli III. aliiſque; ſed in diſtrictu non poteſt uti eadem auctoritate,

Digitized by Google

rate, ſi loca ſint ſub aliena Diœceſi, ſed ſolùm ea, quæ ratione dictæ antiquæ Territorialis Juriſdictionis reſervata cenſentur Papæ, utì Epiſcopo Urbis, & juxta conſuetudinem ſubſecutam, quæ ſunt appellationes, & cognitio cauſarum etiam in prima inſtantia cum cumulativa, ut dixi.

91 Fuit dubitatum, an Tribunal Cardinalis Vicarii poſſit concedere in Urbe *exequatur*, ut diebus feſtivis exequantur mandata Judicum, ac fuit reſolutum non poſſe, *in Signatura Juſtitiæ in Romana Cappellaniæ 26. Auguſti* 1706. *Ponente de Paltis*, & fuit circumſcripta poſſeſſio capta in die feſtivo cum *exequatur* Urbis Vicarii, & deindè fuit confirmata reſolutio cum clauſula: *In deciſis, & amplius*. Nec ex eo, quòd valet Urbis Vicarius concedere licentias laborandi diebus feſtis, argui, quòd valeat concedere dictum *exequatur*; quia licentia laborandi importat voluntariam Juriſdictionem, nec permittitur ſine cauſa rationabili; dictum tamen *exequatur* importat Juriſdictionem contentioſam in præjudicium partis, quòd ſolùm eſt Principis Summi Pontificis permittere; itaut requiratur reſcriptum ipſius, vel habentis in hoc Indultum ſpeciale ab illo, ut eſt in Urbe A. C. & Gubernator: In facul-
92 tatibus verò Urbis Vicarii hoc non videtur conceſſum.

93 Cardinalis rurſùs Vicarius Urbis dicitur organum Papæ in his, quæ gerit utì Epiſcopus Romæ; habetque ejus vivæ vocis oraculum, eique creditur, Cardin. de Luca *de Regul. diſc.*32. *num.*9. *& diſc.*4. *num.*8. *diſc.*13. *num.*2. *in Relat. Rom. Cur.* Rota *deciſ.*117. *num.*6. *coram Durano*, prout etiam Viceſgerenti, cùm unum ſit Tribunal, *ibidem num.*12. Intervenit in Signatura Gratiæ coram Sanctiſſimo, in Congregatione Viſitationis Apoſtolicæ, eſtque hujus decretorum executor, prout ſemper eſt unus ex Inquiſitoribus Supremæ Inquiſitionis Urbis, ſcilicet Congregationis Sancti Officii, & ſolet eſſe Præfectus Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & non expirat ejus Juriſdictio mortuo Papa, Fagnan. *cap. cum olim num.*69. *de major. & obed.*

94 Etiam Sede Pontificia vacante poteſt concedere dimiſſorias ſuis Subditis, prout concedit in vita Pontificis, Barboſa *cap. tua nobis num.*4. *de offic. Vicarii*, quia per Concil. Trident. *ſeſſ.*23. *de reform. cap.* 10. minimè reſtringitur Juriſdictio Sedis Apoſtolicę, quamvis vacantis, Campanil. *in diverſ. Jur. Canon. rub.*9. *cap.*8. *num.*6. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.*2. *alleg.*7.
95 *num.*13. Advertendum etiam eſt, quòd ligatur Urbis Vicarius Conſtitutionibus Apoſtolicis, prout afficiunt alios Epiſcopos, & Ordinarios, Card. de Luc. *diſc.* 2. *num.*11. *in Relat. Rom. Cur.* Rota *deciſ.*107. *part.*12. *& deciſ.* 54. *part.* 13. *recent.* ubi, quòd etiam fundationes Conventuum novorum in Urbe debent habere requiſita Bullarum Apoſtolicarum, ut ſupra dixi.

96 Exercet quoque Cardinalis Urbis Vicarius aliqua, quæ concernunt univerſalitatem poteſtatis Papæ, prout confert exteris in Urbe morantibus primam Tonſuram, quoties conſtet de permanentia ſex menſium, ſine litteris dimiſſorialibus propriorum Ordinariorum, ut teſtatur Barboſa *cit. cap. tua nobis num.*4. & Rota *in Firmana Penſionis* 15. *Decembris* 1627. *coram Durano, quæ eſt deciſ.*117. *ubi num.*1. *&* 5. firmat, eſſe credendum Vicario Urbis atteſtanti de facultatibus Apoſtolicis Ordinandi talem Clericum exterum in litteris Clericatus; & ulterius conſtare dictam facultatem ratione ſui Officii ex atteſtatione Cardinalis Ruſticucci ubi *num.*7. quidquid ſit an Ordinatus ad primam Tonſuram ſine litteris dimiſſorialibus proprii Ordinarii ſit ſuſpenſus. Et de tali facultate Cardinalis Vicarii Ordinandi exteros ad primam Tonſuram, innuit etiam Card. de Luca *diſc.*13. *num.*24. *in Relat. Rom. Cur.* Etſi dicat talem facultatem eſſe quoque quoad alios Ordines, addens, etiam ab aliquo tempore ob pleraque inconventia, quæ exindè reſultare praxis docuit, vel id eſſe prohibitum, vel nimium parcè, ac
97 circumſpectè procedi. Verùm quoad promovendos ad Ordines Minores, & Sacros nulla videtur facultas, ſed quoad primam Tonſuram aſſeritur dictum privilegium, & in praxi ponitur, ſed rarò; ac videtur congruum, quia cùm ad Urbem accedant plures ratione Studiorum, & Curiæ pro obtinendis Beneficiis à Dataria Apoſtolica, & præſertim Familiares Cardinalium, quibus iſti ſolent ob benemerentiam transferre penſiones in obitu; ideò ut habiles ſint dictarum gratiarum, rationabile eſt Vicarium Papæ poſſe prima Tonſura eos inſignire: Congruum tamen eſt, ut in aliquibus caſibus ſpecialibus, & quoad perſonas notæ qualitatis tali facultate utatur. Solet etiam Vicarius Urbis examinare cum ſuis Examinatoribus concurrentes ad Beneficia extra Urbem, vel appellantium ab irrationabili Judicio Epiſcopi, qui examinantur in Urbe, Card. de Luca *cit. diſc.*13. *num.*9.

Ulterius ex *Conſtit.* Alexandri VII. 126. *incip. Apo-* 98
ſtolica ſolicitudo die 7. *Auguſti* 1662. diſpoſitum fuit, quòd Ordinandi in ſex Epiſcopatibus propè Urbem, ſcilicet Cardinalitiis, in quibus non ſunt ſuffraganei, quicumque ad minores ordines, vel ſacros promoveri velint cum litteris dimiſſoriis ſui Ordinarii, ad Vicarium Urbis, & non ad alium Antiſtitem directis, ad Urbem accedant, ibique, & non alibi ordinentur; Servato examine, ac peractis exercitiis ſpiritualibus, aliiſque ſervandis in Urbe, *& ſupra innui Conſt.*7. Pii II. ſicque dimiſſoriales Clericorum Diœceſum Portuenſis, Albanenſis, Præneſtinæ, & Tuſculanæ, in quibus non ſunt Suffraganei, prout ſunt in Diœceſibus Veliterna, & Sabinenſi, & non poſſunt; nec ordinare ab alio Antiſtite dirigi, niſi Urbis Vicario, itaut aliter ordinati ab aliis Epiſcopis ſuſpenſionem incurrant; Soleatque paſſim Sacra Congregatio Concilii abſolutionem ſuſpenſionis, & diſpenſationem ab irregularitate, quatenus miniſtraverint, concedere, audita relatione Eminentiſſimi Vicarii, ejus arbitrio, quod interponit, ubi prævio examine coram eodem Cardinali Vicario idonei reperti fuerint. Ut noviſſimè in *Præneſtina* 2. *Auguſti* 1710. ac in aliis, de quo dixi etiam ſupra *Conſt.*7. Pii II.

Ulterius ex decreto Clement. VIII. *editi de menſe* 99
Decembris 1603. renovato ab Alexandro VII. *ſub die* 11. *Auguſti* 1656. prohibitum fuit, ne Clerici pro tempore in Urbe degentes, promoveri poſſint extra Urbem, etiam vigore litterarum dimiſſorialium ſuorum Ordinariorum, vel alicujuſvis alterius facultatis, niſi prævio examine ab Examinatoribus in Urbe deputatis, idonei reperti, & approbati fuerint, & ab Eminentiſſimo Urbis Vicario licentiam in ſcriptis obtinuerint, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ per annum ab Epiſcopo ordinante, & Clericis ordinatis, donec diſpenſationem à Sancta Sede obtineant; Theſaur. *de pœnis ver. ordines cap.*29. *& dixi ſupra cit. Conſtit.*7. Pii II. Sed conceditur abſolutio, & diſpenſatio ab irregularitate, ſi miniſtraverint, per Sacr. Congregat. Concil. arbitrio Eminentiſſimi Vicarii, peracto examine in Urbe, ut in *Oveten. ſeu Stabien. Ordinum* 8. *Martii* 1664. Congregatio cenſuit, Oratorem in ſuſpenſionem incurriſſe, & irregularitatem contraxiſſe. Cœterùm eſſe illi (ſi Sanctiſſimo D. N. placeat) per litteras Apoſtolicas in forma Brevis indulgendam relaxationem, & diſpenſationem, ſi prævio ejus examine coram Eminentiſſimo Urbis Vicario idoneus repertus fuerit.

Cognoſcit Vicarius Urbis, ut dixi, omnes Cauſas 100
ſpirituales, & matrimoniales, prout cognoſcere poteſt Epiſcopus ordinarius in ſua Diœceſi, itaut pluries fuit etiam denegatum, ut cognoſcantur in *Sacr. Congreg. Concilii*, niſi ob qualitatem articuli, vel ex voluntate ipſius Cardinalis Vicarii, id expedire viſum fuerit; Cùmque in *una Romana Nullitatis Matrimonii inter Paulum Philippum Savelli, & Margheritam Alexandram Appolloniam die* 2. *Octobris* 1709. in Congregatione Criminali Cardinalis Vicarii reſolutum fuerit, conſtare de nullitate matrimonii ex capite Impubertatis puellæ, & affinitatis, ex Copula illicita cum Matre puellæ, & ſic utì Cauſa exemplari deciſa cum adjunctis, nempè Cardinalis Nuptii, tunc Secretarii Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Cardinalis Mareſuſchi, tunc Secr. Congregationis Immunitatis,

nitatis,

nitatis, ac mei tunc Secretarii Sacræ Congregationis Concilii, dubitatum fuit, an Uxoratus Laicus Geminus D. Locumtenens Criminalis, Cardinalis Vicarii, qui proceſſum compilavit, potuiſſet ſubſcribere ſententiam dictæ nullitatis matrimonii; Dicebatur enim poſſe, quia Locumtenens Vicarii, etſi ſoleat eſſe perſona Sæcularis, quia facit unicum Tribunal cum eodem Vicario, habet Juriſdictionem contra quoſcumque Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, & præciſè in Cauſis Matrimonialibus, tàm ſi agatur incidenter, quàm ſi agatur ſuper fœdere Matrimonii, ut in terminis Locumtenentis Criminalis Cardinalis Vicarii Laici, dixit Raynald. *in obſerv. Criminal. tom.2. obſer. ad cap. 22. ſupplet. 3. ſub 16. & ſequent. fol. 286.* ubi plura exempla adducit Sententiarum latarum per dictum Locumtenentem Laicum, & ratione, adducit, quia Congregatio Criminalis, de cujus Voto dictus Locumtenens judicat, eſt Tribunal Eccleſiaſticum, compoſitum ex ipſo Cardinali, Viceſgerente, Locumtenente Civili, qui ſunt Prælati, licèt Advocatus, & Procurator Generalis Fiſcalis, ac Locumtenens Criminalis etiam interveniant, qui ut plurimum ſunt Laici; ac proindè conſiderari debet totum Corpus Tribunalis ſub capite Cardinali ipſo Vicario; etſi adminiſtratio, & ſeparatio Juriſdictionis fiat per Judices ſeparatos pro faciliori negotiorum expeditione; & per conſequens Locumtenens Criminalis, qui pronunciat de Voto Congregationis, videatur pronunciare nomine Tribunalis Eccleſiaſtici, imò quando Cauſa cognoſcitur in Tribunali compoſito ex perſonis Eccleſiaſticis, & Sæcularibus, iſto caſu pronunciatio dicitur facta ab Eccleſiaſtico, tamquàm digniori, *cap. per tuas de arbitriis*, & quotidie procedere dictum Locumtenentem Criminalem Laicum contra eos, qui violenter contrahere cogunt; & adducit caſum, in quo agebatur de mero facto notorio defectus conſenſus; & ſic nullitatis Matrimonii, & in terminis Auditoris Legationis Avenionenſis Laici judicantis in cauſis inter perſonas Eccleſiaſticas, quia pronunciat nomine Tribunalis Legati, Tond. *par. 3. capt 18. num. 2. & ſeq. ad finem;* ultra, quòd Judex Laicus poteſt pronunciare in cauſa Eccleſiaſtica, prævia facultate Romani Pontificis, Barb. *cap. decernimus num. 6. & 7. de Paroch.* & præſertim in hoc caſu, quia patiente, & vidente Summo Pontifice Locumtenens prædicti Vicarii id agit, imò ab ipſomet Papa ſolet eligi, & deputari laicus.

Tamen in contrarium videbatur, quòd etſi Papa poſſit delegare laicum in cauſis, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſpiritualibus, Gloſſ. *in cap. decernimus, verſ. non præſumant de Judiciis*, ubi Barb. *numer. 6. & 7.* Covar. *in cap. Alma mater par. 1. §. 11. num. 3.* Navar. *conſ. 1. de ſentent. excommunic.* Verùm diſtinguendæ ſunt cauſæ Eccleſiaſticæ in non ſpirituales, & ſpirituales, illæ etſi percutiant forum Eccleſiarum, ut eſt cognoſcere, de delictis Clericorum, & hujuſmodi, tamen non procedunt ex fonte ſpirituali, ut ſunt Matrimoniales, & hæreſis, ut apud del Bene *del Immun. tom. 1. cap. 10. dub. 1. num. 1.* In his enim non ſolent, imò nec debent vi directiva à Summo Pontifice laico delegari, ut ex Synodo ſub Eugenio Papa reſcriptum fuit: ibi: *Decernimus, ut laici Eccleſiaſtica tractare negotia non præſumant; Sed Epiſcopi, Abbates, Archiepiſcopi, & alii Eccleſiarum Prælati de negotiis Eccleſiaſticis (maximè de illis, quæ Spiritualia eſſe noſcuntur) laicorum judicio non diſponant;* Unde hujuſmodi Matrimoniales Cauſæ, utpotè dependentes à Sacramento, arduæ ſunt, & non ab Inferioribus, ſed ab ipſis Epiſcopis ſunt cognoſcendæ, *Can. multorum 35. quæſt. 6. cap. Accedentibus de exceſſib. Prælatorum, cap. Auditis de præſcript.* & Sac. Concil. Tridentin. *ſeſſ. 25. de reform. cap. Cauſæ omnes 20. verſ. ad hæc*, ſtatuit, ut ad ſolos Epiſcopos id pertineret, & non ad alios Inferiores, non obſtante quacumque Conſuetudine. Hinc Sedes Apoſtolica de ſtylo Epiſcopis eas cauſas ſolet committere, Barboſa *de poteſt. Epiſcop. alleg. 84. numer. 1. & 2.* & ſaltem cognoſcere debere Abbates *Nullius*, & Vicarios Generales Epiſcoporum, & Delegatos per Papam Inferiores Prælatos, ut ex *cap. propoſuiſti de probat. cap. ex litteris de in integrum reſtitut. & cap. 1. Ut lite non conteſtata.* Quare nullo modo committi debere laico, dicendum eſt. Sicque talis commiſſio in Locumtenente Criminali, per Papam eſt inveriſimilis, & contra ſtylum, ac vim directivam ipſius poteſtatis Pontificiæ; ultra quod Papa deputando Locumtenentem Vicarii Criminalem potuerat cogitare, quòd ipſe ſe ingerat in cauſis Eccleſiaſticis, hoc eſt puniendi Clericos, in quibus intrat Criminalitas, non tamen in decidenda Cauſa matrimoniali, eò magis quia adeſt ipſe Auditor Vicarii, Viceſgerens, & Locumtenens Civilis perſonæ Eccleſiaſticæ, qui adiri poſſunt in hujuſmodi cauſis; & videmus A. C. eſſe Judicem Eccleſiaſticum Papæ, & tamen non habere facultatem in Cauſa matrimoniali, uti merè Spirituali, ut dixi *tom. 2. Conſtit. 6.* Alexandri III. *ſect. 2.* Tondut. *cit.* loquitur in cauſis puniendi Eccleſiaſticos, & non de mere ſpiritualibus, ut eſt iſta Matrimonialis ſuper fœdere; Caſus autem adducti à Raynaldo procedunt in pœnis inflictis ob matrimonium Clandeſtinum, vel in cauſa matrimoniali incidenter, non autem principaliter ſuper fœdere matrimonii; & licèt Locumtenens Criminalis Vicarii procedat de Voto Congregationes tamen ipſe eſt principalis Judex, cùm ſententiam ſubſcribat, & acta faciat, quod eo magis deberet evitari in Urbe, ut laicis Principibus exemplo ſit, quòd Summus Pontifex cuſtodit reverentiam cauſis ſpiritualibus, ut tractentur à viris Eccleſiaſticis, præſertim in dicto caſu, qui erat in fieri, ſaltem quoad ſententiam ſubſcribendam ac proferendam, quidquid eſſet ad ſalvandam jam prolatam à nullitate; Cùmque ergo eſſem 101
in hoc ſenſu; mihi adhæſit dictus tunc R. P. D. Nuprius, ac etiam ſentiit idem Cardinalis Carpineus Vicarius, tamen alii in contrariam jure ſententiam, ſtante ſuppoſito ſtylo. At ſancta memoria Clemens XI. doctus, ac Pius Pontifex, juxta morem prudenter, demandavit, ut ſententiam ferret in hac cauſa D. Viceſgerens, & non dictus Geminus Locumtenens laicus, & ita debere fieri infuturum, ex dictis, dicendum eſt.

CONSTITUTIO II.

PAULI II.

Incipiens (*Cum in omnibus.*)

EPITOME BULLÆ.

PAULUS EPISCOPUS, &c.

POEnas imponit contra Delegatos Cauſarum alienationum bonorum Eccleſiaſticorum, qui narrata, veritati niti non examinant, vel procedunt favore, impreſſione, aut ſorde; pœnaſque etiam infligit contra complices, procurantes dicto illicito modo eaſdem alienationes exequi.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Summi Pontifices valdè curarunt conſulere conſervationi rerum Eccleſiarum, editis providis legibus.*

2 *Paulus II. promulgavit hanc Conſtitutionem, qua Commiſſariis, & Delegatis, pro alienandis bonis Eccleſiæ à Sede Apoſtolica deſtinatis plura præſcripta fuere cum pœnarum impoſitione.*

3 *Quæ*

3 *Quæ illæ fuerint, recenſentur, & num. ſeqq.*

4 *Prima pars Conſtitutionis continet diſpoſitas pœnas contra Commiſſarios, & Judices prædictos.*

Excommunicatio fuit impoſita ipſo facto, ſed non ſervata contra dictos Judices non ſervantes præſcripta.

6 *Contra verò Epiſcopos, eorumque in dignitate Superiores, pœna ſuſpenſionis per annum ab officio non reſervata.*

7 *Quid importet dicta ſuſpenſio ab officio.*

8 *Contravenientes, qui in divinis ſe ingerunt, ſuſpenſi, Irregularitatem incurrunt.*

9 *Quid contineat ſecunda pars hujus Conſtitutionis, & num. ſeq.*

10 *Contra complices conſentientes, & extorquentes alienationes bonorum Eccleſiarum contra formam hujus Conſtitutionis eſt, lata excommunicatio ipſo facto, & reſervata Papæ.*

Requiritur ad incurſum dolus, vel fraus, ſeu ſcientia, ibid.

11 *Subjectum hujus cenſuræ eſt Laicus, & Eccleſiaſticus quilibet.*

12 *Quæ ſint actiones prohibitæ in hac Conſtitutione, recenſentur.*

13 *Injungitur in hac eadem Conſtitutione, ut Judices executores procedant ad executionem commiſſionum in alienationibus præfatis, ſi non concurrat detrimentum Eccleſiæ.*

Quid ſi eſſet æqualis utilitas, an incurratur pœna, vel decretum executionis eſſet nullum? ibid.

14 *An incurrantur pœnæ, ſi fuerit interpoſitum decretum ab executoribus contra præſcripta in hac Bulla, ſed non fuerit ſecuta alienatio?*

15 *Injunctum fuit in hac Bulla, quòd hujuſmodi diſpoſitio inſeratur in quibuſcumque commiſſionibus Apoſtolicis pro iſtis alienationibus expediendis, & ita ſervatur.*

Quid ſi in dictis litteris Commiſſionum non fieret dicta inſertio, an nulla eſſet commiſſio, & decreti Commiſſarii? ibid.

16 *Plura ad materiam hujuſmodi alienationum rerum Eccleſiarum relativè indicantur.*

1 COnſulturi meritò Summi Pontifices paſtorali eorum Cura, ut res, & bona Eccleſiarum, pauperum, & miniſtrorum Eccleſiæ deſtinatarum, quæque Chriſti, & Eccleſiæ patrimonium dicuntur in *Cap. ſecundum Apoſtolum, de præbend. & dignit. & cap. cum ex eo de elect. in 6.* ac peculiari jure in dominium Chriſti ſponſi tranſierunt, Navar. *de redditib. Eccleſ. tom.2. quæſt.1. monit.15. & 21. & ſeq.* ne diſſipentur, plures Canones, & Conſtitutiones promulgarunt pro eorum conſervatione, ut latiùs dixi *tom.1.*
2 *Conſt.1. Divi Leonis Primi;* In præſenti autem *Paulus II.* Summus Pontifex vigilantiſſimus volens conſulere, ut Judices Delegati, ac Commiſſarii, quibus litteræ Apoſtolicę diriguntur pro interponendis decretis in alienationibus bonorum Eccleſiæ, ſedulitate, qua par eſt, utantur in re tanti momenti, injungit,
3 ut benè examinent litteras Apoſtolicas Commiſſionis, ac narrata veritati niti, ſolum Deum præ oculis habentes, omni timore, favore, vel ſorde aliena, decreta interponant, quòd ſi ſecus egerint in detrimentum Eccleſiarum, ſubjaceant pœnæ excommunicationis ipſo facto incurrendæ, quoad inferiores Epiſcopis, & quoad iſtos eorumque Superiores pœnæ ſuſpenſionis officii per annum, & in irregularitatem, ſi ſuſpenſi miniſtraverint in divinis, ultra refectionem damni Eccleſiæ læſæ faciendam poſt condemnationem. Complices verò, ſcilicet qui dolo, vel fraude, aut ſcienter in detrimentum Eccleſiarum alienationem procuraverint, aut per ſordes, vel per impreſſionem extorſerint decretum, in eamdem excommunicationem incidunt reſervatam, ultra condemnationem ad reſtitutionem damnorum faciendam bonorum alienatorum, eorumque fructuum, voluitque tandem idem Paulus Papa, quòd in litteris Commiſſionum ſpecificè moneantur dicti Commiſſarii per inſertionem hujuſmodi decretalis in hac Conſtitutione emanatæ, ut ex Bulla ædita apud Sanctum Petrum 11. *Maii* 1465.

Duas itaque partes habet contextus hujus Paulinæ 4
Conſtitutionis, & quod attinet ad primam partem, continet pœnam excommunicationis, ipſo facto incurrendam ab omnibus Commiſſariis, ſeù Judicibus delegatis, quibus diriguntur litteræ Apoſtolicæ pro alienationibus rerum, ac bonorum Eccleſiaſticorum, qui Commiſſarii ſint Epiſcopis inferiores, quatenus
ſedulò non examinent veritatem expoſitorum, ac con- 5
ſentiant dictæ alienationi in detrimentum Eccleſiarum, vel id faciant per metum, aut favorem, ſeù per ſordes, quæ excommunicatio non fuit reſervata, Scortia *in ſelectas Pontificias epit.40. Theorem.111.*
V. Alteram quidem, Contra verò Epiſcopos, ſeù eo- 6
rum Superiores, nempè Archiepiſcopos, Primates, Patriarchas, qui præfata egerint impoſita fuit pœna ſuſpenſionis per annum ab officio, quæ neque eſt re-
ſervata; quæ ſuſpenſio ab officio non importat tan- 7
tùm à judicando, ſed etiam ab exercitio muneris, & ordinis Pontificalis; quia ſola ſuſpenſio ab officio judicandi non induceret in tranſgreſſore Irregularitatem, ut eſſet in hoc caſu, & notat Scortia *in ſelectas Pontif. cit. Theorem.111. §. quod autem verſ. Por-*
rò. Contravenientes itidem, qui in divinis ſe ingeſ- 8
ſerint, jam ſuſpenſi, ut ſupra Irregularitatem incurrerent Papæ reſervatam.

Secunda pars hujus Conſtitutionis continet pœnam 9
excommunicationis ipſo facto, reſervatam contra Complices dolo, vel fraude, aut ſcienter conſentien-
tes dictæ alienationi, vel extorſerint per ſordes, aut 10
impreſſionem bonorum Eccleſiarum in detrimentum earum; & ſubjectum iſtius cenſuræ eſt quilibet, ſivè laicus, ſivè Eccleſiaſticus, ut notat Bonacina *de excommunicat. in particul. extra Bullam Cœnæ diſput.2. quæſt.5. punct.5. num.8.* quidquid dicat Filiuc. *tract.15.*
cap.7. quæſt.4. ad finem, ut comprehendat tantùm lai- 11
cos, quia verè Conſtitutio procedit verbis indefinitis, valentibus comprehendere omnes in hac ſecunda parte, cùm in prima comprehendat tantùm executores litterarum Apoſtolicarum obtentarum pro dictis alienationibus, Scortia *cit. loco*, & ad incurſum requiritur dolus, vel fraus, aut ſcientia ex verbis prædictis Bullæ.

Igitur prohibita actio in hac Conſtitutione eſt in- 12
terponere decretum, abſque probata utilitate, in detrimentum Eccleſiæ, idque ſi fiat, vel voluntariè, vel per metum, favorem, aut ſordes ſcilicet ſi pecunia, donatione, pretio, munere id agat, & quoad Complices, ſi conſentiant alienationi, vel id agant per impreſſionem, hoc eſt per concuſſionem *leg. ſi per impreſſionem C. de his, quæ vi metuſve cauſa cap. ſuper hoc, ubi Gloſſ. de renunciat.* vel extorquent per ſordes decreta interponi per dictos Commiſſarios in detrimentum Eccleſiarum, hoc eſt non comprobata earum utilitate; ſi tamen eſſet æqualis utilitas, tunc
cùm non verificaretur detrimentum Eccleſiarum in 13
Conſtitutione contemplatum, non videtur incurſa dicta pœna hujus Bullæ, Bonacina *de excommunicatione in particul. extra Bullam Cœnæ, diſput.2. quæſt.5. punct.5. num.2.* Suarez *diſput.20. ſect.6. num.1.* Alter. *tom.1. diſp.16. 12. colum.4.* Novar. *in ſum. Bull. par.1. commentar.5.* etſi decretum nullum foret, ut aliàs etiam dixi, prout, ſi prædicta fierent negligentia tantùm, non incurrerentur dictæ pœnæ, Scortia *cit. Theor.111.*

Sed nunquid incurratur dicta cenſura, ſi interpo- 14
natur decretum, & non fuit ſecuta alienatio, Bonac. *cit. num.3.* adducit opinionem hinc indè, ſed tenet affirmativam, quia quantum eſt in ſe, actus prohibitus jam fuit expletus, & verè ſufficit, quòd poſſit in vim decreti, ſemper fieri alienatio, atque evenire damnum Eccleſiæ; eò magis in procurante decretum, qui ſubjacet cenſuræ, etſi alienatio non ſequatur; ſed etiam contrariam opinionem probabilem exiſtimat, &

verè

Digitized by Google

verè cenſeo Summum Pontificem, cùm uſus fuerit verbis *in detrimentum Eccleſiarum* intellexiſſe, ut verè in actibus prohibitis ſequatur tale detrimentum, quod abeſt, ſi alienatio non ſequatur, & ſic non reſpexit ad actum materialem decreti, ſed ad formalem detrimenti Eccleſiæ, quod tantùm verificatur in alienatione ſecuta: de hac enim cenſura in hac Paulina contenta egerunt Navar. *man. cap. 27. num. 108.* Silveſter *ver. excommunicatio excommunicat. 7. num. 83.* Suarez *tom. 5. diſp. 22. ſect. 6. num. 7.* Scortia *cit. epit. 40.* Bonac. *cit. de cenſur. extra Bullam in Cœna Domini, & de alien. bonor. Eccleſ. diſp. 2. quæſt. unic. punct. 6. & 7.* ubi etiam remiſſivè quid nomine gratiæ, vel ſordis veniat Theſaur. *de pœnis par. 1. cap. 2.*

15 Cum autem, ut dixi, in fine hujus Conſtitutionis Papa voluerit, quòd Commiſſarii prædicti de pœnis dictæ Conſtitutionis ſpecificè moneantur, & in litteris, & Commiſſionibus hujuſmodi ſtatutum in hac Bulla inſeratur, hinc dubitatum fuit, quòd ſi in litteris hujuſmodi pro alienationibus rerum Eccleſiæ non inſeratur tenor hujus Conſtitutionis Paulinæ, an nulla eſſet Commiſſio? & Rota benè decidit non importare defectum hujus inſertionis nullitatem Commiſſionum, & proindè decreti, ex defectu Juriſdictionis in Commiſſario, ſed tantùm, ut niſi inſeratur, Commiſſarii prædicti pœnas hujus Conſtitutionis non ſubjaceant, ut in *deciſ. 34. num. 2. par. 1. recent.* & innuit Theſaur. *cit.* Denique hujus Paulinæ Conſtitutionis inſertio etiam in præſenti religioſè ſervatur in hujuſmodi litteris Apoſtolicis obtentis cum clauſula *ſi in evidentem* pro alienandis rebus, & bonis Eccleſiaſticis; ut ex praxi conſtat.

16 De Reliquis facientibus ad hanc Paulinam Conſtitutionem plura dixi *in Conſtit. 1. D. Leonis Primi tom. 1.* & in aliis Commentariis editis agentibus de alienatione rerum Eccleſiæ prohibita, & dicam infra *Conſtit. 5.* Pauli II. *Ambitioſæ*, & aliis locis.

CONSTITUTIO III.

P A U L I II.

Incipiens (*Munera.*)

E P I T O M E B U L L Æ.

P A U L U S E P I S C O P U S, &c.

PRohibet Officialibus, & Miniſtris Sedis Apoſtolicæ, etiam Legatis à latere, ad Regimen, ſeù Gubernium Terrarum Romanæ Eccleſiæ deputatis, vel deputandis, receptionem munerum ab eorum Subditis, & Communitatibus, præter *eſculentorum, & poculentorum brevi tempore conſummabilium*, nempè intra biduum, ſub variis pœnis, dantibus, & recipientibus.

C O M M E N T A R I U M.

S U M M A R I U M.

1 *Paulus II. animadvertens magno juſtitiæ diſpendio, munera juſdicentibus dari; prohibuit eorum receptionem, & dationem quibuſcumque Officialibus etiam Legatis à latere, Sedis Apoſtolicæ in Terris Eccleſiæ; & quibus pœnis? & quæ munera intelligantur.*

A quibus prohibentur dari hæc munera? ibid.

Excipiuntur à diſpoſitione hujus Bullæ S. R. E. Cardinales, ibid.

Refertur ſummatim diſpoſitio hujus Conſtitutionis, & enunciantur aliæ Bullæ Pontificiæ ad hanc materiam pertinentes, ibidem.

2 *Munera prohibita dari in hac Conſtitutione intelliguntur, tam ſi dentur pro gratia, vel juſtitia obtinenda, quàm non.*

3 *Contra dantes, vel recipientes pro juſtitia, vel gratia obtinenda à Sede Apoſtolica, ſunt aliæ Conſtitutiones Apoſtolicæ, quæ enunciantur, remiſſivè.*

4 *An præfatæ Conſtitutiones procedant, quoad omnes, tàm in Urbe, quàm extra in quacumque Orbis parte exiſtentes.*

Refertur opinio Panimol. *exiſtimantis, extenſas eſſe has Pontificias diſpoſitiones, etiam quoad data, & accepta pro juſtitia, vel gratia apud quæcumque Tribunalia, & Judices ditionis Eccleſiaſticæ, ibid.*

Hanc extenſionem moderatus fuit Alexander VII. Et quomodo? ibid.

5 *Hæc Conſtitutio prohibet munera præciſivè pro obtinenda gratia, vel juſtitia, & num. 2.*

Enunciantur perſonæ, quibus prohibetur datio, & receptio munerum, ibid.

Epiſcopi comprehenduntur quatenus miſſi ſunt pro Legatis, vel alio modo ad gubernandum, ſecùs ratione Epiſcopatus in eorum Diœceſibus. ibid.

6 *Exteri habitantes in loco, qui dicuntur eſſe ſub Regimine Officialibus, comprehenduntur in hac Conſtitutione.*

Quid de Clericis, vel exemptis? ibid.

7 *Qui prohibeantur recipere munera, clarius enunciantur.*

8 *An comprehendantur Officiales miſſi à Baronibus.*

Officiales miſſi à Sede Apoſtolica debent ſe juramento obſtringere ad obſervandam hanc Conſtitutionem, ſecus miſſi ab inferioribus, ibid.

Loca, in quibus mittuntur dicti Officiales, intelliguntur de immediatè ſubjectis, non autem de mediatè, ibid.

9 *Munera, quæ prohibentur dari, & recipi ſunt aurum, argentum, veſtes, aliaque quæcumque ſpecies, præter eſculenta, & poculenta brevi tempore, ideſt intra biduum conſummabilia.*

10 *Accipientes munera tenentur ad reſtitutionem dupli, in quo ſimplum continebitur. Et cui nam eſt facienda hæc reſtitutio.*

Tenentur ad hanc reſtitutionem ante ſententiam, ibid.

11 *Alia pœna eſt excommunicatio ipſo facto reſervata Romano Pontifici; & pœna perjurii, ſi juramentum præſtiterint de ſervanda hac Conſtitutione*

12 *Hanc Conſtitutionem pœnalem non eſſe uſu receptam dixit* Theſaurus, *& quare?*

13 *Verùm de hac Conſtitutione mentionem faciunt plures Doctores, etiam moderni, qui enunciantur.*

Nec eſt verum, ut aſſerit cit. Theſaur. *juramentum non deferri Officialibus de non recipiendis muneribus, auctoritate* Raynaldi *de facto proprio teſtantis contrarium, & ex litteris Patentalibus pro Gubernatoribus, in quibus hoc onus demandatur.*

14 *Nedum jure peculiari hujus Conſtitutionis prohibetur datio, & acceptio munerum; ſed etiam jure communi.*

Ubi de Xeniis, & quæ fuerint? ibid.

Quod detrimentum juſtitiæ inferatur ex oblatione munerum? ibid. & num. ſeqq.

Thebani Simulacra Judicum ſine manibus ſculpebant; & quare? ibid.

15 *In Sacra Scriptura veteri munera recipi, fuit prohibitum.*

Valdè tamen inhumanum eſt à nemine accipere; ſed paſſim viliſſimum eſt, & omnia, avariſſimum, ibid.

16 *Jure*

16 *Jure quoque Caſareo cautum eſt, ne munera recipiantur, preter eſculenta, & poculenta, intra dies prodigenda.*

Cui conſonat decretalis Bonifacii VIII. in cap. ſtatutum de reſcriptis in 6. *ibid.*

17 *Legibus municipalibus plurium Regnorum hujuſmodi munerum receptio prohibetur.*

18 *Judex condemnatus judicio legis Julia repetundarum ſit infamis infamia juris, & conſequenter irregularis.*

Nulla eſt ſententia lata pravio pretio, ſeù munere, ſed ob gratiam, tantùm eſt irritanda. Et ad quid teneatur Judex? ibid.

19 *Extenditur hac prohibitio munerum tribuendorum à litigantibus, etiam pro celeritate juſtitia.*

Et procedit prohibitio, etſi non ſit facta promiſſio proferendi ſententiam ad eorum favorem; praſertim ſi ſint munera pecuniaria, ibid.

Itaut horum munerum receptio dicatur furtum, & rapina, ibid.

Et de receptione propinarum, remiſſivè, ibid.

20 *Leges municipales aliquorum Regnorum ſunt oneroſiores in prohibendis etiam eſculentis, & poculentis; & optima ratione.*

Etiam juſtè prohibita eſt acceptio munerum à non litigantibus, ibid.

21 *Videtur permiſſa donatio Xeniorum, ſeù Munuſculorum Eſculentorum, & Poculentorum, qua brevi tempore conſumuntur, niſi adſit ſpecialis prohibitio. Et quod ſit hoc tempus.*

Communior opinio remittit arbitrio Judicis qualitatem ciborum, & tempus conſumptionis, attenta qualitate perſonarum, & ciborum.

22 *Duo dies pro conſumptione non videntur excluſi; & fuit Statutum in hac Conſtitutione, qua uſque ad tres dies ſolet interpretari communiter; & ita ſervatur in ditione Eccleſiaſtica.*

Sufficit, quòd poſſint conſumi intra tres dies, licèt non conſumentur, ibid.

Dummodo pecunia non recipiatur loco munerum, ibid.

23 *Ita receptio iſta permittitur, ſi fiat liberaliter abſque periculo perverſionis Judicis, ſcilicet ſi adfuerit priùs mutua amicitia.*

Xenia mitti conſueta certis temporibus, ut in die Natalitio D. N. Jeſu Chriſti in Romana Curia, etiam à Litigantibus tolerantur, & quare? ibid.

24 *Quid veniat nomine eſculenti, & poculenti?*

Benè agit Judex, ſi abſtineat etiam ab his, ibid.

25 *An licitum ſit Judicibus accipere munera à conſanguineis, & affinibus?*

26 *An permittantur recipi ab Amicis?*

27 *An peccent recipientes munera, & an teneantur reſtituere.*

28 *An poterit Judex mutuum accipere gratis à Litigantibus?*

29 *Epiſcopi, aliique Eccleſiaſtici Prælati majori ratione nequeunt munera recipere, etiam Xenia; cùm id pluries à Sacris Canonibus ſit interdictum.*

30 *Epiſcopi, aliique Prælati prohibentur expreſsè, quæcumque munera recipere in viſitatione ſub pœna maledictionis, niſi duplum reſtituatur.*

Et quid præſeferat maledictionis pœna; & quos effectus parere ſoleat? ibid.

Epiſcopi in viſitatione recipientes munera ultra pœnam reſtitutionis dupli, interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ; Inferiores verò Prælati prohibentur ſub pœna ſuſpenſionis ab Officio, & Beneficio, quouſque duplum reſtituant, ibid.

Omnes familiares Clerici recipientes munera plectuntur pœna ſuſpenſionis ab Officio, & Beneficio, & Laici interdicto Eccleſiæ.

31 *Sacrum Concilium Tridentinum præcepit, ne in viſitatione quodcumque munus recipiatur, excepta procuratione. Et quibus pœnis.*

Tempus pro facienda reſtitutione munerum acceptorum eſt unius menſis, immutata diſpoſitione Extravag. unic. de Cenſibus, *quæ bimeſtre præſcribebat, ibid.*

32 *Pluries Sacra Congregatio, & Taxa Innocentiana prohibuerat Viſitantibus, ne quodcumque munus, etiam eſculentorum, poculentorumve recipiant.*

An facta reſtitutione receptorum, & peracta Viſitatione, ex intervallo, tamquam ex nova cauſa, poſſint eadem munera recipi, ibid.

33 *Epiſcopus tenetur gratis præſtare Spiritualia; ſecus labe ſimoniæ pollueretur, ejuſque pœnas incurreret.*

An committatur ſimonia in alia re Spirituali, excepta collatione Beneficii, Ordinis, & Profeſſione Regulari? Explicatur Layman, ibid.

In quacumque re ſpirituali, muneri Epiſcopali competenti, committitur ſimonia, ibid.

34 *Epiſcopi uti Judices prohibentur recipere munera. Recenſentur plures actus, ibid.*

35 *Quid de muneribus, quæ offeruntur à Subditis Epiſcopis, ac aliis Prælatis ex liberalitate in diebus ſolemnioribus, quæ dicuntur ſtrenæ.*

An ad has præſtationes ſtrenarum poſſint cogi Subditi? Diſtinguitur inter donum merè gratuitum, liberale, & voluntarium, & illud, quod poteſt eſſe ortum ex obligatione; juxta circumſtantias ponderatas à prudenti Judice; & inter perſonas particulares, & Capitula, vel Communitates, & num. ſeqq. & adducuntur reſolutiones Congregationis.

Et quando ſit concedenda manutentio Epiſcopis? ibid.

36 *Quid ſi agatur de exactione prætenſa per Epiſcopos à perſonis particularibus?*

Hujuſmodi exactiones improbantur à Sacris Canonibus, & Sacra Congregatione; & referuntur reſolutiones; ibid.

Hæ exactiones palliari ſolent ab Epiſcopis nomine Cathedratici, quod eſt à Jure permiſſum, ibid.

37 *Cathedraticum tamen ſolvere debent, non ſinguli de Clero, ſed Parochi dumtaxat, & Beneficiati, & adducuntur reſolutiones Congregationis.*

38 *Si concurrat immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo colorato, poterit ſuſtineri præſtatio, cùm non conſtet de vitio infecto, in impoſitione facta ab ipſiſmet Epiſcopis.*

Synodus, in qua exactio impoſita fuit, non poterit inducere bonam fidem, & juſtum titulum præſcribendi; nec Epiſcopus valet in Synodo tales exactiones imponere.

ADeò magna eſt vis pecuniæ, & auri, ut homi- 1
num, etſi ſapientum animos occupare ſæpè ſoleat; unde excæcari muneribus juſtitiam, ac leges contemnant; hinc eſt, quòd Paulus Papa II. *in proœmio hujus Conſtitutionis*, præmittens damna, quæ à muneribus datis juſdicentibus promanant, eadem *Conſtitutione* expreſsè prohibet omnibus Officialibus Sedis Apoſtolicæ, etiam Legatis à latere in Terris Eccleſiæ, recipere munera quæcumque, tàm à ſingularibus perſonis, quàm Communitatibus, & Provinciis, ſub pœna reſtitutionis dupli, in quo ſimplum continebitur, ac excommunicationis ipſo facto incurrendæ, tàm per recipientes, quàm dantes, reſervatæ Romano Pontifici, dummodò tamen non ſint S. R. E. Cardinales, qui ſpontè jurant coram Papa talia munera non recipere. Itemque ſtatuit, juramentum deferri dictis Officialibus tempore eorum electionis pro obſervatione hujus ordinationis, nec non prohibuit collationem Officiorum per ipſos fieri, quæ ſolent per Romanos Pontifices provideri; ac demùm quòd non valeant reos capitalis ſententiæ, & bannitos remittere, ac pœnas condonare, & mulctas ad Cameram Apoſtolicam ſpectantes, ultra ſummam

mam ſex florenorum auri de Camera, etſi agatur de gravi mulcta, ſed condemnatione, cum decreto irritanti, ut nulli ſcilicet, ſint dicti actus contra præſentem *Conſtitutionem*, revocando quaſcumque facultates in genere, vel in ſpecie conceſſas. Quaſque prohibitiones, & diſpoſitiones hujus Bullæ confirmavit, Sixtus IV. *Conſtit.*15. §. 3. de qua infrà; & quoad munera non recipienda à Communitatibus ſtatuit etiam Clemens VIII. *in Conſtit.* 10. *ejuſdem tom.* 3. *Bullarii*, quæ dicitur Boni Regiminis, in quibus prohibetur dari munera per Communitates cuicumque Officiali, & decernitur plura expediri gratis abſque ullo emolumento, vel dono, & quoad Bannitos, ſeù exules, & reos capitis non remittendos latiùs indixit S. Pius V. *Conſtit.*10. *tom.*2. *Bullarii*. Et quoad pœnas, ſeù mulctas non condonandas, procedit *cit. Conſtit.* Sixti IV. & *pleniùs Conſtit.* 93. Sixti V. *tom.* 2. *Bullarii*, & de largitione munerum prohibita Regularibus utriuſque ſexus, Clemens VIII. *Conſtit.*19.

2 Agendo itaque ſpecialiter de muneribus prohibitis in præſenti *Conſtitutione* recipi, ac reſpectivè dari Officialibus Sedis Apoſtolicæ, certum eſt, juxta litteram præſentis *Conſtitutionis*, ea intelligi, quæ dantur Officialibus prædictis, tàm ſi fiat pro gratia, vel juſtitia obtinenda, quàm ſi id non fiat pro gratia, vel ju-
3 ſtitia recipienda; Verùm contra dantes, vel recipientes pro juſtitia, vel gratia recipienda apud Sedem Apoſtolicam, ſunt aliæ *Conſtitutiones Apoſtolicæ*, de quibus dixi *tom.*3. *Conſt.*1. Bonifacii VIII. ubi eas adduxi uſque ad illam Alexandri VII. *Conſt.*19. *tom.*6. *Bullarii* incip. *Inter graviſſimas*. Et alias quæ Conſtitutiones procedunt quidem quoad omnes, tàm in Urbe, quàm extra in quacumque Orbis parte exiſtentes, quiquè mediatè id agunt; ſed ſolùm pro gratia, vel juſtitia
4 recipienda apud Sedem Apoſtolicam, & ſic non comprehendunt alia loca Status Eccleſiaſtici, niſi quoad bona Communitatum, ut dixi *cit. Conſtit.* 1. Bonifacii *num.*21. & quidquid dicat Panimol. latè agens de hac prohibitione in *deciſ.* 42. *à num.* 9. *ad finem*, quòd ex *Conſtit. cit.* Clementis VIII. 10. ſit extenſa hæc prohibitio Bonifacii, aliorumque Pontificum etiam ad data, & accepta pro juſtitia, vel gratia apud quæcumque Tribunalia, & Judices Status S. R. E. tamen eamdem extenſionem moderatus fuit Alexander VII. *in cit. Conſtit.* 19. §. 10. ſolùmque præſervando talem prohibitionem, etiam quoad Judices Status Eccleſiæ circa munera, ſeù data ex bonis Communitatum dictæ Ditionis Eccleſiaſticæ, de qua prohibitione dati, & accepti pro gratia, vel juſtitia apud Sedem Apoſtolicam obtinenda, denuò recurret ſermo in dictis aliis Conſtitutionibus.

5 Munera igitur prohibita in hac Conſtitutione, præciſivè ab obtinenda gratia, vel juſtitia, vetita ſunt. Et quoad perſonas, reſpicit prohibitio omnes, & quaſcumque, tàm laicas, quàm Eccleſiaſticas, S. R. E. Cardinalibus litteraliter in ea exceptis, quæ exceptio firmat regulam, ut omnes alii, cujuſcumque dignitatis, & conditionis, comprehenſi dicantur, ſtantibus verbis indefinitis, à Provinciis, Civitatibus, & Terris, quibus præſunt, vel officia exercent, nec à ſingularibus ſui regimini ſuppoſitis, vel quibus illi præſunt, & expreſsè dicitur etiam quoad exiſtentes in Pontificali dignitate, & ſic etiam Epiſcopos complectitur, & Legatos à latere, ibi expreſsè enunciatos. Epiſcopi verò ita comprehenduntur, quatenus miſſi ſunt pro Legatis, vel alio modo ad gubernandum, non autem ratione Epiſcopatus in eorum Diœceſibus.

6 Sed nunquid intelligi debeant exteri exempti, vel Clerici omnes, & certè teneo exteros habitatores in loco eſſe comprehenſos, cùm verè dicantur ſub regimine talis Officialis, vel Gubernatoris, ſeù Legati, cùm talis prohibitio emanaverit, quoad eas perſonas, quibus donatarii præeſſent, ut ex littera, & fortiùs ex ratione, cùm munera reſpectu Juſdicentium non debeant cenſeri voluntaria; & extorquere ſoleant Superiores, & ſic cùm adſit Prælatio, & Superioritas, quæ etiam in exteros habetur, adeſſe etiam debet prohibitio; ſecùs autem in exteris, qui non ſunt in loco ditionis Eccleſiæ, quia poterit Gubernarot ab exteris ibi non habitantibus recipere dona, ut in ſpecie notat Bonacina *de Cenſur. in particul. diſp.* 2. *quæſt.* 7. *punct.*8. *num.*6. §. *Ex dictis*; Quoad verò exemptos, & Clericos; quia ceſſat dicta prælatio, ceſſare etiam debet cauſa prohibitionis, ut apud Suarez *de Cenſur. diſp.* 22. *ſect.*6. *num.*7. Bonacina *citato loco*, quia dicta cenſura poſita eſt habito reſpectu ad ſubjectionem, dummodò non agatur de Officiali, ac Juſdicente Eccleſiaſtico, cui Clerici ſubjiciuntur, & proindè intrat prohibitio, & ratio prohibitionis, ſed cavere debet Judex Eccleſiaſticus à recipiendis donis à Laicis, vel Laicus ab Eccleſiaſticis, vel exemptis; quia etſi reſpectivè non ſint illi ſubjecti, tamen etiam in foro eorum jus agere aliquando valent; ut Eccleſiaſticus agere valet cauſas plures inter Laicos, vel ratione prorogationis, vel qualitatis, & Judex laicus ad inſtantiam Clerici actoris poteſt litem in ſuo foro habere contra laicum, & exemptum ratione actionis contra ſubjectum, vel alia ratione poteſt Judicem non ſuum adire, ut benè ad rem notat Alvarez de Velaſc. *de Judice perfecto rubr.* 9. *annot.* 8. *per tot.* comprehenditque ulterius hæc Conſtitutio, tàm dantes munera, quàm recipientes ut iiſdem pœnis ſubdantur, Scortia *ad ſelectas Pontificias ad hanc Bullam Epiſt.*41. *Theorem.*112. §. *fin.* ac juſtum eſt, quia ipſi inducunt recipientes ad contraveniendum, *leg.*1. *de pœna Judicis*.

Quoad verò Officiales, de quibus loquitur hæc *Con-* 7
ſtitutio, quibus munera recipere prohibetur, litteraliter exprimuntur Rectores, Gubernatores, ſed deindè verbis generalibus, quicumque Officiales Romanæ Eccleſiæ, etiam Legati à latere, & ſic comprehendit omnes, qui jus dicunt, quocumque nomine nuncupentur, Poteſtates, Commiſſarii, Judices, Gubernatores, dummodò jus dicant, ac ſuperioritatem, vel Juriſdictionem habeant, Theſaurus *de Pœnis part.* 2. *cap.*8. *verb. Munera* §. *Nota primo fol.*242. & veniunt 8
quoque Aſſeſſor, ſeù Conſultor Juſdicentis, quia Miniſtri dicuntur Juſtitiæ, imò in iis pernicioſior eſt munerum receptio, ut dixit Cherubin. *ad hanc Bullam ſchol.*2. & de Conſiliario Bald. *conſ.*194. *lib.*2. Verùm poſſet hic quæri, an iſta Bulla comprehendat Officiales, qui mittuntur à Baronibus, & videtur dicendum negativè, quia *Conſtitutio* utitur verbis *Officialium Romanæ Eccleſiæ ad regimen Terrarum miſſorum*; & ſic dici debet de Officialibus miſſis à Papa, & Sacra Conſulta, non autem à Baronibus; eoque magis quia in eadem *Conſtitutione* complectuntur Officiales etiam à Legatis à latere miſſi; quod fruſtraneum eſſet, ſi de miſſis à Baronibus intelligeretur; nam voluit explicare, intelligi debere etiam miſſos à Sede Apoſtolica eos, qui mittuntur à Legatis à latere, cùmque diſpoſitio ſit pœnalis cum gravi pœna etiam Excommunicationis, videtur reſtringenda potiùs, quàm amplianda, *cap. Odia de regulis Juris in* 6. Theſaur. *de Pœnis cit. cap.*8. §. *Nota tertio*, & Sixtus IV. *cit. Conſtit.* 15. §. 3. expreſsè loquitur de iis, qui jurejurando debent ſe obſtringere ad obſervandam hanc Conſtitutionem coram Camerario, & hoc juramentum præſtant tantùm Officiales miſſi à Sede Apoſtolica, non autem ab Inferioribus, Bonacina *de excommunicat. extra Bullam Cœnæ diſp.*2. *punct.*8. *quæſt.*7. *num.*5. Quique Officiales intelligi debent miſſi per Sedem Apoſtolicam, vel Legatos à latere pro gubernio, & Juriſdictione exercenda in locis Eccleſiæ Romanæ immediatè ſubjectis, quia de mediatis nulla mentio facta fuit, & ſubjecta materia in primo procedit, quia loquitur de Gubernatoribus, aliiſque, qui mittuntur in Statum immediatè ſubjectum regendum; ita docet Bonacina *citat. num.* 5.

Actiones itidem, quæ prohibentur, ſunt datio, & 9
reſpectivè receptio munerum, tàm auri, quàm argenti, veſtes, equi, & alterius cujuſcumque ſpeciei, præter eſculenta, & poculenta, quæ brevi tempore conſumi poſſent; quod tempus ad biduum moderatur; unde prohibita videtur donatio cujuſcumque rei,

exceptis

Digitized by Google

exceptis eſculentis, & poculentis, quæ intra biduum
conſumi poſſent; & quidquid ſit de Jure communi,
de quo infra, quæ ſint xenia, quæ permittatur reci-
pi, & intra quantum temporis conſumenda, in hac
Conſtitutione expreſsè tempus conſumptionis intra bi-
duum limitatur, Scortia *cit. Theor.* 113. *in initio*.
Datur tamen parvitas materiæ, quæ juxta probabilio-
rem eſt in ea quantitate, in qua furtum non commit-
titur, Bonacin. *cit. num.* 5. *verſ. limitatur primo*, *&*
eadem diſp. 2. *quæſt.* 3. *pun.* 31. *numer.* 13. §. *ego ve-*
10 *rò*. Pœna autem inflicta contra dictos eſt reſtitutio du-
pli recepti, in quo continebitur ſimplum quoad acci-
pientes, quod non videtur reſtituendum ipſi danti,
ſed pauperibus, vel Eccleſiis, cùm indecens ſit, ut
reſtituatur danti, qui eſt in culpa ſocius, & ita do-
cet Bonacin. *cit. punct.* 8. *numer.* 9. §. *ego verò*; ta-
men cenſeo rem acceptam debere reſtitui danti; &
tantumdem pauperibus, ut dixit Filliucius *tract.* 15. *c.*
9. *qu.* 8. *num.* 210. quia Bulla utitur verbo *reddere*; un-
de dominio rei antiquo retinenda, pœna autem reddi
debet pauperibus, & ſic Papa quando voluit dari pau-
peribus, dixit, *ut in Extravag.* 1. *de ſent. excomm.*
ſuper datis, vel promiſſis pro gratia, aut juſtitia. Quæ
pœna reſtitutionis incurritur ipſo Jure ante declarato-
riam in conſcientia, propter particulam illam *reddere*
teneantur, ut in terminis dixerunt Bonac. *cit. pun.* 8.
11 *numer.* 8. Theſaur. *cit.* §. *nota ſecundo*. Rurſùs eſt pœ-
na excommunicationis ipſo facto incurrenda, reſerva-
ta Romano Pontifici; ac in perjurii pœnam prolabe-
rentur, ſi juramentum præſtiterint de ſervanda hac
Conſtitut. Bonac. *cit. num.* 3.

Hanc autem Conſtitutionem pœnalem, non eſſe
12 hodie non uſu receptam, dixit Theſaur. *cit.* §. *nota*
tertio, tum quia Juramentum non præſtatur à dictis Gu-
bernatoribus, & Officialibus, prout præſcribitur in hac
eadem *Conſtitutione*, de ſervandis in illa diſpoſitis;
tùm quia communiter ignoratur hujus *Bullæ* diſpoſi-
tio, quæ cùm ſit extra corpus Juris communis, ejus
ignorantia excuſat à culpa, & pœna, Mohed. *deciſ.*
1. *de Conſtit. Put. deciſ.* 63. *lib.* 1. & præſumitur inob-
ſervantia; ac intraret in mobilibus donatis uſucapio
triennalis, ut proſequitur *cit.* Theſaur. *ibid.* qui addit,
quòd ſaltem hæc *Conſtitutio*, cùm non derŏget Juri
communi, intelligi debet prohibere munere illicita,
ſcilicèt immoderata cum corruptela, vel periculo cor-
ruptelæ; & ſic iſta prohibitio recipit paſſivam inter-
pretationem ab ipſo jure communi, quod permittit
hujuſmodi munera recipi in certis caſibus, ut inferiùs
dicam, & docet idem Theſaur. *ead. par.* 2. *cap.* 10. §.
probatur.

Verùm de dicta bulla mentionem faciunt plures DD.
13 etiam moderni, ut ultra Bonac. & Scortiam *locis cit.*
eum innuit Cohel. *ad Bullam boni Regiminis cap.* 36.
numer. 10. D. Bonfin. *ad Bannimenta generalia capit.*
47. *numer.* 67. ſed juramentum præſtare hujuſmodi Of-
ficiales coram Cardinali Camerario, non recipiendi,
niſi eſculenta, & poculenta, quæ triduo conſumi poſ-
ſint, teſtatur de facto proprio, dum Auditor Turoni
Bononiæ miſſus à Sede Apoſtolica fuit, Raynald. *ob-*
ſerv. Crim. cap. 4. *paragrapho* 5. *numer.* 16. Et in li-
teris Patentalibus pro Gubernatoribus præcipitur: *Vo-*
lumus, quòd antequam prædictum Gubernatoris officium
exercere incipias, *&c. de dicto officio rectè*, *& fideliter*
exercendo, *& de non recipiendo aliquod genus mune-*
ris, præter eſculenta, *& poculenta*, *quæ triduo conſu-*
mi poſſint, *in manibus dilecti filii noſtri S. R. E. Ca-*
merarii, *debitum præſtes in forma ſolita juramentum*;
ut ex literis Apoſtolicis in forma Brevis expeditis *die*
12. *Octob.* 1715. ſub fa. me. Clem. XI. pro Petro Ron-
calli Gubernatore Civitatis Imolæ, quarum copias pe-
nes nos exiſtit.

Nedùm jure peculiari hujus *Conſtitutionis* prohibita
14 eſt acceptio munerum, ſeù donorum, quoad Officia-
les ſtatus Eccleſiæ, à propriis ſubditis; ſed jure quo-
que communi vetita ſunt dona, quæ mittebantur, &
xenia nuncupantur; ut ea denominavit Martialis *libr.*
13. cujus carmina refert Gonzal. *c. cum ab omni num.*
16. *de vita*, *& honeſt. Cler.* etſi nomine doni, & mu-
neris non contineantur xenia; veniunt tamen ſignifi-
catione vocabuli, ut dixit Gloſ. *in l. ſolet Ver. non pert.*
ff. de offic. Proconſulis, & nomine doni, aut muneris
venire etiam eſculenta, & poculenta, *l. plebiſcito ff.*
de offic. Præſidis; ſed verè pro xeniis ſumuntur dona,
& munuſcula, Scortia *cit. Theorem.* 113. & diſtinguun-
tur à donis majoris ponderis, necnon etiam ab eſcu-
lentis, & poculentis, ut videtur ex *Bull. Alex. VII.*
adducta, in qua præſervatur receptio xeniorum, ex-
culentorum, & poculentorum ſolitorum recipi per Ju-
dices Romanæ Curiæ, & diſtinguit Gonzal. *cum ab*
omni numer. 16. *de vit.* *& honeſt. Cler.* & melius *cap.*
1. *ver. xenia de conſuetudine*, & pro xeniis ſumi e-
tiam cibaria tantùm, ac ſolebant mitti à ſubditis Re-
ctoribus Provinciarum, Langleus *ſemeſt. lib.* 6. *cap.* 1.
fol. 249. *lit. C.* *&* D. Myletius *in ſua hyparchologia*
cap. 12. *numer.* 50. Gonzal. *cap.* 1. *num.* 5. *de conſue-*
tudine, ſicuti quoque mittebantur Principibus, *leg.*
laudabile 4. *C. de offic. diverſ.* cùm autem ſatis com-
pertum ſit, donis ita allici, ac mulceri animos, ut
facilè indè naſcatur corruptela; & Juſdicentes, per-
vertendo jus divinum, & humanum, æqua lance ju-
ſtitiam non adminiſtrent; nulluſque reus culpam evita-
ret, cujus pœnam munere redimeret, quod benè etiam
faſſus fuit *Ovidius* etſi luminis fidei expers, 3. *faſto-*
rum.

Sæpè Jovem vidi, cum jam ſua mittere vellet
Fulmina, Thure dato, ſuſtuliſſe manum.

Hinc apud Thebanos, Judicum ſtatuæ ſine manibus
ſculpebantur, ut innuerent pro muneribus recipiendis,
manus nequaquam habere, & Plutarchus refert, Al-
camenem reſpuentem munera à Meſſenis oblata, dixiſ-
ſe: *Si munera accepiſſem*, *cum legibus pacem habere*
non potuiſſem. Ac in Sacra Scriptura veteri, paſſim 15
munera recipi per Judices prohibetur; hinc in *Deute-*
ronom. cap. 6. *Munera excæcant homines*, *& verba*
juſtorum, *& Ecclef. cap.* 20. *Xenia*, *& dona excæcant*
oculos Judicum, *& Job. c.* 15. *Ignis devorabit taberna-*
cula eorum, *qui munera libenter accipiunt*; *& Caſſiod.*
dixit: *Abjectio muneris*, *linea eſt Regiminis*; *Sed ſi-*
cuti valdè eſt periculoſum recipere munera paſſim, *ita*
inhumanum eſt ea reſpuere ſemper ab omnibus; *unde*
in leg. ſolet ff. de offic. Proconſulis, dicitur: *Valdè in-*
humanum eſt à nemine accipere; *ſed paſſim viliſſimum*
eſt, *& omnia*, *avariſſimum*; *& Tapia in Conſtitut.*
incip. apud Juſtinianum, refert id, quod Petrus Car-
melita Hiſpanus dicere ſolebat, Judicem non debere
eſſe facilem ad accipiendum munera, ſed tempore, quo
accipit, debere excogitare, quis mittat, ad quem fi-
nem, quantumve ſit donum; ne facilitas recipiendi
ipſum, à recta juſtitiæ adminiſtrandæ via ſe moveat,
ac refert quoque Raynald. *loc. cit. num.* 8.

Quin jure Cæſareo cautum eſt *in leg. plebiſcito ff.* 16
de offic. Præſid. Nequis Præſidum munus, *denmque*
caperet, *niſi exculentum*, *poculentumque*, *quod intra*
dies proximos prodigatur, ubi *Gloſ. verb. poculentum-*
ve ait: *Hodie neque xenia recipi poſſe à Judice*, *niſi*
in defectum Salarii, *auth. ut Judices ſine quoque parag.*
quapropter; *& in cap. ſtatutum* §. *inſuper de reſcriptis*
in 6. Bonifacius Papa VIII. mandavit, ut Judex Dele-
gatus nullum debeat à parte recipere munus, vel quid-
quid aliud, niſi forſan exculentum, vel poculentum,
mera liberalitate oblatum, quod paucis conſumi poſſit
diebus; *& Gloſ. ibid. ver. nullum*, arguit non poſſe
recipere munus à manu, nec à lingua, nec ab obſequio,
quia Textus dixit, *nullum munus*, *& ver. niſi*, non
poſſe recipere munus, neque valoris unius denarii,
niſi ſit exculentum, & de donis prohibitis Judicibus
Romanæ Curiæ, qui non poſſint recipere aliquid pro
juſtitia, dixi *tom.* 3. *citat. Conſtitut.* Bonifacii VIII.
adductis peculiaribus Conſtitutionibus Apoſtolicis, id
prohibentibus, exceptis xeniis ſolitis, exculentis, &
poculentis, conſuetis præſtari Judicibus Romanæ Cu-
riæ, atque in pluribus Regnis adeſt lex prohibitiva 17
iſtorum donorum, ſicuti per judices minimè ita reci-
piantur, & eam promulgavit *Carolus IX. Rex Gal-*

Digitized by Google

liarum in Comitiis Aurelii habitis, *& conſilio Ordinum omnium ſui Regni*, ne Judices accipiant quidquam quantumvis leve, & exiguum à litigatoribus, ut refert Langleus *ſemeſtr. citat. lib. 6. cap. 1. fol.* 250. *litt. C. & D.* Et in Regno Caſtellæ adſunt leges, idipſum vetantes, ut refert Gonzal. *cap. cum ab omni numer.* 16. *in fine de vit. & honeſt. Cler.* & in Hiſpania refert Solorzan. *de Jure Indiarum lib. 4. cap.* 3. *numer.* 19. & in Civitate, ac Regno Neapolis adſunt plures Pragmaticæ, relatæ à Scaglion. Caravita, & Petra Genitore *in rit.* 14. *numer.* 11. *Magnæ Curiæ Vicar.* & in Etruria ex reformatione Rotæ Florentinæ prohibetur Judicibus receptio munerum, etiam comeſtibilium tàm ante, quàm poſt ſententiam, in ſuo robore permanentibus prohibitionibus juris circa prædicta, ut refert Bonfin. *cit. numer.* 71. ſicque quoad Judices, reſpectu litigantium, omnia jura clamant contra recipientes dona, vel pecuniam, pluresque leges tàm Civiles, quàm Canonicæ, id vetant, plenè relatæ à Gonzal. *cit.* & Gibalin. *de negot. tom. 2. lib. 6. cap.* 3. Theſaur. *de pœnis Eccleſiaſt. par. 2. ver. munera*, *cap.* 4. qui pluribus citatis addit, eſſe nullam ſententiam prævio pretio, ſeù munere latam; ſed ob gratiam, tantùm eſſe irritandam; & ante declaratoriam teneri Judicem reſtituere accepta pro ſententia juſta in foro conſcientiæ ei, à quo accepit; ſi verò injuſtam ſententiam tulerit, debere reſarcire damnum parti læſæ, ſed pretium non teneri reſtituere, niſi con-
18 demnetur, Theſaur. *cit.* Pœnæ autem ſunt, dictorum Judicum infamia juris, & ſic irregularitas, ſi fuerint condemnati judicio *lex Julia ff. ad l. Jul. repetundarum*, & aliæ apud *cit.* Doctores. Et de his exclamat Divus Gregorius *lib.* 12. *Moral. quis erubeſcit dicere, quod mihi dabis, ut tibi juſtitiam faciam; nonne ſimile eſt, ac dicere, quid vultis mihi dare, ut abnegam, & Deum vendam.* Extenditurque hæc prohibitio mu-
19 nerum, à litigantibus tribuendorum, etiam pro celeritate Juſtitiæ faciendæ, Boer. *quæſt.* 353. *numer.* 24. Menoch. *de arb. lib. 2. centur. 4. caſ.* 342. Grammat. *conſ.* 35. *numer.* 5. quæ prohibitio procedit cum litigantibus, etſi non ſit facta promiſſio proferendi ſententiam ad eorum favorem, & præcipuè, ſi ſint munera pecuniaria, etiam minimæ quantitatis, quæ clarius Juſtitiæ fœnus demonſtrant, itaut hæc munera recipere, furtum dicatur, & rapina, Alexand. *conſ.* 206. *numer. 9. & 11. lib.* 2. Menoch. *cit. caſ.* 342. *numer. 19. & ſequentibus* Viv. *deciſ.* 113. Farin. *qu.* 3. *numer. 45. & ſequentibus* & de receptione propinarum latè Gonz. *cit. cap. cum ab omni*, & ego alibi dicam. Sicque quoad munera recipienda à litigantibus, rigoroſiores ſunt leges, ac Jura municipalia in
20 certis Regnis, ut retuli, quæ etiam à xeniis, & eſculentis, ac poculentis Judices abſtinere debere jubent; & optima ratione, quia, ut ait Carolus Scribanius *lib. 2. polit. Chriſt. cap.* 8. alludens ad verba *cit. Deuteronom. Ne accipias munera, quia excæcant prudentes*, ſubdit: *Dei verba ſunt. Quid cæcitate miſerius? à muneribus cæcitas nata: Fuge munera quiſquis oculos amas, cæcitatem adverſaris; Neque plebejos tantùm oculos, ſed ſapientiam excæcant munera; quid facient in aliis, non exoculabant tantùm, ſed perimunt; ea vis munerum; nihil inexpugnatum, nulla robura, nulla propugnacula, arma nulla.* Et ſic lite pendente; nec Xenia, ſcilicèt munuſcula, recipienda à Judice, optimè ſtatuitur in Hiſpania *lib. Decr. tit. 15. lib. 4. Ordin.* ibi: *Ni viandas, ni otros bienes, ni coſas algunas*; finito verò negotio permittit xenia. Et *Statuto Faventino* prohiberi receptionem xeniorum quorumcumque, & eſculentorum, & poculentorum, tàm per ſe, quàm per familiares Poteſtatis, & officialium refert D. de Zaulis *ad ſtat. fav. Rubr. 6. lib.* 1.
21 Unde videtur permiſſa receptio Xeniorum, ſcilicèt munuſculorum, & eo magis eſculentorum, & poculentorum, niſi adſit de iis, ut dixi, ſpecialis prohibitio; quæ tamen intrà breve tempus conſumentur. Quoad verò non litigantes Subditos, etiam juſta eſt prohibitio, quia ex donis evenit excæcatio, quæ avertit oculos Judicis in caſu litis; & ſic quoad non litigantes admitti poteſt oblatio, ſeù receptio, non tamen à litigantibus, benè Raynald. *citat. numer.* 26. & præſertim, ſi Judices habeant ſalarium, ſtrictiùs procedi debet. Sed intrà quantum tempus conſumenda ſint poculenta, & eſculenta permiſſa, certant *Doctores*, *& in l. ſolet 6. paragrapho non verò de Officio Proconſul. l. Plebiſcito ff. de Offic. Præſidis*, *cap. Statutum de reſcript. in* 6. habetur, quòd paucis diebus conſumi poſſint, Farinac. *quæſt.* 111. *numer. 135. & ſequentibus* Sabellic. *in diſcurſu de prohibita munerum, &c. datione*, *numer.* 70. D. Maſſer. doctè *de Legat. & Nunc. lib. 1. cap. 31. numer.* 41. Gonzal. *cit. cap. cum ab omni numer.* 16. Sanchez *conſ. Moral. cap. unic. dub.* 2. Zaul. *cit. numer.* 46. Raynald. *cit. numer. 6. & ſequentibus* Scort. *cit. Theorem.* 113. ſed communior eſt opinio, quòd arbitrio Judicis ſit tempus illud remittendum, conſiderata quantitate, & qualitate ciborum, & perſonarum, *Gloſ. cap. ſtatutum cit. ver. paucis*.

At de duobus diebus dixit eadem *Gloſ.* & in hac 22
noſtra *Conſtitutione* fuit expreſſum intrà duos dies conſummabilia. Verùm uſque ad tres dies communiter uſurpari in Statu Eccleſiæ refert *cit.* Raynald. *numer.* 16. poſt Farinac. aſſerentem *breve tempus intra tres dies*, *dicta quæſt.* 111. *numer.* 160. Et latè de his muneribus Fenzon. & Conſtantin. *ad Statut. Urbis adnot. 5. numer. 228. & ſequentibus* Calderon. *deciſ.* 98. Et ſufficit, quòd poſſint conſumi intrà tres dies, licèt non conſumantur, Farinacc. *cit. numer. 257. & ſeq.* nec faceret contra legem prohibentem, ſi ea plura reciperentur eſculenta, & poculenta, ſufficientia pro ſe, & Familia; non autem pecuniam, loco illorum, Raynald. *cit.*

At ipſa receptio permittitur, dummodò fiat libe- 23
raliter, & abſque periculo perverſionis Judicis in lite, ſcilicèt ſi fuerit prior amicitia cum Judice, ut proſequitur *cit.* Raynald. Si autem adſit conſuetudo certis temporibus recipiendi Xenia à litigantibus, præſertim magni nominis, ut die Natalitio Domini, Nocte Jeſu Chriſti, videtur tolerata, *Conſtitut. cit.* Alexandr. VII. *relata ſupra*, prout ſervat Romana Curia, & dixit Rota *in Bononien. expenſarum 18. Aprilis* 1704. *coram Omanna*, & retuli *tom. 2. pagin.* 36. ubi dixi de hujuſmodi donis, vulgò *Strene* in Romana Curia ſolitis in re ſacchari, vel ceræ, non magni valoris, quæ Judicibus dantur in Feſtis Natalitiis.

Nomine autem eſculenti, & poculenti venit, quod 24
editur, & bibitur, Alberic. *in leg. Plebiſcito cit.* Farinacc. *cit. quæſt.* 111. *numer.* 250. Et ſic quodcumque cibum, & vinum; *latè* Raynaldus *loc. cit.* Ac benè agit Judex, ſi abſtineat etiam ab his, ſaltem quoad litigantes, præſertim, ſi habeat ſalarium, quia ſi eum non corrumperent, recepta tamen averterent Judicem in favorem donantium, Petra Genitor *Ritu* 275. *numer. 147. & ſeqq.* Muta *pragm. cit.* 13. *Ne Officiales munera recipiant*. Nam etiam ab uno recipere ſæpè munuſcula, eſt recipere tractu temporis maximum donum; Et ſic quoque cavendum.

A conſanguineis autem, & affinibus, ac amicis an- 25
te Officium munera accipere licitum eſt, Boer. *deciſ.* 113. *num.* 27. Sabell. *verò cit. num.* 17. limitat uſque ad ſextum gradum, quoad munus magnum; quia conſanguineorum cauſas decidi nequeunt, vel potiùs, quia præſumptio eſt, ut fiat ratione ſanguinis, *l. 1. ff. ad l. Jul. repet. ubi gloſ.* Decian. *tract. Crim. l. 8. cap. 4. numer.* 1. ſed dicta lex ait de ſobrinis, uxore, & proprioribus cognatis; ſed in hoc penſandæ ſunt qualitates perſonarum, ſolitum donandi, & hujuſmodi, ne pallietur ſanguinis conjunctio; & à non litigantibus permitti ſolet intra certam moderationem quantitatis, & non ſæpè, unde Sabell. *in ſumma cit. diſc. fol. 7. num.* 26. ait: *Non enim lex ita habet eos exoſos, ut ab illis omnem Subditorum benevolam actionem removere intendat; & non ita ſuſpectos, ut quemlibet in malevolum, &*

lum, & iniquum vertat, & quia gratuita donatio non intuitu Officii facta, nullo alio vitio laborat, quàm quòd à lege ſit prohibita, quo ſublato, ea ratione, quod ſuſpicio legis ceſſet, ubi non fuit, nec verè ius eſt, nec futura creditur verſimiliter, ita debet ceſſare prohibitio, dummodo parva ſint munera, & non valdè frequentia, ne aut magnitudine vires ſuſpicio ſumat, aut avaritia caput extollat, & dixit etiam *Alvarez de Velaſ. de Jud. perfecto rubr. 9. annot. 8. per tot.*

26 Ab Amicis quoque permittitur munera recipere amoris, & benevolentiæ cauſa, & cum dicto moderamine, Menoch. *cit. caſ.* 517. *numer.* 4. Sabell. *in cit. diſc. de prohib. muner. & proc. in princ. primi tomi n.* 18. Decian. *tract. Criminal. lib. 8. cap.* 35. *numer.* 14. *& cap.* 40. *num.* 8. Maicard. *de probat. Concl.* 164. *numer.* 12. Farinacc. *quæſt.* 111. *numer.* 242. Velaſc. *cit. annot.* 4. *n.* 5. ibi: *Dico interdum poſſe accipi, quando ex amicitia datur aliquid Miniſtro publico, etiam ſi amicitia ortum habuerit ex eo, quod ſit Miniſter publicus; aut quando ex gratitudine, & gaudio rei juſta obtentæ, aliquid ex mera liberalitate illi datur, in his enim donotionibus nihil vitii ex natura rei conſicio:* Iſta tamen cauſa non habet locum, ubi adeſt ſpecialis lex prohibitiva verbis univerſalibus, niſi ob epichejam permittantur ab Amicis recipere munuſcula, vel cibaria, præſertim, ſi ſint litigantes, conſiderata amicitia æqua lance, ut majora aliquatenus poſſint ab iis Amicis recipi, expleto tamen officio; licet munera recipere ab his etiam, qui litem gerunt, nulla præcedente conventione, nec quòd ſpes receptionis recipientem prævaricaverit, *cap.* 1. *de re Judic. in* 6. ubi Monachus, Jo: Andreas & alii, Farinac. *cit. quæſt.* 111. *numer.* 212. Decian. *cit. cap.* 35. *numer.* 2. & generaliter, quod munuſcula, etſi non ex cibariis, ſic licita receptio a quocumque, quia in his modicis ceſſat ratio legis, & non veniunt propriè muneris appellatione, *cap. ſtatuta* 11. *ubi gloſ. in paragrapho inſuper de reſcript. in* 6. *& in cap. etſi* 18. *de ſimonia*, Tiraquell. *de judic. in reb. exigend.* ubi late de hac re *verſic. octogeſimo ſecundo*, Navar. *in Comm. ad Conſtit.* Gregor. XIII. *de datis, & receptis part.* 2. *comment.* 56. *num.* 2. Cherub. *ad hanc Conſtitut.* 3. Pauli II. *ſchol. primo.*

27 Sed an peccent recipientes munera, diſputat latiſſimè Morla *in emp. juris part.* 1. *tom.* 2. *quæſt.* 10. *per tot.* & an teneantur reſtituere. Sed cùm iſtæ leges in præſumptione fundatæ, non obligent in foro conſcientiæ, ubi deficit veritas præſumptionis, dummodò actio non ſit per ſe mala, & non ſit formalis contemptus legis, ceſſante cauſa, vel fine prohibitionis, quæ eſt corruptio Judicis, ceſſat prohibitio recipiendi dicta munera, Layman *Theolog. moral. tract.* 4. *cap.* 21. *numer.* 4. Baſil. *Pont. de Matrimon. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 7. Valet. *de different. utriuſ. for. verbo lex diffic.* 12. Diana *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 10. *de legib. reſol.* 27. *&* 28. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 8. Tiraquell. *tract. ceſſ. cauſ. numer.* 18. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 7. *quæſt.* 10. *numer.* 10. Monet. *de commut. cap.* 5. *numer.* 48. Guttier. *pract. quæſt. lib.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 6. Fernandez *in examen Theol. moral. cap.* 4. *paragrapho* 3. Megala *in* 2. 2. *lib.* 2. *cap.* 7. *quæſt.* 2. *numer.* 55. Homobon. *in examen Eccleſiæ part.* 1. *tract.* 5. *cap.* 8. *quæſt.* 53. Felin. *in cap. quoniam contra* 11. *de probat. numer.* 21. Panormit. *ibid. numer.* 6. & ignorantiam legis excuſare, ut apud Theſ. *de pœnis par.* 2. *capit.* 18. *verb. munera verſicul. nota* 3.

28 Sed numquid poterit Judex mutuo accipere gratis à litigantibus, vel Officialis à Subdito; latè agit quæſtionem Carleval. *de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 3. quam etiam innuit Petra Genitor. *cit. Rit.* 14. *numer.* 14. Gonzalez *cap. cum ab omni numer.* 10. Sanfelic. *deciſ.* 105. *&* 170. *lib.* 1. *& deciſ.* 404. *lib.* 3. & quidquid ſit an valeat contractus factus ab Officiali, & Judice non Subdito, & cliente, de quo alibi dicam, circa hanc rem munerum, certum eſt, quod recipere mutuum gratis à litigantibus actu, vel de proximo, quæſtus eſt, dolum maximum redolens, & ſic vitandum; cùm aliis verò non litigantibus, ſi non ſint Mercatores, & ſoleant tenere pecuniam otioſam, admitterem, quia cùm ex pecunia nihil haberent, nihil etiam dant mutuando ſine uſura mutuatario, ſed etiam debent conſiderari circumſtantiæ, ne intret prævaricatio in recipiente.

Deveniendo nunc ad Epiſcopos, Eccleſiaſticoſque 29
Prælatos, videtur iis majori ratione prohibita munerum receptio, etiam Xeniorum; Sacris enim Canonibus pluries id vetitum eſt, unde Divus Gregorius ſcribens ad Felicem Epiſcopum Meſſanen. ut exemplum daret Paſtoribus omnium Eccleſiarum, ne Xenia reciperent à ſuis Subditis, ſcripſit: *Nobis autem de cætero, ne quid tranſmittere debeas inhibemus; Et quoniam non delectamur Xeniis, palmarianas* (ſcilicèt fructus palmæ, vulgò *Dattoli*) *quas tua direxit Fraternitas, cum gratiarum actione ſuſcepimus, ſed eas, ne quid exinde potuiſſes ſentire diſpendium, digno fecimus precio venundari, & id Fraternitati tuæ tranſmiſimus ſigillatim.* Quæ conſuetudo irrationabilium exactionum, innititur in *cap.* 1. *de conſuetud.* Permiſſum erat enim Epiſcopis à Clericis ſuis quid minimum recipere pro ſigno venerationis, ut Concilium *Meldenſe Can.* 45. *Presbyteros cum voluntariis eulogiis tempore congruo viſitare, & venerari Epiſcopos ſuos*; & notat *Hincmarus Rhemenſis*: *Nolite quaſi pro aliquo adjutorio ad quamcumque rem denarios apud Presbyteros poſtulare, nec eulogias exigatis; Sed ſicut fortè commodum fuerit aliquid offerre, cum gratiarum actione ſuſcipite*; & pluribus Canonibus irrita, & Xenia recipi, niſi à ſponte dantibus, & moderatè ab Epiſcopo, refert Gonzalez *in cit. cap.* 1. *de conſuetud. & cap. cum ab homine de vit. & honeſt. Cleric.* quia receptio munerum avertit Epiſcopos à correctionibus, quas facere deberent populis, ut *Eccleſ. cap.* 20. *Xenia, & dona quaſi murus in ore avertit correctiones eorum.*

Verùm quoad Epiſcopos, alioſque Prælatos jura Viſitandi habentes, prohibitum eſt expreſsè munera recipere in Viſitatione, tam per ipſos, & familiares, quæcumque ſint, & quomodocumque offerantur ſub pœna maledictionis, niſi duplum reſtituant, *cap.* 1. *paragrapho procurationes de cenſib. in* 6. *& paragrapho ſeq.* quæ pœna maledictionis eſt latæ ſententiæ, & quamvis poſſit importare pœnam excommunicationis, tamen communiter importat pœnam æternam, peccato tranſgreſſionis debitam, & ſic obligare ſub peccato mortali, Alterius *de cenſ. tom.* 1. *diſp.* 22. *lib.* 5. *cap.* 8. *verb. indignationem*, Theſaur. *de pœnis par.* 1. *c.* 42. ubi quod cùm ſit maledictio comminata à Papa, ſolet parere effectus damnorum, etiam temporalium, *& in cap. exigit* 2. *eodem tit. de cenſib. Ex Concil. Lugdunenſi* prohibentur etiam munera viſitatoribus ſub pœna reſtitutionis dupli intra menſem, quoad Epiſcopos, Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & quoad inferiores ſuſpenſionis ab officio, & beneficio, quouſque duplum reſtituant, & in *Extravag. unica de Cenſibus*, iiſdem ferè pœnis plectuntur, & rursùs familiares Clerici, cum pœna ſuſpenſionis ab Officio, & Beneficio, & Laici Interdicto Eccleſiæ, & ſuſpenſione à receptione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, donec reſtituant duplum, nulla eis gratia, vel condonatione facienda, & latè apud Theſaur. *de pœnis part.* 2. *verſ. viſitatio cap.* 2. & Sac. Concil. Tridens. *cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de reform.*
præſcripſit, ut nec pecuniam, nec munus, & quod- 31
cumque ſit, nec etiam qualitercumque offeratur, accipiant, non obſtante quacumque conſuetudine etiam immemorabili, &c. præſervandum ſolùm procurationem, vel victualia; de qua procuratione alibi dicam; ſed ſtrictè quoad munera prohibita Viſitatoribus, clara eſt diſpoſitio *Sac. Concil. Trid.* innovativa *cit. cap. exigit Conc. Lugdunenſis*; Et ſic, niſi reſtituant intra menſem recepta, incurrunt in Interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ; Epiſcopo inferiores, ſuſpenſionem ab Officio, & Beneficio, donec plenariè duplum reſtituant; Unde non eſt ampliùs tempus duorum menſium, ut in dicta Extravaganti, reſtituendi duplum, ſed unius menſis, juxtà *cap. exigit citat.* innovatum *à Conc. Trid.* Theſaur. *citat. cap.* 2. *§. itaque*, ubi etiam teneri infra menſem familiares Clericos recipientes, ad reſti-

32 ſtitutionem; pluriesque Sacra Congregatio prohibuit receptionem munerum; *Et Taxa Innocentiana edita 8. Octobris 1678. ex Sac. Congregatione Concilii: Quanto alla viſita, ſi oſſervi inviolabilmente il Decreto del Sacro Concilio di Trento, & le dichiarazioni della Sagra Congregatione; e particolarmente di quelli, che ne immediatamente, ne mediatamente ſi poſſino ricevere regali, o donativi, anco di coſe commeſtibili*; Excepta procuratione in cibariis, vel pecunia; Et ſic, neque Xenia, poculenta, & eſculenta, ut contra Alterium *tom. 2. diſp. 13. cap. 6. art. 3.* & alios, ex litera ipſius *Concilii*, ibi: *Munus quodcumque*, tenet Theſ. *cit. cap. 2. §. limita primò*, & clariùs in *dicta Taxa Innocentiana*, ibi: *Anco di coſe commeſtibili*. Condonatio tamen non valet, ex litera *dicti Textus*; ſed intelligi ante; nam poſt reſtitutionem ex intervallo, ex liberalitate, uti nota cauſa, videtur poſſe liberaliter dari Viſitatori, *Doctores* latè apud *cit.* Theſaur. *§. limita ſecundò*. Sed in hoc cautè agendum, quia liberalitas hæc dicitur potiùs ex timore Superioris; & hoc modo pateret facilis via fraudibus; & ſic benè ſervari debet propria conſcientia facti veritas.

Si autem agatur de adminiſtrandis ſpiritualibus, ea
33 Epiſcopus tenetur dare gratis; aliàs committeret ſimoniam, ejuſque pœnas incurreret, de quibus alibi diximus, & dicemus, ut de collatione beneficiorum, & Ordinum; Et quidquid ſit, quòd non committatur ſimonia vera in alia re ſpirituali conferenda, niſi in Ordine beneficio, & profeſſione regulari, ut docet Layman. *l. 4. de ſimonia numer. 69.* id intelligitur quoad pœnas contra ſimoniacos latas, ſcilicèt Excommunicationis, & aliarum cenſurarum; tamen ſimonia etiam dicitur commiſſa, ſi pro re ſpirituali circa prædicta aliquid detur. Ita in Sacramentis, & Sacramentalibus diſtribuendis, ac aliis muneri Epiſcopali competentibus in ſpiritualibus quibuſcumque, in quibus ab omni pretio, ac munere abſtineri debet, Theſaur. *de pœn, par. 2. ver. ſimonia cap. 1.* Et in examine ad Parochias adeſt *Sac. Concil. Trid. ſeſ. 24. c. 18. de ref.* ubi, nec ante, nec poſt aliquid recipiendum, ſub pœnis ſimoniacorum; Et ex *Bulla Sancti Pii V. incip. quam plenum*, & circa indulgentias, & facultates abſolvendi à reſervatis, de quibus Theſaur. *cit. par. 2. ver. ſimonia cap. 11. & cap. 2. ne Prælati vices ſuas, &c.* Super juriſdictione ſpirituali concedenda per Epiſcopos, Theſ. *cit. cap.* 18. expoſuimus ex dicta *Taxa Innocentiana* prohibente quidquam recipi ob rem ſpiritualem miniſtrandam per Epiſcopum; ut de Confirmatione, Monachatione, & hujuſmodi.

Aut rursùs agitur de Epiſcopis, uti Judicibus, &
34 adſunt prohibitiones, ut nihil recipere poſſint pro executione diſpenſationum matrimonialium. Sac. Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 18. de reform.* decrevit eam gratis eſſe concedendam; & etiam prohibetur in *dicta Taxa Innocentiana*, in qua præſcribitur merces non excedens unicum ſcutum monetæ pro labore Actuarii. Ita pro juſtitia facienda Judex Eccleſiaſticus nihil doni, aut pretii recipere debet; *cap. 1. de ſent. & re judic.* ubi de Judice Eccleſiaſtico ordinario, & Delegato, ſub pœna ſuſpenſionis per annum, & irregularitatis Papæ reſervatæ, ſi miniſtraverit in divinis, & æſtimationis reddendæ parti offenſæ; & eſſe ſuſpenſionem ab Ordine, & Officio, & ſic à divinis, & juriſdictione; & non continere hanc decretalem Epiſcopos, ſed alios inferiores Prælatos, docet Theſaur. *cit. par. 2. verbo munera cap. 5.* Et in *cap. ſtatutum §. inſuper de reſcriptis in 6.* quòd Judex delegatus debeat abſtinere à quocumque munere, & lucro, ſub pœna reſtitutionis, quæ obligat etiam in foro conſcientiæ. Sed poſſe recipere eſculenta, & poculenta, ait *cit. §. inſuper*, ubi *Gloſ. ver. paucis diebus conſumendis*, ſcilicèt triduo. Et quid de ſportulis aliàs dicemus. Ac de Commiſſariis in executione literarum, *ſi in evidentem*, pro alienandis rebus Eccleſiæ, ut non recipiant munera, dixi ſupra *Conſtitut. 2. hujus Pontificis.*

Aut itidem agitur de donis, & muneribus, quæ offeruntur à ſubditis, Epiſcopis, ac aliis Prælatis, ex 35
liberalitate, & ſpontanea largitione, itaut ſi nolint continuare, non valeant cogi, ut ſpecialiter fieri ſolet in prima die Anni, vel aliis diebus ſolemnioribus; & jam dixi latè *tom. 2. Conſtitut.* 1. Anaſtaſ. IV. *ſect.* 3. ubi de muneribus, ſeù ſtrenis. Et regulariter recipi poſſunt, quia agitur de confovendo mutuo amore inter Superiores, & ſubditos; & dantur in ſignum reverentiæ, ac ſubjectionis; ſed non poſſunt ad id cogi ab Epiſcopis, ut continuent dictam ſolutionem munerum, ſeù ſtrenarum, vulgò *Inferte*, ut pluries declaravit *Sacr. Congregat. Epiſcoporum*, ac DD. plerique affirmant, ut retuli *d. ſect.* 3. Et de hujuſmodi ſtrenis latè egit Advocatus Maſſerius *de Legatis, & Nunciis Apoſtolicis in tom. edit. ann. 1709. cap. 72. & 74.* Zaul. *ad Statut.* Faventin. *tom. 2. rubr. 14. l. 5. numer. 25. & ſeq.* D. Advocatus Urſaya *tom. 5. par. 2. diſcept.* 2. & infra *citan.* ubi *alii DD. recenſentur, & reſolutiones Sacrarum Congregationum*. Et cùm Epiſcopus Bituntinus prætenderet, ſolvi ſtrenam ex maſſa Capitulari, juxta ſolitum, *Sacr. Congregat. Epiſcopor. die 9. Januarii 1688. Ponente Cardin. Carafa* reſcripſit: *Strenam non poſſe præſtari à Canonicis non conſentientibus, niſi de eorum præbenda, vel rata diſtributionum*, apud *Urſaya cit. diſcept. 2. num.* 51.

Verùm, ut ibi dixi, non ita indiſtinctè hoc tenendum eſt, quia ſi verè agatur de dono gratuito, procedente ex mera liberalitate, certum eſt non poſſe cogi, etſi denominetur pro ſtrena, hoc idem indicat eſſe voluntarium: Et in his terminis nulla cadit difficultas, ut non poſſint cogi; & procedunt *cit. reſolutiones Sacr. Congregat.* Sed ſi agatur de annuis præſtationibus antiquis, quarum initium, vel non conſtat, an fuerint, ex liberalitate, & ita continuatum, ſed vel conſtat fuiſſe ex aliqua obligatione, quæ facilè ineſt in his Epiſcopatibus tenuioribus, ut aſſignatæ fuerint pro reddITU, quodque elicitur ex uniformi ſemper continuata præſtatione, ex deſcriptione antiqua inter redditus menſæ Epiſcopalis, ex ſolutione facta Sede Vacante, ex coactione ſecuta in caſu deficientiæ, ex ſolutione facta præſertim à Laicis, in quibus non ſolet cadere iſta liberalitas, & eo fortiùs ſi à Communitate, quæ dona non ſolet facere ita continuata, ſi fuerint factæ receptæ, ſi agatur de ſumma conſiderabili, quæ non poteſt verificari in ſimplici liberalitate, vulgò *ſtrena*, ſeù *mangia*, prout ſi numquam interrupta fuit, etſi aliqua lis, ſeù diſſentio eſſet inter Capitula, vel Univerſitates cum Epiſcopo, cùm iſtæ ſolutiones fieri ſoleant, vel à Capitulis, vel Univerſitatibus ſæcularibus Diœceſis; nam reſpectu peculiarium perſonarum major ſit difficultas, ut intelligi poſſint potiùs, vel liberalitates, vel exactiones impoſitæ indebitè, de quibus infra; ſicque conſideratis prædictis, vel omnibus, vel aliquibus juxta prudentis Judicis animum, poteſt decidi, ut coactio intret, vel ſaltem dandam eſſe manutentionem Epiſcopis, ut dixi eveniſſe in annua præſtatione ducat. duodecim, quæ ſolvuntur quotannis ab Univerſitate Civitatis Surrenti Archiepiſcopo Surrentino, etſi dictum fuerat in ſolutionibus aliquando pro *Inſerta*, quia ſolvebatur tempore, quo illa ſolet dari in Natalitiis D. N. J. ſcilicèt in fine anni, vel in prima die Anni, ut *in deciſ. 1069. coram Emer. Jun.* & juxta prædicta per me firmata reſolvit Sac. Congregat. Epiſcoporum *in Nullius Terlitii ſtrena 26. Februarii 1711. ad primum Ponente Card. de Abdua*, quòd continuetur ſolutio, & manuteneatur Prælatus in exactione, & noviſſimè in S. C. Concilii, acriter diſputato dubio in *Oſtunen. ſtrena die 16. Januarii 1702.* An præſtanda ſit in futurum per Capitulum Oſtunen. Reverendiſs. Epiſcopo dictæ Civitatis ſumma ducator. 100. in die Circumciſionis Domini in caſu, &c. *S. C. cenſuit, probationes eſſe coadjuvandas, non retardata interim ſolutione, juxta ſolitum*; & inſtructio fuit, ut Vicarius Tarentinus citatis partibus extrahere faciat partitas dictas à libro, ſeù platea redditUUM menſæ Epiſcopalis, juxta formam, in qua deſcriptæ reperiuntur, ac te-

ſtium

ſtium hinc indè inducendorum, examen formiter reciperet, præſertim ſuper antiquis, & continuis, ut aſſertur, ſolutionibus, ac quantitate, aliiſque per partes probantis; ac pervento proceſſu, ſuperaddito alio dubio pro parte Capituli Loci Rotundi 2. An præſtanda ſit in futurum per Capitulum Loci Rotundi Reverendiſſimo Epiſcopo Oſtunen. ſumma ducat. 10. in die Circumciſionis Domini in caſu, &c. *S.C. die* 28. *Aprilis* 1714. reſpondit. Ad primùm, *Affirmativè*. Ad ſecundùm, *Dilata*, *& coadjuventur probationes*.

Ratio enim reſolutionis primi dubii fuit, quia ex proceſſu remiſſoriali conſtitit de uniformi ſolutione facta per Capitulum Oſtunen. annuorum ducat. 100. per centum, & ultrà annos Epiſcopis, & deſcriptione in plateis menſæ Epiſcopalis antiquiſſimis; nec obſtare viſum fuit, agi de actibus facultativis, quodque proindè non ſit locus coactioni, etſi fuiſſent facti per mille annos, & requiritur denegatio, & coactio ſecuta; ac in terminis ſtrenarum pluries *Sacr. Congregat. Epiſcoporum* reſolviſſe contra Epiſcopos, præſertim in *Hidruntina* 5. *Decemb.* 1681. *Ponente* Cardinale Columna, & in *Reatina uſque ab anno* 1596. 6. *Martii*, ac aliis paſſim, ut poſt Vulp. *in praxi for. Eccleſ. cap.* 14. *numer.* 20. Nicol. *in Floſcul. verb. donatio numer.* 18. tradit *Archiepiſcopus Zaulus ad ſtatuta Faventina tom.* 2. *rub.* 14. *lib.* 5. *numer.* 25. *& ſeq.* ubi latè impugnat, poſſe Epiſcopum cogere ad ſolutionem, imò fuiſſe condemnatos Epiſcopos ad reſtitutionem exacti ab invitis, & reſtaurum damnorum, & generaliter Lagunez *de fructibus par.* 1. *cap.* 15. *paragrapho* 4. ubi requiri immemorabilem, vel ſecundùm alios, non eſſe præſcriptibilem, uti actum facultativum.

Tamen omnibus his reſpondetur, procedere, poſito quòd verè ſit gratuitum donum, in quo caſu admitto, non poſſe cogi, nec præſcribi; & in his procedunt reſolutionca S.C. in quibus expreſsè dicitur de donativo; ſed in caſu, quo concurrunt præfatæ circumſtantiæ ſupra relatæ, quæ indicant non eſſe merum donum gratuitum, ſed actus certos ab obligatione, quæ deſumitur, val clarè, vel ex conjecturis, & probationibus prædictis, animum judicantis moventibus ad ita credendum; ſolutio, quæ fuit facta non videtur actus ſimplex facultativus, emiſſus ex voluntate dantis, ut ſic remanere debeant in ejus poteſtate ſemper, ſed actus, qui referri debet, vel ſaltem poteſt ad primævam obligationem, & titulum poſſibilem, ut ratiocinatur in terminis Rota *in cit. deciſ.* 1069. *coram Emerix Junior. & generaliter* Poſt. *de manut. obſerv.* 18. *numer.* 35. D. Maſſerius *cit. cap.* 72. *numer.* 6. *& ſeqq.* Carolus Anton. de Luca *de Apoſtol. Regioque aſſenſu qu.* 197. *num.* 3. *&* 6. & dixi *cit. ſect.* 3. *à numer.* 14. *ad* 22. Unde cùm reſpectu ſolutionis ducat. 100. Capituli Oſtunen. concurreret obſervantia diuturna centum annorum uniformis, facta fuerit ea per Capitulum, & non peculiares Clericos, in quibus coactio ab initio præſumitur, & in quo caſu non debet continuari, ut in ſequenti caſu; & concurrebant deſcriptiones in platea, uſque ab Anno 1619. cum verbis: *debet conſequi ducat.* 100. *à Capitulo*, & numquam fuerit intermiſſa ſolutio in tot litibus Capituli cum Epiſcopis; & agebatur de ingenti ſumma *ducat.* 100. non referibili ad merum donum, ac concurrebat etiam quoddam Jus Plateaticum debitum Epiſcopo ab Eccleſiaſticis, in cujus locum ſupponi ſaltem potuerat ea ſolutio; & ob paupertatem Eccleſiæ præſumi poterat fuiſſe ab initio conſtitutum iſtud redditum, juxta verba Concilii *ſeſs.* 25. *capit.* 12. *de refor.* ubi ultra Decimarum ſolutionem, hortatur omnes, & ſingulos pro Chriſtiana charitate, debitoque erga Paſtores ſuos munere, ut de bonis ſibi à Deo collatis, Epiſcopis, qui tenujoribus præſunt Eccleſiis, largè ſubvenire ad Dei laudem, atque Paſtorum ſuorum, qui pro eis invigilant, dignitatem tuendam non graventur. Quoad verò ſecundum dubium, quia concurrebat difformitas ſolutionum in quantitate, & non continua, ac alia quæ ſapiebant actum merè donationis, ideò S.C. voluit coadjuvari probationes.

Demum ſi agatur de exactione, quæ impoſita fuit ab Epiſcopis, & ut plurimum reſpectu perſonarum Eccleſiaſticarum particularium ſuæ Diœceſis; hæc utique prohibita eſt, & non meretur continuationem, quum hujuſmodi exactiones, ac gravamina à Sacris Canonibus paſſim reperiuntur reprobata, & Epiſcopis injungitur, ut ab impoſitis omninò abſtineant, ut luculenter egit *Alexander III. in Concil. Lateran. relat. in cap. cum Apoſtolus paragrapho prohibemus de Cenſibus*, *can. qui cognovimus* 10. *quæſt.* 3. *& Concil. Cabilonenſe can.* 19. ubi abolendam eſſe decrevit conſuetudinem in quibuſdam locis vigentem; quòd Presbyteri duodenos, vel quaterdenos denarios Epiſcopis annis ſingulis darent, aliique congeſti per Gonzal. *cit. cap. cum Apoſtolus*, & Thomaſ. *de vet. & nov. diſc. par.* 3. *lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 1. Jo: Andr. *in cap.* 1. *de exceſ. Prælat.* Oſt. *ibid. numer.* 1. *& ſeq.* Zabarel. *in cit. cap. cum Apoſtolus paragr. prohibemus numer.* 1. Gonzal. *cap. conquerente num.* 5. *de offic. Ordinarii*, Navar. *conſ.* 3. *numer.* 1. *& per tot. de Cenſib.* Bellet. *diſquiſ. Cler. paragrapho* 12. *de Cler. debitore numer.* 1. Barboſ. *de pot. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 73. *à numer.* 47. *ad fin.* & plenè Rota *in Caputaquen. ſubventionis ſuper bono jure* 26. *Junii* 1702. *cor. Card. de la Tremoille*, ubi fuit dictum, non eſſa locum cogere Presbyteros ad ſolvendam certam Taxam pro ſingulis; in qua cauſa plura ſcripſit D. Piton. *diſcept.* 35. quam reſolutionem Clemens PP. XI. approbavit; ac ſervari mandavit in Conſiſtorio habito *die* 21. *Julii* 1704. in proviſione novi Epiſcopi, & eadem Rota *in Policaſtren. ſubventionis* 27. *Junii* 1707. *coram D. Lancetta* reſolvit, contributionem prætenſam in carolenis duodecim à ſingulis Presbyteris, & carolenorum ſex ab unoquoque Diacono, non deberi Epiſcopo, quia conſtabat de initio infecto, Taxæ ſcilicet factæ, & impoſitionis appoſitæ ab ipſo Epiſcopo, qui id facere non potuerat ex dictis, & *Sacr. Congr. Concilii in Amalphitana* ſuper pluribus dubiis *die* 18. *Julii* 1699. 7. An Parochi, & Beneficiati, qui non reperiuntur pro aliqua recognitione obligati, teneantur in die Paſchatis Reſurrectionis, munera in tot pernis, & ovis, Archiepiſcopo deferre, vel pretium illorum ſolvere vigore aſſertæ conſuetudinis. 8. An Archiepiſcopus poſſit Clerum, ſivè Congregationem Eccleſiaſticorum loci Tramonti cogere ad tradenda tempore Paſchatis, & Baccanaſium munera, quæ Congregatio prædicta dare conſuevit in pernis, & carnibus, ut dicitur *longhe*, & dicta munera ad pecuniam reducere in ſumma ducatorum quinque. S.C. *reſpondit*, *negativè ad utrumque*. Et eadem *S.C. in Anglonen.* 20. *Decembris* 1704. *ſub dubio* 5. An, & ſub quo titulo Epiſcopus poſſit annuatim à Clero exigere carolenos quinque pro quolibet Sacerdote, *Reſpondit negativè*. *Et in Sancti Marci exactionum* 7. *Julii* 1708. ad dubium VII. An Epiſcopus poſſit annuum exigere à ſingulis Sacerdotibus carolenos ſex, videlicet tres in feſtivitatibus Natalitiis; & reliquos tres in ſolemnitatibus Paſchatis Reſurrectionis ratione prætenſi Cathedratici, *Cenſuit negativè*. Et ad octavum, an indebitè exacta ſint reſtituenda, & Cui? *Sac. Congregat. reſpondit*, *affirmativè*, *prout de jure*; Et repropoſita Cauſa, *ſub die* 13. *April.* 1709. *cenſuit*, *quoad primum ex dictis dubiis ſtetit in deciſis*, *& quoad ſecundum non eſſe reſtituenda exacta*, *quoad prætenſum Cathedraticum*, *In reliquis in deciſis*; quia etiam agebatur de reſtitutione receptorum occaſione Viſitationis. Cùm enim hujuſmodi exactiones publicari ſoleant ab Epiſcopis, ſub titulo Cathedratici, ſeù Synodatici, quod à jure permittitur, Fagn. *cap. conquerente num.* 45. Gonz. *num.* 2. *de offic. Ordinarii*, & nos alibi dicemus. Tamen in dictis Cauſis *Amalphitana*, *& S. Marci* in Sacra Congregatione fuit jactatum hoc prætenſum jus Cathedratici pro Canonizandis dictis illicitis exactionibus; ſed viſum fuit longè diſtare tale
jus ab his præſtationibus, quia Cathedraticum ſolvere 37
debent, non ſinguli de Clero, ſed Parochi dumtaxat, &

tat, & Beneficiati, ex *cit. cap. conquerente*, ibi: *in Eccleſiis, ſeu Capellis ſua Diœceſis*, ac tradunt Gonzal. *cit. numer.* 4. Fagnan. *numer.* 28. & Rota *in cit. Caputaquen. Subventionis*. Et S. Congreg. Conc. *in Albiganen. 2. Decembris* 1644. declaravit, exactionem, nempè Cathedratici, non eſſe faciendam à toto Clero, ſed tantùm à Capellis, & Beneficiatis. Et in *d. Anglonen.* cùm fuerit deductum etiam hoc motivum Cathedratici, ſeù Synodatici, repropoſita Cauſa, *ſub die 9. Januarii* 1706. eadem *Sac. Congreg.* noluit recedere à deciſis, ſed addit *teneri Presbyteros participantes in ſimul ad ſolutionem Cathedratici in diebus ſolitis*; & ita in *cit. Amalphitana*, poſita pro firma reſolutione circa denegatam exactionem, ut ſupra deductam, voluit diſputare dubium particulare ſuper ſolutione Cathedratici, quoad Parochos, & Beneficiatos *in Amalphitana Cathedraticis* 26. *Februarii* 1707. *Et in dicta Sancti Marci Exactionum*, noluit S. C. Canonizare exactionem præfatam, etiam ratione prætenſi Cathedratici in dubio poſiti, ſed tantùm abſolvit pro præterito, & diſputari mandavit dubium particulare ſuper prætenſa exactione ratione Cathedratici; & in alia *Sancti Marci indebitarum exactionum ſub die* 31. *Junii* 1706. propoſito dubio, An liceat Epiſcopo exigere ab hæredibus Presbyterorum Breviarium & Superpelliceum, reſpondit, *Negativè*.

Cùm ergo agitur de exactionibus impoſitis ab ipſis
38 Epiſcopis, nullo modo ſunt permittendæ in futurum, quid quid ſit, ut pro præterito non teneantur reſtituere, ſi impoſitio fuerit facta ab Anteceſſoribus; ſed ſi concurrat exactio immemorabilis temporis, vel quadragenaria cum titulo colorato, tunc poſset dubitari, quòd debeat continuari præſtatio; Sed verè concurrente immemorabili præſtationum factarum, tunc cùm non conſtet de initio infecto in impoſitione facta ab Epiſcopis, poterit quidem ſuſtineri præſtatio ex titulo quocumque poſſibili, per immemorabilem præſumendo, ut ad rem dixi *cit. tom. 2. ſect.* 3. prout ſi adeſſet quadragenaria cum titulo colorato; ſed in caſu, de quo agimus, ut agatur de impoſitione facta ab Epiſcopo, & ſic concurrente titulo infecto, quatenus illum productum ſit, nullo modo poteſt inducere bonam fidem in præſcriptione, ut in terminis docuit Rota *in cit. Policaſtren. paragraph. In omnem caſum*, ubi quod Synodus, in qua exactio demandata fuerat, non potuerit inducere bonam fidem, & juſtum titulum præſcribendi, cùm habeat reſiſtentiam Sacrorum Canonum, itaut Epiſcopus non poſſit in Synodo tales exactiones imponere; & in *paragrapho ſed in univerſum*, benè addit, quòd cùm conſtet ex confeſſione Epiſcopi, fuiſſe taxam impoſitam certo quodam tempore, remanet deſtructa quæcumque vis immemorabilis, ex notiſſimis. Sicque tunc immemorabilis haberet locum in his præſtationibus, quatenus conſtaret de illarum ſolutione cum requiſitis neceſſariis immemorabilis probandæ, & quidem neceſſariò in re, cui reſiſtit vehementer jus, juxtà *Cap. 1. de præſcript. in 6.* ubi Paſſer. *num. 21. & ſeq. & num.* 39. Rota *deciſ.* 1274. *numer.* 4. *coram Coccino, & coram Merlino deciſ.* 8. *numer.* 6. & Rot. *in cit. Policaſtren.* latè.

CONSTITUTIO IV.

P A U L I II.

Incipiens (*Viros Sanguinis.*)

E P I T O M E B U L L Æ.

PAULUS EPISCOPUS, &c.

POEnas imponit committentibus Crimen vindictæ tranſverſalis in Urbe, necnon fautoribus eorum.

C O M M E N T A R I U M.

S U M M A R I U M.

1 *Crimen vindicta tranſverſalis deteſtabile eſt.*
Quare jure communi tale crimen incognitum fuit, ib.
2 *Conſiderantur in ea duo facinora.*
3 *Ex qua occaſione Summus Pontifex contra hujuſmodi crimen pœnas impoſuit promulgata hac Conſtitutione.*
4 *Quæ continentur in ea referuntur, tàm quoad actiones prohibitas, quam quoad pœnas corporales, & ſpirituales.*
In ea etiam prohibentur Collecta, & Cavalcata, pœnis contra id facientes comminatis, ibid.
Quoad iſtos remiſſivè, ibid.
5 *Conſtitutio hac Paulina circa vindictam tranſverſalem fuit, & à quibus Pontificibus confirmata.*
6 *Dicta Conſtitutio pro Urbe, & Diſtrictu emanata extenſa fuit ad totum Statum Eccleſiaſticum per Clem. VII.*
7 *Comminantur pœna contra hujuſmodi crimen committentes, etiam in Bannimentis Generalibus.*
Imò in Statuto Urbis, in Bannimento pro Legatione Bononia, in Statuto Faventino, aliiſque Statutis Civitatum, ibid.
8 *Quas perſonas, & actiones comprehendit prohibitio, & quibus pœnis mulctantur Rei, & numeris ſequentibus.*
9 *Ex vi hujus Bulla comprehenduntur Rei, offendentes quoſcumque propinquos, & conſanguineos principalis offendentis, & ſic ultra quartum gradum conſanguineos.*
10 *In Bannimentis generalibus ad offendentes conſanguineos, uſque ad quartum gradum reſtringitur.*
Sed hac diſpoſitio non excludit diſpoſitionem Bullarum generalem, quoad Urbem, ſed ſolum declaratur juxtà Bannimenta procedere in Statu Eccleſiaſtico, ibid.
Quid juxtà Statutum Urbis, ibid.
11 *Qualitas gradus, & propinquitatis debet probari a Fiſco.*
12 *Si agatur de propinquitate in quarto, & quinto gradu, non intrat diſpoſitio Bannimentorum.*
13 *An crimen iſtud incurratur pro vindicta tranſverſali, reſpectu primi, vel etiam reſpectu ſecundi offenſi.*
14 *Sub hac Conſtitutione comprehenditur offenſio amici, & domeſtici offendentis principalem.*
Quid juxta Bannimenta? ibid.
15 *Eadem Bulla reſpicit, tàm Laicos, quàm Eccleſiaſticos; Bannimenta verò ſolùm Laicos, & quare.*
16 *Rurſus hac Bulla, aliaque comprehendunt mandantes, faventes, & hujuſmodi.*
17 *Numquid comprehendant offendentes Advocatum, Procuratorem, & Teſtes, alioſque in Judicio aſſiſtentes Principali offendenti?*
18 *Probari debet ulteriùs, quod offenſus in vindicta tranſverſali fuerit expers injuria alteri illata.*
Debet proindè Fiſcus probare, non adfuiſſe aliquam inimicitiam inter offendentem, & offenſum, ut inducatur, actus fuiſſe vindicta tranſverſalis.
Et quid, ſi adfuerint rixa, & quæcumque cauſa concurrat? ibid.
Quid, ſi offenſor declaret, id facere in odium Principalis? ibid.
An autem procedat, ſi offenſio fiat à ſangue freddo? *ibid.*
19 *Diſtinguitur in dicto caſu, & etiam juxtà Bullas, & Bannimenta.*
Quatenus delictum commiſſum dicatur calore iracundia, etiam per diem ante, ibid.
20 *Actiones, quæ prohibentur in his Conſtitutionibus, quæ ſint?*
Non intrat offenſio in bonis, ibid.

Et an

Et an offenſio debeat eſſe proportionata præcedenti injuria, ibid.

21 *Pœna, quæ fuerunt ſtatuta in hac Conſtitutione, enunciantur etiam relativè ad ſuprad.*

22 *Excommunicatio latæ ſententiæ appoſita, fuit ſublata.*

23 *Pœna demolitionis domus contra Principales offendentes vindictâ tranſverſali procedit, non autem contra complices, & fautores.*

24 *De hac pœna, & in quibus criminibus etiam impoſita, & quomodo habeat locum, ac remiſſivè.*

Plura quoad praxim adducuntur, ibid.

25 *Hæc pœna fuit moderata in ſtatuto Urbis, & quomodo.*

26 *Hujuſmodi pœnam deſuevisse dicunt aliqui, & ad terrorem tantùm fuiſſe impoſitam.*

27 *Sed contrarium apud alios innuitur.*

Ubi de hujuſmodi pœna contra reos delicti læſæ majeſtatis.

28 *Ea pœna non fuit ſublata in ſtatuto Urbis, ſed tantùm redimenda pœna pecuniaria.*

29 *In Bannimentis fuit ſubrogata pœna pictura delinquentis inverſo capite, ſi non habeat domum devaſtandam.*

30 *Conſanguinei, quatenus poſſunt evitare eam picturam, infamiam importantem.*

31 *Si fuerit facta demolitio domus, non poterit reædificari abſque Principis licentia.*

32 *Sicuti non poteſt deleri pictura infamis.*

33 *An debeant, & poſſint abradi inſignia delinquentis.*

34 *Contra Contumaces non proceditur ſtatim ad executionem dictæ pœnæ, ſed poſt annum.*

1 QUàm deteſtabile ſit Crimen, ſævi re erga perſonas innocentes, ut vindicta ſumatur contra eorum propinquos, vel amicos, ſatis elucet ex eo, quòd jure communi tale ſcelus pœnis non mulctatur, quia inexcogitatum fuit, ac non prævisum, ut humana creatura in talem ſævitiam deſcenderet; Conſiderantur e-
2 nim in eo facinore plura crimina, tum quia offenditur ipſe innocens, tum quia hujus offenſione principalis, pro cujus vindicta id agitur, injuriam quoque recipit, unde Bajard. *ad* Clar. *quæſt.* 47. *num.* 60. ait, neque Clarum ſciviſſe quo nomine tale Crimen appellare poſſet, quia vindicta non datur in eos, qui non ſunt in culpa, cùm ſolos ſuos teneat auctores, *cap. quæſivit de his, quæ à majori parte, &c.* Quare cùm
3 in Urbe occaſione præteritorum Schiſmatum ortæ fuiſſent plures diſſenſiones inter Cives, & Familias, perniciosum malum irrepſit, ut pro quacumque levi cauſa inter illos rixa oriretur, quàm *brigam* vocabant, & percuſſus, aut vulneratus indirectè percuſſorem, & vulnerantem offendere volens, patrem, fratrem, aut filios, ſeù alium ex propinquis innocentes, & injuriæ, expertes, imò ignaros offendere non erubeſcebant, vulnerando, vel occidendo per ſe ipſos, vel per alios, ex quo familiæ principalium rixantium ſtatim in domibus proprii ſe includebant, hominibus armatis domibus cuſtoditis, eorumque foribus, & atriis, ſteccatis communitis, & illicò utriuſque partis propinqui, & amici ſe offerebant, injurias paſſas ulciſci. Hinc Paulus PP. II. huic immani, & crudeli facinori volens occurrere, & quieti Urbis conſulere, edidit hanc Conſtitutionem apud S. Petrum *die* 22. *Septem-*
4 *bris An.* 1466. in qua diſtrictè prohibuit in Urbe, ejuſque diſtrictu, occaſione rixarum quamcumque Collectam hominum facere, & receptare pro facienda dicta ultione tranſverſali injuriæ per ſe, vel per alium, & quòd contravenientes Crimen læſæ majeſtatis incurrant, & tamquàm hujuſmodi Rei à propriis Judicibus ſeveriſſimè puniantur; quòdque quæcumque perſona tam Sæcularis, quàm Eccleſiaſtica, etiam Baro, & Domicellus, & cujuſcumque conditionis exiſtat, quæ quacumque etiam atroci injuria laceſſita, pro ſua, vel propinqui, aut amici injuria vindicanda, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alios amicos, vel domeſticum offendentis, vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumque modo realiter, vel perſonaliter offendere præſumpſerit, ac talia fieri fecerit, vel mandaverit, iſti tamquàm Rei læſæ majeſtatis, & rebellionis, ut ſupra, haberentur, & punirentur; Eccleſiaſtici verò ſint ipſo jure privati omni dignitate, ordine, officio, & beneficio, & perpetuæ Carceri mancipentur, omneſque talia perpetrantes ſint à Statu toto Eccleſiæ, mediato, vel immediato, perpetuò banniti, & eorum bona confiſcata ad favorem Cameræ Apoſtolicæ, & inhabiles ad quaſcumque dignitates Eccleſiaſticas, & Laicas, & remaneant inhabiles ad ſucceſſionem, & Teſtamentum, alioſque actus legitimos, omni ſpe gratiæ adempta, & ulterius incurrant in excommunicationem reſervatam Romano Pontifici; Quoad verò fautores, & receptatores habeantur, tamquàm conſpiratores adversùs publicam pacem, ſupradictaſque pœnas incurrant, & ulterius quoad principales offendentes, & eos, qui domus muniant, armatis collectis hominibus, eorum Domus demoliantur uſque ad ſolum pro perpetua infamia, non adempta facultate utendi ſtatutis, & legibus, adversùs tales reos forſan editis, vel edendis, & ulterius brigam habentes, pacem inire jubet mediantibus Paceriis deſtinatis, paciſque hujus fractores, pœnis ultra contenta in Urbis ſtatutis, etiam prædictis pœnis, & aliis arbitrariis ſubjecit; hancque Conſtitutionem in ſtatutis Urbis deſcribi mandavit.

Quoad hominum Collectas facientes, aut Cavalcatas, diximus *tom.* 4. *Conſtit.* 10. Joannes XXII. & 5
recurret inferiùs ſermo; Sicque quoad vindictam tranſverſalem aliqua dicturus, ſciendum eſſe cenſeo, hanc Conſtitutionem Paulinam fuiſſe à Siſto IV. *die* 12. *Junii* 1477. & deindè ab Innocentio VIII. *die* 13. *Septembris* 1478. & Julio II. *Idibus Septembris* 1488. confirmata, quas refert Fenzonius *ad Statuta Urbis pagin.* 650. *& ſequen.* & quamvis diſpoſitio hæc fue- 6
rit tantùm pro Urbe, ejuſque diſtrictu, ut ex litera, & notat Bajard. ad Clar. *in pract. Crim. quæſt.* 47. *numer.* 59. tamen extenſa fuit ad totum Statum Eccleſiaſticum per Papam Clem. VII. *in ejus Bulla* 10. *incip. in Sancta*, & deindè emanata fuit Bulla Pii IV. *la* 27. & Sancti Pii V. *la* 10. *incip. ex ſuperna, confirmatoria omnium prædictorum.* In Bannimentis rurſùs generalibus Status Eccleſiaſtici *cap.* 32. comminan- 7
tur pœnæ; hujuſmodi vindictam capientes, quod Bannimentum per extenſum refertur noviſſimè à Bonfinio *in Bannimen. general. cap.* 36. Rorsùs adeſt etiam ſtatutum Urbis lib. 2. *cap.* 33. apud Fenzon. *pagin.* 587. necnon Bannimentum pro Legatione Bononiæ, quod refertur per Raynald. *obſerv. Crimin. cap.* 8. *paragrapho* 4. *&* 5. & adeſt Statutum Faventinum apud de Zaulis *ad ſtat. Favent. tom.* 1. *rubr.* 5. *lib.* 4. aliaque ſunt ſtatuta particularia Civitatum, hujuſmodi facinus immane prohibentia, & punientia.

Hinc diſtinguendo rem hanc, primò circa quas perſonas cadant pœnæ contra hos reos inflictæ. Se- 8
cundò, pro qua actione, ſeù maleficio. Tertiò, quæ ſint pœnæ.

Quoad primùm; Certùm eſt ex vi hujus Bullæ Paulinæ comprehendi omnes Reos offendentes quoſcum- 9
que propinquos, & Conſanguineos principalis offendentis, itaut extendatur ad Conſanguineos ultra quartum gradum, ut dixit Spada *conſ.* 102. *numer.* 4. *& numer.* 15. In Bannimentis tamen generalibus reſtrin- 10
gitur perſona Conſanguinei intra quartum gradum tantùm, Farinac. *conſil.* 150. *volum.* 15. *numer.* 2. & reſultat ex lectura ipſorum, ibi: *Sino il quarto grado incluſivè ſecondo la ragione Canonica; tanto d'affinità, quanto di congiuntione, o parentela.* Verùm diſpoſitio hæc Bannimentorum non excludit diſpoſitionem Bullarum, indiſtinctè omnes propinquos comprehendentium, ut advertit Spada *loc. cit. numer.* 12. *verſic. hoc igitur*, & poſt eum D. Zaul. *cit. num.* 6. Sed Farinac. *conſ.* 150. *nu.* 19. dixit, hanc Bullam fuiſſe declaratam, & limitatam per Bannimenta per Statum Eccleſia-

ſticum, ut non procedat, niſi offenſio fuerit facta in-
ter attinentes in quarto gradu, & ampliatam in aliis,
ut refert Raynaldus *cit. numer. 6. & numer.* 10. Sta-
tutum verò Urbis eſt relativum ad Bullam hanc, & ſic
comprehendit omnes propinquos, etiam ultrà quar-
tum gradum. Graduum tamen computationem fieri
debere juxta jus canonicum, Bonfin. *in Bannim. ge-
neral. cap.* 36. *numer.* 8. Sed quid quoad Cognatos,
& deſcendentes per fœminas, & ſpurios, Herculan.
de caut. de non offend. cap. 52. *n.* 11. *& ſeq. & cit.* DD.

Qualitas autem Conſanguinitatis, & affinitatis de-
11 bet probari à Fiſco, & juxta bannimenta, quòd of-
fenſio fuerit facta attinenti in quarto gradu; ſed vi-
dendum de incompatibilitate, vel potius declaratio-
ne, cùm ſit relativè ad illam, & ſit fundamentum
intentionis Fiſci, & qualitas requiſita in Conſtitutio-
ne pœnali, Farinac. *cit. numer.* 16. & 22. Raynaldus
cit. num. 11. Zaul. *cit. numer,* 6. Bonfin. *num.* 8. Hinc
ſi probetur juxtà bannimenta eſſe in quarto, & quinto
12 gradu, non intrare diſpoſitionem eorum, Farinac. *Conſ.*
55. *num.* 24. *& ſeq.* Raynald. *cit. num.* 8. *&* 9. Che-
rubin. *ad hanc Bullam Schol.* 1. Sed, ſi Titius offen-
ſus à Cajo offendit Sempronium Conſanguineum Caii,
13 & Sempronius offendit Sejum Conſanguineum Titii,
an Titius ſolus, vel etiam Sempronius incurrat in Cri-
men vindictæ tranverſalis? & ſic an intelligatur vindi-
cta, de qua agimus reſpectu primi, aut etiam reſpe-
ctu ſecundi offenſi? & intelligi reſpectu utriuſque, do-
cet Raynald. *cit. numer.* 14. poſt Erculan. *de Caution.
cap.* 32. *numer.* 2. *&* 30. in terminis bannimentorum
generalium, ſtantibus verbis: *Chiunque farà alcuna ſor-
te di vendette tranverſali, &c. offendendo Padre, Ma-
dre, Fratelli, Sorelle, Figliuoli, o altri attinenti, o
amici, o domeſtico, del ſuo inimito*; & ſic compre-
hendere offenſionem, tàm primi, quàm ſecundi offen-
ſi, prout in Bulla præſenti propinquum, vel alium a-
micum, & domeſticum offendentis, & ſic primi, vel
ſecundi, quia vis ſtat in actu intento prohibitæ vin-
dictæ tranſverſalis, quæ conſideratur injuria facta in-
nocenti attinentis offendentis.

Comprehenduntur rursùs in hac Bulla, ſi offendan-
14 tur amici, & domeſtici offendentis principalis; Verùm
in bannimentis editis *die* 20. *Junii* 1657. comprehen-
duntur famuli, familiares, amici adminiſtratores, aut
alio quocumque modo dependentes perſonæ offenſæ,
etiamſi offenſio non reſpiciat perſonam ipſius offenſi,
ut notat Raynald. *cit. numer.* 6. & elicitur ex lectura
ipſorum bannimentorum, & proindè videntur in hoc
excedere diſpoſitionem Bullarum.

Reſpicit quoque Bulla tàm Laicos, quàm Eccleſia-
15 ſticos, ut ex ipſius contextu tali vindicti utentes; Ban-
nimenta verò generalia non comprehendunt Eccleſia-
ſticos, nec ſervari in foro Eccleſiaſtico, cùm ſint pro-
mulgata à Sac. Conſulta, & licèt dicantur leges Pa-
pæ, tamen cùm non fecerint mentionem de Clericis,
nec etiam verbis univerſalibus, & illa edidiſſe cenſetur tam-
quàm Principem temporalem, Card. de Luca *de feud.
diſc.* 93. *num.* 5. *& ſeq. & in relat. Rom. Cur. diſc.*
2. *num.* 12. Rocc. *diſp. Jur. cap.* 160. *num.* 11. *& ſeq.*
Pacion. *de locat. cap.* 63. *num.* 70. *& ſeq.* Rota *deciſ.*
682. *num.* 27. *& ſeq. par.* 4. *to.* 3. *rec.* & in terminis
bannimentorum, Bonfin. *cit. in proœm. num.* 34. *& ſeq.
& cap.* 36. *append. unic. num.* 13.

Rursùs hæc Bulla, aliæque comprehendunt man-
16 dantes, adhærentes, faventes, opem, auxiliumque
promittentes, & Pius IV. idem ſtatuit, & ſic inclu-
duntur opem, & auxilium præſtantes in actu delicti,
quia verè magis approximantur maleficio, operam actu
præſtantes, quàm ſolis verbis, & individuandi ſunt
actus præciſi auxilii, & operis interpoſiti, Soccin.
Conſ. 188. *numer.* 1. *& ſeq. lib.* 2. in terminis hujus
Bullæ, Raynald. *cit. numer.* 13.

Non autem comprehenduntur offendentes Advoca-
17 tum, Procuratorem, Teſtes, alioſque in Judicio aſſi-
ſtentes principali offendenti, quia cùm iſtorum offen-
ſio cenſetur ex facto proprio eorum, non videtur ve-
rificari vindictam tranſverſalem, quæ ſupponit inno-
centiam in offenſo, ſed contra hos offendentes intrat
Bulla Alexandrina, Alexandri nempè VI. de qua in-
fra ſuo loco, & notat Bonfin. *cit. num.* 21.

Debet rursùs probari, quòd offenſus fuerit expers
injuriæ alteri latæ, & ſic Fiſcus debet probare inter 18
offendentem, & offenſum non adfuiſſe aliquam inimi-
citiam, ut intret diſpoſitio hujus Bullæ, Raynald. *cit.
numer.* 5. *&* 10. Vermigliol. *Conſ.* 68. *numer.* 13. Vi-
co *ad pragm.* Sardiniæ *lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 10. *numer.*
2. Bonfin. *cit. numer.* 20. *& ſeq.* hinc ſi adfuerit ri-
xa, non intrat diſpoſitio contra vindictam tranſverſa-
lem, Cherubin. *ad Bullam* 10. *Clem.* VII. Farinac. *Conſ.*
2. *numer.* 7. *lib.* 1. Nam non poteſt conſiderari in ho-
micidio in rixa, vel ex provocatione adverſarii cauſa-
ta, licèt fuerit modus exceſſus, Farinac. *Conſ.* 2. *nu-
mer.* 7. *& per tot.* Angel. *de Malefic. ver. & Titius ſe
defendendo ſub numer.* 17. Zaul. *ad ſtat. favent. libr.*
4. *Rubr.* 5. *numer.* 7. *&* 8. Dyn. *dec. Crim.* 1. *nume-
ro* 104. Rayn. *obſ. cap.* 6. *paragrapho* 1. *ad fin.* quia
quæcumque Cauſa in delinquente facit ceſſare qualita-
tem, & pœnam vindictæ tranſverſalis, niſi tamen of-
fenſor declaret id facere in odium principalis, Bon-
fin. *cit. numer.* 22. Dynus *deciſ. Criminal.* 1. *numero*
24. *& ſeq.* Raynald. *cit. numer.* 10. Vermigl. *Conſ*
68. *numer.* 13. *& ſeq.* Gridenſon. *Conſ.* 149. *per tot.
Sed* Vulpell. *de pace quæſt.* 49. *numer.* 2. dicit, pro-
cedere pœnas vindictæ tranſverſalis, etiam ſi offenſio
fiat calore iracundiæ, vulgò *a Sangue freddo*, Fari-
nacius, tamen contrarium dici, refert de Zaul. *citat.
numer.* 8 citans, quoque Cherubinum, in præfatam
Bullam Clem. VII. Verùm, ſi adfuerit offenſus in rixa 19
aliquid operando, tunc videtur non intrare pœna vin-
dictæ tranſverſalis, prout eſt caſus Farinac. ſecùs au-
tem ſi offenſor extitiſſet præſens in rixa, ſed nihil o-
peratus fuiſſet, & calore iracundiæ offendatur, præſer-
tim juxtà bannimenta generalia, ubi ſunt verba, etiam
a Sangue caldo, prout diſtinguit Raynald. *cit. numer.*
16. *in fin.* Sed quoad diſpoſitionem Bullarum contra-
rium cenſeo, quia utuntur verbis, *præſumpſerint of-
fendere pro injuria laceſſita alteri*, & ſic requiritur
delictum ex propoſito ulciſcendi injuriam, & appen-
ſatum, non autem ſi id calore iracundiæ ſequatur, Er-
culan. *de caut. de non offend. cap.* 52. *num.* 23. Bonfin.
ſen. ad bannimenta generalia cap. 36. *num.* 2. & Bon-
fin. Jun. *numer.* 24. *ubi numer.* 27. hodie calorem ira-
cundiæ in praxi non ſervari opinionem, ut duret per
tres dies, ut etiam dicit Raynald. *c.* 7. *in rubr. num.*
56. ubi non dicit calore iracundiæ præcedentis per diem
ante delictum commiſſum, ſed eſſe remiſſum id arbi-
trio Judicis, penſatis circumſtantiis facti, & perſona-
rum qualitate, Bonfin. *cit. numer.* 28. Conciol. *Reſol.
Crimin. ver. Iracundia reſol. unic. num.* 12. Panimoll.
deciſ. 86. *adnot.* 1. *num.* 16. *& ſeq.*

Actiones verò, quæ prohibentur in hac Conſtitutio-
ne quoad hanc vindictam tranſverſalem, ſunt mutila- 20
re, occidere, vel quocumque modo realiter, vel per-
ſonaliter offendere præſumere. Hinc ſi fiat vindicta in
bonis, ea devaſtando, intrat hæc Bulla, ſed requiri,
ut vindicta ſit proportionata ad præcedentem injuriam,
Farinac. *conſ.* 102. *num.* 4. *&* 42. *& Conſ.* 130. *num.*
10. Prat. *Reſponſ. Criminal.* 24. *numer.* 72. Bonfin.
cit. num. 23. Verùm cum verba Bullæ ſint, *quocumque
modo offenderint*, videtur comprehendi omnes actus
offenſivos, etſi non proportionatos offenſæ, dummo-
dò non agatur de levi.

Pœnæ autem ſtatutæ in hac Conſtitutione ſunt jam 21
relatæ ſupra, nempè haberi tamquàm reos læſæ maje-
ſtatis, & ſic capite plectendos, & inter quas pœnas
in Conſtitutione expreſſas, ut dixi, eſt excommu-
nicatio latæ ſententiæ Papæ reſervata, ſed fuit ſublata
à Sixto V. ut notat Cherub. *in margine hujus Bullæ* 22
§. 3. Pœna rursùs imponitur demolitionis Domus,
quoad principales tamen offendentes hac vindicta tranſ- 23
verſali, non autem quoad complices, & fautores, de
qua pœna, & in quibus criminalibus etiam decerna- 24
tur, quando, & à quibus impediri poſſit, nec habe-
re locum, niſi prævia cauſæ cognitione, & ſenten-
tiæ la-

Digitized by Google

ciæ latæ, Bonſin. Sen. *citat. num.* 4. *& ſeqq.* & Jun.
num. 29. *& ſeqq.* Vermigl. *conſ.* 1. *nu.* 25. Spada *conſ.*
189. *num.* 3. Caldero. *deciſ.* 60. *num.* 27. *& ſeqq.* Bal-
ducc. *ad conſ. Ramon. vol.* 4. *deciſ.* 96. *n.* 86. *& ſeqq.*
& num. 105. Tort. *de majorat. lib.* 1. *capit.* 31. *num.*
73. *& ſeqq.* ubi de domibus fideicommiſſo ſubjectis, &
plura dixi de demolitione domus ob delictum hæreſis
tom. 3. *pag.* 85. & multa etiam dicit Bonſin. *cit. capit.*
36. præſertim, quod facta demolitione, non valeat
denuò edificari, Gratian. *diſcept.* 179. *n.* 12. *& ſeqq.*
ubi de hac demolitione, nec exequitur contra contu-
maces, niſi poſt annum, Bonſin. Jun. *num.* 33. Seta *de*
Officio Locumtenentis cap. 21. *n.* 5. & admitti Procu-
ratorem pro Reo ad comparendum, Guaz. *de defenſio-*
ne Reorum, defenſ. 33. *cap.* 27. *nu.* 7. ubi ita ſervari in
Sacra Conſulta.

Hæc autem pœna fuit moderata in dicto Statuto Ur-
25 bis *c.* 33. *lib.* 2. quòd tunc ſit locus, ſi non poſſit pu-
niri Reus homicidii pœna ducatorum 500. auri de Ca-
mera, & ponitur modus, & plura circa talem demoli-
tionem, ſi fuerit domus obligata aliis, vel commu-
nis. Verùm dictam pœnam deſueviſſe referunt aliqui,
Cherubin. *ad hanc Bullam ſchol.* 1. Ramon. *cit. num.*
150. *& ſeqq.* imò plures ad terrorem fuiſſe poſitas, ſed
iſte non uſus deberet probari ab allegante, ut doctè,
ac latè agit Bonſin. *in proœm. n.* 15. ubi de pœnis ban-
nimentorum; unde eo magis Bullarum, & hæc non
eſt in Judicio producenda, quia publica eſt, & in Bul-
lario impreſſa, Cherubin. *ad Bullam Clementis VII.*
ſcol. 1. & pro Reis læſæ majeſtatis deſtruuntur etiam
domus, *Conſtit. Ægid. l.* 4. *cap.* 71. *& ſeqq.* & de hac
Bulla, quoad capientes vindictam tranſverſalem, Clar.
27 §. *fin. qu.* 82. *nu.* 42. ubi Bajar. Gratian. *diſcept.* 179.
num. 1. *& ſeqq.* ubi hanc pœnam non eſſe novam, ſed
28 in Statuto Urbis 33. reformato tempore Gregorii XIII.
non eſt ſublata pœna iſta indefinitè, ut ſupponit Che-
rubin. *cit. ſchol.* 1. Attamen, ut dixi, in Reis homi-
cidii cum vindicta tranſverſali fuiſſe dictam pœnam
confirmatam, ſed loco ipſius impoſitam pœnam pe-
cuniariam per modum redemptionis domus demo-
liendæ, ne Civitas ruinis deformetur, ut notatur in
ipſo Statuto; & in Bannimentis generalibus ob eam-
dem cauſam ſubrogata fuit huic pœnæ demolitionis,
29 pictura delinquentis inverſo capite, ſi ſit major 20.
annis, & non habeat domum, quæ devaſtari poſſit;
Unde pictura imponitur in defectum tantùm Domus
ad perpetuam infamiam in vim dictorum bannimen-
torum, Raynald. *cit. num.* 7. pro qua pictura vitanda
30 poſſunt conſanguinei comparere, ut non ponatur, juſta
aliqua cauſa, ut ex praxi Sacræ Conſultæ refert Guazz.
defenſ. 33. *cap.* 26. *nu.* 7. Bonſin. *cit. cap.* 76. ubi id
ſervari de conſuetudine Sacræ Conſultæ, *& nu.* 29. *ac*
num. 34. *& ſeqq.*

Facta demolitione domus, non poteſt amplius reæ-
31 dificari abſque Principis licentia, cùm deſtruatur ad in-
famiam delinquentis, & ad exemplum aliorum Gra-
tian. *diſcept.* 179. *n.* 12. *& ſeqq.* Raynald. *c.* 2. §. 1. *n.*
112. Bonſin. *c.* 36. *nu.* 31. ubi, quòd eadem ratione
32 non valet pictura infamis à loco publico deleri incon-
ſulto Principe. Quando decerni ſolet pictura infamis,
ſi delinquentes haberent arma, ſeù inſignia, poſſunt
33 iſta deſtrui, & abradi valent ob talia perpetrata de-
licta, ubicumque illa eſſent depicta; & affixa, Docto-
res adducti à Bonſin. *loc. cit. n.* 32. Contra contuma-
34 ces hujuſmodi pœna deſtructionis domus, & pictu-
ræ infamis, non eſt illicò exequenda, ſed poſt annum
qui conceditur Bannitis ad comparendum, ne Reo,
& conſanguineis inferatur irreparabile præjudicium,
Set. *de Offi. Locumten. cap.* 21. *num.* 2. Bonſin. *nume-*
ro 33.

CONSTITUTIO V.

P A U L I II.

incipiens. (*Ambitioſæ.*)

E P I T O M E B U L L Æ

P A U L U S E P I S C O P U S, &c.

PRohibetur inconſulto Romano Pontifice alienatio bonorum Eccleſiaſticorum, infeudatio, locatio ultra triennium, & emphyteuſis, & quodcumque pactum, tranſlativum dominii, exceptis caſibus à jure expreſſis, ac bonis ab antiquo concedi ſolitis, & quæ ſervando ſervari non poſſunt, ſub variis cenſuris, & pœnis.

C O M M E N T A R I U M.

S U M M A R I U M.

1 *Promulgata fuit hac Conſtitutio à Paulo Papa II. quæ inſerta fuit inter Extravagantes Communes ſub* tit. de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non.

2 *Prohibita fuit in ea alienatio bonorum Eccleſiaſticorum inconſulto Romano Pontifice, & ſine evidenti utilitate Eccleſiæ ſub pleriſque pœnis.*

Ubi innuuntur contenta in hac Conſtitutione.

3 *Indicantur plura loca in antecedentibus Commentariis hujus Operis, in quibus actum fuit de prohibita bonorum Eccleſiæ alienatione, etiam quoad Regulares, & plures caſus, enunciantur relativè.*

4 *Quæ denuò explicari intenduntur in hoc Commentario.*

MAximoperè Eccleſiæ, earumque Prælati, provi-
dentiæ, ac prudentiæ Summi Pontificis Pauli 1
II. Coaditoris hujus Conſtitutionis, obſtricti dici valent; Iſte enim Pontifex animo volens, quàm prætioſa eſſent Eccleſiarum bona, quæ oblationes ſunt Deo factæ, ac pauperum, & Miniſtrorum ejus patrimonium, ſumma proindè retinenda cuſtodia, pro uſibus opportunis expendenda, optimo conſilio hanc Conſtitutionem promulgavit apud Sanctum Marcum *die* 13. *Februarii* 1467. Quæ Conſtitutio meritò rerum Eccleſiaſticarum conſervatrix dicitur, quæque eſt inſerta inter *Extravag. comm. tit. de rebus Eccleſiæ alien. vel non*; Et ideò à *Cherubino* poſita in Bullario, quia in Judiciis quotidiè deducitur, ut ipſe *Cherubinus* notavit ante initium hujus Conſtitutionis.

Per hanc enim famigeratam Extravagantem Paulus
II. prohibuit omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſti-
corum alienationem, omneque pactum, per quòd ip- 2
ſorum dominium transfertur hypotecam, locationem, & conductionem ultra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præter quàm in caſibus à jure permiſſis, ac de rebus, & bonis, in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc, cum Eccleſiarum evidenti utilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt, innovando prohibitiones aliàs à Prædeceſſoribus, emanatas, & ſancivit, ut qui, inconſulto Romano Pontifice, prædicta fecerint, ultra nullitatem actus, ſententiam excommunicationis incurrerent, & ſi Pontificali, vel Abbatiali dignitate eſſent præditi, ſint ab ingreſſu Eccleſiæ prorsùs interdicti; Ac ſi per ſex menſes in interdicto permanſerint, ſint à regimine, & admi-
niſtra-

niſtratione Eccleſiæ, ſeù Monaſterii, quibus præſunt, in ſpiritualibus, & temporalibus, eo ipſo ſuſpenſi; Inferiores verò Prælati Commendatarii, aliique Beneficiati, Dignitates, Canonici, &c ſine Cura, vel cum Cura, tam Sæculares, quàm Regulares alienantes, ipſo facto beneficiis privati exiſtant, ac abſque declaratione ea vacare cenſeantur, & poſſint per Ordinarios, vel Collatores, ad quos ſpectat collatio, provideri, niſi aliàs ſint Papæ reſervata, & ulteriùs dicta bona alienata ad Eccleſias, quarum erant, libera revertantur.

In hac materia alienationis bonorum, ac rerum Ec-
3 cleſiæ plura dixi in antecedentibus *Commentariis*; Siquidem *tom. 1. Conſtit. 1. D. Leonis I. ſect. 1.* retuli originem, ac ſeriem prohibitionum hujuſmodi alienationum ex Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac etiam ex legibus Imperialibus, uſque ad tempora noviſſima, facta mentione ſuo loco hujus *Conſtitutionis Pauli II.* & etiam plura dixi de variis ſpeciebus alienationum hujuſmodi, *Sect.* deinde *ſecunda*, egi latè de ſolemnitatibus antiquis, ac recentibus hujuſmodi alienationum rerum, & bonorum Eccleſiarum, & de conſenſu præſertim Capituli neceſſario; & an decretum interponere poſſit Vicarius, vel Provicarius, aut Abbas Nullius, in iis, quibus ſufficiat auctoritas Ordinarii; *Sectione* 3. dixi de beneplacito requiſito ab iſta *Extravaganti Pauli II.* & an ſuppleat alias ſolemnitates juris, & conſenſum Capituli; & an requiratur conſenſus patroni; an ſubhaſtatio, & ſit locus addictioni in diem, vel novæ oblationi, & an opus ſit ſcriptura, & an ſervatis ſolemnitatibus juris antiqui ſit neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum, & quid è contra, & an ſuppleat iſtud cauſam, & de convalidatione, quæ concedi ſolet *à Sacra Congregatione*, & an ſuſtineatur alienatio utilis ſine beneplacito; ac demùm; *Sect.* 4. latè diſſeri de ſufficientibus cauſis alienationum hujuſmodi, neceſſitatis, incommoditatis, pietatis, & utilitatis, variis caſibus adductis; & plura diſcutiuntur circa beneplaciti neceſſitatem io rebus alienandis, neceſſitate juris, vel facti, & de utilitate evidenti, quæ eſt neceſſaria pro hujuſmodi alienatione; ac de executione, & executoribus hojuſmodi beneplaciti plura retuli; *Et Conſt.* 1. Paſchali II. *ſect.* 2. ubi de tranſactione, compromiſſo, renunciatione litis, quæ fiunt per Eccleſias in bonis, & juribus ſuis, an requiratur beneplacitum Apoſtolicum.

Ulterius *tomo* 2. *Conſtit.* 6. Gregorii X. egi de alienationibus factis per Papam, ao ſubjaceant cauſæ, & ſolemnitati interponendæ, *& tom.* 4. *Conſtit.* 6. Benedicti XII. dixi de prohibita alienatione rerum Eccleſiaſticarum, Regularibus contenta in hac *Paulina*; quòdque cum obtinuerint privilegia, fuit iis derogatum per novum *decretum Urbani VIII.* ac prohibita iis alienatio ſine beneplacito Apoſtolico interponendo per S. C. & an comprehendantur ſub prohibitione *Extravagantis*, ac dicti decreti hypotheca generalis, aut ſpecialis; quòdque prohibitio procedat etiam in diverſarum Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum mutuis alienationibus; & ao pro expenſis Canonizationis alicujus ſervi Dei requiratur beneplacitum Apoſtolicum pro obligandis ſucceſſoribus Capituli dixi *tomo* 4. *Conſtitut.* 7. Joannis XXII. & an in tranſactione compromiſſo, & laudi acceptatione in rebus, & juribus Eccleſiæ requiratur beneplacitum Apoſtolicum, inter Eccleſias, & ipſos Eccleſiaſticos, præſertim ſuper decimis, funeralibus, & pluribus juribus Parochialibus dixi *tomo* 1. *citat. Conſtitut.* 1. Paſchalis II. *ſect.* 2.

His locis plura ſunt, quæ ad intellectum hujus *Con-*
4 *ſtitutionis* ſuper prohibita alienatione rerum Eccleſiarum conducunt; quæque ad hoc Commentarium facerent, jam explanata; ideò ad explicationem majorem, ſeu novam in quatuor argumentis ſermonem limitabo. Primò; circa contractus prohibitos aliqua explicantur. Secundò; de rebus, & bonis, quæ comprehenduntur ſub prohibitione alienationis bonorum Eccleſiæ. Tertiò; de perſonis, quæ ſubjiciuntur prohibitioni hujus Bullæ, quoad alienationem prohibitam rerum Eccleſiæ. Quartò; quæ pœnæ contra tranſgreſſores infligantur. Quintò; de pluribus reſpicientibus Commiſſiones, Judices, ac Executores hujuſmodi literarum pro alienatione rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum.

SECTIO PRIMA.

Plura explicantur, quoad contractus prohibitos, in alienandis rebus Eccleſiæ.

S U M M A R I U M.

1 *Alienatio ſtrictè, & latè ſumi poteſt; & quæ ſint.*
2 *Quomodo debeat ſumi in prohibitione hac alienandi bona Eccleſiæ.*
3 *Prohibetur Venditio.*
4 *Sed numquid comprehendatur ſub prohibitione venditio ſine traditione.*
Dicitur prohibita, & nulla, ſed non incurritur in pœnas, niſi poſt traditionem, ibid.
5 *Venditio neceſſaria non cadit ſub prohibitione, & quæ ſit talis.*
Ubi. Si adſit præceptum teſtatoris vendendi bona.
Quid de bonis relictis Fratribus Sancti Franciſci, ibid.
6 *Datio in ſolutum cenſetur prohibita.*
Limita. in datione in ſolutum neceſſaria facto Judicis, ibid.
7 *Quatenus ſit neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum in ſubhaſtatione rei Eccleſiæ pro debito ejuſdem.*
8 *Quid, ſi agatur de retractu ob Bullam Gregorianam de jure congrui, in emptione facta ab Eccleſia.*
9 *Quid etiam, ſi venditio fieri deberet ab Eccleſia, juxta diſpoſitionem in* leg. ſi quis ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. funer.
Quid, ſi adeſſet prohibitio Teſtatoris vendendi, ibid.
10 *Promiſſio vendendi an comprehendatur ſub hac prohibitione.*
Quid dicendum, de promiſſione donandi, permutandi, locandi, &c. ibid.
11 *An ſit prohibita emptio ſine ſolemnitatibus hujus Conſtitutionis.*
Affirmant aliqui.
Contrarium eſt verius, ſed cum limitatione.
12 *Improbantur leges Regnorum, prohibentes, ne Eccleſiæ bona ſtabilia emant, & præcipientes ut acquiſita diſtrahant.*
13 *Permutatio an cadat ſub prohibitione præfata.*
Dicitur affirmativè, & quid in praxi ſervetur, ibid.
14 *Donatio majori ratione prohibetur.*
Quid in donatione remuneratoria ab Eccleſia facta, ibid.
15 *Condictio, an cadat ſub prohibitione, & quid de contractu conditionali, ibid.*
16 *Concluditur affirmativè.*
17 *Sed an pacta reſolutoria in contractu cadant ſub hac prohibitione.*
Ubi de pacto de retrovendendo.
18 *Videtur non poſſe apponi hoc pactum ſine beneplacito, ſed quomodo id procedat.*
19 *Retrovenditio neceſſaria ex dicto pacto fieri poteſt ſine beneplacito.*
Secus in remiſſione ejuſdem pacti.
20 *In Emphiteuſi etiam requiritur beneplacitum, quoad bona Eccleſiæ, & admittitur ad tertiam generationem maſculinam, ibidem.*

Ali-

Aliquoties fæmininam, vel nominationem, & quando, ibid.

Non datur beneplacitum pro Emphiteuſi perpetua in bonis Eccleſiæ niſi rarò, & quid ad favorem alterius Eccleſiæ, ſeu manus mortuæ, ibid.

ALienatio igitur eſt verbum generale, *ut l. 1. C.*
1 *de fundo dotali, & in auth. de non alien. §. alienationis*, & poteſt ſumi ſtrictè, & latè; Primo modo ſumpta continet tantùm contractum illum, pleni dominii translationem importantem, ut donatio, venditio datio inſolutum &c. *citat. Juribus, & C. de Jur. Emph. l. 1.* latè autem ſumitur pro contractu, in quo partialis dominii translatio tantùm ſit, ſcilicet utilis, vel perpetui, vel ad tempus, puta Emphytheuſis, Feudum, livellum locatio, &c. Auth. *de reb. Eccl. non alien. §. nos igitur, Gloſ. in capit. nulli eodem tit. ver. alienationis*, & 12. *qu. 2. in ſumma*, ubi etiam quòd latè ſumitur ſub hac prohibitione alienandi res Eccle-
2 ſiæ, itaut etiam ſimplicis dominii utilis alienatio ſub hac prohibitione veniat; imò toties alienatio interdicitur à lege, pacto, vel teſtatore ſumitur largo modo pro cujuſcumque dominii translatione *l. Plebe. §. pignus ff. de ver. ſign. l. ult. C. de rebus alien. vel non*, ubi Gloſ. Jo: Andr. *in citat. C. nulli n. 7.* Fuſar. *de ſubſtit. qu. 530. à num. 5. & ſeqq.* Add. *ad dec. 131. par. 8. rec. num. 21.* Barboſa *in tract. de appel. ver. utriuſque Juris appell. 14. num. 1.* Tuſch. *pract. Concil. tom. 1. litt. A. concl. 257.* Robertus *lib. 1. animadverſionum cap. 8.* Azor. *p. 2. Inſtit. lib. 9. c. 1. q. 2.* Molin. *tract. 2. de juſt. diſc. 465.* Fagnan. *in cit. c. nulli num. 34. de reb. Eccl. non alien.* Merlin. *deciſ. 756. 775. & 887.* ubi quòd ubicumque poteſt reſpici damnum Eccleſiæ, cadit prohibitio.

Venditio quoque prohibetur, ut colligitur ex Cano-
3 nibus Conciliorum, ut dixi *Conſtit. 1. D. Leonis Primi*, & præcisè *in cit. cap. nulli* inter decretales relato *titul. de reb. Eccleſ. non alien. & can. ſine except. 12. qu. 2.* ac noviſſimè in hac *Extrav. Paulina, Ambitioſæ*, & cùm prohibeatur alienatio, & quodcumque pactum dominii translativum, venditio prohibita cenſeri meritò debet, nam venditio alienatio eſt, *l. ſed Celſus 6. in principio l. alienatia 67. ff. de contrah. empt.* unde verè cadit ſub prohibitione alienationis, *l. 1. & per tot. C. de prædiis minorum, l. fundum 17. ff. de fundo dotali; DD. omnes in citat. capit. nulli, & in tit. de Venditione, Rota coram Duran. deciſ. 83. n. 4. dec. 20. n. 8. par. 18. rec.*

Sed Venditio pura ſine traditione, videtur hìc non
4 comprehendi, nam *in l. alienatum ff. de ver. ſignific.* firmatur, alienatum non dici, quod venditum eſt; nam licèt venditio ſine traditione ſequuta, ſit proxima alienationi, non tamen eſt alienatio, ſed quia in rebus Eccleſiæ ſervandis convenit favor publicus, cautè agendo, eſt vitandus non ſolùm ille actus ultimus conſtitutivus alienationis, quæ fit, & completur traditione, ſed etiam initiativus, & proximus, ut eſt mutuus conſenſus inter venditorem, & emptorem, & quidquid alii dicant, docent Gonzal. *de his, quæ fiunt à Prælatis capit. 1. numer. 9.* Layman. *in diſp. de reb. Eccl. alien. capit. 5. §. 1. theſi 46.* Pitingh. *in jus canon. libr. 3. tit. 13. §. 2. num. 3.* ſaltem quoad nullitatem actus; licèt non quoad pœnas; Nec obſtat *cap. cum dilecti 3. de empt. & vendit.* ubi venditio facta ſine ſolemnitate de rebus Eccleſiæ, à Papa non irritatur, quia tunc non fuit probatus defectus ſolemnitatis ex parte Eccleſiæ, ut fieri debet, imò nec deducta, ut refert idem *capit. &* Arias de Meſa *libr. 3. var. capit. 24.* & ideò *in eod. textu* meritò fuit ſuſpenſum Judicium nullitatis contractus, ibi *verb. Salva*; Sicque venditio ſine beneplacito Apoſtolico de rebus Eccleſiæ prohibita eſt, & nulla, etſi quoad cenſuras, ac pœnas non incurrantur, niſi poſt traditionem, ac interim poteſt beneplacitum obtineri.

Venditio tamen, & alienatio neceſſaria non requirit
5 beneplacitum, quæ neceſſitas, vel eſt neceſſitas juris, vel facti, Gratian. *diſcept. 202. num. 40.* ubi de Luc. & dixi *latè tomo 1. citat. Conſtit. 1. D. Leonis* Primi *ſect. 4. num. 35. & ſeq.* & pluries in dictis caſibus Sacra Congregatio reſcripſit, ***non indigere.*** Neceſſitas juris videtur eſſe in Regularibus, qui non poſſunt poſſidere, ex inſtituto, & ſic alienare tenentur bona ſibi relicta modo licito, ut vendere ea valeant ſine beneplacito, ut in Fratribus D. Franciſci, ſeu Minoribus Obſervantibus, & Reformatis, *ut dixi loco cit.* & ad rem hujuſmodi Fratrum, quoad alienationes referendum puto dubium infraſcriptum propoſitum in Sacra Congregatione Concilii in folio ſequentis tenoris, ac reſolutum, ut infra.

Ordinis S. Franciſci. Provinciæ Reformatæ S. Franciſci Familiæ Ciſmontanæ exponunt, quòd à ſuis Syndicis Apoſtolicis res ipſis relictæ viliſſimo pretio venduntur, vel quia Syndici eas vendunt favore propinquorum, vel quia contractus faciunt cum perſonis potentibus, quibus reſiſtere non poſſunt; auditoque Procuratore Generali, prædicta omnia confirmante, quæritur in præſenti, quodnam remedium parandum ſit adverſus hoc malum, quod non eſt habendum tamquàm malum parvi momenti.

Proponi poſſet, quòd Syndici impoſterum non procederent ad bonorum alienationem, niſi petito, & obtento Apoſtolico beneplacito, ut fit in alienatione cœterarum rerum ad alias Eccleſias, & loca pia pertinentium.

At loquendo de hoc temperamento, non levis urget difficultas, & præſcindendo à neceſſitate vendendi, & alienandi, ut Fratrum indigentiis ſuccurratur, cum qua neceſſitate non videtur compatibilis obligatio recurrendi ad Sedem Apoſtolicam pro obtinendo beneplacito. Syndici hujus Ordinis habent à Summo Pontifice facultatem alienandi mobilia, & immobilia Fratribus ſub modo licito relicta, uti habetur in *Conſt. 1.* Pauli IV. §. 11. *Bullar. tomo 1. & in Conſtit. capit. 4. Si dichiara, che noi poſſiamo ſervirci del Sindico in due ſoli atti, il primo de' quali è, che poſſa ricevere in nome della Sede Apoſtolica tutte le coſe mobili, & immobili, offerte, donate, ò laſciate à Frati in Teſtamento. Il ſecondo è, che poſſa à nome di detta Sede Apoſtolica vendere, alienare, e commutare le coſe, delle quali non poſſono i Frati lecitamente ſervirſi, e convertire il prezzo per i biſogni de detti Frati.*

Abſque eo, quòd in his alienationibus Apoſtolicum requiratur beneplacitum, quia alienatio fit ex neceſſitate juris, ut in puncto firmat Fagnan. *in capit. nulli num. 27. & 28. de reb. Eccl. non alien.* vel quia bona dici nequeunt Monaſteriis incorporata propter incapacitatem eorumdem, quemadmodum relata hujus Sacræ Congregationis reſolutione, ponderant Lantuſc. *in Theatr. Regul. in ver. bona temporalia num. 7.* Corrad. *in praxi diſpenſ. lib. 9. cap. 1. nu. 13.* Donat. *in praxi Regul. to. 1. tr. 14. q. 67.*

Excluſo hoc temperamento, reliquum eſt, ut videatur, an præcipiendum ſit, ut Syndici ad alienationes non procedant, niſi prævia Edictorum affixione; Quidquid enim ſit, an hæc ſolemnitas ab aula receſſerit, quando agitur de alienatione rerum, ad pupillos, & minores pertinentium, hoc unum certum eſt, quòd cauthela prædicta demandatur ab hac Sacra Congregatione, conceditur licentia locandi, vel concedendi in emphiteuſim bona Eccleſiaſtica.

His ſtantibus, onus erit EE. VV. decernere: *An, &* quale temperamentum ſit capiendum, in caſu, &c. *Sacra Congregatio Concilii die 18. Martii 1719.* reſpondit.

Quoad mobilia pretioſa Eccleſiæ incorporata, eſſe neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum; quo verò ad omnes alias res non poſſe impoſterum Syndicos procedere ad venditionem, niſi prævia edictorum affixione, ut venditio fiat majori oblatori.

Neceſſitate itidem facti concurrente non eſt neceſſarium beneplacitum pro alienatione alicujus rei Eccleſiæ, ſi ſcilicet ex præcepto Teſtatoris bona alienari debeant, S. C. Concilii *in Romana Beneplaciti 27. Auguſti 1712.* & in his caſibus S. Congregatio reſcri-

pſit

pſit plarles, *non indigere*, & aliquoties conceſſit beneplacitum, quod viſum fuit requiſitum, ſi præceptum teſtatoris non cadere ſuper omnibus bonis, vel ſuper certis, ſed pro extinguendo aliquo debito hæreditario, vel aliquid faciendo, quia tunc cùm alienatio poſſit ſequi potiùs in una re, quàm altera hæreditaria, requiritur beneplacitum, ut agnoſcatur, an adſit utilitas, potiùs unam, quàm alteram rem alienare, niſi fuerit data plena libertas à teſtatore hæredi alienandi, quam rem vellet.

Datio in ſolutum etiam ſub verbo Venditionis prohibita cenſetur, quia venditioni in omnibus æquipa-
6 paratur, *l. fin. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. cit.* Aretin. *conſ.* 32. *num.* 2. Cenc. *de Cenſib. part.* 1. *capit.* 2. *qu.* 1. *ar.* 2. *num.* 23. Rot. *coram Gregor. dec.* 425. *nu.* 9. *& dec.* 294. *n.* 12. ubi, quòd in dubio præſumatur potiùs datio in ſolutum quàm pignus, *& dec.* 157. *num.* 5. *par.* 3. *rec.* de Luca *de alienat. prohibit. diſc.* 1. *n.* 31. & operatur translationem dominii, *dec.* 374. *nu.* 1. *& deciſ.* 77. *nu.* 3. *part.* 19. *rec.* Porrò habet etiam vim ſolutionis, Pamphil. *dec.* 240. *num.* 5. & quòd ſit prohibita, Redoan. *hoc tract. qu.* 2. *cap.* 17. Afflict. *deciſ.* 335. *numer.* 18. Barb. *in c. nulli hoc tit.* Guttierex *pract. lib.* 2. *qu.* 155. Quod limita in datione in ſolutum neceſſaria, facta nempe Judicis auctoritate pro ære alieno reſtituendo, Barb. *ibid. numer.* 14. Galeſ. *ad Conſtit.* Urbani VIII. *fol.* 167. ita tamen, ut beneplacitum Apoſtolicum tunc non requiratur in Judiciali datione in ſolutum, quando in ære alieno contracto per Eccleſiam fuerit obtentum, ut quoad ſubhaſtationem, ut requiratur beneplacitum, vel in ipſa ſubhaſtatione, vel pro debito ob quod iſta fiat, Roxas *dec.* 261. & plenius dixi *cit. ſect.* 4. ubi latè dictam materiam de
7 venditione neceſſaria, & de dicto actu ſubhaſtationis Judicialis explicavi, quòd pro debito Eccleſiæ, ſi fuerit id contractum cum beneplacito, poſſit fieri diſtractio Judicialis; ſecùs autem ſi non fuerit contractum cum beneplacito, etſi ſub hypotheca generali tantùm, & tunc requiritur beneplacitum in ſubhaſtatione, juxta *deciſ. Rota de mandato Papæ* 261. *coram Ro-*
8 *xas*; ut ibi latiùs retuli; Hinc in caſu retractus Bullæ Gregorianæ de Jure congrui in Urbe pro ornatu ejuſdem, poſſe Vicinum retrahere bona Vicini ob fabricam conficiendam, & non requiri Beneplacitum Apoſtolicum, tamquàm in actu neceſſario, reſolvit Rota *in Romana Domus* 6. *Martii* 1662. *cor. Card. Taya*, *deciſ.* 408. *par.* 13. *Recen.* in qua ſupponitur non requiri, & in dicto caſu, ideò nullum contractum dixit, factum ſine beneplacito; quia potiùs voluntarius viſus fuit, cùm non fuerint ſervati actus Judiciales, monitorium, & alia pro dicto retractu, prout quoque non fuit ſervata forma *Conſtitutionis Gregorianæ*, circa depoſitum pecuniæ, ſed fuit data dilatio Emptori, ex quibus actus viſus fuit voluntarius, & proindè nullus declaratus, cùm non fuerit interpoſitum beneplacitum Apoſtolicum neceſſarium in alienatione rerum Eccleſiæ, & quòd retractus in vim Bullæ Gregorianæ, tamquàm inductus pro ornatu Urbis, & in favorem publicum, habeat locum, etſi adſit prohibitio Teſtatoris, & pactum non alienandi per contractum, Rota *dec.* 63. *nu.* 7. *& ſeq. cor. Mantica*, quia dicta *Gregoriana* procedit contra bona quarumcumque Eccleſiarum, & locorum Piorum. Et in ſimili, cùm Beneficiati Cappellæ S. Barbaræ in Eccleſia Cathedrali Malacitana, haberent bona, quæ nequirent vendi, aut commutari in vim Capitulorum fundationis factæ à pio fundatore, confirmatæ ab Adriano Papa VI. in quibus ſtricta prohibitio aderat vendendi, & commutandi dicta bona; Cùmque à PP. Diſcalceatis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptio-
9 nis Captivorum fuiſſent judicialiter pulſati dd. Beneficiati ad alienandas quaſdam domus, pro conſtructione Eccleſiæ, & Monaſterii in vim diſpoſitionis, *in leg. Si quis Sepulchrum ff. de relig. & ſumpt. funer.* fuit dubitatum in Curia Malacitana, an requiratur Beneplacitum Apoſtolicum? Super quo conſulta fuit *Sacr. Congreg. Concilii*; Sed cùm motivo, quòd hujuſmodi prohibitiones Teſtatorum non procedunt in cauſa neceſſaria, ut in his terminis prohibitionis alienandi factæ per Teſtatores, non habere locum in vim alienationis neceſſariæ ob retractum, dixit Rota *in d. dec.* 63. *cit. n.* 7. *& ſeq. cor. Mantica*, cùm fundator nequiret facere, quòd leges in ſuis caſibus locum non haberent; Si enim vivens potuiſſet cogi ad vendendum, conſequenter non potuerat moriens prohibere talem coactionem, ut ratiocinatur Card. de Luca *diſc.* 80. *de ſervit. nu.* 5. Eminentiſſ. D. Card. Corradinus *de prælat. quæſt.* 48. *n.* 107. Frances *de Eccl. Cathedral. cap.* 10. *num.* 159. ideò diſpoſitio *dicta leg. Si quis Sepulchrum* inducta favore Religionis, pro ampliatione locorum Religioſorum, habere debere locum, & robur viſa fuit, non obſtante prohibitione Teſtatoris alienandi; nec etiam contrariam vim faciente Bulla Summi Pontificis confirmatoria, quæ intelligi debet ad limites confirmati Innoc. *in cap. Inter dilectos* §. *Cum ergo de fide Inſtrum.* unde cùm Cauſa retractus penderet, coram Tribunali Epiſcopali? Propoſito dubio *in Sac. Congr. in Malacitana Beneplaciti* 26. *Januar.* 1709. An Beneplacitum ſit concedendum in Caſu &c. *Sac. Congr.* reſpondit: *Judex Cauſæ procedat prout de jure, non obſtante Brevi*, excedendo tenorem dubii, quia Beneplacitum non erat concedendum, neque denegandum, cum non fuerit neceſſarium, & ſic declaravit poſſe procedere Judicem ad coactionem, quatenus de jure adeſſent motiva dictæ coactionis, quæ revideri debebant à proprio Judice Cauſæ, & non obſtante Brevi Papæ; quia non comprehenditur in dicta prohibitione alienandi alienatio neceſſaria in cauſam prædictam, *leg. Si quis Sepulchrum*.

At de promiſſione vendendi quid dicendum? Et vi-
detur non poſſe dici, eam comprehendi ſub iſta pro- 10
hibitione, cùm tam in *Capit. nulli de reb. Eccleſ. alien. vel non*; quam in hac *Extravag. Paulina*, id non explicetur, nec venire poteſt ſub nomine alienationis prohibitæ, tum quia in dicto *Cap. Nulli*, explicantur ea, quæ veniunt nomine alienationis, ſcilicet *conditio*, *donatio*, *venditio*, *permutatio*, *& Emphyteuticus contractus*; tum etiam quia promiſſio vendendi non eſt venditio *leg. aliud Juris ff. de reg. Jur.* Gabriel. *de empt. concl.* 2. *per tot.* Card. de Luca *diſc.* 48. *de empt. nu.* 3. *diſc.* 41. *n.* 7. *de regalibus*, & non eſt contractus tranſlativus dominii, idem Card. de Luc. *de Feud. diſc.* 66. *n.* 6. Add. ad Ludoviſ. *dec.* 28. *n.* 4. *& dec.* 58. *n.* 25. *par.* 6. *rec.* & in terminis quod promiſſio de vendendo non ſit comprehenſa ſub *Extravag. Paulina*, Ricc. *in praxi reſol.* 62. *to.* 1. Verùm quia ex tali venditionis promiſſione datur actio ad factum, ut poſſit Judex ex officio venditionem facere, ut conſiderat Card. de Luc. *cit. diſc.* 48. *n.* 5. *de empt.* ideò talis effectus nequit produci ſine beneplacito Apoſtolico, prout dicemus de hypoteca generali, quæ licèt non ſit prohibita, tamen remanet ſine effectu, niſi intercedat beneplacitum Apoſtolicum, & proindè nequit Judex ſubhaſtare bona Eccleſiæ in vim talis hypothecæ, niſi interveniat beneplacitum; quia rediret res ad id, à quo incipere non poſſet, ut ſcilicet transferatur dominium rei Eccleſiæ ſine beneplacito, ſi Judex in vim dictæ promiſſionis de vendendo, venditionem faceret ex officio, ſupplendo factum promiſſoris, vel cogeret promiſſorem, Rota *dec.* 261. *nu.* 6. *& ſeq. coram Roxas*. Nec etiam in vim dictæ promiſſionis poteſt dari actio ad intereſſe, ob non factam venditionem; quia cùm requiratur beneplacitum Apoſtolicum pro venditione, non teneretur promiſſor ad factum promiſſum, quod adimplere nequit ſine dicto beneplacito; ut in ſimili, non teneri, ſi non adimpleatur promiſſio de vendendo ob impotentiam adimplendi, *citat.* Card. de Luca *diſc.* 48. *num.* 5. *de emptione*. Quod verò dixi de promiſſione vendendi, poteſt dici de promiſſione donandi, permutandi, locandi ultra triennium, &c. quia non eſt donatio, permutatio, vel locatio, *cit.* Add. ad Ludov. ſed nequit ex hoc actu deveniri ad actum tranſlativum dominii per

Judi-

Digitized by Google

Judicem, niſi cum beneplacito; quia hoc caſu effectus idem eſt prohibitus, nempè translatio dominii rei Eccleſiæ.

11 Emptio ſub nomine venditionis etiam prohibita ab aliquibus cenſetur, uti correſpectiva illi, *l. 1. Cod. de Cupreſſis lib.* 11. Becc. *conſ.* 72. *num.* 10. & ſunt verba promiſcuè à lege adhibita, *l. veteres* 22. *ff. de act. empt.* Sed contrarium eſt verum, itaut non ſit prohibitum Eccleſiæ adminiſtratoribus pecuniam convertere in emptionem alicujus fundi, dummodò tamen pecunia prædicta ſit alienabilis; nam ſi non eſſet alienabilis, puta ſi adeſſet præceptum teſtatoris, ut relinquatur in depoſito, vel pro certa emptione, & non ſit in fructu, Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi par.* 3. *alleg.* 95. *n.* 45. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 259. *num.* 9. *coram Ruxas*, tunc nequit Prælatus e.g. illa fundum emere, non quia emptio eſſet prohibita, ſed quia diſtractio pecuniæ, cum qua fit emptio, eſt interdicta. Sicuti pariter Tutor, Curator, aliique dominium adminiſtratorium tantùm habentes nequeunt vendere, poſſunt tamen emere, *l. 4. ff. de admin. tut. l. 3. Cod. de Uſur. pupill.* Arias de Meſa *cit. cap.* 24. *lib.* 3. *à num.* 9. Gonzal. *cit. numer.* 9. *in cap.* 1. *de his quæ fiunt à Prælatis*, *&c.* Hinc valdè improbandæ ſunt leges illæ aliquorum Re-
12 gnorum, prohibentes, ne Eccleſiæ, & Eccleſiaſtica loca bona ſtabilia emant, aut infra annum debeant perventa ſibi ex Teſtamento, vel alibi, alienare in Laicos, *Cævall. comm. quæſt.* 899. *num.* 182. quæ lex eſt in Regno Portugalliæ, & imitata à Gallis, Burgundis, Germanis, & Venetis, *ut cit.* Arias de Meſa *num.* 13. refert, *& num.* 19. ait ſupponi fuiſſe beneplacitum Apoſtolicum in Regno prædicto Luſitaniæ. Quæ ordinationes impugnantur à DD. quos recenſet Diana *reſol. moral, tom.* 9. *tr.* 3. *per tot. & præcipuè reſol.* 2. ubi videbis aliquos oppoſitum aſſerentes, inter quos Pereira *de Manu Regia lib.* 2. *cap.* 64. Tiraquell. *poſt leges connubiales gloſ.* 8. *num.* 171. Caldas *lib.* 1. *forenſ. quæſt.* 23. *num.* 32. *& de empt. cap.* 8. *à numer.* 33. & ego tales leges improbandas retuli *tom.* 2. *Conſtit.* 10. Innocentii III.

13 Permutationem ſub prohibitione hac cadere, Doctores affirmant *ex cit. Juribus*, *& cap. tua* 8. *de his, quæ fiunt à Prælatis*, *cap.* 1. *de rer. permut. & tot. titul. Auth. ſed, & permutare Cod. de SS. EE.* Gonzal. *ad cap.* 1. *&* 2. *de rer. permutat.* Pyrhingh. *in Jus Canon. tit.* 2. *lib.* 3. *num.* 4. Altograd. *lib.* 1. *conſ.* 26. *num.* 5. *&* 54. Corrad. *in praxi diſp. l.* 9. *cap.* 10. *num.* 12. §. *hinc denique*; nam permutatio eſt ſpecies alienationis, *l.* 1. §. *Pedius ff. de rer. permutatione*, *l.* 2. *Cod. eodem tit.* & dominium transfert, Gregorius *deciſ.* 112. & prohibita alienatione, prohibita cenſetur permutatio, Bich. *deciſ.* 62. *num.* 6. *&* 240. *numer.* 27. & in caſu Eccleſiæ, quòd nequeat permutare ſine ſolemnitatibus, Bich. *deciſ.* 441. Dunozz. Jun. *deciſ.* 713. *nu.* 4. Pamphil. *deciſ.* 153. *num.* 1. *& ſeqq.* Covarr. *var. reſol. lib.* 2. Decius *conſ.* 142. *num.* 5. Ricc. *in prax. reſolut. to.* 1. *reſol.* 59. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſput.* 396. *num.* 1. Barboſ. *coll. ad tit. de rer. permut.* Pyrhingh. *cit. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 4. Saminiat. *concl.* 5. *num.* 18. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *c.* 30. *num.* 38. Galeſius *poſt tr. de reſt. in integrum in appendice ad Conſtitut.* Urbani VIII. *fol.* 158. Corr. *cit. l.* 9. *prax. diſp. c.* 10. *nu.* 8. In praxi autem pro concedendo beneplacito in hujuſmodi permutatione bonorum, Sac. Congreg. Concilii requirit pro evidenti utilitate Eccleſiæ neceſſaria, quòd tàm Capitale, quàm fructus ſint majores in re acquirenda per Eccleſiam, quàm in re per iſtam concedenda, & non quidem in tenuiſſima ſumma, ſed quæ importet aliquam utilitatem inter quintæ, vel ſextæ partis ſummam; aut conſiderata proximitate cum aliis bonis Eccleſiæ, vel difficultate colendi, vel ſimilibus circumſtantiis; quibus ponderatis, major, vel minor utilitas in fructu Eccleſiæ attenditur, & ſemper apponitur pactum regreſſus ad favorem Eccleſiæ, ad primæva ſua bona, in caſu moleſtiarum, ut tuta ſit ab hypothecis contractis ſuper bonis acquirendis.

14 Donatio, quæ eſt perditio rei donatæ, *l. filius* 7. *ff. de donat.* citra dubium interdicitur à jure in re Eccleſiæ, ut diſponunt aſſerta jura, *& cit. cap. Nulli*, *ac Extravag. Ambitioſæ*, cùm alienatio ſit, ac dominium transferat, & præcipuè ab Alexandro III. *in cap.* 3. *de donat.* ubi Gonzalez, & alii apud Del Bene *de Immunitate Eccleſiæ cap.* 17. *dub.* 7. ad inſtar aliorum adminiſtratorum, qui plenum dominium non habent, nec poſſunt donare, ut Tutores, Curatores, &c. Redoan. *de alien. quæſt.* 19. Sylv. *ver. alien. num.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 75. *per tot.* & cùm prohibeatur alienatio, & venditio, quæ fit cum pretio, eò magis dicitur prohibita donatio, Rota *deciſ.* 234. *num.* 14. *p.* 12. cum plus præjudicetur Eccleſiæ, Redoan. *cit. quæſt.* 11. *num.* 11. Gratian. *diſcept.* 517. *num.* 10.

Nec etiam donatio remuneratoria poteſt fieri, ſolemnitate non concurrente, *cit.* Gonzalez. *tom.* 3. *tit.* 26. *cap.* 3. *uſque ad finem*, & videntur potiùs beneficia recepta juſtam cauſam præbere pro alienatione permittenda; non autem, quòd fiat ſine ipſa ſolemnitate, prout eſt diſtinguendum contrariis forſan objectis; nec contrariatur *Text. in cap. cum Apoſtolica* 7. *de his quæ fiunt à Prælat. &c. & can. fin.* 16. *qu.* 6. quia in illo fuit ſpeciali jure Epiſcopo permiſſa donatio ſine ſolemnitate; in iſto *can. fin.* ſupponenda eſt ſolemnitas, qua mediante Epiſcopus donavit. Et quod non ſit valida donatio remuneratoria ſine ſolemnitate, Merlin. *deciſ.* 764. *num.* 2. 756. *&* 775. *num.* 16. *&* 17. latè *Saminiat. contr.* 3. *num.* 68. *& ſeqq.* licèt contrarium alterant plurimi relati à Saminiato *contr.* 2. *num.* 50. *& contr.* 5. *num.* 21. *&* 22. ſed intelligendum circà fructus, & mobilia, *cit. cap. relatum* 2. *de donationibus*, Barboſ. *de Epiſc. alleg.* 65. *num.* 62. Bozzius *de alien. bon. Eccleſ. tit.* 18. *num.* 181. Pignatel. *conſult.* 95. *to.* 6. *num.* 34. *&* 35. Covarr. *lib.* 2. *Var. cap.* 17. *num.* 2. Coccin. *deciſ.* 34. *num.* 3. *& deciſ.* 58. *num.* 11. *par.* 4. *rec. deciſ.* 730. *num.* 3. *par.* 2. Menoch. *conſ.* 79. *à num.* 1. & dixi etiam *cit. Conſtit.* 1. D. Leonis quando benemerentia remuneratoria ſit cauſa ſufficiens pro hujuſmodi alienatione rerum Eccleſiæ.

Conditio *in cit. cap. Nulli*, prohibita, variè ſumitur 15
à DD. & *Gloſ. ver. conditionem*, intelligit conceſſionem ſub conditione. Sed quæ conceſſio hæc conditionalis veniat? Alii affirmant dici contractum conditionalem, ubi prædium Eccleſiæ conſtituatur tributorium, & ſic dicitur conditionale, quatenus cadat in commiſſum, ſi non ſolvat tributum, Jo: Andreas *cit. cap. n.* 2. Ancharan. *numer.* 3. Alii conductionem legendum putant in *Textu*; ſed verè conductio non eſt alienatio, *leg. penult. paragrapho inſtituto ff. de leg.* 2. ſi ſit ad tempus, licèt conductio perpetua ſapiat alienationem, *l.* 1. *ff. ſi ager vectig. vel emph. pet.* Fagnan. *in cit. cap. Nulli num.* 39. ſed contra Germon. *lib.* 20. *animadverſ. cap.* 20. Alii legunt conceſſionem, ut dicitur in hac *Conſtitutione*, quæ verè dicit alienationem, *cap. Cum nos de his, quæ fiunt à Prælat.* Alii conductionem dicunt; ſed nec eſt alienatio cùm ſit actio, per quam aliquis proſequitur jus in Judicio, Zoeſius *in Jus Canon. Comment. cit. tit.* 13. *lib.* 3. *decret. num.* 2. ut refert, & impugnat Pyrringh. *in cit. tit.* 13. §. 1. *num.* 3. *in fine*.

At relictis prædictis variis aſſertionibus, benè vide- 16
tur concludere Gonzal. *ad cit. tit.* 13. *lib.* 3. *decret. c.* 5. *ver. conditionem*, quod ſcilicèt ſit pactio ſuper rebus Eccleſiæ inita, nam verbum *conditio*, pactum denotat, *l. Societatem ff. pro Socio*, & concedit *dicta Extravag. Ambitioſæ*, ibi: *Omne pactum, per quod ipſarum ſcilicèt rerum, dominium transferatur*, ſed de illis pactis eſt id intelligendum, quæ ſunt præjudicialia Eccleſiæ; itaut bonorum verum dominium ab ea abdicent.

Unde, an pacta reſolutoria, ſcilicèt de retrovendendo, *l. Commiſſoria*, *&c.* poſſint in contractu Eccleſiæ 17
apponi ſine aſſenſu, & affirmat Cyriac. *contr.* 239. *l.* 2. Tiraquel. *de retract. convent. tit. fin. numer.* 13. Choppin. *de ſacr. polit. lib.* 3 *t.* 6. *num.* 14. & negant Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 171. Fachin. *lib.* 2. *controverſ. capit.* 3. Ricc. *in prax. reſol.* 49. *tom.* 1. & pluribus relatis

latis pro utraque ſententia, concludit pro prima, ea tatione fundamentali, quia dicta pacta non tam dominium transferunt, quàm contractum reſolvunt, Ant. Faber. *lib.* 4. *Cod. titul.* 36. *deffin.* 1. Barboſ. *Collect. ad capit. ad noſtram* 5. *de Empt. & Vendit. num.* 5. Arias de Meſa *cit. libr.* 3. *cap.* 25. *à num.* 2. *& ſeqq.* docent, pacta reſolutoria non poſſe apponi ſine ſolemnitate ex intervallo in contractibus Eccleſiæ, quia cùm Eccleſia jam habuerit per contractum plenum dominium, nequit deindè iſtud transferri ſine ſolemnitate; quod utique implicitè fieret per ſubſequens pactum de retrovendendo Grat. *diſcep.* 242. *à num.* 1. *ad* 30. ſecùs autem in continenti in ipſo actu contractus, quia tunc, ſi retrovenditio fiat, reſolvitur ille contractus, ac ſi non fuiſſet, cùm fuit factus tali pacto, ut *cit. de* Meſa docet, rejectis, & ſolutis contrariis per Facch. *libr.* 2. *controv. cap.* 3. Grat. *diſc.* 26. *à n.* 1. *&* 242. *à num.* 1. *ad* 30. & præcipuè reſolvit *Text.* tum illum difficilem *in l.* 1. *§. ult. ff. de reb. eorum*, quo habetur, ut ſi minor rem emat conſtituto pacto, ut dummodò ſolvatur pretium, res empta pro pignorata ſit apud venditorem, deberet huic pacto auctoritas Imperatoris intereſſe; unde etiam in Eccleſiæ contractu, minori quoque comparatæ, videtur pactum hujuſmodi non poſſe adjici; Sed verè dictum pactum non eſt reſolutivum contractus. ſed eo ſalvo, mutatur rei dominium, ſicque iſtud per contractum in minorem translatum ſemel, eodem contractu vigente, tranſfertur in venditorem rerum pignoris; quod utique nequit fieri; ſecùs in aliis pactis verè reſolutivis, quia tali pacto tollitur jus contractui ex conditione, tempore habili à domino adjecta.

Sed verè ex praxi nequit apponi hoc pactum abſque
18 ſolemnitate, niſi ſit ex natura contractus, ut in mutuo, ſeu Cenſu poſt *Bullam S. Pii V.* ſpecialiter poſt *Conſtitut. Urbani VIII.* refert Galleſius *ad dictam Conſtitutionem poſt tract. de Reſtitut. in integrum fol.* 160 ubi plures citat, & quoad hujuſmodi pactum redimendi etiam dixi *citat. Conſtitut.* D. Leonis. Sed re vera, dummodò illud pactum compenſetur in pretio, non video, quin nequeat apponi, & paſſim apponitur in emptione facta ab Eccleſia, & ſine beneplacito; hinc pactum redimendi diminuit pretium, Add. ad Pamphil. *deciſion.* 106. *numer.* 12. *dec.* 318. *nu.* 16. *p.* 19. *deciſ.* 77. *numero* 5. quoad quartam partem, ſi ſit intra quinquennium, & plus, vel minus ſecundùm qualitatem temporis *dec.* 17. *num.* 8. *par.* 6. *rec.* & in tertia parte, vel in ſexta, ſi non ſit perpetuum, Burat. *dec.* 62. ubi Add. Merl. *dec.* 887. *nu.* 16.

Retrovenditio tamen neceſſaria ex pacto, vel natura
19 contractus fieri poteſt ſine ſolemnitate, Seraph. *deciſ.* 1080. *numer.* 9. Borden. *reſol.* 27. *quæſt.* 4. *numero* 8. Donat. *part.* 2. *tract.* 14. *q.* 61. *num.* 1. Pignatel. *tom.* 6. *conſult.* 95. *num.* 40. Barboſ. *alleg.* 95. *de Epiſc. numer.* 6. de Luca *de alien. prohibitis diſc.* 1. *n.* 126. Rota *dec.* 84. *n.* 33. *par.* 18. *rec.* Sed remiſſio pacti redimendi nequit fieri ſine ſolemnitate, quia ſapit naturam alienationis, Rota *in Romana fideicommiſſi de Cæſarellis* 15. *Martii* 1677. *§. non ſubſiſtente cor. Bourlemont.*

In contractu Emphyteutico bonorum Eccleſiæ re-
20 quiritur quoque beneplacitum Apoſtolicum, quia continet alienationem dominii utilis, ſed Emphyteuſis bonorum Eccleſiaſticorum intelligi debet conceſſa non ultra tertiam generationem, & quidem maſculinam; ſed aliquoties ſolet Sacra Congregatio Concilii, vel Epiſcoporum, & Regularium concedere etiam pro generatione fœminina, attenta aliqua utilitate oblata per recipientem, qui non haberet præſertim prolem maſculinam; aliquando quoque conceditur beneplacitum pro Emphyteuſi ad nominationem recipientis, qui ſit cælebs, & ad tertiam nominationem. Cæterùm pro Emphyteuſi perpetua, & in extraneos tranſfundenda non ſolet dari beneplacitum, cùm ſit contra naturam Emphyteuſis Eccleſiaſticæ; cùm non ſit conveniens bona Eccleſiæ ſæculari zari, in manus laicorum perpetuò devoluenda abſque ſpe reverſionis. Vidi tamen in Congregationibus prædictis practicatum aliquoties, fuiſſe conceſſum beneplacitum pro Emphyteuſi perpetua, ſi agatur de re ſterili, vel facilis diminutionis fructuum, ut ſunt domus, & cum maxima utilitate Eccleſiæ concedentis; prout eodem modo conceditur aliquoties beneplacitum pro Emphyteuſi, conceſſa alteri Eccleſiæ, ſeu manui mortuæ, cum reſervatione ſolutionis quindennii ad favorem Eccleſiæ concedentis, ut evenit præſertim in *Mediolanen.* 13. *Sept.* 1673. *in S. C. Concilii*. De renovatione autem bonorum ſolitorum concedi, ut permittitur in hac Conſtitutione, ac de renovatione Emphyteuſis facienda, vel non ſine beneplacito, vel retentione bonorum, aliàs conceſſorum, apud Eccleſiam, dicam infra, prout de aliis contractibus permiſſis fieri ſine beneplacito in bonis Eccleſiæ.

SECTIO II.

De rebus, & bonis, quæ comprehenduntur ſub prohibitione alienationis bonorum Eccleſiæ.

SUMMARIUM.

1 *Quarum rerum, & bonorum alienatio prohibeatur in hac Conſtitutione.*
Quæcumque bona immobilia, & pretioſa, tàm urbana, quàm ruſtica, alienari prohibentur, ibidem.
Prædia urbana recenſentur inter immobilia, & dicuntur fructifera, præſertim poſt Conſtitutionem S. Pii V. de creatione Cenſuum, quia in illis imponi poſſunt, ibid.
2 *Quid de Molendinis, etiam ligneis, quæ ad inſtar navium in flumine conſpiciuntur.*
3 *Quid de Eccleſiis, Cœmeteriis, aliiſque rebus ſacris ſtabilibus, remiſſivè.*
4 *An ſtabilia, quæ talia reputantur per legis fictionem, ſed verè, neque ſtabilia, & immobilia ſunt, neque mobilia, conſtituuntque potiùs tertiam ſpeciem, ut ſunt loca montium, Arrendamenta, Canones, &c. comprehendantur ſub prohibita alienatione.*
5 *Alienatio omnium redditunm, qui etiam ſtabilia ſecundum quid, dici valent, prohibetur.*
In Germania redditus redimibiles, veluti mobilia conſiderari, teſtatur Gaillus, ibid.
Loca Montium, & Cenſus reputantur immobilia, & comprehenduntur ſub prohibitione, ibid.
6 *Ceſſio tranſlativa Cenſus prohibetur, non autem extinctiva, quia cum hæc ſit actus neceſſarius ex natura ipſius Cenſus redimibilis, ad formam Bullæ Pianæ, poteſt fieri ſine ſolemnitatibus.*
Cenſus reſervativus, cùm ſit irredimibilis, nequit extingui ſine ſolemnitatibus, ibidem.
7 *Quid de locis montium, an comprehendantur ſub prohibita alienatione.*
Et quid de illis Regularium, & adducuntur Deciſiones Rotæ, ibidem.
8 *Nomina debitorum nequeunt alienari, quia verè comprehenduntur ſub nomine rerum, & bonorum alienari prohibitorum.*
9 *Jura quoque præminentialia, juriſdictionalia, & ſervitutes comprehenduntur.*
10 *An ſervi, & mancipia poſſint alienari.*
Et quid de Manumiſſione, ibid.
11 *Animalia Eccleſiarum alienari nequeunt, dummodò agatur de grege, qui fructum reddit diuturnum, vel de animalibus deſtinatis ad fundum colendum.*
Diſtinguitur inter gregem, & animalia ſingularia, & etiam gregem, nullum fructum afferentem, ibid.
12 *Alienatio Arborum, inciſionis cauſa, comprehenditur ſub hac prohibitione, ultra pœnas contentas in Bulla Cœnæ, contra incidentes.*

Niſi

Digitized by Google

Niſi agatur de Sylva Cadua, vel inciſio aliquarum ſit neceſſaria, ut aliæ creſcant, ibid.

13 Quo caſu non requiritur beneplacitum Apoſtolicum. Firmatur reſolutione Sacræ Congregationis; & in quibus circumſtantiis.

14 Secus ſi agatur de arboribus incidendis à radice; nam requiritur beneplacitum Apoſtolicum.

Et cuinam cedat pretium. Et quid de Sylva Cadua, ibid.

Adducuntur reſolutiones Sacræ Congregationis, ibidem.

15 An Superior Regularis, ſeu Prælatus poſſit incidere arbores fructiferas in viridario exiſtentes.

16 Eccleſiæ, Monaſteria, aliaque loca religioſa, & ſacra, etſi non fructifera, nequeunt alienari, imò nec concedi ad uſum ſine beneplacito Apoſtolico.

17 An requiratur beneplacitum pro conceſſione Cappellæ, & pro ſepultura.

18 Si tantùm concedatur ſitus pro conſtituenda Cappella, vel Sepultura, prætermiſſa diſtinctione Ricci, videtur non neceſſarium beneplacitum.

Adſtipulantur uſus, & conſuetudo generalis, ibidem.

Quæ conſuetudo eſt attendenda. Imò ſufficit pro tali uſu Cappellæ, vel Sepulturæ, ſola patientia Prælati, ibidem.

19 Si concedatur uſus privativus Cappellæ jam conſtructæ, cùm ſit vera alienatio, requiritur beneplacitum Apoſtolicum, & ita ſervatur.

20 Impoſitio ſervitutis paſſivæ, aut alienatio activæ prohibetur, ſine beneplacito.

21 Jus patronatus activum, vel paſſivum nequit diſtrahi ſine beneplacito.

22 Decimæ, juriſdictiones ſpirituales, & temporales nequeunt alienari ſine beneplacito, quod non ſolet concedi à Sacra Congregatione.

23 Patrimonia ſacra Presbyterorum non comprehenduntur ſub hac prohibitione, cùm non ſint bona Eccleſiaſtica.

Nequit tamen alienari inconſulto Epiſcopo, ibid.

24 Eccleſiæ, Cœmeteria, Monaſteria, & res ſacræ, an alienari poſſint ſub haſta, & an ſaltem cum beneplacito Apoſtolico, ubi latè, & de venditione earum voluntaria, ibid.

Quid quoad calices, & ſacra utenſilia, ibid.

25 Res, & bona litigioſa nequeunt alienari ſine beneplacito. Debetque exprimi lis, ejuſque ſtatus.

Et quatenus lis ſit ſuper defectu beneplaciti, non ſolet dari beneplacitum, ib.

Quid de re litigioſa, cujus jura ſunt ignota Eccleſiæ, ibid.

26 Res inutiles, & infructuoſæ, quando non ſunt modicæ, requirunt beneplacitum, ut alienentur.

27 Eccleſia non poteſt remittere hypothecam, quam habet in aliqua re, ſine beneplacito.

Sicut nec mulier poteſt remittere hypothecam ſuæ dotis, ibid.

28 Mobilia pretioſa alienari non poſſunt. Et quæ ſint.

Neque poſſunt Regulares ea pignorare pro mutuo recipiendo, vel ea obligare, ibid.

Et debet exprimi qualitas pretioſa, ne reddatur beneplacitum ſubreptitium, ibid.

29 Reliquiæ, cùm habeantur pro mobilibus pretioſis, dummodò non ſint parvæ, nequeunt alienari.

30 Tranſlatio Imaginis devotæ ſine beneplacito, non ſuſtinetur.

31 An pecunia comprehendatur ſub prohibitione.

Licitum eſt pecunia emere ſtabilia abſque ſolemnitate, ſecus autem Cenſus vitalitios, ibid.

Pecunia præſumitur uſu conſummabilis, & alienabilis, niſi contrarium appareat, præſertim reſpectu tertii recipientis bona fide, ibid.

32 Et quid de officiis vacabilibus.

33 Spolia Regularium poſſunt erogari à Prælatis regularibus in uſus Conventuum abſque beneplacito.

34 Aliqui caſus, in quibus etiam cum ſolemnitatibus non licet alienare, recenſentur. Bona feudalia ſunt hujuſmodi, ibid.

35 Vacante Eccleſia nequit fieri alienatio.

36 Epiſcopus, vel Rector non poteſt alienare in ſeipſum. Neque in Judæum, vel Hæreticum, ibid.

37 Bona data Eccleſiæ cum pacto de non alienando nequeunt alienari.

Et ſi impetretur beneplacitum à Summo Pontifice, qui habet poteſtatem derogandi ultimis voluntatibus, debent hæ circumſtantiæ explicari, ibid.

38 In alienatione, quæ fit in laicum, debet exprimi hæc circumſtantia.

39 Bona juriſdictionalia in Italia, & Inſulis adjacentibus, nequeunt alienari, infeudari, ac in Emphyteuſim concedi, etiam ſi ſolitum ſit; nec remitti caducitas inconſulta Sede Apoſt. & n. 58.

40 An Prælatus valeat alienare validè in proprios conſanguineos.

Concluditur affirmativè, ceſſante ſuſpicione fraudis; & explicatur Text. in l. quibuſcumque modis C. de SS. EE.

Suſpicio fraudis excluditur ab interpoſitione ſolemnitatum, ibid.

41 Debet exprimi Papæ hæc circumſtantia conſanguinitatis, qui cautè procedit.

42 Aliquando ſacri Canones permittunt alienationem rerum Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus, ut permutatio ſervorum, vel alienatio, ſi ſint fugitivi.

Et ſi Epiſcopus aliquid Eccleſiæ contulerit, poterat ſervum manumittere, vel ſervum benemeritum, ibid.

43 Sicuti permittitur donatio ob benemerita erga Eccleſiam; & de quibus rebus.

44 Alienatio decimarum, concurrente neceſſitate evitandi majus malum permittitur.

45 Poterit Epiſcopus donare ad conſtruendam Eccleſiam, vel jam conſtructam dotare. Et in qua quantitate.

Et an requiratur in dictis caſibus conſenſus Capituli, ibid. remiſſivè.

46 An permutatio facta cum Principe ſine ſolemnitate ſuſtineatur.

47 Res modici valoris, & inutiles poſſunt alienari ſine ſolemnitate.

48 Hos caſus Juris præſervavit hæc Conſtitutio Paulina; itaut non requiratur beneplacitum Papæ. Et de quibus aliis rebus.

49 Beneplacitum ſupplet quaſcumque ſolemnitates, & conſenſum Capituli.

50 Bona Eccleſiaſtica in Emphyteuſim ab antiquo concedi ſolita, poſſunt concedi abſque beneplacito ex literali diſpoſitione hujus Bullæ. Et quæ ſit ratio.

Nec obſtat juramentum Prælatorum de non alienando; nam non comprehendit ſolita concedi.

Intelligitur de bonis Eccleſiæ non incorporatis.

51 Bona eſſe ſolita concedi, probari debet unà cum utilitate evidenti tempore novæ conceſſionis.

Et quid ſi fuerit mutatus ſtatus rerum, & agatur de renovationibus neceſſariò faciendis, ibid.

52 Requiritur obſervantia primæ alienationis per 40. annos.

53 Et quot actus ſufficiant ad probandum ſolitum.

54 Solitum non debet alterari in nova conceſſione, nec in pretio, nec in modo, aut alia qualitate.

Niſi ſit ad favorem Eccleſiæ, ibid.

Nec obeſt alteratio in accidentalibus, ſed in ſubſtantialibus.

55 An utile per inutile vitietur.

56 Hoc ſolitum præſumitur præſumptione juris tantùm & proindè admittuntur contra eam probationes, etiam per adminicula.

Et quando dicatur facta alteratio ſoliti, ibid.

57 Licet renovare Emphyteuſim ſine ſolemnitate, quando non eſt ſecuta incorporatio rei Emphyteuticæ; ſi caducitas contigerit ob alienationem factam irrequiſita Eccleſia, vel ob non fa-

ctam

ctam ſolutionem Canonum.
Et quid ſi devolutio contigerit ob lineam finitam, ib.
Et debent concurrere requiſita ſolita, ibid.

58 *Bona juriſdictionalia in Italia, & Inſulis adjacentibus, etiam ſi ſint ſolita, nequeunt concedi ſine beneplacito; nec remitti caducitas, ex Bulla* 51. *Urbani VIII.*

59 *Res modici valoris, & inutiles poſſunt alienari abſque ſolemnitatibus ex diſpoſitione* Can. Terrulas 12. qu. 2.
Etiam ſi Epiſcopus juret non alienare bona Eccleſiarum ſine conſenſu Romani Pontificis, ibid.

60 *Quæ conditiones requirantur, ut habeat locum diſpoſitio* cit. Can. Terrulas.
An magna prædiorum intercapedo ſufficiat, ibid.

61 *Quantus ſit hic modicus valor. Referuntur opiniones.*
Sacra Congregatio nihil ſtatuere volens, reſolvit anno 1613. *hoc eſſe deducendum ex Jure communi, teſte* Fagnano, *ibid.*

62 *Adducitur reſolutio Sac. Congregationis Concilii, qua hujuſmodi modicus valor fuit protractus ad ducat.* 30. *moneta Regni, & alia Congregationis Epiſcoporum, pro ſcut.* 25. *auri.*

63 *Cui ſenſui Sacr. Congregationis Epiſcoporum adhæret praxis Romana Curiæ, juxta quam videtur tutè procedi.*

64 *Ultra quam Romana Curiæ praxim nequit extendi Epiſcoporum arbitrium.*
Poſſet interponi arbitrium in aliquo exceſſu modico ex aliquibus circumſtantiis, ibid.

65 *Nec conſuetudo poteſt ſuffragari, ut fierent alienationes in majori ſumma.*
Referuntur plures reſolutiones Sac. Congregationis, ibid.

66 *Nequit fieri ſine beneplacito alienatio modica partis magni prædii.*
Textus in citat. Can. Terrulas *intelligendus eſt de rebus minùs utilibus, & parvis, longè diſſitis, ibid.*
Et an concurrere debeat neceſſitas, ibid.

67 *Ex eodem* Can. Terrulas, *debet intercedere, Cauſa cognita auctoritas Epiſcopi.*

68 *Et an Vicarius Generalis poſſit hanc licentiam impartiri.*
Reſolvitur negativè; eo magis ſi ſit Canonicus pro alienatione facienda à Capitulo, ibid.
Niſi Epiſcopus eſſet in longinquis, ibid.

69 *Epiſcopus poteſt concedere in emphyteuſim perpetuam rei modici valoris.*
Explicatur reſolutio Sacr. Congregationis in Præneſtina 12. Januarii 1715. *ibid.*

70 *Nomine Epiſcopi in ſubjecta materia comprehenduntur Abbas verè Nullius.*
Et quid in bonis exiſtentibus in ſolo Lateranenſis.

71 *Ratione imminentis neceſſitatis poteſt fieri alienatio ſine ſolemnitatibus.*

72 *Sicuti in judiciali relaxatione bonorum in vita, facta à legitimo Judice.*

73 *Recenſentur alii caſus, in quibus poteſt fieri alienatio ſine beneplacito.*

74 *Beneplacitum requiritur in alienatione jurium quæſitorum, non autem quærendorum, juxta opinionem communiter receptam. Et quæ ſit ratio.*

75 *Pupillus nequit repudiare legatum ſine auctoritate Prætoris. Et eſt ſpeciale in Pupillo, non poſſe eum non agnoſcere jus quærendum ſine decreto Judicis, quod non militat in Eccleſia.*

76 *Contrarium aſſerunt plures Doctores relati à* Quaranta, *qui appellat eam opinionem veriorem, & tutiorem, licèt non communiter receptam.*

77 *Tamen à prima opinione non recedendum. Et quæ ratione.*
Etiam Doctores contrariæ opinionis aſſerunt, pœnas non incurri, quando agitur de Jure quærendo, ibid.

78 *Quando dicatur jus quærendum, vel jus quæſitum.*
Firmatur ſuperior concluſio. ibid.

79 *Et quando poſſit Prælatus, & Eccleſia repudiare, ſeu non acceptare hæreditatem, legatum, ſubſtitutionem, aliaque hujuſmodi ſine ſolemnitatibus.*
Firmatur poſſe repudiari, quando non fuerint agnita, ſeu acceptata.
Semper tamen requiritur legitimus conſenſus omnium, ibid.

80 *Contraria opinio generaliter aſſerta, eſt reprobata; & quando poſſet procedere.*
Et referuntur Reſolutiones Sac. Congregationis ad rem facientes, ibid.

81 *Poſſet habere locum contraria Opinio, quatenus ageretur de diſpoſitionibus merè lucrativis abſque onere, quia tranſeunt recta via in Eccleſiam, abſque acceptatione.*
Præſertim, ſi agatur de donationibus cum clauſula Conſtituti, & præcarii, *ibid.*
Et idem poſſet procedere quoad hæreditatem delatam Monacho profeſſo.

82 *Prior opinio magis placet, & plura de legatis oneroſis, & lucrativis.*

83 *An poſſint Prælati, & Miniſtri Eccleſiæ repudiare hæreditatem ad favorem tertii, per viam renunciationis, vel Conceſſionis.*
Recenſentur variæ opiniones, ibid.

84 *Prælatus ſemper peccat, ſi lucrum Eccleſiæ quærendum negligat.*
Niſi juſta cauſa intercedat, vel paupertas hæredum; ut egregiè ſe geſſit Divus Auguſtinus.

EXplicatis pluribus, quoad contractus, qui prohibiti ſunt, fieri in bonis, & rebus Eccleſiarum, ra- 1
tio expoſcit, ut ſucceſſivè agatur de rebus, pariter,
& bonis ſub tali prohibitione comprehenſis. Et quidem primò prohibitio verſatur in rebus Immobilibus, ſcilicet ſtabilibus quibuſcumque, & ſunt tam prædia Urbana, veluti Domus, quàm ruſtica, ſcilicet prædia, & fundi quicumque, Pyrhingh. *in Jus Can. tit.* 13. *l.* 3. *ſect.* 1. *de alien. rer. Eccl.* §. 2. Barb. *de pot. Ep. alleg.* 95. *nu.* 36. & DD. *ad c. Nulli de reb. Eccl. alien. vel non.* Cùm enim prohibita ſit in hac *Extravaganti* alienatio rerum, & bonorum Eccleſiæ, principaliter veniunt Stabilia prohibita; & licèt prædia Urbana non dicantur fructifera ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, quatenùs ſcilicèt locentur, tamen inter Immobilia recenſentur, & ulteriùs fructifera dici poſſunt, præſertim poſt *Bullam S. Pii V.* de creatione Cenſuum, qui in illis imponi valent. Mo-
lendina quoque, uti Stabilia, in tali prohibitione ca- 2
dunt, quæſtione ſolùm conſiderata in Molendinis ligneis, quæ in Urbe in uſu eſſe ſolent, ad inſtar navis in flumine; cùm illa quæ ſunt lignea fixa in ſolo, ſtabilia dici debeant, & ſi ob inundationem fluminis, ac alias cauſas, devaſtationi ſubjaceant; ut in terminis prohibitæ alienationis in rebus Eccleſiæ, dixit Cardinalis de Luc. *de alien. prohibit. diſc.* 1. *nu.* 27. De Eccleſiis, Cæmeteriis, aliiſque rebus Sacris
ſtabilibus, an alienari valeant, & requiratur benepla- 3
citum, ac ſolemnitas indicta in alienandis rebus Eccleſiæ, dicam infrà.

Quoad verò ſtabilia per legis fictionem, difficultas
fuit apud antiquiores, an venirent ſub tali prohi- 4
bitione; nàm verè ſtabilia, & immobilia non ſunt, ſed neque ſunt mobilia, conſtituuntque potiùs tertiam ſpeciem, ut ſunt Cenſus, Livelli, Canones, Jura cum Principe, ſeu Republica, nuncupata alicubi Loca Montium, vel Arrendamenta. Verùm omninò tenendum eſt, cadere ſub hac prohibitione, præſertim ſtantibus verbis amplis hujus Bullæ, nempe prohibitione alienandi res, & bona, Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *numer.* 17. Paſſerin. & alii relati à Galeſ. *ad cit. Conſt. Urban. fol.* 164. Pignat. *to.* 6. *conſ.* 95. *num.* 22. Ricc. *deciſ.* 134. *part.* 1. de Marin. *lib.* 1. *quotid. reſol.* 6. *nu.* 10. Rota *dec.* 95. *num.* 6. poſt Merlin. *de pignor. deciſ.* 1228. *num.* 1. *cor. Seraph. & in Veneta Pratii* 13. *Novembris* 1662. *cor. Pamphil.* Sic etiam

cadit

cadit ſub prohibitione, alienatio omnium redditaum, qui etiam ſtabilia ſecundum quid, dici valet, *Clemen.1. de reb. Eccleſ. non alien.* Licèt Gail. *lib.2. obſer.10. num.6.* in Germania, redditus redimibiles, veluti mobilia conſiderari aſſerat; & quòd Loca Montium habeantur pro immobilibus etiam ad hujuſmodi effectum alienationis prohibitæ, Card. de Luca *diſc.12. de alienat. num.2. & 10.* quòdque etiam Cenſus habeantur intra ſtabilia, ut cadant ſub hac prohibitione, loquendo de ſortibus, plenè docet ultra *cit.* Rota *deciſ.36. num.1.* poſt Cenc. *de Cenſib. & deciſ.259. num.9. & ſequen. & 324. num.15. par.11. rec.* ubi de
6 alienatione etiam minorum; quod tamen intelligendum eſt de translativa ceſſione Cenſus, non autem extinctiva, quia hæc cùm ſit actus neceſſarius ex natura ipſius Cenſus redimibilis ad formam *Bullæ Pianæ*, non poteſt evitari, & ſic fieri poteſt ſine ſolemnitatibus, Cardinalis de Luca *cit. diſc.1. num.17. & diſc.5. num.8. & diſc.6. per tot.* Cenc. *de Cenſibus quæſt.59. num.18.* & benè Rota *deciſ.84. num.33. parc. 18. rec.* quod tamen non procedit in Cenſu reſervativo, cùm ſit irredimibilis, & proindè nequit extingui ſine ſolemnitate. Cardinalis de Luca *diſc. 6. de alienat. prohibit. num.5.* & Rota *deciſ.191. num.7. & ſeq. par.13. rec.*

7 Sed quoad Loca Montium in Urbe, cùm adſint Conſtitutiones Summorum Pontificum pro libero eorum commercio conſervando, quòd poſſint alienari, nullo attento vinculo, niſi expreſſo in litteris Patentibus; poſſet dici non cadere ſub prohibitione iſta, ut innuit Rota *deciſ.230. num.1. coram Royas, & prius deciſ.205. num.15. coram eodem*, ubi *num.17.* notat *ex deciſione Veneta pretii bonorum, ſeu Nullitatis contractus 13. Novembris 1602. coram Card. Pamphilio* in Civitate Venetiarum Loca Montium haberi pro bonis immobilibus. Verùm etiam quoad Loca Montium Urbis ſunt neceſſariæ ſolemnitates, cùm ſtabilium nomine veniant, Cardinalis de Luca *cit. diſc.12. num.2. & 10. & de Locis Montium diſc.1. num.17. & de Regalib. diſc.43. num.2. & ſeqq.* Rota *deciſ.474. num.1. & 913. num.10. cor. Buratto, & deciſ.66. numer.10. coram Royas*, præſertim in illis Regularium, attento decreto *Sacræ Congregationis Concilii ſub die 7. Septembris 1624.* quod retuli *tom. 4. Conſtit.6.* Benedicti XII. *pag.180. numer. 5.* ex cujus latitudine verborum comprehendentium etiam mobilia pretioſa, videtur neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum, ut notat ipſa Rota *in cit. deciſ.230. num.5. coram Royas*, & in Locis Montium requiri hoc beneplacitum, Paſſerin. *de ſtatu homin. quæſt.185. art.7. num.375.* & facit Rota *deciſ.479. cor. Seraphino*, ubi etiam de minori; quia cùm quis prohibitus eſt adminiſtrare, tamquàm dominus, tenetur ſervare ſolemnitates, & hoc in praxi ſervatur. Sed ulteriùs poteſt etiam elici ex contextu hujus *Bullæ* prohibentis *rerum, & bonorum alienationem, præterquàm de fructibus, & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt*, & ſic quæcumque aliæ res, etiam mobiles, quæ ſervari poſſunt, cadunt ſub prohibitione, ut ad rem facit Rota *deciſ.257. num.4. coram Ludoviſ.* quia exceptio firmat regulam; & licèt non debeant attendi vincula, niſi expreſſa in litteris Patentibus Locorum Montium, tamen conſiderata pecunia illa Eccleſiæ, uti deſtinata ad inveſtimentum, contrahens debet cavere de beneplacito; imò Secretarius Montium alienationem non permittit in praxi ſine tali beneplacito, *ut in Cauſa Romana Locorum Montium* relata per Cardinalem de Luca *diſc.12. de alienat.* Facta venditione Locorum Montium per quamdam Monialem cum conſenſu Abbatiſſæ pro fructibus ejuſdem Monialis vita durante, quos exigebat, fuit declarata nulla talis alienatio, ex motivo deficientiæ beneplaciti Apoſtolici. Attamen Cardinalis de Luca ibi diſtinguit, quòd ſi fiat reſignatio coram Secretario Montium; tunc non requirantur ſolemnitates in prohibito contrahere, quotieſcumque acceptatur reſignatio per dictum publicum Officialem, præſertim cum in conſtitutione plurium Locorum Montium id clarè cautum fuerit: quia tunc contrahens ſequitur fidem Principis, ejuſque Officialis. Additque id non procedere, ſi fiat alienatio Locorum Montium per venditionem, alioſque actus, à prohibitis contrahere ſine ſolemnitatibus, ut erat caſus *in cit. diſc.12.* Sed, ut dixi, nullo modo admittuntur hujuſmodi reſignationes ſine beneplacito Apoſtolico, præſertim cùm Loca Montium ſint in faciem Locorum Piorum, quæ ſunt corpora inanimata, quæque adminiſtrantur per Officiales, ac Superiores, Monachos, & Collegiales talis corporis; quidquid eſſet reſpectu Locorum Montium deſcriptorum in faciem certi Religioſi. Et in eadem cauſa fuit etiam actum, an potuerat dicta Monialis fructus Locorum Montium, quos ejus vita durante exigebat, tempore ejus vitæ, alienare ſine beneplacito; & fuit reſolutum eſſe invalidam alienationem, tàm per Theſaurarium, quàm per Cameram; ſuper quo Cardinalis de Luca videtur habuiſſe difficultatem ex latè deductis in dicto *diſc.12. num.11. & ſeqq.* ex eo quia Religioſi ex tolerantia ſolent frui iſtis vitalitiis; ac proindè eos alteri cedere poſſe per viam commoditatis fructuum. Verùm etſi vera ſit talis tolerantia, id percutit, ut poſſit Regularis frui iſtis vitalitiis cum licentia ſaltem tacita Superioris, pro ſuis commoditatibus, & uſibus; ſecùs autem, ut extra illos uſus de iiſdem diſponat, cùm dominium eorum ſit penes Monaſterium, Rota *deciſ.610. num.8. & 9. coram Card. Cerro*, nec etiam, ut Regularis actus dominii expleat, quos non poſſet habere, ob ejus incapacitatem habendi dominium, vel poſſeſſionem; & in praxi videmus Regulares, & Moniales paſſim recurrere ad Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, pro obtinendis licentiis in concedendis livellis ejus Conſanguineis, quæ ſolent concedi accedente conſenſu Superiorum. Et nuperrimè Sacra Rota declaravit, translationem Locorum Montium deſcriptorum in litteris Patentalibus in faciem cujuſdam Religioſi Carmelitæ, nullam, factam ab eodem Regulari, quia dominium dictorum Locorum Montium non erat, nec potuerat eſſe penes ipſum Regularem; ſed penes ipſius Religionem; & ſic translatio non evenit à domino, atque proindè nulla, *in Albanen. Locorum Montium 26. Januarii 1725. coram D. Calcagnino*, in qua firmantur ea, quæ dixi, non obſtantibus privilegiis Montium, & quòd credi debeat Secretario Montium, qui translationem exequutus fuit; nec curari debeat de aliis nullitatibus, & vinculis, juxta diſtinctionem adductam ſupra à Cardinale de Luca *cit. diſc.12. de alien.* quod replicavit *in diſ.1. & 5. de Locis Montium, & diſc.163. de Regularibus*, quia quocumque modo fiat alienatio, ſeù reſignatio Locorum Montium, verum eſt, quòd non attendantur vincula, & hypothecæ, niſi expreſſæ in litteris Patentalibus; non tamen, ut alienatio ſit valida, ſi fiat à non domino, & à Profeſſo, qui non habet dominium, ſed iſtud eſt penes Religionem, etſi litteræ ſint in faciem Religioſi; & rejecta fuit per Rotam *in dicta deciſione* præfata doctrina Cardinalis de Luca, ac recepta *deciſio citat. Seraphini*, in qua firmavit, translationem invalidam, non obſtantibus privilegiis Montium, Commercii publici ratione appoſitis, ſequendo etiam alias deciſiones ejuſdem Rotæ, nempè *Cavaleriis 631. & deciſ. in Romana Reintegrationis 25. Januarii 1700. & 11. Junii eodem anno coram D. Cardinale Scotto*, quæ ſunt *deciſ.85. & 86. poſt Conſtant. ad Statuta Urbis*, ubi declarata fuit nullitas translationis factæ à non domino, eùm ſequuta fuerit mandato falſo procurationis veri domini; & in iiſdem terminis nuperrimè eadem Rota *in deciſ. Romana, ſeu Januen. Locorum Montium 20. Aprilis 1725. coram D. Criſpoldo*. Et idem *Conſtantinus in addition. ad dictam deciſ.86.* ita ſcripſit: *Ob pondus auctoritatis Sacræ Rotæ, ac hujus, & antecedentis deciſionis, libenter ad earum normam corrigo per me ſcripta ſupra tom.1. in diſc. unic. de Locis Montium art.1. ſect. 3. num.166. prout eiſdem deciſionibus cedere debet auctori-*

nas Cardinalis de Luca R. P. D. Anſaldi, & D. Siſquini Votum, infra hic impreſſum inter deciſiones; non tamen prædicti Auctores, & ego minimus cùm illis; omninò damnandi ſumus, dum noſtra opinio non erat improbabilis, & rationibus vacua; ſed quia nunc materia ſolidè diſcuſſa per Sacram Rotam, contraria opinio illi placuit; quod Rotæ placuit, placere debet, & aliis ob eximiam Rotæ auctoritatem, quouſque opinio per eam firmata non revocetur in dubium per eamdem Rotam.

8 Nomina etiam debitorum veniunt ſub hac prohibitione alienandi, Gloſſ. *in leg.*15. §. *In venditione verb. Ad jura ff. de re judicata* Pyrhingh. *cit.* §. 2. *num.* 14. Gabriel. *conſ.* 141. *lib.*2. Rota *deciſ.* 474. *num.*4. *coram Buras.* quia verè continentur ſub nomine rerum, & bonorum, in Conſtitutione hac prohibitorum alienari.

9 Jura quoque juriſdictionalia, præeminentialia, & ſervitutes comprehenduntur, ex eadem ratione, Cardinalis de Luca *de Canon. diſc.*30. *num.*19. Rota *deciſ.*159. *num.*10. *coram Alexandro VIII. & in Vicen. Juriſdictionis* 28. *Aprilis* 1679. *coram Emerix, quæ eſt deciſ.*411. *num.*5. *& in Herbipolen. Reſciſſionis Concordiæ deciſ.*1028. *coram Emerix Junior*, & de juribus quibuſcumque Rota *deciſ.*229. *num.* 6. *part.*8. *recent.* & Add. ad Ludoviſ. *dec.*418. *num.*17. & paſſim recurritur ad Sacr. Congregat. pro hujuſmodi beneplacitis.

10 Servi, & mancipia rursùs etiam cadunt ſub hac prohibitione, *cap. mancipia* 3. *& ſeqq. de rer. permutat.* & comprehenduntur inter res, & bona, quæ inalienabilia ſunt ſine ſolemnitate; ſi tamen ſint fugitivi, alienari poſſunt, *cap. Injuſtum* 4. *eodem tit.* quia tunc concurrit neceſſitas inſtantanea; ſicuti Prælatus manumittere poteſt ſervum, ſi aliquid Eccleſiæ de ſuo contulerit, *cap. Conſenſus de reb. Eccleſ. alienan. vel non*; ita tamen, ut datum Eccleſiæ ſit duplo majus pretio ſervi manumiſſi, Pyrhingh. *cit.* §. 3. *ſect.* 1. *num.*21. *&* 22. ſic quoque, ſi ſervus ſit benemeritus, *Canon. Si quis* 55. 12. *quæſt.*2. quòd intelligendum, ut juſta cauſa ſit alienationis; ſed concurrere debet etiam beneplacitum Apoſtolicum, ut dixi de remuneratoria donatione *tom.*1. *Conſt.*1. Leoni Magni *ſect.*4.

11 Animalia quoque Eccleſiarum nequeunt alienari ſine ſolemnitate, & cadunt ſub prohibitione alienandi, dummodò tamen agatur de grege; quia fructum reddit diuturnum; vel de animalibus deſtinatis ad fundum colendum, *leg. ultim. C. quando decret. op. non eſt, & in Auth. de non alien. reb. Eccleſ. collat.*2. ſingularia tamen poſſunt vendi, ut diſtinguendo inter gregem, & ſingularia docet Molin. *de juſtit. tract.*2. *diſp.* 465. *num.*4. Pythingh. *cit.* §. 1. *ſect.*1. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.*95. *num.*39. Cardin. de Luca *cit. diſc.*1. *num.*23. qui *num.*25. limitat etiam in universitate, seù grege animalium nullum fructum afferéntium, ut ſunt greges porcorum, qui poſſunt diſtrahi ſine ſolemnitate, quia ſunt deſtinati ad venditionem, ac proinde debet conſiderari univerſalitas fructifera, ut cadat ſub prohibita alienatione.

12 Alienatio arborum, ut incidantur, dubitari poteſt, an comprehendatur ſub iſta prohibitione? & videtur comprehendi, ſi ſint fructiferæ, ultra pœnas contentas in *Bulla Cœnæ Domini* contra incidentes arbores, ut docet Navar. *conſ.*7. *de reb. Eccleſ. non alien.* Rodriquez *quæſt. reg.*27. *art.*4. Ricc. *part.* 1. *reſol.*50. *num.*1. Galeſ. *ad citat. Conſt. Urb. fol.*138. Donat. *in praxi regul. par.*2. *tract.*14. *quæſt.*69. Azor. *Inſt. moral. par.*2. *lib.*9. *cap.*1. *quæſt.*5. Barboſ. *cit. alleg.*95. *nu.*38. *&* 39. Pignatel. *tom.*6. *conſ.*95. *num.*13. Rota *dec.*553. *par.*2. *rec.* Quod tamen limitatur, ſi agatur de Sylvis Cæduis, vel inciſio aliquorum ſit neceſſaria, ut aliæ creſcant, Lotter. *de re benefic. lib.*3. *quæſt.*25. *num.*26. Cardinalis de Luca *de Juriſd. diſc.*81. *num.*3. *& citat. diſc.*1. *de alienat. num.*26. Tamburin. *de jure Abbat. diſp.*13. *quæſt.*3. *num.*7. *tom.*3. Bonacin. *de alien. bon. diſp.*2. *quæſt. unic. punct.*2. *num.*8. Cùm hæc inciſio ſit verè fructus, non ſecùs, ac vindemia, olivarum collectio, & ſimiles fructuum perceptiones, Alex. *conſil.*118. *num.*3. *lib.*5. Neguſ. *in Sylva nuptial. qu.*111. *per tot.* Et notat non requiri beneplacitum Apoſtolicum 13
etiam Quaranta *in ſumma Bullar. ver. Alienatio num.*33. *verſ. limit.* Ricc. *in praxi for. Eccleſ. tom.*1. *par.*1. *reſol.*50. *num.*3. & diſcuſſo dubio in Sacr. Congregatione Concilii in *Viterbien.* 14. *Januarii* 1679. An in alienatione arborum Sylvæ præfatæ ad cædendum, requiratur Apoſtolicum beneplacitum. Sacra Congregatio reſpondit, *Negativè*, quod proceſſit in Sylva Cædua per plures annos non cæſa, nempè ab anno 1679. habita tamen depoſitione Peritorum, ac ſenium Teſtium, dictam Sylvam eſſe Cæduam ratione ſitus, qualitatis arborum quercuum, caſtanearum, & cęterorum, nullo ordine plantatorum, ſed in confuſo ita natarum; ac audiviſſe etiam à ſuis majoribus, dictam Sylvam fuiſſe venditam ad cædendum. Hinc 14
ſi agatur de incidendis arboribus ab ipſa radice, requiritur beneplacitum, ſed pretium eſt Eccleſiæ, & non Beneficiati, quia agitur de proprietate; cùm arbores ita incidantur, ut naſci denuò non poſſint; Sed ſi agatur de inciſione Sylvæ Cæduæ, quæ determinato tempore incidi ſolet, tunc non fit à radice, ſed tantùm ad lignandum, & non requiritur beneplacitum, quia renaſcuntur, ac Beneficiatus pretium, uti fructum, ſibi applicat, *leg. ex Sylva Cædua ff. de uſufructu*, Nicol. *Inſtit. civil. lib.* 2. *tit.* 1. *num.*22. Card. de Luca *de alienat. prohib. diſc.*1. *num.*26. Et propoſito dubio in *Sacra Congregatione Concilii in Preneſtina Inciſionis Arborum*; An pretium Sylvarum Cæduarum Eccleſiæ Parochialis S. Andreæ Terræ Lugnani ſpectet ad Archipresbyterum pro tempore, *Sacra Congregatio die* 4. *Auguſti* 1714. Cenſuit *Affirmativè*, Et in *Papien. Inciſionis Arborum* 15. *Martii* 1710. reſcriptum fuit, non ſubſiſtere inciſionem arborum factam, &c. etiam cum licentia Vicarii Generalis; quia agebatur de arboribus non cæduis, etſi prætenſis inutilibus, uti populis; & ad ſecundum, teneri Beneficiatum incidentem ad reſtitutionem pretii, ad effectum inveſtiendi in ſtabilibus pro Beneficio, & in *Senogalſien.* 9. *Decembris* 1651. cenſuit, *inciſionem arborum petitam pro reparanda domo Canonicali, non eſſe concedendam*, cùm ex redditibus Canonicatus teneatur Canonicus reparare.

Sed nunquid poſſit Superior Regularis incidere arbores fructiferas in proprio viridario. Videtur ſimile 15
dubium fuiſſe propoſitum *in Sacra Congregat. Concilii ſub die* 27. *Junii* 1665. ibi: *Nonnulli Regulares religioſa conſcientia ſupplices petunt, ut per hanc Sacr. Congreg. declaretur, an Prælatus, ſivè Superior regularis poſſit incidere, ſeu incidi facere in ſuo Monaſterio, ſeu Viridario, arbores fructiferas, ibidem exiſtentes, & incidendo, ſeu incidi mandando, incidat in pœnas comminatas in* Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien. & in decretis generalibus hujus Sac. Congregationis *de reb. regul. alien.* Sac. Congregatio cenſuit: *Non reſpondendum, niſi in caſibus particularibus tom.*24. *decret. pag.*535. Et quidem optima ratione, quia aliquando in Viridariis opus eſt arbores renovare, & alias eradicare pro majori utilitate ipſius, & ſic debet conſiderari fructus comparativè ad Viridarium, & non ad ſingulas arbores. Unde in dubio *Inciſionis arborum* 29. *Julii* 1684. Sacra Congregatio dixit, *Ad mentem*, quæ fuit, non inciſiſſe in pœnas contentas in *decr. de reb. Eccl. non alien.* Prælatum Regularem, qui arbores inciderat, alios ſubrogando in aptiori loco: Et alia quoad inciſionem Arborum, vide latè Paſſerin. *de ſtatu hom. tom.*1. *quæſt.*185. *art.*7. *num.*340. *& ſeq.*

Eccleſiæ, Monaſteria, aliaque loca Religioſa, & 16
ſacra, etſi non fructifera, nequeunt alienari, imò nec concedi ad uſum ſine beneplacito Apoſtolico, Rota *deciſ.*250. *num. final. cor. Royas, & in Romana Cenſuum* 6. *Martii* 1693. *num.*7. *coram Manuel, quæ eſt dec.*35. poſt Card. de Luca *lib.*5. *de uſuris*, & paſſim recurritur ad Sacr. Congreg. Concil. pro beneplacito conceſſionis uſus Eccleſiarum, ut conceſſum fuit Monachis Olivetanis pro uſu Eccleſiæ, Monaſterio ſpectantis, ad favorem Confraternitatis S. Michaelis Archangeli

cum

Digitized by Google

cum pacto renovationis ſingulis viginti novem annis,
ſolvendo tunc quinque libras, & quotannis libram
ceræ Monaſterio, reſervato tamen dominio eidem, in
Eugubinn 22. Septembris 1668.

17 Sed nunquid pro conceſſione Capellæ, quæ ſit ali-
cui, & pro ſepultura, requiratur hoc beneplacitum?
& videtur non requiri, cùm non poſſit conſiderari
vera æſtimatio in hujuſmodi rebus, ex eo quòd nequit
recipi pecunia; ſed verè, cùm poſſit aliquid recipi
ratione cœmentorum, & materialium, vel ratione ſitus
honorabilioris, non autem pro jure ſpirituali, quod,
ſimoniacum eſſet concedere, mediante pecunia, juxta
latè deducta per Cardinal. de Luca *diſc.22. de aliena-
tionibus prohibit. num.*5. Genuenſ. *in praxi cap.*41. *nu-
mer.*18. Ricc. *in praxi par.*1. *reſol.*39. Lotter. *de re
benef. libr.* 2. *quaſt.*4. *num.*10. *& ſequ.* Rota *deciſ.*222.
*par.*1. *diverſ.* & Adden. ad Gregorium *deciſ.*145. *num.
finali*; hinc ratione dictorum cœmentorum poteſt con-
ſiderari alienatio.

18 Verùm in hac re, ſi tantùm concedatur ſitus pro
conſtruenda Capella, vel etiam Sepultura; conſtruens
illas non dicitur acquirere verum dominium, ſed ſim-
plicem uſum, cùm verum dominium nequeat conce-
di in his rebus ſacris, ut benè notat Ricc. *in praxi
part.*1. *reſol.*39. qui tamen diſtinguit, quòd ſi conce-
datur uſus privativus, vera etiam alienatio dici debet,
ſecùs autem ſi eſſet tantùm pro uſu, itaut primo caſu
requiratur beneplacitum, ſecùs in ſecundo; ſed vide-
tur indiſtinctè procedere, ut non requiratur benepla-
citum Apoſtolicum, etiam pro uſu privativè conceſſo,
ut apud *cit.* Card. de Luca *num.*8. Quarant. *in ſumm.
Bull. ver. Alienatio num.*29. & verè uſus, & conſuetu-
do videtur generalis in hoc, ut concedantur ſitus hu-
juſmodi Capellarum, & Sepulturarum abſque benepla-
cito Apoſtolico, ut Neapoli ſervari teſtatur *idem* Ricc.
ac attendendam eſſe talem conſuetudinem, imò ſo-
lam patientiam Prælati ſufficere pro tali uſu Capellæ,
vel Sepulturæ, Genuenſ. *cit. num.*17. Rota *deciſ.*222.
*num.*4. *par.*1. *diverſ. & Sacra Congregatio Concilii in
Miletenſi alienationis die* 6. *Septembris* 1659. propo-
ſito dubio: *Archipresbyter, & Parochus Collegiata
Eccleſia Oppidi Semiaria reverenter exponit, Clerum
ejuſdem loci ad procurandam fabricam antedicta Eccle-
ſia, illi donaſſe ad proximum futurum triennium Jus
exigendi ab officialibus laicis aſſem unum pro quolibet
rotolo carnis pro certo numero rotulorum, competens
Clericis illius loci, ratione exemptionis ipſis debita à
Gabellis laicalibus. Cui donationi pactum additum fuit,
ut Procurator ejuſdem Eccleſia ſepulchrum pro ipſo
Clero in ea conſtituere teneatur; idem Archiepiſcopus
attenta diſpoſitione* Sacri Concilii Tridentini; *Et Sa-
crorum Canonum, & pracipuè* Extravag. Ambitioſæ,
*prohibentis alienationes bonorum, & jurium Eccleſia-
ſticorum, reverenter ſupplicat declarari: An pranar-
rata donatio, abſque Sedis Apoſtolica beneplacito fa-
cta, fuerit valida.* Sacra Congregatio reſpondit. *Af-
firmativè.*

19 Si tamen agatur de Capella jam conſtructa, requi-
ritur beneplacitum, ſi concedatur uſus privativus, cum
ſit vera alienatio translatio illius utendi, Navarr. *con-
ſil.*1. *de Sepultura*, & Rota *in Benonien. Sepultura*
13. *Maii* 1570. *coram Litta*, etſi contrarium videatur
ſentire Card. de Luca *cit. diſc.*22. *num.*7. ſe fundans in
utilitate Eccleſiæ, ut pro majori cultu, & ornatu per-
ficiatur Capella cum notabili ſumptu; Sed hæc ratio
poſſet eſſe pro motivo utilitatis neceſſariæ, ut conce-
datur beneplacitum, quod copulativè requiritur cum
utilitate in alienandis bonis Eccleſiæ; Et verè ſolent
Regulares recurrere ad Sacram Congregationem pro
ejuſmodi conceſſionibus Capellarum jam conſtructa-
rum, ut actum fuit pro Patribus Auguſtinianis Diſcal-
ceatis Sancti Nicolai Tolentini Urbis, pro conceſſio-
ne Capellæ jam conſtructæ, Epiſcopo Terracinenſi
Monanno pro pretio ſcutorum mille, *& ſub die* 17.
Novembris 1708. beneplacitum fuit conceſſum.

20 Ita etiam prohibetur imponi ſervitutem appodii in
parietibus Eccleſiæ, & Monaſterii, vel immittendi
tigni; in iis, *Sacra Congregatio Concilii in Albanen.*
21. *Junii* 1698. Nec concedendum facilè, propter
periculum Clauſuræ, & illiciti uſus in eo, ſicque pro-
hibita eſt impoſitio ſervitutis paſſivæ; nec activa alie-
nari poteſt ſine beneplacito, Quaranta *cit. ver. Alie-
natio num.*21. Corrad. *de diſpenſationibus lib.*9. *cap.*4.
*num.*15. Monacell. *tom.*1. *formul. tit.*5. *num.*20. Ita do- 21
cuere, Juſpatronatus activum, vel paſſivum diſtrahi,
niſi in actu fundationis, non poſſe ſine beneplacito,
Paſſerin. *de ſtatu homin. tom.*1. *quaſt.*185. *notatiev.*7.
*num.*382. Et Sacra Congregatio paſſim denegat tale
beneplacitum, Rota *deciſ.*239. *num.*6. *&* 273. *num.*7.
coram Card. Celſo; prout de quocumque jure hono-
rifico, *Sacra Congregatio Concilii in Neapolitana
Beneplaciti* 27. *Novembris* 1683.

Alienatio decimarum etiam cadit ſub prohibitione, 22
nec per Sacr. Congregationem datur beneplacitum, ſi
ſint Spirituales, ut concedantur Laico, prout neque
datur pro alienatione Juriſdictionis temporalis, vel
Spiritualis, quam habet Eccleſia, cùm ſint prærogati-
væ conſervandæ.

Patrimonium Sacrum Presbyterorum nullo modo 23
comprehenditur ſub hac prohibitione hujus Bullæ, cùm
non ſint bona Eccleſiæ; Scortia *ad Selectas Pontifi-
cias Epit.*1. *Theorem.*2. in fine; etſi prohibeatur Pre-
sbyteris illud alienare inconſulto proprio Epiſcopo,
juxta Concilium Tridentinum *cap.*2. *ſeſſ.*21. *de refor.*
itaut remaneret invalida quæcumque alienatio præfata
ſine licentia Epiſcopi, DD. apud Barboſa *cit. cap.*2.
*num.*59. *& ſeq.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.*1. *cap.*4.
§.4. Ricc. *cit. reſol.*82. Et Sacra Congregatio Conci-
lii *in Theanen.* 20. *Julii* 1641. Cenſuit; *Contractum
conceſſionis ad Emphyteuſim perpetuam patrimonii Sa-
cri reſervato ſibi annuo Canone fructibus correſponden-
te, non ſuſtineri tamquam factum abſque licentia E-
piſcopi*; Et ad ſupplicationem hujuſmodi alienationum,
Congregatio reſcribit, *adeat Epiſcopum.*

Sed, numquid conceſſo Beneplacito Apoſtolico, 24
contrahendi aliquod debitum per Eccleſiam, ac per-
ſonas Eccleſiaſticas cum hypothecatione eorumdem bo-
norum, poſſit deveniri ad ſubhaſtationem ipſius Eccle-
ſiæ, ſeù Monaſterii Patrum debitorum; famigerata
fuit in hac Curia annis elapſis hæc quæſtio; cum et-
enim impoſiti fuiſſent per Patres Conventus Sanctæ
Franciſcæ Romanæ Urbis, Ordinis Sanctiſſimæ Tri-
nitatis Redemptionis Captivorum, aliqui Cenſus paſſi-
vi ad favorem variorum Creditorum ſuper quibuſdam
Domibus propè Conventum, idque cum debitis ſole-
mnitatibus; Creditores prædicti ſatisfieri non valentes
ſuper pretio bonorum dict. PP. in formali concurſu
convocato, ſupplicarunt Sac. Congregationem Epiſco-
porum, & Regularium pro licentia exequendi manda-
ta, obtenta ſuper Eccleſia, & Conventu eorumdem
Patrum ad effectum ea vendendi ad uſus religioſos,
& ſacros; obtentoque Reſcripto dictæ Congregatio-
nis: *Eminentiſſimo Urbis Vicario cum facultatibus ne-
ceſſariis, & opportunis*; Coram quo Cardinali obti-
nuerunt ſucceſſivè Creditores Decretum. *Ex tunc
Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Card. Vicarius Judex
deputatus, impertitus fuit licentiam infraſcriptis in-
ſtantibus, exequendi Mandata, & reſpectivè ſubha-
ſtandi, & deliberandi, & vendendi, aut quomodoli-
bet alienandi Cœmenta, Materialia, & ſitus Conven-
tus, & Eccleſia Sancta Franciſca Romana in Via Fe-
licis, Ordinis Redemptionis Captivorum, in ſubſidium
tamen, & quatenus alia bona non ſuppetant, & ad
favorem aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum, vel Re-
ligioſarum, & ad eumdem uſum pium Eccleſiaſticum,
& Religioſum.* In vim cujus Decreti ſucceſſivè obtinue-
runt Creditores ab A. C. decreta executionis ſuper di-
cto Conventu, & Eccleſia, & pro illorum delibera-
tione, & ſubhaſtatione. At recurrentibus PP. ad Au-
ditorem Papæ pro circumſcriptione dictorum Decre-
tum, fuit ab eo remiſſa Cauſa ad Sacram Congregatio-
nem Epiſcoporum, & Regularium, in gradu appellatio-
nis cognoſcenda à dicto Decreto Eminentiſſimi Urbis
Vicarii, in qua ſub die 25. Maii 1708. emanavit Reſcri-

Digitized by Google

ptum: *Ad Signaturam Sanctiſſimi*, loco cujus fuit, prævia commiſſione manu Sanctiſſimi ſignata, commiſſa ea Cauſa in gradu appellationis, Congregationi deputari ſolitæ Prælatorum, loco Signaturæ Gratiæ coram Sanctiſſimo habendæ, quæ Congregatio componitur ex Votantibus ejuſdem Signaturæ Sanctiſſimi, *Gratia* nuncupata; & acriter hincinde ſcribentibus, diſcuſſa in ea Congregatione Cauſa præfata ſub die 14. Septembris 1717. reſcriptum fuit: *Eſſe exequendum Mandatum Eminentiſſimi Vicarii, & ad mentem*. Et mens fuit, quòd venderetur Eccleſia, & Conventus extrajudicialiter, quatenus reperiretur emptor. Attamen adverſus hanc reſolutionem, admiſſo recurſu ſuſpenſivo per tunc Summum Pontificem Clementem XI. ad ipſum in plena Signatura Gratiæ, coram ipſo habenda, qua habita *die 28. Martii 1719. Ponente D. Ancajano*, Summus ille Pontifex Clemens, doctus quidem, eloquens, ac prudens reſcripſit: *Non eſſe deveniendum ad venditionem, & ſubhaſtationem Eccleſiæ, inſtantibus Creditoribus*. Et ſic terminata fuit diſceptatio hæc.

In dicta Congregatione particulari, in qua emanavit reſcriptum, ego adſui, utpotè Decanus, ac fui in contrario ſenſu reſolutionis, unà mecum paucis ex Votantibus, quòd nempè non eſſet locus ſubhaſtationi dictæ Eccleſiæ, & Conventus; & in eodem ſenſu perſtiti in Voto, quod dedi in Signatura antedicta coram Sanctiſſimo habita, juxta quod votum fuit Reſolutio ſupradicta Summi Pontificis. Motiva, & jura pro parte PP. contra Creditores adducta, reperiuntur exarata per D. Advocatum Urſayam, ſcribentem pro ipſis, tàm in præfata Congregatione particulari, loco Signaturæ Gratiæ, quàm in Signatura coram Sanctiſſimo, *tom.2. par.2. diſcep. 25. & tom.3. par.2. diſcept. etiam 25.* in quibus fundamenta quoque Creditorum indicantur, & reſolutiones antedictę in ea cauſa emanatæ.

Verùm fundamenta præcipua apud me fuerunt, quòd res Sacræ, & Religioſæ, cùm ſint Deo ſpecialiter dicatæ immediatè pro ejus cultu, ejuſque miniſterium, in nullius dominio remanent, ac fiunt extra commercium hominum, *§. Nullius Inſtit. de rer. diviſ. lib.1. ff. de eod. tit.* & ſic nec pignorari, nec vendi, nec alienari poſſunt, *leg. Æde Sacra ff. de contrah. empt. leg. Inter ſtipulantem §. Sacra ff. eod. leg. Obligatione generali ff. de pignor. leg. Quod Nullius ff. de reg. Juris, can. Cum enim §. Hoc jus 10. quæſt.2.* Archid. Gemin. & Præpoſitus, ac DD. *in can. Aurum 12. quæſt. 2.* Bellamer. *ibid.* & ſpecialiter Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neap.* clarè docet, quòd Calices, & veſtes Sacræ uſui Sacro deſtinatæ, poſſint vendi ratione materiæ certis caſibus, ſecùs Eccleſia, *cap.41. impreſſ. Ven. num.20.* ibi. *Non poſſunt Laici artifices, quando relinquunt Eccleſias ſibi conceſſas aliis artificibus, aliquid accipere ratione materiæ dictæ Eccleſiæ, quam ſuis impenſis conſtruxerant; ſiquidem licèt calices, & alia vaſa Sacra, ratione materiæ vendi poſſint in neceſſitate*, cap. Aurum 12. quæſt. 2. *& ſi vendantur Eccleſiæ non confracta, & ſi Laico confracta*, dicto cap. Aurum *niſi Laicus vellet illis uti ad uſum Eccleſiæ pro ſuo Capellano, quia poterunt illi vendi non confracta*, Silv. in verb. ſimonia §. 12. *& eadem ratione poſſunt vendi reliquiæ ratione materiæ, metalli, & veſtes Sacræ*, Silv. ibidem, *& idem de vaſe ligneo, vel lapideo, deputato auctoritate Epiſcopi pro ſepultura*, dicit Abb. in dicto cap. Abolendæ, *tamen Eccleſia conſecrata, vel benedicta, ratione materiæ nullo modo vendi poteſt*, cap. Ea enim §. Hoc jus correctum, 10. quæſt. 2. Archidiacon. Geminian. Præpoſ. & omnes in dicto can. Aurum *qui aſſignat plures rationes diverſitatis inter Eccleſiam, & alia vaſa Sacra, & aliqui dicunt, rationem eſſe occultam.* Quæ tamen ratio videtur elici, quia Calices, aliaque utenſilia Sacra deſerviunt quidem pro re ſacra facienda, ſed non ſunt transfuſa, & redacta per dedicationem, & conſecrationem in dominium immediatum Dei; & ſic extra commercium humanum; Et quoad Juſpatronatus, in quo tantùm conſiderari poteſt annexio ſpiritualitati, non autem dedicatio quæ conſideratur in Eccleſia; Ita in Jure honorifico ſepulturæ, quòd alienatio permittatur ratione materiæ. Et in iſtis caſibus applicari poſſunt Doctores qui pro alienatione dictorum jurium, & bonorum; ratione materiæ ſunt, non autem procedere poſſunt in Eccleſia; proindeque ex eadem ratione, quòd jam exierunt à commercio hominum res ſacræ, & religioſæ, utpotè ſpecialiter Deo dicatæ, non cadunt ſub hypotheca in debitis contractis per poſſidentes eas, & vendi non valent, Amoſtaz *de cauſis piis lib. 5. cap.7. num.51.* & facit Rota *deciſ.339. num.40.* ubi nedum iſta bona Deo immediatè dicata, ut Eccleſiæ, ſunt exempta à tributis laicalibus, ſed etiam à privatorum dominio, ob ſpecialem ſanctitatem dictorum locorum, *par.6. rec.* & Rota *deciſ.225. poſt Cenſ. de Cenſibus*; aliàs *deciſ.294. num. final. par.4. tom.1. rec.* Quòdque nequeat dari devolutio ſitus emphyteutici, in quo Eccleſia erecta fuit, ad favorem domini directi, cùm non ſit ampliùs in commercio hominum, & Rota *deciſ.474. num.31. part.9. rec.* Et benè Rota *in Romana Cenſuum 6. Martii 1693. §. Nec profuit, & ſeqq. coram Manuel*, ubi clarè ſupponit, non potuiſſe cadere ſub hypotheca locum Monaſterii, Eremi nuncupati, PP. Carmelitarum Diſcalceatorum; & rectè diſtinguit, quòd ſi agatur de loco, ſeù fundo deſtinato ad faciendum Eremum, etſi intervenerit tantùm deſtinatio, & non effectiva dedicatio Deo, cadere poterat hypotheca; ſecùs autem, ſi ageretur de Eremo jam erecto, & in eadem *deciſ. 9. Maii 1689. coram Card. Caccia*, eadem præſupponitur diſtinctio; imò, quòd potuerat hypotheca Cenſus firmari ſuper bonis adjacentibus Eremo, non autem in ipſo Eremo; & idem ſentit *deciſ. 16. Januarii 1693. cor. Manuel.* Quæ deciſiones ſunt juxta ordinem annorum in *Mantiſſa* Card. de Luca *de uſuris deciſ.33. 34. & 35.* proindeque nequit poni Cenſus ſuper ſitu Eccleſiæ, & Monaſterii, Felician. *de Cenſibus tom.1. libr.2. cap.3. num.1. Cenc. de Cenſibus quæſt.28. nu.1. & ſeq.* & Rota *in citat. deciſ. Romana Cenſuum*. Et dixi latè *tom. 1. Conſt.2.* Paſchalis II. *ſect.2. num.4. & ſeq.* ubi, quòd ſi agatur de Cenſu impoſito ante dedicationem Eccleſiæ, vel Monaſterii, etſi debeatur Canon, tamen non intrat devolutio, ut dixi ex *cit. deciſ.* Sed ulteriùs poteſt peti, quòd detur affrancatio, ut libera remaneat Eccleſia, & locus ſacer, ut latè dixi *num.17. & ſeq.* & Rota *in Romana Quindenniorum in dubio affrancationis 6. Junii 1687. num.7. & 8.* poſt Card. de Luca *de ſervitutibus deciſ.32.*

Hinc in Eccleſiis dirutis, quæ reſtaurari non valent, Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ.21. de reform. cap.8.* ut ſtatuit ut profanentur ab Epiſcopo, appoſita Cruce, & tunc in profanos uſus, non tamen ſordidos, convertendæ; & poſita profanatione, conceditur facultas, ſitum, & cęmenta vendendi mediante pretio, & tunc cum beneplacito Apoſtolico, tamquàm de bonis Eccleſiæ, etſi profanatis; prout dicitur de Cęmeterio permiſſo vendi poſt profanationem, cum beneplacito, & in hac hypotheſi concedi ſolet per Sacram Congregationem facultas vendendi ſitum, & cœmenta Eccleſiæ, vel Cœmeterii jam profanati, cum clauſula, ut non deſerviant ad uſus ſordidos, licèt deſervire valeant ad laicos, ut ad rem faciunt Barboſ. *ad cit. cap.8. Concilii num.24.* Rota *dec.707. in Ulixbonen. Cœmeterii par.3. rec.* repetita *dec.463. coram Pamphil. num.4. & ſeqq. & deciſ.528. num.3. coram eodem*.

Nec potuerat fieri fundamentum in beneplacito obtento à Sacra Congregatione à præfatis Regularium creditoribus hypothecandi bona Eccleſiæ ad favorem creditorum, de quibus agebatur; quia non fuit explicatum, quòd obligarentur Eccleſia, & Monaſterium; imò contrarium elicitur ex contextu verborum, *de obligandis bonis Eccleſiæ*, & ſic non Eccleſia; nec unquam facultas conceſſa viſa fuit per Congregationem, ut ſubjiceretur Eccleſia ipſa, &

Mona-

Digitized by Google

Monaſterium hypothecæ ; & proindè ſubhaſtationi ad favorem creditorum; & non reperitur exemplum hujuſmodi beneplaciti, nec ſubhaſtationum, ut ex atteſtatione Curſorum dictum fuit.

Exempla autem deducere contendebant creditores ex *deciſ.*901. *cor. Card. Cerro*, *& deciſ.* 282. *numer.* 9. *par.*18. *rec.* ubi enunciatur, fuiſſe factam ſubhaſtationem omnium bonorum unà cum Eccleſia S. Ægidii in Urbe, ad favorem Monialium Diſcalceatarum, prævia licentia ſa. me. Urbani VIII. Sed ultra quòd iſta ſubhaſtatio fuit omnium bonorum; & ſic Eccleſia, ſeù uſus illius non fuit principaliter ſubhaſtatus, ſed enunciativè tantùm expreſſa Eccleſia; & hypotheca in eo caſu aderat impoſita ad favorem Creditorum ab Univerſitate Calceolariorum, quæ erat domina domorum, in quibus extabat Oratorium pro ipſis, recipiendo æs alienum pro ampliando dicto Oratorio, prout actum fuit in ampliatione ad Eccleſiam; & ſic contracta hypoteca fuit ante conſtructionem Eccleſiæ ad eam formam, ad quam redacta fuit.

Cæterùm deductum fuit exemplum, quòd ſuppreſſa Religione Canonicorum Regularium de Alga, eorum Eccleſiam *Sanctæ Mariæ* in Lauro in Urbe cum Monaſterio, & bonis petiit emere Natio Lauretana, ac deputata fuit Congregatio particularis per Romanum Pontificem, tunc Clementem IX. fueruntque eidem Nationi conceſſa bona prædicta mediante pretio; ſed Eccleſia, & vaſa ſacra fuerunt gratiosè eidem à Papa attributa, ut exprimitur in conceſſione; & licèt forſan aliquoties pro uſu Eccleſiæ conceſſo, data fuerit aliqua pecuniaria retributio, ratione eleemoſynæ elargita extitit, & inter Partes voluntariè conventa, vel aliqua recognitio in Cera; non tamen, ut cadere valeat res ſacra ſub hypotheca ad favorem Creditorum, vel facta, & permiſſa venditio mediante pretio, ad inſtar aliorum bonorum Eccleſiæ; quia dicta bona ſacra non ſunt in eorum dominio, & nefas videtur, ut horrida voce præconis res iſtæ religioſæ vendantur; & hoc videatur in Urbe, ut malum exemplum præbeatur Regnis alienis, quòd in ea talis adhibeatur abuſus, in dedecus ſacrorum locorum Deo dicatorum, & proindè optimè reſcriptum Sanctiſſimi fuit, non eſſe faciendam ſubhaſtationem, & venditionem ad favorem Creditorum: verba enim iſta poſtrema canonizant, nullum jus illos habere, ut ſubhaſtari res ſacræ, & religioſæ debeant.

Imò in Sacra Congregatione Concilii in *Bononien.* 24. *Februarii* 1720. fuit propoſitum infraſcriptum dubium, in facti hypotheſi poſiti in folio doctè exarato à D. Proſpero Lambertino Archiepiſcopo Theodoſiæ, dictæ Congregationis Secretario, viro erudito, quem uti Advocatum coram me A. C. Locumtenente, eloquentem, eumque deindè in Sacra Congregatione Supremæ Inquiſitionis Collegam Conſultorem, & in Sacra Pœnitentiaria Coofficialem, ſemper doctum admiratus fui, in qua facti extenſione, ac dubii propoſiti reſponſione plura ad rem conſiderari valent; utpotè ſecuta poſt præfatam reſolutionem Signaturæ SS. Tenor folii Congr. eſt ſequens.

Bononien. In Congregatione habita *die* 26. *Junii anno* 1655. editum fuit ſequens Decretum favore Clericorum Regularium Minorum: *Sacra*, *&c. Vigore reſcripti Sanctiſſimi Domini Noſtri benignè impertita eſt Oratoribus facultatem, ut parvam Eccleſiam Sancti Proſperi derelicta, & maxima reſtauratione indigentem, concedere poſſint arbitrio Archiepiſcopi Bononien. ad uſum Eccleſiæ, & ſub expreſſa conditione reſtaurationis facienda.*

In ſequelam hujus Decreti putant Clerici Regulares Minores ſe obtinuiſſe facultatem prædictam Eccleſiam vendendi, ita tamen ut ejus uſus non mutaretur, & ut ſemper continuare deberet in eſſe Eccleſiæ. Cùmque tunc Emptorem non invenerint, qui ea uti vellet ad uſum prædictum, & hodie Confraternitas quædam reperiatur, quæ Eccleſiam emeret, & eadem uteretur pro ſuis ſpiritualibus, ſuique Inſtituti exercitiis, preces idcircò renovantur pro facultate vendendi, & Oratores putant ſe eſſe poſſe voti compotes; tùm quia exiſtimant, ſe facultatem vendendi obtinuiſſe uſque de anno 1655. juxta ea, quæ in ſuperioribus dicta ſunt, tùm quia Eccleſia ſuum ſtatum non mutaret, nec profanaretur, & tandem quia pecunia ex venditione retrahenda, non modicam afferret utilitatem pro indigentiis eorumdem Oratorum, qui alium habent in Civitate Bononiæ Conventuum, ſeù Collegium, in quo habitant, necnon aliam Eccleſiam, Spiritui ſancto dicatam.

Celebris fuit anno præterito cauſa venditionis Eccleſiæ S. Franciſcæ Romanæ, in via Felici, Ordinis Redemptionis Captivorum, eademque propoſita in *Signatura Gratiæ* habita coram ſa: me: Clemente XI. *die* 28. *Martii* 1719. reſcriptum fuit: *Non eſſe deveniendum ad venditionem, & ſubhaſtationem Eccleſiæ, & Conventus inſtantibus Creditoribus.*

At quia reſolutio hæc loquitur de venditione, quę fit ſubhaſta, & inſtantibus Creditoribus; reliquum eſt, ut videatur an hoc ipſum ſibi vindicet locum in venditione voluntaria, & quæ fit ſine horrida voce præconis.

Adversùs etiam hujus generis venditionem facere videtur Textus in *Canone ſi quis objecerit* 1. *quæſt.*3. *& in cap. Querelam de ſimonia*, ibi: *Scituri*, *quod ſicuti emi non potuit*, *ita nec redimi Eccleſiam*; Et Juris Canonici Interpretes in ea videntur eſſe opiniones, quòd Eccleſiæ nullo modo, nulloque prætextu, vel colore emi, & vendi poſſint. His ſtantibus, onus erit EE. VV. decernere. *An Oratorum precibus ſit annuendum in caſu*, *&c.* Sacra Congregatio die antedicta reſpondit, *Negativè in caſu*, *de quo agitur*, *& amplius*. Etenim reſolutio præſuppoſuit, ut vera erat, quòd licentia, ſeù facultas Summi Pontificis per organum dictæ Sacræ Congregationis, fuerat pro conceſſione Eccleſiæ præfatæ ad uſum, itaut reſtauretur, non ut vendere eam mediante pretio PP. Minores poſſent, quod regulariter fieri æquitas, & rationes ſupradictæ, ac exempla non permittunt, ſed quia Sacra Congregatio noluit firmare, ut ſi adfuiſſet facultas Pontificia vendendi ejus uſum, vel ædificium potuerat exequi, ideò reſpondit, *Negativè*, ſcilicet non poſſe vendi *in caſu*, *de quo agitur*, attenta licentia Papæ limitata ad uſus tantùm conceſſionem, non autem venditionem.

Res, & bona litigioſa prohibentur alienari ſine 25
beneplacito, imò debet exprimi lis, ejuſque ſtatus, Ricc. *cit. par.*1. *reſol.*74. & quatenus ſit lis ſuper defectu beneplaciti, non ſolet iſtud concedi, ut cenſuit *Sacra Congregatio Concilii in Burgen. Juris inſtituendi* 20. *Decembris* 1687. ſed potius datur novum beneplacitum, vel ſanatio juxta facti circumſtantias; prout ſuper re litigioſa, cujus jura non ſunt nota Eccleſiæ, ſolet dari beneplacitum præſtandi quotam aliquam pretii, ſubminiſtranti jura, dummodò verè ſint Eccleſiæ occulta, & uſque ad quartam, vel tertiam partem rei, *Sacra Congregatio Concilii in Romana* 25. *Auguſti* 1706. & alibi ſæpè.

Res inutiles, & infructuoſæ, requirunt etiam be- 26
neplacitum, ut alienentur per Eccleſias, quando non ſunt modicæ, quia cùm in re modica, & inutili permittatur alienatio cum decreto ſoliùs Epiſcopi, ut dicam inferiùs, ergo in non modica requiritur beneplacitum Papæ, Antonel. *cit. cap.*8. §. 1. *num.*1. & 4. Quaranta *cit. num.*41. & videtur ſentiſſe Sacram Congregationem *in cit. Papien. Inciſionis arborum*, cùm cenſuerit non ſuſtineri inciſionem factam cum licentia Vicarii, etſi ageretur de arboribus inutilibus, ſed non modici pretii, ut intrare non potuerint facultates Ordinarii; ſed fuiſſe requiſitum beneplaci-
tum Apoſtolicum. Ita nec poteſt remitti hypotheca, 27
quam habet Eccleſia ſuper aliqua re, quia tale jus eſt inalienabile ab Eccleſia, ſine beneplacito, Urceol. *de tranſact. quæſt.*23. *num.*19. *ad* 23. *ubi alii*, *& Sacra Congregatio Concilii in Neapolitana Miſſarum* 21. *Maii* 1678. *Et in Faventina beneplaciti* 18. *Februarii* 1690. reſpondit, *Ad Judices ſuos*, quia opponebat

Æmptor prædii nullitatem contractus, & non Eccle-
ſia. Sicuti nec mulier poteſt remittere hypothecam
ſuæ dotis, Pic. *ad Stat. Urbis lib.1. cap.151. Gloſs.7.
num.11.* Fenzon. *ad Stat. Urbis cap.151. nu.2. & ſeqq.*

28 Deveniendo ad mobilia, videtur pretioſa non poſſe
alienari ſine beneplacito, quia in hac Bulla excipiun-
tur tantùm mobilia, quæ ſervando ſervari non poſ-
ſint, ut ex littera ejuſdem, & ſic auro, argento, &
alio metallo confecta mobilia ſubjacent hujuſmodi
prohibitioni, Pyrhin. *cit. ſect.1. §.2. num.12. & ſeqq.*
Card. de Luca *cit. diſc.1. num.21.* Bonac. *de alienat.
diſp.2. quæſt. unic. punct.1.* Rota *deciſ.2047. num.4. co-
ram Coccin.* & Sacra Congreg. Concilii *in dubio alie-
nationis rerum Eccleſiæ 7. Auguſti* 1683. cenſuit, nul-
lam alienationem mobilium pretioſorum, & ſuppelle-
ctilium Oratoriorum, quæ in Eccleſiis Regularium
reperiuntur erecta ſine beneplacito, *& in Segnien.
Alienationis* 15. *Martii* 1692. idem dixit de mobili-
bus Sacriſtiæ, nempè Calicibus, aliiſque hujuſmodi
pretioſis, & vetuſtis, etſi uſui præſenti non accom-
modatis; etſi alienatio fuerit facta cum conſenſu Def-
finitorii Ordinis Minorum Sancti Franciſci, ac ap-
probatione ſecuta totius Capituli Generalis, ac ero-
gata pecunia in ſervitium Conventuum, & additum
fuit Superiores alienantes ſine beneplacito Apoſtoli-
co, incidiſſe in pœnas. Et non poſſe Regulares pi-
gnorare illa pro mutuo recipiendo, vel ea obligare,
*Sacra Congregatio Concilii in Roman. Ciſtercienſium
1. Septembris* 1617. ad quintum *tom.21. Decr. pag.57.*
itaut qualitas pretioſa debeat explicari, ne reddatur
beneplacitum ſubreptitium, Card. de Luca *diſc. citat.
num.54.* quia etiam *num.2.* aſſerit procedere prohibi-
tionem in mobilibus ſericeis. Verùm, ſi ageretur de
mobilibus valdè conſumptis, & de ſumma non ma-
gna, etiamſi ſint aurea, vel argentea, non intraret
hæc prohibitio, cùm ceſſet vera qualitas pretioſi,
Bonacina *cit. num.5.* Novar. *in ſumm. Bullar. tit. de
alienat. rer. Regul. num.22.* Et in reſolutione *in citat.
Segnien.* agebatur de ſumma ingenti quindecim libræ
monetæ Venetæ, *& Sacr. Congregat. Concil. in una
Raguſina* 22. *Septembris* 1668. conceſſit beneplacitum
vendendi argentea vaſa ad effectum ædificandi Eccle-
ſias collapſas, dummodò apponatur aliqua perpetua
durabilis de ſingulis reſpectivè donatoribus memoria,
& quatenus adſit aliquod inſigne reliquiarium, con-
29 ſervetur, quòd approbavit Sanctiſſimus. Hinc Reli-
quia etiam prohibentur alienari, cùm habeantur pro
pretioſis mobilibus, imò pretioſiſſimis, dummodò non
ſit parva reliquia, Ricc. *cit. par.1. reſol.60.* ubi quòd
in licentia, quam concedit Papa extrahendi reliquias
ab aliqua Eccleſia ſolet apponere, *dummodò non aga-
tur de inſignibus, vel muro clauſis.* Hinc Sacra Con-
gregatio Concilii denegavit licentiam Abbati Gene-
rali Sancti Baſilii Magni donandi Clero Civitatis cu-
juſdam in Sicilia Reliquiam inſignem Sancti Pancra-
30 tii *die* 14. *Januarii* 1702. Et etiam in tranſlatione
Imaginis devotæ ab una Eccleſia ad aliam, requiri
beneplacitum, ac non ſubſtineri eam factam, nec eſ-
ſe approbandam, cenſuit *Sacra Congregatio in Nul-
lius Ferentilii* 31. *Julii* 1706.

31 Pecunia an comprehendatur ſub tali prohibitione,
diſtinctio eſt, quòd ſi ſit deſtinata ad uſum, non
comprehenditur, cùm retenta nihil ponit in fructu,
Barboſa *cit. num.37. & ſeq.* Diana *par.10. tract. 16.
reſol.52. in antiquis, aliique cit.* ſi tamen ſit deſtina-
ta ad peculii formam in quantitate, ut pro aliqua
neceſſitate retineatur, tunc habetur pro capitale, &
non fructu, Card. de Luca *cit. diſc.1, nu.19. & ſeq.*
Barboſa *cit. num.41. & ſeqq.* Rota *coram Royas dec.
261. num.9.* ita etiam ſi ſit deſtinata ad emptionem
ſtabilium, vel mobilium pretioſorum, vel ſi ſit reda-
cta ex venditione illorum, Redoan. *cit. quæſt.16. n.15.*
Ricc. *cit. reſol.70. num.3.* Pignatel. *tom.6. conſ.95. nu-
mer.21. & ſeq.* Rota *in Veneta pretii, ſeu nullitatis
contractus* 13. *Novembr.* 1602. *cor. Pamphilio*, & alibi
dixi, ac Rota *in Peruſina Cenſus* 2. *Martii* 1708. *cor.
Card. Scotto me citato*, & eſt licitum ex illa emere ſta-
bilia abſque ſolemnitate, ut dixit Rota *in cit. deciſ. co-
ram Royas*, ſecùs autem nequeunt fieri Cenſus vitali-
tii, quia iſti cenſentur mobilia, & ſunt in continuo
periculo amiſſionis, Pignatel. *cit. num.26.* pecunia ta-
men præſumitur uſu conſummabilis, & alienabilis, niſi
contrarium appareat, præſertim reſpectu tertii reci-
pientis bona fide, ut notat Card. de Luca *cit. num.21.*

Officia rurſus vacabilia etiam cadunt ſub hac prohi- 32
bitione, & quia, ſi Eccleſia, tamquàm corpus inani-
matum nequit ea acquirere, poſſet tamen ea habere
ſub vita alicujus; ac proindè alienando tale jus videtur
alienare res, & bona ſua, prout diximus de annuis
redditibus; & licèt Rota *in deciſ.204. coram Coccino*,
videatur innuere, non requiri beneplacitum in conceſ-
ſione hujuſmodi officiorum vacabilium, tamen proce-
dit in officio ſcribaniæ, quo vacato poteſt Epiſcopus
dictum concedere alteri, ad inſtar manualium ſervien-
tium; quæque munera non debent vacare, ut ſervi-
tium Eccleſiæ expleatur, Rota *deciſ.1262. coram eodem
Coccino*, quod non procedit in officiis vacabilibus Ro-
manæ Urbis, quæ conſiſtunt in jure exigendi certos
fructus pro tempore vitæ.

Spolium autem Regularium ſolet erogari per Præla- 33
tos Regulares in uſum Conventus, abſque beneplacito
Apoſtolico, quia verè non eſt pecunia deſtinata ad
emptionem; hinc *Sacra Congregatio Concilii die* 28.
Februarii 1654. *tom.19. decret. pag.319.* propoſito du-
bio: *N. Superior Regularis quærit pro quiete ſuæ con-
ſcientiæ. An ſi ipſe pecunias provenientes ex ſpolio Re-
ligioſi defuncti, juxta conſuetudinem Monaſterii purè
abſque aliquo vinculo depoſuerit in banco publico Civita-
tis, illas poſtea juxta eamdem conſuetudinem erogando
in dictum uſum, & neceſſitates urgentes ipſius Mona-
ſterii ob penuriam, & infirmitates ſupervenientes, ut
ex partitis libri ejuſdem Monaſterii, liquere aſſeritur,
inciderit in pœnas expreſſas in* decreto de reb. regul.
non alienand. *inhærente etiam* Conſtitutione Pauli II.
*eo quod prius non obtinuerat licentiam; Sac. Congreg.
ſecundùm ea, quæ proponuntur*, reſpondit *non incidiſſe.*

Sunt tamen plures caſus, in quibus etiam cum ſo- 34
lemnitatibus non licet alienare res Eccleſiæ, de Jure
communi enumerati à Gloſſ. *in auth. hoc jus porrectum
ver. perpetuo C. de SS. EE.* nimirum, ſi ex Impera-
toris donatione, vel fundatione res immobilis ad Ec-
cleſiam pervenerit, quòd in praxi verificatur etiam in
præſenti in bonis feudalibus, quæ Eccleſia habet, quæ
alienari, nequeunt ſine conſenſu Regis, Roſental. *de
feud. cap.4. concl.19.* Layman. *de rer. Eccleſ. alienand.
theſi* 53. & alibi dixi, & quòd in caſu Vacantis Ec- 35
cleſiæ non eſt facienda alienatio, in praxi etiam teſta-
tur Corrad. *cit. lib.9. cap.4. num.2.* & ita ſervatum vi-
di pluries in Sacra Congregatione Concilii, *& in Me-
diolanen.* 20. *Septembris* 1715.

Item nequit Epiſcopus, & Rector Eccleſiæ in ſeipſum 36
alienare, emendo ſcilicet rem Eccleſiæ, ne in pro-
prio facto auctoritatem præſtet, juxta *Clem. 2. tit. de
reb. Eccleſ. non alien.* Pyrhing. *in jus can. tit.13. lib.3.
ſect.1. §. ultim. num.13.* Sicut, neque alienari poteſt in
Judæum, & Hæreticum. Prout, ſi ſint data bona Ec- 37
cleſiæ, cum pacto de non alienando; Sed ſi petatur
beneplacitum Apoſtolicum, quòd nunc requiritur in
vim hujus *Extravagantis Paulinæ*, opus eſt dictas cir-
cumſtantias exponere fideliter Romano Pontifici; qui-
bus expreſſis beneplacitum illud aufert iſtas difficulta-
tes, præſertim cùm Papa habeat facultatem derogandi
voluntatibus defunctorum; quæ expreſſio eſt neceſſaria;
ut practicatur etiam in alienatione, ſi fiat in laicum;
cùm bona Eccleſiæ in laicos transferri regulariter non 38
debeant, ac proinde opus eſt Papæ exprimi hanc cir-
cumſtantiam, Corrad. *in prax. diſp. lib.9. cap.4. nu.2.
& ſeqq.* Galleſ. *in Bulla Urbani VIII.* poſt *tract. de
reſtit. in integr. fol.* 153. de Luca ad Gratian. *diſcept.*
415. & quoad bona Juriſdictionalia in Italia, & Inſu-
lis adjacentibus adeſt *Conſt.* Urbani VIII. 54. prohibens 39
quamcumque alienationem infeudationem, & emphy-
teuſim, etiam ſi ſolitum fuerit, nec poſſe remitti ca-
ducitatem inconſulta Sede Apoſtolica.

An

Digitized by Google

40 An autem poſſit Prelatus alienare validè in proprios
conſanguineos; videtur negativè ex textu in authent.
quibuſcumque modis C. de SS. EE. ubi Gloſ. ver. qui-
buſcumque, ait alienationem, etiam juſta cauſa, & de-
bita ſolemnitate factam, non valere, quia eſt nulla,
ratione perſonæ, Barboſ. aliique ad cit textum; Ve-
rùm contrarium eſt dicendum, quòd de jure valet,
ſi ceſſet ſuſpicio fraudis, cùm tantùm alienatio in
propinquos inducat quamdam præſumptionem Juris,
ut alienatio fuerit facta ſine utilitate Eccleſiæ, ratio-
ne affectionis in propinquos, erga quos Prælati ſo-
lent eſſe cæci, & graviùs peccant alienando malè in
conſanguineos, quàm in alios; can. pervenit 1. qu. 3.
ubi Gloſ. ver. graviùs, & cit. textus, quòd ſit nulla,
de œconomo, non autem de aliis Adminiſtratoribus;
ut Epiſcopis, & Rectoribus, & notat Gloſ. ibidem,
& benè Abb. conſ.41. num.1. & ſequen. lib.1. quòdque
cit. textus, eſt jus civile, & jure canonico valere di-
ctam alienationem ceſſante ſuſpicione fraudis, ut pro-
ſequitur cit. Alb. can. quiſquis 12. quæſt.2. can. in ca-
nonibus 16. quæſt.1. Archid. in cap. Epiſcopus in fine
10. quæſt.2. Card. in Clem. 1. ver. Abbati num.2. de
exceſs. Prælat. Gratian. diſcept.415. num.13. & ſequ.
& 813. num.36. Corrad. cit. cap.4. num.8. & ſeqq. Lu-
doviſ. deciſ.356. num. 3. ubi add. & Add. ad deciſ.12.
par.3. rec. latè deciſ.18. num.6. part.2. div. deciſ.119.
num.7. coram Millino, ſic excluditur fraus non inter-
poſitionis ſolemnitatum, à qualitate perſonæ, Rota
cit. deciſ.18. num.5. & ſeq. part.2. div. Add. ad Ludo-
viſ. deciſ.356. num.9. prout ex pretio, Seraph. deciſ.
41 1125. Rota deciſ.114. num.16. part.9. rec. Hinc debet
iſta qualitas exprimi Papæ, qui cautè procedit in
concedendo beneplacitum, ſi alienatio fiat in con-
ſanguineos, Corrad. cit. num.9. & Sacra Congregatio
Concilii rarò id concedit, niſi in caſu certæ, & ma-
gnæ utilitatis.

42 Sunt quoque pariter caſus jure communi antiquo-
rum Canonum, in quibus videtur permiſſa alienatio
rerum Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus, ut permutatio
Servorum Eccleſiæ, & alienatio eorum, ſi ſint fugi-
tivi can. Terrulas 12. quæſt.1. cap. 1. de rer. permut.
ubi latè Gonzalez Barboſa aliique Canoniſtæ. Ita ſi
Epiſcopus aliquid Eccleſiæ donaverit, vel contulerit,
poterat ſervum manumittere, cap.3. de reb. Eccleſ. non
alien. & cap. Epiſcopi 4. eodem tit. Sicuti etiam ma-
numittere poterat ſervos benemeritos, can. ſi quos
12. quæſt.2. & plenè Pyrhingh. tit. 13. ſect.1. §. ultim.
43 num.21. & ſeqq. prout permittitur donatio ob bene-
merita erga Eccleſiam can. Eccleſiaſticis 67. 12. qu.2.
quod procedere in rebus modicis comprobat Gonza-
lez cap.3. de donat. ita quoque poteſt fieri alienatio
44 in decimis, ſi concurrat neceſſitas evitandi majus
malum cap. cum Apoſtolica 7. de his quæ fiunt à Præ-
45 lat. ſine conſ. Capituli, & rursùs poterat Epiſcopus
donare ad conſtruendam Eccleſiam, vel jam conſtru-
ctam dotare, ita tamen, ut ſi agatur de erecta, quin-
quageſimam partem fructuum, ſi verò de erigenda,
centeſimam conferat can. ſi Epiſcopus 12. quæſt.2. can.
Bona rei can. Religioſam, & can. Poſſeſſionis 16. qu.1.
cap. Paſtoralis de his quæ fiunt à Prælatis Lambert. de
Jure Patr. part.1. libr.1. quæſt.5. art. 16. Gonzalez ad
cap. Apoſtolica de rebus Eccleſ. non alien. ubi an re-
46 quiratur in dictis caſibus conſenſus Capituli? Sic quo-
que permutationem factam cum Principe valere ſine
ſolemnitate refert Dian. part.10. tract.16. reſol.85. in
antiq. qui tamen docet non ſervari in praxi. Et de-
47 mùm in rebus modici valoris, & inutilibus cap. Ter-
rulas 12. quæſt.2. & cap. per ceſſiones de alien. rerum
Eccleſ. & ad rem vide Franch. deciſ.14. Barboſ. citat.
alleg.95. num.50. Bart. Peret. in hanc Extravag. Pauli
II. v. præterquam in caſibus à Jure expreſſis num. 1. &
ſeqq. quos caſus juris hæc Bulla Paulina præſervat, ut
48 non requiratur beneplacitum Papæ, ab ipſa Paulina
inductum, Rota deciſ.299. num.4. coram Dunoz. Sen.
Hæc tamen præſens Extravag. Pauli II. in qua fuit
ſtatutum requiri beneplacitum Apoſtolicum in alie-
nationibus rerum Eccleſiæ, expreſsè limitata fuit non
requiri in caſibus à jure permiſſis, ac de rebus, &
bonis in Empbyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, &
tunc cum Eccleſiarum evidente utilitate, ac de fru-
ctibus, & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt,
pro inſtantis temporis exigentia; hinc videntur caſus
à jure permiſſi, ut poſſint alienari bona. Quia verò
plures caſus permiſſi à jure, vel requirunt aliquas ſal-
tem ſolemnitates, vel conſenſum, & juſtam ſolùm
cauſam præbent alienandi; ideò poſt neceſſitatem be-
neplaciti Apoſtolici plerique caſus prædicti ſunt pro
ſufficienti cauſa iſtud impetrandi, quod ſupplet quaſ- 49
cumque alios ſolemnitates, & conſenſum Capituli,
ut dixi tom.1. Conſt.1. Leon. Magni ſect.3.

Verùm quoad concedenda bona Eccleſiaſtica in 50
Emphyteuſim, ab antiquo concedi ſolita, ut non re-
quiratur beneplacitum Apoſtolicum, litteralis eſt di-
ſpoſitio ſuperadducta hujus noſtræ Bullæ Paulinæ; &
ratio eſt, quia jure permittitur, ut res ſemel effecta
alienabilis ſemper ſit talis, cap.2. de feud. Repetentes
ad hunc Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.
Redoan. eodem tract. quæſt.2. cap.22. Barb. cit. alleg.95.
num.22. & de Jur. Eccleſ. cap.30. num.20. lib.3. Card.
de Luca de alien. prohib. diſc. 1. num. 130. Scortia ad
Selectas Conſt. Pontificias epit.52. theor.116. Galeſ. cit.
pag.153. verſ. hæc autem, ubi ampliat non obſtante
juramento Prælatorum de non alienando, quia non
comprehendit ſolita concedi, Molin. de juſt. diſp.468.
num.17. Fulgin. de Emphyth. tit. de contr. Emphyth.
quæſt.9. per tot. deciſ.756. num.1, coram Merlin. de-
ciſ.360. num.12. & 17. part.1. div. deciſ.282. num. 18.
par.6. deciſ.243. num.13. part.7. deciſ.39. nu.42. par.8.
deciſ.165. num.12. par.10. deciſ.113. num.6. par.13. rec.
quod tamen procedit in bonis Eccleſiæ non incorpo-
ratis, Barboſ. citat. alleg.95. num.29. Menoch. conſ.79.
Fulgin. cit. quæſt.9. num.15. & 16. Ricc. par.1. reſol.56.
Rota dec.241. n.5. & 6. par.4. rec. & dec.243. n.18. par.7.

Probari tamen debet ſolitum concedi, unà cum 51
utilitate evidenti tempore novæ conceſſionis, & quod
tempore primi contractus intervenerit ſolemnitas; quòd,
ſi fuerit mutatus ſtatus rerum, tunc non procedit ſolitum,
& ſic nequit alienari ſeù concedi, Barb. cit. alleg.95.
num.33. & 34. Galeſ. cit. fol.153. verſ. tertiò, Rota
deciſ.243. num.17. par.7. rec. Verùm ſi ageretur de re-
novationibus neceſſariò faciendis juxta Bartholi æqui-
tatem, non debet attendi mutatio ſtatus, ut impe-
diatur renovatio facienda ab Eccleſia, Card. de Luca
cit. diſc.1. de alien. prohib. numer. 136. Requiritur ul- 52
terius obſervantia primæ conceſſionis, ſeù alienatio-
nis per quadraginta annos, Altograd. conſ.27. num.48.
lib.1. Gratian. diſcept.379. num.20. & diſcept.813. nu-
mer.36. Rota deciſ.160. num.4. part.2. div. deciſ.165.
num.12. part. 10. rec. & deciſ.175. num. 14. deciſ.191.
num.1. & deciſ.113. num.16. par.13. rec. & quòd ſuffi-
ciant duo actus ad probandum ſolitum, Altrogad. conſ. 53
27. cit. & conſ.28. lib.1. deciſ.191. part.13. & quando
dicatur probatum ſolitum, Card. de Luca cit. nu.138.
& quòd dicatur probatum ſolitum ex unica alienatio-
ne ab initio valida verè, & non præſumptivè, vel
ex longæva temporis obſervantia, cum duabus aliena-
tionibus cum diverſis perſonis effectum ſortitis per
ſpatium annorum quadraginta, Seraphin. deciſ.434.
1451. 1490. & deciſ.36. part.7. rec.

Rursùs requiritur, ut ſolitum non alteretur in no- 54
va conceſſione, nec in pretio, nec in modo, aut alia
qualitate, Barb. lib.3. cap.36. num.2. de Jur. Eccleſ. &
de poteſt. Epiſcop. alleg.95. num.32. Galeſ. ſub fol.454.
verſ. quintum, quod intelligendum, ſi alteratio ſequa-
tur in damnum Eccleſiæ, ſecùs, ſi ad favorem ejus
DD. cit. Card. de Luca cit. diſc.1. num.431. Rota in
Romana devolutionis Domus 4. Decembris 1651. cor.
Bichio, quæ eſt dec.483. & rurſus alteratio in acciden-
talibus non obeſt Sabell. in ſumm. verb. Solemnitas n.7.
& cit. deciſ. cor. Bichio 483. Unde alteratis ſubſtantia-
libus pactis contractus eſt nullus, ſi non adfuerit bene-
placitum, Fulgin. de Emph. quæſt.9. num. 12. & ſeq.
Merlin. deciſ.775. num.10. deciſ.113. num.6. deciſ.191.
& 481. part. 13. rec. & deciſ.114. num.14. pag.9. rec.

55 Sed an utile per inutile vitietur, negat, Altograd. *conſ.*28. *lib.*1. & faciunt *deciſ.*241. 261. & 284. *par.*4. *recent.* & *deciſ.* 444. *eadem par. in fine*; Sed contrarium videtur dicendum; Card. de Luca *citat. diſc.* 1. *num.*133. & *diſc.*5. *eodem titulo de alien. prohib. n.*10. & 11. quia actus cùm ſit individuus, nequit pro parte ſubſiſtere, & pro parte non ſubſiſtere, Merlin. *deciſ.* 775. *num.*15. *deciſ.*165. *per tot. par.*10. *recent. deciſ.*191. *num.*1. & *ſeqq. par.* 13. *rec.* Add. *ad deciſ.* 12. *num.*29. *par.*3. *recent.* Si verò agatur de modico exceſſu tunc vitiatur, & non vitiat, & reducitur ad verum ſolitum, Cardin. de Loca *cit. diſc.* 10. *num.* 6. Rota *in Lauden. Cenſus* 23. *Junii* 1666. *coram Card. Taya.*

56 Hoc autem ſolitum præſumitur præſumptione Juris tantùm, ac proindè admittuntur probationes in contrarium etiam per adminicula Card. de Luca *citat. diſc.*1. *num.*139. & tunc dicitur facta alteratio ſoliti, ſi Canon augeatur, ſi fiat cum pacto, ut tranſeat ad hæredes extraneos non comprehenſos in antecedenti conceſſione; ſi addantur novæ perſonæ, ſi fiat ad favorem fœminarum, dum prima erat pro maſculis, ſi conceſſio nova fiat, ut tranſire poſſit in manus mortuas, ad perſonas potentes, ſi detur facultas nominandi, quæ deficeret in prima, ſi conceſſio fiat potenti perſonæ, dum prima erat pro privatis, & latè de his alterationibus, Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ cap.*60. Galeſ. *cit. pag.*153. & 154. Rota *deciſ.*243. *par.*7. *recent.* & *cit. deciſ. coram Bichio deciſ.*267. *par.*15. *recent.* & *cor. Pamphilio, deciſ.*36. ubi Add.

57 Itidem, cùm non ſecuta fuerit incorporatio rei Emphyteuticæ apud Eccleſiam, licet renovare Emphyteuſim ſine ſolemnitate, ſi fuerit eventa caducitas ob alienationem factam ab Emphyteuta irrequiſita Domina Eccleſia, vel ob non factam reſolutionem Canonum, itaut dependeat devolutio à rigore Juris Ricc. *cit. par.*1. *reſol.*76. Redoan. *cit. queſt.*12. *nu.*61. Card. de Luca *cit. diſc.*1. *num.*123. Secùs eſt, ſi devolutio eveniret ob lineam finitam contentam in conceſſione, quia hoc caſu eſſet nova conceſſio implicita, ſi remittatur caducitas, Rota *in Romana devolutionis domus* 15. *Junii* 1650. *coram Meltio*, & 21. *Junii* 1652. *coram eodem quæ eſt deciſ.*277. *par.* 11. *rec.* & tunc debent concurrere requiſita ſolita, ut poſſit fieri renovatio ſine ſolemnitate juxta jam dicta; Sed, ſi fuiſſent bona incorporata, tunc nullo modo concedi poſſunt ſine Beneplacito, Urceol. *de tranſact. queſt.*24. *num.*24. Rota *deciſ.*756. *num.*28. *cor. Merlino, deciſ.*250. *cor. Durano*; Dum loquuti fuimus ſupra de renovatione facienda ab Eccleſia juxta æquitatem Bartholi; inductam hodiè in foro, ut dominus directus teneatur renovare Emphyteuſim ad favorem proximioris, & aliqua dixi, quòd Papa, vi directiva ad hoc non tenetur, *tom.*2. *Conſt.*6. Gregorii IX. *num.* 23. ubi de hujuſmodi renovatione inducta ex æquitate Bartoli, originem differendi occaſio dedit, quæ æquitas etiam ab Eccleſia ſervari debet, & poteſt cogi à Superiore, dummodò Eccleſia non voluerit pro ſe retinere, & utì dicitur, *bona ammenſare*, & tenetur Eccleſia renovare rem, quam ſterilem reddidit Emphyteuta utilem, ac pretioſam, vel ſtante legitima conſuetudine, ut non poſſit retinere pro ſe, ſed renovare; ſeù concurrente Indulto Summi Pontificis, ut habent aliquæ Provinciæ, de quibus alio loco. His poſitis in Concilio Romano à SS. D. N. Papa BENEDICTO XIII. celebrato hoc anno, quo hæc ſcribimus, Sanctitas Sua in Congregatione Conciliari dixit, quòd, ob renovationes, quæ fiunt ab Eccleſiarum Miniſtris ob aliquas conniventias in concives, ſeù ſanguine conjunctos, non curant ammenſare bona in grave Eccleſiarum præjudicium, quòdque cùm viderit in beneplacitis conceſſis per Sacram Congregationem Epiſcoporum, concedendi bona Eccleſiæ in Emphyteuſim, me Secretario dictæ Congregationis, appoſitam ſalutarem Clauſulam, ut conceſſio fiat ſine ſpe renovationis, cogitavit proindè decreto ſtatuere in eo Concilio, ut renovationes non fierent in bonis Eccleſiæ; Certè etenim dictam Clauſulam habui à Rota *in praxi lit. Si in evidentem poſt tract. de execut. litt. Apoſt. pag.*379. §. *Sed adverte*, & videtur æqua, quòd Laicus vult bona Eccleſiæ, non tenetur iſta ea concedere, niſi pactis illi beneviſis in re propria, & quòd ſit in utilitatem Eccleſiæ Dominæ, unde optimè potuerat poni dicta Clauſula; & cum ea acceptari beneficium à Laico, quòd ſcilicet non teneatur Eccleſia renovare finita generatione, ſed alteri concedere ſibi beneviſo; Proindè in dicto Concilio ſequens editum fuit decretum à SS. D. N. tàm prudenter, quàm juxta juris regulam, & zelum conceptum.

T I T U L U S XIX.

De rebus Eccleſiæ non alienandis.

C A P. Unic. §. III.

NE, completo conceſſionis tempore, aliove caſu adveniente devolutionis, locatio, ſeù in Emphyteuſim conceſſio ad ejuſdem conductoris, vel Emphyteutæ, ſuæve familiæ, vel hæredum favorem renovetur (iis tamen locis exceptis, in quibus non aſſerta, ſed ritè, & rectè probata, legitima adſit conſuetudo renovandi, vel Apoſtolica ad hoc indulta, aut privilegia expreſsè conceſſa reperiantur:) Sed Eccleſiis, locìſque Piis quibuſcumque liceat, bona, aliàs locata, vel in Emphyteuſim conceſſa, & inde, ut ſupra, devoluta, pro ſe, ſi velint, ſervata forma noſtræ Conſtitutionis, quam nuper pro Archidiœceſi noſtra Beneventana edidimus, liberè retinere, propriiſque bonis aliis incorporare; nec ullo jure à quoquam, ſub quovis prætextu, ſeù ex quacumque cauſa, ad conceſſiones renovandas adſtringi, aut cogi poſſe declaramus, ſalva tamen Alexandri III. *Conſtitutione*, ubi ex æquitate dumtaxat, terras illas, quæ de ſylvis extirpatis ſunt arabiles factæ, ſub annuo cenſu iis hæreditario jure iterum tradi poſſe indulget, à quibus, ſuo ipſas, vel parentum ſuorum labore, conſtiterit fuiſſe extirpatas; Niſi fortè aliis poſſent cum majori utilitate concedi.

Quoad bona Juriſdictionalia Eccleſiæ adeſt Conſtitutio pro Italia, & Inſulis adjacentibus Urbani VIII. 51. *tom.*5. *Bullar.* in qua prohibetur, etiam concurrente ſolito, conceſſio eorum, nec poſſe remitti caducitatem ſine beneplacito Apoſtolico. 58

In alienatione itidem rerum modici valoris, ſeù inutilium procedit limitatio *in cit. Can. Terrulas*, ut poſſit fieri alienatio ſine beneplacito Apoſtolico, quia verè id permittitur, quòd præſervat *cit. Canon. Terrulas queſt.* 2. quos caſus juris *Paulina* hæc *Conſtitutio*, ut dixi, præſervavit, & declaravit *Sacra Congregat. Concilii* apud Quaranta *in ſumma Bullarii ver. alienatio*, Barboſa *cit. alleg.*95. *num.* 50. Fagnan. *in cap. Nulli num.*24. *de reb. Eccleſ. non alien.* Ricc. *in praxi de alien. reſol.*36. Bonacina *de alien. diſp. un. punct.*4. Tambur. *de jur. Abbat. diſp.*13. *par.*9. *num.*2. Card. de Luca *cit. diſc.*1. *n.*115. Corrad. *in praxi diſp. lib.*9. *cap.*4. *num.*43. Galeſ. *cit. pag.*164. *verſ. Quoad res*; imò Epiſcopus poteſt alienare hujuſmodi exiguas res, etiam ſi juret non alienare bona Eccleſiarum ſine conſenſu Romani Pontificis, Boſſ. *tom.*3. *tit.*18. *num.*293. Seraphin. *deciſ.*401. *in fine*, Add. *ad deciſ.* 444. *par.*4. *rec.* Rojas *deciſ.*444. *num.*2. 59

Plures tamen conditiones concurrere debent, ut habeat locum diſpoſitio hæc *Can. Terrulas*. Et primò, valor modicus. Secundò, ut non res ſit utilis Eccleſiæ, imò juxta aliquos, ſi neceſſitas adſit alienandi. Et tertiò, auctoritas, ac decretum Ordinarii, cauſa cognita interpoſitum, Card. de Luca *cit. diſc.*1. *num.*116. Marcus Antonin. *var. reſol. lib.*1. *reſol.*25. *num.*13. Corrad. *cit. num.*43. & *ſeq.* Genuen. *in praxi cap.*60. *alias* 75. & aliqui addunt diſtantiam longam prædiorum, Lotter. *de re benef. lib.*3. *queſt.*25. *nu.*25. 60

Rota

Rota *deciſ.*624. *part.* 1. *rec.* ſed id non eſſe in praxi
Card. de Luca *cit. num.*116. ſed verè talem diſtantiam
poſſe regulare valorem, *deciſ.* 197. *par.* 19. *rec. num.*5.
61 *Hinc* reſpectu dictarum conditionum plures contro-
verſiæ excitantur; Et primò, quoad valorem modi-
cum diverſimodè à DD. accipi ſolet: hinc *Gloſſ. in cit.
can. Terrulas v. exiguas*, dixit non excedere valorem
viginti ſolidorum ita Archid. *in can. ſi quas num.*2. *&*
3. 12. *quæſt.*3. Alii enim dicunt intelligi debere de va-
lore ſcut. 25. auri, quæ conſtituunt ſcut. 37. circiter
monetæ Romanæ, & Neapolitanæ ducat. 40. aut 44.
Corrad. *in praxi cit. cap.*4. *num.*44. *& ſeq.* Gratian.
*diſcept.*452. ubi de Luca. Alii ad duc. 100. Zerola *in
praxi v. alienatio rei Eccleſ. ver. ad ſextum*, refert de
Luca ad Ventrigl. *tom.* 1. *annot.* 14. §. 2. Alii aſſerunt
eſſe remiſſum arbitrio Judicis, Genuenſ. *citat. num.*61.
& Ricc. *part.* 1. *reſol.* 36. *num.*8. Gratian. *diſcept.*452.
num. 18. aſſerunt in ſcut. 40. Et generaliter, quæ di-
cantur exiguæ res, docent Paſſerin. *de ſtatu homin.
quæſt.*185. *art.*7. *inſpect.*2. *num.*312. Galeſ. *cit. pag.*164.
Zerola *in praxi par.*1. *verb. alienatio*, & Card. de Lu-
ca *cit. diſc.*1. *num.*117. docet, pro valore exiguo regu-
lando debere inſpici qualitatem Eccleſiæ, itaut in Ec-
cleſia divite procedat major ſumma, quàm in paupe-
re, Fagnan. *cit. cap. nulli num.*26. *de reb. Eccleſ. alien.*
& Sacra Congregatio Concilii dixit hoc eſſe deducen-
dum ex jure communi nihil ſtatuere volens, ut refert
Fagnan. *cit. cap. nulli num.*26. fuiſſe reſolutum anno
1613.
62 Verùm eadem *Sacr. Congreg. Concilii in una Mon-
tis Peluſii* 22. *Septembris* 1635. cenſuit: *Licere Epiſ-
copo dare licentiam alienandi bona ſtabilia uſque ad
valorem triginta ducatorum moneta Regni, ad preſcri-
ptum* can. terrulas 12. quæſt. 2. *cui per Sacr. Concil.
Trident. non fuit derogatum*. Sed Sacra Congregatio
Epiſcoporum *anno* 1611. 22. *Martii* cenſuit, *d. can.
terrulas intelligi debere de valore viginti quinque ſcu-
torum auri*, ut refert Corrad. *cit. cap.*4. *num.*45. §. *ad-
vertendum*, Panimoll. *tom.*2. *deciſ.*60. *adnot.*3. *num.*18.
& ſeqq.
63 Adduntque dicti Doctores, ita ſervari in praxi Ro-
manæ Curiæ, & ſecundùm curſum dicta ſcut. 25. auri
conſtituunt ſcut. 37. monetæ Romanæ, & Regni Nea-
polis ducat. 40. circiter, juxta valorem intrinſecum
attendendum; unde juxta hanc praxim videtur tutè
procedendum, ut advertit Corrad. *cit. num.*45. §. *cum
igitur*, eòque magis, quia dicta reſolutio Sacræ Con-
gregationis Concilii non continet taxativam uſque ad
64 ducat 30. tantùm; Ultra tamen dictam praxim Curię
Romanæ non poſſunt, neque debent Epiſcopi uti arbi-
trio, cum motivo, ſe arbitrari poſſe; cùm nihil va-
leat circa id eorum arbitrium, attento quod verſamur
in his, quæ certa lege definita reperiuntur, ac decla-
rata per Sacram Congregationem, & Curiæ Romanę
praxim recepta, ut docet Pacion. *de locat. cap.*14. §. 3.
*num.*7. *&* 8. de Luca ad Ventrigl. *cit.* §. 2. Corradin.
loc. cit. reprobando Genuenſ. *in praxi cap.*50. & Leo-
nem in Theſaur. *for. Eccleſ. part.*4. *cap.*1. *num.*73. pri-
mum tenentem, remitti arbitrio Judicis, & ſecun-
dum, valorem rei modicæ eſſe, quæ non excedit va-
lorem ducat. 25. de Camera, quæ eſſet major ſumma,
ſolumque ex circumſtantiis ſolitis, vel qualitatis Eccle-
ſiæ, rei, & ſitus, poſſet in aliquo exceſſu modico di-
ctum arbitrium interponi, ut advertit Card. de Luca
*cit. diſc.*1. *num.*117. Fagnan. *cit. cap. nulli*.
65 Nullo modo tamen poteſt in hoc ſuſtineri prætenſum
ſolitum in majori ſumma, ut ultra *cit.* Corrad. alióſque
DD. reſolvit *Sac. Congregatio in Amalphitana* 8. *Au-
guſti* 1665. ubi: Ex relatione hodierni Status ejus Ec-
cleſiæ, nuper exhibita ex parte D. Archiepiſcopi Amal-
phitani, per Procuratorem ſacra limina viſitantis.
Primò; Ex antiqua conſuetudine licebat Archiepiſco-
pus Prædeceſſoribus, rerum Eccleſiarum alienationem
concedere, quæ pretio centum ducatorum Regni æſti-
mabantur, juxta *can. Terrulas*, & Prædeceſſor meus,
Clero, Populoque refragante in ſua Synodo cum ſta-
tuiſſet *quæſt.*40. judicarentur. Nunc pluries eiſdem
efflagitantibus in Synodo, quæ quotannis celebratur,
prædictam conſuetudinem obſervari; At ſit indulgen-
dum, conſiderata Incolarum paupertate, cujus gratia
ſæpè ſæpiùs Emptores non inveniuntur ob expenſas in
Curia faciendas.

Quæritur; an prænarrata conſuetudo ſit toleranda:
Sacra Congregatio cenſuit, Ad primum: *Non eſſe to-
lerandam*. Et in *una Papien.* 15. *Maii* 1710. Cenſuit,
*licentiam conceſſam per Ordinarium pro inciſione arbo-
rum Eccleſiæ in ſumma ſcut.*60. *non ſuſtineri*, & in
*Baren. in reſponſione Archiepiſcopo Viſitanti SS. LL.
die* 12. *Aprilis* 1698. dixit: *Non poſſe Epiſcopum con-
cedere facultatem ultra* 25. *ſcuta aurea*, & in *Tropien.*
21. *Februarii* 1671. cenſuit, conceſſionem in emphy-
teuſim perpetuam domus menſæ, facta auctoritate E-
piſcopi, pro Canone ducat. 5. annuo, non ſubſtineri,
nec eam confirmandam.

Nec etiam ſuſtineri poteſt, ut fiant ſine beneplacito
Papæ plures alienationes modicæ ejuſdem magni præ-
dii, vel rei; quia hoc modo defraudaretur legi, & ſic
poſſent alienari omnia prædia Eccleſiæ, ut notat Cor-
rad. *cit. num.*45. §. *nec tamen*, Galeota *lib.*1. *contr.*22.
*num.*17. Genuenſ. *cit. num.*4. Card. de Luca *cit. diſc.*1.
*num.*118. Rota *deciſ.*247. *num.*5. *par.*11. *rec.*

Quoad verò utilitatem, Text. *in cit. Can. Terrulas*, 66
procedit de minùs utilibus, aut pravis, longè poſitis:
& licèt ex verbis *Textus* videatur, concurrere debere
neceſſitas, hæc non debet eſſe præciſa, ſed ſufficit cau-
ſativa, ſtante evidenti utilitate Eccleſiæ, ac concur-
rente juſta cauſa alienationis, Redoan. *de cauſis, ex
quibus fiunt alienat. numer.*28. benè Ventrigl. *cit.* §. 2.
*num.*1. *verſ. & adverte*, & ita in praxi ſervari addit
de Luca *ad eumdem* §. *ſed quod res non ſit utilis*; ad
quam etiam conducere valet longinquitas hujuſmodi
exiguorum prædiorum, cùm eo minus poſſint coli;
ut ad rem notat Card. de Luca *cit. diſc.*1. *num.*116.

Quoad autem conditionem, ut intercedere debeat, 67
cauſa cognita, auctoritas Epiſcopi, elicitur ex eodem
Canon. Terrulas, quia ibi datur ea facultas Epiſcopo.
Sed nunquid hujuſmodi licentia interponi valeat à Vi- 68
cario Generali? Et negativè eſt dicendum, ſine ſpe-
ciali mandato, quia agitur de præjudicialibus Eccle-
ſiæ, Ventrigl. *in praxi annot.*1. §. 2. *num.*5. Pacion.
*de locat. cap.*14. §. 3. *num.*11. Corrad. *cit. cap.*4. *nu.*46.
verſ. idem, Adden. ad Buratt. *deciſ.*238. *num.*12. ſi ta-
men ſit Canonicus, eo magis nequit auctorizare alie-
nationem Capituli, Rota *deciſ.* 196. *num.* 14. *coram
Priol.* Verùm, ſi Epiſcopus eſſet in longinquis, intrat
veroſimile mandatum Epiſcopi, Gratian. *diſcept.*303.
*num.*4. Sed nunquid poſſit Ordinarius concedere rem 69
modicam Eccleſiæ in emphyteuſim perpetuam? & vi-
detur negativè, ut elici poteſt ex reſolutione Sacræ
Congregationis Concilii ſupra adducta in *Tropien.* 21.
Februar. 1671. *Conceſſionem in emphyteuſim perpetuam
factam ab Epiſcopo pro Canone ducat. quinque annuo-
rum non ſubſtineri, nec eſſe confirmandam*; In con-
trarium poſſet dici affirmativè, quia, ſi conceditur fa-
cultas alienandi in vim *Can. Terrulas*, eo magis dici-
tur conceſſa dicta emphyteuſis perpetua, & fuit ad-
miſſum in *Præneſtina* 12. *Januarii* 1715. ubi agebatur
de conceſſione facta auctoritate Ordinarii parvi terre-
reni in emphyteuſim perpetuam; ſed quia non con-
currebat neceſſitas, vel utilitas magna, ut requiritur,
ex dictis, & eo magis in emphyteuſi perpetua, quod
notat Corrad. *in praxi diſpenſat. lib.*9. *cap.*4. *num.*60.
ac fuerat interpoſitum decretum per Vicarium Gene-
ralem; ideò Sacr. Congregat. reſcripſit, conceſſionem
non ſuſtineri, ſed eſſe concedendam juxta novam obla-
tionem importantem utilitatem Eccleſiæ. Verùm in
hac re praxis eſt, ut non concedatur beneplacitum pro
conceſſione in perpetuum, etiam cum minimo Cano-
ne, ſed recurritur ad Sedem Apoſtolicam, imò neque
datur per Sacras Congregationes, ſed per Papam ex
Dataria cum litteris Apoſtolicis, exceptis bonis Regu-
larium, quæ tranſeunt per Indulta Congregationis, ut
dicam *ſeq. ſect.*

Sed an iſta facultas in *Can. Terrulas*, quam Epiſco- 70
pi ha-

pi habent, procedat in Abbatibus *Nullius*, qui interponere poſſint dicta decreta in alienationibus hujuſmodi. Et videtur dicendum affirmativè, Bero *conſil.* 83. *num.* 7. *&* 17. *lib.* 1. Rota *in Placentina domus* 5. *Decemb.* 1629. *cor. Coccino*, quæ eſt *deciſ.* 1853. cùm ipſe *can. Terrulas*, det hanc facultatem Epiſcopo, ejuſque nomine veniunt Abbates verè *Nullius*, qui æquiparantur Epiſcopis in Juriſdictione, ut dixi ſupra *Conſtit.* 4. *Calliſti III.* Et in bonis S. Joannis in Laterano in *Mileten.* 23. *Aprilis* 1701. propoſita inter alia dubia in Sacra Congregatione Concilii. An in alienationibus rerum earumdem Eccleſiarum in ſolo Lateranenſi, ſolemnitates requiſitæ, etiam in vim *can. Terrulas* 12. *qu.* 2. adhiberi debeant per Epiſcopum, vel per Vicarium deſtinatum à Capitulo ſacroſanctæ Baſilicæ Lateranenſis. S. C. reſpondit, *ſpectare ad Epiſcopum privativè*; ſed ſub *die* 17. *Novembr.* 1703. *ad* 7. cenſuit, *non competere Epiſcopo, ſed tantum Capitulo, non autem illius Vicario, ſine ſpeciali delegatione*, ex ea ratione, quia Capitulum eſt Ordinarius in dictis Eccleſiis, ut etiam reſolutum fuit ſub *dicta die in ead.* ſuper aliis dubiis.

71 Sunt alii caſus, in quibus non requiruntur ſolemnitates de jure, quos hæc Extravagans præſervavit, ut eſt imminens neceſſitas, itaut non poſſit haberi tempus pro habendo beneplacito Apoſtolico, Quaranta *cit. num.* 50. Gratian. *diſcept.* 931. *num.* 4. Barboſ. *alleg.* 95. *num.* 58. de Marin. *reſ.* 6. *lib.* 1. *numer.* 9. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. rubr. de rer. mobil. alien. num.* 51. Tambur. *de jur. Abb. tom* 3. *diſp.* 13. *qu.* 9. *numer.* 4. & dixi *tom.* 1. *pag.* 97. & in judiciali relaxatione
72 bonorum in vim legitimi Judicis, Rodoan. *de alien. rer. Eccleſiarum, cap.* 15. §. 4. *num.* 72. *deciſ.* 525. *nn.* 17. *coram Bichio, & in Cracovien. bonorum* 13. *Junii* 1695. §. *nec allegabilis coram Emerix, inter impreſſas deciſ.* 1264. Sic quoque non eſt neceſſarium beneplacitum,
73 quoad tranſactionem pro bono pacis inter Eccleſias, ſeu Regulares, pro decimis, & funeralibus, de quibus caſibus aliàs dixi. Ita in reductione penſionis inter Titularem, & Penſionarium ex cauſa litis ſuper nullitate penſionis, Burat. *deciſ.* 464. *numer.* 8. *deciſ.* 507. *num.* 10. *part.* 13. *recent.* Ita in relicto Eccleſiæ, ut fiat aliquod ornamentum, non requiruntur ſolemnitates, Galeſ. *cit. fol.* 165. *ver. ſeptima*; Et an Epiſcopus alienare valeat bona menſæ in Capitulum, vel Papa alienare bona Eccleſiæ; alioſque caſus non ſubjectionis ſolemnitatibus hujus *Extravagantis*, referam in *ſequenti ſectione*. Prout omnia ea, quæ ſervando ſervari nequeunt, ex contextu hujus *Bullæ*, alienari poſſunt ſine beneplacito; & perſonæ aliquæ, quæ non poſſunt retinere, ut ſunt nonnulli Regulares, poſſunt alienare ſine beneplacito, ut dixi *tom.* 4. *pag.* 181. *nn.* 6. & ſupra, ac infrà ulterius agam, Galeſ. *cit. pag.* 165. *ver. ſexta, exceptio*, Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *num.* 120. *&* 121.

74 An autem ſit neceſſarium beneplacitum, ſeu ſolemnitates incedendis juribus quærendis Eccleſiæ, dubitari meritò poteſt. Sed in hac re videtur opinio communiter recepta, ut ſi agatur de jure quærendo, non requirantur hujuſmodi ſolemnitates, ſeu beneplacitum, prout requiritur in jure tantùm quæſito; & ratio potiſſimè eſt, quia ſolemnitates, & beneplacitum fuerunt quidem impoſita in diſtractione, & alienatione rerum Eccleſiarum; quæ diſtractio verificari non poteſt, niſi verificetur, rem diſtractam fuiſſe in bonis ejuſdem Eccleſiæ; & quando prohibetur tantùm alienatio, & diſtractio, tunc conſideratur depauperatio, & diminuitio patrimonii, quòd ſequi non dicitur ex eo, quòd bonorum quærendorum acquiſitio negligatur, ut habetur *in leg. qui autem ff. quæ in fraudem Creditorum*, cùm licitum ſit creditoribus jus quærendum non agnoſcere quia non agitur de diminuendo patrimonio, quod facere non poſſunt in præjudicium creditorum, ſed in non acquirendo, à quo ſe abſtinere poſſunt; *& leg. magis puto pupillus ff.*
75 *de reb. eorum*, etſi aſſerat alienationem dici, repudiare legatum, nec poſſe fieri ſine decreto Judicis; tamen alienationem impropriè ſumptam eam nuncupat, ibi: *Et hanc alienationem eſſe, cum res ſit pupilli, nemo dubitat*, ut ait Sanchez *de Matrim. lib.* 6. *diſp.* 4. *num.* 12. §. *ſed contrarium*; Et ſic ſpeciale eſt in pupillo, qui non poteſt jus ſibi delatum, ſeu quærendum non agnoſcere ſine decreto Judicis, quia quoad pupillum, nedum prohibetur alienatio, & dilapidatio proprii patrimonii, ſed etiam omiſſio lucri, quod non eſt in Eccleſia, circa leges prohibentes alienationem, quæ alienationem tantùm prohibent, ut benè obſervat Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 14. *num.* 14. Scotz. *in ſelect. Pontific. Conſt. epiſt.* 5. *Theor.* 2. *in fin.* quicquid dicat Lambertin. *de jurepatron.* 3. *lib.* 9. *art.* 2. *q. princ. num.* 21. *pag.* 10. *à tergo*, quia verum non eſt, ut ipſe aſſerit, quod prohibeatur, Eccleſiæ patrimonium non augere, ſed patrimonium non diminuere. *In cap.* Enim *nulli de reb. Eccl. alien. vel non*, expreſsè habetur prohibita tantùm alienatio, ibi: *Nulli liceat alienare rem Eccleſiæ*, & infra: *Unde omnes Sacerdotes ab hujuſmodi alienatione abſtineant, pœnas timentes, quas Leonina Conſtitutio comminatur*; ſcilicèt ut notat *Gloſ. verb. Leonina, in l. jubemus Cod. de SS. Eccl. & in Bulla D. Leonis I. incip. Occaſio*, de qua dixi *Conſtit.* 1. *tom.* 1. expreſsè prohibetur tantùm donatio, commutatio, vel venditio propriarum rerum Eccleſiæ, & in hac *Extravag. Paulina* omnium rerum, & bonorum Eccleſiarum alienatio, & proindè nulla lex prohibet non acquiſitionem; Unde etiam docent DD. ferè communiter, non requiri ſolemnitates, & beneplacitum inquirendis, Abb. *in cap. tua numer.* 9. *de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. Cap. & cap.* 1. *nu.* 21. *de dolo, & contumacia*, Federic. *de ſen. conſ.* 9. Lapus *alleg.* 25. Franch. *in cap.* 1. *nu.* 26. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. Jaſon. & Ripa *in l. legatum de legatis primo*, Felin. *in cap. præſentia numer.* 57. *de probat.* Soccin. *ſen. conſ.* 53. *num.* 26. *& ſeqq. lib.* 4. Rolan. *conſ.* 15. *nu.* 34. *& ſeq. lib.* 1. Card. de Luca *de herede diſc.* 24. *n.* 5. Franchis *dec.* 14. *plenè* Add. ad Burratt. *deciſ.* 773. Puteus *dec.* 507. *l.* 2. *Cocc. dec.* 1814. *nu.* 25. Rot. *dec.* 30. *p.* 3. *l.* 2. *diverſ. dec.* 138. *num.* 13. *&* 14. *& dec.* 333. *num.* 4. *par.* 18. *rec.*

Contrarium tamen ſentiunt plures adducti à Quaranta *in Summ. Bullar. verbo Alienatio num.* 23. ubi dicit eſſe veriorem, & tutiorem opinionem, licèt non communem; & alii citati à Scortia *cit.* Monacel. *tom.* 1. *form.* 15. *tit.* 5. *nu.* 21. Barb. *de poteſt. Ep. alleg.* 95. *nu.* 54. *& ſeq.* Tondut. *qu. benef. par.* 3. *c.* 137. *nu.* 5. 9. *&* 10. Roſa *de execut. lit. Apoſt. part.* 1. *c.* 5. *n.* 299. Rot. *deciſ.* 85. *n.* 6. *cor. Celſo*, Rot. *dec.* 7. *n.* 9. *dec.* 42. *n.* 2. *p.* 8. *dec.* 313. *n.* 4. *dec.* 522. *n.* 5. *p.* 13. *dec.* 209. *n.* 5. *p.* 14. *rec.* Verùm à prima opinione non eſt recedendum, & quidem abſque difficultate. Cùm enim agatur de lege pœnali contra alienantes ſine ſolemnitate, non video rationem, quomodo poſſit fieri inductio à prohibitione alienandi ad prohibitionem non acquirendi. Etiam DD. *contrarii* ferè omnes admittunt non incurrere pœnas *Extravagantiis* Prælatum Eccleſiæ, ſi jus quærendum iſtius non agnoſcunt, ut benè notat Quaranta *cit. verb. Alienatio n.* 24. *& inferiùs limit.* 9. ibi: *Non tamen incurrit pœnas*; ſi enim non incurrit pœnas hujus *Extravagantiis*, nec etiam aliarum *Conſtit.* eodem modo procedentium circa alienantes tantùm; ergo neque actus iſte poteſt ſubiici dictis *Conſtitutionibus*, quoad nullitatem actus non ſervatis ſolemnitatibus, ex eadem ratione, quia tales *Conſtitutiones* non percutiunt, niſi actus alienationis. 76 77

Difficultas eſt major in agnoſcendo, quando agatur de mero jure quærendo, & non de jure quæſito. 78 Jus enim quæſitum tunc dicitur Eccleſia habere, non ſolùm quando actu poſſidet bona ſibi incorporata, in quo nulla cadit difficultas, ut ſit eorum prohibita alienatio in hac *Extravaganti*, ſed etiam quando Eccleſia habet intellectualiter, ſcilicet miniſterio legis, in ejus bonis certas res, quia tunc dicitur poſſidere jus jam quæſitum. Jus verò quærendum dicitur, quando re, & phiſicè Eccleſia non poſſidet aliquas res, ſed nec etiam intellectualiter, nempè ex miniſte-

rio

Digitized by Google

rio legis eam rem poſſidere dicatur; Proinde circa tale jus quærendum hoc modo ſumptum non ſunt neceſſariæ ſolemnitates, & poteſt Prælatus illud repudiare, ſeu non agnoſcere, & etiam tranſigere, dummodò priùs hujuſmodi res non agnoverit, etſi fuerit delata hæreditas, ſed non adita, Surd. *conſ.* 501. *num.* 8. Grat. *diſcept.* 674. *num.* 19. Olea *de Ceſſ. jur. tit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 34. Ciarlin. *controv.* 8. *numer.* 63. Valeran. *de tranſact. tit.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 22. *& ſeq.* Urceol. *eodem tract. quæſt.* 23. *numer.* 19. *& quæſt.* 24. *num.* 32. *& ſeq.* Ricc. *cit. part.* 1. *reſol.* 92. Add. ad Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 2. *cap.* 12. ubi de bonis profeſſi Pignatell. *conſult.* 18. *tom.* 1. Card. de Luca *de donat. diſc.* 23. *num.* 16. *& de alienat. prohibit. cit. diſc.* 1. *num.* 42. *&* 122. de Franchis *deciſ.* 14. Quaranta *in Sum. Bullar. verb. Alienatio numer.* 43. Altograd. *Jur. contr.* 9. latè Gratian. *diſcept.* 568. ubi de praxi *nu.* 51. *& ſeq. ubi de communi, ac praxi*, Rota *dec.* 507. *lib.* 2. *coram Puteo, Coccin. deciſ.* 301. *num.* 1. *& deciſ.* 1814. *num.* 25. *&* 26. *& in* Bononien. *Prædii* 10. *Junii* 1665. §. *Nec applicari cor. bon. mem. Cardinali Carpineo, deciſ.* 229. *n.* 6. *par.* 8. *deciſ.* 395. *n.* 7. *cor. Cerro, & cit. deciſ.* 138. *&* 333. *par.* 18. *& dec.* 198. *n.* 14. *par.* 19. *rec. & in Camerinen. Electionis ſuper renunciatione* 15. *Jun.* 1708. §. *his conſequenter cor. Molines Decano.*

79 Hinc poteſt Prælatus, & Eccleſia repudiare, ſeù non acceptare hæreditatem non aditam; ita & legatum, ac ſubſtitutionem, aliaſque diſpoſitiones non agnitas; ſed, ſi ſit hæreditas adita, vel legatum, ſubſtitutio, & hujuſmodi jus agnitum, & acceptatum, etſi adhuc bona hæreditaria, vel ſibi relicta non poſſederit, tamen dicitur habere jus quæſitum in illis miniſterio legis, ſibi jam actu ſpectantibus *ut citat.* DD. Silveſt. V. *alienatio num.* 18. Ricc. *in praxi p.* 1. *reſol.* 92. Lezan. *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 60. Galeſ. *cit. pag.* 168. Gratian. *diſcept.* 568. *num.* 51. de Luca ad Franchis *deciſ.* 14. *n.* 5. *&* 7. *ubi* non requiri poſſeſſionum bonorum, Add. ad Buratt. *deciſ.* 773. *num.* 5. *dec.* 7. *nu.* 9. *& ſeq. par.* 8. *rec.* ubi quòd renunciatio, ſeu repudiatio poſt aditam hæreditatem, vel agnitum Jus, etſi bona ſint penes alium, non poteſt fieri, *& deciſ.* 42. *n.* 2. *ead. par. & Sac. Congr. Concil. in Salutiarum* 20. *Septembris* 1642. ſed quamvis actio fuerit nata acceptandi, & adeundi; tamen ut agatur de jure quæſito, requiritur aditio, & acceptatio, ut ex miniſterio legis habeatur pro acquiſito tale jus, Bellett. *diſqu. Cler. tit. de Clerico debitore* §. 5. *num.* 10. Seraph. *deciſ.* 1198. *num.* 2. *dec.* 533. *num.* 4. *par.* 18. *rec.* ubi recedendo in hoc à *dec.* 138. in qua dictum fuit, non fuiſſe requiſitum beneplacitum, quia bona Eccleſiæ ſibi non incorporaverat, firmat requiri; nam miniſterio legis obtinuerat jus quæſitum, & ſufficit, quòd Eccleſia habuerit dominium rei, ut valeat, aſſeritur, ut non valeat renunciatio ſine beneplacito, Rota in Bononien. *Prædii* 14. *Junii* 1665. §. *Nec applicari coram Card. Carpineo, & Sac. Congr. Concilii in una Cremonen. Commutationis voluntatis die* 23. *Julii, &* 19. *Novemb.* 1707. *propoſito dubio.* An Religionibus vocatis pro erectione Monaſterii, ad formam teſtamenti, obſtet renunciatio eorumdem? Cenſuit *negativè in Caſu, de quo agitur quoad PP. S. Bernardi*; & optima ratione dixit, in caſu, de quo agitur, quia admiſit poſſe fieri ſine beneplacito renunciationem hæreditatis, vel Legati oneroſi nondum aditi, vel acceptati, & ſic potuerunt PP. ſine beneplacito repudiare; tamen in hujuſmodi abſtentionibus, etſi non requirantur ſolemnitates, requiritur tamen legitimus conſenſus omnium partium, qui exigitur in quocumque actu gravi, ac proinde opus eſt conſenſu, nedum Prælati, & Abbates, ſed etiam totius Conventus, cùm agatur de gravibus rebus, ut benè Cardin. de Luca *de alienat. diſc.* 20. *num.* 3. & dixi generaliter *cit. Conſtitut. D. Leonis tom.* 1. *pag.* 53. *num* 4. & ex hoc motivo S. Congregatio non approbavit renunciationem factam à dd. Patribus, utpotè emiſſam abſque conſenſu Capituli Monaſterii, & ſemper competebat reſtitutio in integrum Eccleſiæ ob factam eam repudiationem, Card. de Luca *de hærede diſc.* 24. *num.* 5. *& cit. diſc.* 20. *num.* 4. *de alienat.* & licèt contrarium aliqui aſſerant, ut non poſſit repudiari hæreditas, vel legatum 80
abſque ſolemnitatibus, etſi agatur de Jure quærendo, ut apud *cit.* Lambert. & Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 95. *num.* 54. & noviſſimè Monacell. *cit. num.* 21. cum ibi ſupracitatis; Rota *deciſ.* 85. *coram Celſo num.* 8. tamen vel talis opinio generaliter aſſerta eſt reprobata, æquivocando inter pupillum, & Eccleſiam, quia pupillo uti adminiſtratione carenti eſt præſcriptum, nedum quòd non alienet, ſed etiam ut acquirat, ex *l. magis puto* §. *fundum ff. de reb. eorum*, quod ſecùs eſt in Eccleſiis ex dictis; & benè reprobando contrarios dixit de Luca ad Franch. *cit. deciſ.* 14. *numer.* 5. & benè Adden. *ad cit. deciſ.* 773. *coram Buratto*, ubi quòd hæc opinio eſt communis, & in Curia, ac praxi recepta; vel procedere poteſt contraria opinio in caſu aditæ hæreditatis, vel agniti Juris, etſi Eccleſia non poſſideat bona, ſeù actu non incorporaverit, ut eſt caſus *deciſ.* 85. *coram Celſo, & deciſ.* 7. *&* 42. *par.* 8. *rec.* quia tunc non licet repudiare ſine beneplacito Apoſtolico, ex ſupra firmatis; & de legato honorifico adminiſtrandi opus pium, non eſſe validam ſine beneplacito Papæ renunciationem factam per PP. Oratorii illius Juris agniti, reſolvit *Sac. Congr. Conc. in Neapolitana beneplaciti* 27. *Novembr.* 1683. *Et In Dubiis de celebr. Miſſarum propoſitis in Sac. Congr. Concil. per Capitulum Rutiliani die* 15. *Decemb.* 1674. adnotantur infraſcripta ad rem facientia. Primò. An poſſint abſque licentia, & ſolemnitatibus, alienari bona relicta cum onere perpetuo miſſarum, ſi teſtator dedit legatariis hanc facultatem ſimpliciter, vel cum expreſſione *abſque ſolemnitatibus, & aſſenſu Apoſtolico*, ad effectum convertendi in emptionem annuorum reddituum pretium quod retrahitur. Secundò. An ita etiam alienari poſſint bona Immobilia, vel judicialiter habita, vel in ſolutum accepta, in locum Cenſuum relictorum cum onere Miſſarum ante dd. decreta, ſi legatarii in receptione proteſtati ſint de non incorporando menſæ Eccleſiæ, reſervata ſibi facultate vendendi ad effectum emendi alios Cenſus, à quibus redditus major percipiatur. Tertiò. An pecunia quoquo modo acquiſita, vel relicta Capitulo, cum onere perpetuo Miſſarum, quæ ante d. decreta ſolebant implicari in annuis redditibus, deinde reverſa ad Capitulum, poſſit implicari in aliis annuis redditibus, vel debeat inveſtiri in ſtabilibus. *Ad primum reſpondit Affirmativè. Ad ſecundum, Negativè, ſecluſo præcepto Teſtatoris. Ad tertium. In ſtabilibus, ſecluſo ut ſupra, lib.* 28. *decret. pag.* 307.

Vel etiam poſſet procedere opinio, quod requiratur ſolemnitas beneplaciti in repudiatione legati, vel 81
ſubſtitutionis, ſeu fideicommiſſi particularis, aut donationis, facienda per Eccleſiam, ſeu ejus Prælatum, quatenus agatur de diſpoſitionibus merè lucrativis abſque onere; quia in his caſibus recta via tranſit dominium in Eccleſiam abſque ejus miniſterio, itaut non requiratur ejus acceptatio, cùm acceptet Deus pro ipſa, qui eſt ubique præſens, ac tranſit recta via in dominium Eccleſiæ, etiam Prælato ejus abſente, quoad hujuſmodi diſpoſitiones, etſi ſint oneroſæ, dummodò habito reſpectu ad onus, illud saperet lucrum, ut benè, ac latè Cardin. de Luca *de legatis diſc.* 28. & latiùs *de donat. diſc.* 23. *num.* 6. *& ſeq.* Caval. *deciſ.* 606. *num.* 10. Dunozz. Jun. *deciſ.* 773. *deciſ.* 27. *part.* 7. *recent.* & alibi paſſim. Unde poſita translatione dominii in dictis caſibus recta via in Eccleſiam, videtur habere in illis diſpoſitionibus lucrativis jus quæſitum, & proindè requiri beneplacitum, præſertim ſi agatur de donatione inter vivos, in qua apponatur Clauſula Conſtituti, & Præcarii, quæ transfert dominium, & poſſeſſionem in donatarium, & proindè Eccleſia nequit deindè repudiare ſine beneplacito, ut benè Rota *dec.* 333. *num.* 4. *par.* 18. *rec.* Et quoad hæreditatem delatam Monacho Profeſſo, quia transfertur ad Monaſterium, abſque iſtius facto, ut alibi dixi, hoc idem importat, ut non poſſit repudiari abſque bene-

beneplacito Apoſtolico. *Aloyſius Riccius in praxi reſol. 97. part. 1.* & Rota *in Peruſina Bonorum 19. Novemb. 1584. coram Pamphilio Sen.* ſecùs ſi agatur de renunciatione Novitii; de quo loquuntur Doctores apud Gratian. *diſcept. 568. numer. 55.* Adden. *ad cit. deciſion. 773.* Buratt. *litt. B. §. idem*, Gratian. *diſcept. 568. nu. 56.* ubi alii cumulantur, ac eſſe de opinione
82 Rotæ. Verùm mihi placet prima opinio, ut latè tuetur Quaranta *cit. v. alienatio num. 23. §. ſed verior, & tutior*, Molina *de contract. diſp. 468. nu. 11.* Alex. *in l. legatum ff. de leg. 1.* & alii ſupra adducti Lamber. Monacell. *cum ibi citatis*, qui DD. in ordine ad prædictos caſus non ſunt reprobandi, prout quatenus loquantur indefinitè pro omni jure quærendo requiri beneplacitum, in quo eos reſutavimus, & benè, Rota *deciſ. 359. part. 2. in correctis coram Caputaquen. & in Aquilana Legati, ſeu Bonorum 12. Februarii 1552. coram Capizucc.* & videtur ſentire eadem Rota *in deciſ. 84. num. 4. part. 18. rec.* ubi quòd in legatis oneroſis requiratur beneplacitum in acceptando; ergo in lucrativis non requiritur beneplacitum in acceptandis; ſed in renunciandis requiritur: & videtur concurrere maxima ratio, quia ſicuti ex ſenſu communiori Doctorum, & Sac. Rotæ, non licet repudiare hæreditatem aditam, etſi non poſſeſſam, quia miniſterio legis per talem aditionem cenſentur bona hæreditaria eſſe in bonis Eccleſiæ, quæ alienari nequeunt, ac cadunt ſub Conſtitutionibus de non alienandis; ita cùm bona legata, ſeu donata, uel tacitè acceptata, lucrativè perveniunt ſtatim ad Eccleſiæ dominium, abſque expreſſa acceptatione, fiunt de patrimonio Eccleſiæ, & remanent in alienabilia ſtatim, ac transfertur tale dominium; quod non transfertur ſine acceptatione in oneroſis, & non lucrativis, benè Franch. *deciſ. 14. numer. 21.* ex *Fed. de Sen.* quòd ſi legatum ſit tacitè acceptatum ſatis eſt, ut requiratur beneplacitum in renunciatione, & Rota *deciſ. 555. numer. 8. coram Card. Cerro*, ibi tunc non requiri beneplacitum, quando agatur de jure prorsùs quærendo. Conſiderari igitur debet ly prorsùs, huncque ſenſum fuiſſe *Sac. Congr. Concilii* conſtat *ex una Aſſiſienſi die 11. Julii 1682. in reg. decr. l. 32. pag. 349. à tergo, & in Aſſiſien. Concordia 13. Februarii 1683. in folio*, ubi cenſuit nullam renunciationem factam ſine beneplacito ab Eccleſia cujuſdam pœnæ adjectæ à quodam Teſtatore cuidam Legatario, ſolvendi quamdam quantitatem Capitulo certæ Eccleſiæ in caſu non adimpletæ per Legatarium conditionis; quia agebatur de jure quæſito relicti lucri Eccleſiæ, ipſo jure ad eam transeuntis, & in *cit. Cremonen. dixit. In caſu, de quo agitur non ſuſtineri ceſſionem ſine beneplacito*, quia etſi agebatur de legato oneroſo, tamen non fuit facta à toto Conventu; hinc *Sac. Congregatio Concilii in una Arianen. Legatorum Piorum 13. Aprilis* 1669. propoſitis dubiis. Primò. An legata Pia ſemel legitimè acceptata, poſſint poſteà repudiari. Secundò. An ſemel legitimè repudiata poſſint deindè acceptari. Tertiò. An in Legatis Piis litigioſis, & quorum bona nondum ſunt omnia Locis Piis incorporata, & ab eis poſſeſſa, valeat fieri aliqua tranſactio, & concordia cum hæredibus legantis, abſque beneplacito Apoſtolico. *Sac. Congreg.* cenſuit; *Ad primum, & ſecundum regulariter non poſſe. Ad tertium exprimendos eſſe caſus particulares.* Dixit enim, regulariter non poſſe repudiari ſine beneplacito poſt aditam hæreditatem, quia ſi aditio fuiſſet ex falſa cauſa, ut ab inteſtato, & adeſſet Teſtamentum, tunc licet Eccleſiæ repudiare abſque beneplacito, Rota *deciſ. 555. num. 7. & 8. coram Cardin. Cerro*. Dubitari tamen ad rem ulteriùs poteſt, an poſſit per Prælatum, & Miniſtros Eccleſiæ repudiari hæreditas ad favorem tertii per viam renunciationis, vel ceſſionis. Alii enim negant, latè apud de Franchis *deciſ. 14.* & de Luca *ibid. num. 6.* ubi Doctores alii affirmant, & alii diſtinguunt, quòd ſi fiat in diverſo actu, ac ſeparato, itaut primo Eccleſia acceptet hæreditatem, ac deindè renunciet; & id fieri non poſſe ſine beneplacito, quia cùm jam fuerint bona effecta de patrimonio Eccleſiæ, ſunt inalienabilia; ſi verò fiat unico Inſtrumento, & actu, etſi primò aditio, & acceptatio, ac deindè ceſſio, tunc non debet conſiderari momentanea illa acquiſitio facta non ad acquirendum, ſed potiùs ad cedendum tertiæ perſonæ, præſertim cùm Eccleſia receperit ab illo tertio aliquod emolumentum in hæreditate litigioſa, extricanda ſumptibus ceſſionarii, & ita diſtinctionem hanc docent Card. de Luca *diſc. 24. num. 5. de hæred. & de alienat. diſc. 1. num. 42. & 124.* latè Franch. *cit. deciſ. 14. num. 25. cum anteced. & ſubſequ.* ubi de Luca *num. 6.* Add. ad Buratt. *deciſ. 763. numer. 5. & 6.* Gratian. *diſcept. 568. in fine*, benè Rota *deciſ. 507. coram Puteo l. 2. in correctis, deciſ. 30. l. 2. part. 3. div.* Coccin. *dec. 1814. num. 25.* & facit Rota *dec. 7. num. 11. & 12. part. 8. recentior.*

83 Verùm contrarium videtur verius, quia vel fit in eodem actu, vel in diverſo, quotieſcumque aditio fiat per aliquem, ut dixi, miniſterio legis acquiritur jus in bonis hæreditariis, quæ fiunt de patrimonio Eccleſiæ, & intrat inalienabilitas; & licèt fiat ad actum renunciandi alteri, non exindè fit patrimonium Eccleſiæ, eoque magis, quia nequit cedi, niſi conſequenter priùs acquiſitum dicatur, & ita docent de Luca ad Franch. *cit. num. 7. & ſeqq.* Quaranta *cit. num. 43.* Tamburr. *de Jur. Abb. tom. 3. diſp. 13. quæſt. 2. num. 8.* Gratian. *deciſ. Marchia 17. num. 30.* ubi etſi in eodem Inſtrumento priùs fiat aditio, & deinde ceſſio, tamen admittit ſolùm, ſi fiat ceſſio tantùm, quæ etſi ſupponat aditionem, iſta eſt tacita inductio, quæ non importat acquiſitionem, benè Rota *deciſ. 7. num. 14. & 15. par. 8. recent.* ubi dummodò tamen agatur de diſpoſitione jam purificata; prout etiam dicendum de hæreditate jam delata, non autem de jure competituro, cùm non poſſit in competituris conſiderari jus quæſitum aditionis; quod autem recipiatur utilitas, cedendo hæreditatem alteri, hoc poſſet inducere rationem obtinendi beneplacitum Apoſtolicum, non tamen, ut non requiratur, cùm etiam valeat Eccleſia lædi in cedendo eam potiùs minori, quàm majori qualitate. Cæterùm, ſi ceſſio fiat ad favorem cohæredis, vel ſubſtituti, itaut potiùs dicatur abſtenſio, & repudiatio, tunc non videtur neceſſarium beneplacitum, ſecùs ad favorem tertii, quia hoc modo Eccleſia adiens, ſemper teneretur ad onera hæreditaria, & creditoribus hæreditatis, ut benè ratiocinantur de Luca *cit. numer. 9.* & eadem Rota *cit. deciſ. 7. num. 15. part. 8. recent.* & ſic non videtur poſſe Eccleſiam dictum actum ceſſionis, facto actu aditionis, etiam in eodem Inſtrumento, & ad effectum ceſſionis, emittere ſine beneplacito, & propoſito *in Sac. Congregatione Concilii dubio beneplaciti 5. Aprilis* 1704. An Capitulum indigeret beneplacito Apoſtolico in hujuſmodi tranſactione; & agebatur, quòd relicta hæreditate certæ perſonæ, ejuſque filiis, uſque ad quintam generationem, ac poſteà ſubſtituto Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Theatinæ cum onere Miſſarum; Capitulum volebat recipere certam quantitatem, ac refutare eodem actu dictam ſubſtitutionem. *Sac. Congregatio* dixit *affirmativè*, ſcilicet indigere beneplacito Apoſtolico, *& in cit. Arianen. Legatorum Piorum 13. Aprilis 1609. ad tertium* dixit: *Exprimendas eſſe caſus particulares, & in Sac. Congreg. Concilii*, ita vidi ſervatum, ut petatur beneplacitum; Excuſarem tamen à pœnis ita facientem ex opinione ſatis amplexa contraria, ſi concurrat evidens utilitas Eccleſiæ, ut ſupponunt ſequentes dictam opinionem.

84 Denique non omittendum, quòd etſi Prælatus poſſit in quærendis præjudicare Eccleſiæ, tamen peccat, ſi lucrum Eccleſiæ quærendum amittat, cùm debeat ſe gerere utì bonum Patremfamilias, aliàs tenetur ad damna, Quaranta *cit. num. 43.* Arias de Meſa *var. cap. 41. l. 2. numer. 25.* Barboſa *can. quicumque 12. quæſt. 4.* & datur reſtitutio in integrum Eccleſiæ, Card. de Luca *cit. diſc. 24. de hærede, & diſc. 1. de alien. cit. numer. 42.* poſſet tamen dari juſta cauſa, vel paupertas hæredum, ut egregiè fecit D. Auguſtinus *rel. in cit. can. quicumque*,

Add.

Digitized by Google

Add. *ad deciſ. 444. par. 4. rec. num. 52.* vel pro vitando ſcandalo, Galeſ. *cit. pag.* 168.

S E C T I O III.

De perſonis, quæ ſubjiciuntur prohibitioni hujus Bullæ quoad alienationem prohibitam rerum Eccleſiæ.

S U M M A R I U M.

1 *Hæc prohibitio Extravagantis Pauline non comprehendit perſonam Romani Pontificis; & an ipſe validè contrahat, uti privata perſona ſine ſolemnitatibus?*

2 *Contractus geſti ſub oculis Papæ non requirunt aliud beneplacitum.*

Cauſam conſenſus non ſupplet Papa; ſicut non ſupplet beneplacitum, ibid. & remiſſivè.

Si Papa concedat licentiam generalem alienandi ſine ſolemnitatibus, valebit alienatio abſque beneplatito, ibid.

3 *Cardinales comprehenduntur ſub hac prohibitione.*

Qnatenus diſpoſitio generalis Pontificia, complectitur eos, ibid.

Cardinales tenentur ad contributionem Seminariis faciendam, à Concilio demandatum, ibid.

Et ita ſervatur in praxi, ibid.

4 *Epiſcopi quoque ſubiciuntur prohibitioni hujus* Extravagantis, *ne valeant alienare bona ſuæ menſæ.*

Et juramentum præſtant in eorum aſſumptione, de non alienando, ibid.

5 *Hujus Juramenti vim aliqui extendunt etiam ad caſus alienationum à jure permiſſorum; & qua ratione?*

6 *Contrarium eſt verius, & videtur eſſe ſenſus S. Congregationis. Sed conſultius erit recurrere ad Summum Pontificem.*

7 *An poſſit Epiſcopus, non obſtante juramento, alienare ad favorem ſui Capituli; vel Eccleſiæ cujuſcumque, & loci religioſi? & n. ſeq.*

Quòd poſſit alienare non ultra ſummam centeſimæ partis fructum menſæ? ibid.

Quid tenendum? ibid.

Adducitur reſolutio S. Congregationis, ibid. & n. ſeq.

8 *Referuntur aliæ reſolutiones Sacræ Congregationis.*

9 *Pro diſtractione bonorum Menſæ ad favorem Seminarii paſſim petuntur beneplacita à S. Cong.*

Fuit conceſſum beneplacitum pro alienandis certis domibus Menſæ, ut ex pretio conſtruerentur Carceres Epiſcopales, ib.

10 *Fuit petitum, & conceſſum beneplacitum Apoſtolicum Epiſcopo Curitnſi alienandi bona menſæ, & qua cauthela, ubi de alienatione Senatus hæretico.*

Archiepiſcopo Pariſienſi fuit conceſſum petitum ab eo beneplacitum pro alienandis quibuſdam bonis Menſæ Archiepiſcopalis, etiam juriſdictionem laicalem habentibus, ibid.

11 *Et debet exprimi Papæ, agi de bonis Menſæ, & ſolet executio beneplaciti à S. Congregatione committi dignitatibus ejuſdem Capituli, vel audito Capitulo, ibid.*

12 *Nec permutatio bonorum Menſæ permittitur ſine beneplacito.*

Quomodo valeant, vel ne permutari bona Menſæ communis ſine beneplacito Apoſtolico, vel aſſignari eorum vita inter Beneficiatos, ſeù Canonicos ejus Eccleſiæ, & n. 16. & ſeq.

Quid inter Abbatem Commendatarium, & Monachos? ibid.

Seù inter Abbatem Clauſtralem, & Monachos Monaſterii, ibid.

13 *Nec poteſt Epiſcopus bona unius Eccleſiæ alteri pauperi dare.*

14 *Aut bona Seminarii pro erectione Canonicatuum.*

15 *Omnes Eccleſiæ tàm Sæculares, quàm Regulares comprehenduntur ſub hac prohibitione.*

Tàm ſi alienatio fiat favore Laicorum, quàm inter ipſas. Et quæ ſit ratio? ib.

Etiam de jure communi ſolemnitas requiritur inter duas Eccleſias, ibid.

16 *Canonici Cathedralis Eccleſiæ, & Beneficiati quicumque complectuntur ſub prohibitione, etiam pro mutuis alienationibus, & n. 18.*

17 *Nequit Beneficiatus concedere Eccleſiæ Sæcularis uſum Regularibus.*

18 *Neque Canonicus alienare omnes fructus Canonicatus; vel ad vitam locare ſine beneplacito.*

Referuntur reſolutiones Sac. Congregationis, ibidem.

Concurrente quodam decreto antiquo Epiſcopi, & obſervantia, Sac. Congregatio excuſavit à pœnis, ibid.

19 *Capitula, etiam Patriarchalium Urbis, petunt beneplacita pro alienationibus bonorum.*

Fuit conceſſum Capitulo Montis Regalis, pro erigenda Collegiata, non autem pro indulto Capparum.

20 *Nec poteſt fieri aſſignatio bonorum Cappellanis pro ſatisfactione oneris Miſſarum injuncti.*

Niſi adſit præceptum Teſtatoris, ib.

21 *Regulares quoque complectitur hæc prohibitio.*

Hi obtinuerant privilegia alienandi certis ſolemnitatibus, vel incerta quantitate; quæ fuerunt ſublata ab Urbano VIII. ib. & remiſſivè.

Etiam inter Monaſteria ejuſdem Inſtituti viget hæc prohibitio; Ac quoque pro obligatione oneris Miſſarum. Et adducuntur decreta S. Cong.

22 *Regularis profeſſus, qui renunciationem fecerat abſque beneplacito, declaratus fuit à S. Congregatione lapſus in cenſuras, & pœnas.*

23 *Non licet, nedum cenſuario nomine, ſed neque mutuo recipere pecuniam.*

Et ſemper requiritur conſenſus Monaſterii capitulariter præſtandus.

24 *Regulares, qui ex Inſtituto nequeunt retinere bona immobilia; ſed tantùm acquirere ad effectum vendendi, excipiuntur.*

Niſi ſint bona, quæ retinere poſſunt, vel ratione Sacriſtiæ, vel onerum Miſſarum, ibid.

25 *Moniales ſubduntur prohibitioni. Et Conſervatoria auctoritate Ordinarii erecta.*

26 *Loca pia, quæ ſubiiciuntur prohibitioni hujus Conſtitutionis?*

Diſtinguitur inter loca merè laicalia, & Eccleſiaſtica erecta auctoritate Ordinarii, ibid.

27 *Loca Eccleſiaſtica, ſcilicèt erecta auctoritate Ordinarii ſubiiciuntur; ſecùs ſi non ſint talia, & n. anteced.*

28 *Seminaria erecta ad præſcriptum Tridentini ſunt loca Eccleſiaſtica, ejuſque bona nequeunt alienari ſine beneplacito.*

Secùs Collegia Puerorum, ſeu Alumnorum erecta abſque auctoritate Ordinarii. Ut de Collegio Ghislerio cenſuit Rota, ibid.

29 *Confraternitates quoque, ſi ſint Eccleſiaſticæ comprehenduntur, non autem ſi Laicales.*

30 *Confraternitates reputantur Eccleſiaſticæ; nam vigore Conſtitutionum Apoſtolicarum, nequeunt erigi, niſi auctoritate Ordinarii; & n. 33. in fin.*

Solentque habere Eccleſiam publicam, aliaque argumenta veræ qualitatis Eccleſiaſticæ referuntur.

Et requiritur beneplacitum in ceſſione bonorum Confraternitatis etiam in favorem alterius Eccleſiæ, & in cæteris alienationibus.

31 *Hoſpitalia, Montes, & hujuſmodi, ſi ſint erecta auctoritate Eccleſiaſtica, comprehenduntur; ſecùs ſi hac qualitate deſtituantur.*

Unde Collegia Artificum, & Univerſitates Profeſſorum,

Digitized by Google

ſorum, cùm non ſint loca Eccleſiaſtica, non ſubiiciuntur, quamvis habeant Capellam pro eorum uſu.

Et Romæ ſunt ſubjecta Senatori, ibid.

Mons Miſericordiæ Civitatis Neapolis petiit beneplacitum in S. Congr. Concilii, ibid.

32 *Et quid de Oratoriis exiſtentibus in Eccleſiis Regularium, quæ eriguntur auctoritate Eccleſiaſtica?*

33 *In hujuſmodi erectionibus, auctoritas Eccleſiaſtica debet intercedere ſuper re principali, nempè Eccleſia, Collegio, &c. ſecus ſi tantùm inibi permitterentur divina Officia.*

Licèt Epiſcopus haberet jus viſitandi, etiam hæc loca non Eccleſiaſtica, ex Tridentino, ib.

34 *Et in dubio erectionis Eccleſiaſticæ recurrendum ad indicia, & conjecturas. Et quæ ſint? ibid.*

Solutio Decimarum Papalium eſt ſignum qualitatis Eccleſiaſticæ. Aliaque referuntur ad hanc qualitatem Eccleſiaſticam probandam, vel excludendum, ibid.

35 *Conſuetudo non poſſet ſuffragari, ad eliminandam beneplaciti neceſſitatem, ab hac Conſtitutione inductam, quæ omnia loca Eccleſiaſtica comprehendit,*

Decretum irritans, & clauſula ſublata, inſerta in hac Conſtitutione, aliiſque, enervant, ac tollunt omnem contrariam conſuetudinem, ib.

36 *Et contractus geſti abſque beneplacito ſunt irriti, etiam ignorantia intercedente; quidquid ſit de pœnis.*

37 *Fuit improbata conſuetudo, quæ in Archiepiſcopatu Mediolanenſi vigebat, perficiendi alienationes cum ſolo beneplacito Archiepiſcopi.*

38 *Referuntur aliqui DD. qui cenſent eſſe ſpectandum uſum Regionis, & Bullæ publicationem, ibid.*

Tamen S. Congregatio Concilii datis literis Archiepiſcopo Mediolanenſi, quæ referuntur per extenſum, eam conſuetudinem rejecit; ac confirmavit deindè reſolutionem, ibid.

39 *Quotieſcumque agitur de Conſtitutione Pontificia promulgata; & inſerta inter Extravagantes, debet præſumi receptio, & obſervantia, niſi contrarium probetur ab allegante, cum ſcientia Papæ, & patientia, & n. ſeq.*

Nec Rota approbat aſſertionem Mohedani, dicentis probandum eſſe uſum hujus Extravagantis, ibid.

Etiam ante dictam reſolutionem S. Congregationis, fuerunt obtenta beneplacita Apoſtolica pro Diœceſi Mediolanenſi, ibid.

40 *Non uſus hujus Extravagantis poſſet forſan excuſare à pœnis, ſecus à nullitate actus, quæ non dicitur pœna; ut idem dicendum ignorantia intercedente.*

41 *Conſtitutio Papalis non indiget conſenſu Populi; ſed ſufficit promulgatio legitimè facta.*

42 *Et cùm hæc Conſtitutio ſit reducta ad jus commune, nequit dici, eam non eſſe ubique receptam.*

43 *Idem dicendum quoad alienationes Regularium, vigore decreti ſub Urbano VIII. emanati; quod eſt ſtrictius interpretandum. Et quare?*

44 *Et petuntur beneplacita Apoſtolica pro alienationibus ubicumque faciendis; etiam extra Italiam, in Sicilia, & Inſulis adjacentibus, Germania, Hiſpania, Luſitania, & alibi.*

45 *Imò Nunciis iſtorum Regnorum elargitur facultas concedendi beneplacita uſque ad certam ſummam.*

46 *Etiam ab Indiis petuntur beneplacita. Et idem de Flandria, Polonia, imò Gallia, & Eccleſiis Nationalibus in Urbe exiſtentibus.*

47 *Revocata dicuntur privilegia, ſi quæ habebant aliqua Eccleſia, vel Collegia.*

Privilegia Regularium fuerunt abrogata, etiam per decretum ſub Urban. VIII. emanatum, ibid. & remiſſivè.

DEſcendendo ad perſonas, ſeu loca, quæ ſub pro- 1
hibitione hujus Conſtitutionis, de non alienandis bonis Eccleſiæ complectuntur, primò erit ſermo de Romano Pontifice; & non comprehendi ipſum certum eſt, ut latè dixi *tom. 3. Conſt. 6. Gregorii IX.* itaut validus ſit contractus ab ipſo geſtus, etſi contrahat, utì perſona privata; & an peccet, ſi id agat ſine utilitate Eccleſiæ, egi ibi: prout de ſolemnitatibus ſervandis per Romanum Pontificem in alienatione rerum patrimonialium, ſeù Juriſdictionalium Eccleſiæ
Romanæ. Imò contractus geſti ſub oculis Papæ non 2
requirunt aliud beneplacitum, Abb. *conſ.* 41. *numer.* 3. *verſic. omnis ſolemnitas lib.* 1. Decius *conſ.* 341. *numer.* 12. *verſ. & quando*, Pariſ. *conſ.* 24. *num.* 4. *lib.* 4. Gratian. *diſcept.* 473. *num.* 19. Frances *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 10. *num.* 11. Anſald. *deciſ.* 68. *num.* 19. Riccius *in Collectar. par. 7. collect.* 3054. *fol.* 176. *verſ. in alienatione rei Eccleſiæ col.* 1. *ubi deciſ.* Rotæ, *& par.* 1. *reſol. de alien. rer. Eccleſ. cit. reſol.* 34. Capycius *deciſ.* 16. Seraphin. *deciſ.* 1307. *num.* 1. *& in Ferrarien. Decimarum ſuper Jure univerſali decimandi 8. Junii 1696. §. comprobatam coram Urſino, & in Romana Cenſus 14. Februarii 1689. §. minus cor. Hervault*, ubi de impoſitione Cenſus facta ab inſigni Collegio Præſepis in Baſilica Sanctæ Mariæ Majoris, de mandato ipſius Pontificis abſque expeditione beneplaciti Apoſtolici; ſolumque cauſam talis conſenſus non ſupplet, ut notat Riccius *cit. in fin.* prout eam non ſupplet beneplacitum expeditum, ut dixi *tom. 1. pag.* 88. *num.* 65. ita ſi Papa concedat licentiam generalem alienandi ſine ſolemnitatibus, valebit alienatio abſque alio beneplacito, Gratian. *diſcept.* 415. *n.* 23. Rota *dec.* 375. *n.* 20. *& ſeq. par.* 13. *rec.*

Quoad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales cer- 3
tum eſt, eos comprehendi ſub hac prohibitione, cùm omnis ordinatio Pontificia generalis, quæ non ſit odioſa odio irrationabili, contineat eos, Archid. Jo. And. & alii *in cap. nemo 15. de elect. in 6.* Pariſ. *de reſign. l. 11. qu. 4. num. 6.* Belencin. *de charit. ſubdit. qu.* 66. relicta opinione Anchar. & Romani, prout docent Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 8. num. 85. & ſeq.* Duran. *dec. 67. num. 7. & ſeq.* & plenè Rota *deciſ. 257. ferè per tot. coram ſan. mem. Alexandro VIII.* & etiam videtur in contributione facienda Seminariis impoſita à Tridentino, ut ſubdantur Cardinales, quod notat *cit. deciſ. cor. ſan. mem. Alexandro VIII.* ac noviſſimè declaratum fuit per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum BENEDICTUM XIII. in Conſtitutione edita in Concilio Romano. Ac in terminis Commendatariorum, quòd ſubiiciantur prohibitioni hujus *Extravagantis*, Ricc. *cit. par. 1. reſol.* 75. Rota *dec. 597. in noviſſ. recoll. per Farinacc.* Ac videmus in praxi quotidiè ſervari in contractibus, qui fiunt à Cardinalibus Commendatariis de rebus, & bonis eorum Titulorum, & Commendarum, ac Beneficiorum.

Quoad Epiſcopos, certum quoque eſt comprehen- 4
di ſub iſta prohibitione non alienandi bona ſuæ Menſæ, cùm hæc Bulla ſit generalibus verbis concepta, & ſit omnes comprehendit, & eo magis, quia Epiſcopi jurant in eorum aſſumptionibus ad Eccleſias, ut in *form. in Pontif. Rom. tit. de Conſecrat. Electi in Epiſcopum* ibi: *Poſſeſſiones verò ad Menſam pertinentes non vendam, nec donabo, non pignorabo, nec de novo infeudabo, nec aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli Eccleſiæ, inconſulto Romano Pontifice, & ſi ad aliquam alienationem devenero, pœnas in quadam ſuper hoc edita Conſtitutione conten-
tas eo ipſo incurrere volo*. Ex vi cujus Juramenti ali- 5
qui volunt, nec eſſe permiſſum Epiſcopo in caſibus à Jure conceſſis, bona Eccleſiæ alienare ſine beneplacito Papæ, ut eſt, non ultra centeſimam partem fructuum ad favorem loci Religioſi donare, *cap. Apoſtolica de donat.* & in aliis caſibus, Navar. *de alienat. rer. Eccleſiæ nu. 11. & ſeqq.* Laym. *theol. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 10. nu. 9.* Pyrhingh. *in 3. decretal. tit. 13. ſect. 3. §. 7. num. 57. latè* Paſſerin. *de ſtatu hom. tom. 1.*
quæſt. 185. art. 7. nu. 306. præſertim ea ratione, quia 6
aliàs

Digitized by Google

aliàs eſſet fruſtratorium tale Juramentum; cùm in caſi-
bus à Jure non permiſſis cautum ſit per hanc *Pauli-
nam Conſtitutionem*. Sed contrarium docent Ricc. *cit.
par. 1. reſol.* 40. *Imola conſ.* 65. *n.* 36. Boicol. *poſt diſc.*
Card. de Luca *de Feud. in contr. feud. artic.* 4. *nu.* 49.
Turricell. *de alien. rer. Eccl. cap.* 15. *num.* 79. Gonzal.
in cap. Ut ſuper in fine de reb. Eccleſ. alienan. vel non,
& ſi poſſit Epiſcopus alienare juxta *can. Terrulas*.
Rota *deciſ.* 756. *num.* 4. *par.* 1. *diverſor.*

Certè tamen opinio ſecunda videtur verior, ſed tu-
tior prima. Verior, quia juramentum addit quidem
vinculum majus perjurii in caſu inobſervantiæ, ſed non
alterat diſpoſitionem; & videtur eſſe remiſſivè ad Con-
ſtitutiones prohibentes alienationem prædictam, ut ex
verbis juramenti relatis, & ſic non comprehendere ca-
ſus, qui in Conſtitutionibus expreſſè reſervantur, qui-
quæ permittuntur à Jure fieri poſſe. Hinc *S. Congr.
Concilii in Boven.* 12. *Aprilis* 1698. *in reſponſione ad
poſtulatum primum in Viſitatione SS. Liminum reſcri-
pſit. Quoad conceſſionem bonorum Epiſcopalis Menſæ
ad meliorandum, vel Emphyteuſim, quatenus valor di-
ctorum bonorum excedit ſcut.* 25. *aurea, non poſſe per
dictum Epiſcopum fieri, inconſulta Sede Apoſtolica*;
& ſic videtur approbaſſe, & ſuppoſuiſſe facultatem ci-
tra ſummam ſcutorum viginti quinque auri à Jure
permiſſam tamquàm modicam juxta *Canonem Terru-
las*. Tutiùs ergo erit in hac re recurrere ad Papam,
tum quia cum beneplacito iſtius, opus non eſt aliis
ſolemnitatibus Juris, cùm illius beneplacitum eas ſup-
pleat; tum quia in hoc caſu Epiſcopi, concurrit Ju-
ramentum ſupradictum, & opinio aliquorum addu-
cta, & ſic eſt tutior via tenenda, ut monet *Cœleſti-
nus Papa III. cap. Ut ſuper ubi gloſ. ver. conſultius
de reb. Eccl. non alien.* & in dubiis tutior pars eſt
eligenda, *cap.* 3. *de ſponſal.* præſertim ſi actus ſit in
fieri.

7 Sed numquid Epiſcopus poſſit ad favorem Capituli
ſuæ Eccleſiæ donare, & alienare ſine beneplacito Apo-
ſtolico, in qualibet etiam ſumma, bona ſuæ Menſæ?
Et videtur poſſe: cùm etenim ex jure valeat donare
cuicumque Eccleſiæ uſque ad centeſimam partem fru-
ctuum ſuæ Menſæ, eo magis id poterit ad favorem
Capituli ſuæ Eccleſiæ, cum qua facit unum Corpus,
cap. Ut ſuper de reb. Eccl. non alien. cap. requiſiti 15.
de teſtam. ubi Abb. *num.* 28. Oldrad. *conſ.* 182. *verſ. &
ſicut*, Turricel. *de reb. Eccl. non alien. cap.* 15. *num.* 77.
& ſeqq. Boicul. *in controv. Feud. art.* 4. *numer.* 49. poſt
Card. de Luca *de feud.* Corrad. *in prax. diſp. lib.* 9. *cap.*
10. *num.* 12. *& ſeq.* Rota *cit. deciſ.* 756. *num.* 4. *& ſeq.
par.* 1. *div.* ac innui *tom.* 4. *pag.* 189. *num.* 39. Tamen
contrarium eſt dicendum; ut tàm ultrà, quàm intra
ſummam centeſimæ partis fructuum Menſæ, non poſ-
ſint Epiſcopi donare, ac alienare ad favorem Capi-
tuli; nam poſt ſeparationem menſarum Capituli, &
Epiſcopi, haberi debent pro duobus Corporibus quo-
ad bona ſingulis obventa, itaut promiſcuitas ejuſdem
corporis ceſſaverit, ut dixi *cit. tom.* 1. *pag.* 80. *num.* 7.
& ita in praxi ſervari docet Corrad. *cit. num.* 12. §.
his tamen, quòd requiratur Beneplacitum Apoſtolicum,
ut præſertim afficiantur Epiſcopi ſucceſſores in tali alie-
natione, vel ſolutione annuæ quantitatis, Paſſerin.
cit. art. 7. *num.* 381. Abb. *cap. ſicut num.* 4. *de Jurejuran.*
Redoan. *citat. quæſt.* 51. *cap.* 18. *num.* 19. *verſ. contra-
rium*, Rota *deciſ.* 561. *numer.* 8. *part.* 5. *tom.* 2. *recent.*

8 Unde cùm Epiſcopus Liparitanus obtinuerit à Sac. Con-
gregatione Concilii facultatem imponendi onus ſuæ
Menſæ, ſolvendi annua ſcuta octingenta ſeptuaginta
ſex, Capitulo ſuæ Eccleſiæ pro diſtributionibus quo-
tidianis, quibus carebat, *ſub die* 18. *Septembris* 1683.
quia viſum fuit juſtam cauſam concurrere, ob caren-
tiam præbendarum, & maſſæ diſtributionum; Cum-
que gravis expenſa requireretur pro expeditione Bul-
læ; Epiſcopus ad evitandam expeditionem proponi cu-
ravit in dicta Congregatione, *in Liparen.* 5. *Martii*
1689. Dubium, *An potuerit applicationem illam fa-
cere ſine Beneplacito Apoſtolico*, quæ reſcripſit *Nega-
tivè*, & retuli etiam *tom.* 4. *pag.* 189. *num.* 39. *& in
Strigonienſi* 17. *Decembris* 1718. ſupplicavit Cardina-
lis Archiepiſcopus Strigonienſis Sac. Congregationi
Concilii pro beneplacito, ut ex redditibus menſæ
Archiepiſcopalis aſcendentibus ad annuos viginti mille
florenos Rhenenſes, permitteretur aſſignari mille flo-
renos annuos ſolvendos ab Archiepiſcopo pro tempore
Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ, cum lege, ut Ca-
nonici celebrarent quaſdam Miſſas ſolemnes quolibet
anno pro Domo Auſtriaca, & in ſuffragium animæ,
ex eo quòd Sacra Cœſarea Majeſtas Imperatoris di-
ploma conceſſerat, ut Archiepiſcopus Strigonienſis
uteretur titulo, & dignitate Principis Sacri Roma-
ni Imperii, & Sacra Congregatio reſcripſit, *Ad
mentem*, quæ fuit pro conceſſione beneplaciti cum
certis modis, & in *Tropien.* cùm Epiſcopus conceſ-
ſiſſet in emphyteuſim perpetuam Domum ſuæ menſæ
pro Canone ducatorum quinque, *S. Congr. Concil. die*
21. *Febr.* 1671. cenſuit; *Non ſuſtineri, nec confirman-
dam*; prout in applicatione, ſeu diſtractione bonorum
menſæ ad favorem Seminarii paſſim petuntur Benepla-
cita à Sac. Congreg., & in una *Viterbien.* 28. *Julii* 9
1657. *in Viſitatione Sacrorum Liminum, Sac. Congre-
gatio Concilii* Cenſuit *requiri*; ac conceſſiſſe Bene-
placitum Epiſcopo alienandi certas Domos menſæ, ut
ex pretio carceres Epiſcopales ædificarentur; & cum
fuiſſet in pignus datum ab Epiſcopo Curienſi apud
Rhætos quoddam Jus exigendi certam pecuniam à
tranſeuntibus quendam pontem Senatui hæretico pro
ſumma florenorum quindecim mille, cum pacto re-
dimendi, & nunquam ob paupertatem Menſæ re-
demptum: inſtetit Epiſcopus pro facultate liberandi
dictum Jus à redemptione conventa recepto pretio
aliorum Florenorum ſex mille, & quincentum, &
ſub die 8. *Jun.* 1725. in Sacra Congregatione Epiſ-
coporum me Ponente fuit reſcriptum, *Nuncio Apo-* 10
ſtolico Helvetiorum pro Informatione, ſi eſſet præju-
diciale, ut res irrevocabiliter cederetur hæreticis,
cum Inſtructione circa plura, ut cautè procederetur;
& habita relatione *Congregatio die* 16. *Novembris*
1725., conceſſit beneplacitum Nuntio in forma com-
miſſaria, itaut pretium inveſtiatur, *& in Pariſien.* 30.
Septembris 1702. poſtulante Eminentiſſimo Archiepiſ-
copo pro Beneplacito alienandi quædam bona men-
ſæ Archiepiſcopalis Pariſienſis, etiam juriſdictionem
Laicalem habentia, ex juſtis, ac utilibus motivis,
fuit conceſſum per literas Apoſtolicas directas Nun-
tio Apoſtolico Pariſienſi, ut veris exiſtentibus narra-
tis, ac conſtito de evidenti utilitate menſæ, dictam
alienationem fieri, licentiam impartiatur, ita tamen,
ut pecunia inveſtiatur in bonis ſtabilibus, non autem
in Cenſibus, ſeu annuis redditibus; ac debet expri- 11
mi Papæ agi de bonis Menſæ, quia expedit, ut à
Papa id ſciatur, ne depauperentur menſæ Epiſcopo-
rum, quidquid dicat Ricc. *cit. reſol.* 59. & in appro-
batione, & alienatione bonorum menſæ debet audiri
Capitulum, ut innui *cit. tom.* 1. *pag.* 80. *nu.* 9. & ſolet
per Sac. Congreg. committi executio Beneplaciti Di-
gnitatibus ejuſdem Capituli, vel audito Capitulo, id-
que ex nativo jure, ac communione antiqua Capituli
in bonis Epiſcopalibus, ac etiam quia convenit illi, ut
menſa Epiſcopalis non depauperetur, & ſic debet audi-
ri, ut opponere poſſit quæcumque judicaverit oppo-
nenda, ne actus fiat.

Ita nec permutatio bonorum Menſæ Epiſcopalis per- 12
mittitur ſine beneplacito, etſi fiat cum Menſa Capi-
tulari, vel præbendis Canonicorum, qui habere de-
bent bona ſeparati corporis, ſicuti an requiratur in
permutatione, & diviſione bonorum inter Canonicos,
ſeu beneficiatos, poſſet inquiri; & videtur non eſſe
neceſſarium beneplacitum, quia id eſt inductum,
quando bona abdicantur ab Eccleſia, etiam ſi in aliam
Eccleſiam, non autem inter miniſtros ejuſdem Eccle-
ſiæ, quia non abdicantur ab eadem Eccleſia, ad quam
nil refert, ut unus, vel alter ex ejus inſervientibus
magis participet, & facit Card. de Luca *de Canon.
diſc.* 32. *num.* 19. *& diſc.* 334. *in ſuppl.* ubi agebatur
de communione peracta inter Canonicos ſuper præ-
bendis

bendis aliàs in æqualibus, cum reductione ad maſſam communem, ut omnium ſit æqualitas: & pro diviſione bonorum prædictorum abſque beneplaciti Apoſtolici neceſſitate, faciunt tradita per Redoan. *de reb. Eccl. non alien. qu. 2. cap. 6. n. 14. & ſeq. & cap. 35. n. 4. ad finem, & num. 5.* cùm nemo teneatur ſtare in communione, Redoan. *loc. cit. qu. 11. n.* 18. Sicuti valida poſſet dici permutatio, ſeu diviſio bonorum facta inter Abbatem, & Conventum, Navar. *conſ. 9. num. 1. de reb. Eccl. non alienan.* ubi non incidiſſe in pœnas, & cenſuras ſic agentes, qui uſi fuerint hac diviſione per plures annos. Verùm diſtinguendum eſt, quòd ſi fiat diviſio, ſeu permutatio inter Clericos, ſeu Canonicos ejuſdem Eccleſiæ, tempore eorum, qui conſentiunt, valet ſine beneplacito, præſertim ſi intervenerit decretum Epiſcopi, & juramentum; ſecùs autem, quoad ſucceſſores, qui tenerentur ſtare, ſi beneplacitum adfuerit; ſecùs non interveniente beneplacito; & ita declarat idem Navar. *verſ. & confirmatio Papæ*, qui loquitur etiam, ut revocari in primo caſu poſſit per eumdem contrahentem. Sed haberem difficultatem, ſi adſit juramentum; vel procedit Navarr. quoad Abbatem Monaſterii dividentem bona cùm Monachis illius; & ſic poſſet idem Abbas revocare dictum actum, non faciendum ſine auctoritate Papæ, ex natura Superioris Regularis, iſti non permiſſum, ex infra dicendis; & quòd requiratur beneplacitum etiam in alienatione inter perſonas ejuſdem Eccleſiæ, Rota *deciſ. 561. numer. 8. & 9.* ubi alii cumulantur *par. 5. tom. 2. rec. & deciſ. 234. num. 20. par. 12.* ubi agitur de ſucceſſore; & in terminis Epiſcopi cum Canonicis ſuæ Eccleſiæ, dixi ſupra *n. 8. & Sacra Congregatio Epiſcoporum me Ponente in Auximana 17. Auguſti* 1725.
12 propoſitis dubiis. An diviſio bonorum de quibus agitur ſuſtineatur. Secundò. An permutatio ſuſtineatur. Reſpondit, *Negativè ad utrumque*; & agebatur de diviſione bonorum facta à Capellanis anteceſſoribus ſine beneplacito, & de permutatione peracta bonorum, ſuæ Capellaniæ obventorum in diviſione cum bonis cujuſdam laici. Verum tamen eſt, quòd faciliùs conceditur beneplacitum, ſi agatur inter perſonas ejuſdem Eccleſiæ, quàm in favorem alicujus extra gremium illius, vel laici, Corrad. *citat. num. 8. & ſeqq.* & quoad Abbatem cum Monachis Monaſterii, non debere concedi beneplacitum, nec ſervari diviſionem, quia eſt contra Regulam Sancti Benedicti, ut debeant bona eſſe in communi, & Navar. proindè ſolùm excuſat à pœna, & cenſuris ob ſervatam hujuſmodi diviſionem per plures annos, & benè à Fagnan. *cap. edoceri num. 1. §. aut Monaſterium de reſcript.* improbatur talis diviſio ex dicta ratione regulæ, & paupertatis Voti Abbatis, & Monachorum, qui conſtituunt unum corpus. Abbas enim eſt caput, & Monachi membra, & non licet à capite membra recedere; & pluries Sacram Congregationem Conſiſtorialem, refert, improbaſſe hujuſmodi diviſiones Menſæ Abbatialis à Conventuali, præſertim in *Cracovien. Ordinis Ciſtercienſium Monaſterii Caprinnicenſis 16. Maii* 1652. Verùm, ſi non agatur de Abbate Conventuali, ſed Commendatario, approbatur iſta diviſio, quia eſt conformis *Conſtitut. 18. Gregorii XIII. incip. Superna*, in qua demandatur ſeparatio Menſæ Conventualis ab Abbatiali, Fagnan. *cit. loco §. primo*.

13 Nec poteſt Epiſcopus bona unius Eccleſiæ alteri pauperi dare, *Sac. Congregatio Concilii in Viſitatione SS. Liminum Epiſcopi Carthaginenſis 11. Junii* 1712.
14 *ad primum*. Nec bona Seminarii pro erectione Canonicatuum, ut in *Nicoteren. 10. Julii* 1706. propoſito dubio. An erectio ſex Canonicatuum cum applicatione facta ab Epiſcopo capitalis ſcutorum 800. ex fructibus delatis Seminario, ſuſtineatur, & quatenus negativè. Secundò. An dictum Capitale ſit reſtituendum Seminario. Tertiò. An poſita dicta nullitate erectionis, ſit convalidanda erectio Canonicatuum, ſaltem Theologalis, & Pœnitentiarii, applicando eiſdem annuos ducatos 40. qui ſolvuntur à Menſa Epiſcopali tribus Beneficiatis cum iiſdem oneribus. Reſpondit. *Ad primum Negativè. Ad ſecundum Affirmativè. Ad tertium. Utatur jure ſuo ad formam Concilii.*

Quod rursùs ſupradictum fuit, ut Epiſcopus poſſit citra centeſimam partem fructuum ſuæ Menſæ donare Eccleſiæ; quidquid ſit de jure; *poſt hanc Extravagantem*, & juramentum præſtitum per Epiſcopos verbis generalibus, ſupra adductum, illud non habet locum. Et in permutatione beneficii Sæcularis cum Regulari, itaut Sæculare fiat Regulare, & è contra, affirmant poſſe Gratian. *diſcept. 473. num. 4.* Lotter. *de re benef. l. 1. quæſt. 34. nu. 49.* Corrad. *in prax. benef. l. 1. cap. 6. num. 325.* Sed negant alii, quia mutatio ſtatus eſt alienationis ſpecies, latè de Luca ad Gratian. *n. 2. 6. & 7. ac per tot.* qui citat Card. de Luca, licèt erroneo loco; ſed eſt *diſc. 64. de Regul.* in una *Surrentina* in conceſſione facta PP. Theatinis per Archiepiſcopum Eccleſiæ S. Antonini beneficii Sæcularis, quæ fuerat conceſſa ad uſum non immutato ſtatu Sæculari; ſed Card. de Luca, negat requiri beneplacitum præſcriptum in *Extravagan.* atque admittit ſolemnitates juris communis, & cauſam juſtam, *n. 9. & 10. ſed de Juriſdict. diſc. 30. nu. 7.* ait requiri beneplacitum, licèt *in fin.* addiderit, *vel ſaltem conſenſum Capituli*. Verùm Cardinalis de Schrattempach Vir Pius, ac prudens, ſupplicavit Sac. Congregationi Epiſcoporum, & Regularium, pro conceſſione beneplaciti ſuper quadam permutatione Beneficii Parochialis Regularis Ordinis Præmonſtratenſium, cum alia Parochiali Sæculari in eadem Diœceſi Olomucenſi, cujus dictus Cardinalis eſt Epiſcopus, etſi aſſerebat in Germania fieri ſolere Epiſcoporum auctoritate, & *Sacra Congregatio die 8. Junii* 1725. *me Ponente in una Præmonſtratenſium* reſcripſit: *Pro gratia Eminentiſſimo Epiſcopo in forma Commiſſaria, facto verbo cum Sanctiſſimo*, prout executum fuit. Agitur enim in dicto caſu de mutatione ſtatus in præjudicium Epiſcopi, & Datariæ pro collatione beneficiorum, quod jus à ſe nequit Epiſcopus abdicare, in præjudicium Succeſſorum, ut latiùs aliis adductis dixerunt, uterque de *Luca* citati.

Comprehenduntur rursùs ſub prohibitione hujus 15
Bullæ omnes Eccleſiæ, tàm Sæculares, quàm Regulares, uti Loca Sacra, & Eccleſiaſtica; ac talis prohibitio, nedum eſt ſi alienatio fiat in Laicum, ſed etiam inter ipſas Eccleſias, quia etſi *Paulina* hæc loquatur de alienatione rerum Eccleſiæ, in profanos uſus applicandarum, quod non verificatur, ſi alienentur in favorem Eccleſiæ, tamen Bulla exprimit etiam detrimentum Eccleſiarum, & Cultus Divini; quæ verificantur in qualibet Eccleſia per ſe, ut notat Oſtien. *in cap. 2. de reb. Eccleſiæ non alienan. in 6.* Jo: Andr. *num.* 2. Hinc etiam de jure communi ſolemnitas requiritur inter duas Eccleſias, Rota *deciſ. 299. nu. 7. cor. Dunoz. Sen.* Card. de Luca *de alienat. prohib. diſc. 54. num. 8. & ſeq. & de Can. diſc. 30. nu. 17. & 19. diſc. 5. de præminen. numer. 8.* Urceol. *de tranſact. qu. 23. num. 6. & ſeq.* Rota *deciſ. 525. num. 20. cor. Bichio, deciſ. 234. n. 12. p. 12. rec. & in Ferrarien. Domorum 11. Aprilis 1707. cor. Lancetta, & deciſ. 231. n. 7. deciſ. 474. par. 13.* quidquid videatur innuiſſe Rota *dec. 10. num. 12. & deciſ. 209. num. 7.* & dixi *tom. 4. pag. 188. nu. 34.*

Sic quoque comprehenduntur omnes Cathedralis 16
Canonici, Beneficiati quicumque, qui poſſident bona Eccleſiæ, ut eſt inconcuſſum; etiam inter ipſos, ut dixi *cit. loco numer.* 35. Unde non poſſe Beneficiatum
concedere Eccleſiæ uſum Regularibus, *Sac. Congrega-* 17
tio Concilii in Neapolitana 22. Septembris 1668. nec
Canonicum alienare omnes fructus Canonicatus, 18
Patavina donationis 2. Junii 1674. nec pro ejus vita locare ſine beneplacito Apoſtolico; nam ad vitam alienatio eſt prohibita, ſivè Laicis, ſivè inter perſonas ejuſdem Eccleſiæ, Turricel. *de alien. rer. Eccleſiarum cap. 8. num. 11. & 12. & cap. 27. numer. 36.*

45. &

Digitized by Google

43. & 47. Rot. *deciſ.* 3. *num.* 31. *part.* 7. *rec.* quidquid dicat Card. de Luca *diſc.* 53. *de alien. in ſupplemento*, Hinc Sac. Congregatio Concilii *in Aſten. Statutorum* 26. *Junii* 1688. propoſitis dubiis. An Domus Clauſtrales Canonicorum potuerint, & poſſint abſque beneplacito Apoſtolico concedi, ſeu alienari ad vitam, & quatenus affirmativè. Secundò, An in hujuſmodi conceſſione, ſeu alienatione poſſit etiam abſque beneplacito tribui facultas, cui facta fuit conceſſio, ſeu alienatio hujuſmodi, ut ipſe etiam ſi ſit infirmus, dummodò per alios viginta dies quoque ſupervivat, poſſit dictas Domus ſibi conceſſas, vel alienatas concedere, vel alienare, etiam ad vitam favore alterius, cenſuit *ad primum, & ſecundum negativè, & pro præterito conſulat conſcientiæ ſuæ*; quia aderat contraria opinio DD. & concurrebat obſervantia immemorabilis, quam Sac. Congregatio non attendit; & in *Tarentina Cenſurarum* 9. *Aprilis* 1701. propoſitis dubiis. Primò. An locationes bonorum Eccleſiæ factæ ad vitam Canonicorum, & Capitularium ſuſtineantur, & quatenus negativè. Secundò. An dd. Capitulares teneantur reſtituere id, quod ultra ratam Præbendæ ſingulorum perceperunt. Tertiò. An inciderint in pœnas *Extravag. Ambitioſæ*, itaut indigeant abſolutione. *Sac. Congregatio* reſpondit. *Ad primum, ſecundum, & tertium negativè*; excuſando à pœnis, quia concurrebat quoddam decretum Epiſcopi antiquum ab anno 1621. & obſervantia. Hinc paſſim
19 Capitula, etiam Patriarchalium Urbis, recurrunt pro beneplacito in alienationibus bonorum; ut noviſſimè fuit conceſſum beneplacitum Capitulo S. Petri in Vaticano, pro faciendo cenſu ad comparanda Animalia neceſſaria pro Tenutis, *in Romana* 30. *Aprilis* 1712. & fuit conceſſum Capitulo Montis Regalis pro alienatione ad effectum erectionis Collegiatæ, non autem pro indulto Capparum, *in Montis Regalis* 15. *Novembris* 1707. nec etiam poteſt fie-
20 ri aſſignatio bonorum Capellanis pro ſatisfactione oneris Miſſarum injuncti, *Sacra Congregatio Concilii in Interamnen.* 5. *Julii* 1710. ſi tamen adſit præceptum Teſtatoris, poſſunt alienari etiam bona recepta cum onere Miſſarum, *Sac. Congreg. Concilii in dubiis* 15. *Decembris* 1674.

21 Itidem Regulares omnes comprehenduntur ſub hac prohibitione alienandi, & licet aliqui obtinuerint privilegium alienandi certis ſolemnitatibus, vel etiam in certa quantitate; tamen ſucceſſit decretum ſub Urbano VIII. *de rebus Regular. non alienandis*, revocans privilegia prius conceſſa, & egi *tom.* 4. *Conſtitut.* 6. Benedicti XII. & etiam inter Monaſteria ipſius inſtituti vigere talem prohibitionem, Rota *deciſ.* 234. *numer.* 19. *part.* 12. *recent.* præſertim, ſi ſint dicta bona ob certum uſum, itaut requiratur beneplacitum etiam pro obligatione oneris Miſſarum. *Et Sacr. Cong. Conc. in Caſenat. Miſſarum* 16. *Jun.* 1667. propoſitis dubiis. Primò. An vigore licentiæ ad formam decreti de celebratione Miſſarum per Superiorem concedendæ, pro receptione onerum Miſſarum, intelligantur eo ipſo obligata pro adimplemento ſuſcipiendorum onerum bona Monaſterii, vel Eccleſiæ, itaut non adimpleto ipſo onere, ſint judiciali executioni obnoxia, vel ſaltem. Secundò. An ex prædicta licentia intelligatur conceſſa facultas Rectoribus, & Superioribus Eccleſiæ, ſeù Monaſterii expreſsè obligandi eadem bona propria in ſupraſcriptum finem Judicialis executionis. *Sacra Congregatio ad utrumque* reſpondit *Negativè*; *tom.* 25. *decretorum*, *pag.* 386. *à tergo*; Et cum quidam Regularis
22 profeſſus fecerit renunciationem bonorum abſque beneplacito Apoſtolico, *Sacr. Congregat. Concilii die* 10. *Maii* 1674. *in Civitatis Plebis* declaravit, eſſe incurſum in cenſuras, & pœnas, ac abſolvendum; ita tamen, ut quantum fieri poterat, incumberet pro reintegratione Conventus; *Et in Romana Ciſtercienſium, prima Septembris* 1617. *tom.* 21. *decret. pa-*
23 *gin.* 56. non licere, nedum cenſuario nomine, ſed neque mutuo recipere pecuniam; & rursùs requiri conſenſum Monaſterii capitulariter exquirendum, nec pro tali mutuo obligare res Sacras, Mobilia, aut in pignore dare.

Excipiuntur tamen aliqui Regulares, qui ex eo- 24
rum inſtituto non poſſunt retinere, ſed tantùm acquirere ad effectum vendendi, ut Domus Profeſſæ Patrum Societatis Jeſu, ac Theatini; Circa quos tamen militat talis prohibitio in bonis, quæ poſſidere poſſunt, vel ratione Sacriſtiæ, vel onerum Miſſarum, & de Minoribus S. Franciſci, ut plenè dixi *citat. to.* 4. & *ſupra ſect.* 1. *hujus Conſtitutionis*.

Moniales item ſubduntur hujus Bullæ prohitioni, 25
& extra difficultatem, cùm ſint earum Monaſteria Loca Eccleſiaſtica, in quibus emittuntur vota ſubſtantialia, & ſolemnia Religionis, prout Conſervatoria auctoritate Ordinaris erecta. Hinc Convertitarum Monaſterium ſubiicitut huic prohibitioni, *Sacr. Congregatio Concilii in Romana* 21. *Novembris* 1627. Et quoad Monaſterium Oblatarum Turris Speculorum, *die* 19. *Maii* 1626. *libr.* 12. *decret. fol.* 351. & non poſſe recipere onus cenſus vitalitii ſine beneplacito Apoſtolico, *Sac. Congregatio Concilii in Montis Politiani viſit. SS. LL.* 2. *Decembris* 1644. *to.* 15. *decret. pag.* 414. & de Conſervatorio Septem Dolorum, *Rom.* 10. *Maii* 1674. & dixi *cit. to.* 4.

Cæterùm quoad Loca, ſeu Communitates, quæ 26
ſubiiciuntur, vel non huic *Conſtitutioni*, ſeu prohibitioni non alienandi bona ſine beneplacito Apoſtolico, diſtinctio eſt; quòd, ſi ſit merè locus Laicalis, etſi ibi opera Pia exerceantur, & proindè dicatur pius, non afficiuntur ejus bona diſpoſitione *Extrav. Paulinæ*; ſi autem ſit locus auctoritate Eccleſiaſtica erectus, quamvis adminiſtretur à Laicis, tamen bona ſubduntut huic prohibitioni, Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi*, *part.* 3. *allegat.* 85. *num.* 31. & 32. Card. de Luc. *de alien. prohib. diſc.* 1. *nu.* 12. & *diſc.* 60. *nu.* 3. *de Juriſdict.* Rot. *dec.* 58. *num.* 4. & *ſeq.* poſt Tond. *de penſion. deciſ.* 313. *num.* 9. *part.* 10. *deciſ.* 248. *num.* 18. & *ſeqq. part.* 11. *rec.* Coccin. *in Hortana Rectoriarum die* 26. *Junii* 1630. *quæ eſt deciſio* 1900. & *in Romana Cenſus prima Aprilis* 1630. *coram Bichio*, *quæ eſt deciſ.* 502. & benè *in Romana Laudi* 4. *Julii* 1692. §. *emanavit cor. Card. Capraræ*, inter quæ eſt *deciſ.* 140. *tom.* 1. *inter ejus impreſſ. typis Lucen. anno* 1725. ibi: *Inanis autem viſa fuit oppoſitio, quia Collegium dicitur Locus Pius, utpote deſtinatum ad alendos Juvenes Studiis incombentes; nihilominus hæc ſola qualitas ſatis non eſt, ut dicatur ſubjectum diſpoſitioni* Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſiæ non alien. *ſed ulterius requiritur, quod ſit locus Eccleſiaſticus, videlicet erectus auctoritate Ordinarii, vel aliis ſignis Eccleſiaſticis.*

Unde Conſervatoria, Societates, Seminaria, Col- 27
legia, & hujuſmodi, ſi ſint erecta auctoritate Ordinaris, & ſic Eccleſiaſtica, ſubiiciuntur, ſecùs ſi non ſint talia. Hinc Seminaria erecta in vim Concilii Tridentini, ſunt loca Eccleſiaſtica, & eorum bona nequeunt 28
alienari ſine beneplacito Apoſtolico, *S. C. Concilii in Salutiarum* 20. *Septembris* 1642. ad ſecundum; An bona ſtabilia, Seminario in hæreditate relicta, poſtquam fuerint ei incorporata, poſſint alienari, inconſulto Romano Pontifice pro ſolutione æris alieni, ab ipſa hæreditate debiti, abſque incurſu pœnarum. Cenſuit, *non poſſe alienari*. Si autem agatur de Collegio Puerorum, & Alumnorum erecto abſque auctoritate Ordinarii, etſi dicatur locus pius, non tamen dicitur Eccleſiaſticus, & ſic non ſubjacet hujuſmodi Bullæ, ut de Collegio Ghiſlerio Urbis, non eſſe Eccleſiaſticum, & ſic non ſubjacere diſpoſitioni hujus *Extravagantis*, Rota *in cit. Romana Laudi* 4. *Julii* 1692. *cor. Card. Caprara*.

Ita Confraternitates, ſi ſint Eccleſiaſticæ, ſubiiciun- 29
tur huic Bullæ; ſecùs ſi laicales; ac propterea ſi agatur de parvis rebus, requiritur decretum Epiſcopi in alienationibus, juxta *Can. Terrulas* 12. *quæſt.* 2. Si de non parvis, requiritur Beneplacitum Papæ, Gratian. *diſcept.* 517. *num.* 7. & 8. Marcus Antonin.

var, reſolut. lib. 1. reſolut. 14. *numer.* 7. Panimol. *dec,* 12. *annot.* 5. *numer.* 40. Cardin. de Luca *diſc.* 1. *citat. num.* 11. *& ſeq.* Rota *dec.* 502. *n.* 2. *& ſeq. cor. Bichio, & in Urbanien. Archipresbyteratus* 17. *Maii* 1697. *num.* 8. *& ſeq. coram Anſald. deciſ.* 9. *impreſ. Romæ*;
30 Quæ Confraternitates reputantur Eccleſiaſticæ, cùm in vim Conſtitutionum Apoſtolicarum nequeant erigi, niſi auctoritate Ordinarii, Fuſç. *de viſitatione, lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. *&* 5. Coccin. *dec,* 1598. *num.* 9. *dec.* 89. *num.* 8. *par.* 19. *rec.* & ſolent habere Eccleſiam publicam, & alia ſigna veræ qualitatis Eccleſiaſticæ. Et de Archiconfraternitate S. Spiritus Urbis, Rota *deciſ.* 1598. *num.* 10. *coram Coccin, & dec.* 1814. *num.* 1. *& ſeq. coram eodem*; quæ debent attendi, ut ſubjaceant huic prohibitioni, quatenus firmant eſſe locum Eccleſiaſticum, cùm non ſufficiat qualitas pii loci; & requiri beneplacitum Apoſtolicum in ceſſione bonorum Confraternitatis, etiam in favorem alterius Eccleſiæ, Sac. Congr. Concil. *in Terracin, Capellaniarum* 30. *Auguſti* 1701. Et in alienatione bonorum Confraternitatis, & Hoſpitalis, Sacr. Congregat. *Rit, die* 2. *Auguſti* 1641. *in una Civitatis Caſtellanæ*, Add. ad Navar. *in ſumm. Bull. Commen,* 5. *fol.* 5. *num.* 3. *& in una Viterb.* 27. *Julii* 1647. Rota *dec,* 89. *n.* 7. ubi de Archiconfraternitate Conſolationis Urbis, *par.* 10. *rec.*
31 Eodem modo Hoſpitalia, Montes pii, & hujuſmodi, ſi ſint erecta auctoritate Eccleſiaſtica, ſubiiciuntur huic *Extravaganti*, ſecùs ſi non ſint hujuſmodi qualitatis. Hinc Collegia Artificum, & Uni-
32 verſitates Profeſſorum, cùm non ſint loco Eccleſiaſtica, non ſubjacent hujus Bullæ diſpoſitioni, Rota *dec,* 833. *&* 882. *cor. Merl.* Licèt habeant Capellam pro eorum uſu tantùm. Et in Urbe ſunt ſubjecta Senatori, Cardin. de Luca *diſc.* 8. *de alien. probib. numer.* 6. Mons autem Miſericordiæ Civitatis Neapolis petiit beneplacitum Apoſtolicum pro alienatione domus in *Sacra Congregatione Concilii in Neapolitana Beneplaciti* 31. *Julii*, *&* 18. *Decembr,* 1706. & in Oratoriis laicorum, quæ exiſtunt in Eccleſiis Regularium, quæ eriguntur auctoritate Eccleſiaſtica, Sact. Congr. Conc. *in dubio Alienationis rerum Eccleſiæ die* 7. *Auguſti* 1683. An Superioribus Regularibus, qui hujuſmodi Oratoriis præſunt, liceat abſque ſolemnitatibus, & Apoſtolicæ Sedis beneplacito dicta mobilia, & ſupellectilia diſtrahere ſine incurſu pœnarum, quæ per Sacros Canones ſunt præſcriptæ adverſus alienantes res Eccleſiæ; Reſpondit, *Negativè*.
33 Hæc autem erectio Eccleſiaſtica debet intercedere in principali Eccleſia, Collegio, &c. non autem, ſi approbaretur ſolùm divina Officia in illis fieri, ut ſi adeſſet licentia peragendi ſacrum; quia diſcrimen eſt inter Pium, & Eccleſiaſticum locum ex erectione, ut apud Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *de alien. probib. nu.* 13. *& de Juriſd. diſc.* 45. *&* 92. etſi Epiſcopus haberet aliquod Jus Viſitandi, quod habere poteſt etiam in loco non Eccleſiaſtico pro executione piarum voluntatum ad formam Concil. Trident. cit. Card. de Luca *diſc.* 1. *num.* 14. In dubio autem cum expreſsè non
34 conſtet de erectione Eccleſiaſtica, debet recurri ad indicia, & conjecturas, Gabriel. *de pia cauſa concl,* 1. *&* 2. Barboſa *cit. alleg.* 75. *num.* 5. Card. de Luca *citat. diſc.* 1. *num.* 16. Si verò adminiſtrentur à laicis, ac à Fundatore laico, loca illa fundata præſumuntur laica, Pariſ. *conſ.* 34. *num.* 9. *libr.* 4. Rota *deciſ.* 150. *numer,* 6. *&* 7. *coram Card. Cerro, & in deciſ.* 226. *n.* 3. *cor. Carill. & in dicta Romana laudi* 4. *Julii* 1692. *§. emanavit in fin. coram Card. Caprara*, ſed contra
35 talem præſumptionem poſſunt eſſe indicio, & ſigna indicantia qualitatem Eccleſiaſticam, præſertim cùm poſt noviſſimas Conſtitutiones Apoſtolicas, Confraternitates cum ſignis, & ſacco non poſſint erigi, niſi auctoritate Epiſcopi, & ſic diceretn potiùs præſumptionem eſſe pro qualitate Eccleſiaſtica.
36 Hinc pro ſignis qualitatis Eccleſiaſticæ DD. adducunt ſolutionem decimarum Papalium, quæ ſolvuntur tantùm ex bonis Eccleſiaſticis, Pignat. *conſultat.* 31. *numer.* 10. *tom.* 8. Amoſtaz *de cauſis piis, lib.* 4. *capit.* 11. *num.* 11. *&* 12. ſi adſit Eccleſia, vel Campanile; aut Hoſpitale, Rot. *dec.* 1598. *coram Cocc. deciſ.* 192. *part.* 9. *& dec.* 89. *part.* 10. Si cauſæ illius fiant coram Judice Eccleſiaſtico; etſi hæc aliquando ſit dubia, ſtante prorogatione, quæ fieri poteſt in Judice Eccleſiaſtico, ubi hoc permittatur; & alia indicia, uſus Sacci, & Inſignium, aggregationis, & acceſſus ad proceſſiones, indulgentiæ conceſſæ, & eleemoſynæ. In contrarium urget, ſi ſolvantur onera laicalia, ſi earum cauſæ ſubjiciuntur Judici laico (quidquid ſit de facto) ſi non viſitetur ab Ordinario, ſaltem Jure delegato, quamquam in hoc etiam poteſt eſſe difficultas, cùm Epiſcopus poſſit viſitare etiam loca laicalia, putà Hoſpitalia in vim Concilii; & aliundè non viſitat certa loca ſpecialiter exempta, etiam à viſitatione delegata, ut ſunt loca Regum protectioni obnoxia; & latè de qualitate Eccleſiaſtica Confraternitatis, & loci pii, vel non, Rot. *in cit. dec. Urban. Canonicatus cor. Anſald. dec.* 9.

Neque aliqua conſuetudo in contrarium poteſt ſuf- 37
fragari, quin requiratur dictum beneplacitum Apoſtolicum requiſitum in hac *Bulla Paulina*; quia Conſtitutio iſta comprehendit omnes Eccleſias, & loca Eccleſiaſtica, ubicumque exiſtentia, ut latè docent Cherub. *ad banc Bull. Schol.* 1. Corrad. *in prax. diſpen. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 4. *& ſeq.* ubi alii, Quarant. *in Sum. Bull. verb. alienatio rerum Eccl, num.* 30. ubi de communi, Covarr. *tom.* 2. *var, reſol. cap.* 17. *num.* 4. Rot. *deciſ,* 196. *numer.* 11. *& ſeq. coram Priolo*; Cùm enim in hac *Conſtitutione*, & in aliis confirmatoriis, præſertim Paulii III. S. Pii V. & Urbani VIII. adeſt decretum irritans, ac clauſula *ſublata*, tollit omnem contrariam conſuetudinem, ut benè in his terminis dixit Rota *cit. deciſ.* 196. *cor. Priolo, num.* 13. & remanent contractus hujuſmodi initi ſine beneplacito Apoſtolico nulli, etiam ſi contrahentis ignoraverint legem hanc, quidquid ſit quoad incurſus pœnarum, Navarr. *de alien. nu.* 16. *&* 17. *& in manual. cap.* 23. *numer,* 44. *& conſ.* 19. *de reb. Eccl. non alien.* Quarant. *cit. num.* 50, Ricc. *part.* 1. *reſol.* 132. *num.* 2. *&* 3. Rota *deciſ,* 349. *num.* 1. *coram Priolo, dec.* 32. *numer.* 18. *dec.* 192. *num.* 10. *dec.* 430. *num.* 17. *par.* 18. *rec.* Hinc 38
etſi oppoſita fuerit conſuetudo uſque ab initio hujus *Paulinæ* in Archiepiſcopatu Mediolani non petendi dictum beneplacitum Pontificium; ſed fieri alienationes has cum ſolo beneplacito Archiepiſcopi, adducendo proindè non uſum *Paulinæ*, ob quem non uſum excuſari eam non obſervantes, ut in terminis *Paulinæ* docent plures DD, quod ſit ſpectandus uſus Regionis, Scortia *in ſelect. Pontif. Theorem.* 115. *initio*, ubi DD. cumulantur, Suar. *to.* 5. *diſc.* 22. *ſect.* 6. *n.* 6. Bonac. *de alien. part.* 5. *num.* 4. Theſaur. *de pœnis, par.* 2. *cap.* 1. *§. Nota quod Doctores*, quodque debeat probari uſus, & publicatio, Sarmient. *de redd. Eccleſ. cap.* 2. *num.* 20. Cavalc. *dec.* 43. *lib.* 1. *num.* 2. Rot. *dec.* 1. *de Conſt. & dec.* 8. *de locat. & conduct. & dec.* 896, *par.* 3. *div, lib.* 3. ibi: *in Hiporegien. Domini dixerunt, quod me informarem, an eſſet Paulina in illis partibus recepta*. Quod fuit probatum, & ſic ſententia *contra Joannem* alienantem lata; imò adducebatur quod tempore D. Caroli Borromæi Mediolanenſis Antiſtitis, cùm fuiſſet talis non uſus expoſitus Papæ, iſte annuiſſet pro ſervatione ſoliti; cadente ſolùm æquivoco, ſi id fuiſſet pro locationibus tantùm ultra triennium, vel indefinitè pro omnibus alienationibus; Tamen poſtulante itidem Archiepiſcopo Mediolani, Sac. Congregat. Concilii infraſcriptas ei literas dedit. Dubio juſſu Sanctiſſimi D. N. in Sac. Congregatione Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum propoſito, An ex allegato non uſu, ſivè contraria conſuetudine, in Diœceſi iſtius Archiepiſcopatus, ac aliis, in relatione per Amplitudinem Tuam tranſmiſſa, deductis, fieri liceat alienationes, locationes ad longum tempus, aliaſque Conceſſiones Bonorum Eccleſiaſticorum, & locorum piorum, non obtento priùs Sedis Apoſtolicæ Beneplacito, à Conſtitutione Pauli II. felic. rec. incipien. *Ambitioſa*,

aliiſque

aliiſque Conſtitutionibus illis confirmatoriis, requiſi-
to, Emmentiſſimi PP. omnibus deductis maturè per-
penſis, unanimi conſenſu reſponderunt: *Nullo modo
licere*. Ideòque Ampl. Tuæ demandandum, prout
præcisè his demandatur, ut pro ſua pietate, & er-
ga Sedem Apoſtolicam reverentia, ac pro ſalute ani-
marum, & validitate alienationum, locationum, a-
liarumque conceſſionum, id ſedulò in futurum exe-
quatur, & exequi omninò curet, & in præteritis
conſulatur propriæ conſcientiæ. *Romæ ... Novembris*
1655. Hinc cum aſſertum fuerit, maximum commo-
tionem exinde exoriri poſse, præſertim quòd hoc mo-
do, nec exquireretur Beneplacitum Archiepiſcopi, nec
recurrerent ad Urbem; proinde propoſito dubio in Sa-
cr. Congreg. Concilii; An & quomodo ſuper premiſſis
ſit procedendum, *& die* 14. *Martii* 1682. reſpondit,
in deciſis, de an. 1655.

39 Ratio enim fuit, quia quotieſcumque agitur de
Conſtitutione Papali publicata, imò inſerta inter Ex-
travagantes typis impreſsas, debet præſumi notifica-
tio, & ſcientia, ac probatio illius inobſervantiæ de-
beret produci ab allegante, Benitend. *dec.* 13. *numer.*
9. Becc. *conſ.* 9. *num.* 1. Gutt. *quæſt. Can. lib.* 1. *cap.* 8.
Redoan. *de alien. rer. Eccl. tit. de loc. rer. Eccl. quæſt.*
6. *num.* 15. *§. item ex premiſſis, dec.* 30. *in fin. part.* 1.
rec. ubi non ſervare Rotam *dec. Mohedani* dicentem,
probandum eſse uſum *Extravagantis hujus*, & in Diœ-
ceſi Mediolanenſi etiam ante dictum annum reſolutio-
nis, obtenta fuerunt Beneplacita Apoſtolica pro alie-
nationibus, *deciſ.* 403. *coram Card. Celſo, infra num.*
9. *deciſ.* 139. *per tot. p.* 14. *recent.* Ultra quod non u-
ſus, etſi probatus, poſset fortan excuſare à pœnis, non
40 autem à nullitate actus; Navarr. *in man. confeſſ. cap.*
27. *numer.* 150. Theſaur. cit. Cherub. *ad hanc Bullam
Schol.* 1. *in fine, dec.* 30. *num.* 5. *part.* 1. *rec. & dec.*
578. *num.* 2. *&* 3. *part.* 1. *diver.* quia annullatio actus
non dicitur pęna, & in *cit. deciſ.* 896. *part.* 3. *diver.*
agitur de privatione beneficii contra alienantem, pro-
ut ignorans etiam excuſatur à pœnis tantùm, ut ſu-
pra innui, & ſic talis non uſus poſset inducere igno-
rantiam tantùm, & excuſationem, & proinde exem-
ptionem ſolùm à pœnis; & ideò S. Congreg. *in dict.
Epiſtola* dixit, quod conſulerent proprius conſcien-
tiis. Et tandem quia cùm agatur de Conſtitutione Pa-
41 pali, non requiritur conſenſus populi, & probatio
promulgationis, ſed ſufficit promulgatio legitimè fa-
cta in Urbe: eo magis, cùm hodie videatur reducta
42 ad Jus commune, & inſerta in eo, ut benè notat Ro-
ta *cit. dec.* 30. *in fine, par.* 1. *recen.* Et requiritur con-
ſenſus, & patientia Papæ, ut non uſus præjudicaret
Conſtitutioni emanatæ per viam legis; & ſic nullo
modo poteſt dici non habere locum in quocumque
loco, ut benè Quarant. *cit. numer.* 48. *in fine*, quod-
que procedit eo magis quoad Regulares, ſtante de-
43 creto prædicto ſub Urbano VIII. emanato, quod vi-
detur ſtrictius; cum hæc Bulla utatur verbo *præſum-
pſerit*; Decretum verò *non alienentur*; & ſic quoad
Bullam poſset dici requiri præſumptionem, ut incur-
rantur pœnæ, secùs ſpectato Decreto illo quoad Re-
gulares, ut notat Paſser. *cit. de ſtat. hom. tom.* 1. *quæſt.*
185. *art.* 7. *n.* 665.

Cæterùm videntur ubicumque in præſenti obtineri
44 beneplacita Apoſtolica, præſertim in alienationibus
veris, & conceſſionibus in emphyteuſim perpetuam;
& innumera ſunt recurſus per totam Italiam, & In-
ſulas adjacentes, imò Siciliam, & extra Italiam, per
45 Germaniam, Hiſpaniam, & Luſitaniam; imò Nun-
ciis iſtorum Regnorum elargitur in Brevibus facultas
concedendi beneplacita uſque ad certam ſummam,
ita etiam uſque ab Indiis ad Urbem recurritur pro
46 hujuſmodi beneplacitis: & à Flandria, ut conceſsum
fuit Patribus Societatis Jeſu pro eo tempore, quo
hæretici occupabant bona Eccleſiaſtica: ac permiſsum
certis cautelis ponere ea in manibus laicorum S. C.
in Belgii 2. *Decembris, &* 16. *ejuſdem menſis* 1645.
& in Polonia ſupponitur conceſſio facta beneplaciti
Apoſtolici alienandi in *Cracovien. Decimarum* 13. *Ju-*

nii, & 14. *Martii* 1676. Imò in Gallia, ut inter alia exempla adeſt adductum *in Pariſien.* pro alienandis bonis Menſæ Archiepiſcopalis Pariſienſis, & Rota *deciſ.* 196. *coram Priolo*, eſt pro Hiſpania; prout paſſim aliæ Deciſiones pro diverſis regionibus; & in Urbe etiam in Eccleſiis Nationalibus, putà S. Ludovici Gallorum, ac aliis.

Cæterùm, ſi quæ privilegia habebant ante *Extra-
vag.* Eccleſiæ, vel Collegia alienandi, ea improban-
tur. Hinc prætendente Cathedrali Aquinaten. tale pri-
vilegium, fuit rejecta inſtantia in S. Congr. *in Viſita-* 47
tione SS. Liminum 16. *Nov.* 1712. *ad primum*. Prout
quoad Regulares, videntur eorumdem privilegia poſt
dictam *Extravag.* ſublata, etiam *Decreto ſub Urbano
VIII. de reb. Regul. non alien.* & præcisè derogatur in
illo omnibus, & quibuſcumque privilegiis, & dixi *cit.
tom.* 4. *Conſtit.* 6. *Benedicti XII.* Et de privilegio Caſ-
ſinenſium, quod habebant ab Eugenio IV. uſque ad
certam ſummam florenorum biſceotorum auri de Ca-
mera, Rot. *dec.* 362. *nu* 3. *part.* 17. *rec.* & de Ciſter-
cienſibus inter eorum Monaſteria, *dec.* 234. *par.* 12. *rec.*
& de aliis alibi.

S E C T I O IV.

De pęnis alienantium bona Eccleſiæ ſine Beneplacito Apoſtolico.

S U M M A R I U M.

1 *Variæ ſunt pœnæ à Jure communi impoſitæ contra alienantes bona Eccleſiæ, vel eorum occupatores.*

2 *Pœna inducta ab hac Conſtitutione Paulina, aliiſque Conſtitutionibus, & decreto Urbani VIII. contra alienantes bona Eccleſiæ ſine beneplacito Apoſtolico.*

3 *Nullitas contractus eſt una ex pœnis prædictis.*

Non eſt verè pœna, nec amiſſio rei, ſed impedimentum acquiſitionis, ibidem.

4 *Nullitas prædicta inducitur ipſo jure, nec requiritur ſententia declaratoria.*

5 *Poteſt allegari nullitas à ſucceſſore Prælato, à quocumque de Clero, & Populo.*

6 *Non tamen poteſt allegari à Laico contrahente.*

Solemnitas beneplaciti ad favorem ſolùm Eccleſiæ fuit inducta, ibid.

7 *Quatenus etiam laicus poſſit pœnitere, & dicere de nullitate, ſi non fuerit obtentum beneplacitum, quod fuit reſervatum.*

8 *Attenta nullitate prædicta Eccleſia non amittit dominium, & poſſeſſionem rei alienatæ.*

Quæ remedia competant Eccleſiæ pro habenda re alienata, ibid.

9 *Remedium manutentionis, quod eſt unum ex dictis, etiam competit eidem Prælato alienanti, & fortiùs ſucceſſori.*

Imò poteſt recedere à tranſactione per ipſum facta, ibid.

10 *Ea remedia competunt Eccleſiæ pro tota re, & non ſolùm pro parte, in qua fuit læſa.*

11 *An præſcribi poſſit remedium, can.* Reintegrandæ *contra Eccleſiam?*

Quid poſt Bullam Urbani VIII. remiſſivè.

12 *Si nullitas ſit turbida, quatenùs non habeant locum ea remedia.*

Veluti ſi ſit dubium, an alienatio cadat ſub prohibitione hujus Bullæ? ibid.

Et quatenus ſit cenſenda nullitas clara, & potius ſit referenda validitati, ibid.

13 *In contractu geſto cum ſolemnitate, ſi Eccleſia velit opponere læſionem, nequit manuteneri, niſi ea ſit enormiſſima.*

14 *Si Eccleſia ſit hæres Rectoris malè alienantis, an teneatur ſtare facta illius?*

15 *Ex nullitate contractus procedit, ut reſtituendi ſint fructus Eccleſiæ rei alienatæ, & quidem à tempore contractus, ac non motæ litis; & quare.*

Id procedit, tam ſi non intervenerit beneplacitum quàm ſi executio ejus fuerit nulliter facta, ibidem.

Seù Rector Eccleſiæ promiſerit illud obtinere, ibidem.

16 *Fabrica S. Petri Urbis obtinuit privilegium applicandi ſibi fructus bonorum Eccleſiæ malè alienatorum; ſed quid in praxi.*

17 *Excuſantur contrahentes à reſtitutione fructuum, ſi adſit dubitas facti, vel juris dubii error, an contractus caderet ſub dicta prohibitione?*

Et pro excuſande à reſtitutione fructuum ante motam litem, ſatis eſt aliqua bona fides, ibid.

18 *Debent tamen ex fructibus reſtituendis deduci expenſæ ad favorem poſſeſſoris.*

19 *An in cenſu conſtituto ſine beneplacito per Eccleſiam, eo non obtento, valeat iſta repetere fructus, quos ſolvit creditori pro dicto Cenſu?*

Negativa ſententia eſt communior, & adducuntur plures rationes, ibid.

20 *An debeant reſtitui melioramenta rei malè alienatæ, ſeù ſine beneplacito Eccleſiæ? Adducuntur opiniones, ibid.*

Quid in fructibus melioramentorum, ibid. & n. 27. & ſeq.

21 *Præter quæſtiones diſtinctione declarantur, & n. ſeqq.*

22 *Melioramenta neceſſaria omninò reſici debent melioranti ab Eccleſia, etiam exiſtenti in mala fide, & limitatur ſolum, ſi conſtaret de dolo meliorantis, ut difficilior fieret recuperatio, ibid.*

23 *Quæ ſint melioramenta neceſſaria.*

24 *Melioramenta utilia reſici debent melioranti, ſi agatur de contractu cum reſervatione beneplaciti deinde non obtenti, & Eccleſia ſe pœnituerit.*

Et agatur de melioramentis utilitatem perpetuam importantibus, ibid.

Quæ ſint talia melioramenta, ibid.

Pretium verò debet eſſe medium inter expenſum, & melioratum, ibid.

25 *Melioramenta, quæ fuerunt facta poſt denegatum beneplacitum, aut malè executum, ſeu poſt interpellationem factam melioranti, aut motam litem, non debent ab Eccleſia reſici, & quare.*

Declarantur contrarium prædictis aſſerentes, ibidem.

26 *Abſque difficultate procedit reſtitutio melioranti, ſi fuerint facta ex pacto in contractu cum Eccleſia.*

27 *Quoad fructus melioramentorum, quid dicendum, quoad reſtitutionem, ſeu pertinentiam.*

Adducuntur variæ opiniones, ibid.

28 *Proceditur cum diſtinctionibus, ut ſupra adductis, quoad reſtitutionem pretii eorum, & n. ſeqq.*

29 *Fructus, qui percipi potuerunt à meliorante, quando repeti poſſunt ab Eccleſia.*

Quid in caſu moræ reſtituere debentis pretium melioramentorum, ibid.

Dominium ipſarum quatenus acquiratur Eccleſiæ Dominæ, ibid.

Sicuti quatenus meliorans poſſit recipere fructus expenſæ factæ in meliorantis, & non fructus eorum.

30 *Reſtitutio tàm fructuum, quàm pretii melioramentorum, juxta prædictam diſtinctionem, intelligi debet, ut fiat deductis expenſis in eis colligendis.*

Nec debere meliorantem compenſare expenſas illas, ſeu melioramentorum cum fructibus eorum, & quatenus id procedat.

31 *Eccleſia alienans tenetur reſtituere pretium receptum in caſu receſſus à contractu, ac omnia in vim ipſius accepta.*

Id procedit tam in caſu, quod contractus ſit nullus ipſo jure, quàm ſi nullus declaretur.

Prout procedit in pupillo, & minore, ut teneatur reſtituere, quod recepit, & factus fuerit locupletior.

32 *Hæc locupletatio in dictis caſibus à quo probanda ſit, & quomodo.*

Diſtinguuntur plures caſus, ibid.

33 *Quid dicendum, ſi emptor rei dederit pecuniam liberam ſine beneplacito Apoſtolico reſervato.*

Et quid ſi Eccleſia promiſerit beneplacitum, ubi plures diſtinguuntur caſus, ibid.

Quatenùs debeat procedi contra Rectorem, ſeu hæredem pro reſtitutione dicti pretii facienda ab ipſa & non ab Eccleſia, ibid.

34 *Nullitas contractus prædicti ſine beneplacito facti cum Eccleſia, an habeat locum etiam in foro conſcientiæ? & n. ſeqq.*

Dicta nullitas non requirit malam fidem, & quare, ibid.

35 *Quid dicendum quoad alias pœnas, an excuſari valeat in conſcientia contrahens?*

Quæ ignorantia excuſat, ibid.

36 *Contractus factus cum legitima cauſa, & abſque dolo, & fraude, quatenus excuſat ab incurſione prædictarum pœnarum.*

37 *Adducuntur circa hoc declarationes Congregationis Concilii.*

38 *Circa dubium propoſitum, quoad incurſionem pœnarum corollarie adducuntur diſtinctiones caſuum, & pœnarum.*

Quæ pœnæ incurrantur, ibid.

39 *Earum incurſio, an ſit ipſo jure, vel requirat declarationem?*

Quid pro foro interno, ibid.

40 *Excommunicationis pœna una ex inflictis, contra quos procedit, & quid contra Epiſcopos, Abbates, Laicos, & Eccleſiaſticos, alioſque.*

41 *Ad quem recurritur pro abſolutione cenſurarum, & privationis beneficiorum relaxatione.*

42 *Quoad pœnas contra Regulares alienantes, remiſſive.*

SI ſpectemus Jus commune, variæ ſunt pœnæ inflictæ 1
contra alienantes bona Eccleſiarum, eorumque occupatores, uſque ad S. C. Tridentinum, & diximus latè *tom. 1. Conſtit. 1. D. Leonis Magni ſect. 1.* ſed reſtri- 2
ctivè ad alienantes dicta bona ſine beneplacito Apoſtolico, quod induxit hæc noſtra *Conſtit. Paulina, per Conſtitutiones* ſubſequentes confirmata, *& Decretum ſub Urbano VIII. de rebus Regul. non alien.* adductum *to. 4. Conſtit. 6. Benedicti XII. fol.* 179. Prima pœna, lato 3
modo etiam nuncupata, eſt nullitas actus, quæ verè pœna non eſt, ſed acquiſitionis impedimentum; non verò amiſſio rei, Donat. *qu. Regul. tom. 1. part. 2. tract. 14. qu. 81. n. 1.* & latiùs patet, quàm aliæ de pœnæ, de quibus infra, faciliùs evitandæ. Et quidem nullus eſt contractus ipſo jure, Filliucius *tract. 44. cap. 6. nu. 6.* Suar. *tom. 4. de Relig. l. 2. cap. 37. num. 21.* Leſſ. *cap. 24. nu. 66.* Theſaur. *de pœnis Eccl. p. 2. cap. 1. num. 1.* Urceoll. *controv. for. cap. 47. num. 28.* Sperel. *dec. 154. num. 12.* Corrad. *de diſp. l. 6. cap. 6. nu. 17.* Rota *dec. 275. n. 19. part.* 10. etiam inter Eccleſias, *dec. 277. par. 4. rec. deciſ. 561. par. 5. dec. 191. part. 7.* quidquid dicat Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi alleg. 95. nu. 2.* quæ nullitas ipſo jure elicitur ex verbis hujus *Conſtitutionis*, ubi quod *contractus nullius ſint roboris*? & ſic non requiritur ſententia declaratoria, prout requiritur in pœnis, Theſaur. *citat. loco, & Sac. Congreg. Conc. in Lunen. Sarzan. alienationis Bonorum* 30. *Januarii* 1683. cenſuit, quod intret nullitas contractus in alienatione bonorum Eccleſiæ ſine beneplacito Apoſtolico, quamvis reſervato. Hæc autem nullitas poteſt allegari tàm à ſucceſſore Præla- 5
ti alienantis, quàm ab ipſo alienante, Capitulo, & quolibet de Clero, *cap. Si quis, de rebus Eccl. non alien.* imò etiam Laicus, & quicumque de populo,

uti

Digitized by Google

uti inducta in favorem publicum, Pyrtingh. *in Jus Canon. tit.* 13. *ſect.* 4. §. 1. *n.* 60. *&* 68.

6 Quæ tamen nullitas poteſt in favorem Eccleſiæ allegari ab ipſa, non autem à Laico contrahente, cùm
iſte teneatur ſtare contractui, volente Eccleſia nam claudicat ſolùm ad favorem iſtius, & non alterius contrahentis; ex ea ratione, quia ad ejuſdem Eccleſiæ dumtaxat favorem hæc ſolemnitas beneplaciti fuit inducta, De Franchis *deciſ.* 35. *& dec.* 296. ubi Add. Capycius Latro *deciſ.* 19. Paſqualigo *quæſt.* 295. *num.* 6. Sperell. *dec.* 154. *numer.* 13. *& deciſ.* 155. *num.* 16. Gratian. *diſceptat.* 559. *num.* 64. Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *reſolut.* 77. Et quidquid dicant aliqui, poſt hanc *Conſtitutionem* inductam fuiſſe nullitatem contractus in totum reſpectu omnium, apud Menoch. *de arbitr. caſu* 172. *numer.* 6. inconcuſſa eſt prima ſententia ſæpè à Rota approbata, Mantica *deciſ.* 201. *numer.* 1. *& ſeq. deciſ.* 849. *num.* 1. *coram Merlino*, *deciſ.* 350. *num.* 15. *par.* 5. *dec.* 200. *num.* 12. *par.* 10. *& dec.* 402. *n.* 2. *par.* 16. *rec. dec.* 468. *num.* 1. *&* 2. *part.* 14. *& deciſ.* 702. *cor. Merlino*, *ubi num. ultim.* dicitur, id procedere etiam in ratificatione facta à Prælato contractus geſti ſine beneplacito, ſi ratificatio ſit quoque ſine illo. Limitat tamen de Franchis *deciſ.* 296. & inclinat Card. de Luca *de alien. tit. diſc.* 1. *numer.* 111. quòd
7 laicus etiam pœnitere poſſit, & dicere de nullitate, ſi
fuerit reſervatum beneplacitum, & non obtentum, ſed intelligendum eſt, ſi clarè conſtet de voluntate contrahentium, noluiſſe dare conſenſum perfectum, niſi obtento beneplacito, vel adſit Clauſula non *aliàs aliter, nec alio modo*, ſeu *cum conditione*, Rota *dec.* 561. *nu.* 1. *& ſeqq. par.* 5. *tom.* 2. *rec.* Secus autem ſi ſolùm præſervatum fuerit pro évitanda pœna, vel ut actus in ſe perfectus ratione conſenſus, poſſit ſuſtineri in ejus effectu, ut diſtinguit Rota *deciſ.* 468 *num.* 3. *& ſeq. part.* 14. *rec. deciſ.* 397. *numer.* 25. *coram Durano*; quia contractus in hac re alienationis, cùm poſſit fieri, & tantùm prohibeatur effectus volente Eccleſia, non eſt ratio, cur Laicus non teneatur, quando Eccleſia poſſit eidem contractui ſtare, Rota *dec.* 201. *coram Mantica*, *deciſ.* 397. *numer.* 25. *& ſeq. cor. Durano*.

8 Ex hac nullitate actus reſultat, ut dominium ſemper continuet in Eccleſia, perinde ac ſi contractus factus non fuiſſet unquam, imò etiam dicitur Eccleſia non amittere poſſeſſionem; nam decretum irritans, quo utitur hæc *Bulla*, habet vim inficiendi titulum, & poſſeſſionem, & proinde datur Eccleſiæ, ne dum rei alienatæ vindicatio, ſed remedium reintegrationis, ex *can. reintegrandæ* 3. *quæſt.* 1. vel ex officio Judicis, ſeu condictione legis ad bona alienata recuperanda, cùm Eccleſia numquam dicatur ex hoc contractu nullo cecidiſſe à poſſeſſione, nec in alium eam tranſtuliſſe, nec animo potuiſſe eam dimittere, niſi obtento beneplacito Apoſtolico, plenè Rota *deciſ.* 702. *coram Merlino*, poſt Bartholum *in leg.* 1. §. *Si vir Uxori*, *num.* 3. *ff. de acquirend. poſſeſ.* Menoch. *de recuper. remed.* 17. *numer.* 15. Mareſcott. *variarum lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 24. Adden. ad Ludoviſ. *deciſ.* 116. *num.* 5. *dec.* 11. *num.* 2. poſt Poſt. *de manut.* & Rot. *dec.* 255. *numer.* 5. *& ſeq. cor. eodem Merlin.* & paſſim alibi; imò datur etiam Eccleſiæ manutentio ad vitandam appellationem, quæ daretur in remedio poſſeſſorio rei reintegrandæ, Rota *deciſ.* 215. apud Poſt. de *manut. num.* 15. quod quidem remedium manutentionis ſummariiſſimum quòd ulterius poſſit intentari ab ipſa Eccleſia, docent Poſt. *de manut. obſervat.* 57. *numer.* 102. Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *nu.* 102. plenè Rota *dec.* 78. 139. 226. 275. *p.* 6. *dec.* 219. *part.* 10. *& deciſ.* 468. *part.* 14. *rec.*

9 Quod habet locum, ut etiam tale remedium manutentionis procedat ad favorem ipſius Prælati malè alienantis; dummodò agat nomine Eccleſiæ, Card. de Luca *cit. numer.* 102. Add. ad Ludoviſ. *dec.* 116. Rota *deciſ.* 702. *& deciſ.* 710. *coram Merlino*, Rota *dec.* 14. *nu.* 1. *& ſeq. p.* 1. *div.* etſi videatur allegare propriam turpitudinem, Abb. *in cap. Si quis presbyterorum, de reb. Eccl. non alien.* Sicuti eò fortiùs competit ſucceſſori, ut proſequuntur *cit. dec. & dec.* 288. *numer.* 17. *part.* 6. *rec.* & quòd poſſit Rector à tranſactione recedere ab ipſo facta ſine beneplacito, Rota *dec.* 316. *nu.* 10. *par.* 10. *& dec.* 175. *par.* 8. *rec.*

Rurſùs dicta remedia competunt Eccleſiæ in tota re 10
alienata, & non ſolùm in parte, in qua fuit læſa, Rota *dec.* 775. *num.* 16. *& dec.* 887. *coram Merlino*, *&*
dec. 231. *num.* 7. *part.* 14. *rec.* An verò tale remedium 11
præſcribi poſſit? Et quidem contra Eccleſiam requiruntur quadraginta anni in præſcriptione, Rota *cor. Merlin. deciſ.* 702. *numer.* 12. *deciſ.* 1360. *coram Seraphino*, ubi plenè diſcutitur, poſſe dari præſcriptionem in remedio reintegrandæ, quam materiam, de mandato Papæ diſcuſſam, doctè, & latè exornat, recedendo à contrariis deciſionibus, dignamque cenſet Pontificia approbatione, & *dec.* 97. *num.* 1. *part.* 1. *recent. dec.* 535. *num.* 9. *par.* 4. *rec.* ſed de hoc poſt *Bull.* 157. *Urbani VIII.* ut centenaria requiratur, ad inducendam præſumptionem beneplaciti obtenti, ut innuit Cardin. de Luca *diſc.* 1. *de alienat. prohibit. num.* 94. ſuo loco erit ſermo.

Limitantur tamen præfata remedia, ut non ha-
beant locum, ſi nullitas ſit turbida, quia interim non 12
eſt danda manutentio Eccleſiæ, donec videatur de nullitate, ſicuti ſi ſit dubium, an alienatio rei cadat ſub *Extravaganti*, *dec.* 141. *num.* 20. *coram ſa. mem. Alex. VIII. dec.* 175. *num.* 15. *& dec.* 200. *num.* 13. *par.* 10. *rec. dec.* 160. *numer.* 23. *part.* 11 quæ turbiditas eſt quæſtio facti, Cardin. de Luca *cit. diſc.* 1. *numer.* 204. & quando ſit nulla clarè, vel annullanda uti turbida, Tuſc. *pract. Concluſ. litt. A. Concluſ.* 272. cùm potiùs ſit referenda alienatio validitati, quàm nullita-
ti, *dec.* 165. *numer.* 33. *part.* 10. *recent.* Si autem a- 13
gatur de contractu facto cum ſolemnitatibus, & Eccleſia velit opponere læſionem, tunc nequit Eccleſiæ dari manutentio, donec læſio probetur, niſi ſit enormiſſima, Altograd. *conſ.* 28. *n.* 53. *lib.* 1. Tuſc. *cit. concluſ.* 277. Rota *dec.* 41. *num.* 14. poſt Cencium *de cenſ. & dec.* 702. *n.* 70. *cor. Merlin.*

Sed ſi Eccleſia erit hæres Rectoris malè alienantis 14
non tenetur ſtare facto illius, quia adeundo nequit remittere ſuum jus ſine ſolemnitate, nec hæres tenetur habere ratum factum ſui Auctoris à lege irritum, Cyriac. *controv.* 5. *num.* 214. Cancer. *var. reſol. l.* 3. *c.* 2. *num.* 176. *& ſeq.* Burat. *dec.* 396. *num.* 6. Bich. *deciſ.* 554. *n.* 6. præſertim ſi non acceptata fuerit hæreditas indefinitè, ſed cum præſervativa, quidquid ſit ſi poſſit contrahens agere pro damnis contra dictum hæredem, juxta vires hæreditatis ad ea, quæ dicuntur in
deciſ. 82. Chriſtin. *dec. belg. vol.* 3 Dicta autem nulli- 15
tas contractus operatur quoque, ut ſint reſtituendi Eccleſiæ fructus rei alienatæ ſine beneplacito, & quidem à die contractus, quia deficit titulus reſpectu contrahentis, Card. de Luca *diſc.* 1. *numer.* 105. Ciarlin. *controverſ.* 183. *per tot.* Caſtill. *tom.* 8. *controv. capit.* 64. *num.* 5. Sanchez *in decalog. capit.* 23. *numer.* 165. Surd. *conſ.* 115. *numer.* 15. 27. *& ſeq. lib.* 1. Redoan. *de alienat. rerum Eccleſ. qu.* 77. *cap.* 5. *numer.* 2. Rota *citat. dec.* 15. *num.* 4. *& ſeq. part.* 1. *div. dec.* 663. *n.* 13. *coram Merl. dec.* 444. ubi latè Add. *part.* 4. *tom.* 2. *recen. & coram Duran. deciſ.* 256. *numer.* 2. & ſic contra regulam generalem, ut debeantur fructus à die motæ litis tantùm; nam debentur in hac re ab initio; & ignorantia juris non excuſat, cùm titulus invalidus ab initio fuerit ipſo jure, Rota *deciſ.* 336. *nu.* 26. *part.* 10. *recent.* Duran. *deciſ.* 256. *numer.* 2. idque procedit, tàm ſi non adfuerit beneplacitum, quam ſi adeſſet, ac concurrat in executione nullitas reſpectu formæ, ac licèt Rector promiſerit illud impetrare? nec eſt allegare propriam turpitudinem, ſi alienans non obtento beneplacito petat fructus, nec excuſari emptorem, quia Archiepiſcopus erat promittens beneplacitum, cui potuerat credere, Rota *deciſ.* 14. *num.* 1. *& ſeq. part.* 1. *div.* quàm ſi nullitas fuerit reſpectu utilitatis requiſitæ, Altograd. *conſ.* 28. *l.* 1. *deciſ.* 178. *numer.* 7. *part.* 2. *diverſor.* Gratian. *diſceptat.* 624. *num.* 1.

num. 1. & ſeq. imò S. Pius V, *in ſua Bulla incip. ex*
16 *debito poſt Bullam 98. tom. 3. Bullarii*, concedit fa-
cultatem Fabricæ S. Petri, ut loco tertiæ partis bono-
rum malè alienatorum, & recuperandorum applicet
ſibi omnes fructus ex illis bonis, indebitè perceptos,
& qui percipi potuerant unius anni; Verùm hoc pri-
vilegium Fabrica in præſenti non habet, ſed tantùm
quoad fructus perceptos, vel qui percipi potuerint rei
legatæ, pro opere pio, & non adimpleto, ut ſuo lo-
co dicam,

17 Excuſantur tamen à dictorum fructuum reſtitutione,
contrahentes, ſi adſit dubietas facti, an verè cadat
contractus ſub prohibitione alienandi, vel error juris
valdè tamen dubii, quod æquiparetur dubietati fa-
cti, Rota *deciſ. 444. num. 2. & 6. part. 4. rec.* Duran,
deciſ. 256. numer. 3. Merlin, *deciſ. 663. numer. 35.*
ubi quòd ignorantia Juris debeat eſſe invincibilis, &
pro excuſando à reſtitutione fructuum ante motam li-
tem admittitur fides aliquo modo bona, Franch. *dec.*
254. Burat. *deciſ. 184. num. 5. ubi Add.* Sed debent ex
18 fructibus deduci expenſæ ad favorem poſſeſſoris, ne
Eccleſia locupletetur cum aliena jactura, Adden. *ad
cit. dec. 444. numer. 13. & ſeq. par. 4. rec.* Ita quoque
19 non debent reſtitui fructus Cenſus impoſiti ab Eccle-
ſia ſine beneplacito, quia ſi Eccleſia illos ſolverit, do-
nec oppoſuerit nullitatem impoſitionis ob defectum
beneplaciti, non poteſt eos repetere; nam Eccleſia vo-
lens potuerat ſtare contractui, Card. de Luca *citat.
diſcurſ. 1. numer. 109.* Gratian. *diſceptat. 559. numer.
64.* Cencius *de Cenſibus, quæſt. 24. numer. 16.* Rota
deciſ. 29. num. ultim. poſt Cencium *de Cenſibus*. Sed
Cardin. de Luca *cit. loco*, videtur arguere hanc opi-
nionem, quam etiam ipſe dicit communem, ex eo
quia hoc procederet in quocumque contractu Eccle-
ſiæ, qui ſtat in implicito ſtatu validitatis, donec Ec-
cleſia opponat nullitatem; Verùm non eſt receden-
dum à prædicta communi opinione, pleniſſimè fir-
mata deindè *in deciſ. 582. numer. 4. coram Emerix
Junior.* ex ea ratione, quia nullitas non provenit ex
defectu formæ præſcriptæ in *Bulla Piana*, ſuper Con-
ſtitutione Cenſuum; ſed ex defectu beneplaciti: pri-
mo enim caſu, cùm creditum remanſerit infructife-
rum, fructus percepti ſunt reſtituendi; in ſecundo au-
tem caſu creditum eſt fructiferum, & in implicito
ſtatu validitatis, uſquequò Eccleſia dixerit de nulli-
tate; & ſic fructus benè potuerat facere ſuos credi-
tor Cenſus: Tamen adeſt alia ratio, quòd, cùm Ec-
cleſia conſtituens Cenſum teneatur ad damna, & in-
tereſſe, ſemper creditor Cenſus fecit fructus ſuos,
ſaltem ratione damnorum, etſi non ratione fructuum
contractus nulli, ut ponderat Rota *dec. 229. num. 5.*
poſt Cencium *de Cenſib.* & innuit eadem Rota *deciſ.
575. coram Emerix Jun.* Ita ſi quis emit ab Eccleſia,
ac iſta pretium convertit in utilitatem ſuam fructife-
ram, debet fructus compenſari; ſicuti Eccleſia dare
poſſet bona empta cum pecunia contrahentis, vel e-
jus fructibus, Add. *cit. ad deciſ. 444. nu. 62. & ſeqq.
part. 4. rec.* Sed ſi non conſtet de locupletatione Ec-
cleſiæ, tunc repeti debent fructus ab hæredibus Re-
ctoris alienantis, Rota *cit. dec. 14. num. 6. p. 1. div.* &
dicam infra.

Quid autem dicendum, quoad melioramentorum
reſtitutionem; Et videtur cedere debere meliorament
20 contrahenti, & non Eccleſiæ, Cardinal. de Luc. *diſc.
4. de alien. prohibit. n. 17. & ſeqq.* ubi dixit concurrere
debere doloſam, & culpoſam malam fidem in me-
liorante, ut reſtitutio intraret, non autem ſola mala
fides à Jure inducta ob defectum beneplaciti, ac la-
tè de hoc ratiocinatur *dec. 6. num. 12. & ſeq. par. 11.
rec.* Eccleſia enim debet eſſe æqua; idque procedit eo
magis, ſi nullitas proveniat ſolùm ex defectu formæ,
& non utilitatis; Verùm Rota *deciſ. 387. coram Card.
Celſo*, ſentiit debere reſtitui melioramenta Eccleſiæ
unà cùm fructibus, quòd non ſecurum fuit, ſed cùm
meliori temperamento evenit *deciſ. 318. part. 9. rec.*
ut bona remanerent penes meliorantem, & iſte re-
ſtitueret valorem rei in ſtatu ante meliorationem;
ſed quid de fructibus melioramentorum, & videtu
non eſſe reſtituendos, uti provenientes ex pecunia
meliorantis, quia Eccleſia debet ſervare æquitatem;
cit. Card. de Luca *diſcurſ. 4. de alienat. prohibit.* ferè
per totum,

Sed in hac re, quoad reſtitutionem valoris melio- 21
ramentorum, diſtinguendum eſt, ut teneatur Rector
rei Eccleſiæ alienatæ, reficere contrahenti meliora-
menta omnia neceſſaria; quia iſta conſervant rem, 22
aliàs eſſet peritura; & in hac nulla cadit difficultas,
Card. de Luca *citat. diſc. num. 14.* Rota *deciſ. 387. nu-
mer. 1. & 4. coram Card. Celſo, deciſ. 188. num. 28. &
deciſ. 318. num. 14. part. 9. rec.* Idque procedit etiam,
ſi ſit in quacumque mala fide, Rota *deciſ. 898. num. 3.
coram Seraphino, deciſ. 665. nu. 2. & 3. coram Dunq-
zet. jun.* ubi ſivè melioramenta conſiſtant in faciendo,
ſivè in reficiendo, *& dec. 39. num. 6. & 7.* poſt Poſt.
de ſubhaſt. deciſ. 1290. num. 11. cor. Emerix. jun. Sola
limitatione, ſi adfuerit dolus, ut domino ſit difficilior
recuperatio, & latè Rota *in Terrac. melioramentorum
13. Junii 1692. & 5. Decembr. 1693. cor. bo. me. Mu-
to*, & dixi agendo de refectione melioramentorum fa-
cienda per redimentum rem venditam cum pacto de
redimendo *tom. 1. pag. 595. n. 31.* Quæ autem ſint me-
lioramenta neceſſaria, dicendum eſt eſſe ea, ſine qui-
bus res perit, non autem ea, quæ fieri debent pro 23
ordinaria cultura, ut latè in *cit. dec. Terrac.* ac in ad-
ductis deciſionibus.

Si autem agatur de melioramentis utilibus, diſtin- 24
guendum eſt, quòd ſi fuerit factus contractus cum
reſervatione beneplaciti, quod adhuc impetratum non
fuerit, & Eccleſia velit pœnitentia uti, & tunc de-
bet reficere melioramenta in pretio tamen minori in-
ter expenſum, & melioratum, Rota *deciſ. 546. num.
4. & ſeqq. & dec. 547. num. 5. & ſeq. coram Seraphi-
no, deciſ. 387. num. 6. coram Card. Celſo*, ex ea vali-
da ratione, quia cùm tali caſu contractus ſit in im-
plicito ſtatu validitatis, nullum præjudicium infertur
Eccleſiæ, ſi rem utilem gerat poſſeſſor; Ultra quod
cùm Eccleſia debeat reſtituere totum id, quod inter-
eſt, itaut non remaneat in lucro, benè ſolvere debet
id, quod eſt melioratum: ſi agatur de melioramentis
perpetuam utilitatem importantibus, ut ad rem ple-
nè *dixi cit. tom. 1. pag. 595. numer. 31. §. Quoad uti-
lia*, ut ſunt reductio ad culturam loci nemoroſi, &
inculti, *l. utiles*, juncta *gloſ. ver. novale, ff. de petit.
hered. l. Silva, §. novali, ff. de verb. ſign.* Domum con-
ſtituere pro habitatione Villicorum, & Stabulis anima-
lium, *leg. divortio, §. impendi, ff. ſol. matrim.* Vites
plantare ex integro, & non ſimpliciter ſubrogare in
locum demortuarum, *l. vel vites, ff. de impenſ. in
rem dot. factis*; Aggeres facere pro avertendis flumi-
nibus, *l. impenſa, ff. eodem*, & aliquando etiam neceſ-
ſariæ hæ dicuntur, cùm perire poſſunt res ob aquas:
autem, quæ fieri debent pro ordinaria cultura, non
dicuntur utilia, nec reficienda, *dec. 103. nu. 11. coram
Emer. Jun. & in cit. Terrac. latè*.

Si tandem agatur de meliorante rem Eccleſiæ,
poſt quam fuerit beneplacitum, vel denegatum, vel 25
malè executum, vel poſt interpellationem factam, &
motam litem, tunc, cùm agatur de meliorante in ma-
la fide, iſta cedunt ſolo, nec refici debent ab Eccle-
ſia, *l. Domum 5. C. de Rei vindic.* Barboſ. *in l. divor-
tio 8. §. fin. numer. 77. & ſeqq. ff. ſoluto matrim.* Rota
dec. 6. num. 33. part. 11. rec. & in terminis alienatio-
nis rerum Eccleſiæ, Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de con-
tract. emphit. quæſt. 22. nu. 4.* Magon. *deciſ. Lucenſ. 33.
numer. 47. deciſ. 387. n. 1. & ſeq. cor. Card. Celſo, dec.
188. n. 29. & ſeq. & dec. 318. numer. 22. & 23. part. 9.
rec.* itaut permiſſum ſit tantùm melioranti ea abrade-
re à fundo, ſi ſeparabilia ſunt abſque læſione prioris
ſtatus, Rota *deciſ. 188. num. 30. par. 9. rec.* Et quam-
vis Card. de Luca *citat. diſc. 4. numer. 15. de alien.* vi-
deatur ſentire contrarium, admittit tamen concluſio-
nem, quando adeſſet mala fides contrahentis, reſpectu
damni Eccleſiæ, non tamen hunc rigorem eſſe ad-
mittendum, ſi ſolum ex defectu formæ non ſervatæ, be-
nepla-

Digitized by Google

neplacitum non ſubſiſteret, ut erat caſus *in dec.* 387. *coram Celſo*, quia, ut ipſe Cardin. de Luca ſubdit, in omnem caſum conſtitit, quòd ex prædio meliorato non percipiebantur majores fructus, quos Eccleſia percipiebat ante factam Conceſſionem, nam in hoc caſu extra lineam difficultatis eſt, nihil debere refici, cùm refectio, ut dixi; cadat ſuper minori pretio inter melioratum, & impenſum. Verùm *deciſio Card. Celſi*, ſe fundat in principali Concluſione, quando aliquis eſt in mala fide ob beneplacitum malè executum, ob formam non ſervatam, quia idem eſt, ac ſi non fuiſſet obtentum, & in *cit. dec. num.* 6. *& ſeq.* Motivum autem, quòd non conſtabat de melioramentis fuit, ut ipſa *deciſio* ſubdit, ad faciliorem reſolutionem; nec à dicta Concluſione receſſum fuit in *ſubſequenti dec.* 420. *part.* 9. *recentior.* ſed ſolùm ob æquitatem receptum temperamentum, ut ſupra innui; ut inquit Card. de Luca; Hoc tamen mihi certum videtur, quòd ſi agatur de mala fide certa, & inexcuſabili, ac doloſa, ut eſſet in ea poſitus ob interpellationem, ſeu inhibitionem, ac litem motam, nulla æquitas intrare debet. Ita etiam, ſi agatur de melioramentis factis poſt beneplacitum malè executum ob defectum utilitatis, vel ex defectu formæ, quæ tendat etiam in utilitatem Eccleſiæ, ut eſſet in pecunia eroganda hoc modo, & hujuſmodi; ſed ſi defectus ſit in ſola forma, quæ non redundet in damnum Eccleſiæ, vel conſiſtens in apice juris, non benè nota contrahentibus, tunc videtur admittenda æquitas à Judice, ſi agatur de melioramentis utilibus, præſertim perpetuam utilitatem importantibus, ut latè ad rem plenè dixi *citat. tom.* 1. *pag.* 595. §.
26 *quoad utilia*. Et ſine difficultate procedit reſtitutio melioramentorum, ſi fuerint facta ex conventione inita cum ipſa Eccleſia, Rota *dec.* 546. *num.* 7. *cor. Seraphino*. Præſertim quia Eccleſia debet eſſe cultrix juſtitiæ, & æquitatis.

27 Hinc deveniendo ad fructus melioramentorum, an poſſint ab Eccleſia repeti? Poſita nullitate contractus ex defecti beneplaciti, cùm dominium, & poſſeſſio, ut dixi, non abdicetur ab Eccleſia, conſequenter fructus melioramentorum acquiri debent Eccleſiæ, cujus eſt dominium rei melioratæ, etſi agatur de melioramentis, quæ refici debeant, ſolùmque in caſu refectionis debitæ, remanet melioraus creditor pecuniarius quantitatis debitæ, Card. de Luca *citat. diſc.* 4. *numer.* 6. *& ſequent. & de feud. diſc.* 27. itaut dictus meliorans tamquam creditor pecuniarius non poſſit percipere fructus dictorum melioramentorum, nec eos valeat compenſare cum fructibus prædictis poſt malam fidem perceptis. Contrarium tamen docet idem Cardin. de Luca *in eodem diſc. num.* 10. ut fructus producti ab ipſis melioramentis commodo meliorantis cedant, ad Text. *in l. caterum* 22. *ff. de rei vindic. Rom. ſingul.* 337. Gabriel. *conſ.* 80. *num.* 8. *libr.* 2. Giurba *dec.* 105. *n.* 19. Cyriac. *contr.* 83. *num.* 7. Rota *dec.* 443. *n.* 10. *& dec.* 905. *num.* 8. *cor. Emer. Jun. & dec.* 614. *n.* 9. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

28 *Sed* juxta diſtinctionem malæ, & bonæ fidei poſſeſſorum, videtur in hoc procedendum, & ut ſupra dixi, ſi agatur de contrahente cum Eccleſia, prævia reſervatione beneplaciti, vel eo obtento malè executo ob defectum aliquem formæ tantùm, non exindè reſultante in Eccleſia damno, ſed utilitate, & tunc conſiderari poſſet bona fides, vel mala abeſſe, in meliorante, & ſic fructus melioramentorum melioranti debentur, ex citatis ſupra auctoritatibus, & caſibus circa reſtitutionem pretii melioramentorum, in cujus ſequelam veniunt fructus; cùm enim Eccleſia, ut dixi, teneatur tunc reſtituere pretium melioramentorum neceſſariorum, & utilitatem importantium, nequit conſequenter prætendere eorum fructus, quos fecit ſuos meliorans; ſi verò agatur de contrahente cum Eccleſia, ac retinente bona ſine beneplacito reſervato, & non obtento, ſeù malè executo ob formam non ſervatam, & fortius ſine utilitate Eccleſiæ, prout eo magis ſi facta fuerint melioramenta poſt interpellationem, ſeu litem motam, & in his caſibus, ſicuti Eccleſia non tenetur reſtituere pretium melioramentorum, ut dixi, ita nec ſolvere fructus;
Et quoad fructus, qui percipi potuerunt à poſſeſſore, 29
nec poteſt eos prætendere; & ſi poſſeſſor fuerit in mala fide, ſed ſolùm in caſu, quo interpellatus ab Eccleſia ad reſtituenda melioramenta, fuiſſet in mora reſtituendi; Quod procedit etiam in Eccleſia interpellata ad reſtituendum pretium eorum, quod deberet reſtituere, ſi fuiſſet in mora reſtituendi, dixerunt Angel. *in l. emptor ante nu.* 1. *verſicul. dic quia, & verſicul. ſequitur, ff. de re judicata*, & diſtinguendo inter malæ, & bonæ fidei poſſeſſorem, Covarr. *var. reſolut. libr.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. *verſ. percepti*, Menoch. *de recuper. remed.* 15. *numer.* 610. *in fine, verſ. verùm, &* 611. Neguſan. *de pignor.* 4. *membr.* 5. *p. nu.* 20. *verſ. & licet ſtante mora*, Caldas *de empt. & vend. cap.* 27. *num.* 69. Gabriel. *conſil.* 151. *n.* 9. *verſ. tamen puto*, Rot. *deciſ.* 6. *num.* 33. *& ſeq. part.* 11. *rec.* quia fructus melioramentorum non poſſunt acquiri melioranti ratione dominii; nam dominium eorum ceſſit domino ſoli, & in eodem ſolo nequeunt dari duo domini, Pereira *dec. Portugall.* 47. *numer.* 7. Nec ratione æquitatis ex *leg. Curabit*, quia meliorans numquam fuit dominus melioramentorum, ſolùmque remanet creditor pecuniæ expenſæ, & ſine mora, ac requiſitis Pauli de Caſtro, exigere intereſſe nequit, proſequitur *cit. dec.* 6. *num.* 41. *& ſeq.* ubi prælictum procedere, ſi meliorans fecit melioramenta nomine Eccleſiæ dominæ ſoli alienantis, quia omninò pro dicto credito pecuniario nequit meliorans exigere fructus ſine dictis requiſitis Pauli de Caſtro, damni ſcilicet emergentis, ſeù lucri ceſſantis.

Qui tamen fructus melioramentorum, imò fructus
rei alienatæ ita debent in dictis ſupra diſtinctis caſi- 30
bus reſtitui Eccleſiæ, ut deducantur priùs expenſæ factæ in iis colligendis, *cap. gravis*, ubi Gloſs. *verb. fructus de reſtit. ſpoliat.* & Adden. *ad citat. dec.* 444. *nu.* 53. *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *recent. & dec.* 27. *num.* 22. *part.* 12. *dec.* 8. *num.* 10. *part.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 317. *n.* 8. *&* 21. *part.* 19. *rec. & in citat. Terracinen. Melioramentorum coram Muto* latè, ubi ex eadem ratione non debere meliorantem bona fide compenſare expenſas illas, ſeu melioramentorum cum fructibus eorum, quia eos facere potuit ſuos ex jure proprio; Secùs autem malæ fidei poſſeſſorem debere compenſare, quia eos ſuos facere non potuit, cùm deberentur domino rei, & *in citat. deciſ.* 6. *numer.* 38. *par.* 11. *recentior.*

Tenetur tamen extra difficultatem Eccleſia alienans, 31
in caſu receſſus à contractu, reſtituere pretium receptum ab Emptore, ac totum id, quod recepit, ſic urgente ratione; ne locupletetur cum aliena jactura, & Eccleſia evitare debet damnum alterius, ac ſervare æquitatem, Gloſs. *in leg.* 1. *Cod. de Repud. leg. cum autem*, §. *jubentur Ædiles, ff. de Ædilitio edict.* ubi reſoluta emptione omnia reponuntur in eum ſtatum, ac ſi venditio facta non fuiſſet, plenè Rot. *deciſ.* 547. *nu.* 7. ubi reddi contrahenti cum Eccleſia omnia recepta in tali contractu reſoluto, *coram Seraphin. & dec.* 29. *&* 287. poſt Ceoc. *de Cenſibus*; nec refert, ut Eccleſia teneatur reſtituere acceptum, quando contractus ſit nullus ipſo jure, ut in hoc caſu defectus beneplaciti, vel ſolùm quando nullus declaretur, ſeù ſit annullandus, quia ſemper contrahens poteſt repetere pretium, tamquàm ſine cauſa datum, Menoch. *Conſ.* 644. *num.* 3. *& ſeqq.* plenè Adden. *ad cit. deciſ.* 444. *num.* 58. *& ſeq. part.* 4. *tom.* 2. *rec.* Rot. *deciſ.* 219. *nu.* 2. *&* 3. *coram Merlin.* prout etiam in pupillo, & minore dicendum eſt; & quatenus Eccleſia ex pretio emerit aliquam rem, & facta ſit locupletior, non dubitandum, ut teneatur reſtituere pretium; ſin verò tenetur reſtituere prædium, Adden. *citat. numer.* 62. *& ſequ.* quòdque locupletationem eam probare non incumbit Eccleſiæ; ſed contrahenti, ut ibidem, & Rot. *deciſ.* 29. *poſt Cenc.* Si verò ageretur de pecunia à Rectore recepta, & non converſa in bonis,

Digitized by Google

nis, tunc diſtingueudum eſt, quòd ſi ageretur de alie-
natione in cauſam neceſſariam, tunc debet probari
verſio; Secùs autem de facta in cauſam voluntariam,
Gratian. *diſcept.* 45. *num.* 1. *& ſeqq.* Rot. *in Romana
Cenſuum* 23. *Julii* 1600. *cor. Millin. dec.* 29. poſt Cenc.
de Cenſibus, *dec.* 256. *num.* 7. *coram Duran. dec.* 14. *n.*
3. *& ſeq. decis.* 278. *numer.* 1. *part.* 1. *diverſ.* & magi-
ſtraliter *in Romana Cenſuum*, *de Romulis* 18. *Junii*
1599. *coram Pœnia*, *decis.* 779. *impreſſ. Lugdun. quæ
eſt decis.* 287. poſt Cenc. *de Cenſib.* Ubi quod tenetur
totum Capitulum, non ſolùm Canonicorum recipien-
tium hæredes, ſi fuerit conſtitutus Cenſus ad favorem
univerſorum de Capitulo, *decis.* 663. *numer.* 64. *coram
Merlin.* Verùm in dictis haberem difficultatem, ſi
33 emptor voluerit dare pecuniam liberam ſine benepla-
cito Apoſtolico reſervato, & diſtinctio probationis
verſionis in caſu alienationis neceſſariæ, & volunta-
riæ procedit poſito beneplacito, ut aliàs dixi citatis
locis; quidquid eſſet, ſi promiſſum fuerit beneplaci-
tum, ac Eccleſia ante ejus impetrationem pœniteat,
Rota *deciſion.* 219. *numer.* 5. *& ſeq. coram Merlino*,
ubi quòd ſi fuerit depoſitata à contrahente ad credi-
tum Eccleſiæ, & Mercator decoxit, perit Eccleſiæ
contrahenti, ſi concurret bona fides illius in contra-
ctu facto cum beneplacito, quod adeſſe fatebatur ea-
dem Eccleſia, vel ſi ageretur de beneplacito præ-
ſumpto, juxta *decis.* 1555. *coram Pœnia*; Secus ſi be-
neplacitum non fuerit obtentum, vel præſumptum
legitimè, & facit Rota *decis.* 14. *numer.* 6. *part.* 1.
diverſor. ubi debere repeti pretium ab hærede alie-
nantis, ſtante nullitate contractus; etſi Archiepiſco-
pus alienans promiſiſſet obtinere beneplacitum infra
annum, quod non fuit obtentum, & pecunia ab ipſo
conſumpta, *& deciſio in Romana Cenſus de Palutio*
20. *Novembris* 1600. *coram Sacrato tom. primo*, poſt
Marcheſan. *de commiſſ. pag.* 864. etſi dictam deciſio-
nem videatur declarare; tamen firmat, fructus rei a-
lienatæ debere reſtitui, compenſatis cum fructibus rei
ab Eccleſia emptæ, pecuniis receptis, & ſic ſuppo-
nit locupletiorem Eccleſiam, non autem conſumpta
pecunia per Rectorem, nam certè ſibi cavere debet
emptor, ut pretium deponatur, & erogetur rectè, &
ſibi imputet, ſi cum Eccleſia ita inconſideratè egit ſi-
ne beneplacito requiſito, & ſuo ſe jugulavit gladio,
ut ad rem advertit Adden. *ad citat. decis.* 444. *numer.*
65. *& ſeqq. part.* 4. *to.* 2. *rec.* Sciebat enim requiri be-
neplacitum, ac ſi beneplacitum adfuiſſet, providiſſet
iſtud, ut pecunia ſolvatur in cauſam debitam utilem
Eccleſiæ; aliàs ſequeretur, quòd facilè poſſet eludi in-
tentio Papæ in imponenda ſolemnitate beneplaciti,
quia potuerat depauperari facillimè Eccleſia, reſtituen-
do pretium, conſumptum à Miniſtris, in eorum uſus;
& proinde tenentur illi, & non Eccleſia, niſi proba-
ta fuerit locupletior, & ſic juxta bonam, vel malam
fidem contrahentis, debet id decidi, ut ad rem ſine
beneplacito dixit, Card. de Luca *cit. diſc.* 4. *nu.* 6. *&
ſeq. de alien. prohib.*
34 Sed numquid iſta nullitas contractus facti cum Ec-
cleſia ſine beneplacito procedat in foro conſcientiæ,
ſeu aliæ pœnæ, de quibus infra, ſi verè conſtet de utili-
tate Eccleſiæ. Ac aliqui dicunt, donec in foro exter-
no declaretur incurſio, ſeu nullitas, non teneri in fo-
ro conſcientiæ, nec ad fructus, nec ad pœnas ſubeun-
das. Verùm circa nullitatem actus non ſufficit bona
fides, cùm verè non ſit pœna; ſed potiùs importat
impedimentum ex natura contractus, in quo lex cer-
tam formam impoſuit, Lezan. *in ſumm. part.* 1. *cap.*
10. *in fin.* Donat. *quæſt. regul. tom.* 1. *tract.* 14. *quæſt.*
81. Pacion. *de locat. c.* 14. § 8. *num.* 2. Theſaur. *de pœ-
nis*, *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. ubi docent nullitatem actus,
ejuſque ſequelam, ſcilicet reſtitutionem fructuum, in-
curri quoque, ſtante bona fide, Quaranta *verb. alie-
natio*, *numer.* 40. *in addit.* ex Sarmiento *de reb. Eccl.
part.* 1. *cap.* 12. *numer.* 6. *&* 7. quando ſcilicet Eccle-
ſia petierit rem; ſecùs ſi non petierit, quia contractus
valet ea volente; Et quod nullitas actus ſemper inter-
veniat ob decretum irritans, quo uſus fuit hæc Bulla,
Rota *dec.* 340. *num.* 1. *cor. Priolo*, *dec.* 32. *num.* 18. *dec.*
192. *n.* 10. *dec.* 430. *n.* 17. *par.* 18. *rec.* & dixi ſupra, ubi
de non uſu iſtius *Bullæ*.
Quoad alias verò pœnas, de quibus infrà, bona fi- 35
des, & utilitas Eccleſiæ excuſat contrahentem ſine be-
neplacito à cenſuris, & pœnis impoſitis, quia hæc
Bulla, quoad nullitatem actus indefinitè dicit, quod
nulla ſit, & quoad alienantes, vel recipientes, ut in-
currant in pœnas, voluit adeſſe præſumptionem, qua
ceſſante ceſſat incurſio, & in foro conſcientiæ non
incurri has pœnas, Quaranta *in Summ. Bull. ver. alie-
nat. numer.* 50. ubi excuſare ignorantiam facti proba-
bilis; imò ignorantiam juris in perſonis non ita peri-
tis, vel in jure valdè dubio, & in quo adeſſet aliqua
diſcrepantia Doctorum, ac apparentia juſtæ cauſæ, vel
exiſtentia illius, Zabarell. *in Clement.* 1. *quæſt.* 39. *nu-
mer.* 22. quam theoricam ſequuntur Doctores, Navar.
de alienat. rerum Eccleſia, § 1. *numer.* 16. *verſ. pro
parte autem*, *tom.* 2. *& conſil.* 19. *numer.* 3. *lib.* 5. *tit.
de reb. Eccleſia non alien.* Azor. *inſtit. libr.* 9. *cap.* 2.
quæſt. 6. Bonac. *de alienat. rer. Eccleſiæ*, *diſp.* 2. *punct.*
5. *quæſ.* 1. *limit.* 2. Quarant. *cit. num.* 9. Pacion. *cit.* § 8.
numer. 5. *& ſeq.* Card. de Luca *de alienat. diſc.* 51. *nu.*
3. *& ſeq. diſc.* 53. *num.* 2. *in ſupplem.* Vermigl. *conſ.* 82.
num. 2. itaut contractus factus cum legitima cauſa, &
abſque dolo, & fraude excuſet ab incurſione pœnarum, 36
ut apud citat. DD. ex plenè *dec. Imolen. vocis activæ*,
& paſſivæ 20. *Junii* 1693. *coram Molines*, in qua cùm
Confratres cujuſdam Societatis impoſuiſſent Cenſum,
abſque beneplacito Apoſtolico, concurrente approba-
tione Vicarii, & juſta exiſtente cauſa, ac declarati
fuiſsent Confratres incurſi in pœnam privationis vo-
cis activæ, & paſſivæ, Sacra Rota declaravit non in-
curriſſe, imò nec peccaſſe mortaliter quoad Deum,
ſtante dicta bona fide, Novar. *cit. de alienat.* § 1. *nu-
mer.* 17. Filliuc. *oper. moral. tract.* 44. *cap.* 6. *numer.* 5.
verſ. 3. & alii apud Pacion. *cit. n.* 9.
Verùm Sacr. Congregatio Concilii *in Carpentorat.* 37
23. *Januarii* 1608. *tom.* 11. *decret. pag.* 25. *ad* 5. reſol-
vit: *Conductores bonorum eſſe utique excommunicatos*,
nulla adhibita diſtinctione, an conceſſio, ſivè contra-
ctus vergat, necne in evidentem Eccleſiæ utilitatem;
& ad 6. *Poſſe allegare præſumptionem beneplaciti Apo-
ſtolici; ſed ſi ſciant illud non interveniſſe, ſua conſcien-
tia conſulere ipſos oportere*, *& ad* 7. *Non habere ex-
cuſationem, nec evitare pœnas propter conſenſum Ordi-
narii*, quem excludit Trid. Concilium, dum exigit con-
ſenſum Sedis Apoſtolicæ. *Et in Lunen. Sarzan. Alie-
nationis bonorum*, cùm Rector alienaverit quædam bo-
na Eccleſiæ cum reſervatione beneplaciti, & tradita
fuerit poſseſſio, eo non obtento, cum ſuppoſita bona
fide, Sacr. Congregatio Conc. *die* 30. *Januarii* 1683.
propoſito dubio. An præter nullitatem actus inciderit
Rector in pœnas *Extravagantis*. Reſpondit. *Affir-
mativè*, *niſi bona poſſent alienari abſque beneplacito
Apoſtolico*.
At in hac re corollariè diſtinguam. Quoad nulli- 38
tatem actus, jam dixi incurri abſque aliqua declaratio-
ne, nec excuſare ignorantiam, aut bonam fidem ex di-
ctis; & ſic teneri ad fructuum reſtitutionem, etiam
in foro conſcientiæ, quia non fuit translatum domi-
nium, niſi volente Eccleſia, & benè Sacra Congre-
gatio dixit *in cit. Lunen. Sarzan.* in dubio: *Præter
nullitatem actus*, quia de hac nullitate non potuerat
cadere diſputatio. Quoad alias pœnas, tam ſpiritua-
les excommunicationis, & interdicti, quàm alias pri-
vationis beneficiorum, excuſatur contrahens propter
bonam fidem, ut ſupra fuit dictum, in foro inter-
no: ita tamen, ut non habeatur bona fides, ex eo
quòd adſit utilitas, ſed debet eſse circa beneplacitum
non obtentum, & ceſset præſumptio, & dolus geſtus
in obſervanda, ſeu exequenda ſolemnitate beneplaci-
ti, ut à pœnis eximatur, Theſaur. *de pœnis*, *part.*
2. *cap.* 1. *numer.* 2. & Sacr. Congregatio *in Carpento-
raten. cit.* ita procedit, *quoad quintum*, *& quoad ſex-
tum*, non adfuiſse ſcilicet bonam fidem, & aſſenſum
fuiſse obtentum ab Ordinario, qui non erat ſufficiens;
& in

& in cit. Lunen. etſi fuiſſet reſervatum beneplacitum Apoſtolicum, viſa fuit non concurrere bona fides in eo non obtinendo; & erat tradita poſſeſſio civilis, & naturalis pluribus contrahentibus, & fuerat petita à Sacra Pœnitentiaria abſolutio; quæ excludebant bonam fidem. Hinc ſi fuerit reſervatum beneplacitum, præciſis dictis circumſtantiis arguentibus malam fidem, & adſit utilitas evidens Eccleſiæ, excuſari poteſt contrahens à pœnarum declaratione, & ab incurſu in foro externo, ſi abſit mala fides non obtinendi beneplacitum, & ita procedit *citat. deciſio Imolen.* ac potiùs compelli debet ad obtinendum beneplacitum volente Eccleſia, Quarant. *cit. infra num.* 9. De Marin. *reſol. quotid. c. 6. ad num. 9. lib.* 1. Lezan. *oper. moral. tom. 2. verb. alienatio, num.* 43. *cum ſeqq. & n.* 58. *& Sac. Congregatio Epiſcoporum in Cauſa Eremitarum Camaldulentium* 29. *Novembris* 1680. & S. Pęnitentiaria ſolet concedere abſolutionem in foro interno à cenſuris, & pęnis quibuſcumque, & facultatem retinendi, ac obtinendi beneficia, hujuſmodi Reis, itaut curent intra certum tempus obtinęre beneplacita Apoſtolica, aut reſtituere bona, Quarant. *cit. n.* 49. & vidi ita ego practicari tempore, quo fui Canoniſta, & Datarius Sacræ Pœnitentiariæ.

39 Incurſio autem in dictas pœnas eſt ipſo jure, tam quoad excommunicationem, quàm privationis beneficiorum, & alias in Conſtitutione inflictas, ut exprimitur in eadem; ſed quoad forum externum requiritur declaratio facti, quoad dictam privationem, Pacion. *de locato citat.* §. 8. *num.* 29. Filliucc. *tractat.* 44. *cap.* 6. *qu.* 6. *num.* 7. juxta Textum *in cap. cum ſecundum* 39. *de Hæreticis in* 6. & Rota *in cit. Imolen.* §. *nullitas coram Molines*, ubi requiri citationem partis, nempè in eo caſu Confratrum dictæ Confraternitatis, ut privati voce activa, & paſſiva eſſent, & ſemper requiri declaratoriam facti, etſi in Conſtitutione Apoſtolica adſit clauſula, *abſque declaratione, & ipſo jure*, Quarant. *cit. num.* 49. Et Sac. Congregatio Concilii 1. *Octobris* 1672. *tom.* 27. *decret. pag.* 510. propoſito dubio. An Prælatus Regularis, ex quo abſque ulla licentia S. Sedis oppignoraverit ſex candelabra argentea pro ſumma ſcut. 400. incurrerit in pœnas inflictas, videlicet privationis Officiorum abſque ulla alia declaratione, Sacr. Congregatio reſpondit. *Requiri declarationem facti in foro externo*, Theſaur. *de pœnis, citat. cap.* 2. præter nullitatem actus, pro qua non requiritur declaratio, quia non eſt pęna; & irritat actum ipſa Conſtitutio, ut dixi. Pro aliis verò pęnis requiritur pro foro externo declaratio facti. Pro foro tamen interno, & conſcientiæ, aliqui dicunt etiam requiri, quoad privationis pœnas: ſed alii contrarium docent apud cit. DD. cui tutiori opinioni magis adhærendum eſt in foro conſcientiæ, ut notat Quaranta cit. & recurri proinde pro eodem foro ad Sacr. Pœnitentiariam pro abſolutione, & abrogatione dictarum pœnarum, ut ſupra dixi. Sed ad rem adeſt reſolutio Sacr. Congregatio Concilii *in Romana Ciſtertienſium* 1. *Septembris* 1617. *tom.* 21. *decret. pag.* 57. Tertiò. An ad effectum incurſus in pœnas Regularium alienantium, opus ſit præcedenti declaratione, etſi dicatur in decreto *ipſo facto*. *Ad tertium* reſpondit. *Ad effectum incurrendi in cenſuris, non requiri*, & ſic videtur ſentiiſſe, requiri declarationem facti, licèt *in Conſtitutione hac* dicatur *abſque declaratione*, quoad alias pęnas.

40 Inter dictas pœnas eſt excommunicatio, quæ procedit etiam contra Epiſcopos, & Abbates alienantes ſine ſolemnitate inducta per *Extravagantem*, ut ex Textu Conſtitutionis, & docet Quarant. *citat. num.* 49. Navar. *conſil.* 3. *de reb. Eccleſia non alien.* Theſ. *cit. par.* 2. *v. alienatio, cap.* 1. §. *primo*, contra *aliquos ibi citatos*, ubi quòd pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, §. *ſequenti Conſtitutionis* impoſita Abbatibus, & Epiſcopis alienantibus eſt aggravans, ultra generaliter omnibus impoſitam excommunicationem; & comprehendit pœna hæc tàm Laicos, quàm Eccleſiaſticos alienantes, & recipientes, Adminiſtratores,
Clericos, omneſque, qui alienaverint, vel receperint; quia Conſtitutio loquitur indefinitè; quidquid
aliqui dicant, Laicos non teneri. Non eſt tamen excommunicatio
hæc juxta hanc *Conſtitutionem* reſervata Summo Pontifici, ſed reſervatio procedit ex aliis
juribus prohibentibus alienationem, & notat Theſaur.
citat. loco. Sed, ut dixi, recurritur pro abſolutione 41
ſemper ad Sedem Apoſtolicam, in foro interno per
Sacr. Pœnitentiariam, & in foro externo per Datariam,
& etiam per Sacras Congregationes Concilii,
& Epiſcoporum: & quoad Epiſcopos, & Abbates,
incurrere etiam Interdictum ab Ingreſſu Eccleſiæ,
quod non eſt reſervatum: & ſi per ſex menſes inſorduerint
in hoc Interdicto, incurrant ſuſpenſionem ab
adminiſtratione, & regimine ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterii,
& Inferiores Prælati, ac Adminiſtratores
ipſo facto ſint privati Beneficiis, quorum bona alienaverint,
& ea vacare cenſeantur ſine alia declaratione,
conferenda à Collatore; quoad pœnas Regula- 42
rium alienantium, adeſt decretum S. C. *tom.* 4. *Conſt.*
6. *Benedicti XII. & in Voto, ſeù deciſ.* 8. *poſt Emin.*
Corradinum in tract. de Prælat. dec. 8. ubi non poſſe affrancationem
concedere Eccleſiam ſine beneplacito,
excepta affrancatione in vim Bullæ Gregorianæ de jure
congrui, ut dixi *ſect.* 1.

S E C T I O V.

De conceſſione, & executione beneplaciti Apoſtolici, pro alienatione rerum Eccleſiæ.

S U M M A R I U M.

1 *Agitur in hac ſectione de conceſſione, & executione beneplaciti Apoſtolici alienandi bona Eccleſiæ.*

2 *An Legatus a latere poſſit præfatum beneplacitum concedere?*

Adducitur opinio negativa, & affirmativa, ib.

3 *Facultates Legatorum à latere ſunt reſtrictæ, & videntur debere attendi illæ, quæ in eorum Brevibus exprimuntur.*

Tridentinum Concilium auctoritatem Legatorum à latere cohibuit, quoad cauſas in primis inſtantiis, quas Ordinariis reſervavit? ibid.

4 *Ex Rota deciſione, colligitur fuiſſe requiſitam ſpecialem facultatem, pro hujuſmodi alienationibus, in Legato à latere.*

Præſertim in Nunciis cum facultatibus Legati à latere, quia eis communicantur certæ facultates, & alias non habent, ibid.

5 *Conceſſio facta Cardinalibus Legatis à latere non extenditur ad alios Legatos non Cardinales.*

6 *Nunciis cum poteſtate Legati à latere ſolet impertiri facultas, ut valeant concedere licentias permutandi, vendendi, in Emphyteuſim concedendi bona Eccleſiarum, & cum quibus reſtrictivis?*

Et quoad Legatos Provinciarum attendi debet tenor Brevium, ibid.

7 *Antiquitùs multi obtinuerunt à Sede Apoſtolica facultates concedendi hujuſmodi beneplacita.*

8 *Summus Pontifex hujuſmodi beneplacita concedit, vel per Bullas, vel per Literas in forma Brevis, vel per S. Congreg. Concilii, ſeu Epiſcoporum, & Regularium.*

Et quæ praxis ſervetur? ibid.

9 *Quæ praxis eſt in expediendis hujuſmodi beneplacitis per literas Apoſtolicas in forma Brevis?*

10 *Alius modus expediendi beneplacita eſt per ſimplex decretum Sac. Congregationis.*

Hoc modo expediuntur Emphyteuſes, conceſſiones ad certas generationes, & alienationes bonorum Sæcularium Eccleſiarum, & Clericorum, ſed pro ſumma limitata, ibid.

11 *Pro Regularibus expediuntur beneplacita omnia per ſimplex decretum, ad parcendum expenſis.*

Expri-

Exprimi debet in Regularium alienationibus, cujuſnam ſint Ordinis, ibid.

12 *Refertur decretum, quod hujuſmodi Indulta pro alienationibus Regularium, expediantur per S. Congregationem Concilii; & debent concedi gratis, & in forma* ſi in evidentem.

Praxis eſt, quod expediantur quoque per Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, ibid.

13 *Quando ob rei gravitatem ſolet Summus Pontifex exquirere votum Signaturæ Gratiæ; frequentius tamen remittuntur ad Sac. Congregationem Concilii.*

Et aliquoties Papa ex ſe facultatem concedit per ſimplex ejus oraculum, vulgò: Annuit.

14 *Ut beneplacitum vim habeat, an ſufficiat fuiſſe ſignatam ſupplicationem, vel requirantur literæ Apoſtolicæ expeditæ?*

Quid procedat in beneplacito pro actu perficiendo, & quid pro confirmando tantùm? ibid.

Quatenus non ſit neceſſaria expeditio literarum Apoſtolicarum in iis, quæ tranſeunt per ſimplex decretum Congregationum? ibid.

15 *Hæc Bulla Paulina non debet inſeri in literis Apoſtolicis, ſed tantùm ponitur Clauſula:* Si in evidentem.

Sed inſeritur Conſtitutio 2. *ejuſdem* Pauli II. *ibid.*

16 *Maturè perpenditur in Sac. Congregatione, an verè concurrat evidens Eccleſiæ utilitas, quæ ſit realis, non imaginaria, ac contingibilis.*

17 *Solet Sac. Congregatio demandare, ut affigantur edicta ante alienationem.*

Et ut pecunia convertatur unico contextu in ſtabilium emptionem, idid.

Quæ clauſula aliquoties non apponitur, & quando? ibid.

18 *Sac. Congregatio non approbat, ut pecunia retrahenda ex re alienanda inveſtiatur in Cenſibus.*

Niſi in caſu aliquo ſpeciali. Et quibus cautelis? ibid.

19 *Si permittatur contrahi aliquis cenſus, vel debitum, vel alienari capitale, ſolet adiici Clauſula:* Ut alienantes teneantur extinguere, vel reintegrare illud infra tot annos, & deponere quolibet anno certam ſummam, *qui modus eſt utilis.*

Ut plurimum petitur dilatio à Sac. Congregatione, quæ non debet eam concedere, niſi probata impoſſibilitate morali, ne præjudicetur Succeſſoribus; qui tenerentur ad hujuſmodi onera reintegranda, ibid. & n. ſeq.

20 *Cenſus dicitur impoſitus nomine Rectoris, quamquam nomine proprio actum fuerit, quotieſcumque ratione ſubjectæ materiæ, & mentis S. Congregat. cauſa muneris, & qualitatis Rectoris Eccleſiæ, videtur impoſitus.*

Et non deponens ratas partes, juxta leges præſcribi ſolitas à Sac. Congregatione, incideret in pœnas comminatas decreto de rebus Eccleſiæ non alienandis, *ibid.*

21 *An beneplacitum debeat antecedere alienationem? Referuntur opiniones.*

In Feudis, cum hæc non ſint in commercio hominum, requiritur beneplacitum domini ante alienationem, ibid.

Regulariter beneplacitum ſolet impetrari ante alienationem, ibid.

22 *Contractus factus abſque reſervatione beneplaciti eſt nullus.*

Si autem reſervetur, poteſt obtineri poſt, & retrotrahitur ad initium contractus, ibid.

23 *Reſervatio beneplaciti domini excuſat à caducitate in alienatione rei Emphyteuticæ. Et quare?*

24 *Si interim obierit Rector Eccleſiæ, poterit impetrari beneplacitum volente novo Rectore.*

Sed debet exprimi Papæ, fuiſſe confectum Inſtrumentum cum reſervatione beneplaciti, ibidem.

25 *Poteſt igitur reſervari beneplacitum, ſed dominium non acquiritur, niſi poſt id obtentum, & executum.*

Nec debet fieri novum Inſtrumentum poſt beneplacitum obtentum, ibid.

26 *Si fuerit tradita poſſeſſio rei alienatæ, ante obtentum beneplacitum, contractus erit nullus; & debet exprimi Papæ, & obtineri beneplacitum pro novo contractu, & abſolutio à cenſuris incurſis.*

27 *An ſi fuerit tradita poſſeſſio civiliter per Clauſulam:* Conſtituti, *contractus ſit nullus, & pœnæ incurrantur?*

Videtur affirmativè reſolviſſe Sacr. Congregatio; ſed ſatis non eſſe poſſeſſionem civilem, & fictam firmatur, & declaratur reſolutio Sac. Congregationis, ibid.

28 *Quid, ſi in Inſtrumento apponatur reſervatio beneplaciti cum Clauſula:* Non aliàs, nec alio modo; *& fuerit tradita poſſeſſio ante beneplacitum?*

29 *An, ſi reſervetur beneplacitum, intra certum tempus impetrandum, & non obtineatur, reſolutus dicatur contractus?*

Diſtinguitur inter tempus adjectum per viam conditionis reſolutivæ, & per viam modi, ibidem.

Et an eo caſu dari valeat pœnitentia à contractu, ibid.

Et debet narrari Papæ fuiſſe lapſum tempus conventum, ibid. & num. 31. ubi hoc explicatur, ibid.

Eccleſia tamen; quamvis non adſit pactum reſolutivum, poteſt pœnitere, ibid.

30 *Non obſtat, ſi fuerit onus conceptum per ablativum abſolutum:* Obtento beneplacito infra certum tempus, *& quando id procedat?*

Inſpici debet totus contextus, an tempus fuerit limitatum per viam conditionis reſolutivæ? ibidem.

31 *Lapſus temporis non debet exprimi Papæ, niſi fuiſſet reſolutus contractus ex lapſu temporis conceſſi pro impetrando beneplacito.*

Niſi interim fuiſſet jus quæſitum parti, ibidem.

32 *Dictum beneplacitum benè poteſt impetrari ab una parte.*

Et poterit impetrari, etiam pro perſona nominanda, ibid.

Papa non contemplat perſonas, niſi ſint de prohibitis, vel potentibus, ſed utilitatem Eccleſiæ, in conceſſione prædicta, ibid.

33 *Reſervatio beneplaciti in contractu cum Eccleſia intelligi debet quatenus de jure.*

34 *Reſervatio beneplaciti concepta per ablativum abſolutum habet vim conditionis, quando agitur de re inalienabili ſine beneplacito. Et quomodo intelligatur?*

Et hoc caſu reſervatio beneplaciti, ſivè concipiatur ſub modo, ſivè ſub conditione, ſemper reſolvit contractum, ſi non obtineatur, ibidem.

Secùs ſi non requiratur certò beneplacitum, quia contractus non reſolvitur, niſi adſit clauſula reſolutiva, ibid.

35 *Quam vim præſeferat Clauſula:* Non aliàs, nec alio modo; *ſicut etiam aliud pactum reſolutivum,* ut habeatur alienatio pro non facta?

Et an requiratur interpellatio?

Et quid in Feudis? ibid.

36 *Si poſt clauſulam.* Non aliàs, nec alio modo, *apponatur Clauſula.* Quatenus de jure, *hæc modificat primam.*

Et quid operetur? ibid.

Si beneplacitum reſervetur ſub conditione reſolutiva, eo non impetrato à Pontifice vivente, non eſt expectandus alius Papa, ibid.

37 *An*

37 An detur locus pœnitentiæ in contractu inito cum Eccleſia?

38 An ſucceſſor poſſit recedere à contractu anteceſſoris, poſt obtentum beneplacitum?
Verius videtur non poſſe, dummodo beneplacitum fuerit imperatum in vita anteceſſoris,
Et quid in Feudis? ibid.

39 Limitatur, ſi beneplacitum fuerit nulliter, & ſubreptitiè impetratum; nam daretur locus pœnitentiæ, tàm Eccleſiæ, quàm Laico,
Vel ſi non conſtaret de evidenti Eccleſiæ utilitate.

40 Si peteretur executio contractus, & incontinenti appareat non eſſe ſpem convalidationis, non poſſet obtineri; ſecus ſi agatur de conſervanda poſſeſſione jam habita.

41 Non impetrato beneplacito, locus eſt pœnitentiæ ſolum Eccleſiæ, non autem laico contrahenti.

42 Stant laicus, obtento beneplacito, imò ad ipſum obtinendum cogi poſſit; Secus Eccleſia.
Si tamen ante impetratum beneplacitum ſi declaravit nolle ſtare contractui, ibid.

43 Si in contractu reſervatum fuerit beneplacitum, per viam ſuſpenſionis conſenſus, utique liceret reſilire.

44 Quid ſi Prælatus aſſereret, habere beneplacitum, vel auctoritatem alienandi ex facultate Summi Pontificis, quam non habet?

45 Si Rector Eccleſiæ ſe obligavit, & promiſerit impetrare beneplacitum, an teneatur ad tale pactum?
Et habetur pro impetrato contra negligentes. Et quomodo id intelligendum?
Et an poſſit cogi, vel pœnitere? ibid.

46 Quid ſi Prælatus juramento promiſerit ſe non receſſurum à contractu?

47 Laicus contrahens poteſt convenire Prælatum ad perficiendum actum, præmiſſo beneplacito obtinendo termino præfixo, alias ipſi Laico liceret pœnitere.

48 Tunc dicitur conceſſum beneplacitum, quando ſupplicatio fuerit ſignata, & regiſtrata.
Niſi fuerit expreſſe demandatum, ut literæ expediantur, ibid.

49 Et quid de beneplacitis, quæ expediuntur per reſcripta Sacra Congreg.

50 Quid operetur obreptio, & ſubreptio in expeditione beneplaciti?
Circa perſonas, quando vitiet beneplacitum? ibidem.
Et coram quo expenduntur cauſæ iſtæ obreptionis, & ſubreptionis, ibid.

51 Hæc beneplacita quacumque forma expediantur, ſolent committi pro executione, & verificatione aſſertorum, Ordinariis.
Et aliquando Dignitatibus in Cathedralibus. Et an comprehendantur Canonici, ibid.
Et cum clauſula: Si in evidentem utilitatem ceſſerit, ibid.

52 Aliquando Papa ſimpliciter facit gratiam in caſu ſpeciali, & rei exigui valoris, ſine commiſſione.
De modo faciendi ſupplicationes, & de expeditionibus hujuſmodi Indultorum, & de clauſulis apponi ſolitis, ibid.
Ac de praxi conficiendi Proceſſus pro verificatione aſſertorum, remiſſivè, ibid.

53 Commiſſarii decretum interponunt nomine Sedis Apoſtolicæ, & conficiunt proceſſum.
Et an prælatio detur majori oblatori?

54 Et debet probari à Judicibus Commiſſariis evidens Eccleſiæ utilitas; & remiſſivè.
Et qui teneantur juſtificare evidentem utilitatem, vel neceſſitatem interfuiſſe? Et an debeat conſtare ex actis? ibid.

55 Datur probatio contra præſumptum interventum utilitatis Eccleſiæ.

56 Forma beneplaciti eſt ad unguem ſervanda à Commiſſariis, aliàs eſſet nullum decretum.
Nec ſufficit, ſi ſervetur per æquipollens, ibid.

57 Secùs ſi agatur de forma non ſubſtantiali, ſed accidentali; nam ſufficeret adimplementum per æquipollens, Quod explicatur.

58 Commiſſarii, ſeu Executores alii ſunt meri, alii mixti. Et qui ſint tales?

59 Executor merus non debet procedere judicialiter, ſecus autem executor mixtus.

60 Clauſula Vocatis Vocandis, quam vim habeat? Et qui debent citari?
Et quomodo citetur Capitulum, vel Conventus Monachorum, ibid.

61 Electis Commiſſariis, ut conjunctim procedant, nequit unus ſine alio procedere, ad differentiam Judicum Ordinariorum.
Et quid ſi fiat commiſſio v.g. Vicario, & Archidiacono, & utraque qualitas in una perſona concurrat? ibid.

62 Commiſſarii debent gratis expedire decretum executionis beneplaciti.
Soluimque ratione Scripturæ poteſt recipi ſcutum unum monetæ, ibid.

63 An poſſint iſti Commiſſarii, ſeu Delegati ſubdelegare? Reiicitur opinio Roſæ.

64 An mortuo Pontifice expiret hujuſmodi delegatio?
Expirat Juriſdictio per prolationem decreti, etiamſi nulli, ib. & n. 67.

65 Beneplacitum conceſſum per viam gratiæ habet effectum ſine miniſterio commiſſionis. Et datur beneplacitum à ſucceſſore Pontifice per Gratiam revalidatoriam, ibid.

66 Quid de commiſſionibus per reſcripta S. Congreg. ibid.
Mala executio beneplaciti idem efficit, ac ſi non fuiſſet impetratum.

67 An expiret Juriſdictio Commiſſarii per interpoſitionem decreti. Et an poſſit primum decretum reformari? ibid.
Firmatur ſententia negativa. Et explicatur deciſio Pœniæ, ibid.

68 Eo magis ſi fuerit executum beneplacitum per poſſeſſionem, aut rem judicatam.

69 Refertur opinio prædicta procedere in executore mixto, ſecus in mero.

70 Etſi detur novum beneplacitum cum commiſſione, vel Judex ipſe pronunciare poſſet, ſemper requiruntur nova acta.

71 Et an requiratur novus conſenſus Rectoris Eccleſiæ?
Et quid in diſpenſationibus Matrimonialibus? ibidem.

EXplicatis, in antecedentibus ſectionibus, tam con- 1
tractibus, quàm rebus, & perſonis, ſuper quibus
cadit prohibitio hujus *Paulinæ Conſtitutionis* de non
alienandis rebus, & bonis Eccleſiaſticis, ſine Benepla-
cito Romani Pontificis; ſucceſſivè in præſenti ſectione
agam de conceſſione, ac executione hujuſmodi bene- 2
placiti. Et quidem, quoad conceſſionem, dubitari po-
teſt, an illud ſufficienter concedere valeat Legatus à
latere Summi Pontificis, de Jure, ac præciſis faculta-
tibus ſpecialibus elargitis in Brevibus, quæ obtinuerunt?
Negant Redoan. *de alien. rer. Eccl. quæſt.* 35. *num.* 66. Pegas *de compet. Juriſd. Nuncii cap.* 110. *num.* 2. Villadieg. *de Legat. qu.* 11. *num.* 9. Pacion. *de Locato*, *c.* 14. §. 9. *n.* 54. Amat. *dec.* 50. *n.* 30. Paulutius *diſſertat. Jur. tom.* 1. *diſſer.* 32. *num.* 86. Rota *dec.* 118. *numer.* 4. *coram Merlin. deciſ.* 742. *num.* 8. *cor. Manzaned. dec.* 689. *num.* 7. *par.* 4. *tom.* 3. & *dec.* 229. *num.* 8. *par.* 8. *rec.* Affirmat tamen alii magis communiter, Decius *conſ.* 341. *num.* 12. Berous *conſ.* 85. *nu.* 1. *volum.* 1. Riminald. Jun. *conſ.* 713. *num.* 9. Gambar. *de offic. Legat. lib.* 5. *tit. de Permutatione*, *n.* 7. & *tit. an Legatus poſſit plura beneficia*, *n.* 113. *num.* 1. Ciarl. Bononiæ, Cravet. *conſ.* 177. ubi de Legato *contr.* 8. *n.* 20. & *controv.* 116. *n.* 2. Roder. *q. regul. to.* 1. *q.* 27. *ar.* 2. §. *Ex his infertur*, Car. Anton. de Luca *in prax. par.* 2. *c.* 1. *n.* 18.
§. *Emi-*

5\. *Eminentiſſimum*, Rota *deciſ. 7. numer. 5. cor. Mil-
lino, dec. 119. num. 1. dec. 135. numer. 2.* & inter *rec.
dec. 34. num. 2. par. 1. & dec. 402. num.* 1. ubi de Le-
gato Bononiæ, *par. 16. rec.* Imò contrarium aſſerentes,
etiam ultrò concedunt hanc facultatem Legato à latere
in caſu neceſſitatis, ſi nequeat adiri Summus Pontifex;
Redoan. *cit. q. 35. n. 6. & 7.* Fragoſ. *de rep. par. 2. libr.
4. diſp. 10. §. 4. n. 100.*

Verùm quidquid ſit in terminis Juris, an talis fa-
cultas ſit de reſervatis ſoli Summo Pontifici, ut do-
cent DD. primæ opinionis; vel tranſeat in Legatum
à latere; hoc certum eſt, quòd hujuſmodi facultates
3 Legatorum à latere ſunt reſtrictæ; & videntur eæ tan-
tùm, quæ conceduntur à Papa in Brevibus eorum
Legationis, debere attendi; præſertim poſt Concilium
Tridentinum; quòd eorum auctoritatem, in concer-
nentibus primam inſtantiam, cohibuit, reſervando eam
Ordinariis locorum, *cap. 20. ſeſſ. 24. de reformat. dec.
9. de Cauſis poſſeſ. cor. Achill. de Graſſis*. Et verè *eadem
dec. cor. Millino num.* 5. dixit: *Non obſtat, quòd non
probetur auctoritas Legati, qui conceſſit literas, in for-
ma*, ſi in evidentem, *quia ſtante lapſu temporis, &
obſervantia ſubſecuta, præſumitur*; unde ſupponit Ro-
ta, ultra qualitatem Legati, debere habere talem fa-
4 cultatem ſpecialem; idque præſertim procedit in Nun-
ciis cum facultatibus Legati à latere, quia eis com-
municantur certæ facultates, & aliàs non habent, ut
dixi *tom. 2. Conſtit. 3. Alex. III. ſect. 1.* & docent Co-
Kier. *de Juriſd. ordin. in exemptos p. 2. q. 2. n. 6.* Barb.
de Jur. Eccl. cap. 5. num. 4. Rocc. *de conſuet. nu. 323.*
5 & additur, conceſſionem factam Cardinalibus Legatis
à latere, non extendi ad alios Legatos à latere non
Cardinales; quippè, quòd aliquoties Summus Ponti-
fex mittit inferiorem Cardinali, qui non Legatus, ſed
Nuncius nominatur, adjecta ejus facultatibus, clau-
ſula: *Cùm poteſtate Legati à latere*; quæ de ſtylo Cu-
riæ Romanæ conſuevit addisci mandatis Legatorum,
& dixi *loc. citat.* Unde *dd. deciſiones*, & caſus valent
percutere certos Legatos, qui talem facultatem ob-
tinuiſſent in eorum Brevibus. Cæterùm in facultati-
bus, quæ conceduntur Nunciis, cum poteſtate Le-
6 gati à latere, ſolet quoque impertiri poteſtas, ut
valeant concedere licentias permutandi, vendendi,
in emphyteuſim concedendi, etiam perpetuò, bona
Eccleſiarum, in evidentem utilitatem, pro valore
non excedente quinque ducatos auri de Camera; ut
in facultatibus Nuncii Luſitaniæ: & pro facultatibus,
quæ conceduntur Legatis à latere Provinciarum, de-
bet attendi tenor Brevium.

7 Quoad iſtas facultates concedendi Beneplacitum
alienandi res Eccleſiæ, etſi antiquitùs fuerint com-
municatæ, per Summos Pontifices pluribus, ut id
concederent, ac præſertim per Sacram Pœnitentia-
riam, & Cancellariam Apoſtolicam, alioſque infe-
riores officiales tamen S. Pius V. eas omnes revoca-
vit, non obſtante quacumque conſuetudine, etiam
quoad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ut ex *Conſti-
tutione ejuſdem 69. incip. Volentes, tom. 2. Bullarii*,
& notat Cherubin. *ad Conſtitutionem 2. Pauli II. in
Initio*, Corrad. *cit. cap. 3. num. 12.*

Romanus igitur Pontifex concedit hujuſmodi bene-
placita pro alienandis rebus Eccleſiarum; ac ea impar-
tiri ſolet, vel per literas Apoſtolicas, nempè Bullas,
vel per literas in forma Brevis, aut per Sac. Congre-
gationes Concilii, vel Epiſcoporum, & Regularium,
8 ut explicabo. Solet enim fieri ſupplicatio in Data-
ria per Oratores, & à Datario remittitur *ad Con-
gregationem Concilii pro voto*, ac propoſita inſtantia
in eadem, prævia relatione Ordinarii; ac maturè di-
ſcuſſa; an concurrat evidens Eccleſiæ utilitas; in Cal-
ce ſupplicationis ponitur decretum Congregationis,
ſubſcriptum à Cardinali Præfecto, & Secretario;
poſſe ſignari dictam ſupplicationem; & quatenùs ad-
datur, vel minuatur aliquod in decreto, reformatur
commiſſio, & deindè ea ſignata per Summum Pon-
tificem, expediuntur literæ Apoſtolicæ ſub Plumbo,
ſeu Bulla, juxta conſuetam formam, directæ Exe-
cutoribus cum clauſula: *Si in evidentem utilitatem
Eccleſiæ ceſſerit*, latè Corrad. *in praxi diſp. lib. 9. c.
2. & per totum lib.* De Roſa *part. 1. cap. 5. num. 270.
& ſeq. de exec. lit. Apoſt.* & per hanc viam expediri de-
bent alienationes omnes perpetuæ, & emphyteuſes per-
petuæ, & etiam ad certas generationes, ſi excedant
annuum Canonem ſcut. 18. monetæ circiter, Roſa *de
execut. literarum Apoſtolicarum, part. 1. cap. 5. numer.
270. & ſeq.*

Alius modus expediendi eſt per litteras Apoſtoli- 9
cas, in forma Brevis, ac datur ſupplex libellus Sum-
mo Pontifici; quo remiſſo pro voto eidem Congre-
gationi, & diſcuſſa re, priùs habita relatione Ordi-
narii, obtinetur à Congregatione decretum, dire-
ctum Ordinario, pro executione cum dicta Clauſu-
la: *Si in evidentem utilitatem ceſſerit; ac eſſe expe-
diendum, ſi SS. placuerit per literas Apoſtolicas, in
forma Brevis*, & per hanc viam expediuntur, ſi Ca-
non eſſet citra dictam ſummam ſcut. 18. monetæ cir-
citer.

Tertius modus eſt per ſimplex decretum, & com- 10
miſſionem Sacrarum Congregationum prædictarum,
directam Ordinariis, abſque litteris Apoſtolicis; &
hoc modo expediuntur Emphyteuſes, conceſſiones ad
certas generationes, & alienationes non autem in per-
petuum in bonis Sæcularium Eccleſiarum, & Clerico-
rum Sæcularium, dummodò ſumma annui Canonis ſit
citra ſummam ſcut. 12. monetæ.

Quoad verò Viros, ac Moniales Regulares expe- 11
diuntur beneplacita per hoc ſimplex decretum Con-
gregationis ſine litteris Apoſtolicis, etiam pro Emphy-
teuſi perpetua, ac alia quacumque; obtenta tamen,
quoad perpetuam, remiſſione Papæ in ſupplici libel-
lo ad Sacram Congregationem, idque totum gratis,
ut ſtatutum fuit *decreto Sacr. Congregationis Concilii
in Romana 17. Junii 1630. tom. 14. pag. 300. & die 1.
Decembris 1691. tom. 41. decret. pag. 348.* quæ retuli
tom. 4. Conſtit. 6. Benedicti XII. ac debere exprimi in
præfatis ſupplicationibus Ordinem Regularem, cum
Clauſula; *Sive alterius Ordinis*: ad evitandam ſubre-
ptionem, Corrad. *citat. cap. 11. numer. 6.* Decretum
tamen Sacr. Congregationis prædictum continet, ut
præfatæ expeditiones pro Regularibus, ut retuli *cit.* 12
Conſtitut. Benedicti XII. expediantur per Congrega-
tionem Concilii tantùm; *pag. 179. numer. 42.* Sed
in praxi etiam expediuntur per Congregationem E-
piſcoporum, & Regularium; & ſemper gratis, &
cum Clauſula: *Si in evidentem ceſſerit utilitatem*, ut
ſtatuit *Sacr. Congregatio Concilii in citat. Romana 17.
Junii 1630.*

Imò aliquoties, ob rei gravitatem ſolet Summus 13
Pontifex exquirere votum Signaturæ Gratiæ, ut in-
nuit Corrad. *cap. 2. numer. 3.* Verum cùm iſta non con-
gregetur, niſi raró; ideò remittitur ad Sacram Con-
gregationem Concilii, ut dixi; & quandoque Papa
ex ſe id concedit; & pro aliquo Loco Pio Urbis, vi-
di conceſſiſſe facultatem alienandi Loca Montium per
ſimplex ejus oraculum, vulgò, *Annuit*.

Ut igitur tale beneplacitum Apoſtolicum vim ha- 14
beat, non ſufficit, ut ſignata fuerit ſupplicatio; ſed
requiruntur litteræ Apoſtolicæ expeditæ, Cardinalis de
Luca *diſc. 1. citat. num. 77.* Mantica *deciſ. 41. numer.*
3\. quod tamen procedit in beneplacito pro actu per-
ficiendo, non autem pro confirmando tantùm, ut
eſſet in tranſactione, quæ confirmetur per Papam,
Rota *dec. 218. num. 7. & 8. part. 7. rec.* ubi præſertim,
ſi tantùm ſupplicatio ſignata ſuper confirmatione con-
cordiæ, deducatur in defenſionem pro repellendo A-
ctore. Prout non procedit neceſſitas expeditionis li-
terarum Apoſtolicarum in iis, quæ tranſeunt, ut di-
xi, per ſimplex decretum Sac. Congregationis, Ro-
ta *dec. 17. n. 3. & 11. part. 11. recen. deciſ. 92. nu. 11.*
poſt Salgad. *in Labyr. Cred.*

Non tamen hæc *Bulla Paulina* debet inſeri in litte- 15
ris Apoſtolicis hujuſmodi, ut notat Rota *dec. 119. n. 6.
cor. Millino*, ſed ſolùm ponitur Clauſula: *Si in evi-
dentem utilitatem Eccleſiæ cadat alienatio*; ſed ponitur,
ac in-

Digitized by Google

ac inſeritur *Conſt. 2. ejuſdem Pauli II.* juxta etiam ſtylum, ut dixi ſupra *eadem Conſt.* 2.

In Sacra Congregatione maturè conſideratur, an verè concurrat evidens utilitas, quæ debet eſſe realis,
16 non imaginaria, ac contigibilis ex futuro eventu; Rota *deciſ.* 336. *numer. cit. & ſequent. part.* 10. *recent. ac dixi tom.* 1. *loc. cit. pag.* 111. *& pag.* 173. latè pro
17 hujuſmodi utilitate. Solet etiam demandare Sac. Congregatio, ut affigantur Edicta ante alienationem, & pecunia convertatur unico contextu in ſtabilium emptionem. Aliquando, etiam ſi utilitas ſit magna, & tempus alienationi interiiciendum noceret, & non reperiatur ſtatim inveſtimentum, non ponitur Clauſula: *Unico contextu*; ſed regulariter debet adiici, nec interim otioſa pecunia remaneat in præjudicium Eccleſiæ. Dixi demandari, pecuniam retrahendam ex re
18 alienanda inveſtiri in ſtabilibus; quia Congregatio non approbat inveſtimentum in Cenſibus; *& in Fundana* 28. *Februarii 1654. tom. 19. pag. 319. à ter.* cenſuit: *Cenſus non reputari bona ſtabilia ad effectum inveſtiendi pro celebratione Miſſarum*; & dixi *to.* 1. *pag.* 111. *num.* 110. 10. *& ſequen. & pag.* 118. *num.* 156. niſi in caſu aliquo ſpeciali, ut ſi ſtabilia non reperiantur, poſt adhibitas tamen diligentias, ut fuit permiſſum poſt peſtem in Civitate Neapolis, in *Neapolitana 13. Auguſti* 1658. Et ad dubium generale: An ſit permittendum inveſtimentum in Cenſibus. *Sacra Congregatio* cenſuit; *Recurrendum eſſe ad Sacram Congregationem in caſibus particularibus*, ut in *citat. Fundana, & Signina 2. Decembris* 1645. & tunc conceditur cum cautelis, quòd ſint Cenſus tuti, & aliquoties cum fidejuſſore, & aliis cautelis, *Sacra Congregatio Concilii in Tarentina* 8. *Auguſti* 1671. Et in permutatione Domus cum Cenſu, cum pacto regreſſus, ac promiſſione perpetua exigibilitatis, in *Ferentina 8. Auguſti 1693. & 21. Maii* 1707. quod pactum regreſſus ponitur in permutationibus quibuſcumque: & ſi inveſtimentum non demandetur unico contextu alienationis, apponitur Clauſula, ut pecunia deponatur in publica æde ſacra.

19 Solet etiam poni Clauſula, ſi permittatur contrahi aliquis Cenſus, vel debitum, aut alienari capitale, ſeu depoſitum in pecunia inveſtienda, ut teneatur alienantes extinguere eum, vel reintegrare illud infra tot annos, & deponere quolibet anno certam ſummam; qui modus eſt magis utilis, quòd verè fiat tale depoſitum quolibet anno, ut poſſit evenire extinctio demandata. Sed ut plurimum petunt partes dilationem à Sacra Congregatione, quæ eam dare non ſolet, niſi probata impoſſibilitate morali; aliàs præjudicaretur ſucceſſoribus, qui tenerentur ad hujuſmodi onera reintegranda, ſi non fuerit ſecuta reintegratio injuncta, Abbas *cap. quoniam* 14. *numer.* 8. *de Officio Delegati*, Spada *conſ.* 125. *num.* 2. *& conſ.* 128. *n.* 10. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 631. *in Romana Cenſus*, *num.* 1. *& ſequen.* ubi tranſire onus extinguendi cenſum pro rata temporis ad ſucceſſores, *coram Emerix Jun. & die 7. Junii 1709. & 10. Maii 1710. coram D. Aldrovandro*, & dixi *tom.* 1. *pag.* 119. *num.* 169. *& ſeq.* cùm agatur de cauſa concernente non Perſonas Anteceſſorum, ſed totius Eccleſiæ, vel Collegii, *cap.* 1. *de ſolut.* ubi Gonzalez *nu.* 3. Turricel. *de alien. rer. Eccleſ. cap.* 25. *num.* 2. *deciſ.* 778. *num.* 3. *part.* 2. *rec.* Anſald. *deciſ.* 68. *numer.* 21. Et dici impoſitum cenſum nomine Rectoris, etſi nomine proprio id actum fuerit; quotieſcumque ratione ſubjectæ materiæ, &
20 mentis Sac. Congregationis, cauſa muneris, vel qualitatis Rectoris Eccleſiæ, videretur impoſitus, *in cit. deciſ.* 635. *coram Emerix Jun. & Sacra Congregatio Concilii in Romana Ciſtercienſium prima Septembris* 1617. in dubio. Primò. An Abbates, qui præſunt Monaſteriis ære alieno, cenſuario nomine gravatis, teneantur ipſos cenſus redimere, quamvis tempore Anteceſſorum conſtitutos, ac proinde, an deponere teneantur ratas partes, quæ juxta leges præſcribi ſolitas ab hac Sacra Congregatione, cùm largitur Monaſteriis facultatem ſubiiciendi ſe cenſibus, deponi ſingulis annis debuiſſent ab Anteceſſoribus, nec tamen depoſitæ ab iis fuerunt, & quatenus teneantur, nec faciant, aut prorogationem ad ſolvendas dictas ratas portiones, etiam tempore ſuorum Anteceſſorum, ut ſupra decurſas, illi non obtineant. Secundò. An incidant in pœnas per decreta generalia *de rebus Eccleſ. non alien.* indictas? *Sacra Congregatio* cenſuit: *Ad primum. Teneri: Ad ſecundum incidere in pœnas comminatas in licentia conſtituendi cenſus, & contentas in decreto de reb. Regular. non alien.*

Hoc autem beneplacitum, an debeat antecedere a- 21
lienationem? diſputari poteſt. Et debere antecedere, docent Genuenſ. *in prax. Neap. cap.* 52. *numer.* 1. de Marin. *reſolut. quotid. libr.* 1. *cap.* 6. *numer.* 18. Quarant. *citat. numer.* 8. Galeſ. *loc. citat. ad Conſtit. Urban. VIII. fol.* 141. Contrarium tamen dixerunt Card. de Luc. *de contract. prohib. diſcur.* 1. *numer.* 56. *&* 57. Quod limitat in feudis, quia hæc non ſunt in commercio; Et ſic requiritur beneplacitum domini ante alienationem, Franch. *deciſ.* 163. *numer.* 13. Capyc. *dec.* 16. *numer.* 1. Rot. *deciſ.* 374. *numer. ultim. coram Coccin. & deciſ.* 397. *numer.* 9. *coram Durano*. Verùm 22
regulariter ſolet impetrari ante, vel reſervari beneplacitum, & ſi fieret contractus ſine reſervatione, tunc erit nullus, Gallei. *cit. loc.* Ricc. *in prax. part.* 1. *reſolut.* 28. Et facta reſervatione beneplaciti, poterit ſubindè obtineri; & retrotrahitur ad initium contractus, qui habet interim implicitum ſtatum validitatis, Rot. *deciſ.* 201. *num.* 1. *coram Mantica*, *& cit. dec.* 397. *num.* 29. *coram Durano*, *deciſ.* 82. *par.* 6. *deciſ.* 258. *num.* 1. *& ſeq. part.* 12. *rec.* prout reſervatio beneplaciti domini excuſat à caducitate in alienatione rei Emphyteuticæ, præſertim ſi adſit Clauſula: *Non* 23
aliàs, nec aliter, Rota *deciſ.* 658. *numer.* 1. *cor. Pamphilio, & in Rom. Domus, ſeu Emphyteuſis 16. Maii 1692. §. non quidem cor. Benincaſa*; Ea ratione, quia ſi dominus in feudo, & in præſenti caſu Papa, conſenſerit, non dicitur invito domino, ſeu Papa, facta alienatio; Si verò diſſentiat, alienatio reſolvitur, ac ſi non fuiſſet facta.

Quod procedit, etiam ſi interim obierit Rector Ec- 24
cleſiæ, quia poterit impetrari beneplacitum, volente novo Rectore; Sed debet exprimi Papæ, quòd fuerit confectum Inſtrumentum cum reſervatione beneplaciti; Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 9. *cap.* 6. *num.* 18. *&* 19. Roſa *de execut. literar. Apoſtolicar. par.* 1. *capit.* 5. *num.* 282. *& ſeqq.* ubi plura circa hujuſmodi expreſſionem, & praxim.

Unde conſtat, tale beneplacitum poſſe reſervari; 25
Corrad. *citat. cap.* 5. *in fin. & cap.* 4. *numer.* 67. Roſa *cit. n.* 285. Franch. *deciſ.* 296. *num.* 2. Sed niſi beneplacitum ſit obtentum, & executum, non acquiritur dominium contrahenti cum Eccleſia, nec ab iſta illud abdicatur, Gratian. *diſcept.* 514. *numer.* 7. *&* 8. Ricc. *in prax. cit. reſol.* 70. Rot. *cit. dec.* 397. *cor. Durano*. Sed non debet fieri poſt beneplacitum obtentum novum Inſtrumentum.

Prædicta tamen limitantur, ſi fuerit tradita poſſeſ- 26
ſio rei alienatæ, quia tunc remanet contractus nullus, ac debet exprimi Papæ, pro obtinendo Beneplacito peracti contractus, & abſolutione à cenſuris incurſis pro tali alienatione ſine beneplacito, etſi reſervato, non tamen obtento; Roſa *citat. numer.* 280. Amyden. *de ſtylo Dataria libr.* 1. *cap.* 15. §. 10. *numer.* 11. ubi ponitur formula ſupplicationis, Quarant. *loc. cit. num.* 9. Corrad. *cit. cap.* 6. *num.* 20. *& cap.* 5. *num.* 64. Marcheſan. *de commiſſionib. part.* 1. *rubr. de ſignatura Gratiæ*, *cap.* 2. *num.* 5. Del Bene *de Imm. Eccl. to.* 2. *c.* 17. *dub.* 1. *num.* 39. Mantic. *de tacitis lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 21. *&* 22. Fulgin. *de emph. tit. de alien. emph. quæſt.* 1. *num.* 2. 53. *&* 257. *& tit. de laud. numer.* 2. ubi de permutatione, De Marin. *reſolut. quotid. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 7. de Luca ad Franch. *dec.* 163. *num.* 6. *& dec.* 267. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 131. *numer.* 5. *par.* 8. *rec.* ubi de donatione, & ibi latè Adden. *numer.* 358. 361. *&* 222. *deciſ.* 520. *coram Ludoviſ. deciſ.* 275. *num.* 19. *part.* 10. *recent. deciſ.* 375. *nu.* 20. *coram Bichio*, *& dec.* 189. *n.* 15.

coram

coram Emerix Jun. ac in Romana emphyteuſis 7. Junii 1706. §. *Et quod reverâ coram Kauniz.* Quidquid dicendum ſit in materia emphyteuſis, alienatione facta, & poſſeſſione habita ante conſenſum domini directi, de quo latè Franch. *dicta deciſ.* 267. & de Luca *ibid.* & in Sacra Congregat. Concilii, Inſtrumento alienationis facto, beneplacito reſervato, ac tradita poſſeſſione, obtento deindè beneplacito ſine expreſſione dictæ poſſeſſionis, *in Plebana Alienationis* 28. *Junii* 1659. *tom.* 21. *decret. pag.* 617. propoſita fuerunt infraſcripta dubia. Primò. An contractus, ut ſupra inter partes ſub menſe Octobris 1658. initus, fuerit validus. Secundò. An decretum à Judiec commiſſario factum ſub die 4. Januarii 1659. retrotrahitur ad diem, quo emanavit Indultum Sacr. Congregationis, nempè ad diem 14. Decembris 1658. Tertiò. An Inſtrumentum poſt decretum Judicis Commiſſaril factum, ſit validum, ita ut opus non ſit, à Sede Apoſtolica, impetrato indulto, denuò Inſtrumentum venditionis conficere. *Ad primum*, Sacr. Congregat. cenſuit, *Negativè. Ad Secundum*, *itidem Negativè. Ad Tertium, reſpondit Inſtrumentum eſſe invalidum, & proindè requiri novum indultum prævia obtenta abſolutione*: Quia primus contractus fuit nullus, cùm licèt reſervatum fuerit beneplacitum, tamen tradita fuit poſſeſſio ante beneplacitum obtentum; cujus impetratio facta, etiam fuit nulla; quia non fuit expoſita dicta traditio poſſeſſionis; & conſequenter nullum Inſtrumentum factum poſt decretum Judicis Commiſſaril, qui executus fuit dictum beneplacitum nulliter obtentum; nam debebat exprimi, captam fuiſſe poſſeſſionem ante beneplacitum, Theſ. *de pœn. par.* 2. *cap.* 2. §. *item*, Rota *dec.* 435. *num.* 1. *in noviſſ.* & proindè requiſitum fuit novum beneplacitum, prævia abſolutione à Cenſuris, ob dictam poſſeſſionem traditam.

27 Aliqui dicunt ulteriùs, quòd procedunt prædicta, etſi poſſeſſio fuerit tranſlata civiliter, ſcilicet prævia Clauſula *Conſtituti* in Inſtrumento, Roſa *loc. citat. in prax. fol.* 119. & 281. Ric. *cit. reſolut.* 53. & 56. & videtur ſenſiſſe Sac. Congr. Concilii *in Lunen. Sarzanen. alienationis Bonorum* 30. *Jan.* 1683. ubi agebatur de pluribus alienationibus factis à quodam Rectore Eccleſiæ de bonis ejuſdem, cum Clauſula *Conſtituti*, & propoſito dubio: An præter contractus nullitatem Rector iuciderit in Cenſuras, & pœnas contentas in Extravaganti iſta *Ambitioſa*. Reſpondit, *Affirmativè, niſi bona poſſent alienari abſque Beneplacito Apoſtolico*.

Veriùs tamen eſt, ſatis non eſſe poſſeſſionem conceſſam per Clauſulam *Conſtituti*, & ficto modo, ſed requiri poſſeſſionem realem, ut contractus factus cum reſervatione Beneplaciti ſit nullus, & incidatur in pœnas; quia cùm agatur de pœna, non debet obeſſe poſſeſſio civilis, ſed naturalis, quæ importat veram, & effectivam poſſeſſionem rei alienatæ in contrahentem, & ſpoliationem Eccleſiæ actuali poſſeſſione bonorum, pro quibus apud ipſam ſervandis, conſtituta fuit ſolemnitas hæc beneplaciti, & ita ſentiunt Marcus Antoninus *var. reſol.* 62. *num.* 5. *lib.* 1. Add. *ad dec.* 388. *numer.* 9. *coram Ludoviſ. deciſ.* 520. *numer.* 6. *coram eod. & in dicta reſolut. Sac. Congregationis*, ut elicitur ex ibi expreſſo facto; nam agebatur de pluribus alienationibus factis à Rectore, cum Clauſula *Conſtituti*; ſed ulterius omnes ferè ſe intruſerant in poſſeſſionem realem, & naturalem. Et certè in quolibet Inſtrumento ſolent apponi hujuſmodi Clauſulæ tranſlativæ poſſeſſionis civilis ad favorem Contrahentium, & tamen niſi ſit tradita poſſeſſio naturalis, non incurritur cenſura, & pœna alienantium bonæ Eccleſiæ ſine beneplacito; ſatis enim eſt, quòd Eccleſia non amiſerit poſſeſſionem naturalem. Si verò in Inſtrumento apponatur reſervatio beneplaciti cum Clau-
28 ſula *Non alias, nec alio modo*, aliqui putant non obſtare ſi poſſeſſio tradatur ante beneplacitum: Cald. *de Emphyt. cap.* 6. *num.* 32. & Rot. *cit. dec.* 275. *numer.* 20. *part.* 10. *rec.* relinquit hoc in ſuſpenſo: Sed videtur contrarium dicendum, etenim præfata dicta clauſula poſſet præſervare in caſu poſſeſſionis fictæ, & civilis reſultantis ex *Clauſula Conſtituti*, quæ ponitur in Inſtrumentis, non tamen ſi tradatur realis poſſeſſio, quæ nequit dari, niſi prævio beneplacito obtento, & executo, ut diſtinxit Add. *ad citat. deciſ.* 388. *numer.* 9. *coram Ludoviſ.* & Rota *in Imolen. Bonorum* 18. *Junii* 1618. *cor. Coccino*, quæ eſt *dec.* 1118. *numer.* 10.

Sed, an ſi reſervetur Beneplacitum intra certum tempus impetrandam, & non obtineatur, reſolutus dicatur contractus; Et diſtinctio eſt, quòd ſi tale tempus fuerit adjectum per viam conditionis, tunc reſolvatur, ac proinde nequeat obtineri beneplacitum ſine novo contractu, de Ponte *conſ.* 4. *num.* 56. & 75. *tom.* 1. Amat. *conſ.* 69. *numer.* 2. 3. & 5. Palma Nepos *allegat.* 292. *num.* 3. Saminiat. *controv.* 165. *numer.* 3. *tom.* 2. Gizzarell. *dec.* 3. *num.* 15. Rota *in Romana Emphyteuſis* 7. *Jun.* 1706. §. *Quin prætendi cor. Kaunitz*; Si verò non fiat per viam conditionis reſolutiva; ſed tempus ſit tantùm adjectum per viam modi, & tunc non reſolvitur Contractus, ſed poteſt Pars promittens cogi ad adimplendum, ſcilicet ad obtinendum beneplacitum, Altograd. *conſ.* 1. *num.* 1. *lib.* 1. Rocc. *diſp. Juriſd. cap.* 149. *num.* 3. & 4. Rota *dec.* 329. *n.* 4. *cor. Coccin. deciſ.* 708. *n.* 8. *cor. Card. Cerro*, *dec.* 183. *n.* 18. & 19. *part.* 9. *rec. & in cit. Romana Emphyteuſis*, §. *Quoniam*. 29

Hinc etſi fuerit adjectum pactum obtinendi beneplacitum intra certum tempus; tamen ſi non concurrat pactum reſolutivum, contractus non evaneſcit, Corrad. *citat. part.* 9. *cap.* 6. *num.* 20. & 21. ubi quod debeat narrari Papæ, fuiſſe elapſum tempus conventum; Et ſi non adſit pactum, & verba reſolutiva, Eccleſia poteſt etiam pœnitere, cit. Add. ad Ludoviſ. *deciſ.* 388. Roſ. *cit. prax. fol.* 111. *deciſ.* 126. *numer.* 12. *part.* 12. *rec.* Et plenè *in cit. Rom. Emphyteuſis*. Imò reſervato beneplacito per ablativum abſolutum, ſcilicet, *obtento beneplacito intra tot menſes*, id non importat regulariter reſolutionem contractus, eo non obtento intra id tempus; nam ex toto contextu debet videri, an tempus fuerit limitatum per viam conditionis reſolutivæ: quòd excludebatur in *citat. deciſ.* nam tranſacto tempore ſex menſium præfixorum, debeatur facultas Laico contrahenti, illud obtinendi; & ſic perdurabat contractus; licèt talis facultas eſſet arbitraria Laico, quia ſemper Eccleſia potuerat beneplacitum obtinere; eaque limitatio temporis fuit adjecta, ut Eccleſia curaret illud impetrare intra tempus limitatum, ſuis expenſis, & cura, prout promiſit; Sin autem, poſſet laicus obtinere; Et mens fuit contrahentium intra breve illud tempus menſium prædictorum, perficere contractum, cum poſſeſſione, & ſic obtinere beneplacitum intra illud tempus, & non reſtringendo tempus voluerunt facere contractum reſolvibile in caſu, non obtenti beneplaciti. 30

Quod tempus pro impetratione beneplaciti appoſitum, ſi fuerit elapſum, non debet exprimi Papæ in impetratione illius, niſi eveniſſet reſolutio contractus, ob lapſum temporis, ad illud impetrandum, juxta ſuperiùs adducta. Et addit famigerata deciſio, *cit. Rom. Emphyteuſis*, §. *lapſus verò temporis*. Nam cùm ex tali lapſu non fuerit ullum jus quæſitum parti pro reſolutione contractus, prout eſſet in caſu reſolutionit ſecutæ, taciturnitas illa non importat obreptionem in eo caſu: quia Papa non fuiſſe redditus difficilior in concedendo; Ceſſat enim præjudicium alterius; ſecùs in ſecundo caſu reſoluti contractus, quia eſſet quæſitum Jus parti; cui Papa non præſumitur, velle præjudicare, Rot. *dec.* 130. *n.* 9. & *ſeqq. part.* 12. *rec.* ubi non dari retrotractionem beneplaciti conceſſi pro confirmatione Concordiæ, ſi interim advenerit receſſus partium à concordia. 31

Dictum tamen beneplacitum benè poteſt impetrari ab una parte ad inſtantiam utriuſque partis, quia ex Inſtrumento alienationis conſenſus ille promiſcuus intelligi 32

Digitized by Google

telligi debet, ut benè docet *deciſ. citat. Romana emphyteuſ. §. nec viſa fuit*, prout quod, ſi fieret contractus pro perſona nominanda, impetrari poterit beneplacitum pro principali contrahente, ſi adhuc non fuerit facta nominatio, qua facta, impetratum beneplacitum; ſuffragatur nominato; eo magis quia Papa non contemplat perſonas, niſi ſit de prohibitis, vel potentibus, ſed utilitatem Eccleſiæ; ac parum refert, ſi agatur de una, vel altera perſona, Card. de Luca *cit. diſcurſ. 1. numer.* 54. Rota *dec.* 46. *num.* 30. *&* 31. *part.* 10. *rec.*

33 Hæc autem reſervatio beneplaciti, ſi fiat in contractu cum Eccleſia, intelligi debet *quatenus de jure*, tam ſi ponatur hæc clauſula, quàm, ſi non apponatur; dummodò tamen non reſultet intentio contrahentium, eam appoſitam fuiſſe per viam conditionis, Salgad. *in Labyr. Cred. par. 2. cap.* 17. *num.* 27. *&* 28. Roſa *cit. pag.* 8. *& ſeq. & pag.* 227. ubi citantur Corrad. & alii DD. Card. de Luca *de alien. diſc.* 18. *num.* 2. Ricc. *in praxi citat. part. 1. reſol.* 33. Buratt. *dec.* 374. *num.* 12. ubi Add. *num.* 17. *dec.* 384. *num.* 15. *par.* 13. *rec. dec.* 466. *num.* 13. *par.* 14. & apud Poſt. *de manut. dec.* 215. *nu.* 13. Roxas *dec.* 416. *num.* 5. Et in *Bononien. Fidei-*
34 *commiſſi de Volta* 31. *Martii* 1710. *§. quia ſimiliter cor. Kaunitz*, ubi quòd concepta reſervatio per *ablativum abſolutum* importat conditionem. Sed hoc procedit in re inalienabili ſine beneplacito, ut erat caſus illius *deciſionis*, rei fideicommiſſoriæ inalienabilis ex præcepto fideicommittentis ſub pœna caducitatis. Nam dicto caſu ſemper beneplacitum reſervatur, vel ſub modo, vel ſub conditione, & ſi non obtineatur reſolvit contractum, Rota *deciſ.* 375. *numer.* 4. *part.* 16. *rec. Et in cit. Bononien. §. præterquam*. Sed cùm agitur de contractu alienationis rei Eccleſiæ, in quo non requiritur beneplacitum, ſi non adſit clauſula reſolutiva, vel intentio expreſsa contrahentium recedendi, ſi beneplacitum non obtineatur, non datur reſolutio: & pœnitentia daretur in Eccleſia non obtento beneplacito ſolùm, quotieſcumque requireretur beneplacitum, Duran. *deciſ.* 297. Ludoviſ. *dec.* 410. *dec.* 473. *part. 2. recent.* & Sacr. Congreg. Concil. *in citat. Plebana alienationis* 28. *Junii* 1659. Hinc ſi dicatur in contractu, ut obtineri debeat beneplacitum, eſt nullus contractus, ſi non impetretur, *dec.* 384. *num.* 11. *&* 12. *coram Buratto*, ubi Add. *num.* 17. *dec.* 182. *numer.* 3. *& dec.* 252. *numer.* 6. *part.* 12. *rec.* & Rota *in Albanen. manutentionis* 11. *Januar.* 1723. *§. nullitas, coram Foſcaro, & in Hiſpalen. Primitiarum ſuper bono jure* 21. *Februar.* 1723. *§. altera reſponſio coram eodem*, ubi quòd nullatenus refragetur, quòd non fuiſſet neceſſarium beneplacitum; nam etſi neceſſarium non fuiſſet ex diſpoſitione Juris, nihilominus neceſſarium efficiebatur ex partium placito, qui ſub hac conditione contrahente voluerunt, Card. de Luca *de feud. diſc.* 7. *numer.* 7. *& diſc.* 66. *nu.* 4. Dunoz. Jun. *deciſ.* 490. *num.* 17. *& deciſ.* 2. *numer.* 4. *coram Benincaſa*.

35 Si tamen adſit clauſula *non aliàs, nec alio modo*, non reſolvi contractum, ſi non obtineatur beneplacitum, dixit Gabriel *conſ.* 92. *numer.* 4. Sed contrarium eſt tenendum, quia id importat pactum reſolutivum, & reſolvit contractum, ſi non obtineatur, prout ſi adeſſet aliud pactum ſimile reſolutivum, quòd habeatur alienatio pro non facta, ut apud cit. DD. *& deciſ.* 130. *numer.* 13. *& ſeq.* ubi etiam non requiri interpellationem, ut reſolvatur, *part.* 12. *rec. & cor. Millino, dec.* 137. *num.* 12. *coram Ludoviſio, dec.* 192. *& dec.* 290. *num.* 5. *&* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* Dunozz. Jun. *dec.* 490. *num.* 77. Add. ad Greg. *cit. dec.* 192. *num.* 1. quod procedit etiam in feudis, Corbul. *de cauſ. priv. ob non petitam Inveſt. numer.* 1. Alex. *conſ.* 119. *nu.* 6. *&* 7. *lib.* 3. Fulgin. *de emphyt. tit. de alien. q.* 1. *num.* 252. ubi de emphyteuſis alienatione. Quatenus tamen
36 poſt clauſulam *Non aliàs, nec alio modo* apponatur clauſula, *quatenus de jure*, hæc modificat primam, & tunc, ſi verè non requiratur beneplacitum, non reſolvitur contractus, eo non obtento, Gonz. *in reg. Cancel. gloſ.* 12. *num.* 98. Corrad. *cit. cap.* 4. *num.* 69. Rot. *dec.* 250. *numer.* 16. *coram Duran.* Dunozz. Jun. *deciſ.* 702. *num.* 12. & alii apud Roſam *cit. pag.* 67. *nu.* 279. qui reſpondet contrariis, *& dec.* 299. *coram Dunozz. ſen. num.* 11. ubi dicitur, quòd ſi Eccleſia promiſerit obtinere beneplacitum, id impetrare debet, ut ſupra dixi, & erat caſus dictæ *dec.* etſi beneplacitum reſervetur ſub conditione reſolutiva; ſed, ſi non poſſit impetrari à Pontifice vivente, non eſt expectandus alius Papa, ſed reſolvitur contractus, Corrad. *cit. par.* 9. *c.* 4. *num.* 69.

Sed numquid detur locus pœnitentiæ in contractu 37
inito cum Eccleſia? Et diſtinguendum eſt, aut beneplacitum eſt obtentum, & tunc Eccleſia non habet jus recedendi, nec laicus contrahens, Barb. *de clauſ.* 3. *numer.* 14. Altograd. *conſ.* 28. *numer.* 2. *lib.* 1. Ricc. *collect.* 1264. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. Gratian. *diſcept.* 514. ubi de Luca *n.* 11. Pacion. *de locato cap.* 14. *§.* 7. *num.* 44. & declarando *deciſ. Putei* 343. *lib.* 1. *in correctis*, diſtinxit Rota *in Nullius emph. de Guaſtalla* 16. *Novembris* 1607. *coram Lancelletto*, apud Marcheſ. *de commiſ. tom.* 1. *pag.* 100. *num.* 1. Rota *dec.* 205. *& dec.* 206. *part.* 4. *in noviſ. dec.* 38. *num.* 17. *par.* 13. *& par.* 14. *rec. dec.* 372. *num.* 10. *deciſ.* 92. *num.* 12. poſt Salgad. *in labyr. cred.* Duran. *dec.* 365. *n.* 9. ubi, etſi poſt beneplacitum obtentum non fuerit facta adhùc probatio utilitatis coram Executore, dummodò verò adeſſet utilitas, quia beneplacitum habet implicitum ſtatum validitatis dependentem à futura probatione evidentis utilitatis facienda ab Executore; & ſic poſita utilitate, retrotrahitur, ſin minùs ceſſat effectus beneplaciti, Pacion. *cit. numer.* 47. de Luca ad Gratian. *cit. num.* 5. *§. citra*, Rota *dec.* 201. *nu.* 31. *& ſeq. & dec.* 218. *num.* 14. *part.* 7. *dec.* 372. *nu.* 5. *& ſeqq. par.* 14. *rec.*

An verò id procedat in ſucceſſore Rectoris alie- 38
nantis, qui ſucceſſor alienationi non conſenſit, itaut in contractu alienationis, ſuper quo fuerit impetratum beneplacitum, valeat dictus ſucceſſor recedere; Et videtur non poſſe, Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 13. *par.* 1. *num.* 29. Franch. *deciſ.* 163. de Luca *citat. num.* 8. Add. ad Ludov. *dec.* 410. *num.* 8. dummodò tamen fuerit impetratum beneplacitum in vita anteceſſoris, ſecùs ſi poſt obitum; Mareſcott. *l.* 1. *var. c.* 14. *num.* 1. *& ſeqq.* Fulgin. *de Jur. emph. tit. de contr. emph. qu.* 19. *num.* 1. *& q.* 21. *n.* 2. ac cit. DD. Sper. *dec.* 155. *num.* 51. Diana *par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 77. Duran. *dec.* 459. *n.* 5. *&* 6. Afflict. *dec.* 253. *n.* 9. & quidquid ſit in alienatione feudi, Franch. *dec.* 163. *citat.* ubi de Luca, ex eo quòd alienatio feudi ſit à poſſeſſore nomine proprio, & ſic ſucceſſor non debet ei ſtare, ſed contractus alienationis rei Eccleſiæ ſit nomine Eccleſiæ, & ſic tranſit obligatio in ſucceſſorem, citat. de Luca *ad deciſ.* 163. Franch. *numer.* 6. *§. contra Prælatum*, & ad Gratian. *diſcept.* 514. *num.* 7. quodque non ſit locus receſſui à contractu per ſucceſſorem obtento beneplacito in vita Anteceſſoris, etiam ſi non fuiſſet iſtud præſentatum Delegato, Gratian. *cit. diſc.* 514. *n.* 8. *& ſeq.*

Prædicta tamen limitantur, ſi beneplacitum fuerit 39
nulliter impetratum, & ſubreptitium, quia tunc etiam poſt illud daretur locus pœnitentiæ Eccleſiæ, imò laico, Mareſcott. *citat. lib.* 1. *reſolut.* 14. *numer.* 4. Rota *in Corton. bonorum* 9. *Julii* 1539. *coram Plato*, *& in Lucana Domus* 15. *Martii* 1662. *coram Emer. Sen. deciſ.* 30. *§. finali*. Sicuti ſi clarè non conſtaret de evidenti utilitate, citat. de Luca ad Franch. *deciſ.* 163. *numer.* 5. quia daretur circulus inutilis, ut interim contractus valeret, ac facto proceſſu coram Executore, & non conſtito de dicta utilitate, reſcindi deberet contractus.

Sed hoc videtur attendi, ſi in vim beneplaciti non 40
executi peteretur executio contractus; tunc enim, cùm non appareat adeſſe ſpes convalidationis ex decreto ſubſequendo, non poſſet ſuffragari, & impedire receſſum; ſecùs autem ſi agatur de conſervanda poſſeſſione jam habita, donec videatur à Commiſſariis uti-

riis uti-

Digitized by Google

riis utilitas, ut eſt caſus *dec.* 163. de Franchis *num.* 18. ubi fuit conceſſum Conſervatorium poſſidenti, rejectis oppoſitis circa non utilitatem ad petitorium, vel ordinarium poſſeſſorium.

41 In caſu verò, quòd non fuerit impetratum beneplacitum, locus eſt pœnitentiæ ſolùm favore Eccleſiæ, non autem Laico contrahenti, qui ſtatim obligatur poſt contractum; cùm claudicatio ſit ad favorem ſolum Eccleſiæ, in cujus utilitatem beneplacitum fuit inductum, & ad conſulendum tantùm ejus indemnitati, ut docent *citat.* ferè omnes Doctores, Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *num.* 110. *& diſc.* 5. *num.* 2. Rota *cit. fol.* 68. *num.* 286. ubi alii, Fagnan. *cap. nulli*, *nu.* 46. *de reb. Eccl. alien. vel non*, Merlin. Pignatell. *controv. for. cap.* 21. *num.* 11. *to.* 1. ubi etiam plures adducuntur Doctores, Rocca *diſp. Jur. cap.* 62. *num.* 31. *verſ. ad tamen*, Franchis *dec.* 35. *num.* 4. ubi de Luca *num.* 2. Rota *deciſ.* 8. *part.* 7. *rec. deciſ.* 397. *& deciſ.* 384. *part.* 13. *dec.* 468. *part.* 14. Adden. ad Ludoviſ. *dec.* 410. *num.* 3. *deciſ.* 397. *num.* 17. *coram Durano*, *dec.* 402. *num.* 3. *&* 4. *part.* 16. *rec. & in Romana Salviani* 19. *Februarii* 1712. *§. attamen coram Anſaldo*, *& in Romana Emphyteuſis* 7. *Junii* 1706. *§. nec viſa in fine*, *cor. Kaunitz.*, *& Sacra Congregatio Concilii in Piſana Emphyteuſis*, 1. *Septembris* 1674. Itaut obtento
42 beneplacito cogitur Laicus contrahens ad obſervantiam contractus, imò ad ipſum obtinendum cogi valet, & à Judice ſuppleri ejus conſenſus, Cardinalis de Luca *de Canonicis*, *diſc.* 1. *numer.* 9. Rota pluribus adductis; *necnon in citat. deciſione Romana Emphyteuſis*, *§. fin.* quòd non poteſt fieri in Eccleſia, quia, ſi nolit ſtare contractui ante beneplacitum obtentum, non poteſt cogi, quòd tamen procedit, ſi ante impetratum beneplacitum Eccleſia ſe declaraverit nolle ſtare contractui, Rot. *dec.* 372. *numer.* 8. *& ſeq. part.* 14. *rec.*

43 Si verò fuerit in contractu reſervatum beneplacitum per viam ſuſpenſionis conſenſus, donec, & quouſque impetratum fuerit illud, tunc, etiam Laicus poſſet reſilire, & ita intelligendi ſunt Doctores apud Franch. *deciſ.* 296. cit. Cardinalis de Luca *diſc.* 1. *nu.* 11. Rota 397. *cor. Durano*, *& dec.* 468. *nu.* 3. *& ſeqq. part.* 14. *rec.*

44 Sed quid dicendum, ſi Prælatus aſſeretet habere beneplacitum, vel auctoritatem alienandi ex facultate Summi Pontificis; In quo Franch. *deciſ.* 296. dicit, quod etſi reſpectu Laici valeat contractus ſine beneplacito, ſecùs eſt reſpectu Eccleſiæ, quia ipſa poteſt eo non uti, tamen neque valere reſpectu Laici, ſi Rector aſſeruiſſet habere facultatem Apoſtolicam alienandi, quia in nulla culpa eſt Laicus, qui optimo viro credidit; & licèt contra Eccleſiam hoc non deberet opponi, ſed tantùm contra Rectorem; id procedere *addit* quando Rector eſſet ſolvendo; & ſic teneri Laicum in dicto caſu ad fructus rei tamquam recompenſativos, non autem ad canonem conventum majorem, quia tunc etiam reſpectu Laici eſſet locus pœnitentiæ, ſed de hoc dubitat Genuenſ. *in prax. Eccleſ. cap.* 106. ut advertit de Luca ad cit. Franch. *in fine*. Mihi tamen videtur, quòd reſpectu Eccleſiæ, nullomodo talis aſſertiva poteſt præjudicare, ſicuti non poteſt præjudicare aſſertio Prælati adfuiſſe ſolemnitates, & beneplacitum, *deciſ.* 299. *num.* 11. *§. non obſtat coram Dunoz. Sen.* Rota *dec.* 234. *num.* 13. *par.* 12. *& deciſ.* 408. *num.* 2. *part.* 13. *recentior.* benè tamen poterit agi contra Rectorem pro damnis, & intereſſe.

Si verò Rector Eccleſiæ ſe obligaverit, & promiſerit impetrare beneplacitum, tunc tenetur ad tale
45 pactum, nec debet allegare propriam turpitudinem, Rota *deciſ.* 374. *num.* 5. *coram Coccin.* ubi quod habeatur pro impetrato contra negligentes, Buratto *deciſ.* 110. *num.* 8. *dec.* 218. *nu.* 14. *part.* 7. *dec.* 384. *par.* 13. *num.* 15. *& deciſ.* 372. *nu.* 5. *&* 6. *part.* 14. quod non habet locum, ſi doceatur Eccleſiam feciſſe diligentias pro eo obtinendo: verùm id procedit, vel in caſu, quo non requiritur de jure beneplacitum Apoſtolicum, & in hoc nulla cadit difficultas, quia contractus ſuſtinetur abſque beneplacito; & ſic parum refert promiſſio facta; ſecùs autem in contractu, in quo de jure requiritur beneplacitum Apoſtolicum; quia tunc, etſi poſſit Rector conveniri pro damnis, & intereſſe, ob promiſſionem non adimpletam, juxta quæ procedunt *dec.* 1260. *numer.* 1. *&* 2. *coram Emerix Junior. & deciſ.* 291. *num.* 17. *coram Bich.* nunquam tamen agi poteſt contra Eccleſiam, ut non poſſit pœnitere, ex eo quòd habeatur beneplacitum pro obtento, Buratt. *dec.* 110. quia hoc procedit in re fideicommiſſaria prohibita alienari, ſecùs in Rectore, qui poteſt pœnitere nomine Eccleſiæ, *& deciſ.* 372. *part.* 14. *rec.* ſe firmat in aliis motivis certioribus, & dictum habet locum, eò magis poſt obitum contrahentis, quia Eccleſia nequit præjudicari à Rectore, aliàs eſſet idem, ac permittere alienationem ſine beneplacito, ut diſtinguit cit. de Luca ad Gratian. *diſcept.* 514. *num.* 3. & Rot. *deciſ.* 218. *num.* 12. *& ſeqq. part.* 7. *deciſ.* 384. *num.* 15. *& ſeqq. part.* 13. *rec.* & videtur fuiſſe ſenſus Sac. Congregat. Concilii in *Piſana prima Septembris* 1674. ubi cùm Patres Camaldulenſes ſe obligaverint ad concedendum in Emphyteuſim, & ad obtinendum beneplacitum Apoſtolicum; *Sacr. Congregatio* propoſito dubio: An cogendi ſint ad prædicta? Reſpondit *Negativè*, vel procedit in caſu, quo Eccleſia promiſerit beneplacitum, & non ſervaverit obtinere, poſſit Laicus recedere, quia deficit conſenſus, *deciſ.* 299. *num.* 11. *coram Dunozz. Sen.* dummodò tamen promiſſio fuerit per viam conditionis, ut ſupra dixi, ex latè deductis *in citat. Romana Emphyteuſis* 7. *Junii* 1706. *coram Kaunitz.*

Ita ſi Prælatus cum juramento promiſerit ſe non 46
receſſurum à contractu, poterit nomine Eccleſiæ pœnitere ante impetratum beneplacitum, de Luca ad Gratian. *diſceptat.* 514. *numer.* 5. Salgad. *in Labyr. Creditor. part.* 1. *cap.* 33. *n.* 22. ubi alii citantur; vel ſatis eſt, ut Rector faciat diligentias pro impetratione beneplaciti, *dec.* 384. *num.* 15. *part.* 15. *rec.* quamvis contrarium innuant Pacion. *cit. numer.* 41. & Genuenſ. *in prax. cap.* 4. *nu.* 11. Et non obſtat, quod in contractu adfuerit juramentum Rectoris, qui ſe obligavit impetrare beneplacitum, cùm juramentum, ut plurimum eſt in quolibet contractu, & ſic numquam haberet locum pœnitentia ad favorem Eccleſiæ, & rurſus intelligi debet de contractu juramento vallato, ſi fuerit munitus beneplacito legitimo Apoſtolico.

Poterit tamen Laicus contrahens convenire Præla- 47
tum ad perficiendum actum, præmiſſo beneplacito obtinendo in termino præfixo; aliàs ipſi Laico liceret pœnitere Franch. *dec.* 35. Capyc. Latr. *deciſ.* 19. *num.* 15. Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *num.* 112. Garzias *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 75. Pacion. *de locat. cap.* 14. *§.* 7. *num.* 60. & coram Judice Eccleſiaſtico, Roſ. *cit. pag.* 109. *num.* 288. Sperell. *deciſ.* 155. *n.* 3. ubi quando Eccleſia poſſit moram purgare. Id enim maximam habet æquitatem, ne ſemper contractus ſubſiſtentia in ſuſpenſo remaneat contra Laicum; ita ſi Eccleſia declaret pœnitentiam à contractu, acceptatam à Laico, non eſt ratio cur poſſit denuò ipſa cogere eum, ſtare contractui, cit. Card. de Luca *n.* 114. Roſ. *cit. pag. fol.* 69. *n.* 289. Rota *dec.* 397. *coram Durano*.

Ut autem dicatur conceſſum beneplacitum, ſufficit 48
ut ſignata fuerit ſupplicatio per Papam, & regiſtrata, pe Srell. *dec.* 155. *num.* 28. Corrad. *cit. cap.* 6. *numer.* 38. *&* 39. Roſa *cit. fol.* 69. *numer.* 292. quia non regiſtrata poteſt lacerari à Datario, Rota *deciſ.* 155. *num.* 13. *cor. Card. Cerro*, *& deciſ.* 6. poſt Tondut. *de penſionib.* Duranus *dec.* 397. *n.* 13. *& ſeq. & dec.* 92. *numer.* 12. poſt Salgad. *in Labyrintho Creditorum*; dummodò expreſsè non fuerit injunctum, ut litteræ expediantur; vel agatur pro executione beneplaciti, juxta *Reg. Cancell. de non judicando*; *juxta formulam ſupplicationis*, *& deciſ.* 229. *numer.* 13. *&* 14. *coram Dunozz. ſen.* ſecùs autem ad effectum, ut non detur locus pœnitentiæ, quia ſufficit ſupplicatio ſignata,

ac re-

ac regiſtrata ; ut diſtinguit Card. de Luca *diſc.* 1. *cit.*
num. 77. & 79.
Quoad verò beneplacita quæ expediuntur per decre-
49 ta Congregationum, ſatis eſt, quod fuerit reſcriptum,
etſi non facta expeditio, ut non ſit locus pœniten-
tiæ, ſecus autem ſi fuerit tantùm datus ſuplex Li-
bellus, Rota *citat. dec.* 92. *n.* 11. poſt Salgad. *in La-
byr. Cred.* quæ expeditio eſt neceſſaria pro executione
50 beneplaciti; Aliquando enim datur ſubreptio, & obre-
ptio beneplaciti, quod procedit ex vel falſa expreſ-
ſione cauſæ, vel ex taciturnitate rei, quæ potuerat
impedire conceſſionem beneplaciti, nec dicitur nul-
lum, quòd pro uno concedatur, & non pro altero,
cui prodeſſe poſſet, Card. de Luca *citat. diſc.* 1. *num.*
54. & 55. Gen. *in praxi c.* 90. *n.* 5. Ricc. *cit. reſol.*
24. *num.* 5. Roſa *cit. de execut. lit. Apoſt. par.* 1. *c.* 5.
n. 347. Mantica *dec.* 101. *n.* 1. *Seraphin. dec.* 443. &
deciſ. 508. quod procedit in conceſſione, ſi Papa non
habuiſſet reſpectum ad certam qualitatem perſonæ, ſe-
cùs ſi ad perſonas, quia hoc caſu beneplacitum vide-
tur ſubreptitium, ſi non exprimantur illæ perſonæ,
Rota *dec.* 46. *num.* 29. & *ſeq. part.* 10. *rec.* & dum-
modò non agatur de perſona ſuſpecta, ut in conſan-
guinea Rectoris alienantis, ſeu potente, *dec.* 94. *num.*
61. & *dec.* 228. *num.* 31. *par.* 7. *rec.* Cauſæ tamen ſu-
breptionis, vel obreptionis prædictæ aliquando in *Sa-
cra Congregatione* expenduntur, ut in *Maceraten.* 15.
Novembr. 1664. ubi reſolutum fuit : *Videatur de ſu-
breptione* ; & ſæpè coram Judice Ordinario pro reco-
gnoſcenda ſubſiſtentia contractus, ſi beneplacitum ſuf-
fragetur.
Hujuſmodi beneplacita, tam ſi expediuntur per Da-
51 tariam, quàm per Brevia, vel reſcripa Congregatio-
num committuntur pro executione, & verificatione
aſſertorum Ordinariis ; & etiam Papa ſolet ea com-
mittere Dignitatibus Cathedralium, non autem Ca-
nonicis, etſi aliquo modo iſti dicantur habere Digni-
tatem, Corrad. *citat. libr.* 9. *capit.* 3. *numero* 33. &
cum clauſula : *Si in evidentem utilitatem ceſſerit*,
Roſa *cit. cap.* 5. *n.* 312. Aliquando tamen Papa ſim-
52 pliciter facit gratiam in aliquo caſu ſpeciali, & parvi
valoris, ſine commiſſione, Corrad. *citat. loco num.* 29.
& facit *deciſ.* 46. *numer.* 25. & *ſeq. part.* 10. *rec.* De
modo rurſus faciendi ſuplicationes, ac de expeditio-
nibus hujuſmodi Indultorum, ſeu Beneplacitorum latè
agit Corrad. *citat. capit.* 2. & *ſeq.* Roſa *loc. citat. à
numero* 270. & *ſeqq.* ubi de clauſulis apponi ſoli-
tis, & conceſſione ad tertiam generationem, & à
qua incipiat.
Ita apud *citat.* Corrad. & Roſam, plura adducun-
tur, circa praxim proceſſus faciendi à Commiſſariis
Judicibus horum beneplacitorum, pro verificatione aſ-
ſertorum, & plura etiam ad rem dixi *cit. tom.* 1. *fol.*
117. *num.* 145. Qui Commiſſarii decretum interpo-
53 nunt nomine Sedis Apoſtolicæ pro alienatione dicta-
rum rerum Eccleſiæ, Barboſa *de Jure Eccleſ. tomo* 2.
capit. 30. *numero* 45. & conficiunt proceſſum. Et an
prælatio ſpectet majori oblatori. Regulariter enim non
debet attendi major oblatio poſt obtentum beneplaci-
tum, quia tunc jus eſt quæſitum parti, de Marinis
reſol. 147. §. 5. *penult.* & *ultim. libr.* 1. Poſtius *de
ſubhaſt. inſpect.* 57. *numer.* 60. Secus autem ante ob-
tentum beneplacitum ; quia debet attendi major obla-
tio, & utilitas Eccleſiæ ; ut in fortioribus terminis,
ſi Rectoris incuria concurrat in locandis bonis Eccle-
ſiæ, poteſt demandari à Judice, ut locatio fiat plus
offerenti, *Sacr. Cong. Conc. in Ravennat.* 12. *Auguſti*
1645. & quoad prælationem aliàs dixi ; ubi etiam latè
egi de probanda evidenti utilitate per Judices Com-
miſſarios. Onus tamen juſtificandi eam utilitatem
54 evidentem, vel neceſſitatem interfuiſſe in actu jam
facto mediante beneplacito executo, ſpectat ad A-
ctorem contra alienationem, ſi Executor fuerit merus,
itaut non adſint acta, quia ſcilicet proceſſerit ex-
trajudicialiter, ut infra, ubi de differentia Executo-
rum agam, quia præſumptio ſtat pro actu, Corrad.
citat. libr. 9. *capit.* 5. *numer.* 49. Secus autem ſi Exe-
cutor fuerit mixtus, quia executio debet juſtificari ex
actis, quæ interveniſſe cenſentur, *citat.* Corrad. *lib.* 9.
cap. 4. *num.* 49. Card. de Luca *diſc.* 1. *num.* 80. & *ſeq.
latè* Boſs. *num.* 70. Ricc. *reſol.* 13. Rodoan. *in rub. de
utilitate à num.* 162. & alii apud *citat.* Roſa *de exec.
lit. Apoſtol. cap.* 4. Rota *cor. Dunoz. Jun. deciſ.* 131.
num. 27. & *ſeqq.* & *deciſ.* 319. 261. *part.* 4. *rec. de-
ciſ.* 94. *nu.* 23. & *ſeq.* ubi etiam ſi Commiſſarius aſſe-
ruerit interveniſſe utilitatem, quia debet procedere ju-
dicialiter, & etiam ſi Papa dixerit, *conſcientiam one-
ramus*, quia conſcientia regulatur à lege, *dec.* 201. *n.*
13. *par.* 7. *dec.* 367. *part.* 5. *nu.* 10. limitatur dicta di-
ſtinctio, ſi ſententia ſine actis fuerit obſervata per tri-
ginta annos, Rota *deciſ.* 684. *par.* 2. *recentior. per tot.*
præſertim ſi acta ſint deperdita ſine fraude rei, *ibid.
numero* 4. ut etiam procedit in quacumque ſententia.
quòd ſuo loco dicemus. Præſumptio etiam ipſius be-
neplaciti ex triginta annorum lapſu oriebatur antea,
ſed poſt *Conſtitutionem Urbanam* 270. eſt requiſita Cen-
tenaria, ut ſuo loco dicam. Datur tamen probatio 55
contra præſumptam interventam utilitatem eviden-
tem, & *citat.* Roſa *capit.* 13. *in add.* & Corrad. *citat
capitul.* 4. *numer.* 48. & *cap.* 2. *numer.* 13. aſſerunt in
praxi, Dunozz. Jun. *deciſ.* 731. *numer.* 39. Honded.
conſ. 37. *num.* 15. & 16. *libr.* 2. Rimin. Jun. *con.* 233.
num. 120. *vol.* 3. Duran. *dec.* 238. *n.* 8. ratio eſt, quia
aſſenſus non ſupplet cauſam, ſed tantùm ſolemnitates.
Forma itidem beneplaciti eſt ad unguem ſervanda à
Commiſſariis reſpectivè, aliàs nullum eſt decretum, & 56
proindè nullus contractus, Corrad. *citat. cap.* 5. *nu.*
31. Roſa *cit. in praxi fol.* 114. *num.* 306. Galeſ. *citat.
fol.* 142. *num.* 43. *in fine*, Rota *coram Durano deciſ.*
238. *dec.* 295. & *dec.* 350. *par.* 5. *rec. dec.* 336. *part.*
10. ubi latè; ut de clauſula *ſpecificatis bonis*, quòd de-
beant ſpecificari, *dec.* 624. *par.* 1. *rec. cit. dec.* 336. *par.*
10. *dec.* 11. *num.* 7. apud Poſt. *de manut.* ita ſi deman-
detur, ut pecunia convertatur in talem cauſam, Mer-
lin. *dec.* 485. *num.* 2. *dec.* 41. *no.* 11. & 16. *dec.* 325.
num. 2. 3. & 4. & *dec.* 363. *num.* 3. *part.* 10. *rec.* vel
quod extinguatur Cenſus, *dec.* 320. *nu.* 7. *poſt Cenc.
de Cenſib.* nec forma poteſt ſervari per æquipollens,
cit. dec. 363. *n.* 6. *par.* 10. ubi quoad bona fideicom-
miſſi, Card. de Luca *diſc.* 1. *cit. num.* 62. & *dec.* 275.
num. 21. *par.* 10. *rec.* & præciſè eſt adimplenda, Du-
ran. *dec.* 225. *numer.* 4. & *ſeqq.* Sperell. *deciſ.* 154. *nu-
mer.* 9. & 10. & quòd fiat emptio ſtabilium, *dec.* 127.
coram Peuting. & de clauſulis prædictis, ac aliis Cor-
rad. *citat. cap.* 5. & paſſim *per tot libr.* 9. Roſa *cit.
pag.* 71. *num.* 307. *cum ſeq.* quòd procedit eo magis in
alienatione utili, & non neceſſaria, *deciſion.* 508. *co-
ram Seraphino*, & *citat. deciſ.* 225. *numer.* 5. *coram
Durano.*
Limitationem verò patiuntur prædicta, quia ſi aga-
tur de forma non ſubſtantiali, ſed accidentali, tunc
non irritatur actus, & ſufficit adimplementum per æ- 57
quipollens, ut finis ſuſtineatur, cùm non curetur de
modo, Sperell. *citation. deciſ.* 195. *numer.* 20. Duran.
deciſ. 225. *numer.* 13. & *ſeq. deciſ.* 577. *nu.* 8. & 11.
Landen. Cenſus 23. *Junii* 1666. *coram Cardin. Taja*,
& *Bonon. Cenſus* 10. *Decembris* 1663. *coram Panzi-
rolo*. Et ille dicitur non ſubſtantialis, ex cujus omiſſio-
ne ſubſtantia facti mutari non poteſt, aut quoties for-
ma nequibat adimpleri, & urgebat utilitas publica,
ſeu neceſſitas; vel quando Papa videtur clarè, & ſo-
lùm reſpexiſſe immediatè ad effectum actus, non au-
tem ad formam, & modum, ut benè explicat Rota
cit. dec. 225. *nu.* 12. & *ſeq. cor. Durano*, & tunc poſ-
ſet adimpleri per æquipollens; ſecùs in caſibus, in
quibus reſpicit ſubſtantiam forma inducta, de quibus
Deciſus in capit. 1. *de appellationibus num.* 10. *ex-
tra de appell.* ſcilicet ſi forma immediatè reſpiciat mo-
dum, & ordinem conficiendi actum, & poterat adhi-
beri; illaque omiſſa ſubſtantia actus, & diſpoſitio læ-
ditur, & tunc debet præciſè ſervari, quia ut arguit
Bartbol. *in l. cum* 11. §. *ſi prætor ff. de tranſact. an-
te numer.* 3. *verſic. ratio*, Princeps videtur in hoc
caſu ſolùm de forma cogitaſſe, quam voluntariè præ-
ſcripſit,

ſcripſit, & potuerat aliam præſcribere, aliàs de facili
erui poſſent ſolemnitates, & formæ præſcriptæ in alie-
natione rerum Eccleſiæ, ut latè in *cit. deciſionibus.*
Commiſſarii verò hujuſmodi, ſeu Executores, ſunt
58 meri, vel mixti; Meri autem dicuntur, niſi concur-
rant clauſolæ aliquæ, quæ faciant illos mixtos, vel
expreſsè Papa id dixerit, Rota *deciſ.* 350. *numer.* 7.
part. 3. *recent. deciſ.* 94. & 129. *part.* 7. *deciſ.* 336.
part. 10. *recent.* & de iſtis clauſulis, quatenus faciant
eos mixtos, Roſa *cit. fol.* 70. *num.* 301. Redoan. *de
rebus Eccleſ. non alien. rubr. de cauſ. cognit. num.* 64.
Marcheſan. *de Com. par.* 1. *fol.* 99. *num.* 5. Corrad. *cit.
cap.* 5. *à num.* 6. & *ſeq.* Rota *deciſ.* 731. *ferè per tot.
cor. Dunoz. Jun.* ubi de clauſulis, *ut diligenter ſe in-
formet, & ſi per informationem aſſerta veritate fulgi-
ri, ac in evidentem utilitatem Eccleſiæ cedere repererit*;
quæ clauſulæ ſingulæ important qualitatem mixtam; Si
verò adſit clauſula *conſcientiam tuam oneramus*, etſi
ſimpliciter Papa committat, ut ſe informet, non di-
citur mixtus, & de clauſula *vocatis vocandis*, ac aliis,
importare qualitatem mixtam, Redoan. *cit. num.* 64.
Ricc. *in praxi clauſularum reſ.* 98. *n.* 3. Corrad. *cit.
cap.* 5. *num.* 3. Roſa *cit. num.* 302. Differentia rurſus
inter Executorem merum, & mixtum, ea eſt, ut pri-
59 mus non debeat procedere judicialiter, neque per pro-
ceſſum, & citationem, ſed ſufficit extrajudicialis in-
formatio expoſitorum; ſi tamen judicialiter proceſſe-
rit, debet continuare via judiciali, quam elegit. Se-
cundus autem, ſcilicet mixtus, neceſſariò debet judi-
cialiter procedere cum proceſſu, & citatione legitimi
Contradictoris, ſi adſit, Rota *deciſ. cit.* 731. *cor. Du-
noz.* Corrad. *cit. cap.* 5. *nu.* 3. Altograd. *conſ.* 28. *lib.*
1. Ricc. *collect.* 1264. *dec.* 160. *par.* 2. *diverſ. num.* 7.
& *ſeq.* & *dec.* 129. *par.* 7. *per tot.* & *dec.* 62. *per tot.
par.* 13. *rec.* & quando agitur de mixto, debet juſtifi-
cari ex actis, ſi verò de mero, ſufficit aſſertio, Rota
cit. dec. 731. *num.* 38.
Poſita autem clauſula *vocatis vocandis*, quæ facit
60 Executorem mixtum, Card. de Luca *de alienat. citat.
diſc.* 1. *num.* 66. & *diſc.* 13. *num.* 5. ſi non adſit cer-
tus legitimus Contradictor, debent citari intereſſe ha-
bentes per Edictum publicum, Roſa *cit. nu.* 303. Du-
ran. *dec.* 254. *num.* 11. Dunoz. Sen. *dec.* 52. *n.* 16. &
17. & Dunoz. Jun. *dec.* 731. *dec.* 275. *n.* 22. *par.* 10.
rec. prout citari tantùm debent intereſſe habentes, non
autem illi, qui de jure antiquo debebant intervenire
pro ſolemnitate dumtaxat; quia beneplacitum Apoſto-
licum nunc ſupplet omnes ſolemnitates, Corrad. *citat.
num.* 8. Rota *dec.* 350. & 367. *par.* 5. *dec.* 94. *par.* 7.
dec. 275. & 336. *par.* 10. ubi citandos eſſe perſonali-
ter certos, habentes intereſſe, Theſaur. *de pœnis par.*
2. *cap.* 3. *in fine*, Rota *dec.* 624. *part.* 1. *rec.* prout
citari debet Beneficiatus, ſeù Rector, ut docet Cor-
rad. *cit. cap.* 5. *nu.* 13. licèt non comparuerit, Roſa
cit. par. 1. *c.* 5. *n.* 302. nec citari debent illi, qui ſup-
plicarunt pro beneplacito, Ricc. *cit. par.* 1. *reſ.* 6. *n.*
4. Rota *dec.* 365. *n.* 7. *cor. Durano*, *dec.* 636. *par.* 1.
diverſ. dec. 624. *par.* 1. *rec. dec.* 225. *par.* 10. Promo-
tor autem Fiſcalis Curiæ non debet citari pro ſolemni-
tate, ſed tantùm pro intereſſe, Card. de Luca *cit. diſc.*
1. *num.* 68. Dunoz. Sen. *dec.* 52. *Merlin. dec.* 710. Si
tamen adſit clauſula *vocato Epiſcopo*, debet citari, Ro-
ta *dec.* 336. *par.* 10. *recen.* poſt Roſam *cit. cap.* 5. *nu.*
305. & quatenus Capitulum debeat citari pro intereſſe
tantùm, aliàs dixi. Hinc citatio debet fieri Capitu-
lo congregato, in quo adſit major pars Collegii, pro-
ut etiam ſervandum in Conventu Monachorum, Ro-
man. *conſ.* 184. Lap. *alleg.* 25. Card. de Luca *diſc.*
20. *num.* 4. *de alienat. probib.* Rota *dec.* 31. *part.*
12. *rec.* Dunoz. Jun. *dec.* 731. *n.* 2. Add. *ad dec.* 14.
n. 39. *par.* 3. *rec.* Merl. *dec.* 887. *n.* 4. Roxas *dec.*
205. *n.* 3. *dec.* 9. *in fin. de re jud. in novis*, & *dec.*
5. *de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capitu-
li*, *dec.* 372. *n.* 2. *par.* 14. *rec.* & *dec.* 227. *p.* 15.
rec. itaut requiratur conſenſus Capitularis.
Si adſint plures Commiſſarii, ſeu Delegati in ſolidum
61 electi, ut conjunctim procedant, prout ſolet etiam
in duobus, non poteſt unus ſine altero procedere,
Corrad. *cit. l.* 9. *cap.* 5. & *nu.* 33. & *ſeq.* ad diffe-
rentiam Judicum Ordinariorum, quorum unus præ-
ventus validè procedit, Roſa *cit. loco num.* 310. &
beneplacitum debet præſentari, aliàs non dicitur fir-
mata Juriſdictio, Rota *dec.* 129. *n.* 8. *par.* 7. *rec.* quod
amplia, etiam ſi fiat commiſſio, e. g. Vicario Genera-
li, & Archidiacono, ac utraque qualitas reperiatur in
unica perſona; nam nequit ille exequi, quia Papa vo-
luit pluralitatem perſonarum ad conſulendum inde-
mnitati Eccleſiæ, Corrad. *cit. l.* 9. *c.* 5. *nu.* 35. *verſ.
quid autem hic*, Card. de Luca *cit. diſc.* 1. *n.* 64. *Rota
dec.* 204. *n.* 9. *p.* 5. *rec.*
Solique Commiſſarii, ſeu Delegati debent expedi-
re gratis decretum executionis beneplaciti, *Sac. Cong.* 62
Concil. in Neapolitana, ſeu Caven. Alienationis 31.
Januarii 1665. *Congregatio decrevit, ut mandetur
Auditori Nuntiaturæ Neapolis reſtitutio pecuniarum,
per eum receptarum titulo propinæ, in executione com-
miſſionis illi delegatæ, circa facultatem vendendi ab Ab-
bate Cavenſi, bona, de quibus agitur, aliàs, &c. cum
hujuſmodi commiſſiones gratis exequendæ ab eo fuerint,
lo.* 24. *decret. pag.* 401. *à tergo.* Sed ratione ſcriptu-
ræ permittitur ex *Taxa Innocentiana* receptio unius
ſcuti monetæ. Sed numquid iſti Commiſſarii, ſeù De- 63
legati poſſint ſubdelegare alios? Negat Corrad. *cit. c.*
5. *num.* 33. quia eſt electa induſtria perſonæ, quo caſu
nequit fieri ſubdelegatio; & *ait*, non poſſe ſubdele-
gare quoad interpoſitionem decreti, poſſe tamen quo-
ad cognitionem Cauſæ, contra Roſam *in praxi alien.
cit. cap.* 5. *num.* 301. aſſerentem poſſe ſubdelegare,
ex eo quia regulariter non cenſetur electa induſtria
perſonæ, niſi adſit clauſula: *per te exequaris*, & ex-
preſſo nomine dignitatis, Amiden. *de ſtylo Dataria
lib.* 1. *cap.* 5. *à num.* 102. Sed non eſt recedendum
à prima opinione, eò magis quia ſemper diriguntur
Ordinariis certis, vel dignitatibus, quibus confidit
Papa.
An autem poſt mortem Pontificis duret hujuſmodi
delegatio; Et diſtinguendum eſt; nam vel eſt præſenta- 64
ta commiſſio, vel non, & primo caſu durat Juriſdictio
Delegati etiam mortuo Pontifice, prævia partis citatio-
ne, ſi adſit; Non verò in ſecundo, *cit.* Cardinalis de
Luca *diſc.* 1. *nu.* 61. Corrad. *cit. lib.* 9. *cap. ult. in
fine*, Maranta *de Ord. Jud. p.* 4. *in* 5. *diſt. nu.* 61.
Roſa *de execut. lit. Apoſtolicarum part.* 1. *c.* 13. *in
fine*, & *in add. n.* 43. Fulginius *de jure Emphyteu-
tico q.* 21. *n.* 21. Barb. *de Clauſ. clauſ.* 3. *per tot. Tuſc.
pract. concl. lit. B. concl.* 89. Ricc. *collect.* 510. *reſol.*
20. *cit. par.* 1. Rota *dec.* 225. *nu.* 7. & *dec.* 397. *n.* 71.
coram Durano, *dec.* 41. *coram Mantica*, & *cor. Coc-
cino dec.* 762. *num.* 6. *dec.* 473. *par.* 3. *rec.* prout etiam
expirat Juriſdictio, ſi Commiſſarius protulerit decre-
tum, etiam ſi nullum, Corrad. *cit. lib.* 9. *cap. ult. n.*
13. *verſ. ubi tamen*, Rota *dec.* 631. *num.* 8. *par.* 4.
div. Duranus *dec.* 226. *num.* 6. Si autem fuerit be-
neplacitum conceſſum per viam gratiæ, tunc habet
ſuum effectum ſine miniſterio commiſſionis, Mantica
citat. dec. 41. *nu.* 6. ſicuti datur beneplacitum à ſuc-
ceſſore Pontifice per gratiam revalidatoriam, Com- 65
miſſiones verò per reſcripta Sac. Congr. exequuntur,
etiam poſt obitum Pontificis tempore, quo fuerunt
emanatæ, quia Juriſdictio eſt à Sede Apoſtolica: Ma-
la tandem executio æquipollet, ac ſi non fuiſſet im-
petratum beneplacitum. De Marin *reſolut. lib.* 1. *re-
ſol.* 8. Card. de Luca *citat. diſcur.* 1. *nu.* 15. Rota *dec.*
319. *par.* 4. *dec.* 375. *n.* 4. *par.* 5. *recent.* Duran. *dec.*
225. *num.* 7.
At inquiri ſolet in hac re, an ſi Commiſſarii iſti de-
cretum interpoſuerint contra formam reſcripti, & ſic 66
malè, ac nulliter, expiret eorum Juriſdictio, itaut non
valeant aliud decretum promulgare; Et videtur,
quòd expiret, ac non poſſe dictum primum decretum
reformare per aliud, ſi fuerit decretum executum,
re ſcilicet tradita emptori; Si verò non ſit deventum
ad executionem per traditionem, poſſe reformare
ſuum decretum, nec expirare ejus Juriſdictio-
nem,

Digitized by Google

nem, dixit Theſaur. *de pœnis part.* 2. *capit.* 2. §. *ſed quæres*; Verùm in contrarium in utroque caſu eſt communior doctrina à Sac. Rota amplexa, Corrad. *citat. l.* 9. *cap. ult. num.* 13. *verſ. ubi tamen*, Altograd. *conſ.* 26. *numer.* 17. *l.* 1. Roſa *de execut. litt. Apoſtolic. in add. ad cap.* 13. *n.* 45. & 46. Card. de Luca *de alien. prohib. diſc.* 1. *num.* 60. & *diſc.* 13. *num.* 7. Rota *dec.* 631. *nu.* 8. *par.* 2. *recent. dec.* 215. *nu.* 6. *coram Durano*, *dec.* 238. *num.* 13. *dec.* 110. *num.* 3. *par.* 9. *rec. dec.* 71. *coram Dunozz. Jun.* & paſſim alibi; quia Judex Delegatus functus dicitur Officio ſuo poſt ſententiam, tam Jure Cæſareo, quàm Pontificio, *l. Judex poſtquam ff. de reb. jud. ubi gloſ. l. ſi ut proponis Cod. quomodo.* & *quando Judex ſententiam*, *cap. in literis*, *cap. ſignificantibus*, *c. Venerabili de Offic. Jud. deleg.* & quidquid dicant aliqui relati à Carleval. *de Jud. tom.*
67 1. *diſp.* 7. *num.* 26. hoc non procedere in Judice delegato per Principem, ſed per inferiorem; contrarium veriùs, & communiùs docent alii apud Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 67. *n.* 26. & *ſeq.* & plenè Rota, reiiciendo contrarios, *dec.* 391. *nu.* 1. & 2. & *nu.* 12. & *ſeq. par.* 18. *recent.* Et benè advertit etiam Roſa *cit. in praxi num.* 45. & latè *in citat. decif.* 631. *num.* 9. & *ſeqq. part.* 2. *recentior.* ubi adducit optimam rationem quia actum eſſet de indemnitate Eccleſiæ, cui Pontifices proſpexerunt, ſi poſſent ſemper, & quandocumque Commiſſarii retractare ſententiam latam ſuper hujuſmodi alienationibus, itaut eſſet Jus Eccleſiæ ſemper in ſuſpenſo, ubi explicat quatenus Rota *in vim Clement. Auditor de reſcript.* poteſt inſtitutionem dare. Nec obſtat *decif.* 247. *coram Pnnia*, adducta à Roſa *citat. numer.* 45. *in finem* quia procedit reſpectu A. C. qui eſt Judex Executor omnium literarum Apoſtolicarum, quem benè dicit, poſſe exequi literas Apoſtolicas cum conceſſione immiſſionis, etſi antea uti A. C. & Judex Ordinarius proceſſiſſet ad concedendam eamdem immiſſionem, abſque effectu ſecuto. Unde elicitur, quod facta perperam executione à Commiſſariis beneplaciti Apoſtolici, requiritur novum beneplacitum Papæ, & commiſſio.

Iſta tamen procedere eò fortiùs, ſi ultra ſententiam
68 fuerit executum beneplacitum per poſſeſſionem, vel rem judicatam, ut ſunt caſus nonnullarum deciſionum, & dixit Rota *cita. decif.* 391. *num.* 15. *par.* 18. *recent.* Diſtinguit tamen Roſa *citat. numer.* 45.
69 quoad prædicta, ſcilicet Commiſſarium poſt latam ſententiam, etiam malè, non poſſe amplius ſe in executionem intromittere, id in hujuſmodi alienationibus procedere, ſi Executor eſſet mixtus, non autem in mero, quia verè dicta Jura, ac Deciſiones procedunt in Commiſſario, judicialiter procedente.

Quòd ſi detur beneplacitum novum, cum commiſ-
70 ſione, ut Judex ipſe pronunciare poſſit, ſemper requiruntur nova acta, Altograd. *conſ.* 26. *num.* 15. *libr.* 1. Card. de Luca *citat. diſc.* 13. *num.* 7. Rota *decif.* 710. *numer.* 14. & 15. *coram Merlino*.

Sed an requiratur novus conſenſus Eccleſiæ Rectoris? Et dubitat Rota *citat. decif.* 631. *numer.* 11. *part.* 2. *rec.* an fuerit conſumptus poſt ſententiam Judicis,
71 malè exequentis contra formam Reſcripti. Sed cenſeo non requiri novum conſenſum, quia etſi, quando fuit reſervatum beneplacitum, non requiratur novus conſenſus, poſt illud obtentum, & pro executione, quia tunc contractus ſtat in implicito ſtatu validitatis, donec denegetur beneplacitum, quo obtento continuat in ſuo robore idem contractus. Quod ſecus eſt in diſpenſatione matrimoniali, quia ab initio quæcumque promiſſio non habet ſtatum validitatis, cùm à jure ſit reprobata; Et ſic requiritur novus conſenſus, poſt obtentam diſpenſationem Apoſtolicam, ut diſtinguit Rota *deciſio.* 397. *numero* 25. & *ſequent. coram Durano*; ſic in caſu, quo Executor beneplaciti executionem malè conceſſit contra formam illius tantùm, non videtur ex hoc elici aliqua cauſa mutationis voluntatis Rectoris alienantis; Unde, impetrato novo beneplacito, non requiritur novus conſenſus, quia ſemper urget, quòd verificata ſolemnitate, & utilitate, conſenſus primus ſufficiat, quia concurrunt omnia extrema; ſed ſi Executores proceſſerint ad ſententiam, non eſſe exequendum beneplacitum ex defectu utilitatis, vel eſſe exequendum injuſtè, non probata utilitate, tunc videtur requiritur novus conſenſus, quia concurrit, ut cauſa Rector à primo conſenſu juſtè reſilire poſſit.

CONSTITUTIO VI.

PAULI II.

incipiens. (*Decet Romanum.*)

EPITOME BULLÆ

PAULUS EPISCOPUS, &c.

PRo Monaſteriis, ſeu Prioratibus, aliiſque Beneficiis uniti Eccleſiis, Monaſteriis, ac Locis Piis, perſolvi mandat minuta ſervitia Cameræ, necnon Annatam, quæ ſolvi deberet in illorum proviſione, ſi vacarent, ſingulis quindecim annis, incipiendo à præterito quindennio, alioquin uniones irritæ ſint.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Plures uniones beneficiorum facta fuerunt à Romanis Pontificibus Eccleſiis, Monaſteriis, & Locis Piis.*

Ex quo non contingebat vacatio dictorum beneficiorum unitorum, ibid.

2 *Ad tollendum præjudicium iis, in quorum utilitatem minuta ſervitia, & annatæ cedebant, quæ ſolvebantur à proviſis, ante tempora Pauli II. obligationem faciebant Loca Pia, quibus unio fiebat, quibuslibet quindecim, vel viginti annis, aut alio tempore annatas ſolvere Cameræ Apoſtolicæ pro dictis beneficiis unitis.*

3 *Paulus II. reauxit ſolutionem annatarum, & aliorum Jurium Cameræ in proviſionibus beneficiorum ſolvendorum quolibet quindennio in hac Conſtitutione.*

4 *Quæ Conſtitutio confirmata fuit per Paulum IV. & S. Pium V. ac extenſa.*

Imò etiam à Sixto V. ibid.

Ac Julio III. ubi etiam de beneficiis Jurispatronatus unitis, ibid.

5 *Diſpoſitio hujus Bullæ reſpiciebat beneficia unita auctoritate Apoſtolica, ſed à Succeſſoribus Pontificibus ampliata fuit ad unita per Apoſtolicos Legatos, Nuncioſque.*

6 *Annatæ diſtinguuntur ab Annalibus, & de iſtis remiſſivè innuitur.*

7 *Plures innuuntur Auctores, qui annatarum ſolutionem doctè defendunt, adverſus obtrectatores.*

8 *Comprobatur pluribus argumentis debita ſolutio annatarum Eccleſiæ Romanæ.*

9 *Præſertim ex antiquitate ſolutionis prædictæ.*

10 *Fit mentio de annatis, etiam in Conc. Conſtantienſi, aliiſque juribus.*

11 *Nulla eſt facienda vis in Conc. Baſileenſi circa dictas annatas improbatas.*

12 *Pœna jure meritò fuerunt inflicta contra eas non ſolventes.*

13 *Annatarum vocabulum unde proceſſerit.*

14 *Antiquitus proviſi eas non ſolvebant in actu proviſionis, ſed ſe obligabant ſolvere intra certum tempus.*

15 *Statutum deindè fuit, quòd annata ſolveretur pro medietate fructus anni in ipſa expeditione Bullarum.*

16 *Ab aliquibus improbata fuit iſta ſolutio anticipata collectionis fructuum.*

Sed vindicatur talis improbatio ex rationibus, & benigno modo, quo utitur Camera in ejus exactionibus.

17 *Annatæ triplici modo conſiderari poſſunt. Aliæ propriè tales; aliæ commune ſervitium; & aliæ minuta ſervitia nuncupantur, & nu. ſeq.*

18 *Annata propriè hodie reducta ad medietatem fructuum anni, ſolvitur pro omnibus beneficiis inferioribus, non taxatis, quæ ſummam ducatorum vigintiquatuor auri de Camera excedunt.*

Qui de eis annatis participent, ibid.

Camera in præſenti participat eam portionem, quam participare ſolebant Clerici Cameræ poſt ſuppreſſionem venalitatis iſtorum, ibid.

19 *Annatarum variæ ſunt ſpecies, & quæ, & pro quibus beneficiis ſolvantur.*

Commune ſervitium aliquoties dicuntur, ibid.

20 *In quibus proviſionibus habet locum ſolutio communis ſervitii, & quid ſit, ac qui de eo participent.*

21 *Minutum ſervitium quid ſit, & pro quibus ſolvatur, & inter quos fiat diſtributio emolumentorum.*

22 *Solutiones hujuſmodi non fiunt ratione obligationis perſonalis, ſed realis.*

23 *Nec ſolvuntur, niſi quando fit expeditio Bullarum, & poſt ſignatam ſupplicationem; & ſic non ſolvitur ratione collationis, ſed ex fructibus annalibus Cameræ debitis.*

24 *Proindè, ſi vacatio contigerit pluries intra annum, ſemel tantùm ſolvitur annata.*

25 *Ex quo etiam elicitur, quod, ſi proviſus poſſeſſionem beneficii conſequi nequeat, ſit tantùm obligatio ſolvendi annatam.*

Sicuti retrahuntur à ſolutione annatæ, fructus aliis reſervati, vel penſio, ibid.

Quid de gratiis expectativis, & hujuſmodi, ibid.

26 *Quid autem practicetur circa ſolutionem annatæ, quando beneficium impetratum poſſideatur ab intruſo; ut ſcilicèt fiat tantùm obligatio ſolvendi annatam, quando poſſeſſionem adipiſci poſſit.*

Intruſio quomodo, & quando in tali caſu comprobari debet, ibid.

27 *Si fuerit ſoluta annata per intruſum, ſolvi non debet per legitimum proviſum.*

28 *Sicuti duplex decima pro unica fructuum collectione non debetur.*

29 *Si fructus beneficii non ſit ultra ſummam ducatorum vigintiquatuor auri de Camera, annata ſolvi non debet.*

Quod procedit etiam in Penſionibus, ibid.

30 *Ad vitandas fraudes aſſertionum, beneficiorum fructus non excedere dictam ſummam, fuit introducta regula Cancellariæ, ut exprimatur verus valor.*

31 *In Canonicatibus Germaniæ exprimi ſolet valor per non exceſſum, & ex conſuetudine, ubi remiſſivè.*

Quod procedit ad effectum non ſolvendi annatas, non verò ad alias rationes, ibid.

32 *Valor prædictus exprimendus eſt, quoad fructus certos, non autem incertos.*

33 *Annata an ſolvatur ex Canonicatibus, habentibus tantùm fructus diſtributionum quotidianarum.*

Ubi de Canonicatibus Vaticanæ Baſilicæ, Eccleſiæ Hiſpalen. & Toletanæ, quoad annatas.

34 *Annatæ ſolutio neceſſariò præſupponit expeditionem literarum, itaut, ſi iſtæ expediri non valeant, hæ ſolvi non debeant.*

35 *An ſolutio prædicta habeat locum in beneficio familiaris Cardinalis, & in proviſionibus, quæ fiunt in Urbe ab inferioribus Collatoribus, ſeu Indultatariis.*

Quid, ſi collationes fiant extra Curiam cum obligatione expediendi literas Apoſtolicas, vel ſi fiant à Legatis cum ea conditione, ibid.

36 *Quindennia, quæ conſiſtunt in ſolutione annatæ, quibuslibet quindecim annis ſtatutum fuit, ut ſolvantur pro beneficiis perpetuò unitis.*

37 *Quomodo communiter dicitur taxatio illa quindennii proceſſiſſe à Paulo II. in hac Conſtitutione.*

38 *Quindennia non ſunt accidentia inſeparabilia à jure annatarum; & juſta cauſa introducta.*

Quindennium dici poteſt annata, ibid.

39 *An Jus exigendi quindennia obtineant ii, qui habent à Camera jus annatarum.*

Ubi de Capitolo Burgenſi prætendente exigere quindennia beneficiorum unitorum propter privilegium, quod habebat exigendi annatas.

40 *Quindenniorum pro beneficiis unitis introductione, uſus inolevit ſolvendi quindennia in bonis emphyteuticis, acquiſitis per Eccleſias, Univerſitates, aliaſque manus mortuas, loco laudemiorum, quæ non exigebantur, ob alienationes eorum bonorum prohibitas illis.*

ROmani Pontifices ingenita pietate uſi, plura Mo-
naſteria, Prioratus, aliaque beneficia unire cura- 1
runt Regularium Cœnobiis, & Eccleſiis Sæcularibus,
aliiſque Locis Piis; unde evenit, quod vacatio eo-
rum ampliùs contingere non poſſet; & proinde, de-
fraudabatur Camera Apoſtolica à receptione minu-
torum ſervitiorum, & annatarum, in eorumdem be-
neficiorum proviſione ſolvi conſuetarum, in grave
præjudicium ejuſdem Cameræ, & eorum, ad quos
ea participare conceſſum fuerat, & licèt ante tem-
pora Pauli II. illi, in quorum commodum hæ unio- 2
nes cedebant, promittebant, ac obligabant ſe, &
ſucceſſores in futurum certis conventis temporibus,
quindecim, vel decem, & octo annis, vel viginti,
beneficiorum unitorum annatas ſolvere Cameræ A-
poſtolicæ, habita ratione ſummæ, quæ pro unoquo-
que beneficio unito ante unionem ſolvebatur, ut te- 3
ſtatur Galleſ. *in tractat. de annatis in fine*, & poſt
eum Cherub. *ſilius ad hanc Bullam ſch. primo*. Pon-
tifex tamen iſte *Paulus II.* ſublata dicta varietate ſo-
lutionis annatam prædictam ſolvi ad annos quinde-
cim ſtatuit, *hac Conſtitutione edita in Urbe die 6. Ja-
nuarii anno* 1469. in qua, aſſerens ſe, & Martinum
V. Eugenium IV. Nicolaum V. Calliſtum III. & Pium
II. Prædeceſſores ejus, plures uniones perpetuas præ-
fatorum beneficiorum feciſſe dictis Locis, & Eccle-
ſiis Regularibus, & Sæcularibus, mandavit, Mona-
ſteria, Prioratus, Præpoſituras, Dignitates, Perſona-
tus, Adminiſtrationes, Officia, & Beneficia, Eccle-
ſiis, & quibuslibet ſimilibus, aut etiam Fabricis, &
Piis Locis unita, pro quibus Cameræ Apoſtolicæ an-
natæ, ſeu alia jura ſolvi conſueverant, vel quæ erant
debita, annatam, ſive medios fructus unius anni, in
poſterum ſingulis quindecim annis perpetuò ſecutu-
ris, ſolvere teneri, & debere; & ad hoc eos quo-
rum intereſt infra anni ſpatium in eadem Camera
cum effectu ad hanc ſolutionem obligari debere; Et
ſi à ſolutione, aut obligatione prædicta ceſſare præ-
ſumerent, uniones, annexiones, & incorporationes
hujuſmodi haberi penitùs pro infectis; & ſic unita
tamquàm verè vacantia poſſe liberè à Sede Apoſto-
lica impetrari.

Contenta in hac *Conſtitutione* confirmavit *Inno-
centius VIII. Conſtitut. 3. & Paulus Papa IV.* per 4
aliam *Bullam ſub datum* 10. *Kal. Februarii de anno*
1508. *in ordine novi Bullarii* 17. ampliavit ad om-
nes Congregationes, tàm Sæculares, quàm Regulares,
etiam Ordinis Caſſinenſis, Montis Oliveti, ac Camal-
dulen-

dulenſis; mandando pariter, eoſdem poſſe cogi ad id ipſum per ſententias, cenſuras, & pœnas etiam privationis, diſſolutionis unionum, annexionum, & incorporationum, ſeu ſubmiſſionum prædictarum, adeò ut nulla poſſit opponi exceptio illiquidationis facti circa debitum annatæ, & aliorum Jurium Cameræ, quæ communia ſervitia nuncupantur, ſub qua *Bulla*, comprehendit, tam Eccleſias, & Monaſteria virorum, quæ taxata reperirentur in libris Cameræ, quàm omnes dignitates, Perſonatus, Officia, & Beneficia Sæcularia, & Regularia, quæ excederent valorem annuorum 24. florenorum de Camera. Nec non eadem Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, Officia, & Beneficia unita, ſemper hujuſmodi onus ſolutionis communium, & minutorum ſervitiorum habuiſſe, & habere, cum Clauſula: *Sublata, & Decreto irritanti*.

Imò *S. Pius Papa V.* in cjus *Conſtitut.* 38. illas innovavit, confirmavit, & extendit, etiam ſi apparerent uniones factæ quibuſvis Cathedralibus, atque Metropolitanis, ſeu Collegiatis Eccleſiis, aut Capitularibus menſis, etiam pro quotidianis diſtributionibus, aut aliis uſibus nec non Collegiis, Univerſitatibus, Congregationibus, quorumvis Ordinum, Monaſteriis, Domibus, Hoſpitalibus, Fabricis, ac utriuſque ſexus perſonarum Piis locis, quantumvis privilegiatis, & exemptis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis Apoſtolica authoritate, ſeu aliàs quomodolibet.

Et tandem *Sixtus Papa V. per Bullam* 33. *in ordine Bullarii novi*, *ſub die* 14. *Maii* 1586. ſancivit, comprehendi ſub dictis *Conſtitutionibus* Uniones; Annexiones, Incorporationes, Applicationes, & ſubmiſſiones de quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, etiam ſi Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia fuerint; quæ tamen tempore ipſarum unionum Cura, Conventu, & Hoſpitalitate caruerint; vel ſi plura beneficia unicis literis comprehenſa ſint, quorum quodlibet annuus valor 24. ducatos auri de Camera ſecundùm communem æſtimationem non excedat; dummodò tamen omnium inſimul illum tranſcendat, cuicumque Eccleſiæ, Monaſterio, Collegio, Domui, Societati, Congregationi, Ordini, Militiæ, Hoſpitali, Seminario, aut alio loco Pio, tam per quoſcumque Romanos Pontifices, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, Nuncios, & alios quoſcumque ſubdelegatos, & aliàs quomodolibet authoritate Apoſtolica, quàm per quemcumque loci Ordinarium factas, & faciendas, etiam ſi manualia, & Juriſpatronatus laicorum, etiam Imperatoris, &c. Et propterea omnia, & ſingula Eccleſiarum Capitula, &c. Monaſteria, & Pia loca, & quivis alii inquorum favorem uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & ſubmiſſiones hujuſmodi factæ reperirentur, aut poſthac fient, quantumcumque exemptæ, & privilegiatæ exiſtant, etiam ſi ſe ſuper inde in Camera Apoſtolica non obligaverint, dummodò beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem quindenniorum præfatorum ratione unionum, &c. Singulis quindecim annis, à die, quo illæ ſuum ſortitæ fuerint effectum, juxta tenorem literarum prædictarum teneri, & obligatos eſſe, & ad id poſſe cogi per ſententias, Cenſuras, & pœnas in ipſis literis contentas, quas Conſtitutionum particulas refert etiam Novar. *in Summa Bull. Com.* 145. *tomo* 1. *numero* 9. *& ſeqq.* & refert Scortia *in ſel. Pontif. Epithom.* 44. *Theorem.* 123 & Julius Papa III. *Conſtitut. incip. Cupientes* 20. *Bull. tomo* 1. ab omnibus ſolvenda decrevit minuta ſervitia, Annatas, & quindennia, etiam quoad beneficia de Jurepatronatus Principum Supremorum, ut ibi. Hæc inſuper *Conſtitutio Pauli II.* comprobata fuit etiam à *Julio II.* prætermiſſa in Bullario Cherubini, quia relata in dicta *Pauli IV. Bulla*; quæ declaratur, ac extenditur quoque *à Clemente VII. S. Pio V.* ut in principio hujus *Conſtitutionis* notat Cherubinus. Hinc elicitur diſpoſitionem hanc Pauli II. fuiſſe quoad beneficia unita per ſe, & nominatos in ea illius Anteceſſores Pontifices, *Martinum V.* uſque ad *Pium II.* ejus Prædeceſſorem immediatum; ſed in dicta *Conſtitutione Pauli IV.* injungitur ſolutio quindenniorum, etiam pro unionibus ante Martinum factis, Scortia *citat. Epit.* 44. *Theor.* 123. quinimò ante *Sixtum V.* cùm ſolveretur ſolùm quindennium ex beneficiis Apoſtolica auctoritate unitis alicui Collegio, vel Pio loco; ab eo fuit ſancitum, ut ſolve- 5
rentur quindennia ex quibuslibet beneficiis unitis etiam auctoritate Legatorum, Nunciorumque Apoſtolicorum, ut innuitur in dicta *relata Conſtitutione Sixti*.

De materia contenta in hac *Conſtitutione* de Annatis, ſcilicet quindenniis, & minutis ſervitiis, cùm primùm in hoc Commentario ſermo occurrat, videtur congruum, ut de enucleatione eorum termi- 6
norum diſſeram. Primùm igitur prænotari oportet, eas ab Annalibus, de quibus tractavimus *ad Conſtitut.* Jo. XXII. *tomo* 4. *pag.* 43. toto Cœlo ab his annatis diſtare, ut latè ibi adverti *numer.* 5. proindeque, de annatis ad hujuſce Conſtitutionis intelligentiam aliqua dicturus, ſtatim à principio dimicare oporteret adverſus omnes Hetherodoxos, ac etiam 7
contra nonnullos Auctores, Sedis Apoſtolicæ juribus infenſos, qui liberiùs, imò verò audacter, & inſolenter contra annatas invehuntur, tamquàm contra corruptelam omni jure improbandam; Quoniam verò hanc provinciam ſatis perfecerunt Thomas Campegius *in libello de annatis*, Galleſius *de annatis in princ.* Ferdinandus Cordubenſis pariter *in tractatu de annatis*, & celebris I. C. Petrus de Monte *in occaſione quam de annalis habuit ad Henricum VI. Angliæ Regem*, & noviſſimis temporibus, Fagn. *in capit. præterea, ne Prælati vices ſuas, &c.* Amyden. *de ſtylo Dataria lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 20. *num.* 19. *cum ſeqq.* Azor. *Inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *capit.* 11. *per tot.* aliique; Hinc tantùm meminiſſe ſufficiat argumenta, quæ ipſi auctores proſequuntur comprobandi cauſa, vindicandique à quibuſcumque maledictis annatarum jura, nec longiùs immoremur, ne actu agere videamur. Et quidem à Jure divino primum argumentum deſumitur, cùm annata ſit ſubrogata loco decimæ, quæ Summo Sacerdoti competit, ac 8
re ipſa primis Eccleſiæ temporibus Romano Pontifici ex omnibus Eccleſiaſticis bonis quotannis offerebatur, ut probat Baron. *ad ann.* 1156. *ad finem verſ. tale eſt*; proindeque ſicut decima ex Jure divino provenit, *Numer.* 18. ita & has annatas eodem Jure metiri debere, enixè opinatur Azor. *Inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 11. Theloſ. *in Syntag. l.* 2. *c.* 21. *tit. de annat.* Gambar. *de offi. Legali lib.* 7. *n.* 416. Secundum argumentum eruitur ex jure naturali, cùm Romana Eccleſia tamquàm caput myſtici corporis debeat à ſingulis membris temporalibus auxiliis ſubveniri, *ex can. primo* 16. *q.* 7. *can. loquitur, can. non decet, diſt.* 12. & notat Card. *in clem. quia contingit num.* 4. *de Relig. Dom.* Præterea Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum Mater, ejuſque Sponſus Romanus Pontifex, ex jure naturæ debet à ſpiritualibus filiis alimenta recipere, & conſequenter annatas, quæ pro ſui ſuſtentatione exiguntur, *can.* 1. *&* 2. *diſt.* 12. *can. dudum* 3. *q.* 6. *l.* 1. *&* 2. *C. de Patr. qui fil. diſt.* III. Adſtipulatur quoque Jus Gentium, ſicuti memorabile in his terminis teſtimonium univerſæ Gentilitatis affert Ferdinandus Cordubenſis *de annatis in princ.* ibi: *Ægiptii primi, deinde Gentium omnium Sacerdotes fuerunt locupletes; præſertim Sacerdotes maximi; nam inferiores Sacerdotes in ingreſſu Sacerdotii mediam partem redditum Summo Sacerdoti miniſtrabant* IV. Annatarum exactio fulcitur lege poſitiva Eccleſiaſtica, ſæpe promulgata à Summis Pontificibus, Sanctitate, & Doctrina venerandis; Præter enim *Extravag. Jo. XXII. Bonifacii IX. & Pii II.* ſuper annatarum exactione, Conſtitutiones promulgavit Paulus II. *Conſtit. incip. decet in ordine* 6. Julius II. *Conſt.* 4. *incip. Romani*, Clemens VII. *Conſt.* 33. *incip. cum ſicut*, Julius III. *Conſt.* 20. *incip. Cupientes*, Paulus IV. *Conſt.* XI. *incip. Incumbentia*, *& Conſt.* 17. *incip. decens*,

Digitized by Google

S. Pius V. *Conſtitut.* 38. *incip. Apoſtolicæ*, & Sixtus V. *Conſtitut.* 33. *incip. Cameræ*. Concurrit quoque auctoritas *Concilii Viennenſis*, necnon *Concilii Conſtantienſis*, in quibus propoſitis articulis ſuper annatarum ſolutione, Patres congregati tamquàm nefas habuerunt, decretum ſuper abrogatione interponere, ut de primo teſtatur Jo: Andr. *in capit. inter cætera de officio Ordin.* & de ſecundo probat Fagnan. *in citat. cap. præterea num.* 43. *ne Præl. vices ſuas*. V Nec deeſt legis civilis auctoritas, nam Principibus ſolvi debent ſtipendia, & tributa in recognitionem univerſalis dominii, ut ſuis, publicisque neceſſitatibus conſulere poſſint, *l. competit C. de præſcript.* 30. *annorum*, *l. locatio* §. *pennlt. ff. de Publican. & Vectigal.* Cur ergo ex publico debentur ſtipendia, ſive annatæ Romano Pontifici, qui eſt Dominus Dominantium, ut inquit Baldus *in conſil.* 388. quæ ſanè ratio univerſalis dominii in rebus Eccleſiaſticis ſummum pondus habet, pro comprobando annatarum uſu; cùm fuerit admiſſa, & injuncta earum ſolutio à tot inſignibus Pontificibus Summis adductis; & præſertim à S. Pio V. *in citat. Conſtit.* 38. §. 3. necnon *in Conſt.* 17. Pauli IV. §. 1. & notat Card. de Luca *de benef. diſc.* 89. *num.* 2. VI. tandem efficax argumentum deſumitur ex veneranda antiquitate, qua annatæ Apoſtolicæ Cameræ ſolutæ fuerunt; ita ut impium ſit modò in controverſiam revocare, quod Romana Eccleſia longæva conſuetudine approbavit.

Et quidem annatarum inſtitutio adeò eſt antiqua,
9 ut de illius initio nulla memoria ſuperſit, ut inquit Felin. *in cap. ex parte num.* 4. *verſ. tertio de officio deleg.* & meritò ab initio naſcentis Eccleſiæ annatas inſtitutas fuiſſe, defendit Cardin. Cajet. apud Fagn. *in cap. præterea*, *Ne Prelati vices ſuas*, *numero* 15. Certè *S. Damaſus*, qui ſedit anno 367. de his annatis mentionem fecit, cùm ſcripſit in *Pontificali: Suſcipientes modò Ordinationes à Papa, aliquid ei perſolvunt*. Et tandem ſuper annatarum antiquitate teſtantur Jo: Andreas *in capit. inter cætera* 15. *de offic. ordin. nu.* 13. & Zabarella *numer.* 1. qui has ſolutiones inquiunt inoleviſſe ante *Concilium Viennenſe*, *Bellarm. cit. cap. inter cætera*, *Campeg. de Ann. in initio*, *Cherub. ad Conſtitut.* 17. *Pauli IV. Schol.* 2. imò doctè aſſertum fuit in *dicta Conſt.* per eumdem Pontificem. & quamvis *Galleſ. de Annat.* in initio, introductam dicat à Bonifacio IX. id tamen fuit quoad quotam; & de ejus antiquitate, & juſtitia plures apud Scortiam *in ſelectas Pontificias epit.* 34. *Theorem.* 122. *In Concilio* quoque *Conſtantienſi, coacto anno* 1417. de annatis fit mentio, aliisque in antiquis juribus, ut in Clem. *quia regulares* §. *præmiſſa de ſupplen. neglig. Prælat. in Extravag. ſuſcepti Joannis XXII.* Cùm igitur annatarum ſolutio tot juribus, & rationibus comprobetur, & à tot Sanctiſſimis Pontificibus ſit uſu recepta, quin etiam enixè præcepta, nefas omninò eſt Catholico viro, con-
11 tra opinari; & cùm *Concilium Baſileenſe* non fuerit confirmatum à Papa; & poſt tranſlationem malè continuatum, ut dixi *tom.* 4. *pag.* 521. ideò de præſcriptis ab iſto, nulla eſt vis facienda; adeò quod jure merito tàm Innocentius VIII. in *Conſt.* 3. quàm Paulus IV. & Sixtus V. in ſupra indicatis Bullis Excom-
12 municationis incurſum, & beneficiorum privationem indixerunt contra non ſolventes annatas; qua Summorum Pontificum enixa voluntate perſpecta, benè inquit Lotter. *de re benef. lib.* 3. *qu.* 20. *num.* 125. detrectantes, & ſubterfugientes id jus Dei miniſtris perſolvere, eſſe in ſtatu æternæ damnationis, in Decimis ait, D. Thom. 2. 2. *qu.* 87. *ar.* 1. *in reſp. ad* 5. *nu.* 80. Suarez *de relig. tr.* 2. *lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 11. *ad fin.*

His opportunè præmiſſis, convertendo diſcurſum
13 ad utilitatem Romanæ Curiæ, primùm animadvertendum videtur, quod Annatarum vocabulum exinde proceſſit, quòd priſcis temporibus omnes fructus, & proventus beneficiorum unius anni in collatione, Cameræ Apoſtolicæ reſervabantur. Ad hanc contri-
14 butionem ſolvendam, proviſi obligationem emittebant in expeditione Bullarum; unde plures pœnales ſanctiones emanarunt, ne Beneficiati promiſſis deficerent; ac annatæ ſtatis temporibus ſolverentur. Eterum prædictæ Annatæ exigebantur per Commiſſarios Apoſtolicos intra triennium, pro tertia ſcilicet parte annatim, reliquis binis partibus Beneficiato relictis; Quoniam verò jam dicti Commiſſarii pecunias extorquebant, vel indebito modo, vel in excedenti quantitate, Bonifacius IX. annatam primùm diminuit pro 15
medietate annuorum fructuum, deindè providè ſtatuit, quòd Beneficiati hanc contributionem ex propriis pecuniis perſolverent in expeditionem Bullarum; itaut in relaxatione ſupplicationis obligationem ſuper ſolutione in Camera emitterent; qua perſpecta, literæ expedirentur; ſed nequaquam proviſo conſignarentur, niſi prævia quietantia Theſaurarii ſuper annatæ ſatisfactione, ut commemorat Fagnan. *in capit. præterea num.* 9. & 10. *ne Præl. vices ſuas*.
Satis quidem perſpectum habeo; nonnullos auctores, 16
præ cæteris audaciores, proclamare adverſùs hanc anticipatam annatæ ſolutionem, perindè ac ſi ita Beneficiati cogantur ad fœnus, antequam aliquid ex beneficiis percipiant; ſed omnis amaritudo ceſſat, ſi abſque livore perſpiciatur, tum cauſa finalis ſubtrahendi Beneficiatos ab indebitis Collectorum extorſionibus; tum etiam reductio notabilis annatæ in compenſationem præmaturæ ſolutionis; Et verè quodcumque ſit incommodum numerationis anticipatæ, correſpectivè adnotabile beneficium diminutionis, nemo illum non vellet. Verùm in eo maximè elucet Summorum Pontificum benignitas, quòd proviſis, qui pecuniis deſtituuntur, facilè conceditur breve de capienda poſſeſſione, vigore cujus expeditio bullarum prorogatur ad ſex menſes, & conſecutivè ſolutio annatæ; quòd ſi neque in hoc termino proventus beneficiales colligi poſſunt, altera prorogatio conceditur trium menſium; atque ideò nullo modo gravantur Beneficiati, ſi velint perſolvere annatas ex propriis pecuniis, ut advertit practicus Amyd. *de ſtylo Datariæ libr.* 1. *capit.* 18. §. 3. *numer.* 8. *ante* §. *ſed revertamur*.

Equidem jura annatarum in triplici ſunt differen-
tia; alia enim dicuntur propriè annatæ, alia com- 17
mune ſervitium nuncupantur, alia denique dicuntur minuta ſervitia. Annata, ſeu verius media annata Bonifaciana, ſolvitur in dimidia parte fructuum unius
anni pro omnibus beneficiis inferioribus, quæ non 18
ſunt taxata, dummodò eorum fructus ſummam excedant ducatorum viginti quatuor auri de Camera, ut infra. De hac annata participant ſollicitatores literarum Apoſtolicarum, vulgò *Jannizzeri*, ad rationem duorum cum dimidio pro centenario, Scriptores Archivii pro rata ſex cujuslibet centenarii, Cubicularii, & Scutiferi ad rationem decem pro centenario; Milites SS. Petri & Pauli ad rationem quindecim pro centenario; Portiones Ripales pro rata ſimiliter quindecim, qui omnes ſunt Cancellariæ Apoſtolicæ Officiales; Extra verò Cancellariam de annata participant Clerici Cameræ Apoſtolicæ ad rationem unius cum dimidio pro centenario, Veſtr. *in praxi libro* 1. *capitul.* 4. *numer.* 4. Amyden. *de ſtylo Datariæ lib.* 1. *capitul.* 18. §. 3. *numer.* 17. etſi poſt ſuppreſſam venalitatem dictorum Clericatuum, quodcumque emolumentum Clericorum Cameræ fuit applicatum eidem Cameræ, ut ex *Conſtitut. ſan. me. Innocent. XII.* 13. ut in ejus *Bellar. fol.* 71.

Annatarum igitur variæ ſunt ſpecies, nam latè ſum-
pto vocabulo alia eſt quantitas illa, quæ juxta taxam 19
in libris Cameræ deſcriptam, ſolvitur pro quocumque beneficio conſiſtoriali; & propriè non dicitur Annata, ſed commune ſervitium, prout dicam de eo infra. Annata magis propriè dicta eſt fructus primi Anni, qui ſolvitur pro expeditione cujuſque beneficii Conſiſtorialis in Camera non taxati. Annata demum minùs propria eſt medietas fructuum primi anni, quæ ſolvitur pro aliis beneficiis minoribus Conſiſtorialibus, de quibus, & aliis ad materiam Annatarum, Galeſ. *loc. cit.*

Com-

Commune ſervitium locum habet in proviſione Ec-
20 cleſiarum, ſivè Monaſteriorum, aliorumque beneficio-
rum Conſiſtorialium; ac ſolvitur juxta antiquam ta-
xam in quantitate ſemper certa, juxta moderationem
quam induxit Jo. XXII. *in Extravag. cum nonnulla
inter comm. de preben.* Commune verò ſervitium di-
citur, cùm de ipſo communicent tria perſonarum
genera, nempe Sacrum Cardinalium Collegium pro
tertia parte, pro alia tertia Camerales, & pro reliqua
tertia Officiales Cancellariæ, qui annatiſtæ nuncupan-
tur, ut notat Fagn. *in cit. cap. præterea n.* 11. *ne Præ-
lat. vices ſuas*, Amyden. *loc. cit. n.* 18.

Minutum tandem ſervitium conſtituitur in quinque
21 portionibus, quæ ſecundùm proportionem taxæ fru-
ctuum Epiſcopatus; vel Abbatiæ inter determinatos
miniſtros, & officiales diſtribuuntur; ac propterea ap-
pellantur minuta, tum quia ſunt minutæ partes an-
natæ, tum etiam quia partiuntur inter minores mi-
niſtros, ut ibidem proſequitur Fagnan. *num.* 2.

Id verò pro certo eſt, omni dubitatione poſtpoſi-
22 ta; quòd annatæ, & ſervitia ſupra recenſita non ſol-
vuntur ex condicto, ſive ratione obligationis perſo-
nalis contractæ in proviſione, ſivè collatione; *ſed*
quidem tamquàm onera realia, debita ex natura rei,
ratione fructuum beneficialium, qui in primo anno
ſunt reſervati; proindeque benè notant Doctores,
quòd hujuſmodi onera ſunt rei injuncta uſque à prin-
cipio, quorum exactio aperitur ex momento vaca-
tionis, Campeg. *de annat. numer.* 11. *verſ. conſtat*,
Coraſ. *de benef. part.* 4. *capit.* 4. *numer.* 53. Lotter. *de
benef. cit. lib.* 3. *qu.* 20. *num.* 34. *cum ſeqq.* Et quidem
23 proviſio, & collatio beneficii perfectè expletur median-
te Signaturæ ſupplicationis, priuſquam de annatæ ſolu-
tione nihil penitus agatur; ac ſolummodo quando be-
neficiati Bullas expediunt, quæ ex notiſſimis ſunt
tantùm publica documenta gratiæ jam conceſſæ, ip-
ſi proviſi annatam ſolvunt; quòd ſi literæ non expe-
diantur, prout in caſu ceſſionis beneficii ante expe-
ditionem literarum, neque annata unquam perſolvi-
tur; quòd plerumque contingere in propoſito adver-
tit Fagnan. *in citat. capit. præterea nu.* 83. *ne Prælat.
vices ſuas.*

Ex hoc fundamentali principio, quòd annatæ con-
tributio nequaquam inſurgat ratione collationis, ſed
ex fructibus annalibus, qui Cameræ debentur, con-
24 ſequitur, quòd ſi bis, vel pluries vacare contigerit
beneficium in circulo unius anni, & ſucceſſivè plu-
ries conferatur, annata, ſive ſervitia nequaquam ſol-
vuntur in qualibet collatione, ſed ſemel tantùm, vi-
delicet à primo proviſo; qui enim deinde providen-
tur, ſuper eadem ſolutione admonent Officiales; ip-
ſique à tergo literarum notant, *pro annata nihil*, ut
poſt Mandoſ. *de annal. num.* 168. *caſ.* 371. Galleſ.
circa fin. verſ. ex hujus reg. docet Lotter. *de re be-
nef. lib.* 3. *capit.* 20. *num.* 107. & in terminis anna-
tarum, quæ ſolvuntur ex privilegio Capitulis, Sacri-
ſtiæ, vel Fabricæ, idem jus eſſe notat Rota *dec.* 842.
nu. 6. *coram Manzanedo.*

Ex commemorata regula infertur quoque, quòd
25 proviſi, ſi ob aliquod impedimentum beneficii poſ-
ſeſſionem ſtatim conſequi nequeant, literæ ut pluri-
mum expediuntur ſub obligatione tantùm ſolvendi
annatam, cùm primùm fructus percipient; ex quo
ad hujuſmodi contributionem non tenentur, qui actua-
lem beneficii poſſeſſionem ſtatim adipiſci nequeunt,
Fagnan. *in citat. capit. præterea num.* 88. *cum ſeqq. ne
Prælat. vices ſuas*, Lotter. *ubi ſupra nu.* 39. Amyden.
de ſtylo Datariæ libr. 1. *capit.* 18. §. 3. *num.* 38. Rota
d. deciſ. 842. *per tot. coram Manzaned.* ſicuti mox
citat. Doctores idem explicant in gratiis beneficiali-
bus de certo corpore beneficii, ut ſunt regreſſus, &
proviſiones ſimplices, quando fructus ſunt aliis inte-
graliter reſervati ad tempus. Quòd ſi fructuum rata
dumtaxat ſit alteri reſervata, aut ſuper illis penſio ſit
impoſita, proviſus correſpectivè ad fructus, quos per-
cipere nequit, minus ſolvit de annata, ſive ſervitio.
Pro gratiis verò ad incerta beneficiorum corpora, ut
ſunt expectativæ, reſervationes, & hujuſmodi, nihil
ſolvitur, nullaque obligatio in futurum ſolvendi emit- 26
titur. Melius tamen explicari poteſt, quando impe-
tratur beneficium, quod de facto ab intruſo poſſide-
tur; tunc enim nulla fit annatæ contributio in ex-
peditione Bullarum, ſed ſub expreſſa obligatione re-
ſervatur ad tempus, quo legitimus proviſus poſſeſ-
ſionem naturalem beneficii nanciſcitur, depulſo intru-
ſo, Galleſ. *de annot. numer.* 30. *verſic. Aſſertur*, Ro-
ta deciſ. numero 440. *numer.* 6. *coram Ludoviſ.* Intru-
ſio autem in caſu probatur ex duorum Teſtium depo-
ſitione coram Notario Cameræ, in cujus manibus obli-
gatio ſolvendi emittitur; ipſeque mandatum de ex-
pediendo ſignat ſub intruſione directum Annatiſtis.
Hac facta expeditione nullum remanet onus juſtifi-
candi intruſionem in quocumque Judicio, vel coram
Executore; nam ſufficienter præſumitur juſtificata in
Cancellaria, ut ex *citat. deciſ.* 440. *numer.* 6. adver-
tit Amyden. *loco citat. numer.* 40. reprehendens Ad-
den. quem ſcripſiſſe inquit, tunc eſſe comprobandam
intruſionem, quando in ſupplicatione fuit narrata.
Cæterùm in propoſito prætermitti non debet, quòd ſi
intruſus annatam ſolverit, in hoc caſu ejuſdem con-
tributio prodeſt legitimo proviſo, ne ad aliam ſolu- 27
tionem annatæ teneatur, tum quia annata ſolvitur
ex fructibus, qui de jure ſpectant ad legitimum pro-
viſum, adeòut ſolutio facta ab intruſo ipſi imputari
debeat tamquàm de re propria, tum etiam quia du-
plex annata pro unica vacatione exigi nequit; ſicu-
ti duplex gabella non debetur ex unico contractu,
neque duplex decima pro unica fructuum collectio- 28
ne, ut latiſſimè firmat Rota *in citat. deciſ.* 842. *per
tot. coram Manzanedo*, aliiſque rationibus adductis
per Lotter. *loco citat. nu.* 110. *cum ſeqq.*

Cùm igitur annatæ ſolvantur ratione fructuum be-
neficiorum, qui in primo anno ſunt Sedi Apoſto- 29
licæ reſervati, ex ſupra deductis, & firmat Rot. *in
deciſ.* 248. *part.* 1. *coram Caputaquen.* prætermitti non
debet, quod ſi beneficiales proventus adeò tenues
ſint, ut ſummam ducat. 24. auri de Camera non
excedant, & proinde congruæ ſuſtentationi beneficia-
ti non ſufficiant, ex benignitate Apoſtolica anna-
tæ nequaquam ſolvuntur, Galleſ. *de annatis loco ci-
tat.* Amyd. *de Stylo Dataria citat. capit.* 18. §. 3. *nu-
mero* 20. *cum ſeqq.* Lotter. *de re benef. citat. quæſt.* 20.
numer. 43. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *libr.* 7. *capit.*
11. *in princ. & in Conſtitut.* 33. Clem. VII. *incip. cum
ſicut*, diſertè enunciatur, quod ratione fructum bene-
ficiorum, valorem annuum 24. ducatorum auri de
auro non excedentium, annatæ Cameræ Apoſtolicæ
non debentur; proindeque Pontifex prælaudatus idem
ſtatuit quoad penſiones, Cherub. *ad dict. Conſtitut.
Schol.* 2. Ne igitur fraus aliqua interveniat in præ-
judicium Jurium Cameræ, in proviſione beneficio- 30
rum, & quæ ſæpe ſæpius in minori redditu expri-
mebantur, ad evitandam contributionem annatæ, in-
de à temporibus *Urbani VI.* introducta fuit *Regula*
55. *Cancellariæ*, qua ſub pœna nullitatis gratiæ præ-
cipitur, verum valorem beneficiorum, quæ obtinen-
tur, exprimi debere, ut nempe comperta ſit quan-
titas annatæ, quæ Cameræ debeatur; licèt quoad
valorem beneficiorum obtentorum, ex præcepto ejuſ-
dem *Regulæ* exprimendum, alia ratione nitatur pra-
xis. Neque tamen in praxi præteriri debet, quòd
fructus Canonicatuum in Germania exprimi ſoleat 31
per non exceſſum in ducatis 24. in proviſionibus,
quæ fiunt in Curia ex jure Concordatorum, ſive,
ut dicitur, ex conſuetudine, ut evitetur ſolutio an-
natæ, & dixi ſupra *Conſtitut.* 1. *Nicolai V.* Cæte-
roquin verò ad alios effectus hujuſmodi regula non
militat, cùm etiam in Canonicatibus Germaniæ ve-
rus valor omninò ſit exprimendus, ut firmat Rota
in deciſio. 139. *numero* 6. *cum ſeqq. coram Merlino*,
quam ſequitur *Amyden. loco citat. numero* 22. *cum
ſeqq.*

Id tamen compertum eſt, valorem beneficii in du-
cat. 24. ad noſtrum intentum intelligi, quoad fructus 32

Digitized by Google

dumtaxat certos, & fixos, non verò de emolumen-
tis incertis, ac etiam de quotidianis diſtributioni-
bus; proindeque annata, ſivè ſervitium nequaquam
ſolvitur in proviſione Canonicatuum, quorum reddi-
tus in diſtributionibus conſiſtunt, etiamſi magni ſint
33 valoris: cùm diſtributiones non comprehendantur ſub
appellatione fructuum, neque in Regulis Cancella-
riæ, de valore fructuum exprimendo, ut principalem
concluſionem firmant Fagnan. *in citat. capit. prate-
rea numero 94. cum ſeqq.* Amyden. *loco citat. num.* 19.
Gonzalez *ad regul. Cancell. in proœmio*, §. 7. *numero*
166. ubi advertit, quòd pro Canonicatibus Vaticanæ Ba-
ſilicæ, & Eccleſiæ Toletanæ, & Hiſpalenſis in Hiſpa-
niis non ſolvuntur annatæ, quamvis eorum fructus ad
mille ducatos aſcendant.
Poſtremò, ut nihil quoad genericam cognitionem
34 annatarum prætermittatur, animadvertere operæ præ-
tium eſt, quòd annatarum ſolutio neceſſariò ſupponit
literarum expeditionem, ut advertit Amiden. *de ſty-
lo Datar. citat. capitul.* 18. §. 3. *numero* 37. ex quo
conſequitur, quòd ubicumque literæ expediri non de-
beant, neque hæc contributio locum ſibi vindicat; ut
puta in beneficio familiaris Cardinalis, ut firmavit
Rota *in deciſ. 94. numer. 2. par. 1. coram Caputaquen.*
35 & in proviſionibus, quæ etiam in Urbe competunt in-
ferioribus Collatoribus ex Indultis Apoſtolicis, ut no-
tat Fattinellus *reſponſ. 41. num. 16. §. Ideò nulla:*
Quòdſi collationes fiant extra Curiam, cum obligatio-
ne expediendi literas Apoſtolicas, proculdubio annata
ſolvitur; quemadmodum contingit in proviſione Le-
gatorum, qui habeant indultum conferendi beneficia,
ea conditione adjuncta, quòd Bullæ in Curia expedi-
antur, ut notat idem Amyd. licèt nonnulli Doctores
velint indefinitè, in proviſionibus Legatorum ſolven-
dam eſſe annatam, cùm ſint Papæ Vicarii, eorum-
que collationes Apoſtolicæ dici poſſint, Pariſ. *de reſig.
benef. libr. 10. quaſt. 2. numero* 57. Fatinellus *ubi ſupra
numero* 18. Rota *deciſ. 10. de reſcriptis coram Cre-
ſcentio.*
Deveniendo tamen ad quindennia; iſta ſunt ſolutio-
36 nes annatæ faciendæ quibuslibet quindecim annis, ab
iis, quibus unita reperiuntur beneficia. Quia igitur
in tali unione præjudicium oriebatur Cameræ, & a-
liis, ad quos Annatarum jura pertinebant, cum deſi-
ceret nova proviſio dd. beneficiorum unitorum per-
petuò; ideò Summus Pontifex ſtatuit hanc ſolutio-
nem quindennii dictæ Annatæ; & jam ante tempo-
ra Pauli II. aderat iſta ſolutio pro beneficiis unitis,
ut ſupra dixi, ſed non taxata, & firma, ac omninò
debita quolibet quindennio, ſcilicet quindecim an-
nis; & hoc ſenſu taxatio, aut præſcriptio prædictæ
37 ſolutionis dicitur communiter facta à Paulo II. *hac
Conſtitutione.* Scortia *citat. Ep. 34. Theorem.* 121. *in
fine*; Maſſobr. *de annat. in fine*, *verſic. eſt aliud quo-
que*, & ſic quindennia non eſſe accidentia inſepara-
38 bilia à Jure annatarum, & fuiſſe introducta juſtiſſi-
ma cauſa dicendum eſt. Ex quo, quoniam per unio-
nem extinguebantur proviſiones beneficiorum, & im-
pediebatur vacatio eorum, & proinde inferebatur
præjudicium Cameræ Apoſtolicæ reſpectu annatæ,
ideò neceſſe fuit huic damno evitandi occurrere; re-
ducendo obligationem de ſolvendo certum quid, ſta-
tutis temporibus quindecim Annorum; quia vita ho-
minis poſſet ita determinari, Novar. *loco citat. num.*
13. *&* 14. et ſic quindennium Annata poteſt dici,
Maſſobr. *citat. loco*, & eſſe quindennia ex dicta ra-
tione loco annatarum, quæ ſolvuntur in proviſioni-
bus beneficiorum, Rota *deciſ.* 1401. *numero* 2. *& ſeq.
& deciſ.* 1410. *num.* 1. *& ſeq. coram Seraph.* ubi quòd
idem jus eſt quindenniorum ad ſavorem eorum, qui
habent à Camera jus annatarum; ut erat Capitulum
Burgenſe, & notavit Novar *citat. numero* 15. ſed *in ſe-
cunda deciſione* fuit dictum, obſtare Juri Capituli Con-
39 ſuetudine non exigendi quindennia quoad beneficia
unita poſt privilegium obtentum à Capitulo ſuper per-
ceptione annatarum beneficiorum vacantium in dicta
Diœceſi. Et ad inſtar hujuſmodi beneficialium quinden-
niorum pro beneficiis unitis ſolvendorum, invaluit
etiam ſolutio Quindenniorum, ſcilicet ſolutionis lau-
demii, quolibet decimo quinto anno pro bonis emphy-
teuticis, faciendæ per Eccleſias, Univerſitates, aliaſ- 40
que manus mortuas; ex eò quod redactis bonis apud
iſtas, ceſſant venditionis actus, ſubindeque laudemia
ad favorem dominorum directorum inducta ſunt, lo-
co quorum debent poſſeſſores bonorum ſolvere quin-
dennia, ſcilicet quibuslibet quindecim annis laudemii
quantitatem, ut ratiocinatur Dominus Lopez Advoca-
tus in Urbe in ejus ſingulari, & elaborato *tractatu de
quindenniis capit. 1. numero 31. & ſeqq.* in quo tra-
ctatu de iſtis quindenniis in bonis emphyteuticis, do-
ctè, & plenè agit.
Cætera quoad Annatarum, & Quindenniorum ſolu-
tiones, & pœnas contra non ſolventes, dicam in Com-
mentariis dictarum *Conſtitutionum* circa hanc rem di-
ſponentium.

CONSTITUTIO VII.

PAULI II.

incipiens. (*Ineffabilis.*)

EPITOME BULLÆ

PAULUS EPISCOPUS, &c.

REducit Iubilæum, ſive Anni Sancti Indulgentias ad quemlibet vigeſimum quintum Annum, in quo viſitantes Baſilicas SS. Petri, & Pauli, S. Joannis in Laterano, ac S. Mariæ Majoris de Urbe, pleniſſimam peccatorum veniam conſequantur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De origine Jubilei Romani, nuncupati Anni Sancti, ac ejuſdem temporum mutatione per Summos Pontifices ſtatuta, ubi etiam remiſſivè, & num. ſeq.*
2 *Bonifacius VIII. tempus ſæculare centum annorum ſtatuit pro dicto Jubileo.*
Reductum à Clemente VI. ad quinquageſimum annum, ab Urbano VI. ad trigeſimum tertium, ibidem.
Quod comprobavit Martinus, & Nicolaus V. ibidem.
3 *Paulus II. reduxit tempus ad vigeſimum quintum annum, & qua de cauſa.*
Quod tempus fuit ſervatum uſque ad præſens Jubilæum anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto.
4 *Plures adducuntur DD. de Inſtitutione, ritu, & celebritate, Indulgentiis, & aperitione Portæ ſanctæ, agentes.*
5 *Viſitatio Eccleſiarum Baſilicæ Vaticanæ, & S. Pauli indicta fuit à præfato Bonifacio VIII. pro lucrando dicto Jubileo.*
Clemens VI. addidit Baſilicam Lateranenſem, ibidem.
Gregorius XI. indixit viſitationem Eccleſiæ S. Mariæ Majoris, ibid.
Fuit ſubrogata tempore peſtis Eccleſia S. Mariæ Transtiberim, ibid.
6 *Præſcribitur viſitatio dictarum Eccleſiarum pro lucrando Jubilæo per triginta vices Romanis, & Incolis, & per quindecim exteris.*

Solent

Solent tamen Romani Pontifices ad paucos dies reducere talem viſitationem pro exteris, ad parcendum expenſis, & incommodis.

Sanctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS XIII. ſumma pietate uſus fuit in diminutione prædicta.

Pœnitentiarii Baſilicarum habent facultatum diſpenſandi ex juſta cauſa.

7 *An ſi quis poſt factas aliquas viſitationes obtinuerit reductionem, teneatur ex integro viſitare juxtà numerum reductum?*

8 *Viſitationes fieri poſſunt intra diem naturalem, & ſic ſivè de die, ſivè de nocte.*

9 *Sed an dies intelligi debeat naturaliter à media nocte ad mediam noctem? vel dies Eccleſiaſticus à Veſperis antecedentibus ad alias veſperas?*

Adducuntur hinc inde rationes diſcuſſa tempore Jubilai anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto, & Clemens Papa noluit rem decidere.

Sed praxis eſt, ut viſitatio fiat in die naturali.

10 *Viſitatio omnium quatuor Baſilicarum unica die fieri debet pro explenda unica viſitatione, & num. ſeq.*

11 *Parvitas materiæ omiſſa non prodeſt, & ſic omnes viſitationes indicta fieri debent.*

12 *In promulgatione Jubilai promulgatur ſuſpenſio omnium Indulgentiarum durante anno ſancto.*

13 *De ritu Aperiendi Portam, ſeu Januam ſanctam initio anni Jubilai, & eam claudendi in fine anni; quæ Janua eſt in qualibet Baſilica, & nn. ſeq.*

14 *Aperitio Januæ ſanctæ à Papa fieri debet, ſicut occluſio, & in Baſilica Vaticana; & eo impedito, quomodo proceſſum fuit?*

Aliquando fuit prorogata functio ad aliquos dies ob impedimentum Pontificis.

Porta ſancta aliarum Baſilicarum à quibus aperiantur, & claudantur? ibid.

15 *Aperitio, & occluſio à quibus facta fuerit anno Jubilai milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto.*

16 *Cardinales, qui mittuntur à Papa ad aperiendas, & claudendas Januas in dictis Baſilicis, Legati Romani Pontificis ſunt.*

Sanctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS XIII. comitatu moderato ſtatuit, tales Legatos in dicta functione uti debere, ibid.

17 *De pluribus circa dictam ſolemnitatem, publicationem, aperitionem, & clauſuram, aliiſque, ad annum Jubilai facientibus, relativè.*

Adducuntur aliqui caſus non approbati per Sacras Congregationes, ſolemnitatis Portæ ſanctæ in aliquo Jubilæo, quod ex vi privilegii Apoſtolici haberent aliquæ Eccleſiæ cum uſu aperitionis prædictæ Portæ ſanctæ.

SAnctiſſimi Jubilæi Romani, quòd Annus Sanctus
1 nuncupatur, originem, ac mutationes temporis in
eo per Summos Pontifices uſurpatas, retuli *in Conſtit.*
7. Bonifac. VIII. *ſupra tom.* 3. Innui in eo Commentario, ante tempora Bonifacii, fideles ad ſacra limina Apoſtolorum accurriſſe; atque pleniſſimas remiſſiones, ac indulgentias fuiſſe conceſſas ad ea accedentibus; ac hiſtoria in recenſui, qua Bonifacius eſt ſta-
2 biliendum tempus Sæculi pro hujuſmodi Indulgentia
acquirenda animum induxit: quæ *Bonifaciana Conſtitutio* eſt regiſtrata *in Extravag.* 1. *de pœnitent. & remiſſ. inter communes.* Tempus itaque illud ſæculare ſtatutum à Bonifacio pro celebratione hujus Jubilæi, reductum fuit à Clemente VI. ad quinquageſimum Annum, *ut in Extravag.* 2. *de pœnit. & remiſſ. inter comm.* & ab Urbano VI. ad quemlibet trigeſimum tertium annum. Sed cùm tempore dicti Pontificis vigeret magnum Schiſma, & fideles partiti eſſent ſub variis obedientiis Pontificiis, Urbanæ diſpoſitionis firma executio non remanſit; unde Martinus V. & Nicolaus V. ratam habuerunt præfatam Urbani reductionem, ut enunciatur in hac *Pauli Conſtitutione*; qui demùm reduxit Jubilæi celebritatem ad
annum vigeſimum quintum. Ratio enim hujuſmodi 3
reductionum fuit, quòd ætas hominum in dies decreſceret, ac diminueretur; quòdque deſiderium ingens populos incenderet Indulgentiarum hunc theſaurum acquirendi; idque ſine longitudine vitæ, non omnibus conceſſa, aſſequi non poſſe autumaſſent, ut enunciatur in hac *Bulla Paulina*. Prout etiam, ut magis fideles poſſent erga ſacra limina Apoſtolorum, qui noſtræ fidei fundamenta fuerunt, eorum corda, devotione, ac amore incendere. Et latiùs de hujus Jubilæi origine, & mutationibus, variiſque ulterius in hac re opinionibus dixi *cit. Conſtitut.* 7. *Bonif. VIII.* Quod tempus viginti quinque annorum in promulgatione hujus Jubilæi ſervarunt ſucceſſores Pontifices, à præfato Paulo uſque ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum BENEDICTUM XIII. An. 1725. & latiùs agunt S. Antonin. *par.* 1. *tit.* 10. *cap.* 3. *paragr.* 6. Polydor. Vergil. *de Invent. lib.* 8. *cap.* 1. Navar. *de Jubil. not.* 7. Lavor. *par.* 1. *cap.* 3. *numer.* 3. *& ſeq.* Enriqu. *in ſum. lib.* 7. *cap.* 15. *paragraph.* 5. Sanctarel. *de Jubil. anni ſancti dub.* 3. Barboſa *in cit. Extravag.* 1. *de pœnit. & remiſſ. numer.* 1. *& in cit. Extravag.* 2. *eodem tit. numer.* 1. *& ſeqq.* Anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto editus fuit *liber de progreſſu celebritatis anni Jubilæi* per Archiepiſcopum Tarſenſem Franciſcum Mariam Phœbeum, qui cœremonias Pontificias valdè callebat, ubi *par.* 1. latè de hujus anni Jubilæi nomenclatura, inſtitutione, ritu celebritatis, a-
peritionis, & clauſuræ Portæ Sanctæ, ac Indulgentiis, 4
quæ largiuntur viſitantibus Baſilicas in anno Sancto, & in *par.* 2. recenſet Jubilæa, ab anno ſæculari milleſimo trecenteſimo, deputato à Bonifacio VIII. uſque ad annum milleſimum ſexcenteſimum ſeptuageſimum quintum ſub Clem. Papa X. relata temporum viciſſitudine, ac vario ſpatio interjecto inter unum, & aliud, juxtà ſtatutam varietatem ſupra indicatam; & à *Paulo II. Conſtitutionis hujus Conditore* continuata ſemper intercapedine temporis ab una ad aliam Jubilæi celebritatem annorum ſcilicèt viginti quinque, ad præſcriptum ejuſdem *Conſtitutionis Paulinæ*. Et etiam noviſſimè editus fuit *liber de Jubilæo anni ſancti à P. Dominico Viva Societatis Jeſu Neapolitano*, occaſione Jubilæi celebrati anno milleſimo ſeptingenteſimo, Viro quidem doctrina, & moribus ſpectabili.

Viſitatio Eccleſiarum indicta lucrari volentibus Jubi-
læum, ſtatuta fuit à Bonifacio præfato, quoad Baſili- 5
cas Apoſtolorum Petri, & Pauli. Clemens tamen Papa VI. Lateranenſem Eccleſiam addidit, & ſucceſſivè Gregorius XI. voluit quoque, ut viſitaretur Eccleſia Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe; prout uſque ad præſens ſervatur; & exprimuntur Baſilicæ viſitandæ in Conſtitutionibus, quæ publicantur per Summos Pontifices in indictione hujuſmodi Jubilæi. Fuerunt tamen juſtis cauſis ſubrogatæ aliæ Eccleſiæ prædictis Baſilicis, ut egit Urbanus VIII. occaſione peſtis in Regno Neapolitano, Siciliæ, & Urbe, deputando Eccleſiam Sanctæ Mariæ Transtiberim loco Sancti Pauli extra mœnia, ut in *Conſtitut.* 34. *ejuſdem tom.* 4. *Bullarii*.

Præſcribitur rurſùs, quòd viſitatio fiat per triginta
vices à Romanis, & incolis Urbis, & per quindecim 6
ab exteris; idque in gratiam laborum ſuſceptorum in itinere conceſſum fuit exteris, imò ſolent Romani Pontifices aliquando ad paucos dies reducere, habita conſideratione ad incommoda, pericula, impenſas in itinere toleratas, & ne diutiùs in Urbe commorantes, graventur expenſis, Navar. *de Jub. notab.* 32. *n.* 33. Lavor. *cit. c.* 17. *n.* 10. Sanctarel. *cit. c.* 5. *dub.* 2. quodque nuper vidimus ad praxim reductum à ſumma pietate Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI XIII. in currenti anno Jubilæi, pluries diſpenſando, ac diminuendo viſitationum numerum, tàm exteris, & Confraternitatibus, præſertim ad Urbem accedentibus, quàm etiam

Con-

Digitized by Google

Confraternitatibus, & Congregationibus Urbis, A-
lumnis Seminariorum, Regularibus, aliiſque, pro-
ceſſionaliter tamen incedentibus. Imò datur facultas
Pœnitentiariis Baſilicarum diminuendi dictas viſitatio-
nes, ut apud *cit.* Phæbeum *pag.* 240. & alibi.

Sed an ſi diſpenſatio, ſeu reductio præfata eveni-
7 ret tempore, quo jam quis expleverit viſitationem in
certo numero, putà in quatuordecim vicibus, & In-
dultum fuerit per quindecim vices, cùm teneretur per
triginta; An, inquam, lucraretur Indulgentiam, viſi-
tando ulterius poſt Indultum unica vice; quæ eſſet de-
cima quinta viſitatio. Et affirmat Sanctarel. *cit. loco
num. 7. verſ. quod ſi fuerit.*

Intelligi debent dies viſitationum faciendarum de
8 diebus temporalibus. Et ſic, ſivè de die, ſivè de no-
cte, Lavor. *cit. par.* 1. *cap.* 17. *numer.* 33. Sed acri-
ter diſcuſſum fuit dubium, an nempè intelligi debeant
9 dies naturales, ut viſitatio fieri poſſit à media nocte,
vel potiùs dies Eccleſiaſticus à primis veſperis uſque
ad ſolis occaſum ſubſequentis diei; & dubio majorem
aniam dederat doctrina Joannis Monachi Cardinalis,
relata in *Gloſ. in citat. Extravag. antiquorum* 1. *ver.
& ſaltem ſemel de pœnit. & remiſ. His verbis Papa
in Conſiſtorio eſt interpetratus cum præcedentibus, ut
continuatio, ſeu interpolatio etiam proſit, ſi ſit ſemel
facta in die in una dictarum Baſilicarum. Verbi gra-
tia. Semel in die vado ad utramque Baſilicam. Et ſic
eſt continuatio, quoad illam diem: ſivè ſit continuatio,
ſivè interpolatio quoad dies præcedentes, poſſet etiam
eſſe interpolatio, ut ſemel in die vadam ad Sanctum
Petrum dumtaxat, & alia die continuè, ſivè interpo-
latè ad Sanctum Paulum dumtaxat, & tunc iſtæ duæ
itinerationes erunt pro una die.*

Quæ Bonifacii mens clarior eliciebatur ex ipſo di-
plomatis verborum ſenſu, quo viſitatio Eccleſiarum
non minori, quam quindecim reſpectivè dierum ſpa-
tio obeunda concluditur. Et ſic ſemel tantùm una,
eademque die, eam explendi, facultas tribuitur, ſed
latiùs tempus minimè limitatur. In contrarium verò
urgebat pro die Eccleſiaſtico interpretando, ſtylus in-
concuſſus Apoſtolicæ Sedis in conceſſione Indulgentia-
rum, ut lucrari quis eas valeat à veſperis anteceden-
tis diei ad ſolis occaſum ſubſequentis. Et ita ſervatur
in apertione Jubilæi hujus, quæ fit ante veſperas vi-
giliæ Nativitatis Domini. Nec obſtare prædictis, Sta-
tionum Indulgentias affixas diei naturali, quia eæ in-
dultæ erant determinato tempore illis, qui Pontificem
cum Cruce ſtationali, & Clero, ex ara maxima Va-
ticana ad ſtatutam Eccleſiam procedentem comitaban-
tur, Diviniſque Officiis in ea Eccleſia aſſiſtebant, Pan-
vin. *in tract. de Baſilic. Vatic. lib.* 5. *capit.* 13. cujus
ritus ſervatur in prima Statione die Cinerum initio
Quadrageſimæ, in quo accedit Papa in equitatu pu-
blico ad Eccleſiam Sanctæ Sabinæ. His diſcuſſis, in
Jubilæo anno 1675. per Clementem Papam X. eidem
placuit, rem à nova declaratione immunem, pruden-
ti arbitrio, ut hactenùs. dimittendam fore, ut refert
Phæbeus *citat. pagin.* 241. *paragrapho demum acriter*,
quòdque verè practicatur, ut viſitatio omnium Baſi-
licarum fiat intra diem naturalem, ut innoteſcit mi-
hi, prout praxis eſt, quòd eodem die omnes quatuor
10 Baſilicæ viſitentur pro una vice; nec ſuffragari, ſi vi-
ſitentur variis diebus, etſi compleatur numerus viſita-
tionum intra triginta dies, ut contra Filliucium *tract.*
1. *cap.* 10. veriùs docuit Navar. aliique apud P. Viva
numer. 2. *verſic. facilius*, & Barboſa *cit. Extravag.* 2.
numer. 8. ubi ita declaraſſe Gregorium XIII. & ſic non
ſuffragari declarationem ſupra adductam *in cit. Gloſſa*.
11 Nec parvitas materiæ in hac re prodeſt, ita ut ſi quis
deficiat in una viſitatione, non lucretur Indulgen-
tiam, ut communiter docent Paſqualig. *quæſt.* 84. alii-
que apud P. Vivam *citat. quæſt.* 8. *annotat.* 5. *para-
grapho dubitatur tamen primò*, ubi non approbatur do-
ctrina Paſqualigi *quæſt.* 86. aſſerentis, poſſe viſitari
pluries Eccleſias eodem die, ad effectum ſatisfaciendi
viſitationibus plurium dierum, quam negativè etiam
docent alii relati à Barboſa *citat. Extravag.* 2. *numer.*
11. Quia præſcribitur in Bulla, ut per triginta dies
viſitentur Eccleſiæ, non verò præſcribuntur triginta
viſitationes.

Fit etiam ſuſpenſio quarumcumque aliarum Indul- 12
gentiarum, anno Jubilæi durante, cujus ſuſpenſionis
formula eſt poſt Bullam indictionis Jubilæi, factam ab
Urbano VIII. pro anno 1625. *Conſtitut.* 16. *ejuſdem
tom.* 4. *Bullar.* ſed quoad diverſitatem ſuſpenſionum
attendi debent prædictæ Conſtitutiones, & mandata,
quæ ſolent Summi Pontifices publicare, eamque pu-
blicavit primò Sixtus Quartus *in Extravagante. Quo-
madmodum* 4. *inter Comm. de Pœnit. & Remiſs.* & la-
tè de varietate iſtarum ſuſpenſionum Navar. *cit. no-
tab.* 28. *& ſeq.* Lavor. *citat. cap.* 10. Sanctarel. *citat.
cap.* 5. Barboſ. *cit. Extravag. numer.* 1. *ad fin.* Phoeb.
cit. pagin. 141. 180. 191. 235. *& ſeq.*

De Ritu introducto in aperitione Anni Sancti, re- 13
cludendi Portam, quæ adeſt in quacumque ex dictis
quatuor Baſilicis, & claudendi eam in fine; quæ Por-
ta olim Aurea nuncupabatur, & à quo tempore clau-
di cœpta, latè agit Phoeb. *cit. pagin.* 78. *& ſequen.
& aliis locis*, & ſolemnia in dictis actionibus, ac
preces, quæ effunduntur; & aliquoties, quod in ali-
qua Eccleſia ſubrogata ob cauſas, ſubrogata fuit in il-
li Porta Sancta, recenſet. Ea enim aperitio, &
clauſura Portæ Vaticanæ fieri debet à Papa, ut proſe-
quitur idem Phoeb. *cap.* 8. *par.* 1. ſed impedito Ale-
xandro VI. Portam Vaticanam ab eo reſeratam, fuiſ- 14
ſe clauſam à duobus Cardinalibus Legatis Papæ, &
Clementem VII. podagra laborantem bis. prorogaſſe
clauſuram dictæ Portæ Sanctæ Vaticanæ, primò uſque
ad Vigiliam Circumciſionis Domini, & deindè ad Vi-
giliam Epiphaniæ, in qua Portam idem Pontifex clau-
ſit, prout prorogaſſe cauſa propriæ infirmitatis Ale-
xandrum VI. uſque ad diem Epiphaniæ, ut in *Conſti-
tut. ejus incip. Commiſſum* 17. *Kalend. Januarii Anno*
9. concedendo tamen ſolùm exteris continuationem Ju-
bilæi, refert *citat.* Phoeb. *par.* 2. *cap.* 8. *pagin.* 149.
Etſi neque valuit ipſe Pontifex, in ægritudine conti-
nua, Portam claudere, ſed id egit per duos Legatos
Cardinales ab eo deputatos, & pro aperitione Portæ
Sanctæ, Anno Jubilæi 1700. pro infirmitate ſan. me-
mor. Innocent. XII. id egit Cardinalis Bullionus De-
canus Sac. Collegii Legatus, ab eo miſſus. Aliæ au-
tem Portæ Sanctæ aperiuntur, & clauduntur; illa nem-
pè Baſilicæ Sancti Pauli à Cardinalis Decano Sacri
Collegii, uti Epiſcopo Oſtienſi benè ſic applicata,
eoque impedito, fieri ſolet à Cardinali Protectore Mo-
nachorum Caſſinenſium apud Sanctam Sedem, qui
Monachi Baſilicam illam incolunt, ut fecit Cardinalis
Panciaticus inſigni doctrina, & juſtitia notus, in ape-
ritione anno ſupradicto 1700. cùm Decanus Sac. Col-
legii aperiret Portam Vaticanam, Januas Lateranenſis
Baſilicæ, & Sanctæ Mariæ Majoris aperiunt, & clau-
dunt, Cardinales Archipresbyteri earum Baſilicarum,
Legati à Papa deputati. Hinc in aperitione Januarum
prædictarum hoc Anno Jubilæi 1725. eà Januæ Vati- 15
canæ reſeratio facta fuit à Sanctiſſimo Domino No-
ſtro; illa Sancti Pauli à Cardin. Paulutio Epiſcopo
Portuenſi Subdecano Sacr. Collegii, ob infirmitatem
Card. de Judice Decani; & Januæ Baſilicarum Late-
ranenſis, & Liberianæ à Cardinalibus Pamphilio, &
Ottobono Archipresbyteris earum; quia verò ſolitum
erat, hujuſmodi Legatos, qui declarantur, & mittun- 16
tur à Papa die Veſperarum, ante Nativitatem Domi-
ni, in quibus illæ functiones fiunt, à Camera Para-
mentorum, in equitatu procedere ad Baſilicas reſpe-
ctivè, vel in curribus cum magno comitatu, & pom-
pa; quàm SS. BENEDICTUS XIII. ejus conſueta
moderatione uſus, demandavit, ut non poſſent dd.
Legati adhibere, niſi moderatum comitatum.

Plura tandem, quæ poſſent referri, tam quoad a- 17
ctiones ſolemnitatis prædictæ in ejus publicationis ini-
tio, & aperitione Portæ Sanctæ, ac clauſura, fineque
illius; & de proviſionibus, aliiſque occurrendis intra
annum; & de requiſitis pro Indulgentiarum conſecu-
tione, dubiiſque explanandis, quoad earum conceſſio-
nem,

Digitized by Google

nem, necnon aliarum gratiarum, quoad abſolutionem a caſibus reſervatis, latè agunt cit. *Doctores*, & ultra antiquos noviſſimè Gobat. *Theolog. experimen. tom. 2. tract. 3. de Jubilæo*, & P. Viva *cit. Societ. Jeſu.* Unde prædictis remittere cenſui Lectorem, ne in hanc materiam ſatis amplam deſcendam; Sed pro foro, pro quo hoc opus Commentariorum aſſumpſi, addere volui, ad rem Portæ Sanctæ facientes, caſus propoſitos in *Sac. Congregatione Concilii* nempè.

Gerunden. Jubilei. Monaſterium nempè Sancti Petri ab Epiſcopo Rhoden. Ordinis Divi Benedicti Comitatus Ampurienſis in Principatu Cathaluniæ, & intra Diœceſim Gerunden. exiſtens, frui prætendit ex quodam aſſerto Indulto Urbani II. per Italiam pariter, ſecundùm, ut aſſeritur, confirmato privilegio ampliſſimæ, & plenariæ Indulgentiæ cum relaxatione ab omni culpa, & pœna, & ab omnibus excommunicationibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, una dumtaxet excepta pro omnibus viſitantibus Eccleſiam prædictam in feſto, & per totam Octavam Inventionis Sanctiſſimæ Crucis, quotieſcumque, & non alias contingat illud celebrari in die Veneris, & ſic de quolibet ſeptennio in ſeptennium in perpetuum.

Occaſione publicationis hujus Indulgentiæ, Jubilæum in illis partibus nuncupatæ, Janua Major Eccleſiæ, quæ ſemper occluſa retinetur, ſolenniter, & proceſſionaliter, ac quibuſdam Eccleſiaſticis adhibitis cæremoniis, aperiri conſuevit, quemadmodum aperta fuit in ultima publicatione anni 1693. Hinc ſumpta occaſione, Parochus Sanctæ Mariæ de Sylva, intra cujus Parochiæ fines exiſtit Monaſterium, recurſum habuit ad Sanctiſſimum pro obtinenda declaratione revocationis, ſeù abolitione ſupradictæ Indulgentiæ, relatis ad hunc effectum pluribus abuſivus, quos contigiſſe ſupponit occaſione dicti Jubilæi, & præſertim circa Sacramentorum adminiſtrationem.

Remiſſa hujuſmodi inſtantia ad hanc Sac. Congregationem, ad effectum explorandi expoſitorum veritatem, datæ fuerunt literæ ad Epiſcopum cum facultate recipiendi probationes hinc inde, eique ulteriùs injunctum fuit, ut præfigeret Abbati, & Monacis competentem terminum, ad deducendum eorum jura coram Sac. Congregatione. Cùm autem delato nuper ad Urbem proceſſu, unà cum relatione Vicarii Generalis EE. VV. diſtribuen. contendant Monachi, expoſita pro parte Parochi nullam habere ſubſiſtentiam; Ideò ad eorum inſtantiam, Parocho non comparente, dignabuntur EE. VV. decernere. An privilegium fan. me. Urbani II. fuerit revocatum, vel potiùs ſit obſervandum, & quomodo. *Sac. Congregatio præfata die 26. Septembris 1699.* reſcripſit: *Suſpenſis aſſertis Indultis, coadjuventur probationes, & interim ſupplicetur Sanctiſſimo pro Indulgentia in forma conſueta, ſine ulla ſolemnitate aperitionis Portæ*. Cùmque ſub die 16. Martii 1709. in eadem Congregatione iterum dicta inſtantia delata fuerit; *Sac. Congregatio* reſcripſit: *Jam proviſum ſub die 26. Septembris 1699.* Et in *Sac. Congregatione Indulgentiarum in Ampurien.* Antiquus mos inolevit, ut in vetuſta Fratrum Capuccinorum Eccleſia Oppidi Nulvi nuncupati, Porta quædam, quam Sanctam appellant, ſeptimo quoque anno in pervigilio Sanctæ Theclæ ejuſdem Eccleſiæ Patronæ ſolemni pompa aperiatur. Innumeri penè tum incolæ, tum advenæ confluunt, ut illam ingredi queant, pro certo habentes ſe plurimas Indulgentias lucraturos. Verùm quia nullum conceſſionis hujuſmodi Indulgentiarum documentum extat, niſi conſtans Populorum traditio; ideò Fratres Capuccini prædicti Conventus, ne in poſterum fides aſſequendarum Indulgentiarum ſpe fortaſſe decipiantur, & ne antiquiſſima Populorum devotio erga prædictam Eccleſiam minuatur, preces Sanctiſſimo Domino Noſtro porrexerunt, ut plenariam Indulgentiam in perpetuum duraturam, ſingulis tamen ſeptenniis lucriſaciendam Fidelibus ſupra memoratam Portam Sanctam introeuntibus, elargiri dignetur. Inquiritur ergo. An, & quæ Indulgentiæ concedi debeant; *Die 18. Julii 1712.* fuit reſcriptum. *Nihil*.

CONSTITUTIO I.

SIXTI IV.

incipiens (*Diſpoſitione.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

COnfirmat privilegia conceſſa per antecedentes Conſtitutiones Clericis Cameræ Apoſtolicæ; eoſque declarat veros Capellanos Sedis Apoſtolicæ, prout Theſaurarium; ac concedit privilegium obtinendi expeditiones litterarum Apoſtolicarum, tam per Cameram, quàm per Cancellariam gratis ubique pro ipſis, eorumque nepotibus, ac familiaribus.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Poſt obitum Pauli Papæ II. electus fuit Franciſcus de Ruvere Cardinalis Sancti Petri ad Vincula, qui nomen Sixti IV. aſſumpſit.*

2 *Ejus Ortus, Parentes, & Patria referuntur.*

3 *Ordinem Minorum ingreſſus plura exercuit munera, uſque ad Generalatum.*

4 *Ad Cardinalatum promotus à Paulo II. Ejus mores, ac geſta in Cardinalatu.*

5 *Quæ egit ad Pontificatum aſſumptus?*

6 *Ejus obitus recenſetur.*

7 *Sixtus iſte Pontifex confirmavit hac Conſtitutione privilegia, Clericis Cameræ Apoſtolicæ conceſſa.*

Declaravit eos ſuos Familiares, & Capellanos Sedis Apoſtolicæ, ſicuti Theſaurarium, ibid.

8 *Necnon privilegium conceſſit expediendi pro ipſis, ac nepotibus, & familiaribus literas gratis Apoſtolicas.*

9 *Adducuntur exempla, & alia circa dictum privilegium.*

10 *Si gratia obtenta fuerit ante Clericatum aſſumptum, etiam expediri debent literæ gratis, ſi expediantur pro ea.*

De aliis exemptionibus, quas habent, ibid.

Ubi, an teneantur ad refectionem viarum, & pontium.

11 *An privilegia illa habeant Clerici iſti poſt ſuppreſſionem factam ab Innocentio XII. de eorum Officiorum vacabilitate.*

12 *Non gaudent dictis privilegiis, niſi poſt captam poſſeſſionem Clericatus.*

13 *Recenſetur diſceptatio eventa, ac reſoluta inter D. Maggium, Clericum Cameræ, & alios Clericos, ſuper participatione ei denegata emolumentorum, Sede Vacante Pontificia, diſtribuendorum inter Clericos prædictos.*

1 PAulo II. è vivis repentina morte ſublato, in ejus locum, omnium Cardinalium ſuffragiis, qui duodeviginti tunc erant in Conclave recluſi, vacantis Sedis diebus 14. anno Domini 1471. 5. Idus Auguſti, Romanus Pontifex renunciatus eſt Franciſcus de Ruvere Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula, indito

ſibi

Digitized by Google

ſibi nomine Sixti IV. qui ex Nobili Savonenſi Familia 2 de Ruvere originem traxiſſe fertur: cujus Pater fuit Leonardus, omnibus in Patria Magiſtratibus functus. Nonnulli tamen piſcatores habuiſſe Parentes, unde piſcatoris filium fuiſſe, non obſcurè teſtantur. Itaque in Pago ab Urbe Savonenſi quinque millibus paſſibus diſtante, quo Luchina Munliona ejus Mater unà cum parentibus, vitandæ peſtis cauſa, ſe contulit, ortus eſt; quem poſteà Sancti Franciſci habitum Ordinis Minorum aſſumpturum eſſe, ante ejus partum per ſomnium Mater accepit; ac vota filium ſuum eo habitu induendi, non ſemel ab ipſa repetita indicarunt; quod & eventus comprobavit; quoniam adoleſcens jam factus, Ordinem Minorum ingreſſus eſt, ubi cæteros virtuti- 3 bus, ac ſcientia ita antecelluit, ut in pleriſque Univerſitatibus Philoſophiam, ac Theologiam publicè legerit, ex quo, veluti ex fonte, plures egregii Viri, quidquid ſcirent, hauſiſſe profeſſi ſunt. Inſigniores Italiæ Urbes, Evangelium Chriſti in illis exponens, peragravit. Indè ſui Ordinis Procurator Generalis electus coram Summo Pontifice, & Cardinalibus plures habuit conciones, apud quos non obſcura ingenii ſui reliquit indicia; cujus fama virtutibus, ac ſcientiis cumulata eò pervenit, ut meritò omnium Fratrum conſenſu Generalis fuerit declaratus; Deindè à Paulo II. 4 Cardinalis creatus, non modò primæva ſtudia non omiſit, quin imò varios ſcripſit libros, quibus, & multorum confutavit errores, necnon altercationes tunc temporis ortas de medio ſubſtulit. Tantæ igitur integritatis erat, ac Doctrinæ, ut ſummam apud omnes venerationem fuerit conſecutus. Ad Summi demùm A- 5 poſtolatus culmen evectus ſtatim, contra Turcas arma convertit, qui ingenti Chriſtianorum claſſe, ejus ſtudio, ac multis ſtipendiis collecta, deterriti ex Boſphoro in Ægeum numquam prodire ſunt auſi: Quo circa Chriſtiani Smirnam Urbem in Aſia, Ferdinando Duce ceperunt, & Catenas ex Portu Sataliæ abductas ante fores Baſilicæ Sancti Petri ſuſpenderunt in ſignum Trophæi. Cùm verò admodum liberalis eſſet, ac omnibus placere cupiens, Joannem de Monte Virum inſignem, atque in Aula exercitatum præfecit, qui non ritè ab ipſo conceſſa annullaret. Præter alia in Urbe ædificia ruinam minantia, Pontem quoque, qui nunc dicitur Sixti, jam antea ab Antonino Pio, ut fertur, extructum, reparavit, multaſque per Urbem Sacras ædes vetuſtate labefactas ſua impenſa refecit. Bibliothecam in Vaticano toto Terrarum Orbe celebrem, advectis ex omni Europa libris conſtruxit, certoſque pro cuſtodibus ejus, ac Librariis proventus aſſignavit. Inquiſitionis Officium in Hiſpania introduxit, & nomen Catholicum Hiſpanis Regibus dedit. Operibus igitur hactenus recenſitis ejus Pontificatus celebris evaſit, multis tamen calamitatibus, quibus tunc temporis Roma vexabatur, fuit quoque memorabilis: Plures etenim tempeſtates evenerunt, fulgura, inundatio Ty- 6 beris, terremotus, peſtis, ſeditiones, bellum, aliaque diſcrimina rerum, donec laboribus, ac meritis plenus obiit die 12. Auguſti anni Domini 1484.

Jam retulimus plura pertinentia ad Cameram, ejuſ- 7 que Clericos, & præſertim *Conſtitut. Eugenii IV. in ordine* 13. *tom.* 4. & illam *Calliſti III.* in præſenti Volumine, quas *Conſtitutiones Sixtus Papa IV.* confirmavit, & ipſis contenta comprobavit hac *Bulla edita Romæ* 17. *Januarii* 1472. Ipſoſque Clericos ſuos familiares, & veros Capellanos Sedis Apoſtolicæ declaravit, prout quoque Theſaurarium; illiſque privilegium conceſſit obtinendi quaſcumque literas Apoſtoli- 8 cas, tàm circa gratiam, quàm circa juſtitiam, per Cameram, & Cancellariam expediendas, pro ipſiſmet, eorumque Nepotibus, & familiaribus duobus, pro eorum quolibet gratis omninò, & ſine aliqua ſolutione Officialium.

Quoad autem facultatem Capellani Sedis Apoſtolicæ, jam etiam dixi, *ad cit. Conſtitut. Calliſti III.* & quoad expeditionem Bullarum ſine aliquo emolumento, referunt, adducta *iſta Bulla Sixti IV. Thuſc. t.* 1. *lit. C. concluſ.* 19. *moner.* 7. Cherubin. *ad hanc Bullam Schol.* 2. Cohell. *in notit. Cardinalat. cap.* 47. *verſ. expeditionem* Fattinellus *Reſponſ.* 3. *in Append. num.* 11. 9 *tom.* 1. Imò Tuſch. refert ſententiam latam per Vice-Cancellarium, & Camerarium, ad favorem omnium Cameralium; quia unicum eſt Collegium eorum, & omnes uniformiter gaudent iiſdem privilegiis; & dum ipſe *Cardinalis Tuſchus* fuerit Gubernator Urbis, qui in Camera tenet locum Camerarii, & propterea Vice-Camerarius appellatur, obtinuit in facto gratis expeditionem literarum Epiſcopatus ſibi collati, ut dicit idem Tuſchus *verbo Cancellaria*, & refert Cherubin. *cit. Schol.* 2. Hinc dictum Cardinalem Tuſchum fuiſſe Gubernatorem Urbis, & proindè uti Cameralem obtinuiſſe expeditionem literarum pro Epiſcopatu gratis, non autem fuiſſe Auditorem Rotæ, advertit Ciaccon. *in ejus vita tom.* 4. *pag.* 322. *in fine*. Additque Tuſch. 10 ad hunc effectum rationem haberi temporis expeditionum literarum, non gratiæ; adeòut, ut ſi quis gratiam obtinuerit antequam aſſumeretur in Clericum, adhuc gratioſam expeditionem conſequitur, teſtatus ita in Cancellaria fuiſſe judicatum. Hocque privilegium habent Clerici numerati tantùm, qui in præſenti ſunt duodecim ut dixi *cit. Conſtitut. Calliſti III.*

Pleraſque exemptiones obtinent Clerici Cameræ, & Camerales, nempè à Gabellis, & Doganis, aliiſque publicis oneribus, etiam poſt vacatum officium, dimiſſo ſcilicèt munere; & poſt aſſumptionem ad Cardinalatum, Cardin. de Luca *ad relat. Rom. Curiæ diſc.* 33. *numer.* 37. *&* *diſc.* 48. necnon *in adnot. ad cit. diſc.* 33. ponit reſolutionem Congregationis particularis, teneri ad refectiones viarum, & pontium, de quibus inferiùs alibi occurret ſermo. Sed licèt, ut aliàs diximus, *ex Conſtit. ſa. mem. Innocent. XII. incip. Ad* 11 *hoc*, fuerit ſuppreſſa venalitas Auditoris Cameræ, Theſaurarii, & Clericorum, ac Præſidentis, reſtitutumque pretium; & reſpectivè fructus omnes, & emolumenta dictorum Officialium applicata fuerint Cameræ; non exinde hujuſmodi Camerales privati remanſerunt eorum privilegiis, & ſic neque iſto expeditionis gratis; pro franchitia tamen obtinuerunt ſcut. 50. quolibet anno; ac tenentur ſolvere Gabellas. Sed tali privilegio non utitur Cameralis, niſi poſſeſſionem capiat muneris; ac ſedeant in Camera; itaut non ſufficiat obtinere ſolum 12 Breve; quia Sixtus expreſsè talem gratuitam expeditionem concedit; cùm ipſi Camerales incumbant in literarum Apoſtolicarum reviſionem, aſſiduo labore ſe exerceant in Cauſis ipſius Cameræ judicandis, unde niſi per actualem iſtum laborem ſe exerceant, quod verificatur poſt ſeſſionem in Camera, & poſſeſſionem, non videntur tali prærogativa uti debere, ut in ſimili de Auditore Rotæ dixit Cardin. de Luca *diſc.* 28. *de præem. per tot.*

Ad rem circa Clericos hujuſmodi Cameræ Apoſtolicæ conducit diſputatio excitata in percipiendis emo- 13 lumentis, quæ lucrantur tempore Sedis vacantis pro funeribus defuncti Pontificis, aliiſque titulis, quæ evenit inter D. Magium Clericum; & alios; Cùm enim ille fuiſſe promotus à ſa. mem. Clemente XI. ad præfatum Clericatum, dum abſens à Curia fuiſſet, accidit mors dicti Pontificis antequam ille ad Curiam accederet; pervenitque ad eam per aliquot dies poſt obitum Pontificis prædicti tempore novendialium; hinc prætendentibus Clericis Cameræ non ſolui præfato D. Magio emolumenta eis obvenientia pro cauſis infra dicendis; pro quorum receptione Camera expediverat mandata ſolutionum, Clericis faciendarum, idque ſub motivo, quod prædictus D. Magius non adfuerit in Urbe tempore obitus præfati Pontificis, imò nec ſederit umquam in Camera, quæ ſilet tempore Sedis vacantis; & ulteriùs, quòd in diſtributione officiorum, quæ dividuntur inter Clericos, ſtatim obeunte Pontifice, pro cuſtodia Palatii Apoſtolici, ejuſque annexarum rerum, dictus Magius non adfuit, & ſic ſicuti oneri non ſuccubuit, ita æquum non eſſe, ut emolumento fruetur. Placuit Eminentiſſimis Cardinalibus Capitibus

Ordinum

Ordinum deputare pro hac controverſia decidenda DD. Anſidæum Aſſeſſorem Sancti Officii, Lambertinum Secretarium Sac. Congregatio Concilii, & Me tunc Secretarium Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, & audita Camera, ac dicto D. Magio, & informantibus, *ſub die 28. Aprilis 1721.* reſolutum fuit communibus Votis, ut infra: *Quoad mandatum, ſeu mandata, pro Regaliis in pecunia numerata, & pannis lugubribus, deberi R. P. D. Magio integram portionem rata tangentis pannos lugubres, & aliam ratam pro Regaliis deberi pro rata temporis novendialium, à die adventus ejus ad Urbem. Quoad mandatum pro cera flava, deberi portionem dicto D. Magio pro rata temporis novendialium à die acceſſus ad Urbem, ut ſupra. Quoad reliqua mandata, deberi D. Magio ſuam portionem pro virili.* Et ita fuit executum, Motivum enim fuit, quia in *Bulla 63. Pii IV. paragrapho 2. in fine*, ubi emolumenta dividenda ſunt inter ſingulos Dominos Cameræ Clericos; ſicque non requiritur, quòd ſit præſens Clericus tempore obitus Pontificis; ſed quia, quoad pannos lugubres debent hi deferri tota Sede vacante, ideò debebant ei dari, etſi D. Magius ad Urbem acceſſerit paucis diebus poſt obitum Papæ, ut eos deferre valeret tota Sede vacante. Regalia verò, quia poſſunt dici diſtributiones quotidianæ ratione laboris, ideò pro rata temporis intereſſentiæ in novendialibus, deberi viſum fuit; ſicuti quoad ceram flavam, quæ datur intuitu aſſiſtentiæ in novendialibus, Prò reliquis verò Mandatis, nempè pro Cuſtodia Conclavis, pro pannis rubeis, pro ſuperintendentia officii Conclavis, & Cuſtodia in Pontibus, & Januis, & pro portionibus duplicatis panis, & vini, viſum fuit deberi ratam integram portionis D. Magio, cùm ageretur, vel de aſſiſtentia facienda poſt ejus reditum, vel de paucis diebus, quibus abſuit poſt obitum Papæ.

CONSTITUTIO II.

SIXTI IV.

Incipiens. (*Romani Pontificis.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

Reducit numerum Auditorum Rotæ ad duodecim, cum prohibitione non excedendi eum; ac mandat examinari illos coram Vicecancellario tantùm, antequam admittantur; nec vacare eorum officium per promotionem ad Epiſcopatum, ſed manere tamquàm Locumtenentes.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De pluribus ad Sacram Rotam Romanam, ejuſque Auditores, remiſſivè, & num. ſeqq.*
2 *Ubi de Conſtitutione hac Sixti IV.*
3 *Numerus eorum duodenarius ex variis Nationibus.*
4 *An ſi nominatus in Auditorem unus ex Turno contingente, promoveretur ad Epiſcopatum, ſit locus nominationi alterius ex eodem Turno, vel debeat nominari ex Turno ſequenti, ſi primus non cœperit poſſeſſionem; & ſervaverit ſervanda in admiſſione ad Auditoratum.*
Diſtinguuntur caſus, ibid.
5 *Quæ demandantur in hac Conſtitutione, ultra numerum ibi præſcriptum.*
6 *Ubi de examine præmittendo Auditoris novi, & coram quo.*
Fuit practicatum ab inſignibus viris electis ad tale munus, ibid.
7 *Demandatur rurſus in hac Conſtitutione, quòd Auditores promoti ad Epiſcopatum retineant Auditoratum, & ſedeant uti Locatenentes in Rota.*
De hoc, ac aliis ad Rotam præfatam ſpectantibus, remiſſivè aliàs dicendum.
Adducitur diſpoſitio hujus Bullæ, quòd Auditores Rotæ maneant, & perſeverent uti Locatenentes, & obſervetur, quod laudabiliter obſervatum fuit, ibid.

Jam enim plures numerari valent Conſtitutiones, in quas uſque adhuc Commentaria edidi, reſpicientia 1 excelſum Tribunal Rotæ Romanæ Auditorii; ac etiam plura dixi de eorum numero antiquo, & ad duodenarium redacto per iſtam *Conſtitutionem Sixti IV. la-* 2 *tam apud Sanctum Petrum 14. Maii* 1472. & de iſto Auditorio plura ſcripſit *Anſaldus in præfat. ad ſuas deciſ. & in adnotationibus earumdem, & Berninus in opuſculo noviſſimo della Sagra Rota*, Cohel. *in notitia Cardinalium, Mandoſius ad Regul. Cancell. Veſtrius in praxi Card. de Luc. aliique.* Prout tetuli, diviſus eſt eorum Auditorum numerus in Nationes, ſcilicèt 3 in unum Germanum, unum Gallum, unum Hiſpanum ex Corona Caſtellæ, & alium Hiſpanum ex Corona Aragoniæ, unum Venetum, alterum Mediolanenſem, unum Bononienſem, unum Ferrarienſem, unum ex Tuſcia, & tres Romanos. Sed cùm ſub Corona Aragoniæ ſoleant nominari à Rege per Turnum illi de Regno Valentiæ, Aragoniæ, & Principatu Catalauniæ; poterit dubitari, an nominato uno ex dictis, ac ob- 4 tentis literis Apoſtolicis in forma Brevis electionis in Auditorem, & præſentatis in Tribunali Rotæ, cum clauſula ſolita *ſervatis ſervari ſolitis*, itaut debeant fieri experimentum, ac examina ſolita in novis admittendis, & interim ante ea ſervata, fuerit ad Archiepiſcopatum promotus, nominatus, dicatur conſumpta dicta vacatio, ut Rex teneatur alium ex Turno ſequenti, vel novum ejuſdem primi Turni nominare; Et Card. de Luca ſentit eſſe locum ſubſequenti Turno, *diſcurſ. 28. numer. 14. de præeminentiis*; ea ratione, quia debet ſpectari factum Regis, qui elegit, & nominavit ad Auditoratum, ac Papa, admiſit; tùm quia in Beneficialibus, & ſimilibus talis eſt regula, quòd proviſio, etſi non ſecuta actuali poſſeſſione, conſumat Turnum; è contrario ſentit *cit. diſcurſ.* non potuiſſe dictum Archiepiſcopum gaudere exemptione à ſolutione expenſarum pro Bullis, quia non habuit poſſeſſionem Auditoratus. Verùm in hoc eſſet inſpicienda forma Indulti; nam ſi caveatur, quod fieret electio juxtà Turnum, videretur non fuiſſe conſumptus Turnus, cùm fuerit facta nominatio, quotieſcumque adfuerit impedimentum executionis, ab ipſo Rege nominante, vel ex ipſo nominato procedens; ita etiam ſi veniret impedimentum ex Papa conferente ratione alicujus defectus, vel qualitatis nominati; quia Rex debuerat nominare habilem de Natione, ex qua nominare debebat. Si verò impedimentum eſſet ab ipſo nominato, vel nominante, aut caſu, tunc Turnus videtur conſumptus, ut in ſimili dixerunt Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 45. paragrapho 3. per tot.*, Cardinalis de Luca *de Benef. diſc. 4. num.* 3. Verùm, ſi in indulto ſint verba inducentia, ut nominatus actuale exercitium habere debeat, tunc videtur non eſſe locum conſumptioni dicti Turni, niſi prior obtinuerit poſſeſſionem, aliàs poſſet oriri circumventio ante poſſeſſionem, ut nominetur N. qui ad Epiſcopatum ſtatim promoveatur, ut detur locus alteri ex Provincia ſequenti in Turno, & præjudicetur antecedenti Nationi.

Ulterius

Ulteriùs demandatur in hac eadem *Conſtitutione*,
5 ut fiat examen promovendi coram Vice-Cancellario;
ſed quia etiam id injunxit Martinus V. *Conſtit.* quam
retuli *tom. 4. paragrapho* 15. 16. videri poſſet eſſe ſuperfluum id denuò in hac *Conſtitutione* exponi; Verùm Cherubinus advertit ad hanc *Bullam ſchol.* 2. fortaſſe etiam poſt *Bullam Martini* Camerarium prætendiſſe coram ipſo fieri examen, ex eo quòd Camerarius
6 Papæ, de ejus mandato admittebat novum Auditorem
per dationem Cappæ, Rocchetti, & Bireti, ut habetur in *deciſ. Bellamer.* 210. & refert Gomeſ. *in proem. regul. Cancell. verſ. non ſatis*. At, ut alias dixi, publicum experimentum novi Auditoris fit in aula Cancellariæ Apoſtolicæ, & deindè examen ſecretum fit coram Cardinali Camerario, ut præſcribitur in hac *Bulla*; à quo examine nemo excuſatur, etſi doctiſſimus, ac verſatus ſit in Curia, contra ea, quæ dixerat Decius *in capit. Conſtitutis 46. numer. 9. verſ. ſi tamen de appellat.* ut advertit Anſaldus *in præfat. ad ejus deciſiones numer. 74. & ſequentibus* & priùs Lotter. *de re benef. lib. 1. in apparat. numero* 132. *&* 133. ubi de Felino ipſe inſignio Canoniſta in publicis Gymnaſiis per viginti annos verſato, quique tam præclara reliquit Commentaria, ut ipſe refert *in cap. cum Venerabilis numer. 49. in fin. verſ. & ideò Doctorari de exception.* In cujus Doctoris eximii examine habuit pro arguente parem magnum Canoniſtam, tunc Rotæ Auditorem Joannem Antonium de S. Gregorin appellatum Præpoſitum, ut refert Theodoſ. *rubr. ſingular. par. 2. tit. de Auditor. Sac. Rot. Romann numer.* 54. etſi Lotter. *cit.* ſupponat etiam Præpoſitum prædictum fuiſſe examinatum à Felino, ut habet Apoſtil. *ad eumdem Propoſitum in proæm. decret. in princip.* Sed æquivocum eſſe advertit D. Anſald. *cit. numer.* 75. cùm fuerit Præpoſitus Auditor ante Felinum.

Decernit rursùs hæc Bulla, ut, ſi Auditores Rotæ
7 fuerint promoti ad Eccleſias Epiſcopales, retineant Auditoratus, ſed ſint in Rota tamquàm Locumtenentes, ibi: *paragrapho 5. Noſtra tamen intentionis non exiſtit, quoad Auditores illos, quos forſan pro tempore promoveri contigerit, quò minùs in dicto Collegio, & Auditorio perſeverent, & maneant, tamquam Locumtenentes, aliquid innovare, præter id, quòd hactenus receptum exiſtit, & laudabiliter obſervatum. Decernentes irritum, & inane quicquid à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Verùm de hac re iterum agam infra *Conſtitut. 6. Innocent. VIII.* quæ retentionem prohibuit Epiſcopatuum, Auditoribus; & de Auditoribus Locumtenentibus in Rota alibi occurret ſermo, cum advenerint aliæ Conſtitutiones pertinentes ad Tribunal Rotæ.

CONSTITUTIO III.

SIXTI IV.

incipiens (*Præclara.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

INjunxit, ut feſtum D. Franciſci de Aſſiſio obſervetur ſub duplici ritu; & impertitur Indulgentiam annorum quinquaginta de injunctis pœnitentiis, cum totidem quadragenis, dictum feſtum celebrantibus.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Canonizatione S. Franciſci de Aſſiſio, ac celebratione feſti die 4. Octobris remiſſivè.*
2 *Sixtus Papa IV. in hac Conſtitutione feſtum illius ſub ritu duplici celebrari, ac ſub præcepto abſtinendi ab opere ſervili, voluit; conceſſis Indulgentiis Eccleſiam ipſius viſitantibus.*
3 *In præſenti feſtum non eſt de præcepto.*
4 *Conceſſa fuit per Sixtum V. Indulgentia plenaria.*
5 *Innocentius XII. largitus fuit Indulgentiam plenariam perpetuam viſitantibus quocumque die Eccleſiam dicti Sancti Aſſiſii, in quo requieſcit ejus Corpus.*
6 *Paulus V. conceſſit, ut die cujuslibet menſis à Fratribus ſui Ordinis recitaretur ejus officium.*

IN Sanctorum albo adſcriptus fuit Franciſcus de Aſ-
ſiſio à *Gregorio IX. in ejus Conſtitutione 11. quam* 1
retuli tom. 2. pag. 509. in eaque *Conſtitutione* injuncta fuit celebratio ab Eccleſia Univerſali *die 4. Octobris*. Sed cum in Sede Pontificia ſederet *Sixtus IV. Conditor hujus Conſtitutionis*, nedùm quia fuerat ex ipſo Ordine Minorum; ſed etiam quia interceſſione ejuſdem Sancti Sanitatem, aliáque obtinuit, ut ipſe
commemorat in hac eadem *Bulla*; voluit, feſtum il- 2
lius, ut celebriori cultu ſervaretur, deinceps ab omnibus Chriſtianis celebrari ſub ritu duplici, imò omne opus ſervile eo die inhibuit ſub præcepto; ac devotè tale feſtum celebrantibus relaxavit annuatim quadraginta annos, cum totidem quadragenis de injunctis pœnitentiis, ut elicitur ex hac *Conſtitutione edita*
Romæ 3. Octobris 1472. Hocque feſtum in præſenti ce- 3
lebratur ſub ritu duplici in Eccleſia univerſali, ſed non ſub præcepto abſtinendi ab opere ſervili poſtquam fuerunt reducta feſta de præcepto, per Romanum Pontificem, ut alibi ſuo loco referam; Sed ſi ab aliquibus ſervaretur, utique largitionem præfatam relaxationis quinquaginta annorum, & totidem quadragenarum de injunctis pœnitentiis conſequerentur; imò viſitantibus Eccleſias D. Franciſci ejus Ordinis, verè
pœnitentibus, & confeſſis, & Sacra Communione 4
refectis conceſſa fuit etiam Indulgentia plenaria per *Sixtum V.* ut ex *Brevi ſub die 28. Septembris* 1585. & memorat Cherubinus *ad hanc Bullam Schol.* 2. *&*
fan. mem. Innocentius Papa XII. eamdem Indulgentiam 5
perpetuam conceſſit pro Viſitantibus ſupradicto modo, in quocumque anni die, Eccleſiam hujus Sancti, Domus Fratrum Ordinis Minorum Conventualium Civitatis Aſſiſien. in qua Sacrum ejus Corpus requieſcit, ut ex *Brevi expedito apud S. Mariam Majorem 18. Auguſti 1695. in parvo Bullario dicti Pontificis* 50.
& Paulus V. conceſſit, ut ſemel in menſe officium di- 6
cti Sancti à Fratribus ſui Ordinis recitari poſſit in die non impedimenta alio feſto novem lectionum, ut in *Conſtit.* 102. *dicti Papæ tom. 3. Bullar.*

CONSTITUTIO IV.

SIXTI IV.

Incipiens (*Sancta.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

APprobat Conſtitutionem Gregorii XI. circa auctoritatem Protectoris Ordinis Mino-

Minorum Sancti Franciſci, declarando, ut tantùm procedat auctoritas in expreſſis in Regula, & Bulla præfata, & quatenùs univerſi declinarent à Regula, vel Obedientia Eccleſiæ, non autem id, ſi agatur per ſingulos.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Indicantur aliqua dicta in ſuperioribus Commentariis, quoad Protectores Ordinum Regularium.*
2 *Denuò refertur Conſtitutio Innocent. XII. ſuper hac re edita, moderatoria facultatum illorum.*
3 *Enunciantur literæ Secretariæ Status tempore ſa. mem. Clementis XI. omnibus Secretariis Congregationum directæ ſuper obſervantia dictæ Bullæ.*
4 *Adducuntur diſpoſita in eadem Bulla Innocentiana.*
Aliquoties committuntur negotia Protectoribus, ibid.

1 DIſpoſitionem Bullæ Gregorii XI. *in ordine* 4. inter ejus impreſſas in Bullario, jam retuli in Commentario ad eamdem *tom.* 4. *pag.* 298. in qua præſcribuntur facultates Protectoris juxtà regulam, & dictam Conſtitutionem, aliaſque ſubſequentes uſque ad noviſſimam editam *à ſan. mem. Innocentio XII. die* 17.
2 *Februarii* 1694. *incip. Chriſti fidelium, in ejus parvo Bullario la* 25. quo loco plura adduxi circa facultatem limitatam Protectoribus Religionum, præſertim ex dicta Bulla Innocentiana, prout nonnulla ibi dixi generaliter ſpectantia ad Protectores hujuſmodi. In hac etenim *Conſtitutione Sixtina* confirmata extitit præfata Bulla Gregorii XI. cum declaratione, ut facultas Protectoris reſpiciat negotia totius Ordinis, non autem ſingulorum Fratrum, circa quorum negotia inhibiti ſint Protectores, ut in *Conſtitutione edita apud Sanctum Petrum* 28. *Januarii* 1472. quod etim injunxit præfatus *Innocentius in dicta Conſtitutione*, ibi: *Et nihilominus, ne hujuſmodi Protectores in aliquibus negotiis, cauſis, ſeu rebus, quæ univerſum Ordinem, ſeu Corpus Religionis non concernunt, ex quacumque cauſa, occaſione, titulo, ſeu prætextu ſeſe quoque modo intromittant, ſeu ingerant, etiam tenore præſentium penitùs prohibemus, ſtatuimus, atque decernimus*, pro cujus diſpoſitionis majori executione ultimò emanarunt literæ Eminentiſſimi Cardinalis Paulutii Secre-
3 tarii Status, ex oraculo ſan. mem. Clementis XI. tranſmiſſæ Secretariis Congregationum Concilii, Epiſcoporum, & Regularium, necnon ſuper Diſciplina Regularium, pro omnimoda executione præfatæ Conſtitutionis Innocentianæ.

4 In dicta *Conſtitutione Innocentiana* expreſsè confirmata fuit hæc *Conſtitutio Sixti IV.* illa *Gregorii XI.* & ulteriùs alia *Julii II.* confirmatoria præcedentium; necnon declaratum fuit, moderationem contentam in dicta Innocentiana habere locum, quoad Protectores omnium, & quorumcumque Ordinum, & Congregationum tàm Virorum, quàm Mulierum; ultra inhibitionem, quòd non ſe ingerant in aliquo negotio, ſeù cauſa, quæ non concernunt univerſum Ordinem, ſeù totum Corpus Religionis; & ulteriùs adimit dicta *Conſtitutio Innocentiana* Protectoribus cognitionem quarumcumque cauſarum, tàm quoad bona, quàm quoad perſonas dictorum Regularium in quacumque inſtantia, & remiſit eas ad Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium etiam in prima inſtantia, facultateſque Protectorum in vim Conſtitutionum, vel aliunde illis competentium, reducit ad formam contentam in dicta *Bulla*; quòdque Sac. Congregationes ſubrogentur iiſdem Protectoribus in his, quæ ipſis competebant ex Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, non autem ex uſu, vel conſuetudine, & ut Sacræ Congregationes valeant à Protectoribus informationem exquirere, & executionem remittere in his dumtaxat, quæ concernunt univerſum Ordinem; & in reliquis exquirendam informationem, & dirigendam executionem Superioribus Regularibus, pro loci, & inſtituti qualitatibus, quodque in electionibus, præſertim in Comitiis generalibus, quibus præſidere ſolent Protectores, favere debeant vocalium libertati, nec eſſe per eos ſupplenda abſentium vocalium vota; omniaque contra prædicta forſan facienda per Protectores, declarata fuerunt nulla; imò mandat Protectoribus, ne faciant, nec tolerent, quòd Regularibus Superioribus Subditi non obediant; conceſſaſque, & concedendas facultates Protectoribus revocat, & moderat, ac inſuper moderationis prædictæ Executores deputat Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, ac Auditorem Cameræ, cum ſolitis decretis ad præſervandam ſubreptionem, vel obreptionem, *decreto irritanti, ac clauſula ſublata*, & amplis derogationibus.

Verùm in Congregationibus Concilii, & Epiſcoporum, ac Regularium, in quibus per annos ferè undeviginti ego uti Secretarius extiti, me ſæpè promovente, fuerunt plura negotia, ac cauſæ remiſſæ Cardinalibus Protectoribus, vel pro informatione ſecreta, vel ut procederent judicialiter uti Judices, cum facultatibus Sacræ Congregationis; quia maximoperè in aliquibus negotiis conducit utilitati Religionum, ut per Protectores expediantur; dum Cardinales uti ſolent pietate, ac prudentia in negotiis Religionum, nec poſſunt, aut debent ſua abuti poteſtate; ad quod eliminandum malum *Innocentiana* promulgata fuit, cui ſenſui prudenter adhæret Sanctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS XIII.

CONSTITUTIO V.

SIXTI IV.

Incipiens (*Sedes Apoſtolica.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

APprobationem Ordinis Minimorum factam à Pyrrho Archiepiſcopo conſentino, & privilegia eidem ab illo collata, confirmat.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Ordo Minimorum inſtitutus à Franciſco de Paula inter Sanctos adſcripto, quando incœpit?*
2 *Dictum Ordinem probavit, ac fovit Archiepiſcopus Conſentinus.*
3 *Sixtus IV. hac Conſtitutione illum approbavit.*
4 *Aliæ approbationes Pontificiæ recenſentur.*
Ubi de Regula Tertiariorum ejuſdem Inſtitutoris.
5 *De tempore initii hujus Religionis plura referuntur dicta Auctorum.*
6 *Obitus ejuſdem Inſtitutoris.*
7 *Quare Minimi vocentur iſti Fratres?*
8 *De Privilegiis conceſſis iis in hac Conſtitutione, remiſſivè.*

ORdo Minimorum auſtera Quadrageſimalis vitæ, 1
ſub ſolemni voto, obſervantia, & humilitate, quam ipſo nomine profitetur, in Eccleſia Catholica maxi-

maximus, à Sancto Franciſco de Paula, totius Italiæ lumine, virtutibus, & miraculis, ſæculi ſui Thaumaturgo, Calabriæ in Cœnobiolo propè Paulam, fundatus eſt, anno reparatæ ſalutis milleſimo quatercenteſimo trigeſimo quinto; quo tempore primordia Conventus Paulani, Fratreſque in eo admiſſos, ex permiſſione Bernardini Caraccioli Archiepiſcopi Conſentini, ſtatuunt Lanovius *in Cronich. Tuſcanus in Vita Sancti Franciſci*, *Dominicus Marty. in ſua Calab. M. S. Perrimezzi in not. ad Vit. & reliqui Chroniſtæ*, & *Auctores Minimi*.

2 Naſcentem Ordinem excepit, probavit, & fovit plurimum Pyrrhus, qui Bernardino ſucceſſerat in Eccleſia Conſentina, diplomate, quod incipit: *Decet nos*, apud Peyrin. *tom. 1. privileg.* ex qua ipſe deducit, tunc temporis potuiſſe Epiſcopos, pro ſuis Diœceſibus Religiones approbare. Deindè Sixtus IV. Epiſcopo S. Marci mandavit, ut viſis, atque diſcuſſis, quæ Pyrrhus huic Ordini conceſſerat, eadem Apoſtolica auctoritate approbaret Bulla, quæ *incip. Iis, qua Piorum Locorum anno* 1473. apud Peyrin. *tom. citat. pri-*
3 *vileg.* Iterum poſteà, idem Sixtus IV. hac Conſtitutione *die* 27. *Junii anno* 1474. edita apud Sanctum Petrum, certa ſcientia Ordinem, ſivè Congregationem approbavit, & omnia privilegia eidem à Pyrrho conceſſa confirmavit, & alia nova largitus eſt, de quibus idem Peyrin. *in not. ad Conſtit. Sixti*, quam deindè confirmavit *Innocent. VIII. Conſtit. incip. Paſtoris Officium ſub dat.* 10. *Kalendas Aprilis anno* 1485.

4 Poſt prædictas approbationes Apoſtolicas Sixti IV. & Innocent. VIII. tantam, talemque gratiam apud Summos Pontifices Sanctus Franciſcus invenit, ut licèt uſque ad id temporis, quatuor tantùm Patriarchales Regulæ ab Apoſtolica Sede probatæ reperirentur, quintam ipſe S. Franciſcus de Paula confirmatam ab ipſis obtinuerit. Primò quidem ab Alexandro VI. *in Conſtitut. Meritis Religioſa Vita anno* 1492. Unde Fulgoſius *lib. 5. cap. 5.* affirmavit, Alexandro VI. Pontifice hoc præbente, Franciſcum de Paula Principem quintæ Regulæ factum fuiſſe, quæ ab eo nomen accepit. Mutavit deindè primam illam Regulam, aliamque ſubrogavit, quam confirmavit idem Alexandr. VI. *Conſtitut. Ad ea, qua, circa annum* 1501. Compoſuit poſteà tertiam, & hanc iterum idem Alex. VI. confirmavit *Conſtitut. Ad fructus uberes anno* 1502. Quartam denique, quæ modo apud Minimos vigorem, & locum obtinet, ſubſtituit, & hæc confirmationis robur accepit à Julio II. *Conſtit. Inter cæteros an.* 1506. in qua Regulam Sororum, & illam etiam, quæ utriuſque ſexus, vulgò Tertiariorum, appellatur, quemadmodum Correctorium, ſeù Regulam pœnalem in *Conſtit. ex debito Paſtoralis Officio anno* 1505. idem Pontifex confirmavit. Refert per extenſum has Regulas, & Pontificias confirmationes Lanovius *in Chronich. ejuſdem Ordinis*.

5 Hinc de tempore, quo iſta Minimorum Religio, ſivè Congregatio incœperit, aliqui dixerunt fuiſſe anno 1450. Eman. Rodr. *lib. 1. quæſt. regul. 5. artic. 7.* Alii anno 1435. Paſſarell. *in Vita dicti Sancti poſt privilegia Ordinis cap. 4. & 6.* apud Cherubin. *ad hanc Bullam ſchol.* 1. & videntur mendoſè ſcripſiſſe apud *Moral. in epit. fundat. text. 3. tit.* 1. & Perrimez. *diſſert. 9. in Vit. S. Franciſci de Paula*, plures Auctores non diſtinguentes tempus, quo S. Franciſcus de Paula Cœnobium ædificare, & Fratres in eo recipere cœpit, à tempore, quo primùm Religio à Sixto IV. & Innocent. VIII. approbata eſt: Nec tempus approbationis Ordinis, à tempore approbationis Regulæ, factæ multipliciter, & ſub diverſis temporibus ab Alexandro VI. & Julio II. Hinc conciliantur Auctores diverſa ſentientes, circa initium hujus Religionis, ut alii loquantur, de prima approbatione Sixti IV. alii de ſecunda Innocentii VIII. alii de prima approbatione Regulæ ab Alexandro VI. alii tandem de aliis approbationibus ſucceſſivè ſubſecutis. Cæterùm, cùm certum, & indubitatum ſit, Sanctum Franciſcum de Paula anno 1416. in hoc Mundo natum, ætatis verò ſuæ 14. in deſertum receſſiſſe, poſt annos verò quinque Paulanum Conventum cœpiſſe ædificare, conſtat evidenter, initia hujus Religionis ad annum 1435. referenda eſſe; quamvis approbationem Sedis Apoſtolicæ non obtinuerit, niſi anno editionis hujus Bullæ 1474. Videndus P. Giti *in diſc. de ætat. Sancti Franciſci*, ubi hæc tàm clarè diſtinguit, & ætatem 91. annorum Sancto Franciſco ita vindicat, ut Papebrochius, *qui in ſupplem. Hiſtorico actorum Sancti Franciſci de Paula ad diem 2. Aprilis*, aliter à communi ſententia ſentiebat, opinionem ſuam retractaverit, *to. 7. Maii in append. ad diem 9. ejuſdem Menſis*, *de S. Gregor. Nazianzeno paragrapho* 3. Idque repetunt continuatores ejuſdem *tom. 1. Junii in Epiſtola famil. ad Sebaſtianum à S. Paulo numer.* 3. & 4. & refert Perrimezzi *diſc. 11. in* 6
Vit. Sancti Franciſci. Obiit Vir Sanctiſſimus, Summis Pontificibus, Regibus, & Principibus Venerabilis, Ordine in Italia, Gallia, Hiſpania, & Germania fæliciſſimè propagato, die 2. Aprilis anno 1507. à Leone X. ſolemni Ritu in Sanctorum numerum relatus die prima Maii anno 1519. De hoc Ordine, plura apud Lanovium *in Chronic. & Ludovicum Doni de Attici Epiſcoporum Auguſtudunenſium*, *&c.* Minimos
ejus Fratres vocari voluit Inſtitutor Franciſcus, ob hu- 7
militatem, quam tam anxiè amplexus fuerat, & etiam exemplo Minorum, ob devotionem erga D. Franciſcum de Aſſiſio, à quo voto facto impetraverunt ejus parentes tantùm filium, ut notat Cherub. *ibid. ſchol.* 2. & Paſſarel. *cit.*

Conceſſit *Sixtus* in hac *Conſtitutione* exemptionem 8
hujus Religionis à poteſtate Ordinariorum, aliaque elargitus eſt privilegia; ſed eadem aliis conceſſa Regularibus latè explicavimus in ſuperioribus Tomis, & Commentariis, ac infra in Conſtitutionibus, hujuſmodi privilegia aliis Regularibus concedentibus redibit ſermo. Plura quoque de abſtinentia à carnibus, omnibuſque aliis, quæ à carne trahunt originem, ad quam ex voto tenentur Regulares hujus inſtituti, & Chartuſiani dixi *tom. 2. Conſtit. 7. Alexand. III.*

CONSTITUTIO VI.

S I X T I IV.

incipiens (*Regimini*..)

E P I T O M E B U L L Æ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

AMpliſſima Privilegia, & gratias in hac Conſtitutione conceſſit Fratribus Minoribus Ordinis Sancti Franciſci, tum confirmando aliàs Conſtitutiones ibi enunciatas, tum ampliando in pluribus Privilegia ad favorem dicti Ordinis.

C O M M E N T A R I U M.

S U M M A R I U M.

1 *Sixtus IV. hac Conſtitutione confirmat Bullam Clementis IV. qui elargitus eſt nonnulla privilegia Fratribus Minoribus.*

Quæ Clementis Conſtitutio confirmata fuerat ab Eugenio IV. ibidem, & remiſſivè.

Noſter Sixtus ampliat præfatam Clementis Conſtitutionem, ac cumulat alia privilegia ad favorem ejuſdem Ordinis Minorum; Sicuti in ſequen-

Digitized by Google

ſequenti Bulla perplura conceſſit PP. Ordinis Prædicatorum. Quæ bina Conſtitutiones Mare Magnum *appellantur.*

2 *Fuerunt in pleriſque moderata hujuſmodi Minoritarum, & Prædicatorum privilegia à Leone X.*

Et à Sacro Concilio Tridentino. Et in quibus. ibid.

Pius IV. reduxit ad terminos Tridentini omnium Regularium privilegia, etiam in Bullis, Mare Magnum *nuncupatis, contenta, ibid.*

3 *Qua ratione non agatur in hoc Commentario de materia contenta in præſenti Conſtitutione.*

4 *Agitur de opinione nonnullorum putantium, poſſe Regulares uti in foro Conſcientiæ privilegiis expreſſe revocatis per Concilium. Quæ propoſitio fuit confixa ab Alex. VII.*

5 *Quibus rationibus nitebantur hujus erroneæ opinionis Aſſeclæ.*

6 *Communiter reiiciebatur ea opinio, meritoque confixa.*

7 *Pius IV. ampliſſimis verbis derogavit omnibus Regularium privilegiis, etiam in* Mari Magno *conceſſis; eaque reduxit ad terminos Tridentini.*

Quæ Clauſula fuit appoſita in confirmationibus, ſi quæ factæ ſunt, Privilegiorum. ibid.

8 *Oraculum vivæ vocis Sixti V. aſſertum, non comprobatur, nec eſt veroſimile, Et quare.*

Et quid de illo Urbani VIII. prætenſo. ibidem.

9 *Qua ratione per Tridentinum, & Summos Pontifices fuerunt abrogata Regularium privilegia.*

Nec officit, ea privilegia fuiſſe remuneratoria, & compenſanda, ſi revocentur, ibidem.

10 *An ubi Tridentinum non eſt receptum, poſſint Regulares uti privilegiis revocatis.*

11 *An Regulares poſſint uti in foro Conſcientiæ privilegiis, ſolùm implicitè per Tridentinum revocatis.*

1 POntifex iſte Sixtus ex Ordine Minorum S. Franciſci, ad Summum Apoſtolatum evectus, ut ſupra retuli *Conſtitut. 1. ejuſdem*, in quo Ordine etiam Generalis Miniſter fuit, grati animi monumentum erga Matrem Religionem, prodens, hac edita *Conſtitutione die 31. Auguſti 1414. in Urbe apud S. Petrum*, confirmationis robur adjecit alteri *Conſtitutioni Clementis IV.* concedentis nonnullas gratias, & privilegia eidem Ordini, quæ confirmata fuerat ab Eugenio IV. ut refertur in *Proœmio hujus Conſtitutionis*, & dixi *tom. 4. de dicta Conſtitutione 4. Clem. IV. pag. 408.* Ampliavit rurſus Sixtus eas, cumulando alia privilegia ad favorem ejuſdem Ordinis Minorum, maxima munificentia plura ei concedendo, prout ſequenti Conſtitutione conceſſit PP. Prædicatorum. Unde hæ duæ Bullæ vulgò *Mare Magnum* nuncupatur ob latitudinem, & pluralitatem gratiarum conceſſarum. Hinc, ut ex Spondano dixit Briet. *in annal. Mundi tom. 7. ann. Chriſti 1484. pag. 67.* in Dominicanos, & Minoritas, non tantùm fluenta, ſed Magna Maria gratiarum effudit.

2 Amplitudo iſta privilegiorum, conceſſa in hac *Conſtitutione*, & in *ſequenti*, pro PP. Ordinis Prædicatorum, fuit in pleriſque moderata à *Conſt. 22. Leonis X. incip. Dum intra*, in qua expreſsè, ultra revocationem Privilegiorum à Summis Pontificibus conceſſorum, & ſi ad illorum derogationem, de eis, eorumque totis tenoribus ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum mentio, ſeu expreſſio habenda eſſet, etiam explicitè revocantur iſtæ *Conſtitutiones*, *Mare magnum* nuncupatæ; prout moderata fuerunt plura ex iis privilegiis in *Concil. Trid.* præſertim, quoad diſpoſita in *ſeſſ. 25. de Regul.* ubi in *cap. ult.* adeſt derogatoria Privilegiorum ſatis ampla cum expreſſione hujus *Conſtitutionis Mare magnum*, nuncupatæ in iis, quæ in *ſuperiori ſeſſ.* demandata fuerant. Imò Pius IV. *Conſt. 94. incip. In Principis*, omnia Religioſorum Privilegia reduxit ad terminos *Concilii Tridentini*, & derogavit ampliſſima forma derogationis omnibus privilegiis obtentis, & præcisè in his Conſtitutionibus *Mare magnum* nuncupatis; Sicuti emanaverunt aliæ Conſtitutiones Summorum Pontificum eadem Privilegia declarantia, & moderantia cum derogatione, ut ſupra.

3 Cùm autem de hujuſmodi privilegiis Regularibus conceſſis, & in hac *Conſtitutione* impertitis, eorumque aliquorum revocatione facta in prædictis *Conſtitutionibus*, & *Concilii Tridentini Decretis*, jam occaſio differendi fuerit oblata in ſuperioribus Commentariis, & infra in aliis, de privilegiis Regularium agentibus redire debet; non videtur hic locus, repetitioni ejuſdem materiæ opportunus; Sed videri poſſunt circa eadem Privilegia contenta in hac, & ſequenti Conſtitutione materiæ ſingulorum Privilegiorum, quæ tractatæ ſunt in antecedentibus Tomis, & Commentariis, ac in futuris tractabuntur in Indice reperiendæ, idque fit, ad evitandam repetitionem earumdem materiarum abſque utilitate, imò damno, ne ad alia Commentaria tranſire valeam, ſicut prægrande hoc opus exigit.

4 Solùm tamen in præſenti Commentario adde re putavi, quòd cùm inoleverit opinio apud nonnullos, Regulares poſſe in foro Conſcientiæ uti privilegiis ipſis conceſſis, quæ ſunt expreſsè revocata per Concilium Tridentinum, *ſan. mem. Alexander Papa VII.* eam propoſitionem damnavit *decreto edito die 7. Septembris 1665.* Quæ propoſitio eſt in ordine tunc confixarum 36.

5 Movebantur dictæ erroneæ opinionis aſſeclæ, Henriq. *l. 6. c. 10. litt. B.* Rodriq. *tom. 2. qu. Reg. qu* 8. *art. 9.* & alii, quia in expreſſa revocatione, quæ fit per *Tridentinum* in certis capitibus, & *in ſeſſ. 25. de Reg. c. ult.* quoad diſpoſita in ea *ſeſſione*; Clauſula illa, *Privilegiis quibuſcumque excluſis*, aliiſque verbis derogationem importantibus, non potuerunt revocari ea, ſaltem pro foro Conſcientiæ, non facta mentione privilegiorum, & Indultorum Summorum Pontificum, ea concedentium; præſertim quoad Benedictinos, alioſque forſan, qui obtinuerant Pontificia indulta, ut revocata non cenſerentur privilegia eorum, niſi facta expreſſa mentione, Rodriquez *citat. tom. 1. art. 6.* præſertim quia eorum privilegiorum plurima inſerta ſunt in corpore Juris, quibus non debet cenſeri derogatum per Clauſulam generalem. Ulterius dicebatur, fuiſſe poſt Tridentinum privilegia illa renovata pluribus Regularibus per Bullas, & conſtat *Sanctum Pium V.* vivæ vocis oraculo Fratribus Minoribus, de quibus in hac Conſtitutione agitur, confirmaſſe privilegia, ac induſiſſe, ut in foro Conſcientiæ iis uterentur; imò Motu proprio confirmavit ea PP. Prædicatoribus, ac Mendicantibus; quòdque, etſi *Gregorius XIII.* reduxerit omnia per Sixtum conceſſa ad terminos Juris Communis, *in Bulla incip. In tanta rerum*, tamen dictum vivæ Vocis oraculum revocatum non dici, ut in foro Conſcientiæ uſus privilegiorum abrogatorum cenſeatur, Henriquez *citat. lib. 6. cap. 6. num. 6.* & quamvis diceretur, dictum Sixti oraculum revocatum per Gregorium; attamen iſte *alia Conſtitutione poſteriori*, confirmavit omnia privilegia, & vivæ vocis oracula conceſſa omnibus Mendicantibus, ut notat Peyr. *tom. 3. de privil. cap. 12. num. 33. ad Conſt. 18. Urbani VIII.* ac licèt *Gregorius XV.* & *dictus Urbanus* revocaverint omnia vivæ Vocis oracula (quidquid ſit, an iſta revocatio obliget in foro conſcientiæ) non videntur fuiſſe revocata vivæ vocis oracula, quæ fuerunt roborata Conſtitutione, & proinde Bullata, & demum aſſerebatur, *Gregorium ipſum XIII.* conceſſiſſe PP. Societatis Jeſu vivæ vocis oraculo, ut poſſent uti privilegiis à Tridentino revocatis in foro conſcientiæ; & ſic quoque dici poteſt de aliis Mendicantibus, ob communicationem privilegiorum; eò magis, quia privilegia iſta conceſſa à Summis Pontificibus Regularibus, dici debent remuneratoria in gratiam laborum pro Eccleſia per eos expenſorum, ſicque in vim contractus, ut tolli ea non valeant, niſi aliqua compenſatione, DD. apud Sanchez *de matr. lib. 8. diſp. 33.*

Digitized by Google

6 Communiter tamen erat rejecta dicta opinio, nec ulli probabilitati innixa, & proinde fuit condemnata per Summum Pontificem; Nam per prægnantiſſimas Clauſulas poſitas in dd. locis Concilii, videbantur privilegia ea revocata, nulla exiſtente neceſſitate expreſſionis ſingulorum privilegiorum; & ratio contraria vigeret quoque pro revocatione in foro externo; unde, ſi pro iſto non habet locum, neque pro
7 interno, Suarez *l. 8. de leg. cap.* 38. & ulterius adeſt *Conſt. Pii IV. 94. incip. In Principis Apoſtolorum Sede*, in qua verbis ampliſſimis derogatur omnibus privilegiis Regularium, quocumque nomine, & modo conceſſis; ac etiam *Mare magnum*, de quo in præſenti, & ſubſequenti *Conſtitutione*; quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro inſertis haberi voluit; aliiſque Clauſulis peculiaribus, quamcumque difficultatem ſubmoventibus. In eaque *Conſtitutione* idem Pontifex præcepit ſervari omnia contenta in *Concilio Tridentino*, & ad ejuſdem terminos reduci dicta privilegia. Si quæ autem Confirmationes fuerint factæ, per Summos Pontifices dd. privilegiorum, evenit cum Clauſula, *dummodo non contrarientur diſpoſitis per idem Concilium*. Oraculum verò vivæ vocis
8 Sixti V. aſſertum, non verificatur, nec eſt veriſimile fuiſſe pro foro conſcientiæ permiſſum uſum privilegiorum; quibus palam uti vetitum fuerat. Tum quia oriretur maxima confuſio conſcientiarum in Populis; circa abſolutiones, & Sacramentorum adminiſtrationem, videntes prohibitionem in Concilio, & pro foro externo obſervatam; tum, etiam quia hujuſmodi oraculum vivæ vocis remanſit abrogatum per *Conſt. Gregorii XIII.* Et illud prætenſum *Urbani VIII.* per ſubſequentem ejus *Conſtitutionem* 15. Ratio rurſus revocationis privilegiorum, per Concilium, aliosque
9 Summos Pontifices, ut ſupra factæ, innixa fuit bono publico, ad evitandas confuſiones cum Epiſcopis, & Parochis, indeque ſcandala provenientia, & conſcientiarum damna; quæ ratio ſicuti valuit pro tollendis in foro externo Privilegiis ab Apoſtolica Sede elargitis, ita vigere debet pro tollendo uſu eorum in foro interno. Nec obſtat, quòd privilegia iſta ſint remuneratoria, & compenſanda, ſi revocentur; quia, cùm fuerint conceſſa, non facta mentione in ſpecie meritorum, ſed in genere; dicuntur potiùs ob honorem privilegiati; & ſic juſtis de cauſis tolli poſſunt abſque compenſatione; cùm dici non valeat contractus, ſed merum privilegium, Caſtropal. *tract.* 3. *cit. par* 21. § 2. ut latè, & doctè firmat præfata P. Dominicus Viva Soc. Jeſu *ad propoſ. damn. propoſ.* 36. Alex. VII. *pag. mihi* 116. *Impreſ. Patavii* 1715. ubi *n.* 10. inquirit, an, ubi Tridentinum non eſt receptum, poſſint Regula-
10 res uti privilegiis revocatis ut ſupra; Cenſetque, eſſe revocata, & non poſſe uti, nec in foro conſcientiæ; quoniam attenta hac damnatione facta per Sedem Apoſtolicam, remanet propoſitio eadem damnata, & ſic obſervanda ab omnibus; Reddita ulteriùs ratione à priori, quòd non requiritur conſenſus acceptantium, in revocatione privilegii, nec Populi in lege Eccleſiaſtica, ut iſta obliget, ut etiam ego aliàs dixi.

11 Sed numquid dictis privilegiis, ſolùm implicitè per Tridentinum revocatis, poſſint Regulares uti ſaltem in foro conſcientiæ; cùm propoſitio, ut ſupra damnata, limitetur verbis, de uſu Privilegiorum, *quæ ſunt expreſſè revocata, per Concilium*; Unde de revocatis implicitè, nihil agit. Huic præfato dubio, ex communi negativam Sententiam profert *citat.* P. Viva *num.* 11. adducens exemplum revocationis implicitæ, quòd non poſſint extra tempora ordinari Regulares in *ſeſſ.* 23. *de ref. Conc.* aliiſque Caſibus in dicto *Tridentino* contentis; ac firmat rationibus, quas deducit ex præfata ampliſſima revocatione, facta per *Pium IV.* ſupra indicata, in iis omnibus, in quibus privilegia contrariantur diſpoſitionibus quibuſcumque Concilii; Et in hoc aliqua dixi ſupra *Conſtitutione 7. Pii II.*

CONSTITUTIO VII.

SIXTI IV.

Incipiens (*Regimini.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

GRatias, & Privilegia concedit FF. Ordinis Sancti Dominici ampliando, & confirmando eas conceſſas per alios Summos Pontifices, quos enunciat in Bulla.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Summi Pontifices ex Ordine Prædicatorum, vel Minorum aſſumpti, mutua benevolentia, ac gratiarum largitione utrinſque Inſtitutum proſecuti ſunt.*

2 *Hoc egit Sixtus IV. in præſenti, & antecedenti Conſtitutione.*

3 *Confirmavit Conſtitutiones Gregorii XI. Eugenii IV. & Martini V. auxitque gratias, & privilegias.*

4 *Quæ Conſtitutio appellatur mare magnum, ſicuti illa pro Minoritis.*
Pluraque ex privilegiis in iis contenta fuerunt revocata, ibidem, & remiſſivè.

5 *Quare non agatur in hoc Commentario, & præcedenti de ſingulis privilegiis in hiſce Conſtitutionibus enunciatis, & remiſſivè.*

EX mutua ſpiritualis amicitiæ fœdere, & promiſcuis amplexibus, quibus SS. Dominicus, & Franciſcus, cùm in humanis eſſent, ſanctum fœdus inierunt, perpetuus inde prodiit amor, & benevolentia, qua conjunctiſſimæ fuerunt, & adhùc ſunt inclytæ Prædicatorum, & Minorum Religiones. 1
Hinc videmus ipſos Summos Pontifices ex alterutro eorum Ordine aſſumptos, mutua benignitate adhibita, proſecutos eſſe favoribus, & gratiis, proprii, & alterius Ordinis alumnos. Quot gratias non contulit S. Pius V. in Minores? quot Sixtus V. in
Prædicatorum Ordinem? Quid igitur mirum, ſi 2
Pontifex hujus *Conſtitutionis* Conditor, Seraphici Ordinis alumnus, poſtquam benignè ſe convertiſſet ad Religionem Minoritarum, ut dixi *Conſtitut. præcedenti*, profuſo munificentiæ ſinu, tot gratias, & privilegia Ordini Prædicatorum fuerit elargitus, hac edita *Conſtitutione ann.* 1474. *in Urbe, quarto Pontificatus anno*, prout eſt edita antecedens; ut pari gradu, munificentia, & benevolentia Pontificia
utrumque Ordinem complecteretur; in qua confir- 3
mavit *Conſtitutionem Gregorii XI.* quam retulimus *tom. 4. Conſtitut. 7. ejuſdem pag.* 309. ubi fuerunt conceſſa plura Privilegia eiſdem PP. Prædicatoribus; necnon *Conſtitutiones Eugenii IV. & Martini V.* ad id facientes, ampliavitque gratias, & Privilegia maxima amplitudine, prout egit in præcedenti *Con-*
ſtitutione quoad Minoritas. Ex qua cauſa hæ *Conſti-* 4
tutiones maria magna nuncupatæ fuerunt, ut in præcedenti Commentario innui; ſicuti quòd pleraque ex privilegiis conceſſis fuerunt revocata, & moderata per *Concil. Trid. aliaſque Conſtitutiones Pontificias*, quas innui ſuperiori Commentario; proindeque hic repetere non oportet.
Ex ratione indicata in antecedenti Commentario, 5
agere in illo, & in iſto non convenit de ſingulis Privi-

Privilegiis enunciatis in his duabus Conſtitutionibus, & de pluribus revocatis, ac moderatis; cùm nempe in ſoperioribus Commentariis, de iis ſingulatim ſuerit facta mentio, & diſcuſſio in ſuis propriis materiis inveoiendis in Indice, prout in ſequentibus de aliis fiet; non eſt locus in his duobus Commentariis repetitioni, ſicut innui in antecedenti *Conſtitutione*, ut ad alia Bullarum Commentaria properem.

CONSTITUTIO VIII.

SIXTI IV.

Incipiens (*Etſi.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

INdulgetur omnibus Curialibus Beneficia habentibus, & etiam Regularis; Prælatis, & Cardinalibus, & Incolis, ut in Urbe, & infra decem milliaria de ædificiis, Cenſibus, & aliis bonis eorum, exiſtentibus, diſponere inter vivos, & in ultimis voluntatibus valeant, etiam ad favorem incapacium.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Curia Romana ventratione; deque Curialium laudibus, & benemerentia, remiſſivè.*
Curiales juſtè priviliegiis nucti à Summis Pontificibus, ibid.
2 *Sixtus IV. in hac Conſtitutione Curialibus largitus eſt poteſtatem diſponendi de bonis acquiſitis ratione beneficiorum, exiſtentibus intra Urbem, vel intra decem milliaria, tàm inter vivos, quàm in ultionis voluntatibus etiam ad favorem incapacium.*
Et translationes dictorum bonorum ad haredes ab inteſtato ibid.
3 *Quæ fuerit alia cauſa impulſiva hujus Conſtitutionis.*
4 *Julius III. & Pius IV. largiti ſunt idem Indultum Curialibus; Earumque diſpoſitiones enunciantur.*
5 *Refertur depoſitio Conſtitutionis Pauli V. circa eamdem rem.*
Curiales non ſubjacent ſpolio Cameræ, quoties eorum obitus in Vrbe ſequatur vel intra decem milliaria.
6 *Quid, ſi Curialis obtineret beneficium in Diœceſi, in qua eſt taxata contributio pro ſpolio Beneficiatorum.*
Cardinales ſunt exempti à ſpolio, ibid.
7 *Prælati, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & Cardinales comprehenduntur in hac Conſtitutione.*
Cardinalibus conceditur indultum teſtandi cum majori latitudine, ibid.
8 *Excipiuntur Archiepiſcopi, & Epiſcopi Eccleſiarum reſidentialium, abeuntes in Urbe, quorum bona ſubjacent Spolio Cameræ Apoſtolicæ.*
9 *Epiſcopi Titulares Curiam ſequentes fruuntur hoc privilegio.*
Et quo indulto potiantur Epiſcopi Solio Pontificio Aſſiſtentes.
10 *Credita, quæ debent ſolvi extra Urbem, non veniunt nomine bonorum in Urbe exiſtentium.*
Quæ comprehendantur ſub iſto privilegio Curialium; remiſſivè, ibid.
11 *Competit hoc indultum nominato ab emptore alicujus rei in Urbe, pro perſona nominanda.*

CUriam Romanam ſemper apud omnes Gentes ve- 1
nerationem obtinuiſſe, innui *tom. 4. Conſtitut. 2.*
Benedicti XII. aliiſque locis, præſertim, ubi dixi de
Sac. Rota Auditorio, & latius de Curialium laudibus,
laboribus, & benemerentia obtinendi privilegia, Gon-
zal. *ad regul. Cancell. gloſ. 4. num. 147. cum plurib. ſeq.*
Mandoſ. *in reg. 16. Cancell. qu. 29.* occaſione agendi
de regula conferendi beneficia in Curia exiſtentibus,
proindeque juſtè Summi Pontifices Curialibus privile-
gia concedere proni fuerunt, ut egit Sixtus *in hac* 2
Conſtitutione, edita in Urbe die 1. Januarii 1474.
juxta annum Bullare, impertiendo Curialibus, & in-
colis beneficiatis, facultatem diſponendi, tam inter
vivos, quàm in ultima voluntate quocumque modo
de bonis acquiſitis ratione beneficiorum, ſive domus
fuerint, ſive Cenſus, aliaque, quæſita eſſent intra
Urbem, ſeu intra decem milliaria ab ea, etiam ad
favorem incapacium; & quatenus nulla fuerit facta
diſpoſitio, ad hæredes legitimos ab inteſtato deveni-
re valeant bona acquiſita ex labore, & induſtria, non
autem quoad fructus bonorum Eccleſiaſticorum. Mo- 3
tivum quoque Conſtitutionis extitit, ſicut in ea ex-
primitur, ut allicerentur Curiales ad conſtruenda ædi-
ficia in Urbe, ejuſque Territorio, quæ ex ſiniſtris
eventibus, Civibus, Incolis, & ædificiis plurimùm
diminuta erat. Succeſſivè Julius Papa III. *Conſtit. 5.* 4
incip. Cupientes, largitus eſt præfatis Curialibus, &
Incolis Urbis idem Indultum, ut ſupra, excluſa Ca-
mera Apoſtolica; dummodò tamen eos in dicta Ur-
be, ſeu Diſtrictu decedere contigerit; cujus diſtrictus
tempore dictæ Conſtitutionis potuerat dici, uſque ad
quadraginta milliaria, juxta Statutum Urbis, circum-
ſcribens illud Diſtrictum, ut notat Cherubin. *ad præ-
fat. Bull. Julii ſchol. 1.* & Pius IV. *Conſtitut. incip.*
Decens 19. tom. 2. Bullar. in qua Clericorum bona
ex illicita negotiatione, aut aliàs contra Sacros Ca-
nones acquiſita, ad Cameram Apoſtolicam, tamquàm
ſpolia, pertinere declaravit. Sed videns Pius, Julium
III. *in dicta Conſtitut.* Incolis Urbis, & Romanam
Curiam ſequentibus, ac in dicta Curia, & Diſtrictu
decedentibus, dediſſe facultatem, de omnibus bonis
liberè diſponendi; & proindè ortum fuiſſe dubium,
an per præfatam ſuam *Conſtitutionem* fuerit deroga-
tum *Conſtitutione Julii*, propterea declarat dictam
ſuam *Conſtitutionem* non comprehendere Cardinales,
neque Curiales, in Urbe, aut Diſtrictu decedentes,
habentes facultatem teſtandi: confirmando Conſtitu-
tionem Sixti IV. quoad privilegium iſtud Curialium.
Et Paulus V. *Conſtitut. 18. incip. In eminenti tom. 3.* 5
Bullar. animadvertens privilegium iſtud non obſerva-
ri, indultum de novo elargitus eſt Curialibus, &
Incolis Urbis, ac Romanis Civibus originatiis, et-
iam Clericis, & Presbyteris beneficium obtinenti-
bus, ſeu penſiones, & in Urbe, vel infra decem
milliaria, non tamen extra reſidentiam decedenti-
bus, de bonis, ac juribus quibuſcumque acquiſitis
etiam ex bonis Eccleſiaſticis, in eadem Urbe, &
intra decem milliaria exiſtentibus, diſponendi liberè,
juxta prædicta, etiam ad favorem incapacium; &
ut decedentibus ab inteſtato ſuccederent ii, qui de
jure ſuccedere debent. Si verò præfati privilegiati
diſponerent ad favorem illegitimorum, ex eorum
corpore non procreatorum, tunc venientes ab inte-
ſtato ſuccedant ſolùm, quoad bona laicalia. De qua
diſpoſitione *Paulina* innuit Cardin. de Luca *diſ-
curſ. 87. numer. 4. de benef.* quòd non ſubjaceant
Curiales Spolio Cameræ, quoties eorum obitus in
Urbe ſequatur, vel intra decem milliaria. Et quid, 6
ſi Curialis obtineret beneficium in Diœceſi ali-
qua, in qua eſt taxata contributio pro ſpolio
Bene-

Beneficiatorum, an teneatur talis Curialis ad ſolutionem ſuæ portionis? Et Card. de Luca *cit. diſc.* 87. refert fuiſſe obtentam pro Curiali Sententiam ab A. C. ſed recurſum habuiſſe ad Signaturam Juſtitiæ Capitulum, quod ſolvit taxam tranſactam Cameræ, & exigit à beneficiatis quibuſcumque; Cauſæque exitus in Signatura ignoratur; & Card. de Luca ſcripſit pro Capitulo. Sed in fine ait, dubium eſſe articulum, formiter non diſputatum. Cæterum non videtur ratio, quòd qui exemptus eſt à ſpolio teneatur ratam pro ſpolio contribuere; prout eſt in Cardinalibus exemptis à ſpolio; qui non tenentur quidem ſolvere dictam contributionem Capitulo; quod quantitatem tranſactam Cameræ reſpondet; ſed poterit Capitulum contra Cameram agere, ſi tranſactio redderetur læſiva, habito reſpectu ad præteritum, & futurum lucrum, & damnum, quod provenire poſſet ex accidentali exemptione aliquorum Beneficiatorum à Spolio.

7 Privilegium iſtud competit omnibus Incolis Urbis, & Curiam ſequentibus; item Prælatis, Epiſcopis, & Archiepiſcopis, Patriarchis, & Cardinalibus, qui nominantur in hac Conſtitutione, & qui veniunt nomine Curialium, latè Card. de Luc. *diſcurſ.* 46. *in rel. Rom. Cur. & diſcurſ.* 1. *num.* 8. & 11. *ibid. diſcurſ.* 20. *num.* 5. *& diſcurſ.* 142. *n.* 7. *& ſeq. de benef.* Verùm quòd S. R. E. Cardinales, iſti recipiunt Indultum teſtandi à Summo Pontifice, cum majori latitudine, de omnibus bonis ubicumque exiſtentibus, & ubicumque deceſſerint, ut
8 alibi dicam; Quoad verò Epiſcopos, & Archiepiſcopos, ſi ſint reſidentialium Eccleſiarum, obeuntes in Urbe veniunt excepti in Conſtitutionibus prædictis, & cadunt eorum bona ſub ſpolio, & Cameræ Apoſtolicæ applicantur, juxta quoque Conſtitutiones ſubſequentes Summorum Pontificum; At Titulares Epiſ-
9 copi Curiam ſequentes, frui poſſunt hoc privilegio, & obtinent à Papa Aſſiſtentes Epiſcopi Solio Pontificio, Indultum teſtandi pro certa ſumma, circa omnia bona, ubicumque exiſtentia, ad quæ non extenditur hoc privilegium, ut dixi, ſed eſt reſtrictum ad bona exiſtentia in Urbe, ſeu in Diſtrictu intra decem milliaria. Et de facultate teſtandi, quæ datur à Summo Pontifice Epiſcopis, & Archiepiſcopis, & quoad eas Regulares, &c. dixi *tom.* 4. *Conſtit.* 5. Benedicti XI. & *tom.* 3. *Conſt.* 11. Clementis IV. ac quoad facultates teſtandi per S. R. E. Cardinales adeſt *Conſtitutio ſ. m.* Innocentii XII. *incip. Uti judicium, quæ eſt* 32. *in Bullar. ejus Conſt.* in qua æquam facultatem omnibus prædictis concedendam eſſe voluit.

10 Sed ad rem inquiri poteſt, an nomine bonorum, & jurium exiſtentium in Urbe, ſeu Diſtrictu, de quibus diſponit hoc privilegium, veniant credita, quorum ſit deſtinata ſolutio extra Urbem, & negativè eſt dicendum, quia iſta dicuntur eſſe in loco deſtinatæ ſolutionis, Che-
11 rub. *ad Conſt. Pauli V. cit. ſchol.* 1. & in his terminis Rota *dec.* 352. *num.* 1. *& ſeq. coram Seraphino*, ubi explicatur, quæ veniant ſub iſto privilegio Curialium diſponendi de bonis ſitis in Urbe, & extra eam per decem milliaria, & quòd illud competat nominato ab emptore alicujus rei pro perſona nominanda, ſi agatur de dictis bonis, ſecus tamen procederet, ſi non fuerit facta nominatio, Cherub. *ad hanc Conſtit. Sixti ſchol.* 2.

CONSTITUTIO IX.

S I X T I IV.

Incipiens (*Etſi.*)

E P I T O M E B U L L Æ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

CUm Benedictus Papa XII. demandaverit, Monachos, & Moniales Ordinis Ciſterciensis pannis bruni, & albi coloris uti, declarat Sixtus, quòd pro colore bruno intelligi debeat niger; ac de cætero panni albi, & nigri coloris in habitu eſſe voluit uſum; & alterius coloris habitu uti iis prohibuit.

C O M M E N T A R I U M.

S U M M A R I U M.

1 *Sixtus IV. hac Conſtitutione declaravit habitum Ciſtercienſium debere eſſe albi, & nigri coloris.*
2 *Quid indicet hic color albus, & niger?*
3 *Colore nigro, & veſtibus vilibus olim utebantur Monachi.*
4 *Quare inducta veſtium varietas apud gentes?*
5 *In Republica Romana diſtinctus fuit uſus veſtium?*
6 *Quæ apud Hebræos fuit veſtium diſtinctio.*
7 *In quolibet Ordine Regulari pro diſcretiva, habitus, & color peculiaris fuit præſcriptus. Et quare.*
Et quid de Societate Jeſu. ibid.
Et ſufficit qualibet diverſitas, ibid.
8 *Quam habitus diverſitatem ſervandam, eſſe, etiam à Monialibus.*
9 *Una Religio non poteſt alterius habitum aſſumere.*
Imò aliquæ Religiones obtinuerunt privilegia, ne earum habitus ab aliis uſurpetur.
10 *Pueris, ſexto ætatis anno completo, non licet deferre habitum Regularium.*
In Societate Jeſu eſt prohibitus ingreſſus eorum, qui alterius Religionis habitum aſſumpſerunt, ibid.
11 *Fratribus Redemptionis Captivorum fuit prohibitum deferre habitum exteriorem, vulgò* Cappa, *coloris nigri, opponentibus Prædicatoribus.*
12 *Artificibus eſt vetitum teſſeras, ſeu marchas alterius Artificis uſurpare.*
Et Clericis ſæcularibus eſt vetitus uſus veſtium Monachalium, & è contra, ibid. & n. 14.
13 *Referuntur decreta ſuper prohibitione picturæ, & aſſertionum de forma habitus SS. Franciſci, & Antonii de Padua, & Imaginis SS. Auguſtini, & Nicolai de Tolentino.*
14 *Prohibetur Clericis ſæcularibus delatio veſtis Monachalis, nempe Cucullæ, & è contra.*
Ubi de Cuculla propria Monachorum ibidem.
Adducitur diſceptatio, & reſolutio in Rota, de Abbate, an debuerit, & potuerit aſſiſtere cum Cuculla in aliqua Eccleſia ſæculari in Choro, quæ Eccleſia ſit ſibi ſubjecta, unà cum Clericis ſæcularibus ſuperpelliceis indutis ib.
15 *An liceat Cauſidicis deferre togam, ſive habitum talarem. Ubi de praxi Romanæ Curiæ. Et refertur proviſio Sanctiſſimi D. N. BENEDICTI XIII.*
Ubi de prohibitione comæ adſcititiæ, ibidem.
16 *An talis prohibitio deferendi habitum comprehendat PP. Societatis Jeſu.*
17 *Quid de Cardinalibus, & Epiſcopis non deferentibus habitum ſuæ Religionis; an ſubdantur excommunicationi.*
Et an peccent. ibid.
18 *Controverſiæ ſuper alterationibus veſtium regularium quare ſunt agitandæ.*
19 *Habitus Monachis eſt proprius, & præſcriptus juribus; & dimiſſio prohibita.*
20 *Quæ pœnæ ſint ſancitæ contra Regulares, qui habitu decenti non uterentur, vel proprium deſererent, & quando illæ evitentur.*
21 *Referuntur diſpoſitiones Canonum.*
22 *Conſtitutio Bonifacii VIII.* cap. ut periculoſa ne Cler. vel Mon. *ſtrictè eſt interpretanda; & debet concurrere temeritas ad incurrendam pœnam.*

23 *Et*

Digitized by Google

23 *Et quæ dicatur temeraria habitus dimiſſio?*
24 *Quaſnam perſonas comprehendat?*
25 *Et quid de Militibus profeſſis in Ordine Militari?*
26 *An comprehendat Regulares habitum intra clauſtra?*
Dimiſſio habitus ad vagandum eſt prhibita, ibidem.
27 *An incurrat Regularis pœnas dicta Decretalis, ſi dimittat habitum ſuæ Religionis, & alium non aſſumat?*
28 *Quid de Regulari, qui proprio habitu dimiſſo, alterius Religionis habitum indueret?*
29 *An Regularis dimittens proprium habitum, & aſſumens illum alienæ Religionis, ut in ea profiteatur, incidat in pœnas?*
Et quid, ſi dimiſſo habitu profeſſorum, ſuſciperet habitum novitiorum, ibid.
30 *An incurrat pœnas occultans proprium habitum ſub alio habito?*
31 *An dimiſſio temeraria habitus excuſetur à cenſura, ex brevitate temporis? & de aliis caſibus, remiſſivè.*
Et an ſi dimittatur habitus à Religioſo juſtè reclamante ad ſuperiores? remiſſivè, ibid.
32 *Refertur diſpoſitio* Concilii Tridentini ſeſſ. 25. de regul. cap. 19.
33 *A quo valeat concedi licentia Regulari deſerendi, vel occultandi habitum?*
34 *Diſtinguuntur Caſus, ubi de praxi Sacræ Pœnitentiariæ? ibid.*
Et quid de Miſſionariis, ibid.

1 IN *Conſtitutione* pro reformatione Monachorum Or-
dinis Ciſtercienſis, edita à *Benedicto XII.* 3. *in or-
dine*, aliqua *tom.* 4. diximus, quoad ordinationes eos
Monachos reſpicientes. Inter cætera autem, ibi diſ-
poſitum fuit, ut Monachi, & Moniales ejuſdem Or-
dinis uterentur veſtibus albi, & bruni coloris. Cum-
que dubitatum fuiſſet, nomine bruni, an deberet in-
telligi color brunus, vel griſeus? Sixtus IV. *hac pro-
mulgata Conſtitutione apud S. Petrum* 13. *Decembris
anno* 1475. ad ſubmovendam varietatem habitus, ex
dicta dubietate introductam, ſtatuit, quòd intellige-
retur nuncupatione bruni coloris, color niger; ac ita
deberent eſſe veſtes; alioque habitu uti ipſis prohi-
buit.

2 Puritatem certè vitæ, & conſcientiæ candorem in-
dicare videtur albus color, quo in veſtibus uti volue-
runt Summi Pontifices, Monachos, & Moniales hu-
jus Ordinis; cùm album colorem eam puritatem de-
notare, dixerit Chaſſan. *in cath. gloriæ mundi parte* 12.
conſid. 93. *verſ. & color albus*. Maximoperè enim Re-
gulares intenti eſſe debent immaculatæ conſcientiæ
conſervandæ. Fuitque in veſtibus exterioribus color
niger injunctus, & meritò, ut per conſervanda con-
ſcientiæ albedine, opportuna mortificatio carnis, &
triſtis vita in pœnitentia, & conſideratione paſſionis
Chriſti adhibeatur à Monachis, quæ Monachorum vi-
ta continere debet, Zabar. *in Clem.* 1. *de ſtatu Mo-
nach. in initio*, Chaſſan. *citat. verſ. color etiam obſcu-*
3 *rus*. Et vere colore nigro utebantur antiqui Monachi
in pallio, & quidem veſtibus vilibus, ſed non ſordi-
dis, Thomaſ. *de vet. & nov. diſcip. part.* 1. *lib.* 2. *cap.*
47. *numer.* 7. & 10. qui recenſet plura ad rem ve-
ſtiariam Monachorum pertinentia, & latè etiam Paſ-
ſerin. *de ſtatu hom. tom.* 2. *qu.* 187. *art.* 6. *num.* 1. &
ſeqq. & per totum, qui concludit, ut habitus illorum
ſit vilis, & incultus; ſed non vilitate nimia, & ſor-
diditate. Varietas autem veſtium, & habitus, fuit
4 optimè inducta apud gentes, ad indicandam varieta-
tem dignitatis, & perſonarum, & ad evitandam con-
fuſionem Ordinum earum. Unde Romani tranſacta
pueritia, toga induebantur, & fœminæ ſtola; hinc
gens togata Romana dicebatur, Palliata Græca, ex
5 pallii uſu, Sveton. *in Aug.* ita purpura utebantur Pa-
tritii; de cujus moris confuſione conquæritur *Juven.
ſat.* 3. *Æquales habitus illic, ſimilemque videbis orche-
ſtram, & populum*; orcheſtram ſcilicet Senatores.
Certum enim eſt in ea Republica Romana diſtinctum
fuiſſe uſum veſtium, juxta varietatem generis perſo-
narum, nempe puerorum, nobilium, libertinorum,
ſervorum, ingenuorum, & aliarum perſonarum, Tho-
loſ. *l.* 9. *ſyntagm. jur. cap.* 19. & nedum in Republica 6
civili, ſed Eccleſiaſtica apud Hebræos fuerunt veſtes
ſacræ, & ornatus Sacerdotum diſtincti: ita veſtes
primogenitorum meliores, *Gen.* 25. 15. & 27. D. Hie-
ronymus, *gloſ. ord. & Lyranenſis ad dictum locum*,
Panorm. *cap. licet de voto*, Mart. Laud. *de primog. in
initio*. Sicque pro diſcretiva ſervanda in quolibet 7
Ordine Regulari, habitus, & color peculiaris fuit
præſcriptus in earum inſtitutione, ut obſervat Paſſe-
rin. *de ſtatu hominum tom.* 2. *qu.* 187. *art.* 6. *numer.*
14. & 17. idque ad diſtinguendum Religiones eſſen-
tialiter, & viſibiliter; ac firmat qualiter Religioſi
Societatis Jeſu, etiam habeant proprium habitum di-
ſtinctivum *qu.* 188. *art.* 1. *num.* 21. *tom.* 3. Caſtropalaus
tom. 3. *tr.* 16. *diſp.* 4. *par.* 6. *num.* 2. Suarez vero *tom.* 4.
de Relig. tr. 9. *lib.* 1. *c.* 1. *num.* 1. docet ad unitatem Re-
ligionis non requiri unitatem habitus exterioris, quam-
vis aliàs talis unitas ſit ſignum unitatis Religionis.
In praxi autem videtur unicuique Religioni habitus
proprius aſſignatus, Tamburin. *de Jur. Abb. tom.* 3. *diſp.*
6. *qu.* 8. *num.* 1. & ſufficere quamlibet, vel minimam
differentiam, ut proſequitur *cit.* Paſſerin. *art.* 6. *numer.*
17. quam diverſitatem habitus, & præceptum ſervan- 8
di formam illius, juxta præſcriptum in Conſtitutio-
nibus, procedi etiam quoad Moniales, ſub regula ap-
probata per Sedem Apoſtolicam viventes, præcisè
reſolvit *Sacra Congregatio Concilii* 27. *Aprilis* 1686.
in Romana Delationis habitus: Quærebatur, an eſ-
ſent ſervandæ Conſtitutiones, quoad formam, & co-
lorem habitus Monialium Converſarum Sanctæ Su-
ſannæ, non attenta conſuetudine in contrarium, ſtan-
te confirmatione Apoſtolica illarum, & reſponſum
fuit: *Servandas eſſe Conſtitutiones*. Nec una alterius
Religionis habitum debet aſſumere; imò aliquæ Re- 9
ligiones habuerunt privilegia Summorum Pontificum,
ne eorum habitus ab aliis aſſumeretur, uti de PP.
Prædicatoribus referuntur *Conſtitut. Innocent. IV. &
Gregor. XI.* apud Sorb. *ver. habitus fratrum*, &
Clem. IV. Conſtitut. 4. *tom.* 1. *Bull.* & adducit Mat-
thæuc. *in Officiali Curiæ cap.* 23. *numer.* 1. ubi de
Fratribus Minoribus; & quoad Capuccinos, & Mi-
nores Obſervantes per Gregorium XIV. Clementem
VIII. & Urbanum VIII. *in Conſtitut. ſicut* 5. *Octo-
bris* 1638. ubi de habitus forma eorum tenenda pri-
vativè renovata ab *Innocentio XI.* prævio decreto Sac.
Congregationis Epiſcoporum, & Regularium *die* 21.
Martii 1686. *apud citat.* Matthæuc. *numer.* 2. & de
habitu PP. Prædicatorum diſtrictè prohibito aliis à
Gregorio IX. Conſtit. virtutis 7. apud eumdem Mat-
thæuc. *numer.* 3. Et quoad pueros, ipſis ſexto ſuæ 10
ætatis anno expleto, non licere, neque poſſe defer-
re habitum Regularium, *die* 16. *Januarii* 1627. re-
ſcripſit *Sacr. Congregatio* ſupradicta apud Lantuſc.
Theatr. ver. habitus numer. 1. & de caſu, quo ali-
quis in ætate decem annorum induerit habitum cu-
juſdam Religionis, an profiteri valeret in Societate
Jeſu, in qua eſt prohibitus, ex Conſtitutionibus, in-
greſſus eorum, qui in alia Religione habitum aſſum-
pſerint agit Card. de Luca *diſc.* 43. *de Regul.* & ad rem
alia referunt Rodriquez *quæſt. Regul. tom.* 2. *qu.* 77. *art.*
4. Novar. *in Lucerna Regularium ver. Capuccini nu.* 2.
& alii moderni, Card. de Luca *de Regul. diſc.* 21. *n.* 6.
in quo diſcurſu agebatur de prætenſione Fratrum Re- 11
demptionis Captivorum aliquarum Provinciarum Hiſ-
paniæ, deferendi habitum Superiorem, qui *Cappa* di-
ci ſolet, coloris nigri, quibus apponebantur PP. Præ-
dicatores, quorum habitus eſt cappa nigri coloris;
quæ controverſia deducta fuit in *Sacra Congregatione
Epiſcoporum, & Regularium*, à qua prodiit reſolu-
tio ad favorem PP. Prædicatorum, quòd ſcilicet
prohibitioni geſtationis dicti habitus ejuſque muta-
tioni locus eſſet, ut refert *cit.* Card. de Luca *numer.* 2.

etſi Patres ſuccumbentes ſe tuerentur obſervantia antiqua, unà cum Brevi Clementis PP. IV. & Pii IV. procedenti tamen in colore bruno, qui differre à colore nigro viſus fuit; Fundata enim reſolutio extitit ſuper facultate prohibendi aliis habitus formam ab alia Religione aſſumptam, Card. de Luca *miſcell. Eccleſ. num. 7. diſc. 32. num. 8. & diſcurſ. 93. de Juriſd. num. 8. & de Regul. diſc. 1. num. 79.* benè arguendo ex cauſa ejuſdem evitandæ confuſionis, & æmulationis, fuiſſe inductum etiam per Conſtitutiones Apoſtolicas, ut novæ Eccleſiæ, & reſpectivè nova Monaſteria fundari non poſſint intra certum ſpatium; prout nec Confraternitates ex ipſo Inſtituto erigi valeant in eodem loco, juxta *Conſtitut.* 115. *Clem. VIII. tom. 3. Bullarii*, & feſtivitates celebrari debeant ab Eccleſia, quæ prius Titulum Sancti, & Capellam recepit. Ita in Jure prohibendi aliis aſſumptionem cognominis propriæ familiæ, ut latè adductis his exemplis, aliiſque ſimilibus ratiocinatur, Cardin. de Luca *cit. loc.*

12 Sicuti ex eadem ratione vitandæ confuſionis, talis prohibitio viget in aſſumptione ſigni, ſeu marchæ in artificibus, Chaſſan. *in cath. glor. mundi par. 1. conſider. 32. & 34.* Gratian. *diſcept. 658. numer. 2.* Gibal. *de univ. rer. hum. negot. l. 1. cap. 5. art. 3. num.* 17. Hoepingh. *de jur. inſign. cap. 6. part. 8. num. 1325. & ſeqq.* Severolus *in Voto 11. poſt deciſ.* Rembold. *num.* 18. & prohibetur ex eodem motivo uſus veſtium Monachalium Clericis ſæcularibus, & è contra Monachis veſtis Clericorum, Card. de Luca *diſc. 93. de juriſd. num.* 12. Fagnan. *cap. quia ingredientibus num. 4. & ſeq. de teſtam.*

13 Dicta rurſus prohibitio aſſumendi habitum alterius Religionis, Regularibus indicta, tranſiit etiam, quoad depingendas Imagines eorum Sanctorum, imò quoad libros aſſerentes formam eorum habitus. *Urbanus enim VIII. die 14. Decembris* injunxit PP. Conventualibus, & Capuccinis ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, nec non privationis vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque etiam corporalibus, arbitrio Sanctitatis ſuæ, ne auderent de cætero voce, vel ſcripto de vera habitus forma Ordinis Seraphici tractare, *Lantuſca v. habitus forma Ordinis Seraphici*, & ſub *Alexandro VIII.* fuerunt appoſiti in Indice librorum prohibitorum, libri quidam tractantes de dicta forma, & de ſucceſſione præfati Ordinis, & de inſcriptione Imaginum SS. Franciſci, & Antonii de Padua, quibus dicatur, formam habitus, qua depictæ ſunt, eſſe eam, qua verè ii uſi fuere, vel in hoc, aut illo Ordine eſſe veram, & non interruptam ejuſdem S. Patris in filios ſucceſſionem; & *idem Decreto edito 20. Junii 1658. & die 10. Novembris* 1663. apud *Matth. de Offic. Cur. cit. cap. 23. numer. 7. & ſeq.* Sicuti ex *decreto Sacræ Congregationis Rituum* 19. *Decembris* 1637. quod approbatum fuit ab *Urbano VIII.* ſuſpenduntur, & prohibentur Imagines SS. Auguſtini, & Nicolai de Tolentino, ac aliorum, depictæ ſub habitu Fratrum Diſcalceatorum S. Auguſtini, *Conſt.* 240. *dicti Pontificis, tom. 5. Bullarii.*

14 Ex illa etiam ratione prohibitus eſt Clericis Sæcularibus habitus Monachorum, & præſcriptum fuit, eos uti debere proprio habitu Clericali, nec à Laicis habitus iſtorum uſurpari poſſe; hinc in Concilio Aquiſgrani *Anno* 816. apud Gonzal. *cap. intelleximus num. 4. de ætat. & qual.* habetur: *Reprehenſibilem, & Eccleſiaſtica moderatione dignum apud pleroſque Canonicos, comperimus uſum, eò quòd contra morem Eccleſiaſticum cucullas, quibus ſolis Monachis utendum eſt, induant; cum utique illorum habitum uſurpare non debeant, à quorum profeſſione quodammodo diſtant; quia ſicut eis indecens eſt, ut arma militaria more laicorum geſtent, ita nimium inhoneſtè, & valdè indecorum, ut alterius propoſiti indumenta ſibi imponant.*

Cuculla enim eſt talaris veſtis, Floccus dicta, propria, & diſtinctiva Monachorum, Clem. *ne in agro de ſtat. Monac.* Gonzal. *cap. intelleximus* 12. *numer. 4. de ætat. & qualit.* Tamburin. *de Jur. Abb. tom. 1. diſp. 27. qu. 1.* Perez. *in Comm. ad reg. S. Benedicti cap. 55. de veſtim.* Rota *deciſ. 584. & dec. 612. per tot. coram Cardin. Cerro*, & in *Nullius, ſeu Calagurirana Juris ingrediendi Chorum ſuper manutentione* 10. *Maii* 1723. *§. penul. coram D. Cerro*, in qua fuit conceſſa manutentio Abbati Ordinis S. Benedicti Congregationis Valliſoletanæ B. Mariæ de Naxera, ingrediendi chorum, & in eo aſſiſtendi functionibus in Capella S. Crucis, eidem Abbati, & Monaſterio ſubjectivè unita cum cucula, & habitu Monachali ſine ſuperpellicco, quo induti ſunt Capellani omnes Clerici ſæculares, qui prætendebant, Abbatem ſe conformare debere cum habitu ipſorum, aliàs non potuiſſe obtinere præcedentiam, freti theorica, quòd ſæcularis Clerus debeat præcedere regulari, & quodam decreto ſpeciali *S. Congregationis Rituum ann.* 1657. quòd non obſtare viſum fuit, quia non agitur de præcedentia Cleri regularis ſupra ſæcularem; qua ratione *dicta Congregatio in cauſa Calaguritana* inter iſtas partes denegavit corpori Regularium dicti Monaſterii præcedentiam ſuper præfatos ſæculares Clericos dictæ Eccleſiæ; ſed in caſu propoſito agebatur de Abbate ſuperiore totius corporis ſæcularis; & uti talis præcedere debet, & permanere in ſuo habitu Monachali, qui ab eo amoveri non poteſt; in quo eodem Judicio fuit denegata manutentio Priori Monaſterii in locum Abbatis, aſſiſtendi in Choro, ita ut præcedat in habitu Monachali dictis Clericis ſæcularibus, quia non fuit probata poſſeſſio quoad Priorem; eò magis quia non habet qualitatem Prælatitiam, quam habet Abbas in dictos Capellanos ſæculares.

15 Poſſet etiam ad rem habitus Monachalis, deferendi per Monachos, & Sæcularis per Clericos ſæculares, ab alterutris non uſurpandi, adduci quod dixit, Cardin. de Luca *diſc. 93. de Juriſd.* ubi de prohibitione facta cuidam Doctori per Epiſcopum Volaterranum deferendi habitum Clericalem, ſive talarem. Adfuit enim quidam Cauſidicus, qui cùm in Urbe operam facultati legali dediſſet in Theorica, & praxi, ac Lauream Doctoralem recepiſſet, in regreſſu ad patriam ſuam Civitatem Volaterranam continuaverat, uti habitu talari cum coma, juxta morem Cauſidicorum in Urbe; hinc Epiſcopus juſſit, quòd vel tonſa coma aliorum Clericorum more viveret, ſi fortè primam Tonſuram habuiſſet, vel uſum veſtium Clericalium dimitteret; in quo caſu Cardin. de Luca, edidit diſcurſum pro veritate, ac ratiocinatur, quòd licèt Epiſcopus valeat prohibere Laicis, ne habitu, & Tonſura Clericali utantur *cap. unico de bigam. in 6. Gen. in praxi Curiæ Neapolitanæ Archiepiſcopalis, cap. 55. numer.* 23. itaut etiam alternativè illa prohibita ſint Laicis, ſcilicet Tonſura, vel veſtis, Graſſ. *de effec. Cler. in prælud. numer. 267. & ſequentibus.* Tamen difficultas erat, quòd habitus togæ talaris de Jure potiùs ſit Doctorum, quàm Clericorum, quia Toga iſta dicitur honorabilis, & pretioſa, Gloſ. *in l. Labeo ff. de ſuppellectili legata, verſ. penulas, & togas*, Calv. *in lex. dict. v. togarum, & aliis in Theatr. vitæ humanæ ver. Veſtis, & veſtimentum*, nec Clericis eſt permiſſum uti veſte ſumptuoſa, ſed humili, & modeſta, *cap. Clerici de Vita, & honeſt. Cleric.* nec forma talaris præſcripta eſt, *gloſ. in Clem. 1. de elect.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg. 9.* Sperell. *deciſ. 17. numer.* 44. Sed pro Doctoribus præfinita eſt toga in uſu veſtis, *l. quidquid, & l. iiſdem cum duab. ſequ. & tot. tit. C. de Advocatis div. Jud. gloſ. in l. 1. C. nulli licere, &c. in fine lib.* 11. ubi Togam propriè eſſe ſignum Advocatorum, ſicuti eſt clavis militum, purpuram Regum, Stola Sacerdotum, Cuculla Monachorum: & uſus togæ deinde uſurpatus ab Epiſcopis cum Cauda in veſte, pro majeſtate eorum dignitatis denotanda, & poſtea ſine cauda recepta in uſu à Clericis; ſicque concludit idem *Cardinalis*, quòd in puncto Juris, ex primævo ſtatu veſtis Togæ, cùm eſſet propria Doctorum, non potuerat ab Epiſcopo prohiberi præfato Doctori,

Digitized by Google

ctori, accedente uſu Curiæ Romanæ, ubi omnes Doctores, & Cauſidici dictum habitum deferunt communem cùm Clericis. Addit tamen, quòd cùm ex uſu poſteriori habitus talaris eſſet diſtinctivus Clericorum à Laicis, & excepta Urbe, ac Statu Eccleſiaſtico, iſte uſus togæ apud Doctores, & Laicos extinctus eſt; & ubi, vel Judices, vel Officiales, aut Advocati Toga utuntur, ea eſt alia forma, & magis brevi confecta, quàm Veſtes talaris, quæ apud Clericos uſurpatur; & proinde attenta contraria conſuetudine, benè potuerat Epiſcopus, ſubdit *idem Card.* prohibere dictam togam, ſeu veſtem in caſu prædicto, cùm ſpectet ad Epiſcopum determinare, qualis ſit habitus congruus, & apud gentes uſurpandus à Clericis, ad evitandum ſcandalum, & confuſionem perſonarum.

Certè etenim non videtur toga illa, quàm uſurpabant Doctores, & Magiſtratus, ea qua uti debent Clerici, quia etſi ad ſimilitudinem ejus, uſque ad pedes protrahebatur, tamen non concurrebat pompa, & majeſtas, ac pretioſitas, quæ erat in illa, *gloſ. in L. Labeo 7. ver. pennlas C. De ſupell. leg.* ubi, cùm quæreretur, an, legata ſupellectili, quæ intelligi debeant; *Juris Conſultus*, dicit quod, ſi ſint uſualia, veniunt ſub legato, ſecus pretioſa, ibi *gloſ.* dici togam *longam, & pretioſam*, & ſic toga iſta pretioſa, & pompam habente utebantur Senatores Romani, ac utuntur quoque nunc Veneti Senatores, eum pendulis, & ornamentis, pompam redolentibus, ſecùs in veſte talari, & toga, nuncupata Clericorum, quæ debet eſſe modeſta ad vitam accomodata cum cingulo, & ſine ornamentis pro ſimplici uſu talaris veſtis, prout ſervatur apud omnes Regulares, etiam ab initio eorum Ordinum, ut videtur innui in *Clem. 2. de Vita, & honeſt. Cler. & in Concil. Conſtantienſi infra adducendus*; ubi ornamenta, & pompæ prohibentur in veſte talari Clericali, & Monachali deferenda; & verè Cuculla, quam deferri injunctum fuit Monachis à D. Benedicto, uſque ad talos eſſe conſtat, ita ut totius corporis eſſet indumentum, Gonzal. *cap. Intelleximus numer. 4. de at. & qualit.* & antiquitùs Veſtes Clericorum communiter fuiſſe Cappam, ſeu Caſulam talarem, ut & Monachorum, niſi quòd Cucullas iſti haberent, quibus gerendis Clerici, prohibebantur; refert latè, Thomaſſin. *de benef. tom. 1. lib. 2. cap. 48. num. 1. & 2. & ſeq.* Unde non eſt verum, quòd introductio habitus talaris ſeù Togæ in Clericis procedat à *Conſt. 92. Sixti V.* contra Beneficiatos non deferentes habitum Clericalem, ut innuit *cit.* Card. de Luca *n. 7.* Ricciull. *de Jure perſ. lib. 7. cap. 6. num. 2.* & ſic meritò fuit ab Epiſcopo prohibitus uſus Togæ Clericalis præfato Doctore Laico. Verùm, quoad morem Curiæ Romanæ, ut Toga Clericalis ſit in uſu, apud Advocatos, Cauſidicos, & Medicos, ea eſt praxis ſingularis, ut dixit Card. de Luca *cit. nu. 9. & 10.* & quidem antiquiſſima, itaut *in Conſtitutione Martini V. incip. Romani Pontificis providentia 5. in Bulla inter impreſſas dicti Pontificis tom. 1. Ann. 1442.* edita pro ſtatutis obſervandis ab Auditoribus Rotæ, Advocatis, Procuratoribus Curiæ §. 18. habeatur *Honeſtum gerant habitum congruentem Clerico ſæculari*; ibi enim loquitur Papa de Procuratoribus, & Notariis Curiæ, & argumentativè de Clericis, aliiſque Curialibus, & tempore *Sancti Pii V.* emanatum fuit Edictum Cardinalis Vicarii, quòd laici, qui Clericali habitu uti conſueverunt in Curia, ut in poſterum Birreti ſaltem forma à Clericis internoſcantur; quod ſupponit uſum habitus talaris etiam laicis Cauſidicis, & Curialibus permiſſum, ut notat Jo: Antonius de Nigris *poſt ejus Comment. ad Clem. un. de vita, & honeſt. Cler. pag. 62.* quam ordinationem circa varietatem Bireti, non habuiſſe effectum teſtatur idem de Nigris *ibid. verb. habitum num. 18. in fin. pag. 50.*

Verùm abuſum, & ſcandalum ex dicta promiſcuitate habitus inter Laicos, & Clericos in Urbe, non dubitavit aſſerere, irrepſiſſe, præſertim apud exteros, videntes eos uxoratos cum mulieribus, talari veſte indutos per Civitatem procedere, idem Cardinalis de Luca *numer. 11.* etſi ipſe Advocatus Romanæ Curiæ tunc eſſet, & uteretur eo habitu talari; Id quoque argumentati fuere majores noſtri, & plures Summi Pontifices, qui excogitarunt ſaltem, aliquam diſtinctionem ponere inter Clericos, & Laicos, ut ſecerni valerent, qui Clerici eſſent, vel non; Sed in caſſum advenit quæcumque proviſio, vel cogitatio. Reſervata enim extitit executio hujus neceſſariæ proviſionis SS. Domino Noſtro BENEDICTO XIII. qui initio ſui Apoſtolatus demandavit, ut laici omnes, qui ex uſu veſte talari Clericali utereotur, non valerent deferre Collare Clericale, ſed latum Laicale, ut hoc ſigno benè dignoſci valeret ſtatus Laicalis, & non Clericalis in illis. Adjecit etiam Sanctitas Sua prohibitionem Clericis uſus Comæ adſcititiæ; quæ prohibitio diu deſiderata, pro honeſtate Status Eccleſiaſtici, illicò perducta fuit in executionem à S. R. E. Cardinalibus, ac tota Curia, imò in Orbe Chriſtiano, tranſmiſſis Epiſtolis per eumdem Sanctiſſimum Nuntiis, ac omnium Epiſcoporum plauſu, & populorum ædificatione, id continuò in praxi reductum extitit.

16 Sed an talis prohibitio habeat locum in PP. Societatis Jeſu? Et videtur negativè dicendum, cùm ipſi non habeant habitum propriam diſtinctivum; cùm utantur habitu Clericali; & ulterius iſti etiam poſt vota biennii non ſunt profeſſi, cùm profeſſionem emittant longe poſt, Sanchez *cit. lib. 6. ,am. cap. 8. num. 70.* At contrarium docent alii, etiam ipſius Societatis, Caſtropal. *cit. tom. 3. tract. 16. diſc. 4. part. 6. num. 2.* & Bonac. *cit. qu. 2. punct. 2. n. 24.* Diana *par. 9. tract. 7. reſol. 5.* quia habitus eorum, juxta Conſtitutiones, præſcribitur certo modo, ut honeſtus ſit, & usui loci, & paupertati non repugnet, neve ſericis, vel pretioſis pannis conſtet, & ſit uniformis. Et Julius Papa III. *in Conſt. 9. incipien. Expoſcit*, in qua confirmat Inſtitutum Societatis, dicit ut circa veſtitum, honeſtorum Sacerdotum communem, & approbatum uſum ſequantur; & ulterius jam approbatum eſt dictum Inſtitutum per Sedem Apoſtolicam, & à S. C. Tridentino, ut cenſerentur verè Religioſi ſodales dictæ Societatis, qui tantùm emiſerunt vota biennii, licèt nondum profeſſi.

17 Cardinales verò, & Epiſcopi Regulares an ſubdantur excommunicationi, diſputatur? Et quidem negativè dicunt Barb. *ad cap. 19. ſeſſ. 25. de Regul. Concil. Trid. n. 39.* Dian. *p. 3. tract. 2. de dub. Regul. reſol. 50.* Paſſerin. *de ſtat. hom. quæſtion. 185. art. 8. nu. 142. pag. 411. tom. 1.* & idem dicendum de Regulari aſſumpto ad Abbatiam *Nullius*, & exemptam, Sanchez *cit. lib. 6. moral. cap 6. num. 36.* Verùm in hoc nullam haberem difficultatem, quia Epiſcopi, & Cardinales licèt teneantur deferre habitum ſuæ Religionis, ut latè dixi *tom. 4. Conſtitut. 1.* Eugenii IV. *fol. 479. numer. 22.* tamen ſunt extra Religionem quoad vim coactivam, itaut requiratur mentio ſpecialis eorum, & non poſſunt venire ſub nomine, & turma Profeſſorum, de quibus loquitur Papa Bonifacius *in cap. ut periculoſa ne Cleric. vel Monach. in 6.* quotieſcumque elevati ad ſtatum, & dignitatem Epiſcopalem fuere; eoque magis, quia ceſſat cauſa, & ratio *textus*, ne vagentur profeſſi extra obedientiam Superiorum, habitu dimiſſo, quod non eſt verificabile in Regularibus Epiſcopis, & Cardinalibus; qui certè peccarent; ut notavi *dicto loco*, ſi habitum non deferrent; non tamen incurrerent excommunicationem *hujus textus*; prout peccare Regulares, qui habitum dimittunt nocte, vel in Clauſtris, & Cella, non autem incurrere iſtam excommunicationem. Sed an iſtud præceptum deferendi habitum obliget ad ſemper, & an ſub mortali? videndi ſunt Graff. *deciſ. lib. 3. cap. 5. numer. 76.* Lezan. *tom. 1. cap. 13. num. 7. & can. vidua 20. qu. 1. & can. ſanctimonialis diſt. 23.* ubi quòd Monialis ſine habitu non dormiat, *& cit.* Paſſerin. *tom. 3. qu. 189. num. 324. p. 439.*

18 Nec hujuſmodi controverſiæ, & oppoſitiones

Digitized by Google

ſuper alterationibus habitus, ſunt vanitati adſcribendæ, ſed prudenti, & rationabili conſilio in caſibus occurrentibus peragendæ, ut humana ſocietas, & concordia conſervetur, & evitetur confuſio, ac perturbatio, Natta *conſ.* 637. *num.* 1. *& conſ.* 638. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 51. *num.* 1. *& ſeq.* Peregr. *conſ.* 84. *num.* 1. *lib.* 1. Gregor. Tholoſ. *de Republ. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 21. Pignatel. *conſult.* 54. *n.* 1. *tom.* 6.

19 Itaque habitus, eſt Monacho proprius, juxta ejus inſtitutionem, & colligitur quoque ex hac noſtra *Conſtitutione Sixtina*, in qua injunctum fuit Monachis Ciſtercienſibus præſcripto colore in illo uti; ac alterius uſus prohibitus; & in *cap. ut pericu'oſa ne Clerici, vel Monachi in* 6. ſui habitus Regularis dimiſſio penitùs fieri inhibetur.

Sed videtur obſtare, quòd habitus non facit Monachum, ut habetur in *canon. porrectum* 13. *& capit. ex parte tua* 22. *de Regularibus*, quòd Adagium vulgare eſt, & derivatum fuiſſe ex Græcis; Cœlius Rhodigin. *lib.* 3. *Antiq. lect. cap.* 12. *& ex Plutarchi* verbis; *non Philoſophum facit prolixior Barba, nec veſtis perrrita.* Et in *can. multi* 40. *diſtinction. Non Cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos Cathedram; non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum*, & B. Anſelmus *in Carmine de Mundi contemptu*, ait.

Non tonſura facit Monachum, nec horrida veſtis;
Sed virtus animi, perpetuuſque rigor.
Mens humilis, mundi contemptus, vita pudica;
Sanctaque ſobrietas: hæc faciunt Monachum.
Hæc vos in Cœlum (Monachi) quadriga legabit.
Si fiat in terris dignus ſalutis opus.
Nihil tonſura juvat, juvat aut viliſſima veſtis.
Si lupus es, quamvis jam videaris ovis.
Nam falli poſſunt homines, ſed fallere.
Chriſtum (qui nullum fallit) nemo poteſt hominum.

Ille quidem fucum ſimulatæ Religionis damnat, & in reprobis moribus eſſe nequit.

Tamen prædicta ſunt vera, quia etſi Monachus habitum deferat Monaſticum, niſi profeſſionis virtutes ab eo cuſtodiantur, verè Monachus non eſt: *Non putetis in cingulo, aut veſte longa conſiſtere perfectionem Monachi; nam Monachus abſque operibus nihil eſt*, dixit S. Ephrem, & D. Hieronymus *ep.* 22. *ad Euſtachium*; Et non eſſe habitum de ſubſtantia Monachatus, Suar. *tom.* 4. *de relig. tr.* 1. *l.* 1. *cap.* 5. *nu.* 13. *&* 19. ſed id non excludit, quin Monachus debeat habitum, ſuum diſtinctivum deferre. Unde benè Sac. Conc. Trid. *ſeſ.* 14. *cap.* 6. *de reform.* dixit: *Quia verò, etſi habitus non facit Monachum, oportet tamen Clericos veſtes proprio congruentes Ordini deferre, ut per decentiam habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecam oſtendant.*

20 Pro cuſtodiendo rurſus Religioſi habitus uſu in Regularibus, nedum emanarunt *citata Conſtitutiones*, & aliæ hujuſmodi, ſed etiam pœnales contra eos, qui habitum non decentem tenerent, vel proprium habitum Religionis deſererent. *In Clem.* etenim 2. *de vita, & honeſt. Cleric.* Clemens PP. V. *in Concilio Viennenſi* ſtatuit pœnas contra Religioſos virgata, vel partita veſte publicè utentes, ideſt variis coloribus ornata, & texta, ſeu ut alii dicunt *bordata*, virgis nempè diverſi coloris contexta, Suarez *de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 3. *numer.* 1. Avila *de ſuſpenſ. diſp.* 5. *dub.* 8. *caſu* 11. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 39. *numer.* 3. *lit. A.* & pœna contra Regulares eſt inhabilitas per annum ad beneficia obtinenda. In eadem *Clem.* prohibetur, ne infulam, ſeu pileum lineum publicè portent in capite, ſub eadem pœna; & ſub nomine pilei linei intelligitur id, quod ſolet album deferri nocte, Cardin. *ibid. & alii*; Itidem prohibetur iis uſus epithogii, ſeu tabardi foderati uſque ad oram, & ita brevis, ut veſtis inferior notabiliter videatur; limitantur tamen prædicta, ſi rationabili cauſa veſtes illæ geſtarentur, ſeu non publicè iis utantur, Theſaur. *de pœnis parte* 2. *ver. habitum profanum Clerici, & Religioſi geſtantes cap.* 3. quam Clementinam innovavit, imò ampliavit quoad Clericos ſæculares Tridentinum *ſeſ.* 14. *cap.* 6. *de ref.* & ſic non eſſe verum, *dicta Clementina* pœnas deſueviſſe, ut proſequitur Theſaur. *cit. verſ. nota, quod licèe aliqui DD.*

In Concilio quoque Conſtantienſi ſub Martino V. 21
ſeſ. 43. *in fine tit. de vita, & honeſt. Cler.* prohibetur etiam Regularibus, ne manicas ad cubitum pendentes, & longas veſtes cum magna, & ſumptuoſa ſuperfluitate, etiam fiſſas retro, & in lateribus cum fodraturis ultra oram excedentibus, habeant, dum interſunt divinis Officiis, ſub pœna qualibet vice, ſuſpenſionis à perceptione fructuum Eccleſiaſticorum per menſem, applicandorum Fabricæ, de quo latè Bernard. Diaz. *in praxi cap.* 78. Bonifacius quoque Papa VIII. *cap. ut periculoſa ne Clerici, vel Monachi in* 6. hæc ſancivit. *Ut periculoſa Religioſis evagandi materia ſubtrahatur, diſtrictiùs inhibemus, ne de cætero aliquis, quamcumque Religionem tacitè, vel expreſſe profeſſus in Scholis, vel alibi temerè habitum Religionis ſuæ dimittat; nec accedat ad quævis ſtudia literarum, niſi à ſuo Prælato, cum conſilio ſui Conventus, vel majoris partis ejuſdem; ſibi eundi ad ſtudium licentia primitus ſit conceſſa. Si quis autem eorum temerarius violator extiterit, excommunicationis ſententiam incurrat ipſo facto, Doctores quoque, ſeu Magiſtri, qui Religioſos habitu ſuo dimiſſo leges, vel phyſicam audientes, ſcienter docere, aut in Scholis ſuis præſumpſerint retinere, ſimili eo ipſo ſint ſententia innodati.*

Quoad contenta in iſta *Decretali* circa Regulares accedentes ad ſtudia extra Religionem, dixi *Conſtit.* 3. *prædicti Pontificis*, prout quoad Doctores docentes Religioſos dimiſſo eorum habitu. Limitatè igitur ad materiam hujus *Conſtitutionis Sixtinæ*, quoad Religioſos dimittentes habitum Religionis, advertendum eſt, legem pœnalem Excommunicationis contentam in hac *Decretali* Bonifacii, ſtrictè eſſe interpretandam, ut docent Sanchez *lib.* 6. *mor. cap.* 8. *numer.* 40. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſc.* 23. *ſect.* 4. *numer.* 27. hinc debet concurrere temeritas, ut in- 22
curratur dicta pœna, Paſſerin. *cit. art.* 8. *numer.* 319. *pag.* 437. *tom.* 3. Theſaur. *de pœnis part.* 2. *ver. habitus cap.* 2. *numer.* 1. Paſſerin. *cit. art.* 8. *numer.* 321. *&* 323.

Sed quænam ſit temeraria habitus dimiſſio, agit 23
Bonacin. *de cenſ. in partic. diſp.* 2. *q.* 8. *par.* 6. *num.* 3. ubi quod non eſt temeraria, ſi ſine intentione ſe occultandi Religioni, ad pompam veſte ſæculari quis ſe indueret; cui repugnat Paſſerin. *citat. tom.* 3. *de ſtat. hom. qu.* 189. *art.* 8. *numer.* 326. cum ſufficiat occultatio Perſonæ per habitus dimiſſionem. Et D. Thom. *apud Paſſerin. ubi ſupra num.* 327. temeritatem deſcribendo dixit: *Illa dicuntur fieri temerè, quæ ratione non reguntur. Quòd quidem poteſt contingere dupliciter. Uno modo, ex impetu voluntatis, vel paſſionis; alio modo ex contemptu regulæ dirigentis. Et hoc propriè importat temeritas; unde videtur ex radice ſuperbiæ provenire, quæ refugit ſubeſſe regulæ alienæ: præcipitatio autem ſe habet ad utrumque. Unde temeritas ſub præcipitatione continetur, quamvis præcipitatio magis reſpiciat primum.* Et *Card. Cajetan.* ad eumdem, ſubdit: *Nota quid propriè importet temeritas; inordinationem ſcilicet ex contemptu regulæ. Ex hoc enim poteris interpretari Canones, quando temerè tranſgredientes excommunicant, ſeu aliter puniunt; verba enim juris non fruſtra appoſita, nec impropriè ſumenda ſunt, quamvis quandoque communiter ſumantur. In materia tamen pœnali, utpotè reſtringenda, proprietas vocabulorum reſtrictiva pœnarum amplectenda eſt. Memento ergo, quod temeritas ſpecies eſt præcipitationis contemptum addens*; quare ſi adſit rationabilis cauſa, ceſſaret temeritas, ut ſi Religioſus inter hoſtes Religionis tranſiturus eſt; & ſufficit cauſa probabilis ad excludendam temeritatem, & latè de hoc apud *citatos* Doctores, &

præſer-

Digitized by Google

præſertim Paſſerin. *num.*327. *& ſeq.* ubi de variis caſibus dimiſſionis habitus, excuſantibus ab excommunicatione; nec requiri apoſtaſiam à Religione, quia incurritur hæc pœna ob ſolam dimiſſionem habitus temerè factam, & ſi non habet animum recedendi à Religione, ſed ſolùm vagandi ad tempus; Nec percutere hanc pœnam Religioſum vagantem ſine licentia ſuperioris non dimiſſo habitu, quia materia hujus Canonis eſt dimiſſio habitus temeraria.

24 Comprehendit dicta prohibitio ſub nomine Religioſorum omnes viros, vel fœminas, qui propriè ſunt Religioſi, ſcilicet qui emittunt tria vota ſubſtantialia in aliqua Religione à Summo Pontifice approbata, ſive hujuſmodi Religio ſuiſſet, vel non fuiſſet inſtituta tempore dictæ Decretalis, Donat. *in praxi par.*2. *tractat.*6. *quæſt.*6. Paſſerin. *cit. art.*8. *num.*320. Et in Mi-
25 litibus Profeſſis in Ordine Militari, ſi agatur de Ordine, in quo emittuntur vota ſolemnia, ut eſt in Religione D. Joannis Hieroſolymitani; iſti veniunt ſub nomine Regularium, & ſubjiciuntur dictæ Decretali; ſecùs, ſi agatur de Religione Militari, in qua non emittuntur vota ſolemnia, ut de illa D. Jacobi de Spatha, Calatravæ, & ſimilibus, & dixi *tom.*2. *Conſtit.*5. Alexandr. III. *ſect. unic.*

26 At quæri poteſt, an excommunicatio dicti *Textus* afficiat Religioſos intra Clauſtra manentes, ſi dimittant habitum? Et alii dicunt pœnam illam non habere locum in dicto caſu, quia cauſa legis fuit, ut vitetur vagandi occaſio ſine habitu; quòd ſupponit actum extra Clauſtra, Donat. *cit. quæſt.*9. Alii verò contrarium putant, ut incurratur excommunicatio hujus *Textus*, ſi quis Regularis dimittat habitum, intra Conventum, Caſtropal. *tract.*16. *diſp.*4. *par.*6. *nu.*10. Sanchez *lib.*6. *moral. cap.*8. *num.*61. Bonacin. *de cenſur. in particul. diſp.*2. *quæſt.*8. *par.* 6. *num.* 13. Alii demùm utramque opinionem declarant, quòd intelligatur lapſus in pœnam, ſi quis dimiſſo habitu in Conventu ſe objiciat oculis aſpicientium. Verùm, ut incurratur dicta excommunicatio opus non eſt, ut Religioſus ſine habitu extra Conventum exiſtat ſine licentia Superioris, vel cum licentia; & ſic ſive Religioſus exeat à Conventu ſine licentia, ſivè cum licentia, ſi dimittat habitum, illa dimiſſio eſt materia apta ad vagandum; propterea eſt per hunc *Textum* prohibita, ut pluribus citatis docet Paſſerin. *loco adducto numer.*322. *&* 323. ubi firmat, dimiſſionem habitus intra Clauſtra non comprehendi ſub pœna hujus *Textus*, quia Religioſus in Conventu vagari non poteſt; & tunc incipit eſſe materia, & cauſa vagandi, cùm extra Conventum exit; & ſic ſi fuerit detentus in aliquo Carcere, quia non haberet occaſionem vagandi, nec poſſet habere, certè non incurrit excommunicationem. Secùs autem ſi habitu mutato fugam arripiat. Ita ſi quis in domo conſanguineorum degens aſſumat alium habitum, quia ibi poteſt eſſe vagus, intrat ratio *Textus*.

27 An incurrat quis Religioſus pœnas hujus Decretalis, ſi dimittat habitum ſuæ Religionis, & non aſſumat alium habitum? Affirmant Suarez *de Religione tom.* 5. *part.* 3. *deciſ.* 23. *ſect.* 4. *num.* 28. Div. Antonin. *part.*3. *tit.*24. *cap.*53. Caſtropal. *tract.*16. *part.*6. *nu.*4. Bonacin. *cit. diſp.*2. *quæſt.*8. *punct.*6. *num.*8. Alii negant apud Dian. *part.*5. *tract.*14. *reſol.*71. ubi quod requiratur aſſumptio habitus ſæcularis, Paſſerin. *loco citato num.*337. unde ſi dimittat partem habitus Religioſi, & aliam retineat, ut poſſit cognoſci pro tali Religioſo, non incurrit pœnam; ſecùs in contrario caſu; prout incurrit ſi quis dimitteret habitum ſuæ Religionis, ut nudus, & in femoralibus tantùm incederet; quòd potiùs menteecapti oſtenderet actum.

28 Si autem Regularis ſe exueret ſuo habitu, & non indueret ſæcularem, ſed alterius Religionis, an incurrat hanc pœnam excommunicationis, certant, juxta ſtylum, *Morales*. Aliqui enim negant, quia ceſſat periculum vagationis, cùm ſemper recognoſcatur pro regulari. Sed contrarium communiter tenent Doctores, quia concurreret materia vagandi periculoſa; & à proprio ſuperiore, ubi ſibi occultatus, reperiri non poſſet, ut aliis *citat.* proſequitur Paſſerin. *numer.*338. *&* 339. optimè impugnans dictum aliquorum Doctorum, quòd excuſantur aſſumentes habitum alterius religionis ex rationabili cauſa, & cum licentia ſuperioris dictæ alienæ religionis; cùm putet vix dari poſſe
talem neceſſitatem, & juſtam cauſam. Ita, ſi quis 29
ſe exuat ſuo habitu, & alterius religionis habitum induat, ut in hac profiteatur; quia tranſitus iſte factus ſine licentia, & temerè, deſertionem habitus propriæ religionis importat, Caſtropal. *tract.* 16. *d.* 4. *part.*6. *num.*9. Bonacin. *de Cenſur. in particul. diſp.*9. *quæſt.*8. *punct.*6. *num.*18. Additque tamen Paſſerin. *cit. num.*340. poſſe excuſari ab incurſu, ſi quis laboret ignorantia, credens intuitu novæ religionis ſuſcipiendæ, poſſe habitum dimittere. Si quis autem dimiſſo habitu profeſſorum indueret habitum novitiorum, an incurrat dictam pœnam? diſtinguit Sanchez *cap.*8. *num.*53. & Bonacin. *citat. punct.*6. *num.*10. & negat Paſſerin. *citat. num.*341. indiſtinctè, quia ſemper non vagaretur Religioſus, ſi indueret habitum Novitii, qui etiam Regularis eſt.

Sed, ſi Religioſus occultaret proprium habitum 30
ſub alio habitu aſſumpto, an incurrere dicendum ſit in hanc excommunicationem, & negat Suarez *citat. dict.*23. *ſect.*4. *num.*33. *&* 34. *de Religione lib.*3. *cap.*5. *num.*12. Bonacin. *cit. punct.*6. *num.*11. quia cùm hæc ſit lex pœnalis, ſunt accipienda verba in propria ſignificatione; & occultatio habitus non eſt dimiſſio. Verùm contrarium docent innumeri ferè Doctores apud Paſſerin. *cit. num.*342. §. *Ideò abſolutè dicitur, Religioſum qui occultet temerè habitum religioſum, habitum dimittere, & eſſe excommunicatum*, & alii *cit.* Barboſ. *ad Concil. cap.*19. *ſeſſ.*25. *de regul. num.*36. & Caſtropal. *cit. dict.*4. *punct.*6. *num.*16. probabilem primam opinionem dicit, ſed ſecundam veriorem, *& num.*7. exiſtimat eſſe ſaltem peccatum mortale dictam occultationem, etſi non adeſſet incurſio; Et de Religioſo in itinere deferente pallium more Sæcularium, occultando habitum Religionis, agit Paludan. apud
citat. Paſſerin. *num.*342. Ita ad rem poſſet quæri, an 31
brevitas temporis excuſet? in quo variant Doctores, & Paſſerin. *citat. num.*347. docet quod, ex ſola brevitate temporis, per ſe, & nudè ſumpta, non excuſatur à Cenſura dimiſſio temeraria habitus, niſi ſit parviſſimi temporis, & talis, quæ ad nullam vagationem poſſet eſſe medium aptum: poteſt tamen ex circumſtantiis excuſari, ut ibi latè dixit Paſſerin. cum pluribus Doctoribus, varios caſus explicantibus; apud quos eſt videnda latiùs materia hæc ad Morales ſpectans; pro ut ſi Regularis juſtè reclamans à ſuo Superiore locali, volens ad ſuos Superiores Majores recurrere, dimittens habitum, an incurrat dictam cenſuram? agit etiam Paſſerin. *cit. num.*354. Sed de his recurrentibus infra latior erit ſermo.

Ad rem etiam adduci debet *Textus Concilii Tri-* 32
dentini ſeſſ. 25. *de Regularibus cap.*19. *Quicumque Regularis prætendat, ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, veliſque habitum dimittere quacumque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum, non audiatur, niſi intra quinquennium tantùm à die profeſſionis; & tunc non aliter niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario. Quod ſi antea habitum ſpontè dimiſerit, nullatenus ad allegandam quamcumque cauſam admittatur, ſed ad Monaſterium redire cogatur, & tamquàm apoſtata puniatur; interim verò nullo privilegio ſuæ Religionis juvetur. Nemo etiam Regularis, cujuſcumque facultatis vigore, transferatur ad laxiorem Religionem: nec detur licentia cuiquam regulari occultè ferendi habitum ſuæ Religionis.*

Hinc quæri poteſt, à quo valeat concedi licentia 33
Regulari deferendi habitum, vel occultandi? Et certum eſt, quòd ſi agatur de deferendo habitu propriæ Religionis, ut remaneat perpetuò cum habitu Sæculari, ſeù Clericali, pertinet id ad ſolùm Summum Pon-

Pontificem, Suarez *tom. 4. de Religione tract. 1. lib. 1. cap. 5. num. 17.* Navar. *conſ. 70. num. 5. & 10. de Regul.* Sanchez *in Decalog. libr. 4. cap. 20. num. 22. in fine*, Lezana *tom. 1. cap. 13. num. 9.* Theſaur. *de Pœnis par. 2. ver. Habitus cap. 2. §. Sed quæres ver. Si autem agatur*; itaut præter Papam, nequit alius Superior etiam Regularis id concedere, ſicuti nequit impartiri licentiam, ut ad tempus talis dimiſſio fiat; prout neque, ut occultet quis Religioſum ſuum habitum, juxta præſcriptum *in cit. cap. Concilii Tridentini*; cui, & aliis juribus ſupradictis non habent ullam facultatem derogandi Superiores Regulares; itaut Regularis dimittens, vel occultans habitum ſuæ Religionis, habita licentia à ſuo Superiore, incurrit in excommunicationem dicti Textus Bonifacii VIII. niſi concurreret ignorantia, vel apparens cauſa juxta, ut Regularis pro certo caſu, & tempore id permittere valeat, Paſſerin. *cit. num. 358.* Si autem agatur de dimiſſione, aut occultatione habitus, non directè conceſſa in hoc facultate, ſed indirectè, quatenus ſcilicet juſta cauſa Superior mandet fieri aliquam actionem per Regularem, quæ fieri debet pro ſecuritate, aut aliquo juſto motivo, ſine habitu Religionis, vel eo occultato; & tunc poſſet dici, quòd valeret Superior talem facultatem deferendi, vel occultandi habitum ad tempus neceſſarium, pro dicta actione concedere, ſi ſit modicum tempus, Theſaur. *cit. §. Sed quæres verſ. poteſt tamen*, Paſſerin. *cit. num. 339.*

14 Verùm quoad perpetuam directam licentiam permanendi in habitu Sæculari, vel ad tempus, Papa non diſpenſat ſine magna cauſa; ut pro aſſiſtendo gravi neceſſitati genitorum, vel ad ſcandala vitanda, vel cauſa gravis infirmitati, ſi aliter commodè curari non poteſt, Sanchez *in Decalog. lib. 6. cap. 7. num. 8.* ita pro perſecutionibus gravibus, quas quis haberet in propria Religione, nec poſſet habere benevolos receptores in alia Religione, etiam laxiori, vel pro aliquo magno bono publico patriæ, vel Religionis, aut Reipublicæ, vel Fidei, pro converſione alicujus populi; & recenſet Theſaur. *cit.* Menoch. *de arbitr. caſu 504. num. 16.* & citati Doctores, & facit *cap. Deus qui, de vita, & honeſt. Cleric.* & adeſt formula Sacræ Pœnitentiariæ apud *citat.* Theſaur. Vidi tamen experientia in muneribus per me exercitis in illa, Doctoris Canonum, & Datarii, rariſſimè conceſſam hujuſmodi licentiam, ſed ſolùm pro Apoſtatis in ætate matura, qui nequeunt reperire benevolos receptores in alia Religione, & proindè ad ſuam redire, ut concedatur dilatio ad tempus remanendi in ſæculo, habitu Clericorum, cum participatione paſſiva Sacramentorum, & aliquoties etiam cum facultate celebrandi, ſi adfuiſſet ſcandalum, & profeſſionis vinculum eſſet occultum, ut quandoque evenire ſoluit in Apoſtata Regulari, qui uti Presbyter Sæcularis curam habebat Animarum. Quòd ſi Papa concederet dictam licentiam ex falſa cauſa nota obtinenti, iſte non eſt tutus in conſcientia, ita Menoch. & Sanchez *citat.* apud Theſaur. *verſ. Quod ſi Papa.* Quoad verò Miſſionarios conceditur licentia in ejus facultatibus, quæ ſolent expediri per Sacram Congregationem de Propaganda Fide.

SECTIO UNICA.

De habitu reaſſumendo per Regulares volentes agere pro nullitate Profeſſionis; ac de pluribus quoad iſtam nullitatem, & tacitam Profeſſionem per habitus delationem.

S U M M A R I U M.

1 *Regularis non auditur ſuper nullitate Profeſſionis, niſi habitu retento; vel eo reaſſumpto ſi dimiſerat; & facto reditu ad Clauſtra.*
Ubi de praxi inconcuſſa Sacræ Congregationis, latè, & num. ſeqq.

2 *Aliquoties permittitur in dicto caſu, ut moreretur in Conventu alterius Religionis.*

3 *An habitus dimiſſio facta à Novitio, & quæ, interrumpat annum probationis?*

4 *Refertur cauſa diſcuſſa, & reſoluta in Sacra Congregatione, de quodam Canonico Regulari, qui cum licentia Generalis obtinuit Beneficium non curatum, & licentiam permanendi extra Clauſtra, cum habitu Presbyteri Sæcularis, ac poſtea intentavit Judicium reſtitutionis in integrum, pro nullitate ſuæ Profeſſionis, habitu non reaſſumpto.*
Referuntur rationes hinc inde, ac reſolutio, ibid.
Ubi, an Canonici Regulares ſint capaces Beneficiorum, & quorum; Et an requiratur Indultum Apoſtolicum? ibid.

5 *An Canonici Regulares, qui obtinent beneficia Sæcularia teneantur deferre habitum proprium Religionis?*
Et an Regulares perpetuò promoti ad Parochiales? ibid.
Canonicis Regularibus promotis ad Epiſcopatum fuit permiſſus uſus habitus violacei, & quare?
An Canonicus Regularis Parochus teneatur retinere Socium? ibid.

6 *Quando liceat non adimplere conditionem non reaſſumendi habitum?*
Et an dimiſſio habitus ex juſta cauſa excuſet ab Apoſtaſia? ibid.

7 *Per delationem habitus inducitur tacita Profeſſio ſolemnis, & num. ſeqq.*

8 *Profeſſio ſolemnis alia eſt expreſſa, alia tacita, & quæ ſint?*
An Profeſſio expreſſa poſſit emitti nutu? ibid.

9 *Quibus modis inducatur tacita profeſſio, & num. ſeqq.*
Quomodo habitus delatio inducat tacitam profeſſionem, & num. ſeqq.

10 *Concilium Tridentinum non derogavit tacitæ Profeſſioni. Et quid diſpoſuit circa Profeſſionem?*

11 *Pro inducenda tacita Profeſſione requiritur delatio habitus Profeſſorum.*
Et permanentia in Novitiatu per annum, ibid.

12 *Requiritur, ut habitus deferatur in Monaſterio. Et qualis debet eſſe hic habitus. Et quibus ſcientibus.*

13 *Et an requiratur conſenſus, & qualis?*

14 *Et quæ voluntas, ſeu animus requiratur?*

15 *Quam præſumptionem inducat habitus delatio. Et quomodo enervetur.*

16 *An metus reverentialis irritet Profeſſionem tacitam?*
Favorabilius proceditur tàm in tacita, quàm expreſſa. Et quare?

17 *An poſſit dici nulla Profeſſio tacita, quæ inducitur poſt lapſum legitimi temporis, ob delationem habitus, ſeu exercitium actuum Profeſſorum, abſque ſcientia nullitatis Profeſſionis expreſſæ, & num. ſeqq.*
Refertur celebris Cauſa diſcuſſa in Sacra Congregatione, & Rota.

18 *Referuntur fundamenta opinionis aſſerentis, non requiri ſcientiam nullitatis expreſſæ, pro tacita Profeſſione.*

19 *Adducuntur Auctores, & rationes opinionis contrariæ.*

20 *Quid tenendum in hac celebri quæſtione? Diſtinguuntur caſus, ibid.*

21 *An quæ dicta ſunt de Profeſſo, ut non inducatur tacita Profeſſio, ſi adſit ignorantia nullitatis expreſſæ, vindicent ſibi locum, quoad Religionem ratificantem, & acceptantem eam Profeſſionem expreſſam nullam?*

22 *Referuntur caſus ad rem facientes, in Sacra Congregatione diſcuſſi, & reſoluti.*

23 *An ſi Profeſſio expreſſa fuerit emiſſa in Conventu non deſignato nulliter ex decreto Clem. VIII.*

vel

vel ob interruptionem, ſeù deficientiam anni Novitiatus, & Profeſſus perſeveraverit in Religione per annum, & ultra, dicatur etiam nulla tacita Profeſſio.

Referuntur aliquæ cauſæ ad rem iſtam reſoluta in Sacra Congregatione, ibid.

Ac decretum Urbani VIII. quoad reclamantes contra Profeſſionis prædicta validitatem.

1 CAnone Concilii Tridentini ſupra adducto *cap.* 19. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* edicitur, quòd nequeat quis Regularis audiri ſuper nullitate ſuæ Profeſſionis, niſi habitu ſuæ Religionis retento, etſi illum dimiſerit, eo reaſſumpto, & facto reditu ad Clauſtra; & hæc eſt praxis inconcuſſa *Sacræ Congregationis Concilii*, ut nunquam quis audiatur ſuper dicta nullitate, niſi reaſſumpto habitu, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 104. *num.* 11. & *ad Concil. cit. cap.* 19. *num.* 24. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 26. *num.* 2. Campanil. *diver. Jur. Can. rubr.* 12. *cap.* 11. *num.* 18. Gratian. *diſcept.* 413. *num.* 7. & 8. ubi de Luca *num.* 4. quodque tamen ſi habitum temerè etiam aliquis dimiſerit, poſſet audiri ſuper nullitate ſuæ Profeſſionis reaſſumpto habitu, Rota *deciſ.* 199. *num. final. part.* 16. *rec.* & ſic reſcribitur in dicta Congregatione; *Reaſſumat habitum, & deindè ſupplicet*, in qua deciſione recenſetur decretum etiam *Sacræ Congregationis Epiſcoporum ſub die* 1. *Februarii* 1658. *in Avenionen. nullitatis Profeſſionis*, & fuit reſolutum per Rotam teneri habitum Regularem reaſſumere, Religioſum, qui ob ſententiam Ordinarii latam *conſtare de nullitate Profeſſionis*, prævia Commiſſione, cum Clauſula: *Ut reaſſumpto habitu ad formam Concilii, procederet in cauſa dicta nullitatis*, habitum dimiſerat, & proindè dictum fuit, attentatam fuiſſe eam dimiſſionem, & ſic teneri eum reaſſumere, *deciſ. Mediolanen. nullitatis Profeſſionis* 952. *coram Emerix Junior.* nam dicta ſententia fuit nulla, quia non potuerat Ordinarius procedere ſine obtenta à Papa reſtitutione in integrum ob lapſum quinquennii à die Profeſſionis; Et cùm Canonicus Regularis Sancti Salvatoris cum licentia Abbatis Generalis obtinuiſſet licentiam morandi extra Congregationem habitu dimiſſo ſub motivo Beneficii ſæcularis obtenti, ac deindè intentaſſet nullitatem profeſſionis coram Ordinario, à quo obtinuit favorabilem ſententiam, non obſtante lapſu quinquennii, ac proindè opus fuit coram Congregatione Concilii diſcuti dubium, an debuiſſet ea dari, prætendit ille interim habitum non reaſſumere, ex eo, quòd jam legimè reperiebatur in habitu Presbyteri Sæcularis cum dicto Beneficio; ſed *Sacra Congregatio in Bononien. reſtitutionis in integrum* ſub dubio: An ſuper prætenſa reſtitutione in integrum potuiſſet audiri extra Clauſtra, & in habitu Clerici Sæcularis, in caſu, &c. *die* 1. *Septembris* 1685. reſpondit *Negativè*, & 4. *Junii* 1689. *In deciſis*, ac fuit reſcriptum: *Iterum in deciſis* 26. *Novembris dicti anni*, cujus reſolutionis fundamenta latiùs infra referam, & pro nunc, quidquid ſit, an dicti Canonici potuerint ex privilegiis cum licentia Generalis extra Clauſtra permanere in habitu ſæculari cum Beneficio, ſuper quo alias ego latè dixi, ubi an requiratur facultas Apoſtolica: certum fuit habitum, quòd poſito etiam juſto dicto Indulto Generalis, hoc potuerat excuſare à pœna Concilii, quòd ſcilicet procedatur contra Regulares dimittentes habitum uti Apoſtatas; quia requiritur temeritas dimiſſionis pro dicta pœna ſubeunda; non tamen, quòd hujuſmodi dimiſſores habitus non teneantur eum reaſſumere, & ad Clauſtra redire antequàm cauſa ſuper nullitate Profeſſionis diſcuti valeat; & ſic licèt cauſa aliqua poſſet excuſare, ut quis non ſit uti Apoſtata puniendus, & rejiciendus à Judicio ſuper dicta nullitate, quòd voluit Concilium, ut eſſet dimiſſio habitus facta in caſu neceſſitatis, vel à fugiente, pro reclamatione ad Superiorem facienda ſuper nullitate Profeſſionis, quem recurſum non potuiſſet facere cum habitu, & ob alias cauſas juſtas; itaut admittatur ille ad reaſſumendum habitum, & in Clauſtra redire; tamen ſine dicta reaſſumptione, & reditu ad Clauſtra, admitti nequit ad diſcuſſionem cauſæ ſuper reſtitutione in integrum contra lapſum quinquennii à profeſſione, vel hujus nullitate, & ita docent Barboſa *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 104. *num.* 13. & 14. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 26. *num.* 2. Donat. *praxi Reg. tom.* 2. *par.* 2. *tract.* 12. *quæſt.* 23. *num.* 3. & *ſeqq.* Paſqualig. ad Laur. de Franch. *part.* 1. *num.* 27. §. *Quando autem*, & in caſu temerariæ etiam dimiſſionis benignè proceditur, ut reaſſumpto habitu, & reditu facto ad Clauſtra audiantur, & Navarr. *Comm.* 4. *de Regul. num.* 77. & 78. refert ſe vidiſſe in Urbe multos, qui prius dimiſſo habitu, ac poſtea reaſſumpto, benignè auditi fuerunt ſuper nullitate profeſſionis, ſicque concludit Barboſa *cit.* habitus dimiſſionem non impedire, ut Regularis non audiatur ſuper nullitate ſuæ profeſſionis, ſi tamen poſtea reaſſumat illum, & ita Doctores *ibi citati*; nec vel temerariè, aut non ſic, dimittens habitum, & extra Clauſtra proſiliens, aliàs auditur, niſi reaſſumpto habitu, in Clauſtris exiſtens.

Ita pluries vidi ego reſcriptum, dum per ferè decem annos Secretarii munere functus fui in *Sacra Congregatione Concilii*. Imò *anno* 1678. 2. *Julii in cauſa Pariſien. reſtitutionis in integrum*, in qua agebatur de quadam Moniali, quæ per vim, & metum profeſſa fuerat in Monaſterio, & durante vita patrui, metum incutientis, permanſit per aliquot annos, ac deindè receſſit ab eo, dùm cauſa nullitatis agebatur coram Ordinario; & quia lapſum fuerat quinquennium à profeſſione recurſum habuit ad Papam pro reſtitutione in integrum; & fuit reſcriptum: *Non audiatur, niſi docuerit reaſſumpſiſſe habitum, & ad Clauſtrum rediiſſe; Ordinarius verò cogat*, & *in una Januen.* 29. *Martii* 1710. Regularis, qui obtinuerat ſententiam ſuper nullitate profeſſionis ab Ordinario, poſt quinquennium ſuæ profeſſionis, etſi reclamaverit ante illud, ſed deindè ſiluit, & calore dictæ ſententiæ dimiſit habitum; Sacra Congregatio reſcripſit, quod redeat ad Clauſtra, ac habitum reaſſumat, & Archiepiſcopus tranſmittat acta, quia poſt lapſum quinquennii non potuerat Ordinarius cauſam cognoſcere ſine obtenta per Sedem Apoſtolicam reſtitutione in integrum. Vidi tamen ſervatum aliquoties, ut loco re- 2
deundi ad Clauſtra ſuæ Religionis, permittatur, ut maneat petens declarationem nullitatis profeſſionis, vel reſtitutionem prædictam in integrum à lapſu quinquennii, in Conventu alterius Religionis ex juſtis cauſis cum habitu ſuo Regulari; ſed verè non debet id permitti paſſim, ut Secretariatus mei tempore, ſervatum vidi. Habitus etiam dimiſſio facta à Novitio in- 3
ducit interruptionem Novitiatus, ſed requiritur conſummata, & perfecta dimiſſio; nam ſi Superior expoliaret habitu Novitium, interveniente legitima cauſa, animo ejiciendi à probatione, & antequam egrederetur Monaſterium, Abbas mutando ſententiam iterum habitum concederet Novitio, non diceretur interruptus Novitiatus, quia actus ille dimiſſionis non fuit conſummatus; Ita ſi Novitius velit exire, & ſuis induatur veſtibus Sæcularibus, ac antequam à Monaſterio egrediatur ſe pœniteat, ac habitum reaſſumat, Tamburin. *aliis citatis de Jure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 6. *qu.* 11. *num.* 19. prout ſi Novitius animo fugiendi ſe abſcondit in quadam Camera Conventus, ubi repertus à Superiore, induatur, ac pertranſeat in Monaſterium, Navar. *conſ.* 32. *de Regul.* Suarez *tom.* 3. *de Relig. libr.* 5. *cap.* 15. *num.* 7.

Quoad reaſſumptionem habitus Regularis ſupra in- 4
dicatam, faciendam per Religioſum intentare volentem nullitatem profeſſionis, juxta Concilii ſanctionem, referam latiùs motiva adducta in *Congregatione in citata Bononien.* cujuſdam Canonici Regularis Sancti Salvatoris, qui cum licentia ſui Generalis obtinendi beneficium quoddam non Curatum, & permanendi in habitu Presbyteri ſæcularis, ita permanebat extra Clauſtra; interimque intentavit Judicium reſtitutionis in integrum contra lapſum quinquennii ſuæ pro-

feſſionis

feſſionis prætenſæ nullæ, ac prætendit interim non debere reaſſumere habitum ſuæ Religionis, nec redire ad Clauſtra. Dicebatur etenim, quòd ipſe cum licentia ſui Generalis permanebat extra Clauſtra, & cum habitu Presbyteri ſæcularis cum beneficio obtento ſæcularis; quòd licitum ei erat, nam aſſerebatur eſſe Canonicos præfatos capaces, nedum beneficiorum curatorum ſæcularium, juxta *cap. Quod Dei timorem de ſtatu Monach.* ſed etiam beneficiorum non curatorum, ſatiſque eſſe licentiam Generalis; quodque talem facultatem, & capacitatem reſpectivè habeant iſti Canonici Sancti Salvatoris Lateranenſes, ac alii Canonici Regulares obtinendi ea beneficia, prævia licentia præfata, adducti fuere Pennot. *in hiſt. tripartita Canon. Regul. cap.72.* Vivian. *de Jurepatr. lib.6. cap.2. num.47. in add.* ubi quòd Clementis VIII. tempore, occaſione proviſionis faciendæ ab eo cujuſdam Præpoſituræ alicui Canonico Regulari, diſcuti voluit, an ei obſtaret *Concilium Tridentinum ſeſſ.14. de reform. cap.11.* ubi quòd translatus, etiam ſi Canonicorum Regularium fuerit, ad beneficia ſæcularia, etiam curata, omninò incapax redditur; ac dictum non obſtare, quia *Concilium* procedit in translatis ſolummodo; & alium Canonicum Regularem obtinuiſſe à Paulo V. Canonicatum Capritanum; aliumque Canonicatum Juſtinopolitanæ Eccleſiæ, Pellizar. *in man. Regular. tract.8. cap.4. ſect.4. num.104.* Bordon. *Oper. Moral. tom.4. tract. de praced. Can. Later. poſt. cap.7. tit. de Jur. Paroch. num.44. & ſeqq.* & facit *cap. praterea 14. de preben. ubi gloſs.* ait: *Argumentum, quod Canonicus Regularis poteſt fieri Archidiaconus*; unde procedit hæc capacitas, nedum in Curato beneficio, juxta *cap. Quòd Dei timorem citat.* ſed in ſimplici, nempè Archidiaconatu; Neque obſtare ſubdebatur decretum *Gregorii XIII. anno* 1581. de quo Nicol. *in Floſcul. ver. Regulares num.25.* Barboſ. *ad Concil. Tridentin. cit. cap.11. num.5.* quia remanſit dicta reſolutio abſque effectu quoad beneficia Curata, quorum capacitatem cum licentia Generalis, nec requiri Apoſtolicam, admiſit Rota *deciſ.1269. coram Seraphino anno* 1598. parum poſt dictam prætenſam reſolutionem; ac verba Concilii præfata intelligenda eſſe de translatis ad Canonicos Regulares, & ita adeſſe aliam declarationem *dicta Congregationis* pro capacitate iſtorum Canonicorum quoad beneficia Curata, niſi ſint ex translatis, in quibus cadit prohibitio Conciliaris, & proindè non habuiſſe effectum declarationem ſupradictam *Anno* 1581. docent Pennot. *citat. cap.27.* Rodriquez *quaſt. Regul. tom.3. cap.30. num.3.* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.3. diſp.9. quaſt.8. num.11. & ſeqq.* Gonzal. *ad regul. Cancell.8. gloſs.7. num.55. verſ. Caterùm ad finem*, Murga *de benef. quaſt.2. num.249. & ſeqq.* Vivian. *cit. lib.6. cap.2. num.47. in add.* ubi refert exempla, etiam obtentorum beneficiorum non Curatorum, per Canonicos Regulares, non tamen translatos, Bord. *cit. num.53. & ſeq.* Rota poſt Murg. *ad Conſtit. Bened. deciſ.*10. *num.9. & deciſ.11. num.4.* & obtinuiſſe Canonicos iſtos beneficia curata, & ſimplicia cum ſola licentia Generalis, teſtati fuere Procurator Generalis, & Abbates ejuſdem Congregationis Sancti Salvatoris; Atque non contrariari, dictum fuit, *decretum Congregationis Epiſcoporum, & Regularium anno* 1671. ſub Papa Clemente X. prohibens ſine Apoſtolica facultate Canonicis Lateranenſibus recipere Curata, etiam beneficia ſæcularia; quia illud fuit emanatum pro Canonicis Regularibus Lateranenſibus, nec videtur fuiſſe ſervatum, neque ſub eodem Clemente, etiam quoad Lateranenſes. Ulterius dicebatur, quòd hujuſmodi Canonici Regulares, qui licentiam obtinent à Generali recipiendi beneficium, aut curatum, aut ſimplex ſæculare, diſpenſantur, quoque, ut habitum Presbyteri ſæcularis, eo Religionis dimiſſo, aſſumere, & retinere valeant, & ita obſervatum fuiſſe teſtabantur prædicti Abbates; ac de jure videtur dicendum, ut habitum ſæcularis Presbyteri aſſumere valeant, ac debeant, Cardin. de Luca *de Regularibus diſc.36. num.2. & 11. & de benef. diſc.115. num.4. in ſupplem.* prout ſi aſſumantur ad Epiſcopales Eccleſias, uti debent veſtibus violaceis ad inſtar promotorum ex Clero ſæculari, Leo X. *Conſtit.34.* relata apud Tamburin. *de jure Abbat. tom.1. diſp.20. quaſt.3. à num.5.* itaut ſaltem conſuetudo, quæ adeſt in hoc uſu habitus ſæcularis Presbyteri, in his Canonicis obtinentibus beneficia ſæcularia, ſit rationi conſona, quia iſti Canonici potiùs dici debeant de Clero ſæculari, ut latè apud Bord. *num.68. & ſeqq.* & Tamburin. *de jure Abbat. tom.1. diſp.20. quaſt.3. num.21.* & adducebatur ulterius exemplum duorum Canonicorum hujuſmodi, beneficiatorum cum licentia Generalis in habitu Clericorum ſæcularium in aulis duorum Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium præſtantium in Urbe, & fuit exhibitum quoddam Breve ejuſdem Clementis X. approbantis collationem ſimplicis beneficii ſæcularis factam Canonico Regulari Lateranenſi, cum expreſſione; *licitum eſſe Canonicis Regularibus dicti Ordinis, in dies proviſis de beneficiis ſacularibus, accedente tamen conſenſu eorum ſuperioris, validè dimittere habitum Canonicalem, illumque Clericorum ſacularium aſſumere, idque etſi idem Superior ei concedere nulliter, & injuſtè recuſaſſet.*

Tertiò dicebatur, quòd ſaltem juſtam cauſam dederant rationes præfatæ, & uſus, ut dictus recurrens, non teneatur habitum dimiſſum reaſſumere, juxta præſcriptum Sacr. Concil. Trident. *cit. cap.19. ſeſſ.25. de Regularibus*, quòd iſti non poſſit, quis audiri ſuper nullitate ejus profeſſionis, niſi habitu reaſſumpto, & in Clauſtris permanendo; hinc Barboſ. *ibid. num.25.* dixit, eſſe id intelligendum, quando habitum temerè, & abſque cauſa dimiſit, ac proindè ſi haberet juſtam cauſam dimittendi eum, debere audiri, Navarr. *tom.2. commentar.4. de Regul. num.78.* Bonacin. *tom.1. titul. de Clauſ. & pœnis viol. quaſt.2. punct.10. diff.3. num.1.* ibi: *Concilium loqui de ſpontè dimittente, ſecùs ſi non ſpontè, & juxta cauſa*, Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.3. diſp.6. quaſt.26. numer.2.* Rota *deciſ.60. num.18.* poſt Vivian. *de Jur. patr. & deciſ.552. coram Ubaldo* ibi: *Ceſſare dictam diſpoſitionem, ſi non eſſet temerarius receſſus; Et cum licentia Superiorum.* Verùm laudata *Congregatio Concilii in dicta cauſa Bononien. ſub die prima Septembris* 1685. reſcripſit: *P. Odoardum Malvaſiam non poſſe audiri ſuper reſtitutione in integrum pratenſa nullitatis ſua profeſſionis, niſi in Clauſtris, & reaſſumpto habitu*, & acriter deindè informante dicto P. Odoardo *die quarta Junii* 1689. propoſito Dubio: An ille poſſet audiri extra Clauſtra, & in habitu Clerici ſæcularis, reſpondit: *Negativè, & in deciſis ſub die prima Septembris* 1685. & repropoſita cauſa *die* 26. *Novembris* 1689. reſcriptum extitit: *In deciſis.*

Opinor itaque motiva reſolutionum fuiſſe, quia, quoad primum objectum, capacitatis hujuſmodi Canonicorum Regularium obtinendi beneficia ſæcularia curata, & ſimplicia cum ſola licentia Superiorum Ordinis, verè non ſubſiſtere; nam circa hoc latè dixi *tom.2. Conſtit.* 1. Anaſtaſii IV. *ſect.* 1. *num.30. & ſeq. pag.9. & ſeqq.* ubi de incapacitate hujuſmodi Canonicorum Regularium beneficiorum ſimplicium ſæcularium, etiam de jure communi, & quoad curata de hoc jure eos eſſe capaces, juxta *cap. Quod Dei timorem de ſtatu Monach.* ſed dubium aderat, an ex vi Concilii, vel ex decreto ſupradicto ſub *Gregorio XIII.* aliqua eveniſſet prohibitio, ibique adduxi varias DD. ſententias, & motiva hinc inde urgentia; ſed prohibitio extra dubitationem fuit ex dicto decreto *Congregationis Epiſcoporum, & Regularium* ſub *Papa Clemente X. anno* 1671. comprobato per Rotam, & alias reſolutiones Congregationum, & uſum obtinendi diſpenſationes Apoſtolicas pro obtinendis præfatis beneficiis curatis.

In quo decreto notandum, veram fuiſſe controverſiam circa hanc capacitatem ante dictum *decretum*, ex varietate opinionum, & decretorum acceptione, ac uſu, ut in proœmio, ſed per viam legis generalis *Clemens* voluit providere ſuper dicta incapacitate

ſine

Digitized by Google

ſine Apoſtolico Indulto; & ratio finalis fuit univerſalis pro omnibus Canonicis Regularibus, etſi motivum fuiſſet in caſu propoſito Canonicorum Lateranenſium; imò urget potiùs pro illis Sancti Salvatoris, ac aliis, qui habent majorem qualitatem Regularem, quàm Lateranenſes, qui potiùs de Clero ſæculari participant, ut latè dixi *cit. loc. nu.*40. §. *Evaneſcit*, & apud Monacel. *form. leg. part.*1. *in append. pag.*315. *& ſeqq.* In hac materia eadem Congregatio Concilii in *Placentina præſentationis* 14. *Novembris* 1693. conceſſit Indultum Canonico Regulari obtinendi Parochialem ſæcularem, ſed additum fuit, ut unirentur decreta, & cauſæ ſuper capacitate, vel incapacitate Canonicorum Regularium, cum licentia ſolius Generalis, beneficiorum omnium ſæcularium, & proponeretur cauſa citatis omnibus Procuratoribus Generalibus Congregationum eorum; quam reſolutionem Papa Innocent. XII. approbavit *per Breve tom.*43. *Decret. pag.* 549. *à tergo*. Et annis præteritis recurrentibus Procuratoribus Generalibus ſanctæ memoriæ Clementi XI. iſte demandavit, ut Congregatio Concilii examinaret in puncto juris, Concilii Tridentini, & ex vi profeſſionis, & inſtituti dictorum Canonicorum independenter ab omnibus reſolutionibus, & decretis Sacrarum Congregationum, Judicatis Tribunalium, reſcriptis, & oraculis Summorum Pontificum favorabilibus, & contrariis à tempore Gregorii XIII. An dicti Canonici ſint capaces beneficiorum curatorum, & Canonicatuum ſæcularium, *ſub die* 30. *Aprilis* 1713. fuitque luculenter ſcriptum, ſed uſque adhuc dubium non fuit propoſitum; Imò eadem Congregatio Concilii denegavit Canonico Regulari Sancti Salvatoris, ut poſſet aſſumi ad Parochialem ſæcularem, licèt inſtante Epiſcopo Nucerino Ordinario, etſi interceſſiſſet informatio Procuratoris Generalis, habuiſſe licentiam à ſuis Superioribus; & prætendit id licere, juxta eorum inſtitutum, in una *Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris* 17. *Julii* 1723. Et in una *Bononien. Indulti* 18. *Septembris* 1723. collato Canonicatu Metropolitanæ Bononienſis per Cardinalem Archiepiſcopum Canonico Regulari Lateranenſi, fuit appoſita clauſula, *dummodo ſuorum Superiorum accederet licentia, & Sedis Apoſtolicæ Indultum*; pro quo recurrente proviſo, fuit conceſſum; verùm tamen eſt, quòd in primo caſu agebatur de tranſlato à Societate Jeſu ad Canonicos Regulares Salvatoris, cui obſtare quoque videbatur Concilium Tridentinum *ſeſſ.*14. *de reform. cap.*11. ubi habetur, quod *Tranſlatus, etiamſi Canonicorum Regularium fuerit, ad beneficia ſæcularia, etiam curata, omninò incapax exiſtat*, ut dixi *citato tom.*2. *pag.*12. §. *Fundamenta*, Pignatel. *conſult.*44. *numer.*20. *& ſeqq. tom.*1. *Clericat. diſcord.*11. *de regul. num.*14. & de iſta voluntate Concilii, ut quicumque tranſlatus incapax ſit, loquitur Rota *deciſ.*360. *nu.*20. *coram Bichio*, itaut non ſubſiſtat, quòd Concilium procedat de Canonico Regulari tranſlato ad aliam Religionem, non autem de Regulari alterius Religionis ad illos tranſlato, Pennot. *cit. lib.*2. *cap.*72. *num.*5. Tamburin. *cit. diſp.*9. *quæſt.*8. *num.*11. Sicque videntur in dictis caſibus, & in aliis hìc omittendis, recurriſſe hujuſmodi Canonicos ad Sedem Apoſtolicam pro Indulto obtinendi beneficia ſæcularia, etiam curata; idque conceſſum, aut denegatum, juxta neceſſitatem, & facti circumſtantias, faciliùſque in Curatis permittitur.

5 Quoad rurſus delationem habitus ab his Canonicis ſervandam, qui obtinent Beneficia prælata ſæcularia, poſſet dici, deberi uti proprio habitu Religionis, & videtur idem ſenſiſſe *Sac. Congregat. Epiſcorum* 24. *Auguſti* 1628. quam refert Pignatel. *tom.* 1. *conſul.* 44. *num.* 25. Nicol. *in floſ. ver. Regulares numer.*25. ibi: *La Sagra Congregazione venendo ragguagliata, che con licenza di V. P. ſe ne ſtia in Parma in abito di Prete Secolare, D. Pier Franceſco Peratti contro la diſpoſizione del Decreto della ſan. mem. di Clemente VIII. innovato da Noſtro Signore, ſotto preteſto di ritener un Beneficio ſemplice di Juſpadronato di Caſa ſua, mi ha ordinato di ſcriverle, che ella in ogni modo lo faccia ſubbito ritornare alli Clauſtri, e dimettere la detenzione dell'iſteſſo beneficio, e che per l'avvenire V. P. ſi guardi molto bene d'incorrere più in ſimile errore con dare detta licenza ad alcun altro Canonico ſotto colore di ritenere Benefici Eccleſiaſtici, e Secolari.* Et benè Gonzal. *cap. Quod Dei timorem de ſtat. Monach. nu.*6. §. *Nec etiam obſtat*, Textus *in dicto cap. Super eo, de Regul. Nam ibi agit Summus Pontifex de illis Religioſis, qui poſt ſuſceptum habitum profeſſionis, intendunt illum dimittere, & in Eccleſia deſervire etiam in habitu Clericali ſæculari; quod omninò improbat Pontifex: at Canonici Regulares, retento eodem habitu, & obſervata vita regulari, poſſunt Eccleſiis ſæcularibus præfici; unde nulla eſt deſertio proprii habitus, ſeu profeſſionis. Nec tandem obſtat Textus in cap. Ad audientiam* 4. *de Cappell. Monach. Nam Honorius in ejus ſpecie, agit de Monachis, prohibitis in Concilio Lateranenſi relat. in cap.* 2. *de ſtat. Monach. extra Monaſterium vivere: Sed Canonici Regulares non comprehenduntur prædicta prohibitione Concilii Lateranenſis, ut Innocentius in præſenti declaravit: Igitur Honorius III. non eſt exaudiendus de ipſis Canonicis Regularibus*: Regulares enim, etiam perpetuò promoti ad Parochiales, tenentur deferre habitum ſuæ Religionis, Sanchez *ad præcepta Decalogi lib.*6. *cap.*6. *num.*36. Rodriquez *quæſt. Regular. tom.*1. *quæſt.*34. *num.*6. *verſic. In omni tamen caſu*, Murga *de benefic. quæſt.*2. *numer.*277. *in fin. & num.*289. & quando per Summos Pontifices diſpenſantur, ſemper additur Clauſula: *Habitu retento regulari*, Corradin. *in praxi diſp. lib.*6. *cap.*1. *num.* 23. ubi loqui videtur etiam de Canonico regulari diſpenſato; & facit Fagnan. *cit. cap. Quòd Dei timorem num.* 10. quòd Monachi, & Canonici Regulares eodem Jure cenſeri debent, præſertim cum hodie dicti Canonici, Regulares ex eorum vita, & ordinationibus dici debeant, ut *ſupra ego etiam dixi tom.*2. *loco citato*, & innuitur in adducto Decreto *Clementis X. in proœmio*; imò in adducta Bulla *Leonis X. la.*34. fuit *permiſſus uſus habitus violacei Epiſcoporum ſæcularium Canonicis Regularibus promotis ad Epiſcopatus*; quæ permiſſio fundata fuit in uſu, & conſuetudine ſervata in pluribus locis, & etiam in Cappella Pontificia; & ſi dubium excitatum fuerat an de Jure, vel conſuetudine id deveniret. Sicque fuit nova conceſſio, in Jure non fundata, ſed in uſu, imò non univoco; hinc cum in *cap. Quod Dei timorem cit.* dicatur, quòd ſi commodè fieri poſſit, teneatur Canonicus Parochus Sæcularis retinere Socium, indè infertur neceſſariò ambos teneri deferre habitum. *Et in cit. Decreto Clementis X*: idem præſcribitur quoad Socium retinendum. *Sed in Sacra Congregatione Concilii in Firmana*, cùm quidam Canonicus regularis Lateranenſis obtinuiſſet Indultum Apoſtolicum retinendi beneficium Parochiale cum Clauſula, *ſervata forma Decretis Clementis X.* ſupradicti, dubitatum fuit an teneatur deferre habitum Regularem Congregationis Lateranenſis, tàm in functionibus Eccleſiaſticis, quàm extra Eccleſiam; nec non Secundò an eidem competat regreſſus, ſeù reintegratio ad bona renunciata occaſione profeſſionis in dicta Congregatione? *Congregatio* cenſuit 23. *Maii* 1722. *Ad primum. Ad mentem, ut ſervaretur ſolitum. Ad ſecundum, Affirmativè quoad uſum tantum*. Et verè quoad habitus retentionem, ſolitum erat, ut ſupra fuit dictum, non deferri, nec in *Decreto Clementino* imponitur; ſed ſolùm ad formam *cit. cap. Quod Dei timorem*, ſi commodè fieri poſſet, retineretur Socius. Sed cum etiam hic uſus deſueverit, indeque etiam habitus forſan retentio non fuit adhibita; quòdque tamen habet locum, eo magis ſi agatur de beneficio ſimplici, & de Canonicatu in Cathedrali, quia non convenit habitus regularis talia obtinentibus. Si tamen ageretur de Parochiali unita Monaſterio, tunc, & habitus, & Socius retineri

debent,

Digitized by Google

debent; quia beneficium dicitur regulare, adminiſtrandum ex permiſſione Apoſtolica per ipſos Canonicos principalis Monaſterii, Fagnan. *cit. num.* 14. *& ſeq.* Murga *ad Conſtit. Apoſtol. deciſ.* 11. *num.* 3. *& ſeq. & in addit. num.* 2. ubi quòd Socius debet retineri in Parochiali unita Monaſterio dictorum Canonicorum Regularium. Quoad ſecundum dubium in *dicta Firmana*, quod putavi referre, utpotè faciens ad rem Canonicorum iſtorum, proviſorum de Beneficiis Sæcularibus, motivum fuit, hos per aſſecutionem Beneficii Curati, non remanſiſſe liberatos à Voto paupertatis, juxta *Conſtitut.* Benedicti XII. *la.* 6. *tom.* 1. *Bullarii* §. 32.

Demùm quoad tertiam difficultatem propoſitam in dicta Cauſa *Bononien. P. Malvaſia*, ratio denegandi audientiam ſuper nullitate profeſſionis, niſi reaſſumpto habitu, & reditu facto ad Clauſtra, ut demandat Concilium, fuit; nam quidquid ſit de exitu illius cum beneficio ſimplici, & licentia Generalis, an ſubſtineretur; quòdque ſine habitu potuiſſet permanere; tamen ſi velit agere pro nullitate profeſſionis, debet ſe veſtire Veſte nuptiali, ſine qua non valet cau-
6 ſam illam intentare, juxta Concilium, & Doctores citatos ſupra in objecto, quòd in caſu neceſſitatis licet eam conditionem non adimplere; nam intelligi debet, ſi non valeat adire Judicem, niſi ſine habitu, nec tutus ſit redire ad Clauſtra; in quo ſecundo caſu, ſolet per Sacram Congregationem reponi in Monaſterio alterius Religionis, & permittitur, ut audiatur, ſi dimiſerit temerè habitum, dummodò ſemper eum reaſſumat, Barboſa *alleg.* 104. *de poteſt. Epiſcop. tom.* 2. *num.* 14. Tamburin. *de Jure Abb. tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 26. *num.* 4. Donat. *rer. Regul. tom.* 2. *par.* 2. *tract.* 12. *quæſt.* 23. *nu.* 3. Paſqual. ad Laur. de Franch. *par.* 1. *num.* 27. §. *Quando autem*. Secùs eſt, quòd juſta cauſa, & probabilis, ut eſſet illa licentia Generalis habendi beneficium ſæculare, & aſſumendi habitum ſæcularem, excuſet ab Apoſtaſia, juxta quæ ſunt recipienda præfata in objecto, & Rota *deciſ.* 552. *coram Ubaldo*.

7 Delatio habitus Regularibus nedùm fuit injuncta, ut dixi; ſed per ejus delationem inducitur tacita profeſſio ſolemnis. Solemnis enim profeſſio, quæ idem eſt ac ſolemnis promiſſio, & dedicatio certæ Religioni, Archid. *cap.* 1. *in initio de Regular. in* 6. duplici modo, diviſione principali facta, emitti poteſt; expreſſa, & tacitè, itaut una dicatur expreſſa
8 profeſſio, altera tacita; *cap. Non ſolum de Regul. in* 6. *& cap. unic. de Voto in* 6. *& infraſcriptis Canonibus citandis*, ubi de utraque fit mentio, Hoſtienſ. *cap. Inſinuante, qui Cler. vel vov.* Expreſſa, quæ vera, & realis dicitur, eſt, quæ fit certa exhibitione, & promiſſione votorum, coram habente facultatem recipiendi profeſſuros ad profeſſionem in Religione; quæque fieri poteſt, vel verbis certa formula conceptis, *cap. dudum de conv. Conjug.* vel ſcripto, *Canon. Vidua* 20. *quæſt.* 1. aut etiam nutu, ut in muto, & ſurdo à nativitate, nam ſatis eſt exprimi voluntatem ejus expreſsè, eo modo, quo permiſſum fuerit, cum nullibi cautum fuerit verba eſſe ad id neceſſaria; ſicuti matrimonium carnale contrahi poteſt per nutus, ut poſt alios advertit Fagnan. *cap. Vidua num.* 14. *de Regular.* & de pluribus modis profeſſionis expreſſæ plenè Lap. *alleg.* 129. *per tot.* Tacita profeſſio eſt, quæ emittitur ſine voce, aut aliqua expreſſione, aut ſcriptura, quòd importat ipſum nomen Tacitæ; & tribus modis univer-
9 ſalioribus induci poteſt; quos ſparſim Doctores referunt, & colligit latè Fagnan. *cit. cap. Vidua num.* 15. *& ſeq.* ubi de exercitio actuum profeſſorum, *& cap. Quia ingredientibus de teſtamentis*, ubi alia ejus Commentaria indicat ad materiam. Inter quos modos eſt habitus delatio per annum, & ultra; qui habitus debet eſſe indiſtinctus ab illo profeſſorum; & quomodò talis diſtinctio, & habitus ſumptio teneri debeat, Gloſſ. *in Clement. eos, ver. deinceps de Regul.* & Abb. *in dicta Clement. eos*, & latè Fagnan. *in cap. Statuimus de Regul. & cap. Quia ingredientibus de teſtam.* De iſta etenim tacita profeſſione plures adſunt jura Canonica de ea ſcientia mentionem, *cap. Ut periculoſa ne Cleric. vel Monach. in* 6. ubi quòd, ne de cætero aliquis quamcumque Religionem tacitè, vel expreſsè profeſſus, habitum ſuæ Religionis dimittat, *cap. Super eo de Regularibus*, quòd recipiens habitum ſuæ Religionis, non poſſit redire ad ſæculum, ne contra votum, quòd Domino fecerit venire prohibetur; unde ſupponit quòd profeſſionem ille expreſſam non emiſiſſet; & tamen per delationem habitus, teneri in Religione permanere; & votum in ea emiſiſſe ibi ſupponitur, ſcilicet per tacitam profeſſionem, Gloſſ. *ibid. ver. ſuſceperunt, ſcilicet habitum eo animo, ut ad ſæculum non redirent, nulla facta ſibi profeſſione: & ver. Votum: quo renunciaverunt ſæculo generaliter, nondum facta profeſſione*, & in *Summa Textus* dicitur: *Qui recipit habitum profeſſorum, ubi diſtincti ſunt habitus, compellitur ibi, vel alibi eſſe Religioſus. Sed ſi recipit habitum Novitiorum, poteſt ad ſæculum redire, & cap. Ex parte de Regular. ubi Gloſ. ver. Per annum, cap. Ad Apoſtolicam eod. tit. cap.* 1. *de Regul. in* 6. ubi quòd ſine profeſſione expreſſa, quis Religioſus habetur per delationem habitus profeſſorum, *& in Clement.* 2. *de Regul.* ubi *gloſ. ver. deinceps*. Et tacitam profeſſionem admittunt, modumque præſcribunt *cap.* 1. *de Regul. in* 6. *Clement. fin. eod. tit. cap. Vidua de Reg. aliique Textus*; & de hac tacita, ac modo eam inducendi per aſſumptionem habitus, & cujus; & an inducatur per aſſumptionem habitus Novitiorum, aut per exercitium actuum profeſſorum DD. egerunt, præſertim Fagnan. *cit. cap. Vidua, cap. Quia ingredientibus, & alibi*, Paſſerin. *de ſtatu hom. tom.* 3. *quæſt.* 189. *art.* 10. *inſpect.* 6. Sanchez *in precept. Decal. lib.* 5. *cap.* 3. Honded. *conſ.* 78. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 39. *coram Carillo*, & plenè in *deciſ.* 952. *&* 983. *coram*
Emerix Juniore. Nec ei derogavit Concilium Tridentinum, quòd ſolùm ſuperaddere dici debet, eam non 10
indui, niſi expletus fuerit annus novitiatus, & completis ſexdecim annis ætatis; quòd præſcripſit generaliter ſervandum in omnibus profeſſionibus, & ſic etiam in tacitis *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Regularibus*, Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *libr.* 12. *cap.* 4. *quæſt.* 6. Gratian. *diſcept. for. tom.* 4. *cap.* 640. *num.* 34. Fagnan. *in cap. Significatum num.* 18. *& ſeq. & cap. Vidua num.* 30. *ver. Quinta conditio, & num.* 39. *de Regular. & cap. Quia ingredientibus num.* 44. *de Teſtam.* Rota *deciſ.* 385. *num. fin. & in addit. num.* 6. *cor. Ludoviſ. dec.* 189. *num.* 2. *& ſeq. coram Ubald. tom.* 1. & plenè Rota *deciſ.* 952. *num.* 3. *coram Emerix. Jun.*

Pro inducenda iſta tacita profeſſione ſatis eſt, ut 11
profeſſus deferat habitum profeſſorum; ac in præſenti, ut dixi, cùm per novum jus *Concilii Tridentini*; inducatur neceſſitas permanendi in Novitiatu per annum ante profeſſionem, inde fit, ut tacita profeſſio nunc requirat delationem per annum, & ultra, ut compleatur annus Novitiatus à *Concilio* præceptus, ut ſupra dixi, & innuit etiam, Barboſ. *cit. cap.* 1. *de Regul. in* 6. *num.* 3.

Sicuti requiritur, ut habitus deferatur in Monaſte- 12
rio, itaut per quodcumque temporis ſpatium, ſi deferatur habitus extra Monaſterium, nunquam inducitur tacita iſta profeſſio, Barboſ. *citat. num.* 5. Fagnan. *cit. cap. Vidua num.* 18. *de Regular. & cap. Inſinuante nu.* 3. *qui Clerici, vel Monachi*, ea ratione quia non cenſetur aſſumpto habitus facta animo profitendi; nam, ſi profiteri voluiſſet, intra Monaſterium geſſiſſet eum, & ad illud ingreſſus eſſet. Ita etiam requiritur, quòd geſtet habitum profeſſorum, & illum aſſumat, ſcientibus, & conſentientibus Superioribus Religionis, ad quos ſpectat aſſumere in ſuos correligioſos, profeſſuros. Et ſicuti ad expreſſam profeſſionem 13
requiritur expreſſus conſenſus; ita requiritur tacitus in eo, qui tacitam profeſſionem emittit; quia profeſſio eſt quidam contractus inter profeſſum ſe devoventem, & Religionem acceptantem eum, ut poſt alios de communi dixit Fagnan. *cit. cap. Vidua n.* 31. *& cap. Porrectum in ultim. notab. de Regul.* Gratian. *cit. diſc.* 440. *num.* 18. *&* 19. Barboſ. *cit. num.* 4. Donat.

de Re

de Regul. tom.2, tract.9. de Nov. recept, quæſt, 2. & tom.4. tract.9. quæſt. 10. Paſſerin. *cit. tom.3. quæſt.*18!, *inſp.*1. *num.*12. *cap. final. ubi gloſſ. de Regul. in* 6. & *cap. Ea naſcitur de his, quæ fiunt à Prælatis*, Ricc. *part.*4. *reſol.*244. *per tot.* Add. ad Ludoviſ. *deciſ.*385, *num.*6. *deciſ.*377. *num.*7. *coram Ubalde*; ubi de Moniali non recipiente habitum profeſſorum coram Superioriſſa, & Monialibus Monaſterii, quòd non diceretur taciṫe profeſſa; Requiritur quoque animus pro-
14 fitendi in taciṫe etiam profeſſuro in delatione habitus, & actibus profeſſorum exercendis, ſicuti requiritur in expreſsè profitente, Barboſ. *cit. num.*7. Navar. *Comm.*4. *num.*75. *de Regular.* Sanchez *in præcept. Decalog. tom.*2. *lib.*5. *cap.*3. *num.*27. ubi quod non ſufficit conſenſus negativus, ſed requiritur poſitivus, Fagnan. *cit. cap. Vidua num.*30. *verſ. Quarta conditio*, Paſſerin. *cit. art.* 10. *inſp.* 8. *num.* 375, & alii concordantes apud *cit. deciſ.*952. *num.*8. & 19. *cor. Emerix.*
15 *Jun.* Verùm, cùm iſta habitus indiſtincti cum profeſſis per annum delatio importet præſumptionem Juris, & de Jure, quod animo profitendi id egerit, eum aſſumendo, ac retinendo per annum, Gloſſ. *ver. per annum, cap. Ex parte de Regular.* ideò exceptio iſta eſſet in Judicio levis, & non admittenda; nec debet audiri aſſerens, ipſum non habuiſſe voluntatem profitendi, etſi probare id vellet Juramento, *cap. Vidua de Regul.* Fagnan. *ibid. notab. ultim. num.*9. & 10. & *num.*3. Rota *deciſ.*579. *num.*3. *par.*1. *recent.* & *cit. deciſ.*952. *num.*19. *cor. Emerix.* Verùm id procedit, quòd non admittatur probatio directa contra dictum Juris præſumptionem, ſi ſcilicet vellet probare profeſſus, ſe non habuiſſe animum profitendi, at admitti debet probatio indirecta, Fagnan. *cit. cap. Vidua num.*11. *de Regular.* & *cap. Significatum num.*17. & 40. *eodem tit.* ſi ſcilicet probare vellet, ſe fuiſſe coactum, vel dolo, & circumventione deceptum à Superioribus Regularibus, & ſe hoc modo perpetuò alligaturum non fuiſſe Religioni, vel, ſi ſe proteſtavit, nolle ſe ligari; Rota *deciſ.*552. *num.*8. & 15. *coram Ubaldo*, quia actus ille delationis habitus, imò exercitium actuum profeſſorum in illis circumſtantiis dicitur materialiter factus, & geſtus, & non formaliter, & ſic non inductivus obligationis; hinc metus reverentialis parentum annullat profeſſionem tacitam,
16 licèt non reddat nullam expreſſam, Rota *cit. deciſ.* 952. *num.* 11. *coram Emerix Junior.* quia ut advertitur *in dicta deciſ.* magis favorabiliter proceditur in profeſſione tacita, qua tacitè, & per ſubintellectum Juris ſe obligare cogitur profeſſus, quàm in profeſſione expreſſa, qua clarè, & expreſsè profeſſus ſe obligare dicit.

47 Sed numquid prætendi valeat nulla hæc profeſſio tacita, ſi quis permanſerit ultra annum in habitu profeſſorum, actuſque eorum exercuiſset poſt emiſsam profeſſionem expreſsam nullam? Et quidem negativa opinio eſt apud aliquos Auctores, quam firmavit luculenter, Fagnan. *in cap. Significatum de Regular.* ex mente, & pluribus relatis reſolutionibus *Sacr. Congregat. Concilii*, latè materiam examinando, Textibus Canoniſtis, & rationibus, quæ tranſcribere non duxi, cùm videri valeant ipſum, ne protrahamus Commentarium alienis laboribus, & ad alia non properemus. Et in famigeratam in Curia cauſa *Mediolanen. Nullitatis profeſſionis P. Foppa Congregationis Olivetanæ*, qui emiſerat profeſſionem in ea, ante ætatem ſexdecim annorum requiſitam à Concilio, producta erronea atteſtatione Parochi, de qua ignarus dictus Religioſus, emiſit profeſſionem ſub credulitate, ſe eſse in ætate requiſita; ac continuavit in Religione per aliquos annos, exercendo quoque actus ſolis profeſſis competentes; cùmque ad ejus notitiam perveniſset dicta nullitas profeſſionis ex defectu ætatis, prætendit ſuam profeſſionem fuiſse nullam, & coram Ordinario, & Superiore Religionis obtinuit ſententiam nullitatis. Verùm, quia fuerat elapſum quinquennium à die profeſſionis *Sacr. Congr. Concil.* nulla habita ratione dictæ ſententiæ, non impetrata reſtitutione in integrum à Sede Apoſtolica, mandavit, quòd reaſsumpto habitu per dictum Oratorem, diſputaretur dubium, an reſtitutio eſset danda, quæ *Congregatio* bis denegavit illi reſtitutionem in integrum, habita dicta ejus profeſſione tacita pro valida, uti facta per delationem habitus ultra annum, & tempore quo jam legitimam ætatem expleverat, etſi ignoraſset nullitatem expreſsæ in *Mediolanenſi* 22. *Septembris* 1685. & 27. *Aprilis* 1686. ſed eadem *Congregatio die* 10. *Maii* 1687. recedendo à deciſis reſolvit ad favorem Religioſi pro reſtitutione in integrum, quod confirmavit ſan. mem. Innocentius XI. ita tamen, ut cauſa ſuper nullitate reſolveretur in eadem Congregatione, non coram Ordinario, ut maturiùs, id expleretur in articulo gravi; & diſcuſsa cauſa in dicta Congregatione ſub dubio, an conſtaret de nullitate profeſſionis *die* 10. *Aprilis* 1688. reſcriptum fuit: *Conſtare de nullitate, & referendum Sanctiſſimo*, qui eidem Innocentius demandavit, ut reproponeretur, ſigillatim vocatis omnibus dictæ Congregationis Cardinalibus, & nulla fuit tunc capta reſolutio.

At, quia plures ex Eminentiſſimis PP. in dicta *Mediolanenſi* pro negativa fuerunt, ducti doctrina Fagnani verſati in his materiis, & ex declarationibus quibuſdam Congregationis adductis, quòd non requiratur ſcientia nullitatis profeſſionis expreſsæ in profeſsuro tacitè, quæ ſtatim inducitur per delationem annualem habitus, & exercitium actuum profeſsorum; ideò ſancta memoria Alexander VIII. ſucceſsor Innocentii demandavit, ut Congregatio procederet cum voto Rotæ; in qua propoſita cauſa, nempè *die* 3. *Martii* 1690. reſolutum fuit: *Conſtare de nullitate profeſſionis*, & iterum ſub *die* 26. *Junii dicti anni*, ut ex *deciſ.*952. & 983. *coram Emer. Jun.* juxta quas deciſiones fuit extenſum votum Rotale, quòd approbatum fuit per dictam Sacram Congregationem, ac ita executum. At in ſimili caſu cujuſdam Religioſi, inter Clericos Regulares Minores profeſſi expreſsè per biennium, & ultra, ante ætatem legitimam, qui continuavit in Religione poſt ætatem ultra quinquennium, recipiendo Ordines, & ſic tacitè profeſſi, abſque ſcientia dictæ nullitatis in expreſsa, *Congregatio prædicta in Romana reſtitutionis in integrum* 7. *Junii* 1687. denegavit eam, & ſub *die* 10. *Januarii* 1688. reſcripſit: *In deciſis*; Itidem in *Ariminen.* 3. *Auguſti* 1686. & *Florentina* 11. *Januarii* 1687. non attenta prætenſa ignorantia nullitatis expreſsæ profeſſionis.

Opinionem à Fagnano latiſſimè comprobatam, ut 18
dixi, quòd non detur tacita profeſſio ratificativa primæ expreſsæ, nulliter emiſsæ, niſi agnita per profeſsum nullitate illius tenent quoque Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.*3. *alleg.*104. *num.*19. Antonel. *de tempore legali lib.*2. *cap.*63. *num.*3. Diana *reſol. moral. par.*6. *tract.* 7. *reſol.* 56. *in fin.* Ventrigl. *tom.* 1. *annot.* 47. §. *unico num.*30. Spada *conſ.*94. *lib.*3. Hurtad *de reſidentia tom.*2. *lib.*2. *reſol.*8. Pignatel. *conſult.*88. *num.*5. & *conſult.*146. *num.*53. *libr.*1. Panimol. *deciſ.*29. *annot.*3. *num.*3. plenè Rota *dec.*39. *num.*15. & *ſeqq.* & *dec.*178. *num.*24. & *ſeqq. coram Carillo*, in quibus firmatur, quòd ad inducendam profeſſionem tacitam, deſumptam ex habitu retento per annum, & ex actibus profeſsorum factis in Monaſterio, non requiratur, quòd Profeſsus ſciverit nullitatem profeſſionis præcedentis, ut aliter non cenſeretur inducta ratificatio profeſſionis expreſsæ, nulliter factæ, prout tenent aliqui Doctores, & Rota *citat. deciſ. coram Emerix*; quia prædictam doctrinam, uti non tutam, Sacra Congregatio Concilii non amplectitur, ſed potiùs contrarium pluries declaravit, ut *die* 13. *Januar.* 1583. & 28. *Auguſti* 1621. *in una Romana profeſſionis*, & *die* 6. *Novembris* 1621. in alia *Romana*, ubi inhærendo declarationibus aliàs factis, cenſuit *Joannem Petrum eſſe tacitè profeſſum, & religioni adſtrictum, etiamſi non probetur ipſum habuiſſe ſcientiam individuam nullitatis profeſſionis expreſſæ ab eo priùs emiſſæ*, quas declarationes Congregationis Concilii Urbanus

Papa

Papa VIII. obſervari mandavit *1. Februarii* 1631. Et noviſſimè, ut ſupra innui, in caſu cujuſdam Religioſi inter Clericos Regulares Minores expreſsè profeſſi, ſed nulliter per biennium, & ultra, ante ætatem legitimam, quique continuavit per plures annos in Religione poſt ætatem completam, *Congregatio* prædicta denegavit reſtitutionem in integrum, etſi profeſſus ille allegaſſet ignorantiam dictæ nullitatis profeſſionis expreſſæ *in Romana reſtitutionis in integrum 7. Junii* 1687. *& ſub die* 10. *Januarii* 1688. reſcripſit; *In deciſis*. Itidem *in Ariminen.* 3. *Auguſti* 1686. *& Florentina* 11. *Januarii* 1687. Nec non in alia *Romana* 13. *Januarii* 1618. *in Larinen.* 14. *Decembr.* 1624. *Nullius* 13. *Januarii* 1583. *Romana*, *ſeù Sorana* 28. *Maii* 1578. *& in Neapolitana* 3. *Aprilis* 1621.

Iſta enim doctrina nititur authoritati *Textus in cap.*1. *de regul. in* 6. ubi, quòd non obſtante nullitate profeſſionis expreſſæ, per habitus delationem indiſtinctum à profeſſis, cenſeatur quis profeſſionem tacitam feciſſe, vel, ſi quam priùs fecerat, ratam habuiſſe videatur; Ulteriùs tacita profeſſio inducta ex delatione habitus ultra annum, & exercitio actuum profeſſorum, quæ importat præſumptionem Juris, & de Jure, ut ſupra dixi, non poteſt elidi ex ſola præſumptione præſumptæ ignorantiæ; Accedit, quòd duo in Jure reperiantur modi profitendi, expreſsè ſcilicet, & tacitè, & profeſſus in actu ſuæ profeſſionis, cenſetur velle ſe obligare Deo, utroque modo profeſſionis, & ſic etiam in tacita independenter ab expreſſa. Sicuti urget pro hac doctrina, quòd non omnis ignorantia facit involuntarium, ſed dumtaxat ignorantia, quæ dicitur antecedens, ut ſcilicet homo nollet, ſi ſciret aliquam ſpecialitatem in actu, quem facit; ſecùs autem in ignorantia, quæ dicitur concomitans; quod ſcilicet agens etiam faceret actum, ſi ei innoteſceret dicta ſpecialitas; quòdque voluntariè profitens expreſsè, ſe dicando Deo in perpetuum in Religione, cenſeri debet in tali propoſito continuare, ad illum finem, permanendo in Religione, aſſequendum, ſibi jam propoſitum, & amplexum, etſi ei deindè innoteſceret nullitas ſuæ profeſſionis expreſſæ; ut latiſſimè ratiocinatur, & comprobat Fagnan. *cit. loc.* cujus prolixa verba, & fundamenta, tàm doctè exarata, transferibenda in hoc Commentario non videntur, ne alterius laboribus utar.

19 Contrariam ſententiam, quòd ſcilicet poſita ignorantia nullitatis in profeſſione expreſſa, non inducitur tacita, ob delationem habitus indiſtincti cum Profeſſis, & exercitio actuum iis competentium, ultra annum, tenent Doctores in majori numero, tàm Theologi, quàm Canoniſtæ, ut fatetur idem Fagnan. *num.*19. *& ſeqq.* inter quos Cajetan. in Div. Thom. 2. 2. *quæſt.*189. *art.*5. Rodriquez *part.*2. *ſumm. cap.*8. *num.*5. Navar. *conſil.*23. *num.* 2. *& conſil.* 31. *numer.*4. *conſil.*89. *num.*5. *libr.*3. *& cap. Statuimus de Regular. lib.*3. *& in Manual. cap.*12. *num.*7. Leſſ. *de Juſtit. & Jur. lib.*2. *cap.*40. *dub.*7. *num.*60. Sanchez *de Matrim. lib.*1. *diſp.*16. *num.*7. *& lib.*2. *diſp.*36. *num.*3. *& libr.*7. *diſp.*37. *n.*59. Gratian. *diſcept.*440. *n.*22. Sperell. *dec.*80. *num.*30. Paſſerin. *de ſtat. hom. tom.*3. *quæſt.*189. *art.*10. *inſpect.*8. *num.*375. *& ſeq.* Card. de Luca *de Regular. diſc.* 40. *num.* 6. *& diſc.* 42. *num.* 4. *& diſc.*43. *num.*14. Rota *deciſ.*179. *num.*6. *& deciſ.*397. *num.*5. *par.*4. *rec. & deciſ.*370. *num.*10. *part.*9. *deciſ.*116. *num.*26. *& deciſ.*134. *num.*7. *&* 8. *part.*14. *deciſ.*277. *num.*13. *coram Ubaldo*, *& deciſ.*237. *num.* 23. *coram Priolo*, & alii plenè relati *in cit. deciſ. Mediolanen. Nullitatis Profeſſionis* 952. *&* 983. *coram Emerix Junior.* quæ opinio prævaluit apud ipſos, ex eò quòd jura, quæ agunt de caſu præexiſtentis profeſſionis expreſſæ nullæ, loquuntur de illius ratihabitione, ſeù ratificatione, non autem de nova tacita profeſſione poſt tempus debitum independenter à profeſſione expreſſa, *in cap. Significatum de Regul.* ibi: *Poſt decimum quartum profeſſionem à ſe prius factam ratam habuerit*, *cap. Cum Virum* 12. *eodem tit.* ibi: *Præſertim ſi ratihabitione ſecuta, quod antea geſtum fuerat, roboratur*, *cap. Sicut tenor* 15, *eodem tit. in argument.* Furioſus profitendo non obligatur, niſi factus ſanæ mentis ratum habuerit, *cap.*1. *in fin. de his, quæ vi met. cauſ.* ibi: *Si legitimè probatum fuerit, non timore mortis præfatam Mulierem Religionem intraſſe, aut quod fecit poſtmodum ratum habuiſſe*, & pleniùs *in cap.*1. *de Regul. in* 6. in quo recenſentur quinque modi profitendi. Primò, cum expreſſa profeſſione. Secundò, per ſuſceptionem habitus profeſſorum. Tertiò, expreſſa ratificatione præcedentis profeſſionis factæ. Quartò, per annalem delationem habitus indiſtincti cum Profeſſis, & per hoc profeſſionem feciſſe dicitur. Quintò, denique per tacitam ratificationem expreſſæ profeſſionis nulliter factæ, ibi: *Vel ſi quam prius fecerit, ratam habuiſſe videatur*. Iſta enim ratihabitio nequit dari, niſi agnoſcatur opus eſſe ea; quod nequit fieri, niſi agnita nullitate primæ profeſſionis expreſſæ; & requiritur animus profitentis, & ratum habentis, qui nequit in incognitum ferri, ut ratum habeat, quòd nullum apud ſe non eſt; actuſque qui fiunt à Religioſo iſto in deferendo habitum indiſtinctum, & actus profeſſorum exercendo, non ſunt directi ad tacitam profeſſionem faciendam, quod indigere ipſe non cogitat, cùm expreſſam fecerit; qua exiſtente non eſt opus nova alia profeſſione, ut latè iſta, & alia exponunt Doctores ſupradicti, & reaſſumpſit Rota *cit. deciſ.*952. *&* 983. *coram Emerix*.

Reſpondent quoque præfatæ *deciſiones* motivis adductis pro contraria opinione, quòd, etſi duo modi ſint profitendi expreſsè, vel tacitè, tamen id intelligi, ut ſinguli per ſe ſtent cum ſuis conſtitutivis ſpecialibus; Unde cùm actus poſtea facti à profeſſo nulliter in expreſſa profeſſione non ſint directi ad novam profeſſionem tacitam faciendam, ſed ſuppoſitivè ad primam expreſſam factam, ut in ſe eſt, validè; ideò nequit oriri tacita profeſſio; & cùm per modum ratihabitionis primæ nullæ expreſſæ, quod permiſſum eſt in jure *ex cit. cap.*1. *de Regul. in* 6. requiritur voluntas ratificandi, quæ præſupponit agnitionem nullitatis, aliàs eſſet ratificatio fruſtranea, & de ſubjecto non ſupponente, ideò ſine tali agnitione nequit dari iſta tacita profeſſio ratihabitiva primæ nullæ expreſſæ; & quamvis delatio habitus per annum præſumptionem inducat juris, & de jure, voluiſse profeſsurum tacitè profiteri, id importat, ut non poſsit ab eo probari directè contrarium, ſcilicet non habuiſse intentionem profitendi, ſed indirectè probare poteſt non fuiſse id voluntarium, probando metum ei incuſsum, ut dixi ſupra *num.*15. & ſic in caſu, cùm probet ſuam profeſsionem expreſsam fuiſse nullam, ex qualitate ſibi ignota, videlicet defectus ætatis, imò ei ætate legitima ſuppoſita, videtur indirectè excluſa ejus voluntas deferendo habitum, & faciendo actus profeſsorum, ratum habendi dictam profeſsionem expreſsam nullam, cujus nullitas ſibi ignota erat. Nec inducit hanc voluntatem de novo profitendi tacitè, quòd ignorantia nullitatis profeſsionis expreſsæ non ſit antecedens, ſed concomitans, itaut non reddat involuntarium, quia ſemper profiteretur Religioſus ille, etiam ſi ſciret dictam nullitatem, cùm propoſitum indefinitum habuerit profitendi validè, & ſic cenſeri non debet mutatus à ſua voluntate, eò magis quia eſset pro majori ſuo bono; nam certum eſt, finem directum profitentis fuiſse, expreſsè profiteri; nec ullum potuiſse habere reſpectum ad tacitam profeſsionem tunc non neceſsariam, nec intentam; proindeque actus ſubſequentes nullo modo poſsunt efficere, ut præſumatur voluntas ratificandi dictam expreſsam profeſsionem, quam non agnoverat nullam; nam pro ratificatione actus nulli requiritur nova voluntas in actu ratificationis, & non ſufficit præſumptio voluntatis continuationis habitæ in primo actu nullo, Suarez *de Relig. tom.*3. *lib.*7. *cap.*1. *num.*23. *&* 21. Paſserin. *de ſtatu homin. cit. inſpect.*3. *num.*15. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.*3. *inſp.*6. *qu.*17. *num.*1. & benè Rota *deciſ. cit.* 952. *num.* 19. *& ſeq. coram Emerix*; Si enim quis expreſsè voluerit ratificare

Digitized by Google

ficare profeſſionem nullam factam, certè quòd requireretur novus conſenſus ex nunc in actu ratificationis, & non ſufficeret voluntas, & conſenſus ex tunc in actu profeſſionis nullæ, habitus; ita videtur neceſſarius, pro ratificatione tacita, ex delatione habitus, & pro profeſſione tacita, ratificativa primæ expreſſæ nullæ.

Nec præfati actus profeſſorum, per annum geſti importare valent animum in profitente faciendi profeſſionem tacitam, quia actus illi geſti fuerunt non voluntariè, ut tacitam eam emitteret, ſed uti neceſſarii, & conſecutivi ad dictam profeſſionem expreſſam emiſſam.

Ad reſolutiones *Sacræ Congregationis Concilii* reſpondit Rota *in cit. Mediolanen.* quòd vel procedunt pro deneganda reſtitutione in integrum poſt lapſum quinquennii, ultra quòd prohibitum eſt audiri ſuper nullitate profeſſionis, niſi conſtiterit de cauſis; prout his concurrentibus jam fuerat conceſſa in dicta *Cauſa Mediolanen.* vel admiſſa fuit concluſio, ut non obſtante ignorantia nullitatis profeſſionis expreſſæ, inducta fuerit tacita, & proindè rata habita ea, in caſu quo, aut ignorantia verſabatur in facto proprio, & ſic præſumebatur ſcientia nullitatis, aut in caſu interrupti Novitiatus, vel non completi, aut agebatur de ignorantia juris, quæ non excuſat, uti ſi quis profeſſus, vel profeſſa allegaſſet, neſciviſſe decretum Concilii annullativum profeſſionis ante completum decimum ſextum ætatis annum; aut quòd in caſu, quo allegata fuerit ignorantia facti à profeſſo aſſerente, ſe profeſſum ante decimum ſextum annum; & ex ſola legali præſumptione ignorantiæ nullitatis profeſſionis, contendebat refundere onus probandi ſcientiam in Religionem; quòd ſecùs eſt, in eo caſu Medionalenſi, in quo ignorantia nullitatis nitebatur juſtæ, & probabili circumſtantiæ, deductæ ex fide baptiſmatis deprompta à proprio Parocho ex libro baptiſmorum, in quo loco anno *1663. diei 7. Martii*, quo die Profeſſurus erat natus, per errorem calami deſcripſerat annum 1662. quique error potuerat decipere quoſcumque, etiam cordatos Viros; & ſic juſtam credulitatem influere in profeſſurum, legitimam ætatem ipſum habere; & juxta prædictum ſenſum eſſe intelligendum decretum Urbani VIII. editum pro approbatione aliquorum ex prædictis decretis.

30 In hac re mihi videtur, quòd cautè eſt procedendum, ne detur libertas Regularibus poſt plures annos delationis habitus, & exercitii actuum profeſſorum, egrediendi à Religione, cum ſcandalo Laicorum; & è contra, ne detur jugum non legitimum voluntati profeſſionem emittentium, ut contra ſui voluntatem decepti, remaneant alligati Religioni in perpetua ſubjectione Votorum, quorum libertati *Sacri Canones*, tàm conſideratè, *& Sacr. Concil. Tridentin.* conſultum adeo voluerunt; unde diſtinguendi ſunt plures caſus; Si quis enim emiſerit profeſſionem expreſſam nullam ſcienter, cùm ei innoteſceret nullitas futuræ profeſſionis faciendæ, & voluit eam nulliter facere; & tunc, ſi poſt annum perſeveret in Religione, cum habitu indiſtincto profeſſorum, & exerceat actus eorum, cenſeri debet tacitè profeſſus, & ratam habuiſſe primam nullam; nam poſuit omnes actus conſtitutivos, juxta Jus, tacitæ profeſſionis; & voluntas ipſius profitendi elicitur, quia non reclamavit; ſolùmque ei ſuffragare valeret, ſi profeſſio nulliter facta proceſſiſſet ex cauſa metus incuſſi, quia eo caſu actus conſecutivi permanentiæ ſemper dici deberent involuntarii, durante cauſa dicti metus, & non eſſent capaces pro inducenda tacita profeſſione, ſed ceſſante dicta cauſa metus, tunc ſolùm incipit decurſus temporis anni ad profeſſionem tacitam, Sperell. *deciſ.80. num.3. verſ. Et quòd attentis, & num.4. 7. & ſeqq.* Navar. *conſ.6. num.2. verſ.3. De his, quæ vi, metuſvè*, Matthæucc. *in offic. Curiæ cap.41. num.7. §. Ad tollendam æquivoca*, Monacel. *tom.2. form.14. num.11. pag.79.* Pignatell. *conſ.173. num.105. in fin. tom.9.* Rota *deciſ.705. part.2. rec. ferè per tot.* ubi quatenus dicatur ceſſaſſe cauſam metus, ut actus profeſſuri tacitè valeant pro tacita profeſſione emittenda, vel ſi adfuiſſent reclamationes, etiam extrajudiciales inductivæ profeſſurum non habuiſſe animum profitendi, ſeù ratam habendi profeſſionem nullam expreſſam; ſed non ita paſſim iſtæ reclamationes ſufficerent, ſi non fuiſſent judiciales; cùm enim profeſſus ſciret nullitatem expreſſæ profeſſionis factæ, ſibi imputet, ſi reclamare non incœperit intra annum; & ceſſante cauſa metus etiam judicialiter, & voluerit effluere tempus, ac actus facere, juxta quos Jus inducit tacitam profeſſionem, cujus Juris diſpoſitionis ipſe ignorantiam allegare nequit, & ſic eſt præſumptio legalis, ut inducatur ex dictis actibus tacita profeſſio, & magis urget, juncta cum negativa dictæ judicialis reclamationis, & arguit eas conqueſtiones extrajudiciales fuiſſe, non veras, ſed velleitates proprias; cùm iis contrarium factum profeſſus ediderit continuando in Religione, & eo magis, ſi officia in Religione exercuerit, ſi Ordines ſuſceperit ad titulum Religionis; & in caſu nullitatis profeſſionis expreſſæ, ſibi notæ, ob eam factam in Conventu non deſignato, juxta Clement. VIII. prohibitionem, ſub pœna nullitatis, ejus, profeſſus poſt annum delationis habitus tacitè profeſſus dicitur, & ratam habuiſſe dictam profeſſionem. Ita ſi ageretur de nullitate profeſſionis inductæ à Jure, quia hoc caſu cenſetur, profeſſo eam in actu profeſſionis innotuiſſe, cùm non præſumi debeat ignorantia Juris, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, ut in terminis nullitatis prædictæ ob Conventum non deſignatum dici ignorantiam Juris, fuit reſolutum à *Sacra Congregat. Concilii in Senen. Nullitatis profeſſionis* 20. *Martii* 1694. fuitque denegata recurrenti reſtitutio in integrum; & in *Brixien. reſtitutionis in integrum 11. Septembris 1706.* & apud Pignatell. *conſult. 173. num.30. & 31. tom. 9.* Similiter dici valet in probabiliter ſciente nullitatem expreſſæ profeſſionis ex defectu ætatis, ac permanente in Religione, facit *Sacra Congregatio* prædicta quæ denegavit reſtitutionem in integrum, *in Spoletana reſtitutionis in integrum 21. Auguſti 1694.* & quòd ceſſata cauſa metus, ſi permanſerit in Religione poſt annum voluntariè, & ſine impedimento reclamandi, tacitè profeſſum fuiſſe, & poſt quinquennium præſertim non dari neque reſtitutionem in integrum ad reclamandum, *Sacra Congregatio in Meſſanen. Reſtitutionis in integrum 21. Auguſti 1706.* & in terminis reclamationis intra annum à ceſſata cauſa metus in Religioſo per annos triginta, & amplius profeſſo nulliter ob metum, eſt reſolutio, pro conceſſione reſtitutionis, *Sacra Congregatio in Lycien. 13. Septembris 1670.* & in terminis interrupti Novitiatus, & ſic nullitatis profeſſionis expreſſæ, proindè notæ ipſi profitenti, quem continuando in actibus profeſſorum, tacitè ratificaſſe, dicendum eſt, profeſſionem, ſeù aliam tacitam emiſiſſe, *Congregatio præfata in Anturpien. ſeu Ruremunden. 10. Julii 1706. & in Carinen. 14. Decembris 1624. relata à citat. deciſ. Mediolanenſ. 952. num.23.*

Si verò agatur de profeſſione expreſsè nulla, non exiſtente ſcientia nullitatis in profeſſuro, & ſine ejus dolo, & tunc ſine ſcientia dictæ nullitatis non inducitur ratificatio dictæ profeſſionis per annalem geſtationem habitus profeſſorum, ac ipſorum quoſcumque actus exercitos; quia præſumptio cedere debet veritati; & ſic præſumptio voluntatis faciendi hos actus, ut inducatur tacita profeſſio, quam facit lex, cedere debet veritati, quòd profeſsus eos actus fecerit, uti credens ſe profeſsum legitimè, & ſic neceſsariò; aliàs potuiſset puniri, & uti Apoſtata haberi, nec eſt cur debeant applicari hi actus, novæ profeſſioni, ab eo non intentæ, nec neceſsariæ; debet tamen probare talis profeſsus juſtam cauſam ſuæ ignorantiæ, quod practicatum fuit in caſu *Mediolanenſi*, ut ex dixi, circumſtantiis, in qua cauſa, etiam conquæſtiones, & ægreferentiæ fuerunt comprobatæ, eaſque feciſse profeſsum tempore permanentiæ in Religione, imò declaraſse animi ſui lætitiam, dum audivit rumorem ſuppreſſionis ſuæ Congregationis, atque noluiſse unquam

aſcendere ad Ordines, neque Minores, & primam Tonſuram. Ex his etenim animi declarationibus intra annum, ante tacitam profeſſionem inducendam, eliſa remanſit præſumptio voluntatis faciendi tacitam profeſſionem, ſeù factam nullam ratificandi, à Jure inducta, per permanentiam annalem in Religione; quæ fuit tantùm materialis, & coacta, nunquam tamen formalis, & directiva, ad voluntariè, ut requiritur, denuò profitendum tacitè, & potiùs ex dictis actibus conſtat de voluntate non profitendi, Paſſerin. *cit. art.* 10. *inſp.* 6, *num.* 279. *&* 280, Rota *deciſ.* 229. *num.* 3. *coram Carillo*, *deciſ.* 552, *num.* 18. *&* 19, *coram Ubaldo*, Add. ad Ludovil. *deciſ.* 375. *in fine*, & in *cit. deciſ.* 952, *num.* 25, *coram Emerix Jun*, & in caſu cujuſdam monialis, quæ non emiſerat profeſſionem expreſſam, ſed per triennium habitum retinuerat, & actus profeſſarum exercuerat, & deindè aufugit, quia prolatum fuit, eam in dicto triennio animi contrarietatem propalaſſe ſtatui Religioſo, *Sacra Congregatio Concilii in Aquilana profeſſionis die* 30. *Aprilis* 1697. cenſuit, *non conſtare de tacita profeſſione*, & in caſu monialis profeſſæ ante ætatem legitimam ſexdecim annorum, per annum, & in actu profeſſionis non fuit producta fides baptiſmatis, ſed Superiориſſa ſtetit aſſertioni conſanguineorum, juxta morem Monaſterii circa juſtificationem ætatis profitendarum, ſed ſtatim ac habita fuit per eam profeſſam notitia nullitatis hujus ſuæ profeſſionis, poſt nempè ſexdecim annos à ſua profeſſione, abſtinuit à præſtando ſuffragio in Capitulis monialium, & actibus profeſſarum, declarando coram pluribus animum ſuum, non velle continuare in Religione; *Sacra Congregatio Concilii in Lugdunenſi Reſtitutionis in integrum* 18. *Novembris* 1702. conceſſit dictam reſtitutionem; Et de Moniali profeſſa per duos menſes ante completum annum Novitiatus, præcedente Brevi Apoſtolicæ diſpenſationis, quæ continuavit in Monaſterio uti profeſſa per duodecim Annos, deindeque reclamavit contra profeſſionem prætenſam nullam, ex eò quòd Breve fuerat ſubreptitium, utpotè conceſſum ſub falſa aſſertiva, quod eſſet ætatis Annorum vigintitrium, & eſſet Educanda in Monaſterio per duodecim annos, *Sacra Congregatio Concilii in Neapolitana Reſtitutionis in integrum* voluit recognoſci, an adeſſent actus inducentes veriſimilem ignorantiam aſſertivæ prædictæ in profeſſa; qua non probata, *die* 17. *Maii* 1704. denegavit dictam reſtitutionem, attenta profeſſione tacita emiſſa per dictam Monialem; Ac noviſſimè in quodam profeſſo ante completum Novitiatum per aliquot dies, reclamente poſt lapſum quinquennii pro nullitate ſuæ profeſſionis, & aſſerente habuiſſe ignorantiam dictæ nullitatis; & quia viſa fuit improbabilis ea ignorantia in facto proprio non exiſtentiæ in Novitiatu per annum integrum, & ignorantia Juris nullitatis profeſſionis, non perfecto integro anno novitiatus, non ſuffragabatur, *Sacra Congregatio Concilii in Neapolitana Reſtitutionis in integrum die* 1. *Decembris* 1725. denegavit eam.

21 Sed an, quæ diximus in Profeſſo, quoad profeſſionem tacitam ratificativam expreſſæ, ut non inducatur, ſi adſit ignorantia nullitatis expreſſæ, modo quo ſupra diſtinximus, procedant quoad ipſam Religionem ratificantem, & acceptantem eam profeſſionem nullam expreſſam; Fagnan. *cit. cap. Significatum n num.* 47. *ad finem de Regular.* agit materiam, & ait: *Rationes enim, & fundamenta omnia, quibus probatum eſt, per hujuſmodi ignorantiam non impediri profeſſionem tacitam, æquè vigent, ſivè ignorantia deducatur ex parte Profeſſi, ſivè Religionis.* Undè à contrario ſenſu, ſuppoſita ſubſiſtentia contrariæ opinionis, ut ſcilicet in profeſſo requiratur ſcientia nullitatis, ita à pari videtur requiri in Religione; verum tamen eſt, quòd, ſi ignorantia deducatur ex parte Religionis, magis ſtrictè eſt procedendum, ut advertit Fagnan. *ibid. &* *num.* 49. & amplecti debet, nam, ſi nullitas procedat ex defectu ætatis, vel alterius requiſiti, ad quæ indaganda ex munere tenentur Superiores inquirere, non videntur poſſe allegare eorum turpitudinem, & non paritionem decretis Pontificiis, decernentibus ab iis inquiri tales qualitates profeſſorum; & cùm teneantur indagare factum, ſupponi debet ſcire illud, nec ignorantia admitti poteſt, ut pariter benè advertit in his terminis Fagnan. *in fine num.* 49. Si verò ageretur de nullitate inducta ob dolum profitentis, vel ex occulta qualitate annullativa ignota Religioni, & ſuper qua non debet aliundè exquirere veritatem ad præſcriptum Conſtitutionum Apoſtolicarum, ut eſſet de morbo aliquo, & ſimili; tunc benè Religio poſſet excuſari de ignorantia probabili, & intrant ea, quæ diximus de profeſſuro tacitè, ut requiratur ſcientia nullitatis expreſſæ; & proportionabiliter applicanda ſunt dicta ſuperiùs de profeſſo tacitè; Quæ verò ſubdit Fagnan. ut non requiratur in Religione ſcientia, procedit in ætate, & in aliis, ad quæ indaganda ante profeſſionem tenetur ex munere Religio, ut ſupra dixi.

Ad rem hujuſmodi tacitæ profeſſionis evenit expoſitus caſus in *Congregatione Concilii*, cujuſdam Monialis, quæ juxta morem Monaſterii emiſerat profeſſionem tempore receptionis in Monialem, quæ ibi dicitur tacita, cùm poſt quinquennium aliam, quam vocant expreſſam, emittere debebat, ac ſolebat, atque à prima reclamavit, nolens emittere ſecundam, & recurſum habuit ad *Congregationem* pro reſtitutione in integrum ob lapſum quinquennii; & fuit dubitatum, an prima profeſſio eſſet valida, & vera profeſſio expreſſa obligatoria; unde *die* 26. *Novembris* 1695. *Sacra Congregatio* demandavit, ab Epiſcopo referri, Primò; An Monialis illa expleverit integrum annum Novitiatus, antequam feciſſet prætenſam tacitam profeſſionem? Secundò; An fuerit capitulariter acceptata ante profeſſionem? Tertiò; An ejus voluntas fuerit præcedenter legitimè explorata, prævìis monitionibus? Quartò; An, & quæ formula ſit illius profeſſionis, quàm Moniales dicent tacitam & velationis, quàm dicebant expreſſam? Quintò, demùm; An inibi ſit communis reputatio, quòd ad effectum validæ profeſſionis, neceſſarius ſit interventus ſecundæ, quam vocant expreſſam? 22

Die eandem 16. *Junii* 1696. *reſponſum fuit, non eſſe concedendam reſtitutionem in integrum*, quia ex relatione conſtitit de vera forma obligatoria primæ profeſſionis, & quidem ſolemni, cum tribus votis ſubſtantialibus, conſtititque de communi, & vera opinione apud Moniales, quòd illa forma eſt obligatoria pro expreſſa profeſſione, antequam ſequeretur, & non eſſe ſecuta ſecunda ſupradicta profeſſione; & attento Novitiatu, & excluſione cujuſcumque metus non probati; Et in caſu cujuſdam Regularis tranſlati ad aliam Religionem, in qua, non facta profeſſione expreſſa, detulit habitum profeſſorum ultra annum, atque intentavit nullitatem ſuæ primæ profeſſionis declarari, utpotè metu emiſſæ; fuit per *Congregationem* tentum, quòd videretur. An eſſet concedenda reſtitutio in integrum, etſi ceſſaverit cauſa metus, ante anni lapſum delationis habitus in ſecunda Religione; *in Sulmonen. ſeù Mediolanenſi nullitatis profeſſionis* 28. *Novembris* 1693.

Sed, an dicatur nulla tacita profeſſio, prout dicitur expreſſa, ſi non fuerit emiſſa in Conventu deſignato in Monaſteriis intra Italiam, pro quibus Clemens VIII. emanavit Decretum cum declaratione annullativa profeſſionum aliter factarum *Conſt.* 83. *Bullar. tom.* 3. unde, ſi quis in Conventu non deſignato profeſſus fuerit, & ſic nulliter; an quatenus continuaverit in eadem Religione, ſeù Conventu per annum, & ultra, iſta tacita profeſſio etiam eſſet nulla? latè agit materiam, Pignatel. *conſult.* 146. *tom.* 1. & de hac re innui ſupra. Sed ſuper hac materia adeſt infraſcriptum Decretum Urbani VIII. *tom.* 15. *Decretor. pag.* 265. *&* 266. *die* 17. *Novembris* 1635. *Sanctiſſimus Dominus Noſter ob difficultates in diverſis Cauſis, & Tribunalibus, & ſignanter in Congregatione Sacra Inquiſitionis excitatas, juſſit Decre-* 23

to hujus

Digitized by Google

ré hujus Sacra Congregationie dubium decidi: An in Religione recepti, qui poſt expreſſam profeſſionem extra Monaſteria ad receptionem Novitiorum deſignata, perſeverantes in eadem Religione abſque reclamatione, ſeu proteſtatione, habitum profeſſorum geſtantes, & cætera omnia, prout alii Religioſi, ſivè Profeſſi peragentes, ſint eidem Religioni in ſpecie, vel ſaltem in genere adſtricti, non obſtantibus ſanctæ memoriæ Clement. VIII. Decretis habentibus Decretum irritans.

Super quo dubio Eminentiſſimi PP. ſatiùs duxerunt ſe abſtinere à reſolutione, & Decreto definitivo, ſed adduxerunt rationes, & motiva referenda per Secretarium Sanctiſſimi Domini Noſtri, ex quibus recepti, ut ſupra, non videntur obligati Religioni, tacitaque profeſſio in ſupradictis Decretis Clementis VIII. comprehendi. Ideoque ad tollendas in futurum controverſias, & difficultates, expedire per eumdem Sanctiſſimum fieri Decretum, ut ſupradicti recepti, & profeſſi poſt quinquennium à die hujuſmodi profeſſionis non poſſint ampliùs quoquo modo audiri, prout in cap. 19. ſeſſ. 25. de Regularibus, & qui infra quinquennium exire voluerit, & reſpectivè à Superioribus ejici, tam ipſi Profeſſi, quàm Superiores deducere teneantur eorum Jura coram hac Sacr. Congregat. Concil. & prout in Decreto per Secretarium, juxta mentem SS. latiùs extendendo, quiquidem SS. licèt adhæret opinionis, quòd tacita in dictis Decretis non comprehenderetur, nihilominus ex rationibus per Secretarium dictæ Congregationis relatis, aſſenſit editioni infraſcripti Decreti à SS. reviſi, & approbati, & ultimo loco die 4. Januarii 1636. poſt diſcuſſionem, & reviſionem generalem, & particularem Eminentiſſimorum Patrum, Sanctiſſimus Dominus Noſter Urbanus Divina Providentia Papa VIII. ad occurrendum motibus, qui poſſent in Religionibus oriri occaſione receptionis Novitiorum, & profeſſionis per eos emiſſa in Conventibus non deſignatis, contra formam Decretorum ſanctæ memoriæ Clementis VIII. de Novitiis ad habitum Regularem, & profeſſionem non admittendis, niſi in Conventibus deſignatis, audita ſuper hoc ſententia Sacræ Congregationis Concilii, declaraverit, & decrevit, hujuſmodi receptos, & profeſſos contra formam dictorum Decretorum, allegantes propterea nullitatem receptionis, & profeſſionis, non poſſe ſuper hujuſmodi nullitate poſt lapſum quinquennii à die profeſſionis, quomodo audiri. Quod ſi aliqui contra formam prædictorum Decretorum recepti, & profeſſi è Religione infra quinquennium exire, vel Superiores extra eam reſpectivè ejicere voluerint, eadem Sanctitas Suas decrevit, ut tàm ipſi Profeſſi, quàm Superiores reſpectivè teneantur jura, quæ ſibi favere viſa fuerint, priùs deducere coram eadem Sacra Congregatione Concilii, quæ ex ſpeciali etiam Suæ Sanctitatis facultate providebit. Inhibendo propterea Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Prælatis inferioribus juriſdictionem exercentibus, ac quibuſcumque Judicibus Ordinariis, & Delegatis, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus; & Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, etiam de Latere Legatis, Sediſque Apoſtolicæ Nuntiis, ne in poſterum in hoc quoquo modo ſe ingerant, abſque ſpeciali ejuſdem Sanctitatis commiſſione, ſub pœna ipſo facto incurrenda, quoad Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & Patriarchas, interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, quoad Abbates, & Prælatos inferiores, & alios Judices prædictos excommunicationis latæ ſententiæ, quo verò ad Nuntios, & ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, indignatione Sanctitatis Suæ, & pœnarum arbitrio ejuſdem imponendarum. Si verò iidem, ut ſupra, recepti, & profeſſi, juribus ſuis minimè deductis coram Sacra Congregatione Concilii, & ſine illius expreſſa licentia, è Religione exire, vel Superiores Religionis eos ejicere auſi fuerint, ipſi recepti, & profeſſi tamquàm Apoſtatæ puniantur, & pro talibus habeantur, necnon contra eoſdem, juxta formam Decreti de Regularibus Apoſtatis, & ejectis ejuſdem Sanctitatis ſuæ juſſu ab eadem Sacra Congregatione ſub die 21. Septembris 1634. editi procedatur, & Superiores, qui ejecerint, pœna ſuſpenſionis a divinis, nec non privationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebunt, & perpetuæ inhabilitatis ad ea in poſterum obtinenda, vociſque activæ, & paſſivæ ipſo facto abſque alia declaratione incurrant. Datum Romæ die 5. Januarii 1636. Ex quo decreto elicitur, ſenſum Summi illius docti Pontificis fuiſse, non comprehendi in dicto Decreto Clementino tacitas profeſſiones, qui ſenſus ſatis urget pro opinione negativa; ſed Summus ille Pontifex voluit mediam viam eligere; ut poſt quinquennium non poſſit de tali nullitate tacitæ profeſſionis opponi, cùm ex tali lapſu magis inducatur animus profitentis, velle omninò profiteri, etiam in caſu nullitatis ſuæ profeſſionis expreſſæ; & infra dictum tempus, quòd cognoſcatur cauſa à Cardinalibus Congregationi Concilii, ut juxta caſus, & ſpeciales circumſtantias facti, decidi valeat pro nullitate, vel validitate talis profeſſionis tacitæ, factæ contra formam Decretorum; & ſic generaliter non fuit facta reſolutio ſuper dubio comprehenſionis tacitæ profeſſionis vel non, ſub Decreto Clementino; & certè maxima ratione, quia ex actibus, ac tempore, poterat haberi ratio dicti conſenſus profeſſi, & Religionis, etiam poſita dicta nullitate; eò magis quia dictum Decretum eſt notum, & legi ſolet cum aliis in refectorio; unde ſi voluiſset profeſsus, benè poterat reclamare antequam laberetur tempus, & induceretur tacita profeſſio; hinc in ſupracitata Senenſis Reſtitutionis in integrum 26. Martii 1694. fuit denegata reſtitutio in integrum nulliter profeſſis in Conventu non deſignato, ſed tacitam fecerant profeſſionem, & permanſerant in Religione ultra quinquennium, non obſtante, quòd Superiores dederant licentiam exeundi à Religione, & Sacra Congregatio, in qua ſola aderat facultas, juxta dictum Decretum Urbani VIII. id decidendi, habuit profeſſionem eorum tacitam pro valida.

CONSTITUTIO X.

SIXTI IV.

Incipiens (*Dum ad univerſos.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

Nonnulla ſtatuit pro bono regimine Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſium, atque plura privilegia eidem confirmat, ac impartitur, & præſertim, ut tempore Interdicti celebrare valeant divina.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Canonicis Regularibus, qui pluries fuerunt in Baſilica Lateranenſi, & etiam remoti, ac de eorum privilegiis remiſſivè aliàs relatis.*
Sixtus IV. privilegia confirmavit in hac Conſtitutione, ibid.
2 *In hoc Commentario diſſeritur de privilegio iis conceſſo celebrandi divina tempore Interdicti localis, modo in eo privilegio contento.*
3 *Innuitur origo, & rationabilitas dictæ cenſuræ,*

& modus illius uſus, & num. ſeqq.

4 *Impoſita fuit hac cenſura pro pœna, & medicina, ac quomodo id eveniat.*

Pluresque caſus referuntur, ibidem, & numeris ſequentibus.

5 *Apponitur quoque Interdictum hoc, ut reſipiſcat Dominus Loci, vel Univerſitas, dolore, & clamoribus Populi.*

Juſta ratione ponitur ob delictum Principis, ſeu Communitatis, ibid. & num. ſeqq.

6 *Sicque potius medicina dici valet.*

7 *Ejus Sacris Canonibus, & Summorum Pontificum geſtis videtur comprobatus.*

8 *Ante tempus Alexandri Papa III. fuiſſe uſum talis cenſura.*

Referuntur alia opiniones circa originem Interdicti, ibid.

Adducuntur plures caſus, ibid. & num. ſeqq.

9 *Fit plures mentio in jure Canonico hujuſmodi cenſura uſque ad Concilium Tridentinum.*

Referuntur alii caſus, ibid.

Antiquus rigor dicta cenſura fuit moderatus in jure ipſo Canonico, ibid. & num. ſeqq.

10 *Conſtare dicitur de antiquiſſimo uſu hujus cenſura, ſed maxima moderatione, ea uti debet.*

11 *Refertur rigor diſciplina antiqua in uſu Interdicti, ac ejus moderatio facta per Summos Pontifices.*

12 *Regulares antiquitus non eximebantur ab obſervantia Interdicti per Ordinarios fulminati, imò fuerunt ii à Conciliis, & Canonibus obligati ad illud ſervandum.*

13 *Obtinuerunt ſucceſſivè privilegia Apoſtolica, ut tempore Interdicti divina in eorum Eccleſiis celebrarent.*

14 *Fuerunt revocata per Concilium Tridentinum, & Bullam Pii IV.*

15 *Revocatio procedit etiam, quoad privilegium non ſervandi Interdictum certis diebus feſtis alicujus Religionis.*

Requiritur privilegium poſt Concilium, uti habent aliqui, ibid.

16 *An tale privilegium ſit aliis Regularibus communicabile.*

1 Viciſſitudinem permanentiæ Canonicorum Regularium in Baſilica Divi Joannis in Laterano Urbis, ac ab ea diſceſſus jam retuli *tom. 1. Conſtit.* 2. Paſchalis II. eamque etiam memorat *Sixtus in hac Conſtitutione.* Cùmque ab hoc Pontifice ſtatuta firmiter fuiſſet ſubrogatio Canonicorum Sæcularium in ea Baſilica, nomen tamen, & titulum Congregationis Lateranenſium, quod habebant Canonici illi Regulares, in Eccleſia Lateranenſi commorantes, Congregationi Canonicorum Regularium ab illa amotorum, ac eadem privilegia, quibus potiebantur, confirmavit, ac denuò conceſſit, hac publicata *Conſtitutione apud S. Petrum die 23. Auguſti 1476.*

2 De Canonicis Regularibus Lateranenſibus, aliiſque, plura dixi antecedentibus Commentariis, & præſertim, ſi ſint capaces Beneficiorum Sæcularium, & aliqua circa privilegia iis conceſſa, vel in Commentariis Conſtitutionum pro Canonicis Regularibus relatarum, dictum fuit, vel in aliis Commentariis Bullarum editarum pro conceſſione ſimilium privilegiorum, explicata fuere ea privilegia, ac de aliis non explicatis occurret ſermo in Commentariis ſubſequentibus, Deodante. Limito igitur in hoc Commentario ſermonem ad privilegium conceſſum in hac *Conſtitutione* §. 15. dictis Canonicis, ut tempore Interdicti Miſſas, ac divina Officia celebrare valeant, ita tamen, quòd in locis Eccleſiaſtico Interdicto ſuppoſitis debeant Januis Clauſis, & excommunicatis expulſis, ac excluſis, non pulſatis Campanis, & ſubmiſſa voce celebrare divina, dummodò tamen ipſi Canonici cauſam non dederint Interdicto, nec contigerit eos ſpecialiter interdici, neque Eccleſiæ, & loca ipſorum fuerint interdicta. Unde agam de præfato privilegio conceſſo dictis Canonicis, & aliis Regularibus, atque dicam hic aliqua de juſto uſu, ac origine, & praxi in pluribus caſibus apud Eccleſiam hujuſmodi cenſuræ Interdicti localis. 3

Hac methodo, & Canonica coercitione uſi fuerunt Summi Pontifices, Interdicto Eccleſiaſtico ſubiiciendo Civitates, Loca, ſeu Regna; Et quidem juſta cauſa hæc Diſciplina à Sacris Canonibus & Conciliis inducta fuit. Cùm enim facto, vel Communitatis, vel Principis aliquod execrandum evenerit, juſtè imponitur dicta cenſura in Loco, & pro pœna, & quidem pro medicina ipſius Communitatis, vel Principis. In ejus quippè impoſitione videns Communitatis Caput, vel Princeps Terræ, aut Loci, Populos, ſuoſque civiles filios Sacramentorum ſolatio deſtitutos, Eccleſias divinis Officiis viduatas, corpora defunctorum in viis, ac nemoribus inſepulta jacere, pompis funeralibus, ac ſolemnitatibus Eccleſiaſticis privata, omniaque lacrymis, & mœrore eſſe plena, Populoſque ſuos, qui membra, & partes ipſius Principis ſunt, tot bonis privari; quis dixerit in ſui perſona pœnas illas Principem non luere, illorumque ſuorum membrorum calamitates in Caput ipſum Reipublicæ, ſcilicet Principem, non refluere?

Medicina ulteriùs tale Interdictum dici valet, quia hoc modo proponitur ipſi Principi gravitas ejus culpæ, ut reſipiſcat. Aliaque ratio talis diſciplinæ Eccleſiæ urget, quòd ſicuti Dominus Loci bellum infert Eccleſiæ, eamque gravi injuria afficit, ita æquum eſt, ut Eccleſia ipſa contra eum bellum refundat, armis ejus Spiritualibus illius Subditos aggrediendo, ut agnoſcant eorum Dominum hoſtem eſſe Eccleſiæ, ipſoſque vexari in deteſtationem delicti illius; unde rectè *Innocentius Papa III.* ſcribens *Decano, & Capitulo Cenomanenſi* in Gallia Celtica Provinciæ Lugdunenſis, vocat tale interdictum *nervum Eccleſiaſtica Diſciplina*, relatum *in cap. cum inter 5. de conſuetud.* & benè expreſſit *D. Auguſtinus Epiſt. 187. ad Boniſacium*, talem pœnam, & medicinam pro crimine Domini inferendam. Cùm enim Boniſacius ille Eccleſiæ vim intuliſſet, extrahendo quendam ab illa, Sanctus Epiſcopus ſic ſcripſit: *Non ut confundam te hac ſcribo, ſed ut filium chariſſimum moneo. Eccleſiam igitur illaſum revoca, quem ut irreligioſiſſimus rapuiſti. Oblatio verò Domus tua à Clericis ne ſuſcipiatur interdixi, Communionemque tibi interdico, donec peracta pro auſibus, vel errore à me definita tibimet pœnitentia, tempore ordinato, pro hoc facto, corde contrito, & humiliato, dignum offeras Sacrificium Deo*: ut refertur *in Canon. miror. 17. quæſt. 4. ubi gloſ. ibid. ver. Oblatio*, notabiliter advertit ſic: *Hoc eſt in deteſtationem Criminis ipſius, ob quod non ſolùm ipſe, ſed etiam Familia ejus prohibetur à Sacramentis*: ubi *Turrecremat. aliique Canoniſta* docent, quòd juſtè pro delicto Domini punitur interdicto Domus, Terra, & aliquando tota Provincia, & idem ſentit D. Thom. *in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 3. quæſtiunc. 2. ad 2.*

Denique apponitur interdictum hoc, ut juſto dolore populi perculſi, luctuoſis modis Domino ſuo peccati gravitatem indicent, ut reſipiſcat, ac reliquis Chriſtianis innoteſcat, quòd ipſi factum Principis improbant, ac luctuosè plangunt. Nec mirum eſt, innocentes aliquando pati pœnam peccati alterius, cujus ſunt partes, & membra; quia finis Eccleſiæ eſt punitio Domini, licèt accidentaliter Populi remaneant privati bonis Spiritualibus, & Sotus benè advertit *in 4. diſt. 22. quæſt. 3. art. primo ad 2.* quòd etſi aliqua detrimenta ex interdicto ſequantur in Divino Cultu, & devotione Populi, compenſantur tamen per neceſſitatem defendendi auctoritatem Eccleſiaſticam, *& art. 2. ejuſdem quæſt. ad 1.* videtur tenere; quòd quamquam Divina Officia, & potiſſimùm Miſſarum ſolemnia ſint de jure Divino; tamen ſingulis diebus celebrare, aut ſingulis menſibus, non tam ſtrictum jus eſt, quin poſſit Eccleſia, quando 5

ratio

ratio popoſcerit, ad aſſerendam ſuam auctoritatem, quæ etiam eſt de jure Divino, ad tempus organa ſua ſuſpendere, ad repellendas ab Eccleſiis injurias, ipſis illatas, & Suarez *de Cenſur. tom.5. diſp.36. ſect.3.* docet non referre, quòd aliqua incommoda ſequantur ex interdicto, quia non ſunt ſubſtantialia, ſed accidentalia, & propter majus bonum permitti poſſunt. Nulla enim eſt ferè medicinalis pœna, quæ non afferat aliquod detrimentum; toleratur tamen propter utilitatem medicinæ; quòdque non obſtet, quòd gravamen hujus pœnæ redundet in innocentes, quia ſatis eſt, quòd ſint partes illius Communitatis culpoſæ; tum maximè, quia, cùm Eccleſia ferre ſoleat hanc cenſuram, propter ſuam auctoritatem, & dignitatem tuendam; mirum non eſt, quòd interdum permittat privata incommoda propter hoc bonum commune, quod majus eſt; ſicque, cùm Populus ſit quædam res Domini loci, juſtè ille punitur, ut major afflictio iſti addatur, ſicuti punitur filius patris delinquentis. Et facit ad rem Gratian. *in decreto initio Cauſa 24. quæſt.3.* ubi pluribus exemplis Scripturæ Sacræ id comprobat; & licèt non poſſit unus pro aliò, nec filius pro patre, nec proindè Populus pro Domino excommunicari, quia nequit una anima pro alia ligari; tamen quoad interdictum, quod conſiſtit tantum in privatione aliquorum bonorum Eccleſiæ, poteſt, ac debet Familia, & Terra illi ſupponi in pœnam Principis delinquentis, ut benè notat *gloſs. verſ. Quod autem citat. quæſt.3. Cauſa 23.* & rectè etiam *gloſs. in cap. Reſponſo verſ. Interdicto de ſentent. excommunicat.* in in quo textu cùm Civitas Ferrarienſis fuiſſet interdicto ſuppoſita, *gloſs.* addit: *Sic ergo Civitas ſubjicitur interdicto, ſic puniuntur quandoque, qui non peccaverunt*, & contrarium dicit, *procedere in excommunicatione, non autem interdicto.*

6 Meliori autem ratione tale interdictum medicina potiùs dicitur; proindeque ſicuti pro bono ſpirituali Patris, & Domini debet filius, & Civis concurrere totis viribus, mirum non eſt ſi etiam privatione aliquorum bonorum Spiritualium, tale opus perficere debeant, illamque medicinam perutilem ejus Domino ab Eccleſia indictam patienter ſufferre, ideòque tali privatione ſervantes interdictum potiùs merentur, ac acquirunt gratiæ augmentum, obediendo Eccleſiæ, ejuſque juſtitiæ contra Dominum acquieſcendo, quia non privantur Sacramentis uti culpabiles; ſicque ea non refugiunt, ſed potiùs venerantur, cùm non recipiant ob præceptum Eccleſiæ, Angles *part.2. quæſt. de excommunication. art.6. concl.1.* Juretus *in notis ad Carnotenſem Epiſt.166.* ex Goffrido. Unde videmus Eccleſiæ preces, & Miſſas non celebrari aliquibus diebus majoris hebdomadæ, nec Sacramentum Euchariſtiæ adminiſtrari, ut oſtendatur juſtus dolor Eccleſiæ ob mortem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & deteſtetur grave peccatum Hebraicæ Gentis; cui præcepto fideles parendo, merentur.

7 Mirum igitur non eſt, ſi tot ducti rationibus Summi Pontifices, Sacri Canones, & Concilia ipſa generalia hunc nervum Eccleſiæ Diſciplinæ ſervavere, ac injunxere, ut pro delicto Domini interdictum locale apponatur in ejus Terra. Legitur enim (omiſſis aliis antiquioribus caſibus interdicti perſonalis) longè ante tempora Alexandri III. Papæ ſedentis anno 1159. qui erroneè fertur fuiſſe Auctor interdicti localis, ejus
8 uſum invaluiſſe. Nec obſtat, quòd de tali cenſura non fiat mentio *in Decreto Gratiani, nec decretalium libro*, ante tempora dicti Alexandri, quia ultra quòd plura à Gratiano omiſſa fuerunt, non accuratè facta collectione, ut alibi dixi; certum eſt colligi hujus cenſuræ uſum ante tempora Alexandri. Nec etiam comprobatur opinio illorum apud Morinum *lib.2. exercit. cap. fin.* qui originem interdicti ad annum 994. referunt, decepti verbis Ademari Monachi *in Cronich. ad annum 994.* ſcribentis; *Sæpè idem Alduinus pro nequitia Populi novam obſervantiam conſtituit, ſcilicet Eccleſias, & Monaſteria ceſſare à Divino Cultu, & Sancto Sacrificio, & Populum quaſi Paganum à Divinis Laudibus ceſſare*; nam conſtat ante præfatum tempus in Gallia inoleviſſe dictæ cenſuræ uſum, quidem per nonum ſæculum; ut teſtatur Ivo Carnotenſis *Epiſt.50.* ibi: *Præcepit itaque Stampenſi Archipresbytero, ut vel eos ad ſatisfactionem adducat, vel ipſis excommunicatis, & locis, in quibus morantur Divinum Officium interdicat*; & ex aliis exemplis adducendis id elici poteſt.

Tempore enim Adriani II. qui ſedit anno 868. Interdicto fuit ſuppoſitum Regnum Franciæ, ac minitatus fuit Carolo Calvo Regi, niſi relinqueret Regnum filio Ludovicó; & in *Synodo Lemovicenſi II. anno* 1031. aut 1034. fuit Interdicto ſuppoſita tota Terra Lemovicenſis, cujus Concilii acta ſunt *tom.9. Concil. Labbeo Coſſartiana collect.* & circa finem decimi ſæculi fuiſſe dictum uſum conſtat ex *Epiſt.3. 19. & 57.* Fulberti Carnotenſis; cùmque Fulberti ævo floreret Avesgaudus Cenomanenſis Epiſcopus, hic ob injuriam ab Alberto Comite Eccleſiæ illatam, illum totumque Epiſcopatum cenſura mulctavit, *tom.2. Gall. Chriſt. in Catal. Pontific. Cenomanen.* Gregorius item VII. anno 1159. Monaſterium Pezanienſium ob delictum Abbatis Interdicto ſubjecit, *lib.7. reg. ep.18.* Ipſeque Pontifex per univerſam Franciam omne Divinum Officium celebrari interdixit, *lib.2. regeſt. epiſ.5.* Adrianus itidem Papa IV. anno 1154. Urbem à Divinis interdixit ob trucidatum Gerardum Presbyterum Cardinalem tituli Sanctæ Pudentianæ, ut refert Baronius anno 1155. *num.2.* Et Ciaconius dicit Guidonem Cardinalem Sanctæ Pudentianæ, apud Sigonium *lib.12. Regni Italiæ.* Tempore deindè præfati Alexandri III. anno 1159. conſtat, jam fuiſſe in uſu Interdictum locale *in cap. Non eſt de Sponſal.* Cùm enim Henricus II. Rex Angliæ, ob diſcordias inter ipſum, & ejus filios, Uxores illorum in cuſtodia retineret, Alexander ille Papa juſſit Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis Prælatis Angliæ, ut ipſum Regem monerent, quatenus filiorum Uxores iſtis reſtitueret, aliàs Interdicto generali ſupponeretur univerſa Anglia, ut refert Gonzalez *ad citatum Text.*

Cùm Staniſlaus SS. Cracovienſis Epiſcopus, Boleſlaum Poloniæ Regem de graviſſimis delictis ſæpiſſimè redarguiſſet, ac tandem propter ejus contumaciam excommunicationis fulminibus appetiiſſet, ira percitus Boleſlaus Sanctiſſimum Epiſcopum confodi jubet, dum in Altari Deo Sacrificium offerret. Delato autem ad Summum Pontificem Gregorium VII. tam immani ſcelere, idem poſt maturam deliberationem univerſam Gneſnenſem Provinciam, ſub cujus Metropoli Cracovia erat, generali interdicto ſuppoſuit; ipſumque Regem, & Poloniæ Regnum omni honore, & dignitate Regali privavit; ut ex Longino Poloniæ hiſtorico, referunt Baronius, & Spondanus ab anno 1079. quo exemplo utitur Bellarminus *in reſponſione 19.* ad refellendos Venetos Theologos, qui Alexandrum III. hujus cenſuræ auctorem faciunt, ac ante ejus tempora diſciplinam hanc minimè receptam fuiſſe contendunt; ea ratione ducti, quòd apud Gratianum nullam hujus Cenſuræ veſtigia repetiantur. Sed futile prorſus eſt illorum argumentum; nam quidquid ſit de Gratiani ſilentio: certè, ut innui, tanti ponderis eſſe non debuit ad hoc, tàm fidenter aſſeverandum, cùm aliqua monumenta Eccleſiaſtica Gratiani diligentiam effugere potuerunt; & nemo Eruditorum aſſeruit, Gratiani collectionem eſſe numeris omnibus abſolutam? Et quidem, tàm gravia reperiuntur hujus diſciplinæ veſtigia in monumentis, Gratiano proximè longèque antiquioribus, ut facilè corruent illorum argumenta; & exemplis ſubjiciendis patebit. Non parum prædictæ aſſertioni roboris præſtat *Synodi Triburienſis Anno 895. Decretum* conceptum his verbis: *Epiſcopus tollat inde* (ab Eccleſiis) *Reliquias, & ſub magna cura honorificè collocet eas, atque ejuſdem Eccleſiæ claudat Oſtia, & ſub ſigillo conſignet ea, ante quam Concordi unanimitate unum omnes eligant Presbyterum, qui idoneus ſit;*

Sacroſanctum locum procurare, & populo Dei utiliter praeſſe.

Hincmarum item Laudunenſem Epiſcopùm, totum Parochiam Interdicto ſuppoſuiſſe, teſtem habemus ejuſdem patruum Hincmarum Remenſem *in cap.* 28. 29. & 30. *opuſc.* 55. *Capitulorum*. Huncque etiam pertinent, quæ in *Concil. Cabilonen. II. cap.* 26. *anno* 813. *in Nican. II. anno* 787. *cap.* 4. & *Tolet. XIII. anno* 683. *cap.* 7. ſtatuta ſunt, in quibus non levia Interdictorum veſtigia reperiuntur.

Sed firmiſſimum dubio procul eſt teſtimonium ex Gregor. Turonen. *lib.* 8. *hiſtor.* Franc. *cap.* 31. deſumptum, nam cùm Prætextatus Rotomagenſis Epiſcopus, in Eccleſia ſua die Paſchatis Sacris operans, ab impiis trucidatus fuiſſet, anno nempè 586. ut probat Theodoric. Ruinart. *in notis ad dictum Gregor. loco cit.* Leudovaldus Epiſcopus Epiſtolas ad omnes Sacerdotes direxit; & accepto Conſilio, Eccleſias Rotomagenſes clauſit, ut in his populus ſolemnia divina non ſpectaret; donec indagatione communi reperirentur hujus auctor ſceleris. Quod teſtimonium, ſi æquo perpendatur animo, invictè pro interdicti antiquitate pugnat.

9 Sub Innocentio rursùs Papa III. qui ſedit Anno 1198. ſatis liquet, eumdem Pontificem paterna quidem charitate Philippum Auguſtum Regem Galliarum monuiſſe per Legatos, ut relicta ſecunda Uxore, contra præceptum Eccleſiæ ſuperinducta, ad primam legitimam rediret, atque Pontificia conſtantia illum non parentem mulctaſſe, ſupponendo totam Franciam ſub interdicto Eccleſiaſtico, ut refertur per Boſquet. *in ejus Vita pag.* 32. & in *Chronic. Altiſſiod. ab anno* 1200. ibi: *Erat in toto Regno lugubris Eccleſiæ facies, quia nullo celebrabantur in Eccleſiis Sacramenta, vel divina Officia, præter Viaticum, & baptiſma, nec modo in Eccleſiis, ſed & Monaſteriis ceſſatum eſt à divinis, negabatur mortuis ſepultura: Erat igitur ubique per Regnum mæſtitia circumfuſa, cùm hic Eccleſiæ ſilerent organa, & ora canentium Dominum clauderentur:* atque per Gonzalez *in cap.* 1. *de poſtulat. Prælator.* ac fit mentio de eo Interdicto generali in *citat. cap.* 1. *De poſtulat. Prælat. & cap. Novit. de offic. legat. cap. Novit de appellat. cap. Cùm inter de conſuetud. & cap. Tuarum de Privileg.* & ſuo eodèm Innocentio cùm Joannes Anglorum Rex recipere nollet Stephanum Epiſcopum electum, hortatus fuit eum in Domino, quatenus eo pacto ſe vinci à Deo permitteret, ut virtus Domini vinceret, ipſumque, cui ſervire regnare eſt, in ſui favorem provocaret, cùmque contumax, aut rebellis ipſe Rex videretur, Eccleſiæ non parendo, tota Anglia interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſita fuit, de quo præter Matthæum Pariſ. *hiſtor. Anglic. pag.* 157. & alios Anglicos Scriptores, Vvilhelm. Brito *Philippid.* 8.

Organa ſuſpendet, Clerus tacit omnis, ubique.
Vox à laude Dei, nec Sacramenta, nec ullum
Eccleſiæ Officium celebrat; ſeptemque per annos
Se paganiſſimi fœdat tota Anglia ritu.

Et tale Interdictum etiam ſupponit *Decretalis in cap. Sacris de his quæ vi, metuſve cauſa;* & fit mentio de Interdicto generali *in Concilio Lateranen. ſub eodem Innocentio celebrato Anno* 1215. *Can.* 58. *relat. in cap. Quod nonnullis de privil.* & ſucceſſivè, vel ratione privilegiorum conceſſorum Regularibus, Epiſcopis, aliiſque, celebrandi Divina tempore Interdicti generalis Januis clauſis, aliiſque modis præſcriptis, vel ratione declarandi, quæ Sacramenta miniſtrari potuerint tempore dicti Interdicti, ſæpè ſæpiùs fit de eo mentio in quinto libro Decretalium, ut in *citat. cap. Quod nonnullis, cap. Cùm & plantare, cap. Ut privilegia de privilegiis, cap. Reſponſo de Setent. excommunicat. cap. Permittimus eodem tit. cap. Quod in te, de pœnitent. & remiſs. aliiſque locis, cap.* 1. *de Uſuris in* 6. ubi Gregorius XI. *in Concil. Lugdunen. generali*, talem pœnam indixit, ſi uſurarios publicos Domini temporales admiſerint in eorum Terris, & ne alios congeram, eos legere licet penes Fulbert. *Epiſt.* 3. *ad Robertum Regem*, Hincmarum *in Opuſc.* 50. *cap.* 28. 30. 31. & 32. Ivonem Carnotenſem *in Epiſt.* 50. & 263. Ademarum *in Chronico nuper edito Lemovicenſi ad anno* 994. In quibus de Interdicto locali generali, ſuper enarratis caſibus, fit mentio. Iolò cùm Bonifacius Papa VIII. juſtis cauſis mitigaverit rigoroſam obſervantiam talis interdicti, concedendo uſum Divinorum Officiorum publicè in certis ſolemnitatibus, ut in *cap. Alma mater de Sentent. excommunic. in* 6. tamen tum per ipſum Bonifacium pluries hujuſmodi Interdicta permiſſa, & iojuncta fuere, ut in *cap. ultim. de privil. eodem lib. & cap. Si ſententia de Sentent. excommunicat. in* 6. tum, & ſucceſſivè habetur mentio in dicta *Clement.* 1. *de pœnis, in Concilio Generali Viennenſi, & in Extravagantibus ſubſequentibus Summorum Pontificum.*

An autem ſuperioribus temporibus, exemplis ſupra indicatis, hæc invaluerit diſciplina, mihi non conſtat. Certè in *Epiſt.* 244. Div. Baſilii legimus, Villam quamdam, ad quam puellæ raptor confugerat, ſacris interdicendam fuiſſe, niſi puella reddita fuerit: *Villam verò, quæ hominem illum ſuſceperit, cum rapta puella, nec reddiderit, aut etiam tuita fuerit contra repoſcentes, illam prorſus à precibus ſuſpenſam habeas, & Orationis Communione.* Sed quid, ſi dicamus illis ſæculis receptam non fuiſſe hanc diſciplinam? numquid ea tamquam recens, aut iniqua traducenda eſt tot ſæculorum uſu firmata. Eccleſia enim, quam Spiritus ſanctus regit, Canones condit, diſciplinamque moderatur, prout temporum, locorumque circumſtantiæ poſtulare videntur.

Ultra quoque præfata exempla excerpta à *SS.* Canonibus, Conciliiſque legitur, Honorium Papam III. ob leges contra libertatem Eccleſiaſticam latas à Rege Luſitaniæ, Regnum interdicto ſubjeciſſe; longoque tempore duraſſe, donec relaxatum fuit, reſciſſis, & revocatis dictis legibus, ut refert Cœlius *in tract. de libert. & immunit. Eccleſiaſt.* Refertur quoque in Vita *Marini Georgii Ducis Venetorum Anno* 1303. per decem annos Venetos Interdicto ſuppoſitos fuiſſe, & deindè peracta pœnitentia à Papa abſolutos. Tempore Gregorii VII. per triennium Poloniæ Regnum maxima populorum patientia interdicto ſuppoſitum fuiſſe, & tempore Gregorii XI. ſpatio ſeptuaginta annorum id eveniſſe ipſi Siciliæ Regno, Gregorius ipſe XI. teſtatur, & refert Baronius *ad anno Chriſti* 1097. *tom.* 11. *fol.* 700. *editione Romana*, & Civitatem Urbini tempore Martini IV. per triginta annos talem cenſuram patienter ſuſtinuiſſe, ut *Urbinatenſes annales* referunt ob adhæſionem factam Guidoni Montefeltrio, qui ditionem Eccleſiæ Romanæ invaſerat. Et habetur ex Gloſſ. *in cap. ultimo de ſententia excommunic. in* 6. *verſ. Inſurgunt*, longiſſimum tempus talis Interdicti in Marchia, & ex maximo rigore, & ſeveritate, quibus ſervabatur antiquitùs interdictum, innuit incommoda, quæ provenerint, quæ in præſenti poſt benignam permiſſionem Eccleſiæ in *citat. cap. Alma Mater*, & in aliis omnino ceſſant. Hinc in Hiſpania ſæpè ſæpiùs ferri interdicta hujuſmodi, in Gallia pauca, in Luſitana pauciora, etſi plura quàm in Gallia, notat Sotus *diſt.* 22. *quæſt.* 3. *art.* 1. *concluſ.* 3. Navar. *cap.* 27. *num.* 174. *in Manuali tit. qua prohibentur Interdicto, & tempor. interd.* & quamvis fertur, Hiſpanos intra triduum Interdicti pœnam relaxatam vidiſſe, hoc eveniebat, quia devotè intra triduum Eccleſiæ ſatisfactionem curabant præſtari, ut ſe ab Interdicti pœnis liberarent, non autem quòd Interdictum per triduum tantùm durare debuiſſet.

Conſtat itaque antiquiſſimum fuiſſe nervum hunc 10
Eccleſiaſticæ diſciplinæ, in terris, & locis apponendum, & ſucceſſivè per antiqua ſæcula adhibitum, & à Conciliis, ac Summis Pontificibus injunctum, & appoſitum, ut debita ſatisfactio Eccleſiæ præſtaretur per eorum Magiſtratus, vel Dominos, ſeù Principes, ac fuiſſe Eccleſiæ obtemperatum, tempore quidem, quo hæc Interdicti pœna majorem rigorem, & ſeveritatem præſeferebat; eoque magis, id debet adhiberi

poſt

Digitized by Google

poſt temperatum rigorem in *cit. cap. Alma Mater de ſentent. excommunicat. in* 6. Maxima tamen circumſpectione hac pœna, ſeù remedio utendum eſt; nam frigeſcente devotione populorum, damnum potiùs inferretur Religioni; & ad rem faciunt, quæ latè aſſeruit *cit.* Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 3. *art.* 1. *concl.* 3. Et noviſſimè *Sacrum Concilium Tridentinum* talem uſum Interdicti comprobavit, dum ejuſdem Interdicti localis obſervantiam mandavit etiam cuſtodiri ab exemptis, & Regularibus privilegiatis, de quo mox dicam.

11 Dubitari non poteſt, quin antiquioribus Eccleſiæ temporibus aſperior fuerit diſciplina, quæ interdictorum obſervantiam moderabatur, longèque plura tunc temporis prohibita fuiſſe, quàm quæ poſterioris ævi inobſervantia ferre potuerit. Celebre eſt *Synodi Lemovicenſis II. Decretum* ſupra adductum anno 1034. ſivè 1031. ut benè probat Coſſartius, Cujus acta penè integra reperiuntur *to.* 9. *Conciliorum collectionis Labbeo Coſſartiana*: illiuſque *Decreti* verba ad longum recenſere non pigebit, utpotè diſciplinam, quæ eo ſæculo vigebat, depingentia: *Niſi de pace acquieverint, ligate omnem terram Lemovicenſem publica excommunicatione; eo videlicet modo, ut nemo niſi Clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adveniens, aut infans à bimatu, & infra in toto Lemovicenio ſepeliatur; nec in alium Epiſcopatum ad ſepeliendum portetur; divinum officium per omnes Eccleſias latenter agatur, ſed baptiſmus petentibus tribuatur, circa horam Tertia ſigna ſonent in Eccleſiis omnibus, & omnes proni in faciem preces pro tribulatione, & pace fundant. Pœnitentia, & Viaticum in exitu mortis tribuatur. Altaria per omnes Eccleſias nudentur, & Cruces, & ornamenta abſcondantur. Ad Miſſas tamen, quas unuſquiſque Sacerdotium jamnis Eccleſiarum obſeratis, fecerit, Altaria induantur, & iterum poſt miſſas nudentur. Nemo in ipſa excommunicatione uxorem ducat, nemo alteri oſculum det, nemo Clericorum, aut Laicorum tondeatur, nemo radatur, quouſque diſtricti Principes, & capita populorum per omnia Sancto obediant Concilio*. Quæ omnia; & ſeveritatem ſimul, ac luctum, triſtitiamque ſpirant. Et ad rem alia ſupra relata fuere.

Cùm autem animadverterent ſubſequentes Summi Pontifices, ex hujus obſervantiæ rigore, populorum indevotionem excreſcere, hæreſes pullulare, & infinita animarum pericula inſurgere, *ut loquitur Bonifacius VIII. in cap. Alma Mater finali de ſentent. excommunicat. in* 6. oportunum viſum fuit eis, & præcipuè laudato Bonifacio, diſciplinæ aſperitatem temperare, tot tantaſque prohibitiones de medio tollere. Unde, & Evangelii prædicatio, & Sacramenti Confirmationis adminiſtratio conceſſa fuit: Pœnitentia infirmis non ſolùm, ſed ſanis omnibus indulta; Miſſas, & Divina Officia ſingulis diebus celebrari permiſſum, ſubmiſſa tamen voce, januis clauſis, campaniſque non pulſatis; ſolùmque in feſtis Nativitatis Domini, Paſchatis, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ, & campanas pulſare, vocem extollere, januaſque reſerare (dummodò excommunicatis aditus non pateret) conceſſum, ut latiùs *dicto cap. final. & Clement.* 1. *eodem titulo*, ad quæ loca me remitto.

12 Regulares ab hac lege interdicti ſervandi, etiam ab Ordinario lati, non eximebantur. Unde in *Concilio Lateranenſi*, cùm conquærerentur Epiſcopi, Templarios, & Hoſpitalarios, necnon alios Regulares, multa contra Epiſcopalem auctoritatem præſumpſiſſe; dum excommunicatos, & interdictos ad Eccleſiaſtica Sacramenta; & ſepulturam admittere non pertimuerint; ſanxerunt *PP. in cap.* 3. *tit. de privileg.* quod refertur in *cap. Cùm, & plantare eodem tit.* ne illi deinceps hoc facere auderent ſub cujuſcumque privilegii velamine; quod vergebat in pericu-
13 lum, ſcandalumque populorum. Verùm cum ſapientiæ, pietatiſque concilio, Summi Pontifices Regularium Societates amplis privilegiis inſignire conſueverint; multa deinceps eis Indulta, etiam in materia Interdicti, conceſſa fuerunt. Sixtus IV. *in Conſtit.* 6. *& 7. ſupra adductis, Mare magnum* nuncupatis, indulſit privilegium Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ut tempore Interdicti divina in eorum Eccleſiis celebrare valerent, prout conceſſum fuit Canonicis iſtis Regularibus in hac *Conſtitutione*, ut ſupradixi; alioſque Regulares, vel directè, vel per communicationem obtinuiſſe idem privilegium, aſſerebatur.

Ex quorum privilegiorum tenore colligitur facul-
tas facta Regularibus prædictis; qua poſſint interdi- 14
cta ab Ordinario làta non ſervare; quòd tamen *Lateranenſes PP.* pati minimè potuerint, ut ſupra viſum eſt. *Ideò PP. prudentiſſimi Concilii Tridentini* animadvertentes, quòd id privilegium redundaret potiùs in ſcandalum, ob relaxationem Eccleſiaſticæ diſciplinæ, contra Epiſcoporum dignitatem, penes quos Interdicti conſervandi cura exiſtit, promulgarunt *Decretum ſeſs.* 25. *cap.* 12. quo præceperunt, ut: *Cenſura, & interdicta nedum à Sede Apoſtolica, ſed etiam ab Ordinariis promulgata, mandanto Epiſcopo, à Regularibus, in Eccleſiis publicentur, & ſerventur*. Verùm aliqui Doctores aſſerunt, non fuiſſe revocata per Concilium dicta privilegia, Henriq. *in ſumma libr.* 13. *cap.* 48. §. 1. Bonacin. *de cenſur. in Bulla Cœnæ diſp.* 2. *quæſt.* 8. *punct.* 14. *num.* 11. & alii citati per Barboſam *dicto cap.* 12. *Concilii numer.* 2. §. *Contra*. Alii conſtanter dicunt, ea peculiaria privilegia eſſe revocata per Concilium, Navar. *citat. in Manual. num.* 190. *& conſ.* 7. *de privil. in novis*; itaut teneantur nunc Regulares ſervare Interdicta appoſita ab Epiſcopo, nec poſſe celebrare divina, ac publicè, & admittere Laicos, juxta privilegia obtenta, ſed ſe conformare tantùm moderationi Juris in *cap. Alma mater fin. de excommunicat. in* 6. Cùm enim in *cap. ultim. dicta ſeſs.* clara addita fuerit per Concilium ampliſſima derogatio omnium privilegiorum, etiam in *Mare magno*, aliiſque locis conceſſorum quibuſcumque, cum verbis prægnantiſſimis; & ſucceſſivè Pius IV. in plures citata *Bulla* 94. denuò revocaverit quæcumque privilegia contraria diſpoſitionibus Concilii, ut pluries ſupra dixi, preciſè *Conſtitut.* 6. *hujus Papæ Sixti*; dubitari ampliùs de hoc non debet; Pignatel. *tom.* 10. *conſultat.* 1. *numer.* 10. Garzias *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *numer.* 1. qui propoſito dubio in Sacra Congregatione ab Epiſcopo Abulenſi, reſpondiſſe Patres, teſtatur: *Privilegia, ſi ante Concilium conceſſa fuerunt, utique revocata exiſtunt*. Idemque deciſum fuiſſe in alia Cauſa, refert Armend. *in add. ad recept. leg.* Navarr. *lib.* 2. *tit.* 18. *lib.* 7. *num.* 73. Eamque ſententiam tenent Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 105. *num.* 44. Matthæuc. *offic. Cur. Eccleſ. cap.* 27. *num.* 7. *& ſeq.*

15 Eodem quoque fundamento dicendum eſt, non poſſe amplius Regulares poſt Tridentinum ſuſpendere interdicta in feſtis Sanctorum Suorum Ordinum. Nam, ut obſervat Navar. *citat. conſ.* 7. Tridentinum videtur tollere illis omnia privilegia contraria juri communi per ampliſſimas Clauſulas, ibi: *Non obſtantibus eorum omnium, & ſingulorum privilegiis*, ac proindè cùm conſtet, præfata privilegia juri communi adverſari; dicendum eſt, eſſe per Concilium ſublata. Atque ita declaravit Sacra Congregatio apud Peyrin. *de privileg. Regular.* ibi: *An privilegia Regularium, quod non teneantur ſervare Interdicta in aliquibus diebus tantùm, ſint contraria Concilio, & ſublata*. Reſpondit Sacra Congregatio: *Privilegia ſi ante Concilium conceſſa fuerint, utique revocata exiſtunt*, & in M. SS. Congregationis Concilii Cardinalis Alciati *dicto cap.* 12. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* habetur ut infra: *Doctor Navarra editurus Manuale Confeſſariorum, conſuluit Congregationem, an privilegium Regularium, quibus conceditur eis facultas celebrandi Divina diebus Sanctorum Suorum Ordinum, & aliquot aliis tempore Interdicti januis apertis, ſint*

Digitized by Google

Ordinis: *Pro aperitione oris arbitrio Gongregationis Epiſcoporum, & Regularium*, ſuper dicto Brevi obteoto à Reformatis. Hic itaque *Pontifex Sixtus hac Conſtitutione edita in Urbe 28. Novemb.* 1486. confirmavit præfatas Conſtitutiones mitigationis dictæ regulæ; ſicuti quoque, cùm Pius II. declaraſſet, diſpenſationem Jejunii injuncti in Conſtitutionibus eſſe remiſſam arbitrio Superioris Generalis; *Sixtus* id quoque confirmavit, remiſitque etiam dicto arbitrio, numerum, & qualitatem dierum Jejunii regulæ hujus declarare. Carmelitæ prædicti, mitigati nuncu-
3 pati, vixerunt cum Conſtitutionibus editis ſub variis Generalibus, & præſertim ſub Generali Canali, in Capitulo Generali celebrato in Urbe anno 1625. Hiſque Conſtitutionibus à Summis Pontificibus, & ſignanter ab *Urbano VIII.* comprobatis, regimen hujus Religionis fuit moderatum. Cùm enim prædictus Pontifex Urbanus eas Conſtitutiones editas valdè utiles agnoverit pro Religioſis antiquæ, & Regularis Obſervantiæ, & pro Religioſis, ſeu Conventibus Reformatis, vel Reformandis (cùm duo corpora Conſtitutionum adſint pro iſta Religione, & ſub nomine primæ ſupradictæ antiquæ Obſervantiæ veniant iſti Fratres Mitigati, & ſub ſecundis ſint Fratres Obſervantiæ ſtrictioris, Reformati nuncupati) utraſque Conſtitutiones, pro iis reſpectivè factas, præfatus *Urbanus*, pro bono eorum regimine, comprobavit *literis in forma Brevis ſub die* 18. *Januarii* 1636. & 13. *Februar.* 1639. apud Urſaya *tom.* 5. *par.* 2. *diſcept.* 7. *num.* 35. 39. & 40.

Cùmque nuperrimè fuerit prætenſum, quòd pro Mitigatis Fratribus antiquæ Obſervantiæ novæ ederentur Conſtitutiones, vel ſaltem fierent additiones, & correctiones illis editis ſub Generali Canali ſupradictis; fuit deputata Congregatio particularis S. R. E. Cardinalium, per Summum Pontificem Clementem XI. ut diſcuteretur, an id eſſet permittendum. Scripſit autem pro negativa dictus Advocatus Urſaya *cit. diſc.* 7. cujus fundamentum erat, quòd non aderat inſtantia Vocalium Capituli Generalis; quòdque nulla in dictis antiquis Conſtitutionibus concurrebat contradictio, declaranda à novis Conſtitutionibus; imò omnia in iis diſpoſita erant conformia æquitati; nec in quatuor Capitulis antecedentibus facta fuerat aliqua inſtantia, pro nova iſta editione; imò fuerat injunctum, ut ſingulæ Provinciæ, quæ detrahenda, vel mutanda in dictis Conſtitutionibus arbitrarentur, indicarent; quod non fuit executum. Et verè debebat id fieri, cùm agatur de communi bono Religionis, quod ſuadet, ut audiantur Regulares ipſi, nec novitates admittantur, præſertim in rebus ad gubernium pertinentibus, ne cogantur profeſſi tempore quo vigebant Conſtitutiones, quibus Religio moderabatur, ad ſubeunda onera per novas Conſtitutiones inducta. Rursùs in his novis Conſtitutionibus novus inducitur uſus Aſſiſtentium, qui fuit abrogatus per Summos Pontifices.

A dicta Congregatione particulari Cardinalium Carpinei, S. Clementis, Sacripantis, Sperelli, & Fabroni, nihil demandatum fuit circa dictarum novarum Conſtitutionum impreſſionem; & propterea ad occurrendum defectui illarum editarum in Capitulo Generali, ſub Generali Canali in Urbe celebrato anno 1625. cura, labore, & impenſis P. Eliſei Monſignani Procuratoris Generalis Carmelitarum, Anno 1721. in Urbe impreſſæ fuerunt dictæ Conſtitutiones Generalis Canalis, quibus ad præſens eadem Religio gubernatur, & regitur. A Clemente autem XI. in perpetuum aboliti fuerunt quatuor Aſſiſtentes, *die* 12. *Septembris* 1716. mediante ejus *Conſtitutione impreſſa tom.* 2. *Bullaris Carmelit. fol.* 702. ſumma cura impreſſi à dicto P. Eliſeo Monſignano, qui per annos duodecim laudabiliter munus Procuratoris Generalis ejuſdem Religionis exercuit.

4 Quoad Jejunii diſpenſationem remiſſam arbitrio Prioris Generalis in *Conſtitutione Pii II.* confirmata in præſenti, quærit Cherubinus *ad hanc Bullam ſch.* 1. ſi Prior diſpenſaret fratres à jejunio, quod Regula præcipit, vel Sacra Romana Eccleſia, an dicatur ille diſpenſatus ad eſum carnium? & negativè reſolvit ex D. Antonino, Armilla §. *Jejunium*, *num.* 10. & Navarr. *in* 2. *par. decret. cap.* 21. *num.* 23. ubi id intelligi, ſi diſpenſatus, eſcis jejunio congruis ſuſtentari poſſit; & *ſch.* 2. quærit, ſi Prior diſpenſaret, ut frater in die jejunii, antè horam comederet, diceretur diſpenſatus à jejunio; & negat, quia diſpenſatio non ſe extendit ad aliam partem jejunii non expreſſam, ut poſt S. Thomam ſcripſit Navarr. *cit. num.* 22. & *ſeq.* Roder. *qu. Regul. tom.* 2. *qu.* 100. *art.* 2. *verſ. illud tamen*, hinc diſpenſatus ad eſum carnium in die jejunii, non eſſet diſpenſatus à Jejunio, ſi vires ſufficiant, & ita declaravit *ſan. mem. Clemens VI. in edicto quodam*, pro obſervantia quadrageſimæ; & *Urbanus VIII.* dum diſpenſavit in Urbe tempore quadrageſimæ ad eſum carnium in quatuor diebus Hebdomadæ, attenta peſte, quæ graſſabatur in ea, expreſsè declaravit non fieri diſpenſationem, quoad jejunium, ut refert Rocca *tom.* 2. *diſp. Jur. cap.* 120. *numer.* 161. Sed in hoc plures DD. non aſſentiuntur, cujus materia propria eſt à Moralibus indaganda.

Hinc ſi non fuiſſet remiſſa à Papa arbitrio Prio- 5
ris Generalis diſpenſatio Jejunii præfati, contenti in Conſtitutionibus Ordinis, non potuerat ab illo impartiri; quia nequeunt Regulares Superiores diſpenſationem concedere ſuper contentis in Conſtitutionibus approbatis per Sedem Apoſtolicam, cum inferior non habeat poteſtatem diſpenſandi in lege Superioris, *gloſ. in cap. In quibuſdam ver. diſpenſatum de pænis*, Suarez *de legib. lib.* 6. *cap.* 14. *numer.* 4. & *ſeq.* & in terminis Regularium Miranda *in Man. Prælat. tom.* 2. *qu.* 3. *art.* 11. *concl.* 1. Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 4. *qu.* 7. *numer.* 14. & 15. ubi poſſe diſpenſare Prælatos in Conſtitutionibus Regulæ, quatenùs ſolùm permittatur ſive à Regula, ſive privilegio, vel à Jure, exceptis Votis ſubſtantialibus, ut in ea D. Benedicti ex privilegiis Pontificum adductis *ibidem*; & ſicuti in hac *Conſtitutione Sixtina*, indulta fuit facultas diſpenſandi in Jejunio, arbitrio Prioris Generalis, & à Jure in caſibus particularibus ratione aliqua EpiKeiæ. Et licèt dicatur quod poſſit Superior diſpenſare etiam ſine privilegio, & permiſſione Regulæ, quotieſcumque in Regula, vel confirmatione Apoſtolica talis diſpenſatio Superiori non prohibeatur, ut dixit Bonacin. *de leg. diſp.* 1. *qu.* 2. *part.* 1. *numer.* 12. ubi latè an poſſit diſpenſari in præceptis, quæ ſub mortali obligant in Regula, & Tambur. *cit. numer.* 15. & *ſeq.* & *qu.* 8. id procedit in caſu particularis diſpenſationis cum illo, vel altero Religioſo, veluti ſi diſpenſaret ab eſu carnium, & Jejunio, de quo hæc *Conſtitutio* loquitur, infirmum Monachum, Tambur. *citat. qu.* 10. *numer.* 2. non autem, ut abrogare valeret ſtatutum illud univerſale pro Religione editum, præſertim confirmatum à Sede Apoſtolica. Hinc cùm Præmoſtratenſes haberent Conſtitutiones, & ſtatuta, carnes non comedendi temporibus præſcriptis, confirmata per Bullas Summorum Pontificum, & inoleverit abuſus, ut Superiores diſpenſarent in hoc, adducta quoque ratione defectus piſcium, ſupplicarunt *S. Congr. Conc.* pro affirmativa reſolutione infraſcriptorum dubiorum. Primò. An P. Vicario Generali Provinciæ Suevicæ Ordinis Sancti Norberti competat facultas diſpenſandi in univerſum, pro aliquo Monaſterio, in eſu carnium certis anni temporibus, per *Conſtitutionem ſan. mem. Julii II.* prohibito.

Secundò: An eadem facultas competat ſingulis Abbatibus ejuſdem Provinciæ in Monaſteriis eorum regimini commiſſis.

Tertiò. Et quatenus negativè, an ſaltem poſſint diſpenſare pro uno die ſolemnis feſtivitatis in com-

muni

Digitized by Google

muni Refectorio, vel in aula Hoſpitum, in qua diſcumbant Abbas, & Canonici commorantes in Monaſterio.

Quartò. An ſaltem diſpenſare poſſint quoad aliquos Canonicos in caſibus particularibus.

Quintò. Et an quoad Canonicos extra Monaſterium in Parochiis ex obedientia degentes, & expoſitos in caſu, &c. *Sac. C. in Ordinis Præmonſtratenſis 15. Decembris 1725. reſpondit*, Ad I. *Negativè*. Ad II. *Negativè*. Ad III. *Negativè*. Ad IV. *Affirmativè juſta ſubſiſtente cauſa*. Ad V. *Negativè, niſi ſubſiſtente cauſa; & diſpenſationem eſſe concedendam ab Abbate Monaſterii*.

6 An autem fieri poſſit ſtatutum, ſeu conſtitutio per Capitulum Generale, ſeu Superiorem Generalem alicujus Religionis contra Jus, aut ſtatuta Religionis, confirmata per Summos Pontifices? Et contra jus, nequit id fieri, aliàs eſſet irritum, *l. non dubium*, ubi Barthol. Bald. aliique *Cod. de legib. cap. quæ contra jus de reg. Jur. in 6. cap. ne nimia de Relig. dom.* & communiter Canoniſtæ *in cap. ad Apoſtolicam de regularib. Cap. quod ſuper his de major. & obed. & ibi DD.* cùm lex Superioris per inferiorem tolli nequeat, *Clem. ne Romani de elect.* Navar. *lib. 4. conſil. tit. de Regul. conſ. 5.* niſi expreſſa Summi Pontificis licentia conderetur, Tambur. *de jur. Abb. tom. 3. diſp. 3. qu. 2.* nec ſufficit, ut advertit *cit.* Navar. *num.* 10. generalis licentia ad ſtatuta condenda, ſed requiritur ſpecialis, ut Generalis cum Capitulo poſſit Juri communi derogare, Rota apud Ludoviſ. *dec. 267. & deciſ. 103. num. 7. p. 2. diverſ.*

Quoad Capitulum Generale, an poſſit ſua ſtatuta, à Summo Pontifice confirmata corrigere, vel abrogare. DD. in diverſas abierunt ſententias. Putant enim nonnulli, nequaquam poteſtatem hanc Capitulo Generali competere; nam ſtatuta à Superiore confirmata, Superiori tribuuntur, juxta *Cap. ſi Apoſtolica de præb.* ibi: *Illa noſtra facimus, quibus noſtram auctoritatem impertimur; Cap. ſi ſoli de conceſ. præb. cap. pro illorum, & cap. dilecto eodem titul.* Sicque ſtatuta confirmata à Papa, dici Papalia, fusè probat Rota *coram Gregor. dec. 267.* Deindè hujuſmodi ſtatuta per confirmationem fierent jus publicum, cui non poteſt inferior derogare, *leg. Jus publicum ff. de pactis, cap. ſi diligenti de for. comp.* & hanc opinionem propugnat Domin. *cap. 1. n. 11. de fil. Presbyt.* Bottæus *de Synod. Epiſc. par. 2. art. 4. num.* 12. Silveſt. *Ver. beneficium 3. qu. 9. num.* 13. aliique relati à Paſſerin. *in cap. licet, artic. 5. qu. un. de Conſt. n.* 94.

Alii diſtinguunt; quòd aut ſtatutum à Superiore confirmatum reſpicit commodum ſtatuentium, vel etiam commodum aliorum pro quibus ſtatuitur; itaut ſi reſpiciat commodum ſtatuentium, poſſit per ſtatuentes revocari; cùm Superior non cenſeatur velle invitò beneficium conferre, Gloſ. *in cap. dilecto Ver. hujuſmodi de Præb.* Abb. *ibid. numer.* 10. *verſ. ex contrario*, Bart. *in l. omnes populi verſ. juxta prædicta ff. de juſt. & jur.* Fagnan. *in cap. cum acceſſiſſent de conſtit. num.* 19. ubi poſita Conſtitutione Congregationis Somaſchæ, cum reliquis Conſtitutionibus ejuſdem Congregationis à Sede Apoſtolica confirmatis; ſcilicet, ut priuſquam ad Præpoſitum Generalem eligendum deveniant electores, ſi quid ſtatuendum erit, ad ipſius, vel majorum officialium perſonas, jura, modum procedendi, & ad electiones attinens, hic erit locus. Item poſito decreto poſt electionem Præpoſiti Generalis in Capitulo Generali propoſito, & ſuffragiis Patrum obtento, quo determinatum eſt pro publica quiete, ut poſtquam Præpoſiti Generales Congregationis ſui triennalis regiminis tempus expleverint, ſucceſſor immediatè eligi non poſſit ex eadem natione, ſeu ſtatu, ſed ex alio; quærit an decretum hoc editum, ſit validum, & in proximo Capitulo Generali ſervandum; & affirmativam propugnat; cùm ea Conſtitutio præſcribens locum, & tempus propoſitionibus faciendis, reſpiciat favorem Vocalium; à qua licuit vocalibus, non obſtante confirmatione Apoſtolica reſilire. Quilibet enim poteſt favori ſuo renunciare. *Cap. ad Apoſtolicam de Regul. Gloſ. in Clemen. 1. verſ. inhibentes de jur. patron. cap. cum acceſſiſſent de conſt.* ubi etſi aſſereretur fuiſſe communiter ſtatutum, ne in Eccleſia Tullen. ulterius eſſet Primiceriatus officium; illudque ſtatutum fuiſſet poſtmodum auctoritate Apoſtolica confirmatum; ſtatuit tamen Pontifex, debere illud in ſuo robore permanere, *niſi poſtea dicti Canonici contravenerint, aliquem videlicet in Primicerium eligendo*. Similiter *in cap. pro illorum de præben.* cùm ſtatuto, à Sede Apoſtolica confirmato, cautum eſſet, ne Canonicorum numerus augeretur, ſi poſtea conſtaret tale ſtatutum minimè ſervatum eſſe, non obſtare decernitur, quin in vacantia numerus augeri poſſit.

Imò hoc verum eſſe, etiam ſi Papa confirmans apponat clauſulam *decreti irritantis*, advertit Fagnan. *in dicto cap. cum acceſſiſſent num.* 22. & Paſſerin. *loc. cit. num.* 100. quia huic decreto, & formæ inductæ per illud, renunciari poteſt, *Cap. fin. §. his autem*, ubi Abb. *in 2. not. de off. deleg.* & notat Bart. *l. filio præterito ff. de injuſt. rupt. &c.* Rot. *deciſ. 79. alias 3. de privil. coram Creſcent. Card. in Clem. 1. nu. 18. de elect. Caſſad. deciſ. 2. de decret.*

Neque obſtat prædictis *Cap. ſi ſoli de Conceſſ. præben.* nam ibi non erat ſermo de ſtatuto inferiorum, ſed de reſcripto Papæ habente clauſulam decreti irritantis, *& Cap. dilecto de præb.* cùm, ut ex Decio advertit Fagnan. *cit. num.* 23. in dicta Decretali ageretur de ſtatuto edito, non ad favorem ſtatuentium, ſed ad favorem Eccleſiæ, quod proindè revocari non poterat.

Aliud tamen dicendum eſſet, ſi actus confirmatus haberet clauſulam irritantem actum contrarium; itaut expreſsè cautum fuerit in confirmatione Sedis Apoſtolicæ, non poſſe recedi à ſtatuto in eorum favorem facto, quia omnis actus contrarius eſſet irritus; quod tamen non fit ex eo præcisè, quòd præcipiatur, ſtatutum ſervari, adjuncto decreto irritanti, Paſſerin. *cit. numer.* 102.

Multòque fortiùs poterit inferior ſtatutum mutare, 7
vel corrigere, ſi confirmatio fuerit accidentalis, data ad ſolemnitatem, & majorem ſtatuti efficaciam. Ita ex Bart. *in l. omnium Cod. de teſtam. & l. omnes Populi ff. de juſt. & jur.* & Bald. *in l. ex placito Cod. de rerum permutat.* tenet Suarez *lib. 6. de legib. cap. 26.* nam ut probat Rota *deciſ. 219. numer. 1. part. 7. recen.* Confirmatio Apoſtolica non facit ſtatuta perpetua, nec illa immutat, ſed illis dat robur ſecundùm eorum naturam, Surd. *conſ. 330. num. 18. vol. 3.* non ex defectu poteſtatis Papæ, ſed voluntatis, Rot. *deciſ. 427. num. 14. & deciſ. 555. num. 2. par. 2. rec. & deciſ. 175. num. 7. & 8. par. 5.* Paſſerin. *cit. nu.* 104. Sed ſi Sedes Apoſtolica confirmando ſtatutum, addat aliquid, per quod faciat illud ſimpliciter ſuum, & ſibi proprium, tunc inferior non poteſt ſtatutum illud corrigere, vel abrogare; unde ſi clauſulam apponeret: *De novo, & perpetuò ſtatuimus, & ordinamus*, quæ habet vim novæ conceſſionis, & meræ, ac ſimplicis diſpoſitionis; ſtatutum corrigi, aut mutari nequiret, Rota *deciſ. 84. num. 6. par. 1. rec.* Paſſerin. *cit. num.* 105.

Magna tamen circumſpectione procedendum in hiſce ſtatutorum mutationibus. Nova enim ſemper ſolent perturbationes parere, reſque in diſcrimen adducere; ac propterea in multis Regularium familiarum ſtatutis expreſsè cavetur, ne mutationes admittantur. In Conſtitutionibus Servitarum. *Cap.* 33. præcipitur: *Conſtitutiones hæ nullo unquam tempore mutentur; ſed eis permanentibus immotis, ſi caſus occurrerit, propter quem nova aliqua ſtatuta facere oporteat, poſſit Capitulum Generale novas Conſtitutiones, quæ tamen Sacris Canonibus, & præſentibus Conſtitutionibus non adverſentur, condere, & promulgare*. Pro Ordine Præ-

Digitized by Google

tæ Prædicatorum hæc habentur in prologo Conſtitutionum: *Prohibemus, ne de cætero aliquid ſtatuatur, niſi per duo Capitula Generalia continua fuerit approbatum, & tunc in tertio Capitulo immediatè ſequenti poterit confirmari*. Pro Auguſtinianis Diſcalceatis Italiæ ita conſtituitur in 3. *parte Conſtitutionum cap.* 2. *numer.* 15. *Solæ Conſtitutiones perpetuò durabunt; antequam verò in corpus Conſtitutionum aliquid redigatur, prius per ſexennium, ut ordinatio à duobus Capitulis approbetur, & ſi in tertio Capitulo Septem è novem Patribus confirmaverint, vim Conſtitutionis habere incipiat*. Et in *Conſtitutionibus* Monachorum S. Bernardi in *præfat. fol.* 14. §. 10. cavetur: *Cum impoſterum aliquid novi in Congregatione conſtitutum fuerit, id decretum, edictumque eſſe, & vim Conſtitutionis habere tùm demùm intelligatur, cùm ab uno, & altero Capitulo, nullo alio Capitulo interjecto, continuatis, ex majoris partis convocatorum PP. Sententia, decretum, approbatumque fuit*; ut refert *cit.* Urſ. *tom.* 5. *p.* 2. *diſc.* 7. *num.* 94. *& ſeqq.*

8 Hinc laudabilis praxis invaluit, ut quando agendum eſſet de mutatione conſtitutionum, prius diſcutiatur negotium in Capitulo Generali; & deindè ejus inſtantia remittatur ad Congregationem Concilii, ſæpiùs ad Congregationem Epiſcoporum, & Regularium; quæ accuratè, ac diligenter quodlibet caput mutationis Regulæ expendit. Si verò de hujuſmodi re actum minimè eſſet in Capitulo Generali, inſtantia remittitur eidem Capitulo Generali pro voto; nec uſquequo votum habeatur, ulterius progreditur, ejuſque praxis. Nos teſtes ſumus, dum à ſecretis dictis SS. Congregationibus fuimus. Idem peragitur in confirmatione novarum Conſtitutionum; nam præfatæ Congregationes rem diſtricto examini ſubiiciunt, eamque alicui ex Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus committunt pro earum reviſione, & voto.

CONSTITUTIO XII.

SIXTI IV.

Incipiens (*Etſi.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

DEclarat omnia Hoſpitalia, & Loca Ordinis S. Spiritus, & hoc modo intitulata membra Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia Urbis; ac Fratribus dicti Ordinis tantùm ea conferri debere à Commendatore. Nomenque Commendatoris, & Magiſtri Generalis aliis interdicit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De ſpectantibus ad Hoſpitale S. Spiritus Urbis, ejuſque Fratres plura etiam remiſſivè.*

2 *De ſuperioritate Hoſpitalis Urbis ſuper alia dicti Ordinis.*

3 *Beneficia illius Ordinis ſunt conferenda Fratribus ejuſdem.*

Ubi de aliis diſpoſitis in hac Bulla, & præſertim de poteſtate Præceptoris, ſeu Commendatoris Hoſpitalis Urbis, ibidem.

4 *Fratres S. Spiritus ſunt veri Regulares, & Profeſſi. Tenentur ſervare annum Novitiatus, juxta formam Concilii Tridentini; nec poteſt Commendator diſpenſare; ubi de cauſa in Rota ad rem faciente, ibid.*

5 *Additur votum Auctoris juſſu ſan. mem. Innocentii XIII. à quo fuit ille conſultus; An deceret, ut Summus Pontifex concederet indultum cuidam Fratri Ordinis S. Spiritus condendi teſtamentum.*

Ubi plura ad rem, & ſtylum conceſſionis hujuſmodi Indultorum Regularibus profeſſis, & Epiſcopis.

ERectionem, ac originem Hoſpitalis S. Spiritus in 1
Saxia Urbis, jam retuli *tom.* 2. *Conſtit.* 7. *Innocentii III.* ibique de Regula iſtorum Fratrum, gubernio præſenti, pluribuſque ad dictum Hoſpitale, & Fratres ſpectantibus, facta mentione hujus *Sixtinæ Conſtitutionis*, aliqua dixi, *& tom.* 3. *Conſtit.* 4. *Nicolai IV.* & de unione, ac ſeparatione Hoſpitalis Montis peſſulani, & de Superioritate, ac Primatu Do-
mus S. Spiritus Urbis, & Præceptoris, ſeu Commen- 2
datoris hujus ſuper omnes Domus, ac Fratres, apud quaſcumque Nationes exiſtentes, deductis ex hac Bulla, aliiſque Pontificiis diplomatibus, ac actibus poſſeſſoriis, latè egit Frater Petrus Saunier dicti Ordinis, *de capite Ordinis S. Spiritus p.* 1. *c.* 11. *& p.* 2. *cap.* 1. *& ſeq.*

In præſenti fuit à *Sixto IV. ejus Bulla edita in Urbe die* 17. *Junii Ann.* 1476. declaratum, omnia Hoſpitalia S. Spiritus eſſe membra hujus Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia, ac eorum Præceptores, & Magiſtros ſubjacere Præceptori Generali Hoſpitalis Urbis, ac
providendos de eis tantùm Fratres dicti Ordinis per 3
Præceptorem, ſeu magnum Magiſtrum Superiorem conſtitutum dicti Hoſpitalis Urbis, ac ad nutum ipſius, itaut poſſit revocare eos ad Clauſtra; & aliis hoc nomine Magiſtri Generalis, ſeu Præceptoris uti prohibuit; ac eleemoſynarum collectionem fieri non poſſe decrevit, ſine licentia Magiſtri Generalis; formamque eleemoſynarum applicandarum Hoſpitali præſcripſit. Sed pro his eleemoſynis, ac quæſtoribus eſt attendendum *Concilium Tridentinum, & Conſtit.* 82. *Pii IV. tom.* 2. *Bull.* ubi etiam reſtrinxit indulta conceſſa huic Hoſpitali, diſpenſandi ſuper impedimentis matrimonialibus, Irregularitatibus, ac circa Indulgentias conceſſas.

In præfata *Conſtitutione* 7. *Innoc. III.* retuli, ipſos 4
Fratres S. Spiritus eſſe verè Regulares cum ſubſtantialibus votis, proindeque omnia diſpoſita per Concilium Tridentinum, aliaſque Conſtitutiones Apoſtolicas obſervare debent, & præcisè annum Novitiatus; ante Profeſſionem juxta *cap.* 15. *ſeſ.* 25. *de Regular.* ut in præciſis terminis Fratris hujus Ordinis S. Spiritus Rot. in *Cephalud. Penſionis* 25. *Junii, &* 10. *Decembris* 1683. *cor. Urſino*, ubi in terminis etiam Tranſlati ab alia Religione ad hanc S. Spiritus, quòd idem Novitiatus ad formam Concilii expleri debeat, & etiam à Tranſlatis de una Religione ad aliam, Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 3. *qu.* 189. *in ſpect.* 6. *nu.* 166. Barboſ. *ad Concil. cit. cap. num.* 17. *& ſeq.* & in *prima dec.* §. *quæ diſpoſitio*, & in *ſecunda* §. *eten m, & ſeq.* & præſertim, quia in Brevi hujus tranſlationis ſolet apponi clauſula: *Peracto Novitiatu in Religione ad quam fit tranſitus*. Et verè ſic ſervatur in *S. Pœnitentiaria*, & in *Reſcriptis Sacr. Congregationis Epiſcoporum*, per quas ſolent etiam expediri hujuſmodi tranſitus; nec valuiſſe Novitiatum peractum, in caſu dictarum *deciſionum*, extra clauſtra Conventus S. Spiritus, & in Civitate Neapolis, vagando, quia non potuerat ſuffragari pro Novitiatu, juxta formam Concilii faciendo, ut ſit continuus, & completus intra ſepta Monaſterii, ſub cura Magiſtri Novitiorum, non obſtante licentia obtenta à Præceptore S. Spiritus Urbis, permanendi extra Clauſtra, cùm non potuerit contra formam Conciliarem diſpenſare in forma, & tempore Novitiatus injuncti, Gratian. *diſcep.* 240. *numer.* 14. &

17. &

17. & generaliter docent DD. & præſertim Fagnan. *cap. cum veniſſent nu. 20. de Judicus*, & alibi, ut plenè in *cit. dec. Cephaluden.* in quibus nulla fuit declarata Penſio, reſervata translato à quadam Religione ad illum S. Spiritus, quia translatio non fuit legitimè facta, nempè abſque anno Noviciatus in Conventu, à Concilio demandato; nec profeſſionem actualiter emiſit intra legitimum tempus, ſub quibus conditionibus translatio fuerit indulta à Papa, ſub pœna nullitatis. Cumque Penſio fuerit reſervata per Sedem Apoſtolicam cum præſuppoſito, quòd ille emiſiſſet, vel emiſſurus eſſet profeſſionem in Ordine prædicto S. Spiritus, ad quem tranſitum obtinuit; tamen legitimum tranſitum non feciſſe viſum fuit in *dictis deciſ.* & corruere reſervationem Penſionis, conditione ſupradicta non ſervata.

5 Ob qualitatem regularem dictorum Fratrum S. Spiritus, quam dixi *cit. Conſt. Innoc: III.* reſultat in iſtis incapacitas teſtandi, ad diſponendi de bonis, præſertim acquiſitis ex beneficiis, iſtius Ordinis; ideò ad rem hujuſmodi adiiciam votum, quod feci ſan. mem. Innocentio XIII. juxta ejus juſſum.

Quæritur, an deceat ut SS. D. N. concedat Indultum, ut quidam Canonicus S. Spiritus teſtamentum condere valeat. Pro hujuſce dubii reſolutione, animadvertendum eſt, hujuſmodi Canonicos Sancti Spiritus in Saxia verè eſſe regulares, cum votis paupertatis, ſcilicet caſtitatis, & obedientiæ, in quibus Religioſi ſtatus eſſentia conſtituitur; prætereà nedum ex propriis ſtatutis, ſed etiam ex *Conſtitutionibus Apoſtolicis Sixti IV. Nicolai IV. & Pii IV.* eorum bona, & redditus adjudicantur Hoſpitali S. Spiritus pro Infirmorum, & Expoſitorum ſuſtentatione, ut notant Pignatell. *tom. 10. conſult. 55. &* Monacell. *tom. 1. in Append. ad Conſt. Urbani VIII. n. 11. & ſeqq.*

His præmiſſis facile concluditur, quòd hujuſmodi Canonici S. Spiritus teſtamenta condere nequeunt, ex iis omnibus rationibus, quibus aſſeruntur hujuſmodi facultatis expertes alii quicumque ſint regulares, tum ex jure Canonico in *cap. quia ingredientibus de Teſtam.* cùm ex civili lege in *Auth. Ingreſſi Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* vel quia ſæculo mortui reputantur, ut in civilibus actibus perſonam idoneam non habeant, vel quia ex obedientiæ voto, libero voluntatis exercitio careant, vel tandem quia ex altero paupertatis voto, dominii bonorùm ſunt incapaces, de quibus diſponere poſſint, ut latiùs conſiderant DD. & præ cæteris Gonzalez *in cit. cap. quia ingredientibus de Teſtam. &* in terminis *hujuſmodi Canonicorum*, quòd Teſtamenta facere nequeant, etiam cum licentia Commendatoris S. Spiritus, cenſuit *Congr. Viſitationis 19. Januarii 1696.* quam ſententiam approbavit *ſ. m. Innocentii XII.* cum conſilio alterius Congregationis ſpecialis quinque Cardinalium ſub *die 25. Julii jamd. anni 1696.* ut refert Monacell. *in formul. tom. 2. tit. 15. form. 15. num. 13. & tom. 1. in append. ad Conſt. Urbani VIII. n.* 11.

Sed numquid Summus Pontifex poſſit hujuſmodi Regularibus indultum teſtandi concedere? Porrò de Papæ auctoritate nullum dubium, juxta communem Doctorum opinionem; poſſunt enim Regulares ex Apoſtolica auctoritate fieri capaces adminiſtrationis bonorum, ut ex fructibus, ſive bonis exindè quæſitis diſponant nomine ejuſdem Summi Pontificis, tamquàm ſupremi omnium bonorum Eccleſiaſticorum Domini, ſive diſpoſitoris, ut aliàs dixi ad *Conſt.* 5. Benedicti XII. *ſect. 1. num.* 26. Paſſerin. *de ſtatu homin. quæſt.* 186. *art. 7. num.* 542. Amoſtaz *de cauſis piis lib. 8. cap. 13. num.* 29. Torre *de pactis futura ſucceſſ. cap. 25. nu.* 182. *lib.* 2. Verùm eadem Apoſtolica auctoritate, firma, & rata remanente, Summi Pontifices numquam, vel certè adeo rarò uſi ſunt, ut nulla ſit memoria, quod Regulares ſimplices facultatem teſtandi obtinuerint; Nullum, inquam, exemplum hujuſmodi occurrit apud plures Auctores, quos tempus, & occaſio mihi fuit indagandi; & certè ſi quod foret exemplum non prætériſſet Pyrrhus Corradus diligens, & accuratus Indultorum Apoſtolicorum collector in ſua *praxi diſpenſationum*, qui tantummodo recenſet formulam indulti, quòd paſſim concedi ſolet Epiſcopis Regularibus, ut de aliquibus bonis in teſtamento diſponere poſſint, cujus quidem indulti ratio accomodari nequit ſimplicibus Regularibus, cum Epiſcopi Regulares, licèt votis Religionis ſubſtantialibus remaneant obligati, tamen ab obedientia Superiorum Regularium, ex promotionis virtute, liberantur, atque legitimi fiunt bonorum Eccleſiaſticorum Adminiſtratores, veluti Beneficiati, qui liberè diſponere poſſunt de beneficiorum fructibus ad uſus pios, & honeſtos; Similiter hujuſmodi indulti exempla occurrunt favore Equitum S. Joannis Hieroſolymitani, qui pariter licèt Regulares ſint, tamen omnibus numeris comparari nequeunt Religioſis profeſſis, qui militares non ſunt; & in propoſito ipſi Equites, accedente tantùm magni Magiſtri licentia, de bonis patrimonialibus teſtari poſſunt vigore ſtatutorum, & de fructibus pariter Commendatum in ultima voluntate diſponunt ex Apoſtolicis privilegiis, quæ generoſa eorum facinora promeruerunt, ut notant Gratian. *diſcept.* 880. Sperell. *dec.* 21. *n.* 41. Rota *dec. 28. n. 7. cor. Cerro, & dec. 240. cor. Dunozzet. Seniore.*

Quin in propoſito favore Canonicorum hujuſmodi S. Spiritus urgeat animadverſio, quòd ipſi ſint capaces retinendi beneficia, eorum Religioni unita, necnon eorum redditus adminiſtrandi ex *Conſtit.* 12. *Sixti IV.* & notat Navar. *conſil. 13. de ſtatu Monachor.* Etenim adminiſtratio fructuum beneficiorum, quæ conceditur his Canonicis S. Spiritus eſt reſtricta ad uſus pios, & Religioſos; & quod ſupereſt ipſis conceditur velut merces laboris, & operis in cura Infirmorum, ſicut proſequitur *cit.* Navar. & cenſuit ſupracitata Congregatio particularis, nempe: *Regulares præfatos S. Spiritus licitè adminiſtrare, & retinere poſſe dictos redditus, dummodo pecuniæ erogentur in uſus pios, & Religioſos*: Sicut igitur in Abbatiis, & Prioratibus Regularibus ex capacitate retinendi hujuſmodi beneficia, eorumque redditus adminiſtrandi, non infertur ad capacitatem teſtandi, ita quidem, ut ex indulto Apoſtolico fieri poſſint capaces, ſemper recurrit objectum, quòd nullum ſimile inveniatur exemplum pro Regularibus ſimplicibus, neque faciliter hæc via eſt ſternenda cum diſpendio Regularis diſciplinæ.

Quòd ſi Canonicus aliquis S. Spiritus certam bonorum quantitatem ſibi ante profeſſionem reſervaret, ut deindè poſſet de ipſa diſponere cum Indulto Apoſtolico, numquid hujuſmodi Indultum ſit facilis conceſſionis? Equidem Navarr. *in conſ. 15. de ſtatu Monach.* ſimile indultum conceſſum recenſet cuidam religioſiſſimæ Virgini Hiſpanæ, quæ diſpenſationem Apoſtolicam obtinuit in Religionis ingreſſu, ante *Sacr. Conc. Tridentinum*, ut profeſſa, in propriis laribus degere poſſet, cum facultate diſponendi inter vivos de ſuis bonis, ex urgentiſſimis cauſis. Quàm verò hujuſmodi indultum ſit extraordinarium, quiſque videt, ut facilè ad exemplum trahi non debeat, cum præjudicio Regularis obſervantiæ. Si verò de livellis ageretur, quæ Regulares ſibi reſervare ſolent pro eorum Religioſis neceſſitatibus, minoris difficultatis eſſet Indultum, quod concedi ex rationabili cauſa ſolet, ut ipſi Regulares de iis inter vivos diſponere poſſint, non quidem indefinitè, & liberè, ſed ad uſus pios, vel ad exercitium virtutis, veluti gratitudinis, & remunerationis, ſive etiam favore Conſanguineorum pauperum, potiſſimùm accedente conſenſu Superiorum, & Capituli Conventualis; ut mihi teſtis eſt experientia, quo tempore functus ſum munere Secretarii Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſitæ, ad quam ſimiles diriguntur inſtantiæ.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIO XIII.

SIXTI IV.

Incipiens (*Sedes Appoſtolica.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

COnfirmat privilegia Eremitis Beati Petri de Piſis, ac alia impartitur, & plura diſponit circa Capitulum Generale, & Provinciale, & electionem ſex Deputandorum, Rectoris Generalis, ac Superiorum.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De pluribus jam dictis quoad Eremitas. B. Petri de Piſis, remiſſivè.*

2 *Sixtus IV. eos reduxit in Congregationem in hac Conſtitutione; privilegia iis conceſſit, ac modum gubernii præſcripſit.*

3 *Referuntur aliæ Conſtitutiones Summorum Pontificum, & ſtatuta denuò facta pro gubernio dictorum, & electione Superiorum; ac præſertim fuit iniunctum, ut emitterent profeſſionem ſolemnem cum tribus votis; quam antea non emittebant.*

4 *De privilegiis iis conceſſis, remiſſivè.*

1 JAm *tomo* 4. *Conſtit.* 12. *Eugenii IV.* dixi de origine, ac progreſſu horum Eremitarum B. Petri de Piſis, quibus præfatus *Eugenius* conceſſit plura privilegia; & ibi mentionem feci de hac *Bulla Sixti IV.* ubi reduxit ad ſtatum Congregationis eoſdem Eremitas, qui denominationem Fratrum Divi Hieronymi receperunt; aliaſque Conſtitutiones ibi indicavi pertinentes ad hanc Religionem; pro qua *Sixtus*
2 præfatus edidit hanc *Bullam Romæ die* 1. *Februar.* 1476. qua redactis hiſce Eremitis in Congregationem, privilegia conceſſa confirmavit, ac alia indulſit; & præſcripſit formam gubernii pro Capitulo Generali, & Provinciali, electione Superioris Generalis, Deputandorum, Priorum, aliorumque, ut ex tenore dictæ *Bullæ apud Cherubinum*; Et Cherubinus Senior notat ibi *ſchol.* 1. numerum ſex Deputandorum juxta hanc Conſtitutionem, fuiſſe per *Alexandrum VI. PP. decreto ſub die* 14. *Aprilis* 1496. remiſſum arbitrio Capituli, ut quinque, vel quatuor eligat, & non ſex; ut vidiſſe ait in ejus *Bulla in libro privilegiorum hujus Ordinis. Paulus Papa III.*
3 confirmavit, & nova conceſſit privilegia huic Congregationi ſub *datum Romæ ſexto Id. Maii* 1535. Et ſub Cardinali Protectore Sadoleto fuerunt editæ *Conſtitutiones novæ* correctæ anno 1540. & anno 1549. acceptatæ, ac impreſſæ; *& Pius IV.* confirmavit iterum privilegia; Sicuti S. Pius V. conceſſit omnia privilegia Mendicantium, *& alia Bulla* 15. *Kal. Decembris anno* 1568. ſtatuit, ut ab omnibus hujuſmodi Congregationis Alumnis emitti deberet ſolemnis profeſſio; quam anno 1569. 18. Martii coram Cardinali Protectore Cornelio, Generalis, ac ſucceſſivè alii fecerunt, tribus Votis ſolemnibus emiſſis; & deinde fratres omnes egerunt idem, atque ad præſens ſervatur. Ex quo apparet antea fuiſſe Congregationem Eremitarum, & non veram Religionem. Succeſſivè fuit introductus mos electionis Provincialium, & factæ fuerunt novæ Conſtitutiones approbatæ in Capitulo Generali anno 1629. & anno 1638. & acceptatæ, & alia in dicto Capitulo edita decreta; Atque in ſubſequentibus Capitulis Generalibus adjuncta decreta fuere, & illæ Conſtitutionis declaratæ; ac abolitus Diſcretorum uſus; Imò Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium annuente Summo Pontifice approbavit abolitionem vocis activæ in Examinatoribus, Novitiorum Magiſtris, & Diſcretis, & perpetuò id ſervandum ſtatuit, *ſub die* 29. *Januarii* 1689.

Quoad privilegia tandem conceſſa iſti Congregationi, cùm de his, occaſione hujuſmodi privilegiorum aliis Regularibus largitorum, diſſeruerim latè propriis locis in antecedentibus Commentariis, vel id faciam in ſequentibus, Deo dante, ne fiat repetitio, & ut ad alias Conſtitutiones peculiares progredi valeam, nihil ultra in præſenti Conſtitutione ſuperaddam. 4

CONSTITUTIO XIV.

SIXTI IV.

Incipiens (*Illius.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

COnfraternitatem ab Eugenio IV. inſtitutam ſub titulo Sancti Spiritus in Saxia denuò erexit Sixtus in Hoſpitali Sancti Spiritus in Saxia Urbis; pluraque privilegia conceſſit; ac regimen Hoſpitalis eſſe decrevit penes Præceptorem, illius aliàs Commendatorem, ad Papæ proviſionem eligendum.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De erectione Confraternitatis S. Spiritus coæva inſtitutioni illius Ordinis in Monte Peſſulano Hoſpitali.*

2 *Eadem Inſtituta fuit in Hoſpitali S. Spiritus Urbis; & à Sixto in hac Conſtitutione cumulata privilegiis.*

3 *Eam Confraternitatem ingreſſi ſunt idem Papa, Reges, Cardinales, ac Magni Principes.*

4 *Confratres contribuebant, quamdam pecuniam, ac Indulgentiarum conceſſionem obtinuerunt.*

5 *Fuit deindè revocata à S. Pio omnis Indulgentia cum manu adjutrice.*

Prout revocata fuerunt alia Indulgentia conceſſa, relativè, ibid.

6 *Paulus V. erexit dictam Confraternitatem in Archiconfraternitatem.*

COnfraternitatem S. Spiritus coævam inſtitutioni Fratrum hujus Ordinis longè ante erectionem Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia, Guido Fundator dicti Ordinis in Monte Peſſulano inſtituit, Sedeſque Apoſtolica approbavit. Putavit itaque Inſtitutor, ille Hoſpitalis Montis Peſſulani, & Religionis iſtorum Fratrum, quibus cura dedit inſerviendi in Hoſpitalibus, expedire, ut Confraternitas Laicorum hujuſmodi Pio Loco adjiceretur adjutrix Fratrum mediante contributione, per Confratres facienda floren. trium. *Eugenius* etenim *Papa IV.* æquum putavit, eamdem Confraternitatem in Hoſpitali S. Spiritus in Saxia, 1

in Urbe

in Urbe erecto, inſtituere; eamque confirmavit Sixtus IV. *in hac Conſtitutione* 21. *Martii* 1477.
3 Eidem Confraternitati ſe addixit idem Eugenius,
& alii Pontifices, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Principes Magnæ Potentiæ, innumerique
ferè Nobiles, Saunier. *de Ordine S. Spiritus cap. 9. de
Confraternitate S. Spiritus*, ubi latè, & *Bartholomæus Piazza in ſuo Euſevologio Romano tract.* 6.
cap. 5. qui referunt eſſe ſub Juriſdictione Capitis Ordinis
eam Confraternitatem, & privilegia conceſſa,
necnon Julium II. & III. Commendatoribus hujus
Hoſpitalis reliquiſſe libertatem, moderandi dictam
taxam; imò ipſe Papa annuatim ſe obligavit, ſolve-
4 re ducatos Cameræ Papales trecentos *S. Pius V.* in-
hærendo menti Sac. Conc. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 4.
5 *de Reformation.* revocavit omnes Indulgentias, &
Privilegia, conceſſa, ubi requirebantur manus adjutrices,
ſed quoad hoc Hoſpitale, & Confraternitatem
approbavit Privilegia conceſſa *Sixtus V.* & *Clemens VIII.*
revocavit plura; *Paulus* etiam *V.* mo-
6 dum induxit circa Indulgentias, Piazza *ibidem*, ubi
quòd Paulus quintus erexit hanc Confraternitatem
in Archiconfraternitatem; cum facultate aggregandi.

CONSTITUTIO XV.

SIXTI IV.

Incipiens (*Erſi.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

PRæcipitur Officialibus Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjectis Obſervantia Conſtitutionum collectarum à Cardinali Ægidio Legato cum additionibus Cardinalis S. Clementis pro Provincia Marchiæ; Dictamque Conſtitutionem Ægidianam ſervari mandat in Urbe, abſque præjudicio Statutorum, ac alia demandat, quoad Bannitos, & Officiales quoad munera.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Conſtitutionis Ægidianæ origine, uſu, ac aliis quoad eam dicta remiſſivè.*
2 *Sixtus Papa IV. dictam Conſtitutionem ſervari mandavit in hac Bulla.*
In Statu tamen Eccleſiæ immediatè ſubjecto, ibid.
3 *Quod egit etiam Paulus Papa III. & quoad Conſtitutionem Carpenſem, ſervandam eſſe in Provincia Marchiæ.*
4 *De prohibita munerum acceptione per Officiales aliiſque contentis in hac Bulla remiſſivè.*

1 COnſtitutionis Ægidianæ, quæ per ora Curialium, Curiæque Romanæ Tribunalia volitare
videtur, originem indicavi *tom. 4. Conſtitut. 1. Innocen. VI.* qui Cardinalem Ægidium 1, Auctorem illius,
Legatum, Vicariumque in temporalibus in Statu Eccleſiaſtico deputaverat, pluribus tributis eidem
Legato facultatibus, præſertim Cauſas quaſcumque cognoſcendi; cùmque idem Cardinalis plura ſtatuiſſet,
ejus inſigni Doctrina, ac prudentia quoad gu-
2 bernium Civile, & Judiciarium Cauſarum Sixtus
IV. *in hac Conſtitutione, edita in Urbe die* 30.
Maii 1478. eam Conſtitutionem Ægidianam ſervari mandavit in toto Statu Eccleſiaſtico, immediatè
ſubjecto Romano Pontifici, ut innui *cit. Comm. Conſtitut. Innoc. VI.* eamque iterum ſervari juſſit Paulus 3
III. *infra Conſt.* 17. *num.* 1. *Bullar.* Rurſus idem Pontifex Sixtus *in hac Conſtitutione* voluit obſervari Conſtitutionem
editam, Carpenſem nuncupatam, pro Marchia continentem Statuta confecta à Cardinalibus
Legatis ibi expreſſis, quam pro Marchiæ Provincia habere locum innui *cit. Conſtit. 1. Innocentii VI. num.* 8.
prout prohibuit Officialibus munera, ac deſtinavit Commiſſarios, ad inquirendum de moribus Officia-
lium, & Gubernatorum, extra Curiam; & de prohi- 4
bitis muneribus Officialibus, dixi ſupra *Conſt. 3. Pauli II.* prout contra Homicidas, & Bannitos adeſt
Conſt. 8. Pii II. & de pœnis iterùm procedit iſta Conſtitutio Sixtina, ac in præfata *Bulla 1. Innocen. VI.*
dixi latè, quoad appellationes, prohibitas per eam Ægidianam, & an iſta obliget Eccleſiaſticos, bona eorum,
& an in Statu Avenionis, & Parmæ, & circa limitationem factam in Bullis, ac quoque in præſenti Sixtina,
ut non procedat in locis ubi adſit peculiare Statutum, vel conſuetudo. De aliis contentis in
dicta Ægidiana alibi erit ſermo.

CONSTITUTIO XVI.

SIXTI IV.

Incipiens (*Divina.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

INnovat Collegium Abbreviatorum Literarum Apoſtolicarum; illiſque plura in- 1
dulta, concedit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Diſpoſita in hac Bulla, quoad Abbreviatores, eorumque Collegium referuntur.*
2 *De origine Abbreviatorum literarum Apoſtolicarum, & de Parco majori nuncupatorum plura adducuntur. ibid.*
3 *Abbreviatoris nomen, à quo dictum.*
4 *De vario uſu, ſcribendi literas Apoſtolicas, & de uſu, qui adhibetur in Brevibus.*
5 *Abbreviatores, alii ſunt de majori Parco nuncupati, alii de minori, Et qui ſint, & quomodo ſedeant in Cancellaria.*
6 *Olim Abbreviatores minutas conficiebant literarum Apoſtolicarum, & conferebant ſupplices Libellos cum Bullis.*
Modo ea agunt Subſtituti eorum, ibid.
7 *Abbreviatorum numerus qui ſit?*
8 *Diſcrimen inter Abbreviatores Majoris Parci, & Minoris in quo verſetur?*
9 *Tenentur Abbreviatores multis diebus adeſſe in Cancellaria.*
10 *Habent locum in Capella.*
11 *Eorum habitus violacei coloris ubicumque & uſus Cappæ, & Racchetti in Capella.*
12 *Plura Privilegia conceſſa iis per Summos Pontifices; Et quæ?*

IN hac Conſtitutione *edita in Urbe* 22. *Januarii* 1
1478. per *Sixtum Papa IV.* refertur *Pium II.*
aſſignaſſe

aſſignaſſe emolumenta quædam Abbreviatoribus literarum Apoſtolicarum eamque diſpoſitionem Paulum II. revocaſſe, ea emolumenta alio modo diſtribuendo, ſed Abbreviatorum clamoribus, diminutis emolumentis ob peſtem, & bella *Sixtus* Collegium Abbreviatorum innovavit in numero duodecim de Parco majori, & plura ſtatuit circa aſſignationem emolumentorum, & admiſſionem eorum in Collegium; confirmavitque id *Leo X. Conſt*, 14. *Julius II.* & *Paulus V. Conſtitut.* 2. plura etiam Indulta Abbreviatoribus conceſſit, de quibus Abbreviatoribus aliqua dicam.

2 Abbreviatorum literarum Apoſtolicarum originem, Ciampin. *in lib. de Abbreviatorib. cap.* 1. ducit antiquiſſimam, fuiſſe eos ſuffectos nempe, poſt ceſſatas perſecutiones, loco Notariorum, qui acta Martyrum deſcribebant.

Pace enim reddita Eccleſiæ, plures literas Apoſtolicas, inceptum fuit, expediri, peractis minutis ab his Abbreviatoribus; Alii tamen putant Ciampinum, uti Abbreviatorem, ſuum, ultra extuliſſe munus, dicuntque Abbreviatores *à Jo. Papa XXII.* fuiſſe conſtitutos, quia, etſi antea reperiatur mentio Cancellariæ Apoſtolicæ *cap. ad hoc de reſcriptis*, erat quidem locus certis legibus, ac methodo, non munitus, quod egit Joannes XXII. Gonzalez *in proœm. Regul. Cancell. quæſt.* 1.

3 Nomen Abbreviatorum infimæ Latinitatis dicitur à verbo *Abbrevio* uſurpatum apud Vegetium, *quarti Sæculi Auctorem*, eſtque abbreviare in Epitomen, ſeu in compendium redigere; Unde Barthius *lib.* 35. *adverſ. cap.* 18. compendioſam ſcripturam, abbreviationem appellat; Romani etenim ſcripſerunt, vel plenis, atque integris literis, ac Syllabis juxta communem modum, vel ſingulis literis, ut *S. P. Q. R.* quæ *ſingla*, vel *ſigla* (quaſi ſingula) dicebantur, quemadmodum, & *vincla*, & *ſecla*, pro *vincula*, & *ſecula*, uſurpaſſe latinos dixit Cujacius *lib.* 2. *obſer. cap.* 40. qui autem ea ſcribendi ratione utebantur, appellati ſunt ſingulari; Scribebant rurſus per notas, quæ non literas, ſed puncta ſigna, & compendia plurium literarum erant. Unde eas appellat Hieron. *de vit. ſuſpect. contub. Signa*, & *furta verborum*, & *Juſtin. in lib.* 1. *Cod. de vet. Jur. enuel. Signorum captiones*, & *compendioſa enigmata*, & latè de his Cujacius *cit.* Gibalin. *lib.* 1. *de negotiat. c.* 5. *art.* 1.

4 Similiter, & in literarum Eccleſiaſticarum uſu locum obtinuiſſe hujuſmodi notas liquet ex Epiſtola *Attici Epiſcopi C. P. P.* (ſi modò ejus ſit) apud *Collect. Iſidor. Mercatoris*, & *in notis Eccl.* apud Theſaur. Grſœter. *in append.* idque repertum forſan ad arcana cœlanda fuit, vel etiam, quia apud priſcos fideles literarum commercium inſtitutum extitit ad communionem, inter ipſos ſervandam, & ut veræ notæ à falſis diſtinguerentur per excommunicatos, ac hæreticos factis, ſcribendi modus per notas uſurpatus fuit.

Abbreviatores etiam dici potuerant, quia Brevia conficiebant; de quo vocabulo Du-Cangius *in Gloſſar. Sponden. ann.* 142. Quæ vox in præſenti importat, literas Apoſtolicas, quæ expediuntur, non ſub ſigillo plumbeo, ſicuti in Bullis, ſed cera rubra cum Anuli Piſcatoris impreſſione, ut latè dixi in proœmio operis.

5 Abbreviatores etenim ſunt, vel de Majori Parco, vel Minori, diciturque Parcus, quia aſſiſtunt in Cancellaria in loco, Cancellis munito, aliis extraneis prohibito, & alto; Illi de Parco Minori ſedent in banco ſcriptorum Apoſtolicorum minoris altitudinis.

6 Antiquitùs Abbreviatores minutas literarum Apoſtolicarum conficiebant; Extravag. Jo. XXII. *cap. cum ad Sacroſancta de ſent. excommun.* Verùm, cùm eorum dignitas excreviſſet in aliis, hanc curam reliquerunt quibuſdam ex Cancellaria peritioribus viris, Subſtitutis appellatis, Bullas cum ſupplicibus libellis conferendi, & an debita forma eſſent expeditæ; Et ſic in præſenti Abbreviatorum onus eſt præſentes eſſe in Parco, & supereſſe, dum expeditio Bullarum fieri debet, de quo latiùs apud Veſtr. *in prax. cap.* 1. & 2. & *cit.* Ciampin.

7 Numerus Abbreviatorum de Parco Majori duodenarius fuit conſtitutus in hac *Conſtitutione*, & viginti duo de Parco Minori; Reliqui Examinantes literas in prima viſione, etiam Abbreviatores ſunt nuncupati, cùm unum Collegium quoque conſtituant. Abbreviatorum Majoris Parci munus eſt, ut ipſi, & hodie eorum Subſtituti, minutas literarum Apoſtolicarum ex ſupplicationibus, per Summos Pontifices ſignatis, conficiant, & Bullas, expeditas, examinent, ac conferant; illi verò de Parco Minori, poſtquam Bulla ad eorum manus pervenerunt, recepta, portione, ſibi tangente ad Majores Abbreviatores eas remittunt, Cohel. *not. Cardinal. cap.* 22. *Cherubin.* ad hanc *Conſtitut. ſchol.* 1. Ideòque addit *ſchol.* 2. *hujuſmodi munus requirere homines inſtructos*, ut dixit *Sixtus hic*, ita ut Rota in Cauſis, circa expeditiones Beneficiorum, ab iis votum quærere dignata fuit *deciſ.* 592. *lib.* 3. *Diverſor. numer.* 5. & *deciſ.* 72. Caputaq. *lib.* 1. *in fin.* Abbreviatores Parci majoris habitum violaceum deferunt, & Cappam, cum Rocchetto in Capella, ac Referendarii Signaturæ dicuntur; Hi autem de Parco minori ſunt Clericis ſimplices, & quandoque Laici, & uxorati, ita permittente *Sixto* in hac *Conſt.* §. 22. & alias diferentias vide apud *Cohel. cit.*

8 Tenentur intereſſe ſtatutis diebus Abbreviatores in Cancellaria ſub quibuſdam pœnis, *Conſt.* 1. & 3. *Martini V.* §. 7. & *in hac Conſt.* §. 9. & 10. & apud Ciampio. *cit.* refertur decretum Cardinalis Vicecancellarii, quòd Abbreviatores aſſiſtant hora conſueta in Cancellaria ſub pœna amiſſionis diſtributionis ſequentis Cancellariæ. Locum in Capella obtinent poſt Votantes Signaturæ, & præcedunt Correctorem Parci majoris, Rota *coram Seraph. dec.* 716.

CONSTITUTIO XVII.

S I X T I IV.

Incipiens (*Licèt.*)

E P I T O M E B U L L Æ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

APprobat Judicium Alphonſi Carillo Toletani Archiepiſcopi, qui ex Commiſſione Sedis Apoſtolicæ damnaverat Petrum Oxomenſem, ejuſque doctrinam.

C O M M E N T A R I U M.

S U M M A R I U M.

1 *Refertur hiſtoria condemnationis doctrinæ Petri Oxomenſis, per Sedem Apoſtolicam facta in hac Conſtitutione, & nn. ſeq.*

2 *A ſola confirmatione Romani Pontificis robur excipit reprobatio hæreſis, facta in Conciliis Epiſcopalibus.*

Recenſetur retractatio, quam fecit dictus Petrus, ibid.

3 *Referuntur errores præfatæ hæreſis, de quibus impugnatis, aut impugnandis remiſſive.*

4 *Impugnatur error, quod Summus Pontifex non habeat facultatem diſpenſandi ſupra ſtatuta Con-*

Conciliorum, & Eccleſiæ.
Adducuntur aliqua exempla, ibidem.
5 *Primatus Romani Pontificis in Eccleſia Dei eſt argumentum ejus Poteſtatis in diſpenſando. Ubi etiam relativè de eo.*

1 CUM *ad Apoſtolicam Sedem, oporteat referri pericula quaque, ac ſcandala emergentia in Regno Dei, ut ibi potiſſimùm damna fidei reſarciantur, ubi non poſſit fides ſentire defectum*, ut ajebat, Bernard. *Ep.* 190. *ad Innoc. II.* Cùmque ejus Sedis Moderatori impoſitum à Chriſto fuerit onus, ut univerſum ſibi commiſſum gregem doctrinis Evangelicis paſcat, eumque ab hæreſeon contagio præſervet: Hinc, ut ſuum explerent munus Romani Pontifices, ſummo zelo, ac vigilantia curarunt; ut fidei corruptores, qui tamquàm Lupi rapaces gregem Chriſti invadunt, cohibeantur, & naſcentes errores in ſua origine ſuffocentur. Emicuit maxime *Sixti IV.* Apoſtolica ſollicitudo, ac vigilantia, qui Hiſpaniam, ubi venenatas doctrinas diſſeminare conabatur Petrus de Oſma (ſive Oxomenſis) in avita fide roboravit. Erat au-
2 tem Petrus Oxomenſis Salamantinus Thologiæ profeſſor, vir ingenio audaci ac petulanti; qui cùm libros vulgaſſet labe multorum errorum conſperſos, præfatus *Sixtus IV.* Alphonſo Carillo Toletano Archiepiſcopo commiſit, ut adhibitis doctis viris, ejus doctrinam diligenti ſubiiceret examini, erroribuſque detectis, Auctorem, Sectatoreſque (niſi retractarent) hæreticos declararet, ac Cenſurarum fulminibus apperetet. Paruit mandatis laudatus Archiepiſcopus; ac tandem poſt accuratum examen; in hæreſi deprehenſum Petrum Oxomenſem anathematis ignominia notavit, lata ſententia *Nona Kalend. Junii* 1478. ut teſtantur *Joannes Mariana Hiſt. Hiſpan. lib.* 26. *cap.* 12. Spondan. *ad dictum an.* Bzovius, & Natal. Alex. Additque Dominicus Bann. 2. 2. *D.Th. quaſt.* 1. *art.* 10. Petri Oxomenſis librum, ſimul cum Cathedra, in media ſchola à dicto Archiepiſcopo igni traditum. Delatis ad Summum Pontifice *Sixtum IV.* hiſce præfati Archiepiſcopi geſtis; ut rem debita maturitate definiret, novas adhibuit diligentias, novumque inſtituit examen; ac demùm *die* 9. *Aug. an.* 1467. *hanc edidit Conſtitutionem Roma apud S. Petrum*, qua omnia à dicto Archiepiſcopo geſta probavit; & Petri Oxomenſis, ejuſque errorum proſcriptionem confirmavit, unde coactus fuit Petrus retractare errores ſuos ſub hac forma: *Conſentio Sanctæ Matri Eccleſiæ Romanæ, & Sedi Apoſtolicæ, & ore, ac corde confiteor, illam me fidem tenere, quam Dominus Sixtus Papa auctoritate Apoſtolica, & Evangelica tenet, & omnes, qui contra hanc fidem venerint, dignos æterna damnatione pronuncio*; Ita ex *Concil. Conſtantienſi* refert *Melchior Can. lib.* 6. *de loc. cap.* 7. addens exemplo hujus Synodi Conſtantienſis, Concilia Epiſcopalia, ſi à Romano Pontifice confirmentur in decretis fidei, poſſe ſolùm certum veritatis argumentum exhibere *lib.* 5. *de loc. capit.* 3. *concluſ.* 6. Quare auctoritate, zelo, ac vigilantia *Sixti IV.* ſolertia, ac pio ſtudio Toletani Archiepiſcopi extincta fuit hæreſis, quæ Hiſpaniæ magnum minitabatur malum.

3 Errorum itaque quos in ſuis libris effutiit Petrus Oxomenſis, Cathalogum habemus in *hac Conſtit.* §. *poſtmodum*; eoſque juſto volumine, licèt ſtylo rudi, prout temporum ratio ferebat, confutaſſe Joannem Prexanum, nobilem ea ætate Theologum, teſtatur Mariana *citat.* Aſſerebatque, Peccatorum Confeſſionem Sacramentalem non à Chriſto inſtitutam, ſed ab hominibus invectam; Peccata mortalia abſque Confeſſione ſola cordis contritione, pravas verò cogitationes ſola diſplicentia deleri; nec eſſe neceſſariam ſecretam confeſſionem, ac auricularem, & alios errores circa S. Pœnitentiæ Sacramentum effutiit. Romanum Pontificem Purgatorii pœnam remittere non poſſe; nec ſuper his, quæ univerſalis Eccleſia ſtatuit, diſpenſare; alioſque errores, propter eorum enormitatem, ſilentio involvit Pontifex, ut citiùs ex hominum memoria deleantur; quos refert, & impugnat Melchior *Can. lib.* 6. *de locis cap.* 7. *relect. de Pœnit. par.* 5. & Joannes Prexanus integro volumine contra Petrum de Oſma. Sed cùm de erroribus circa pœnitentiæ Sacramentum diſſeruerim *tom.* 4. *Conſtitut.* 1. *Martini V. ſect.* 1. ac de Purgatorio, & Indulgentiis alibi recurret ſermo ſpecialis, ideò hìc aliqua dicam, quoad poteſtatem denegatam Romano Pontifici per Petrum Oxomenſem, diſpenſandi ſuper ſtatutis Conciliorum, & Eccleſiæ. Ad quem errorem 4
refellendum, vehementiſſimum erit argumentum à Primatu Romani Pontificis deſumptum, cùm in fide Catholica adverſùs Vvichleſum, Huſſium, Lutherum, Zuinglium, & Calvinum, doceatur Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe B. Petri Principis Apoſtolorum, Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ Caput, omniumque Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere; & ipſi in B. Petro, paſcendi, regendi, & gubernandi Univerſalem Eccleſiam à Domino Noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, ut definivit *Tridentinum* unanimi Græcorum, Latinorumque conſenſu; Conſequenter poteſt Canones temperare, ac relaxare, prout temporum ratio poſtulabit; diſpenſatio quippè nihil aliud eſt, quàm exemptio à lege ad tempus Superioris auctoritate facta, ac proindè ſi Pontifex Primatum Eccleſiæ gerit, ipſum eſſe in Eccleſia Superiorem manifeſtum eſt.

Verùm firmiſſimè Pontifici hanc poteſtatem adjudicat Eccleſiæ auctoritas, & praxis, cujus diſciplina antiquiſſima hujuſmodi relaxationum exempla præbet; Siricius enim ſanctiſſimus, ac doctiſſimus Papa veniam Bigamis fecit, ut ſuſceptorum ordinum munia implerent, contra Canonum Conſtitutiones! ut conſtat ex ejus *epiſt.* 1. *cap.* 15. Fabianus, Novatianum Clericum (qui nempe in gravis morbi periculo baptizatus fuerat) Presbyterum conſecravit, ut teſtatur Euſeb. *lib.* 6. *Hiſt. cap.* 43. Melchiades in *Synodo Romana*, ubi cauſa Cæciliani, & Donatiſtarum diſceptata fuit, indulſit, ut à Majorino Donatiſta ordinati Epiſcopi ſuam retinerent Sedem Epiſcopalem, ſuæque admitterentur communioni, ut refert, & laudat Auguſt. *ep.* 162. ut alia exempla prætercam de quibus Thomaſſin. *tom.* 2. *diſc. Eccl. l.* 3. *c.* 24.

Vereantur itaque Auctores nonnulli, qui Pontificis 5
auctoritatem nimis deprimunt, & coarctant, ac ſe Catholicos proclamant, Primatus umbram quamdam, & ſolum nomen relinquunt: Sed de Papæ Primatu, at de ejus poteſtate in terris, plura dixi antecedentibus Commentariis, & præcisè aliis citatis hoc Tomo *in Conſt.* 5. & 10. *Pii II.* ubi alia loca remiſſivè indicantur.

CONSTITUTIO XVIII.

S I X T I IV.

Incipiens (*Ea quæ.*)

E P I T O M E B U L L Æ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

AD preces Franciſci Ducis Britanniæ, & Margaritæ Conjugis, probat ritum recitandi Pſalterium, ſeu Roſarium B. Virginis; Ac indulgentias devotè recitantibus elargitur.

COM-

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De cultu B. Mariæ Virg. tàm antiquo, quàm recenti in Eccleſia Dei habito.*
Ratio quare idem cultus ſucceſſivis ſæculis fuerit auctus magis, quàm antiquitùs erat, ibid.

2 *Inter cætera præfati cultus monumenta meritò adſcribitur devotio Sanctiſſimi Roſarii, & in quo conſiſtat, & numer. ſeqq.*

3 *Inſtituti Roſarii origo cui adſcribatur ab aliquibus, & nu. ſeq.*

4 *Adducitur Salutationis Angelicæ origo; & à quibus ſumpta; ejuſque uſus recenſetur; & à quo tempore?*

5 *Refellitur opinio, quòd devotio Sanctiſſimi Roſarii provenerit ex D. Benedicto, ſeù Beda, rationibus adductis.*

6 *Referuntur tempora, quibus apertiora reperiuntur Roſarii monumenta.*

7 *Sed ea probare poſſunt tunc temporis, poſitum uſu fuiſſe ritum recitandi certo numero aliquas orationes; non autem juxtà modum, & numerum præſcriptum in Inſtitutione Roſarii.*

8 *Hic autem modus inſtitutus fuit à D. Dominico, occaſione profligandæ hæreſis Albigentium.*
Qui modus orandi ſub Magiſtro Alano Ordinis Prædicatorum denuò ad priſtinum ferventem uſum reductus fuit, ibid.

9 *Summi Pontifices Inſtitutorem Roſarii B. Dominicum nuncuparunt, & ita in Breviario Romano exprimitur.*

10 *Roſarii devotio aucta fuit promulgatione hujus Bullæ Sixtinæ, approbante illam, & ex victoria obtenta à Chriſtianis contra Turcas in Oriente in Bello Navali.*
Gregorius XIII. inſtituit feſtivitatem Roſarii celebrandam, ubi aderant Altaria ejuſdem, occaſione victoriæ obtentæ tempore, quo Roſarium recitabatur, ibid.
Inſtitutum fuit officium recitandum die feſto, aſſignata Dominica prima Octobris in plerìſque Regnis, ibid.
Extenſum fuit à Clem. XI. ad Univerſalem Eccleſiam ob victoriam obtentam contra Turcas, eodem etiam tempore, quo Proceſſio Roſarii celebrabatur in Urbe, ibid.

11 *Noviſſimè Sanctiſſimus D. N. BENEDICTUS XIII. approbavit lectiones pro dicto Officio, in Breviario apponendo.*

12 *Refertur maxima devotio, & humilitas Sanctiſſimi D. N. in aſſocianda Proceſſione Roſarii in Urbe peracta.*
Roſarii recitatio Pontificiis diplomatibus comprobata, ac Indulgentiis cumulata fuit, & etiam inſtituta Confraternitates ejuſdem, ibid.

13 *Non debet à Recitantibus numerus ille præſcriptus adſcribi ſuperſtitioni, & objurgandi ſunt, qui freti dicta devotione recitationis Roſarii confidenter in ſcelera proſiliunt.*

14 *De Proceſſione Roſarii, quæ fit prima Dominica Octobris per PP. Prædicatores; Et an requiratur pro ea licentia Parochi, vel Epiſcopi, & nu. ſeq.*

15 *Adducuntur plures reſolutiones Congregationis in hoc, & etiam facientes ad alias Proceſſiones, quæ fiunt per Regulares.*

16 *Innuitur Breve Sanctiſſimi D. N. BENEDICTI XIII. editum pro ea Proceſſione Roſarii, liberè facienda per PP. Prædicatores, nulla obtenta licentia.*

Licèt parcè primitivæ Eccleſiæ Patres de B. Virgine in ſuis monumentis loquuti ſint; ſuſpicari ta-

men eorum frequens ſilentium non ſinit, Sanctæ Virginis cultum, illis temporibus propagatum, receptumque non fuiſſe. Nemo enim ſuadere ſibi debet, fideles illos, qui tam fervide, ac devotè honores Chriſti Martyribus detulerunt, cultùm S. Dei Genitricis deſpexiſſe. Fateri nihilominus non veremur, veteres Chriſtianos pedetentim, ac circumſpectè proceſſiſſe in honoribus S. Virgini deferendis, eamque cultu non adeò ſplendeſcenti, ac celebri, (ut noſtri ævi fideles laudabiliter faciunt) coluiſſe. Verùm hujus Oeconomiæ rationes non defuerunt. Timor etenim erat, ne erroribus via ſterneretur, ac ſupremus ille cultus, qui ſoli Deo debetur, præſtantiſſimæ licèt creaturæ indebitè tribueretur. Notum omnibus eſt. Gentiles (inſipido planè cultu) ſuas coluiſſe Deas, ſeù ſuorum Deorum Matres, quapropter verendum erat, homines recenter à profanæ ſuperſtitionis vinculis ereptos, ad veterem errorem libenter reverſuros, & ut vetus conſuetudo dictabat, cultum Deo debitum ejus Genitrici non delaturos; quòd Collyridianos Hæreticos feciſſe, qui S. Virgini Collyridem, ſivè placentam ſacrificantes obtulerunt, ſacra per mulieres celebrantes, teſtatur Epiphanius *hæreſ. 79.* illorum errores eo loco refellens: *Maria* enim *in honore habenda eſt*, *Dominus adorandus*, ajebat idem S. Pater. Nec Deus hanc fidelium œconomiam improbare viſus eſt; nam cùm Martyrum exuvias, ac ſepulchra tanta gloria, prodigiiſque cumularit, mortem tamen, ac ſepulturam S. Virginis, velut in oblivione reliquit, ut obſervat Thomaſſin. *de feſtis lib. 2. cap. 20.* ſimili planè providentia, quia Moyſis ſepulchrum ab oculis Iſraelitarum eripuit, ne populus ad Idololatriam pronus, divinitatem ex Moyſe conflarent. Poſtquam verò, & periculum Idololatriæ ceſſavit, & firma fideles in unitate Dei, ac Trinitate perſonarum Chriſtianis inhæſit; tunc remoto omnis timoris velamine, ac circumſpectione, frequentior, celebriorque evaſit Virginis cultus, qui auctus fuit, dum in magna Epheſina Synodo contra impium Neſtorium veri, Dei Mater Summo Eccleſiæ conſenſu proclamata extitit; quique cultus ſemper, magiſque percrebuit. Illi dicata fuerunt templa; ſub ejus patrocinio repoſitæ Urbes; & inſtitutæ ad ejus honorem feſtivitates.

Inter cætera autem, quibus devotio fidelium in Beatam Virginem ſplendeſcit, celebris eſt, ac re- 2
ceptiſſimus pius ille precandi ritus, quo ſalutationes Angelicæ 150. ac orationes Dominicæ 15. ad ejus honorem recitantur; quòdque Pſalterium Beatæ Virginis (quia Salutationes, numerum Pſalmorum pertingunt) ſivè Roſarium appellant. De cujus origine, ac inſtitutione non una Auctorum reperitur ſententia.

Putant itaque nonnulli, inſtituti Roſarii laudem Divo Benedicto eſſe refundendam, aliis Venerabi- 3
lis Bedæ, alii Petro Eremitæ, cæteri Divo Dominico. Quid autem in hoc opinionum diſcrimine certiùs videatur, inferiùs oſtendemus: nonnulla interim, quæ Auctores tradiderunt de Angelica Salutatione, ex qua componitur Roſarium ipſum, referam.

Continet hæc oratio duas partes, Salutationem nempè ex verbis Gabrielis Archangeli, & Eliſabethæ 4
contextam; ac precationem, qua ſuffragia Beatæ Virginis potiſſimùm in horam mortis petuntur. Illa antiquiſſima eſt, cùm in *Lucæ Evangelio* extenſa reperiatur eamque Patres frequenter commendant, quam Caniſius *lib. 3. & 5. de Beata Maria* à Novatorum Calumniis vindicat. Etſi autem ejus prima pars antiquiſſima ſit, non indè evinci ajunt, eam in vulgari Fidelium uſu fuiſſe ante XI. ſæculum; cùm, ut teſtatur Joan. Mabillon. *in præfat. ſæcul. V. Benedict. num. 119.* in omnibus ſtatutis, quæ, quid cuique ſciendum, aut dicendum ſit, explicant, ſola Oratio Dominica, & Symbolum Apoſtolorum proponuntur, ut ex Eligio *in homiliis ad populum*, Beda *in epiſt. ad Egbertum*, *Leone Papa ſerm. IV. ex Concilio Cla-*

Weſbervienſi in Anglia cap. 10. *Franceferdienſi*, & *Moguntino an.* 913. firmat dictus Auctor.

Inter primos Petrus Damian. qui circa dimidium XI. ſeculi floruit, teſtatur in *opuſc.* 33. *cap.* 3. quendam Clericum eam quotidiè recitare conſueviſſe uſque ad verba: *In mulieribus*. Ad quòd propria, privataque devotio impellebat; cùm ſtatuta nondum ea de re condita fuerint: Quod *an.* 1196. *Odo Epiſcopus Pariſienſis, in ſuis Conſtitut. cap.* 10. & *an.* 1246. Decanus Eccleſiæ Rotomagenſis apud *Pomerayum* præſtiterunt; mandantes Presbyteris, *ut populum hortentur ad dicendam Orationem Dominicam; Credo in Deum*, & *Salutationem Beatæ Mariæ Virginis;* 4.

Longè autem recentiorem eſſe dicunt ſecundam partem, ſivè appendicem Salutationis, quæ à *S. MARIA* incipit; quinimò dubium eſſe, an ante XV. ſæculum addita fuerit; cùm Urbanus IV. poſt *Fructus Ventris tui* addiderit *Jeſus Chriſtus. Amen*; & omnes precum libelli tàm editi, quàm M. SS. illius appendicis non meminerint, ut *Mabillon.* refert.

Ex his, quæ hucuſque recenſuimus, ſatis patet, 5 quo præſidio nitatur illorum opinio, qui contendunt, aut Divum Benedictum, aut Bedam, Roſarii Auctores eſſe; nam ſi Salutatio Angelica, quæ Roſarii præcipua pars eſt, quo D. Benedicti, aut Bedæ, nondum fuerit communi uſu recepta, quomodo Roſarii inſtitutio illis foret tribuenda? ut arguit *citat.* Mabillon.

Nec obſtat, apud Anglos, Roſarium *Bedes* nomine appellari: ex quo inferre conantur, Bedam propter nominis cognationem, aſſe auctorem Roſarii; nam ut conjicit Mabillon. *cit.* potuit Roſarium Bedes non à Beda, ſed à *Belside*, quæ vox in *Concil. Celichitenſi in Anglia an.* 816. uſurpatur, appellari. Præcipitur enim in eo *Concil.* (*cujus acta in Spelmanni collectione reperiuntur*) ut in exequiis Epiſcoporum recitentur Pſalmi, celebrentur Miſſæ, & *Beltidum Pater noſter pro eo cantetur*, quibus verbis determinatum orationum numerum deſignari apertum eſt. Qui mos numerandi preces longè ante ſæculum IX. receptus erat, cùm Palladium reperiamus meminiſſe in *hiſtoria Lauſiaca cap.* 23. cujuſdam Pauli Ægyptii, qui trecentas quotidiè Orationes, numeratis in ſinu ſuo trecentis calculis recitabat; Unde ſi *Beltis* pro certo numero precum in laudato *Concilio* uſurpatur; potuit deindè vox illa, licèt tantiſper corrupta, ad Roſarium deſignandum, (quòd certis conſtat etiam precibus) ab Anglis uſurpari.

Tempora, in quibus apertiora reperiri Roſarii ſpe- 6 cimina, aliqui dicunt, referam. Cùm Leofricus Comes, & conjux Godiva, Conventrejenſe Monaſterium conſtruxiſſent, *jam moritura mulier pientiſſima, circulum Gemmarum, quem filo inſuerat, ut ſingularum contracta, ſingulas Orationes incipiens, numerum non prætermitteret, collo imaginis Sanctæ Mariæ appendi juſſit*; ut narrat *Vuillelmus Malesburienſis in Anglia Monachus*. Ex quo teſtimonio innoteſcit, quàm ſit antiquus coronæ uſus, ſeù globulorum filo inſectorum, qui noſtris temporibus tanta abundantia propagatus eſt. Et licèt non ſatis liqueat, an inter Orationes illas, Godiva, Salutationem Angelicam recitaverit, cùm auctor non expreſſerit; conjicere tamen poſſumus, fœminam Beatæ Virgini maximè devotam, ut Rogerius Hovedenus teſtatur, illius recitationem non omiſiſſe.

Extat quoque *tom.* 12. *Spicilegii Dacheriani pagin.* 414. *libellus de reſtauratione Cœnobii Sancti Martini Tornacenſis, Auctore Herimano Abbate*; qui dum obiter inſtauratores Leſcienſis in Hannonia Monaſterii, Theodericum de Aveſniis, & Adam Conjugem laudat, ſcribit, Eremitam quemdam, viſum in proxima Sylva habuiſſe, quo Theodericus rapi ante Dei Tribunal ſibi videbatur, rationem redditurus de dirutis in Bello Monaſteriis S. Vualdetrudis, ac S. Aldegundis; verùm Sanctam Dei Genitricem pro eo interceſſiſſe, propterea quòd uxor ejus Ada: *Angelicam Salutationem ſexagies ſingulis diebus replicaret*. Ejuſque rei adeò fama percrebuiſſe: *Ut etiam Goſceguinus, qui Avunculo ſuo præfato Theoderico ſucceſſerat, eaſdem Salutationes quotidiè replicaret, militibuſque ſuis eas dicere ſuaderet*: Unde, ſi velimus Eremitam, cujus meminit Herimannus, cùm Petro Eremita confundere, ut contendit Polydorus *de rer. invent. lib.* 5. *cap.* 9. ſatis apparet, eò ſenſu Petrum Eremitam, Roſarii auctorem eſſe dicendum, qui nempè hanc Adæ devotionem in B. Virginem, evulgaverat.

Verùm prædicta non probant, Inſtitutionem Roſarii tunc fuiſſe factam. Probare quidem valerent for- 7 mulam tunc repertam, utendi certo numero in orationibus; non tamen numero in Roſario taxato, nec qualitate Salutationis Angelicæ; decies explendæ per quindecim vices, in quolibet Myſterio vitæ Chriſti, Paſſionis, & Reſurrectionis contemplando; interjecta poſt decem Salutationes Angelicas Oratione Dominicali *Pater Noſter*, quæ formula Roſarii eſt, quæque à Divo Dominico Dei inſpiratione reperta, ac pro- 8 pagata fuit. Occaſione enim Albigenſium hæreſis, per Tholoſanam Regionem impiè graſſantis, Sanctus ille, qui Ordinem Prædicatorum nuper inſtituerat, eam hæreſim profligare curavit totis viribus ſpiritualibus, & corporalibus; ad quòd magnum opus perficiendum, auxilium B. V. cujus honor ab Hæreſiarca impugnabatur, devotè petiit, à qua monitus, ut Roſarium populis indicaret in prædicatione, uti ſingulare, ac adversùs hæreſes, ac alia vitia præſidium; felici ſucceſſu munus hoc adimplevit Domininus, promulgata, ac propagata apud Chriſtifideles ea orandi methodo; quam ſpecialiter, poſt D. Dominici ævum, Magiſter Alanus Ordinis ejuſdem confirmavit ex B. ipſius V. M. inſpiratione. Meritò igitur præfatum D. Dominicum auctorem hujuſmodi methodi Roſarii enunciant plures Scribentes pii, ac docti; imò Summi ipſi Romani Pontifices, & præſertim Gregorius 9 XIII. *in Conſtitut. incip. Monet Apoſtolus* 11. *tom.* 2. *Bull.* §. 2. *Memores B. Dominicum Ordinis Prædicatorum Inſtitutorem, cùm, & Gallia, & Italia à pernicioſis premeretur hæreſibus, ad iram Dei placandam, & Beatiſſimæ Virginis interceſſionem implorandam, piiſſimum illum orandi modum inſtituiſſe, quod Roſarium, ſeù Pſalterium B. V. M. nuncupatur. Et Sixtus V. in Conſtitut.* 21. *incip. Dum ineffabilia* §. 1. ibi: *Attendentes itaque quàm Religioni noſtræ fructuoſum fuit Pſalterium, Roſarium nuncupatum, Glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, Almæ Dei Genitricis, inſtitutum, per B. Dominicum Ordinis Fratrum Prædicatorum auctorem, Spiritu Sancti (ut creditur) afflatu, ex excogitatum, quantaque exindè Mundo provenerint, & in dies proveniant bona*; aliiſque locis; & noviſſimè teſtatum reperitur *in Lectione ſecundi Nocturni Officii Sanctiſſimi Roſarii, approbati à SS. D. N. Benedicto XIII. per Decretum Sac. Congreg. Rituum die* 26. *Martii* 1725. ibi: *Pius orandi modus mirabiliter per S. Dominicum promulgari, augerique cœpit, quem ejuſdem Inſtitutorem, Auctoremque fuiſſe Summi Pontifices Apoſtolicis literis paſſim affirmarunt*; Hinc evenit, eoſdem Summos Pontifices Confraternitates Roſarii, & Capellas de licentia Magiſtri Generalis tantùm, ſeù Vicarii Generalis ejuſdem Ordinis fundari, & erigi conceſſiſſe, ut juſſit S. Pius V. *Conſtit.* 86. *to.* 2. & Sixtus V. *cit. Conſt.* 21.

Sed tum demum firmiores, latioreſque radices egit 10 Roſarii devotio, cùm ad preces Franciſci Ducis Britanniæ, & Conjugis Margaritæ, Sixtus IV. *in hac Conſtit. edita in Urbe die* 9. *Maii* 1479. eum ritum probavit (cùm nonnulli in Anglia improbaſſent) & quinque annos, totidemque quadragenas Indulgentiarum conceſſit, tertiam dicti Pſalterii partem qualibet vice recitantibus. Crevit magis Roſarii devotio cùm anno 1571. die 7. Octobris, in Sinu Corinthiaco *Golfe di Lepanto*, commiſſum Chriſtianos inter, & Turcas Navale certamen, ac reportata de iſtis inſignis victoria fuerit; eò tempore, quò ut loquitur *Greger. XIII.*

Digitized by Google

XIII. in cit. Conſtitut. 11. *Roſarii Confraternitates proceſſionaliter incedentes, pias ad Deum preces effundebant; eaſque per B. M. V. plurimùm ad dictam victoriam conſequendam profuiſſe; ut piè credendum eſt;* ideò laudatus Pontifex in *cit. Conſtitut.* Solemnem Feſtum ſub nuncupatione Roſarii prima Dominica dicti menſis ſub ritu duplici majori, in omnibus locis, in quibus Capella, vel Altare Roſarii fuerit, celebrari mandavit; & ut de ea mentio fieret in Romano Martyrologio, præcepit.

Quod Officium fuit in aliquibus Regnis ex obligatione omnibus, qui ad illud tenentur, injunctum per Summum Pontificem; & extenſum fuit ad univerſalem Eccleſiam ſub ritu duplici per *fan. mem. Clem. Papa XI. decretum ſub die 3. Octobris 1716.* idque evenit occaſione alterius inſignis victoriæ, à Chriſtianis contra Turcas obtentæ, tempore iridem, quo Proceſſio præfata SS. Roſarii in Eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam fieri contigit, pro impetranda à SS. Virgine armis Chriſtianis felicitate; & noviſſimè SS. D.N.
11 lectiones proprias, ut ſupra retuli, & orationes in Officio SS. Roſarii recitandas approbavit, & in eo, ac Miſſam, die Feſto ejuſdem, quæ eſt Dominica prima in menſe Octobris, recitari, & in Miſſali, ac Breviario Romano apponi cenſuit; ipſe enim Pontifex ſo-
12 lemnem Proceſſionem ejuſdem Roſarii, maxima devotione, pedibus proſecutus fuit, & capite detecto, & cereo intorſitio in manu, per longas vias; Ferveſcit enim ille maximoperè in devotione erga SS. Virginem, ac præcipuè SS. Roſarii, dum Ordinis Prædicatorum eximius fuit Alumnus. In honorem rursùs Beatiſſimæ Virginis Roſarii Summi Pontifices, Confraternitates ſub ejus titulo approbarunt, & propagare curarunt pluribus Gratiis, & Indulgentiis, Confratribus, & Sororibus conceſſis; quæque Confraternitates in toto Orbe, etiam novo reperiuntur propagatæ, à Magiſtro tantùm Generali, & Vicario Ordinis, ut dixi, inſtituendæ, nec ulla devotio apud Chriſtifideles ita percrevit, ac ferè communis evaſit, quàm iſta SS. Roſarii.

Roſarium itaque Pontificis diplomatibus probatum,
13 ac Indulgentiis auctum, nihil quod ad ædificationem non tendat, aut Fidelium pietatem non foveat, continet; Dummodò ſuperſtitioni locus non relinquatur, putando præfixum numerum precum aliqua virtute donari; ut adnotat Ludov. Abelly. *in prat. devot. pagin.* 122. in quem ſcopulum, ut plurimum impingunt mulierculæ; quapropter eas monere, inſtruereque deberent Roſarii Propagatores.

Objurgandi quoque acriter eſſent, qui, vel Roſarium quotidiè recitant, vel Sabbato ad honorem B. Virginis jejunant, in quacumque tamen ſcelera præcipites ruunt, dum ſibi plauſibiliter ſuadent, propter haſce devotiones numquam fore damnandos. Confidentia dubio procul in animarum perniciem excogitata. *Hec omnia*, ait Cornel. à Lapide *in cap. 34. Eccl. ver. 28. Diabolus eis aſtutè ſuggerit, ut per hoſce errores, & illuſiones eos pertrahat ad Gehennam*, à quo eſt omninò cavendum, *Natal. Alex. Theol. dogm. tom. 9. cap. 3. artic.* 14. Nec iſta falſa devotio dignitatem B. Virginis extollit, quin potiùs minuit, dum hominum mentibus ingerit, B. Virginem nunquam permittere, hoſce falſos devotos in Infernum detrudi, ad pœnas ſuorum ſcelerum luendas; atque iſta flagitia fovere, & impœnitentiam. Debemus ergo totis viribus niti, ut digni patrocinio B. Virginis reddamur, & præcepta ſervando, & pœnitentiam amplectendo; Tunc: *Ipſam Virginem ſequens non devias, ipſam rogans non deſperas, ipſam cogitans non erras, ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce non fatigaris, ipſa propitia pervenis*, ut piè ſcripſit Bernardus *hom. 3. ſuper Miſſus eſt*. De quibus Baillet. *tract. de devot. in B. Virg. & Cult. ei debit. Epiſc. Caſtorienſ. de Cultu SS. & B. V. & Joan. Baptiſt. Thierſ. in tract. Gallic. cui tit. la plus ſolide, &c. to. 1.*

14 Cum etenim, ut dixi, Solemnis Proceſſio fieri ſoleat dicta die prima Dominica Octobris, qua celebratur Solemnitas SS. Roſarii, fuit olim dubitatum, an requirerentur licentia Ordinarii, ſeù Parochi, prout requiritur in Proceſſionibus extra Clauſtra, quæ fiunt à Regularibus, juxta plura *Decreta* relata apud Pignatell. *tom. 6. conſ. 75. num. 7.* Nicol. *in floſc. ver. Proceſſio numer.* 2. & alios paſſim. Et videbatur, requiri licentiam Epiſcopi, vel Parochi, quoad PP. Prædicatores, & Societates SS. Roſarii, pro ea Proceſſione facienda. *Sac. Congreg. Concil. in Taurinen. 23. Fe- 15
bruarii 1647.* & *Sac. Congreg. Epiſcoporum in Oſtun. 23. Junii 1684.* ibi: *Permittendam eſſe ab Ordinario Proceſſionem Sanctiſſimi Roſarii P. Prædicatoribus, per locum, ab ipſo preſcribendum*, & generaliter *Sac. Congreg. Concilii in Bononien. 20. Junii 1620.* & docent Pignatell. *tom. 6. conſ. 65. num. 5. cum ſeqq.* Cardin. de Luc. *Miſcell. Eccleſ. diſcurſ. 15. numer. 3. & ſeq.* & facit reſolutio in *Regien. 5. Auguſti 1719.* in qua fuerunt propoſita ſequentia dubia, ad rem facientia. V. An Confratres annuente, & permittente dicto Archipresbytero, facere poſſint Proceſſiones intra, & extra Eccleſiam, ſine interventu Canonicorum? VI. An, & à quo ſit determinanda via Proceſſionum, quæ fiunt extra Eccleſiam, & per Parochiam? VII. An permittente dicto Archipresbytero poſſit dicta Confraternitas erigere in dictis Proceſſionibus propriam Crucem? *Sacra Congregatio reſpondit ad V. Quoad primam dubii partem. Affirmativè; Et ad ſecundam Negativè, dummodò non agatur de Proceſſionibus, quæ fiunt ex Inſtituto Confraternitatis, in quibus ſufficit, ut Canonici ſint invitati. Ad VI. Eſſe determinandam à Præfecto Chori, interveniente Capitulo. Ad VII. Affirmativè*; Et ſic videtur fuiſſe approbata licentia requiſita Parochi. Non eſſe tamen neceſſariam dictam licentiam, dixit Pelizar. *in Manual. Regul. tract. 8. c. 5. tom. 2. num.* 88. ſed id procedit, quoad Proceſſionem Sanctiſſimi Sacramenti inter Octavam Corporis Chriſti, pro qua PP. Prædicatores habent ſpeciale privilegium S. Pii V. ut apud Barboſ. *de Paroch. par. 1. cap. 12. num. 14. &* Rota. *in Neapolitana Proceſſionis 22. Junii 1707. coram Omanna. Cum Pelizar.* loquens de Proceſſione Roſarii, dixit, PP. Prædicatores habere ſpeciale privilegium, & citavit Barboſ. *dicto loco*, qui tamen adducit ſolùm privilegium, quoad proceſſionem Sanctiſſimi Sacramenti. Adſunt tamen reſolutiones *Sac. Congregationum* favorabiles dictæ Proceſſioni Roſarii, ut, ſine licentia aliqua, celebretur, ſed concurrente conſuetudine celebrationis, ut in *Baren.* reſolvit *Sacr. Congr. Rituum 11. Martii 1690. & Sac. Congr. Concilii in Ripana Confraternitatis* 30. *Marti* 1715. in qua cauſa aderat conſuetudo; & ad rem fuerunt inter alia propoſita plura dubia, reſpicientia controverſias, inter Confratres SS. Roſarii, PP. Prædicatores, & Epiſcopum, quæ poſſunt videri in regeſto Congregationis pro opportunitate; & interim referendum puto, ad rem infraſcriptum dubium. VIII. An liceat Fratribus ſine licentia Epiſcopi, peragere per Civitatem Proceſſiones tàm in prima Dominica Octobris, quàm aliis temporibus, in caſu, &c. *Sacr. Congreg. cenſuit ad VIII. Negativè, exceptis Proceſſionibus Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & Roſarii in prima Dominica Octobris*. Verùm *Sanctiſſimus D. N.* 16
BENEDICTUS XIII. in re edidit noviſſimè literas Apoſtolicas in forma Brevis ſub die 10. Aprilis 1725. anno primo Pontificatus, in quibus Fratribus Prædicatoribus indulſit, ut ipſi de cætero Proceſſionem præfatam SS. Roſarii, qualibet prima Dominica menſis Octobris, ingrediendo limites cujuſcumque Parochiæ, Ordinarii licentia minimè requiſita, & abſque aſſiſtentia Parochi, ac cum omni pompa peragere liberè, & licitè poſſint.

CONSTITUTIO XIX.

SIXTI IV.

Incipiens (*Sacri.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

PLura privilegia confirmat, & concedit Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, & anctoritatem datam Superioribus abſolvendi Fratres à Caſibus aliquibus reſervatis, & diſpenſandi, reſtringit; ſed in ſequenti Bulla id declarat; & Moniales ſubjectas dictis Fratribus, ac Tertiarias, earumque Miniſtros iiſdem gaudere privilegiis decernit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Inter privilegia aliàs conceſſa, & in præſenti, Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus iſtud fuit, ut eorum Superiores abſolvere valeant Fratres à Caſibus reſervatis, ac diſpenſandi in Irregularitatibus.*

Quibus Superioribus fuit conceſſa ea facultas? ib.

2 *Fuit conceſſum dictum privilegium, imò etiam abſolvendi quoſcumque Mendicantibus, & aliquibus Regularibus.*

Quod privilegium eſſe poteſt, vel quoad abſolutionem à Caſibus, ſeù Cenſuris reſervatis Sedi Apoſtolicæ, vel Ordinariis Locorum, ibid.

3 *Facultas reſervandi aliquos Caſus fuit approbata à Sac. Concil. Trid.*

4 *An Concilium præfatum revocaverit dictum privilegium conceſſum? diſputatur apud aliquos.*

5 *Certius eſt revocationem eveniſſe ex* Bulla Pii IV.

6 *Evenerunt poſteà plura decreta Summorum Pontificum ad dirimenda dubia exorta ſuper abſolutione à Caſibus reſervatis præſertim attentis privilegiis obeentis poſt Concilium.*

Quæ decreta referuntur per extenſum, ibidem & nn. ſeqq.

7 *Decretum, & declaratio Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium, ſuper abſolutionem à Cenſuris, ſeù à Caſibus reſervatis ſub Clemente Papa VIII.*

8 *Decretum ejuſdem Congregationis ſuper prædictis ſub Paulo Papa V.*

9 *Litera dicta Congregationis ſuper eadem re, directa Archiepiſcopo Neapolitano.*

10 *Aliud decretum ſub Papa Urbano VIII.*

11 *Indicantur diſpoſita in Conſtitutione Clem. VIII.* 115. *circa prædicta.*

12 *Referuntur propoſitiones tres damnatæ ſuper hac materia.*

13 *Itidem diſpoſita per Clementem X. in ejus* Conſtitut. Superna.

14 *Refertur quoque decretum ſub Clemente Papa XI. editum quoad Confeſſarios privilegiatos, & Pœnitentiarios Urbis, circa uſum dictæ facultatis.*

15 *Reaſſumuntur diſpoſita in dictis decretis, & nn. ſeqq.*

Ubi de abſolutione ab hæreſi, & contentis in Bulla Cœnæ, à quibus non poſſit dari?

16 *An privilegiati poſſint abſolvere à Caſibus reſervatis occultis, ſi ab iis publicis abſolvere nequeant.*

Ubi quid de Caſibus occultis, à quibus poteſt abſolvere Epiſcopus, ibid.

17 *Prohibitio iſta abſolvendi, quoad caſus Epiſcopis reſervatos, an contineat eos caſus, qui ſunt in Tabella tantùm, vel alios à jure, vel conſuetudine illis reſervatos?*

18 *Quid, quoad Moniales ſubjectas Regularibus, an facultas abſolvendi adſit in Confeſſariis earum; vel earum Prælatis, à Caſibus Epiſcopis reſervatis?*

Diſtinguuntur caſus, & adducitur reſolutio Sacr. Congr. ibid.

Epiſcopi approbant Confeſſarios Monialium ſubjectarum Regularibus, non obſtante quacumque conſuetudine contraria, ibid.

19 *Referuntur nonnulla decreta Sac. Cong. Conc. in dubiis exortis inter Confeſſarios, & Superiores Regulares cum Ordinariis, circa Moniales ſubjectas Regularibus, quoad licentias ingreſſus in Monaſterium, & allocutiones cum Monialibus.*

SIxtus IV. Pontifex cumulare nunquam deſtitit be- 1
neficiis Ordinem Minorum, cujus Alumnus fuit, ut dixi, necnon Ordinem Prædicatorum fraterna charitate cum eo conjunctum. Poſtquam enim tot privilegia, ac gratias iis Ordinibus contulerat in duabus *Conſtitutionibus ejus* ſupra adductis, *ſexta* nempè, & *ſeptima*, quæ ob multiplicitatem Indultorum *Mare Magnum* nuncupatæ fuere; hanc quoque edidit *Bullam apud S. Petrum die 26. Junis anno 1479.* in qua privilegia confirmavit, aliaque addidit, & explicavit, ob emergentia tunc dubia cum Ordinariis. In ea præſertim declaravit, facultatem aliàs conceſſam per Sedem Apoſtolicam dictorum Ordinum Magiſtro Generali, ſeù Miniſtro Generali, Provincialibus, eorumque Vicariis, Cuſtodibus, abſolvendi reſpectivè Fratres proprii Ordinis à Caſibus quibuſcumque, præter quoad mittendos Sedi Apoſtolicæ, ac diſpenſandi in Irregularitatibus, reſtrictam eſſe ad ſolos Magiſtrum Generalem, & Miniſtrum Generalem, eorumque Vicarios, ac ad Fratres ab ipſis delegandos. Sed cùm animadvertiſſet, aliis *Literis* in calce ejuſdem *Conſtitutionis per Cherubinum* appoſitis, difficile fuiſſe Fratribus dictorum Ordinum, præſertim in longinquis partibus degentibus, pro hujuſmodi abſolutione ad præfatos Superiores longè remotos accedere, ideò laudatus Pontifex declaravit, ac extendit facultatem prædictam, ut eam Provinciales, eorumque Vicarii, ac Priores Conventuales, ſeù Guardiani reſpectivè haberent. Hæc *Conſtitutio Sixti* ab aliquibus nuncupatur *Mare Magnum*, ſed erroneè, quia hæc denominatio pertinet ad *Conſtitutiones præfatas* ejuſdem *ſextam, & ſeptimam*, ut in iis dixi, & notat Cherubinus *hic ſchol.* 1. Roderic. *quæſt. Regul. qu. 7. art. 4.*

De facultate diſpenſandi, ſeu abſolvendi ab Irregularitatibus, quæ conceditur in hac *Bulla*, & in dictis *Bullis*, *Mare Magnum* nuncupatis, Minoribus, & Prædicatoribus Superioribus, & in *Conſtitutione* 5. hujus Pontificis ſupra adducta, Fratribus Minimis, alibi dicam. In hoc tamen commentario explicare viſum fuit præfatum Privilegium, conceſſum dictis Fra- 2
tribus, & aliis Regularibus Mendicantibus, & PP. Societatis Jeſu per *Paulum III. Conſtitut.* 48. *tom.* 1. *Bullar.* abſolvendi à caſibus, & cenſuris reſervatis, quoſcumque: quòd intelligi poteſt à caſibus, vel reſervatis Sedi Apoſtolicæ, vel Ordinariis locorum, juxtà facultatem, quam habent reſervandi aliquos caſus, 3
canonizatam præſertim à *Sac. Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *de Pœnit. c.* 7. in quo *in fine* additur: *Verùmtamen piè admodum, ne hoc ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis; atque ideò omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſvis peccatis, & cenſuris abſolvere poſſunt; extra quem articulum, Sacerdotes cum nihil*

poſſint

poſſint in caſibus reſervatis, id unum pœnitentibus perſuadere nitantur, ut ad Superiores; & legitimos Ju-
4 *dices pro beneficio abſolutionis accedant*. Hinc aliqui deducunt, quòd, etſi Privilegia conceſſa ante Concilium Regularibus, derogata fuiſſent in *Conc. Viennenſi Clem. 1. de Privileg.* ubi fuit injunctum, ne Regulares abſolvere valerent à reſervatis Summo Pontifici, & Ordinariis, *Clem. dudum de ſepult.* Idque etiam in foro conſcientiæ, Suar. *de pœnit. diſput.* 30. *ſect.* 2. *numer.* 16. Pelliccion. *illuſ. qu.* 7. *cap.* 2. *paragrapho dico* 4. *in fin. & cap.* 3. *paragrapho reſpondeo in fin.* tamen per Privilegia ſubſecuta, fuit talis facultas conceſſa pluribus Regularibus, præſertim Mendicantibus, etiam per prætenſam communicationem Privilegiorum; nihilominùs, per *Concilium Tridentinum* dicuntur dicta Privilegia abrogata, cùm uſum fuerit verbis univerſalibus ſupradictis: *Sacerdotes omnes nihil poſſint in Caſibus reſervatis*. Verùm ab aliquibus dicebatur, quòd in dicto *cap. Concilium* non revocavit Privilegia Apoſtolica, antea conceſſa; quia in eo *cap.* non appoſuit ullam derogationem illorum; & derogatio prægnantiſſimè poſita, in *cap. ult. ſeſſ.* 25. *de Regul.* reſpicit contenta in dicta *ſeſſ.* At tollit quamcumque difficultatem *Conſtitutio* 94. edita *à Pio*
5 *IV. incip. In Principis Apoſtolorum Sede*, per quam expreſsè revocantur omnia Privilegia Regularium, in *Bullis Mare magnum* nuncupatis, contenta, quæ opponuntur diſpoſitioni *Conc. Tridentini*, ut his terminis notat Pelliccion. *cit. qu.* 7. *paragrapho quarto notandum eſt*, P. Viva *ad propoſ. damn. propoſ.* 36. *numer.* 11. Et dixi ſupra *Conſt.* 6. *hujus Pontificis Sixti*, *& Conſtitut.* 7. *Pii II.* ubi de Ordinibus extra tempora recipiendis.

Sed cùm fuiſſent obtenta aliqua Privilegia poſt Con-
6 cilium, & variæ exortæ quæſtiones, an hujuſmodi facultates ſuffragarentur, & an per communicationem Privilegiorum; ſeù an, quoad omnes caſus reſervatos, & Cenſuras, etiam in *Bulla Cœnæ*, & quoad caſus reſervatos per Ordinarios; ideò evenit publicatio plurium *Decretorum Sagræ Congregationis*, juſſu Summorum Pontificum, ac Propoſitionum damnatarum, de quibus, juxtà ſeriem, inferiùs mentionem facere dixi.

DECRETUM

Et declaratio ſuper abſolutione à cenſuris, ſeù Caſibus reſervatis.

SAcra Congregatio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-
7 *nalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, juſtis, & gravibus cauſis id exigentibus, ac de Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis VIII. ſpeciali mandato, vivæ vocis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus per univerſam Italiam extra Urbem degentibus, ad Confeſſiones audiendas probatis, quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, etiam Societatis Jeſu, & generaliter quarumcumque aliarum quovis nomine nuncupentur, jubet, & præcipit, nequis eorum ſub prætextu privilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel ſpecificè, ſcripto, aut vivæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apoſtolica, vel ejus auctoritate, eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus Sæcularium, aut ſingulis perſonis, ſeù aliàs quomodocumque ſub quibuſvis tenoribus, formis, & clauſulis, etiam derogatoriis, ad cujuſvis etiam Imperatoris, Regnum, aut aliorum Principum inſtantiam conceſſarum, ſeù confirmatarum, alicujus cujuſvis ſtatus, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tàm Eccleſiaſticæ, quàm Sæcularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab ullo ex caſibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi ſolita contentis, vel aliàs quomodocumque Sedi Apoſtolicæ reſervatis, aut in futurum, & per Sanctitatem ſuam, ejuſque Succeſſores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reſervandis, nec etiam à caſibus, quos Ordinarii locorum hactenus reſervarunt, vel in poſterum ſibi reſervabunt, nullo caſu, etiam neceſſitatis vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum nova, vel ſpeciali Sanctitatis ſuæ, aut Succeſſorum ſuorum, vel Ordinariorum, quoad caſus ab ipſis tantùm reſervatos reſpectivè, impetrata in ſcriptis licentia, Ordinariis locorum exhibenda, abſolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præſumat. Sed cum opus fuerit, pœnitentes ad Superiores, legitimoſque judices ſuos accedere conſulant, ſub pœna contrafacientibus, tàm Regularibus, quàm Sæcularibus, excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum; inhabilitatis item audiendi Confeſſiones, & ad quæcumque officia, Prælaturas, Beneficia in poſterum obtinenda ipſo facto, abſque ulla alia declaratione incurrenda, ſuper quibus à nemine, niſi à Romano Pontifice habilitatio, diſpenſatio, aut abſolutio, præterquam in mortis articulo poſſit impartiri. Sanctitas enim ſua quatenus opus ſit, facultates, & conceſſiones ipſas in hac parte uti caſſas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obſtantibus quibuſcumque.*

Prætereà noverint pœnitentes, abſolutionem, ſi quam obtinebunt contra hujuſmodi prohibitionem, eſſe nullam, nullius roboris, & momenti.

Et ne locorum Ordinarii, quibus jus hoc reſervandorum caſuum competit, plurium, quàm opus ſit, reſervatione, ſubditis, aut Confeſſariis in animarum ſalute procuranda cooperatoribus, ſint oneroſi; moneantur omnes, ut paucos, eoſque tantùm, quos ad Chriſtianam diſciplinam retinendam, animarumque ſibi creditarum ſalutem, pro cujuſvis Diœceſis ſtatu, & qualitate neceſſariò reſervandos eſſe judicaverint, reſervent. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die 9. Menſis Januarii anno 1601.

Cum autem dubia quædam, ac difficultates circa ejuſdem Decreti interpretationem, atque obſervationem emerſiſſent, eadem Congregatio, ne ullus deinceps obſcuritati, ſcrupulo, ambiguitativè locus relinquatur, & ut clariùs appareat, in quibus caſibus, vigore ejuſdem Decreti reſervatis, intelligatur prohibita abſolutio, ſpeciali mandato ejuſdem SS. D. N. Clem. Papæ VIII. ſimiliter vivæ vocis oraculo ſuper ea re habito, ipſum decretum ita moderatur, ac declarat, videlicèt ſub ejuſdem prohibitione illos tantùm in poſterum comprehendi caſus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta continentur. Ac præterea violationis immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis felic. record. Greg. XIV. quæ incip. Cum aliàs nonnulli. Violationis clauſuræ Monialium ad malum finem Provocantium, & pugnantium in duello, juxta decretum Sac. Conc. Trident. & Conſt. felicis record. Gregor. Papæ XIII. incip. Ad tollendum. Injicientium violentas manus in Clericos, juxtà canon. Si quis ſuadente, 17. qu. 4. ac juris diſpoſitionem. Simonia realis ſcienter contracta, atque etiam confidentia beneficialis. Item omnes caſus, quos Ordinarii locorum ſibi reſervarunt, vel in poſterum reſervabunt, in quibus omnibus jam enumeratis caſibus dumtaxat, & ſublata etiam pœna inhabilitatis audiendi Confeſſiones e eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretum in ſua firmitate, & priſtino robore permanere; ac prætereà declarat eos quidem Sacerdotes, tàm ſæculares, quàm regulares, qui aliquo ex privilegiis, indultis, & facultatibus in ſupradicto Decreto expreſſis, ſuffulti fuerint, poſſe juxta eorum privilegia, indulta, & facultates, uſu ante idem decretum receptas, & quæ ſub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantùm, & non aliàs abſolvere à caſibus in præſenti declaratione non comprehenſis; aliis vero Sacerdotibus hujuſmodi privile-

Digitized by Google

gia non habentibus nihil de novo concedit. Sed ne locorum Ordinarii, ad quos caſuum reſervatio ſpectat, ea in re modum excedant, eadem Sac. Congr. illos rurſus magnoperè admonendos cenſet, ut non paſſim, ſed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantùm, & graviorum criminum abſolutionem ſibi reſervent; quorum reſervatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferat, in ædificationem, non autem in deſtructionem cedat; ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ miniſtrorum coarctata poteſtate, Sanctæ Matris Eccleſiæ piæ menti contrarius effectus ſubſequatur. Prohibet etiam, ne ſibi ſuperfluè reſervent Caſus in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta contentos; neque alios Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſervatos: facultatem verò, & licentiam abſolvendi à Caſibus reſervatis, quam in ſcriptis tantùm concedi poſſe declarat. Cæterùm ne quis Sacerdotum ſæcularium, aut regularium, ſub prætextu quòd per primum dictum Decretum non fuerit ſufficienter eorum ſpecialibus privilegiis derogatum, eidem decreto, ſicut præfertur declarato, contravenire audeat, Sanctitas Sua, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis omnibus, in favorem quorumcumque Ordinum, ſeù Inſtitutorum Regularium, aut Sacerdotum tàm ſæcularium, quàm regularium editis, nec non eorumdem Ordinum, ſeù Inſtitutorum, atque etiam Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & aliorum Sæcularium, & Regularium locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Marimagno, ſeù Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, eiſdem Ordinibus, ſeù Inſtitutis, atque etiam Eccleſiis, & Monaſteriis, & Sæcularibus, ſeu Regularibus locis, aut perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis conceſſis, atque etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervanda, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quoad ea quæ præſentibus obſervantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogat, contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Romæ die 16. Novembris 1602. Alexand. Cardinalis Florentiæ Epiſcop. Præneſtin. Hieron. Agucch. Secr.

8 Decretum ejuſdem Sacræ Congregationis de Sanctiſs. D. N. Pauli V. felicis recordationis mandato editum, quo confirmantur, & innovantur contenta in ſupradicto Decreto.

Quoniam Sac. Congregat. Cardinalium, negotiis Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum, nuper accepit, quamplures Regulares tantum facultatis, ſeù privilegii ab Apoſtolica Sede ſibi conceſſum profiteri, ut etiam à caſibus locorum Ordinariis in eorum Diœceſibus reſervatis, abſque alia ipſorum Ordinariorum licentia, pœnitentes abſolvere minimè dubitent, nonnulliſque alios in decreto prohibitionis abſolutionis à caſibus Sedi Apoſtolicæ, vel locorum Ordinariis reſervatis die 9. Januarii 1601. felis. recordat. Clem. Pap. VIII. juſſu edito, necnon in declaratione illius, eod. Clem. Pont. Jubente, die 26. Novembr. 1602. promulgata, excommunicationes S. Sedi, vel Ordinariis prædictis reſervatas minimè comprehenſas aſſerere: Unde fit ut metus, quo homines à peccando coercentur, abſolutionis facilitate exoleſcat. Ideò Sac. eadem Congr. de Sanctiſs. D. N. Pauli V. ſpeciali mandato, vivæ vocis oraculo deſuper habito, decretum hujuſmodi, illiuſque declarationem, necnon cenſuras, & pœnas in eis contentas, omnia confirmanda, atque innovanda operæ pretium duxit, prout per præſentes confirmat, atque innovat, ab omnibuſque Sacerdotibus, tam ſæcularibus, quam regularibus, quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, Congregationum, ac cujuſvis alterius inſtituti, etiam neceſſario exprimendi, quovis nomine nuncupetur, inviolabiliter obſervari; ac inſuper, ut nulli ex Sacerdotibus prædictis, quibuſcumque privilegiis, indultis, facultatibus ſuffulti, ab excommunicationibus, vel à caſibus eiſdem Ordinariis, vel Sedi Apoſtol. reſervatis, tam ad forum contentioſum eorumdem Ordinariorum deductis, quàm non deductis, præterquam in mortis articulo; abſolvere audeant, vel præſumant, vel eorum aliquis audeat, vel præſumat, ſub eiſdem cenſuris, & pœnis eo ipſo, & abſque alia declaratione incurrendis mandat, & præcipit. Non obſtantibus omnibus, quæ idem Clem. VIII. in decreto, & declaratione hujuſmodi voluit non obſtare. Dat. Romæ 7. Januarii 1617. Ant. Card. Sanlius. V. Theat. Secr. Refert *Molfeſ. in ſumm. Theologiæ Moralis, tract. 7. cap. 18. num. 23.*

Sequuntur literæ ejuſdem Sacr. Congregationis ad Archiepiſcopum Neapolitanum, in quibus circa caſuum reſervationem regulæ dantur utiliſſimæ.

9 *Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Domine. Accipiet Illuſtr. Amplitudo Veſtra una cum hiſce literis exemplum declarationis, quàm Sacr. Congregat Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, de expreſſo Sanctiſſimi Domini noſtri mandato nuper edidit ſuper decreto de prohibita abſolutione à Caſibus reſervatis, die 9. Januarii 1601. promulgato, quod in ſuis Diœceſibus Oſtienſi, & Neapolitana publicandum, ac ſtudiosè obſervandum diligenter curabit. Cum autem locorum Ordinarii magna ex parte inditem, ſeù notam ſingulorum Caſuum à ſe reſervatorum huc miſerint, compertum eſt in hoc genere variè quid à variis admiſſum fuiſſe, quod aliqua emendatione indigeret; quoſdam nimirum quædam reſervaſſe, quæ jam Apoſtolica Sedes ſibi reſervarat; alios alia, quæ minimè expediebant; nonnullos verò in ea re modum exceſſiſſe, ut nullum ferè ſupereſſet peccatum, quod non ſibi vendicaret indifferens illa reſervandi ratio, quæ (ut neceſſe erat) res pleraſque levis momenti; & aliquin Concilii Tridentini; aliorumque Sacrorum Canonum ſententiæ parum congruentes, complectebatur. Verùm quia nondum ſatis hic explorata erat cujuſque loci conditio, ac neceſſitas, non potuit unicuique reſervationum hujuſmodi ſigillatim modus, ac temperamentum, quod res poſcebat, adhiberi. Nec ſanè debuit una eademque regula omnibus Eccleſiis præſcribi; quandoquidem alia alibi magis convenire certum eſt; & fieri vix poteſt, ut omnia omnibus in locis æquè probentur, & proſint. Quæ cùm ita ſint, viſum eſt eidem Sacr. Congreg. præter illam declarationem, privatas quoque literas ad ſingulos Ordinarios mittere, quibus moneant, ut ſimul ac eas acceperint, omnes caſus ſibi jam olim reſervatos, adhibitis aliquibus pietate, & doctrina præſtantibus viris, de integro diſcutiant, diligenterque examinent, & ad ipſius decreti jam declarati normam accommodent, eorum multitudinem ſic reſecantes, ut ad quampauciſſimos, eoſque maximè neceſſarios redigantur iidem caſus; unde ſingularis ille ſequatur effectus, cujus cauſa hæc reſervandi atrociores quoſdam caſus Epiſcopis in ſua cuique tributa eſt authoritas.*

Præcipuè verò hæc monenda cenſet Sacra Congregatio, ut videant ipſi Ordinarii, ne illos caſus promiſcuè reſervent, quibus annexa eſt excommunicatio major à jure impoſita, cujus abſolutio nemini reſervata ſit; niſi fortè propter frequentiam, ſcandalum, aut aliam neceſſariam cauſam aliqui hujuſmodi caſus nominatim reſervandi viderentur. Neque caſus, in quibus abſolu-

abſolutio, niſi cum reſtitutione, vel executione rerum, ad quæ pœnitentes tenentur, non confertur: neque illos, qui etiam ſi mortale peccatum inducant, circa res tamen parvi momenti verſantur, & frequenter inter idiotas evenire ſolent, uti damni dati, & ſimilium. In peccatis etiam carnalibus reſervandis multa utantur circumſpectione, propter periculum ſcandalorum, in his maximè perſonis, quas ob acceſſum ad Confeſſarios extraordinarios, vel frequentem reditum ad ordinarios, ſuſpicionis aliquid cadere poteſt. Poſtremò etiam potiſſimum ineant, ac ſequantur rationem, quæ conſideratis diligenter cujuſque Provinciæ, ac populorum moribus, natura, ac propenſione, magis in Domino expedire videbitur. Poſtquam autem ab his peracta, deſcriptaque fuerit hæc moderatio; unuſquiſque eam primò quoque tempore ad me perferenda curet, addita inſuper cauſa, quæ cujuſque caſus reſervationem potiſſimum ſuaſerit. Hoc enim à Sanctiſſimo Domino Noſtro deliberatum eſt, ut poſtmodum ſingula hujuſmodi reſervationes diſtinctius examinentur, quò perfectè tandem, adjutrice Dei gratia opportunum iis incommodis remedium adhibeatur. Interim de ipſius Sanctitatis ſuæ mandato iidem Ordinarii moneantur, ut per totam ſuam Diœceſim, ac præſertim iis locis, qui à Civitate, & Cathedrali ſed longius remoti ſunt, Pœnitentiarios, alioſque Sacerdotes conſtituant, ac delegent, quibus facultatem abſolvendi à caſibus ſibi reſervatis concedant, itaut his quoque liceat eamdem aliis Confeſſariis, ſi opus ſit, etiam viva voce impartiri, idque maximè in ſolemnioribus, & præcipuis anni feſtivitatibus, ut peccatores, quibus obvia, & facilis fuerit hujuſmodi Sacerdotum copia, ad peragendam Confeſſionem alliciantur; quia alioquin plerique, vel ob id ipſum omittere poſſent, ſi neceſſe haberent, Pœnitentiæ Miniſtros, quibus indigent, longius quærere. In eam igitur curam, quantum in ſe erit, ſedulò incumbet Illuſtriſs. Amplitudo veſtra, ut hæc omnia ex Sanctitatis Suæ, & Sacræ Congregationis mente, debitæ executioni mandentur, ea diligentia, eoque zelo ubique adhibito, quem optimus quiſque Paſtor erga animarum ſibi creditarum ſalutem præſeferre debet: ut autem apud ſe, ſucceſſoreſque ſuos perpetuum extet monumentum, quid hic circa totam hanc reſervandi rationem deliberatum ſit, dabit operam, ut hæ literæ unà cum ipſo Decreto, ac Declaratione in publicis ſuarum Curiarum Epiſcopalium actis integrè deſcribantur. Eas verò, cùm primum acceperit, dignabitur facere nos ea de re certiores, miſſura poſteà, quantocius fieri poterit, expeditum novæ reſervationis indicem ex præſcripto hujuſque mandati confectum. Quæ omnia mandante ipſa Sacra Congregatione, ego Illuſtriſſime D. V. ſcripſi, Deum precatus, ut eamdem quàdiutiſſimè incolumem tueatur. Romæ die 26. Novembris 1602. Dignabitur etiam Amplitudo V. Illuſtriſs. operam dare, ut Prælatis inferioris Ordinis exemptis, ſeu nullius Diœceſis, ſeu qui ſint in ſua Provincia, innoteſcat Decretum hiſce literis incluſum, tum etiam hæc reliqua, quæ ei ſcribuntur ſuper caſuum reſervatione.

Alexander Card. Florent.

10 Declaratio ejuſdem Sacr. Congregationis circa facultatem abſolvendi à Caſibus Sedi Apoſtolicæ, & Ordinario reſervatis.

Sacra Congregatio Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita cenſuit, per confirmationes privilegiorum, quas Regulares à Sede Apoſtolica poſt Sacrum Concil. Trident. obtinuerunt, nequaquam reviviſſe privilegia priùs ab eodem Concilio, ac deindè etiam ipſius Congregationis decretis ſublata, atque extincta, ſi qua habebant, abſolvendi à Caſibus Ordinario Loci reſervatis. Quemadmodum neque indulta abſolvendi à Caſibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi conſuevit, utpotè ſublata per annuam ipſius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquiſiviſſe ex ſubſequentibus privilegiorum confirmationibus, ac proindè Regulares cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, etiam neceſſario exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim privilegiorum, aut confirmationum ejuſmodi, quas vel hactenus obtinuerint, vel deinceps fortè obtinebunt, poſſe quemquam abſolvere ab eiſdem Caſibus in Bulla Cœnæ Domini, aut Ordinario Loci reſervatis. Ac ſi ſecus egerint, abſolutiones nullas, atque irritas fuiſſe, ac fore; ab aliis verò Caſibus, & Cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſiquidem Regulares habeant à Sede Apoſtolica abſolvendi facultatem, illam extra Italiam minimè ſublatam fuiſſe iiſdem Sac. Congregationis Decretis hac de re editis juſſu ſanctæ memoriæ Clement. VIII. Quam Sacræ Congregationis ſententiam Sanctitas Sua ad ſe relatam, approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter obſervari. Romæ 17. Novembris 1628.

In Conſtitutione rurſùs 115. *Clementis VIII. tom.* 11
3. *Bullar.* ubi præſcribitur forma erectionis Confraternitatum, & Aggregationum earum adeſt, infraſcriptum §. 9.

Prætereà volumus, ut Confeſſarii, qui vigore privilegiorum ipſis Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis, erigentibus, inſtituentibus, & communicantibus, ſeu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus conceſſorum, ac Confraternitatibus, & Congregationibus aggregandis communicandorum, pro tempore eligi poſſunt, & poterunt Sæculares; ſcilicèt in Alma Urbe à prædicto noſtro Vicario, extra Urbem verò à Locorum Ordinariis. Regulares autem non ſolum à prædicto Vicario noſtro, & à Locorum Ordinariis reſpectivè, ſed etiam à ſuis Superioribus approbati ſint, utque Confratres confitentes, à Criminibus, Caſibus, & Cenſuris, juxta dictorum privilegiorum (quatenus tamen ſint in uſu, & Sacris Concilii Tridentini Decretis, ac Romanorum Pontificum, Prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris Conſtitutionibus non adverſentur, nec revocata, aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa ſint) formam, & tenorem duntaxat abſolvere valeant. Decernimus inſuper, ut iidem Confeſſarii prædictos Confratres cujuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, & præeminentiæ, etiam ſi ſpeciali nota digni fuerint, à caſibus contentis in literis, quæ die Cœnæ Domini legi conſueverunt, necnon violationis immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ, & Clauſuræ Monaſteriorum Monialium, ſi videlicèt ſine neceſſaria, & urgenti cauſa, ac ſine Superiorum licentia, vel etiam ſi cauſa, & licentia conceſſa abutentes, prædicta Monaſteria ingreſſi fuerint, necnon violentæ manus injectionis in Clericum, & ſingularis certaminis, ſeu duelli, ac ab aliis etiam caſibus tàm à Nobis, quam à prædicto noſtro in Urbe Vicario, & Locorum Ordinariis reſpectivè reſervatis, & pro tempore reſervandis, & etiam à quavis excommunicatione, ab homine lata abſolvere, & ſuper Irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quàm occaſione delicti contractis, cum aliquo diſpenſare prætextu dictorum privilegiorum nullo modo poſſint.

Inter alias *Propoſitiones damnatas ab Alexandro* 12
Papa VII. die 7. Septembris 1665. adſunt ſequentes in *ordine* 3. 4. & 12. Tertia eſt ſequens: *Sententia aſſerens, Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis Criminibus ſermo eſt, anno 1619. die 18. Julii in Conſiſtorio Sacræ Congregationis Eminentiſs. Cardinalium viſa, & tolerata eſt.*

Quarta, & duodecima ſunt ſequentes: *Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcumque Sæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter ipſam incurſa; Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.*

In Conſtitutione rurſùs *Clement. X. incip. Superna* 13
tom. 6. Bullar. §. 6. & 7. decernitur, habentes facultatem abſolvendi ab omnibus Caſibus, Sedi Apoſtolicæ reſervatis, non ideò abſolvere poſſe à Caſibus,

Digitized by Google

qui ſunt Epiſcopis reſervati; ut, ultra prædicta Decreta generalia, reſolvit *Sac. Congregat. Concil. in Andrien. 29. Novembr. 1710. lib. 60. Decret. & in eadem die 24. Januar. 1711. lib. 61. Decret.* & paſſim alibi.

DECRETUM

CLEMENTIS PAPÆ XI.

QUO omnibus Confeſſariis, etiam Pœnitentiariis Baſilicarum Urbis, & aliis privilegiatis interdi-
14 citur, ne Pœnitentes à quibuſdam Cenſuris, & Caſibus Apoſtolicæ Sedi reſervatis abſolvant, & abſolutiones, ſi fortè obtentæ fuerint, nullæ, ac irritæ declarantur.

Quoniam Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens XI. pro Paſtorali in commiſſum ſibi Gregem zelo, & pro Eccleſiaſticæ diſciplinæ rectâ ratione conſervanda, deputavit Congregationem particularem Eminentiſſimorum Dominorum Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sancti Clementis, Paulutii Majoris Pœnitentiarii, & Fabroni, nec non RR. PP. Corradini Sanctitatis Suæ Auditoris, mei infraſcripti Sacr. Congregationis Concilii, & hujus deputatæ Secretarii, ac RR. PP. Damaſceni Conſultoris Sancti Officii, & Alfari Conſultoris Theologi Sacræ Pœnitentiariæ. Eadem Congregatio, conſiderata reformatione facultatum Officii Sacr. Pœnitentiariæ à fel. record. Innocentio XII. in ejus Conſtitutione edita 3. Septembris 1692. Cenſuit; Si Sanctiſſimo placuerit, præcipiendum eſſe omnibus, & quibuſcumque Presbyteris tam Sæcularibus, quàm Regularibus in Urbe ad Confeſſiones audiendas deputatis, ne in poſterum etiam in foro conſcientiæ abſolvant extra mortis articulum quoſcumque Pœnitentes, tam Incolas Urbis, quàm ad eam confluentes ab infraſcriptis Caſibus, nempè à caſu publico violatæ Clauſuræ Monialium, ad malum, ſeu inhoneſtum finem, à Presbytericidio publico, & à caſu publico violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ, in terminis Conſtitutionis Gregorii XIV. incipientis: Cum alias nonnulli; & etiam in caſu occulto dictæ violationis Immunitatis, ſi fuerit ſecuta auctoritate publica, idque omnino ſervari ab omnibus, & quibuſcumque Confeſſariis in Urbe degentibus, cujuſcumque Religionis, Inſtituti, etiam Societatis Jeſu, ac Congregationis, quæcumque ſpeciali nota explicandis; prout explicati latius fuere in Decreto Sacr. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium die 9. Menſis Januarii 1602. ſub fel. record. Clemente VIII. ac illius confirmatoriis, & innovatoriis ſub fel. record. Paulo V. die 7. Januarii 1617. Urbano VIII. die 17. Novembris 1628. editis. Ac ſub præſenti prohibitione comprehendi etiam Pœnitentiarios Baſilicarum Urbis, & ab omnibus Confeſſariis prædictis, eam obſervari ſub iiſdem pœnis, & cenſuris, eo ipſo, & abſque alia declaratione incurrendis, quæ continentur in præfatis Decretis. Noverintque Pœnitentes abſolutionem, ſiquam impoſterum obtinuerint à præfatis Caſibus, in præſenti Decreto expreſſis, eſſe nullam, nulliuſque roboris, & momenti, eaque omnia obſervari, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis abſolvendi à prædictis Caſibus, ſub quibuſcumque tenoribus tàm ante, quàm poſt dicta Decreta, tam particularibus perſonis, quàm ratione Religionis, Societatis, vel Inſtituti obtentis, & juxtà latam derogationis formam in iiſdem Decretis contentam, quæ in præſenti repetita cenſeatur, & non obſtantibus omnibus, quæ idem Clem. VIII. Paulus V. & Urbanus VIII. voluerunt non obſtare. Rurſus declarando, prout declaratum fuit in præfatis decretis, quòd circa alios Caſus Sanctæ Sedi Apoſtolicæ reſervatos, non expreſsòs in præſenti Decreto (exceptis illis, quæ continentur in Bulla in die Cœnæ Domini legi conſueta) ita intelligatur præſervata facultas abſolvendi Confeſſariis privilegiatis in Urbe degentibus, quatenus tamen eam habeant ex legitimis privilegiis, non revocatis, & in uſu exiſtentibus, ac juxta eorum tenorem tantùm exequendis. Aliis verò in Urbe Confeſſariis, privilegia non habentibus, nihil de novo, ſicuti per præfata Decreta, ita per præſens cenſeatur conceſſum.

Facta per me infraſcriptum hac die decima tertia menſis Maii 1711. relatione prædictæ reſolutionis Sanctiſſimus Dominus Noſter Sanctitas Sua eam, omniaque, & ſingula in ea contenta cum omnibus clauſulis derogatoriis benignè probavit, ac inviolabiliter impoſterum ſervari præcepit ab omnibus, ut ſupra expreſſis, præſenſque Decretum in forma ſolita publicari juſſit, atque mandavit. Vincentius Petra Secretarius.

Ex ſupradictis conſtat, Regulares Privilegiatos in
hoc dici debere eos, qui habent privilegia poſt Con- 15
cilium obtenta, etiam per Communicationem legitimam; nec reviviſcere privilegia antiqua, per confirmationem ſubſecutam poſt Concilium. Numquam tamen talis facultas poteſt exerceri, quoad caſum Hæreſis, neque in foro externo, nec minùs in quibuſcumque Caſibus reſervatis in Bulla Cœnæ; prout neque quoad reſervatos Ordinariis locorum tàm intra Italiam, quàm extrà. Et quoad Confeſſarios privilegiatos intra Italiam, non poſſe abſolvere à quibuſcumque Caſibus reſervatis Sedi Apoſtolicæ, exceptis Confeſſariis in Urbe; nec à quinque Caſibus exceptis in *ſupradicto Decreto Clem. VIII.* necnon quoad Confeſſarios privilegiatos prædictos Urbis, facultas fuit declarata per ſupra adductum Decretum ſub fan. memor. Clem. XI. emanatum, & de dictis revocationibus ſub Clem. VIII. Paulo V. & Urbano VIII. latè Pellic. *cit* Matthæuccius *de Official. Cur. cap.* 2. *num.* 11. & 12. Barboſ. *par.* 3. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 50. *& ad Concil. Trid. cit. cap.* 1. & P. Viva *in adduct. propoſ. damn.*

Sed numquid iſti privilegiati poſſint abſolvere à
caſibus occultis, ut ſupra, reſervatis, à quibus pu- 16
blicè abſolvere nequeunt? Et quoad ſæculares, certum eſt, eos non poſſe abſolvere, ſicuti poteſt Epiſcopus in caſibus occultis abſolvere, & diſpenſare *ex cap.* 6. *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de ref.* & tamen non poteſt Epiſcopus abſolvere in caſibus Hæreſis, & Bullæ Cœnæ. Unde eo magis non videtur permiſſum Regularibus Confeſſariis. Quoad autem ſubditos Regulares poterunt Prælati Regulares abſolvere in occultis, quòd poſſunt Epiſcopi in ſuos ſubditos.

Prohibitio illa facta Regularibus privilegiatis non abſolvendi à caſibus Epiſcopo reſervatis, num intelligi debeat, quoad reſervatos in tabella, ab ipſis Epiſcopis confecta, vel etiam reſervatos à conſuetudine, aut jure communi, ut eſt caſus levis percuſſionis Clerici, *cap. pervenit de ſent. Excommun.* & Caſus Papales occulti, prout ſunt illi ſex reſervati per *Clement. VIII.* Et negant DD. apud Dianam *par.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 71. Contrarium tamen docent alii plures apud Hurtad. *tom.* 1. *tract.* 5. *reſolut.* 17. Quòd tamen limitant, ſi Epiſcopi in Edicto, caſus de jure, vel conſuetudine Epiſcopo reſervatos, reſervent.

Verùm videtur dicendum, ſublatam fuiſſe facultatem abſolvendi à quibuſvis caſibus, etiam à jure, & conſuetudine reſervatis, quia per verba Decreti *Pauli V. Inſuper nulli ex Sacerdotibus prædictis* (nempè Sæcularibus, & Regularibus) *quibuſcumque privilegiis, indultis, & facultatibus ſuffultis, ab excommunicationibus, vel caſibus, iiſdem Ordinariis, vel Sedi Apoſtolicæ reſervatis, præterquàm in articulo mortis abſolvere audeant*, videtur non relativè ad priora Decreta, ſed cum clauſula *Inſuper* nova diſpoſitio facta, in abroganda facultate abſolvendi à quibuſcumque Caſibus reſervatis Epiſcopo, ſivè ex conſuetudine, ſivè à jure, ſivè ex Synodali Conſtitutione, P. Viva *in cit. prop.* 12. *numer.* 14. *paragrapho ſed quid*, ubi addit: *Quod ſi vera eſſet doctrina putantium cum Duardo in Bulla Cœnæ lib.* 3. *§.* 2. *quæ.* 1. *numer.* 31.

verba

verba iſta referenda eſſe ad caſus, & cenſuras contentas in decreto Clementis VIII. quod innovabatur; ſequeretur, quod iſta prohibitio referenda pariter eſſet ad Confeſſarios intra Italiam, tantum extra Urbem degentes, de quibus tantum procedebat dictum Decretum anno 1601. *Clementis VIII & tamen prohibitio Pauli V. fuit univeſalis relatè ad Confeſſarios omnes, ut declaravit Urbanus VIII. dicens in ſuo decreto, neque intra, neque extra Italiam poſſe Confeſſarios abſolvere à caſibus Epiſcopalibus; ergo dicendum pariter eſt, quòd eadem prohibitio fuerit univerſalis, etiam relatè ad caſus; ut proindè vi decreti Pauli V. ſublata fuerit Regularibus omnis facultas abſolvendi tàm à Caſibus quomodocumque Epiſcopo, quàm à Caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis.* Licèt, quoad ultimam partem Decreti Urbani, quòd fuerint revocata privilegia, etiam Confeſſariis privilegiatis extra Italiam, abſolvendi à quibuſcumque Caſibus reſervatis etiam Sedi Apoſtolicæ, urgeant quoque in contrarium DD. aliqui apud Pellizar. *tract.* 8. *capitul.* 3. *numero* 80. & alii Regulares, quos adducit idem P. Viva Societatis Jeſu, ac continuat Matthæuccius Minorita *in Offic. Curiæ cap.* 2. *num.* 12. & alii.

Sed an Moniales, ſubjectæ Regularibus, poſſint
18 abſolvi per ſuos Prælatos Regulares, & Confeſſarios à Caſibus Epiſcopis reſervatis? Certum enim eſt, quòd Moniales, etſi Ordinis Regularium, ſi ſint ſubjectæ Epiſcopo, ſubjiciuntur reſervationi caſuum ab iſto factæ, licèt non fiat de iis ſpecialis mentio, Pellizar. *de Monial. capitul.* 10. *ſect.* 1. *ſubſect.* 2. *numero* 49. *Clericat. deciſio.* 41. *numero* 13. *de pœnitent.* Et ſi ſint exemptæ ab Ordinario, & immediatè ſubjectæ Sedi Apoſtolicæ, ſubjacent Caſibus reſervatis ab Ordinariis, qui ſunt Superiores, uti Delegati Sedis Apoſtolicæ. Si tandem ſint Moniales immediatè ſubjectæ Prælatis Regularibus, & agatur de Caſibus reſervatis Epiſcopo, quoad materiam ſpectantem ad Juriſdictionem, quam Concilium, & Conſtitutiones Apoſtolicæ conceſſerunt Ordinariis ſuper dictis Monaſteriis delegatam, ut eſſet pro clauſura, & hoc caſu non poſſunt abſolvere Prælati, & Confeſſarii Regulares, ſed requiritur licentia Ordinarii; ſecus autem, ſi agatur de aliis Caſibus reſervatis Epiſcopo; quorum reſervatio non afficiat eas Moniales, quæ afficerentur, ſi agatur de Caſibus reſervatis eorum Prælatis Regularibus, qui habent facultatem ſibi reſervandi Caſus ad formam decreti *Clem. VIII.* poſt *Conſtitut.* 26. *Urb. VIII. tomo* 4. *Bull.* de qua re alibi debet eſſe ſermo; & juxta dictam diſtinctionem, quoad Moniales procedunt Clericat. *citat. deciſio.* 42. *numero* 6. Donat. *in praxi rer. Regul. tomo* 4. *tract.* 13. *quæſtio.* 33. Ceſped. *de exemp. Regul. capitul.* 23. *dub.* 357. *numero* 4. Pellizar. *citat. loco numero* 48. & ad rem facit *reſolutio Sacr. Congreg. Concil. in Colonien.* 16. *Novembris* 1720. ubi de Edicto Archiepiſcopi, in quo nonnullos Caſus reſervarat, præſertim abſolutionem complicis in peccato carnali, propoſita fuerunt infraſcripta dubia. I. An Confeſſarii Regulares poſſint Sæculares extra mortis periculum abſolvere à Caſibus, Ordinario reſervatis, in caſu. II. An Confeſſarii Monialium exemptarum, & Prælatis Regularium ſubjectarum, poſſint eaſdem, etiam extra mortis periculum abſolvere à Caſibus, Epiſcopo reſervatis in caſu. III. An ſuppoſito Edicto ſupra recenſito, Confeſſarius Regularis extra mortis periculum abſolvere poſſit ſæcularem, complicem criminis carnalis externi, mortaliter peccaminoſi, ſecum commiſſi, in caſu. IV. An ſuppoſito pariter eodem Edicto, Confeſſarius Regularis Monialium exemptarum abſolvere poſſit Monialem complicem criminis carnalis externi, mortaliter peccaminoſi, ſecum commiſſi, in caſu. *Sac. Cong. cenſuit. Ad I. Negativè. Ad II. Affirmativè, preterquam quoad Caſus, quos Epiſcopus ſibi reſervaverit in materia clarè ſpectante ad juriſdictionem delegatam. Ad III. Negativè. Ad IV. Affirmativè, quatenùs non ſit violata clauſura.*

Nec obſtat prædictis, quod ad Ordinarios locorum ſpectat approbatio Confeſſariorum Regularium, etiam in præfatis Monaſteriis Monialium, immediatè ſubjectis ipſis Regularibus, & à dictis Ordinariis exemptis, juxta *Conſtitutionem* 18. *Inſcrutabili Gregorii XV. tomo* 4. *Bullar. & Clem. X.* 1a. 7. *Superna tomo* 6. *Bullar.* proindeque videri poteſt, quòd in materia Caſuum reſervatorum, tangente poteſtatem abſolvendi in Confeſſario, non fuerit conceſſa talis facultas per Epiſcopum approbantem quoad abſolutionem eorum, ut aliqui opponunt; nam licèt verùm ſit, intervenire debere dictam approbationem per Epiſcopum faciendam, juxta ſtatuta in dictis *Conſtitutionibus*; imò in *Conſtitutione Clementis* fuiſſe derogatum conſuetudini etiam immemorabili, ut quoque diſcuſſo articulo, & rejecta prætenſa conſuetudine contraria immemorabili, firmavit Rota, cui fuerat à *Sacr. Congreg. Concil.* commiſſa cauſa pro Voto *in Uratiſlavienſi Juris approbandi Confeſſarios* 11. *Maii* 1722. *coram Lancetta Decano*, quod Votum Rotale approbavit eadem *Congregatio in Uratiſlavienſi* contra Abbatem Lubeniem Ordinis Ciſtercienſis, quoad Moniales Monaſterii Trebinicenſis ad favorem Epiſcopi Uratiſlavienſis *die* 30. *Januarii* 1723. ibi. *Approbationem Confeſſariorum Monialium pertinere ad Epiſcopum*; Attamen eo non obſtante, talis approbatio recipienda ab Epiſcopo, nequit importare, ut Moniales exemptæ teneantur caſibus reſervatis ab Epiſcopo, niſi in pertinentibus ad Juriſdictionem delegatam ipſius in Moniales; quarum ſubjectio requiritur, ut ſubdantur reſervationi.

Ad rem itaque hujuſmodi Monialium ſubjectarum 19
Regularibus, & exemptarum ab Ordinariis, ſubjicio infraſcriptas reſolutiones, *Sacra Congregationis Concilii in Bononien. Indultorum* 17. *Maii* 1704. in dubiis exortis cum Ordinario, quas addo aliis reſolutionibus hujuſmodi, & materiæ ſimili diſcuſſæ *Conſtitut.* 4. *Callixti III. ſect.* 2. & alibi.

Primò. An liceat Confeſſario ſignare licentias ingreſſus in Monaſterium privativè, & independenter ab Archiepiſcopo. Secundò. Et quatenus negativè, an, & quomodo Confeſſarius poſſit ſignare dictas licentias, & in quibus caſibus, & pro quibus perſonis. Tertiò: An licentiæ ſolius Archiepiſcopi poſſint impediri ex diſſenſu Confeſſarii. Quartò. An Archiepiſcopus poſſit prohibere Confeſſario, ut ſignet, aut concedat licentias pro allocutione, tàm cum Monialibus, quàm cum Educandis ad crates. Quintò. An idem Confeſſarius poſſit celebrare ſacrum in Capella Infirmariæ Monaſterii. Sextò. Et quatenus affirmativè, an iis caſibus, in quibus poteſt celebrare in dicta Capella, valeat uti in Miniſtrum, ſeu Clericum, qualibet perſona ſæculari, ſibi viſa; ſeu potiùs teneatur adhibere Clericum approbatum cum licentia Archiepiſcopi. *Sacr. Congr. reſpondit. Ad primum. Negativè. Ad ſecundum. Affirmativè pro perſonis approbatis ab Archiepiſcopo. Ad tertium. Negativè. Ad quartum, & quintum, Affirmativè. Ad ſextum, Negativè, quoad primam partem, & Affirmativè, quoad ſecundam.*

Digitized by Google

CONSTITUTIO XX.

SIXTI IV.

incipiens. (*Etſi.*)

EPITOME BULLÆ

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

AMpliat Juriſdictionem S. R. E. Cardinalis Camerarii, & Magiſtrorum Viarum Urbis, circa ædificia ad ejus ornatum conſtruenda, unà cum privilegiis ejuſmodi ædificia conſtruendi, vel ampliandi.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *De Ædilibus, ac Viarum Magiſtris Remiſſivè, & nn. ſeqq.*

2 *Adducitur diſpoſitio hujus Conſtitutionis, quoad Magiſtros Viarum Urbis, & quoad cogendos vicinos, ad vendendum pro ornatu Urbis.*

3 *De Juriſdictione Præſidis Viarum, & Magiſtrorum, nec non à quibus Clerici cogendi ſunt ad reficiendas vias.*

Ubi etiam de poteſtate Cardinalis Camerarii in hoc.

4 *Quatenus Juriſdictio Præſidis, & Magiſtrorum Viarum ſe extendat extra Diſtrictum Urbis.*

5 *In præſenti non poſſunt Magiſtri Viarum procedere in cauſis retractus.*

6 *Ex diſpoſitis in hac Bulla plura mutata fuerunt, & abrogata, & nova methodus fuit inſtituta, tàm quoad retractum, quàm quoad juriſdictionem circa prædicta, præviis aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis.*

ANtiquiſſimum Ædilium munus fuiſſe uſque à
1 tempore Romanorum, retuli *tomo* 4 *Conſtitut.* 9. *Martini V.* qui Magiſtratum Ædilium in Urbe reſtauravit poſtquam decora facies Urbis deformata remanſit tot ærumnis, & calamitatibus illius infelicis ævi; ibique dixi de Tribunali Magiſtrorum Viarum Romæ, & plura, ad eumdem Magiſtratum pertinentia declaravi, & in quibus cauſis procedat, & quid quoad vias publicas extra Urbem; de quibus latè Zaul. *ad ſtatut. Faven. libro* 5. *Rubr.* 37. *numero* 1. *& ſequ.* Card. de Luca *de Regal. diſcurſ.* 97. 136. *&* 141. Brugiot. *in ſua Epit. & praxi viar. & flumin. capit.* 3. Rovit. *conſ.* 58. *libr.* 1. *Conſtantin. ad Statut. Urbis tomo* 1. *adnot.* 22. *art.* 3. *numero* 148. *& plurib. ſeqq.* ubi de praxi dicti Tribunalis. In præſenti enim adducitur *Conſtitutio Sixti IV. edita in Vrbe die* 30.
2 *Junii* 1480. in qua, ad tollendam Urbis deformitatem, & renovandam ejus antiquam venuſtatem, ac ornatum ampliandum, dat facultatem S. R. E. Camerario, cogendi vicinos ad vendendum domos locari ſolitas, aliis vicinis, quorum domus pro dirigendis viis demoliuntur; ſtatuitque quid agendum, pluribus ad hoc vicinis concurrentibus; & quid, ſi plures habeant domus dirutas; quòdque domini domus cogantur eas vendere pro conſtrutione Platearum, & novorum ædificiorum; ſtatuitque ulteriùs, qui ſit præferendus, pluribus ædificare volentibus, & modum, quo recuſantes vendere, per Camerarium, & Magiſtros Viarum cogi poſſint; quidque ædificare volentes implere teneantur; ac vendere volentes teneri vendere vicinis, alias venditiones eſſe nullas. Hæc ſummatim continentur in hac *Conſtitutione Sixtina*. Quod munus Magiſtrorum Viarum confirmarunt Leo X. *Conſtitut.* 19. *tomo* 1. *Bullar. Pius IV. Conſtitut.* 103. *& Gregor. XIII. Conſtitut.* 22. *tomo* 2. *Bullar.* & adeſt *Conſtitut. ſan. mem. Innoc. XII.*
quoad facultates Præſidis Viarum, ac Ædilium Urbis, 3
de qua Zaul. *cit. loc.* & retuli in *cit. Conſtitut. Martini V.* Habent enim dd. Magiſtri Viarum in Urbe, & Diſtrictu curam, circa Viarum refectionem, & expurgationem; Cogunt Laicos ad Viarum refectionem; & Cardinalis Camerarius cogit ad idem Eccleſiaſticos,
Procedunt ad exactionem taxæ Viarum Manu Regia; 4
eorumque Juriſdictio non extenditur ultra Diſtrictum Urbis; Secùs, ſi procedant unà cum Præſide Viarum, qui eſt Prælatus, & eligitur à Papa, prout duo Nobiles pro Magiſtris Viarum, & à Sententiis eorum appellatur ad Camerarium; nec ſunt ſubjecti hodie Syndicatui; & appellatur ab iis ad Præſidem Viarum, & poſtea ad Cameram; Et de cura, quam ipſi habere
debent, quodque in præſenti non poſſint cognoſcere 5
de Jure congrui, tam coactivo, quàm prælativo, prout antea, latè Conſtantin. *cit. loc.*

Etſi enim ad ornatum Urbis fuerit conceſſus retra-
ctus coactivus favore vicinorum, qui volebant ædifi- 6
care pro ornatu Urbis, *ex Conſtit. præſenti Sixti IV. Leon. X. Conſtit.* 19. *tomo* 1. *Bullar. & Conſtit.* 102. *Pii IV. tomo* 2. *Bullar.* S. Pius V. præfatas Conſtitutiones revocavit in *Conſtit.* 126. *eodem tomo* Sed *Gregor. XIII. Conſtitut.* 22. *eodem tom.* reſtituit retractum, certa tamen forma præſcripta, & obſervanda, abrogatis Conſtitutionibus prædictis antiquioribus, ac ſancivit, quòd in hac materia retractus, in poſterum non poſſit procedi, niſi juxta præſcripta in eadem *Bulla Gregoriana*, & notavit *Cherubin. filius* abrogationem hujus *Bullæ Sixtinæ* factam per *Gregor. XIII.* in notis ad iſtam Bullam, ac refert *Conſtantin. citat. tomo* 1. *adnot.* 24. *art.* 5. *numer.* 219. *& ſeqq.* Et licet *Conſtitutio hæc Sixti, & alia Leonis X. & Pii IV.* fuerit *abrogatæ per Conſtitutionem Gregorianam*, nihilominus non fuit abrogata illarum ratio in his, quæ tendunt ad ornatum Urbis, itaut, ob rationem prædictam, in illis conſideratam, allegari poſſunt in deciſionibus Cauſarum, Rota *in dec. ſeu Voto Camerarii dec.* 538. *num.* 83. *& plurib. ſeqq. par.* 13. *recent.* & notat Cherubin. *ad hanc Bullam*, & quòd requiſitio vicini, ante venditionem, non fuit introducta à Sixtina, ſed *à Bulla Gregoriana*; Cùmque fuerit abrogata iſta Sixtina, quoad diſpoſita in retractu, dicam de iſto alio ſuo loco, & interim videndi ſunt *citati Doctores* ad rem.

CONSTITUTIO XXI.

SIXTI IV.

Incipiens (*Superna.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

IN Sanctorum numerum adſcribit D. Bonaventuram Cardinalem Albanenſem.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *In hac Conſtitutione Sixtus IV. inter Sanctos adſcribit Bonaventuram Balneorgienſem.*

2 *Na-*

2 *Natalia, & ejus geſta ſummatim referantur, etiam poſtquam Ordinem Minorum ingreſſus fuit.*
Ejus doctrina maximoperè perfulſit, præſertim in Concilio Lugdonenſi, ibid.
Cardinalis creatus à Gregorio X. in eaque dignitate laudabiliter ſe geſſit, ibid.
3 *Elegantem orationem in Concilio præfacto recitavit, ac promovit unionem Græcorum cum Latinis.*
4 *Sanctus, dum erat in vivis à D. Thoma nuncupatus fuit.*
Cardinales in Conclavi anteriori eum interpellarunt, ut futurum Pontificem illis oſtenderet promovendum, ibid.
5 *Ejus obitus, & Canonizatio refertur.*

EXultat in præſenti *Conſtitutione Sixtus IV.* dum
1 inter Sanctos referre intendit Bonaventuram
Cardinalem Albanenſem Ordinis Minorum (in quo
Pontifex iſte Alumnus fuerat) tot præclaris virtutibus, ac meritis refertum. De cujus Canonizationis
actu teſtimonium perhibuit *Sixtus* hac *edita Conſtitutione apud S. Petrum die 14. Aprilis* 1482. Bonaventura itaque, ſic vocatus in Ordine Minorum,
2 in baptiſmo Joannes fuit nuncupatus, natione Tuſcus, patria Balneoregienſis, honeſtis Parentibus natus, Patre ſcilicet Joanne Fidanza, & Matre nomine Riſella; Hic ſanè ab adoleſcentia provectæ ſenectutis mores præſetulit, atque adhuc parvulus Sanctitatis indicia, quàm maxima præſtitit. Vigeſimo ſecundo ætatis anno, ſuæ Genetricis Voti, quod in infirmitate illius emiſerat, memor, S. Franciſci Inſtitutum amplexus eſt. Orationibus, jejuniis, ac piis meditationibus vacans, Vitæ perfectionem, ac Sanctitatis famam ſibi adeptus fuit; non relicto interim ad majorem Dei gloriam Sacrarum Scientiarum ſtudio; itaut Alexander de Ales Magnus Magiſter, ejus Præceptor exclamaverit: *Sibi videri in Bonaventura Adamum non peccaſſe.* Humilitate proinde magnus, Charitate fervidus, humanitate benignus; Miniſter Generalis ſuæ Religionis fuit electus: Sapientia clarus varia, atque egregia volumina ſcripſit, eiuſque doctrinam admiratus Gerſonius die, quo magiſtralem Cathedram Pariſiis aſcenderat, ait: *Neſcio ſi unquam talem Doctorem, ſicut Bonaventura, habuerit ſtudium Pariſienſe:* Cujus fama ad Gregorium X. convolata, Pontifex ille Sacra purpura eum honorare non deſtitit, ac Cardinalem Albanenſem, quamvis illo humiliter recuſante, creavit, moxque ad pertractanda ardua negotia, in Concilio Lugdonenſi exorta, fuit deſtinatus; in quo mirabiliter Spiritu ſancto ductus Græcorum hæreſes interemit, eos ad S. Sedem reducendo unà cum Paleologo eorum Imperatore, qui ad præfatum Concilium convenerat; ubi Vir Sanctus elegantem Orationem habuit, & propo-
3 ſitis verbis Baruch. *Exurge Hieruſalem, & circumſpice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente, uſque ad Occidentem:* Propter quod in Bibliotheca Vaticana ad perpetuam facti memoriam *Sixtus V.* inſcribi curavit monumentum, & refertur à *Ciaccon. to. 2. pag. 199.*

Inde ubique, egregii viri fama percrebeſcente, etiam vivens Sancti nomine fuit nuncupatus Cùm etenim S. Franciſci ejus Patris Vitam ſcriberet, illum
4 D. Thomas Aquinas reperiens, ſic fuit affatus, *Sinamus Sanctum, qui laborat pro Sancto.* Jam clarus per Univerſum Chriſtianorum Orbem, Clemens IV. cujus tempore vixit, ejuſdem familiaritate, permaximè gaudebat Sur. *tom. 5. cron. lib. 7.* poſt cujus Pontificis obitum, diſcrepantibus de creatione novi Pontificis S. R. E. Cardinalibus ferè per triennium, confiſi probitate Vitæ D. Bonaventuræ, quem ipſe nominaſſet, Pontificem eligere conſtituerant, qui eorum petitioni annuens Gregorium X. nominavit Pontificem, ut refert Panuin. Binius, & Marian. apud Ciaccon. *in Vita* Gregor. X. *tomo 2. pag. 198. lit. F.* ut etiam Marcus Ulyſip. *in Cronic. S. Franciſci*, teſtatum reliquit. Multa ſcientia, ac ſapientia plena monumenta, in ſuis ſcriptis reliquit, in quibus hic Seraphicus vir divini æſtus flammas obſignavit. In Commentariis etenim ad libros Sententiarum, & præſertim in ſecundum, & quartum cæleſti metro incipit: *O Fons ſplendoris, Vas dulcoris, & amoris:* Tandem
vir Dei miraculis clarus ad Cœlum convolavit anno 5
1275. ex *Surio*, ætatis ſuæ 53. die Dominico, quæ tunc cecidit *die 14. Julii*; Cujus Corpus, cùm poſt centeſimum, & ſexageſimum annum ſui obitus, exhumaretur, ut ad novam Eccleſiam S. Franciſci Lugduni transferri valeret, in cinere redactum ad inſtar aliorum Cadaverum, ſacrum tamen Caput inconſumptum fuit mirè repertum, perinde ac, ſi tunc mortuus fuiſſet, cum ſuis capillis, dentibus, ac cæteris, quæ viventis Caput exornant. Ejus prodigiis, ac Sanctitatis ſignis permoti plerique Chriſtiani Reges, ac Principes, Reſpublicæ, & Civitates, Petri Succeſſorem pro illius canonizatione rogarunt, ac unanimi voce tot elogia de Sancto, quot preces humiles, ad Petri Sedem porrexerunt; Quorum piis clamoribus, atque precibus adhærens *Sixtus IV.* probatis virtutibus, ac miraculis inter Sanctos Confeſſores eum adſcripſit, in *hac Conſtitutione.* Reliquiæ verò hujuſmodi Sancti, Hæreticis in Italia graſſantibus, ſubrepta capſa argentea, in amnem fuerunt projectæ, ut refert Petrus Rod. Toſſian. *libr. 1. hiſt. Seraph.* In præſenti *Conſtitutione* ſancitum invenitur, ut ejus feſtum colatur Dominica 2. Julii, ſed Sixtus V. *in Conſtitutione, quæ incipit Triumphans 76. to. 2. Bull.* proprium pro feſto conſtituit diem 14. Julii, ac inter Eccleſiæ Doctores illum connumeravit, in qua Conſtitutione laudes eximias, & quidem condignas pro Sancto iſto cumulavit.

CONSTITUTIO XXII.

SIXTI IV.

Incipiens (*Religionis.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

PRæſcribitur modus electionis Præceptoris in Hoſpitali S. Spiritus Urbis, à Fratribus faciendæ, & à Papa confirmandæ, ac ut ab iis præſentetur Cardinalis S. R. E. pro Protectore eidem Pontifici. Ac cura Expoſitorum Præceptori injungitur.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Sixtus IV. præſcripſit modum electionis Præceptoris, ſeu Commendatoris Hoſpitalis Sancti Spiritus Urbis à Fratribus dicti Hoſpitals faciendæ.*
2 *Sed poſtea Romanus Pontifex electionem hanc facere conſuevit.*
3 *Commendator eſt Prælatus, & defert Crucem S. Spiritus in pectore.*
4 *Habet Superioritatem in omnia loca, & Hoſpitalia S. Spiritus in Orbe.*
Curam habere debet ſpecialem pro Infirmis curandis, & Expoſitis nutriendis, ibid.
5 *Expoſitorum cura, ſemper fuit laudabilis, apud omnes gentes.*

6 *Ex-*

Digitized by Google

6 *Expoſiti in Hoſpitali, an debeant baptizari, & an præſumi debeant legitimi, vel non tales.*
Diſtinguuntur caſus, ibid. & n. ſeq.
7 *Referuntur quoque plura Jura Canonica, quoad hoc, & praxis in aliis Diœceſibus, & præſertim Mediolanenſi ſub D. Carolo Borromæo.*
8 *Adducitur reſolutio Sac. Cong. Concilii.*
9 *An Expoſiti ſint irregulares, & proinde indigeant diſpenſatione ad Ordines recipiendos.*
Adducuntur Sententiæ DD. in hoc ibid.
Expoſiti in Hoſpitali S. Spiritus Urbis habentur pro illegitimis, ibid.
10 *Dicendum eſt proinde in iis, requiri diſpenſationem; ibid.*
11 *Adducitur reſolutio Sacr. Congregationis Concilii.*
12 *Stylus Romanæ Curiæ eſt, ut Expoſiti petant diſpenſationes.*
13 *Obtinuerunt privilegia Apoſtolica aliqua Hoſpitalia, & præſertim illud Sanctiſſ. Annuntiationis Neapolis, ut ordinari valeant, tamquàm legitimi abſque diſpenſatione.*
14 *Quod privilegium non habet Hoſpitale S. Spiritus Urbis, in quo Expoſiti reputantur illegitimi.*
15 *Expoſiti ex certis parentibus legitimè nati, non indigent diſpenſatione.*
16 *Prout Expoſiti, jam promoti ſine diſpenſatione, poſſunt tuta conſcientia miniſtrare; præſertim ſi ſint in poſſeſſione.*

ELectionem Præceptoris in Hoſpitali S. Spiritus
1 Urbis *Sixtus Papa IV.* à Fratribus faciendam
juxta Jus, & c. 28. *Regulæ Ordinis*; demandavit hac
Conſtitut. apud S. Petrum 13. Februarii Anno 1483.
Verùm Romanus Pontifex diù eligere conſuevit aliquem
Prælatum ad illud munus, qui Commendator
2 etiam dicitur, ac defert Crucem Ordinis in pectore
ex Indulto *Leonis X.* prout deferunt Fratres iſti;
3 Saunier. *citat. part. 1. cap. 11. §. 7.* Card. de Luca *in
relat. Rom. Cur. diſc. 42. num. 3.*
Præceptor itaque iſte, ſeu Commendator obtinet
4 Superioritatem in omnes Fratres, & Hoſpitalia Ordinis,
ut dixi ſupra *Conſtit. 12. hujus Papæ*, uti Superior
Generalis Ordinis, curamque habet omnium
negotiorum, & Officialium Hoſpitalis, & præſertim
pro Infirmis, & operibus, quæ in Hoſpitali, ac in
Domo S. Spiritus exercentur, quæ permulta ſunt apud
Saunier. *citat.* ubi de privilegiis conceſſis eidem
Hoſpitali, ac Fratribus. Protector rurſus in præſenti
non eligitur.
Cùm autem in hac *Conſtitutione*, Præceptori, ſeù
5 Commendatori prædicto præcisè injungatur cura Expoſitorum,
qui in Domo illa S. Spiritus projiciuntur,
dicam aliqua de Expoſitis. Vetuſtiſſimus reperitur,
ferarum potiùs quam hominum mos, propriòs liberos
exponendi, unde Lactant. *libr. 7. div. Inſt. cap.
20.* ait. *Non poſſunt innocentes exiſtimari, qui viſcera
ſua in prædam canibus obiiciunt, & quantum in ipſis
eſt, crudeliùs necant, quàm ſi ſtrangulaſſent*; Et ne
dum apud barbaras nationes, ſed apud Hæbreos mos
ille fuit, Phil *de Vita Moyſis*, ubi *de Moyſe expoſito*;
De Athenienſibus Ariſt. *libr. 7. polit. capitul.
16.* De Græcis Diodor. Sicul. *libro 5. Bibliot. cap. 6.*
De Romanis, aliiſque Juſtin. *l. 4. cap. 41.* Valer. Maxim.
l. 1. cap. 47.
Unde ad tantum facinus avertendum, loca conſtrui
cœpta fuerunt, in quibus expoſiti reciperentur,
ac nutrirentur, ut apud Romanos eveniſſe refert ſub
*Trajano Imperatore, Feſtus l. 10. Alex. ab Alex.
l. 2. dier. gen.* quod magis ad uſum reduxit Chriſtianorum
pietas, ad avertendum, quod dixerat Juſtin.
*in Apol. 2. ad Antoninum: Omnes ferè expoſiti,
non puellæ modo, ſed & maſculi ad quæſtum meretricium
videbantur educari, atque produci*, & in *Concilio
Matiſconenſi Can. 6.* injunctum fuit, ut iſti Expoſiti
ſuſcipiantur, & nutriantur ab aliquo fideli, apud
Gonzal. *cap. un. de infant. & expoſitis.*
An autem iſti Expoſiti baptizari debeant? Et DD.
diſtinguunt, quòd aut concurrit conjectura, ut bapti- 6
zati fuerint, & non debeant rebaptizari; ſecùs ſi ea
non adſit; vel ſaltem in caſu dubietatis conjecturarum,
quod debeant baptizari ſub conditione; & pro
conjectura ſufficienti conſtituunt aliqui, ſi reperiretur
apud infantem collo appenſa ſchedula, in qua ſcriptum
ſit, recipiſſe baptiſmum. Nonnulli dicunt, quod ſi
eveniat in loco fidelium, & ſit in aliqua ætate, qua
ſolet baptiſmum non differri, non debeant baptizari,
ſecùs ſi eſſet inter Infideles, vel Anabaptiſtas, qui
hæretici differunt baptiſmum ad adultam ætatem; &
de his inter alios agunt Romaguer. *ad Synod. Gerunden.
libr. 3. titul. 18. capit. 5. à numero 9.* ubi alii,
Quintanaduen. *tomo 1. tractat. 1. ſingul. 9. de baptiſm.*
Leand. *tomo 1. op. moral. tract. 2. de baptiſm. diſp. 3.
quæſt. 44.* Dian. *in antiqu. part. 9. tractat. 6. Miſcellan.
reſol. 35.* ubi de baptiſmo conferendo ſub conditione
in uſu poſito in Diœceſibus Toletana, Hiſpalenſi,
& aliis in Hiſpania.
Hæc enim doctrina tutior eſt, ac tenenda, & conformis
Juri, *Can. placuit de Conſec. diſt. 4.* & in *cap.* 7
2. de baptiſm. ubi ſtatuitur, quòd ſi adſit dubium, nec
concurrant certi teſtes de baptiſmate, eſſe rebaptizandos
pueros ſub conditione, Gregor. II. *epiſtol. 8. in fine*
Gregor. III. *ad Bonif. epiſt. 4.* Gregor. Magn. *libr.
2. indict. 8. ep. 31.* ubi, quòd, niſi in ſcriptis, vel teſtibus
certa ratio habeatur baptiſmi, baptiſma conferri
debet; *quoniam non monſtratur iteratum, quod non
certis indiciis oſtenditur ritè peractum.* Et etiam reperta
ſchedula; remanet dubium, quia mulieres ſolitæ
hoc ſcelus perpetrare, parum ſollicitæ præſumi debent
de ſalute ſpirituali filiorum; & D. Carolus Borromæus
in Concilio Mediolanen. 3. titul. de baptiſm. infant. demandavit,
quòd, appoſita etiam ſchedula præfata majores
diligentiæ fieri debeant; acſi dubietas etiam concurrat,
baptiſma conferatur ſub conditione: Et pariter
ſtatutum fuit in *Synod. Cameracenſi* apud Marcant.
*in Candelab. Sacr. tract. 2. de baptiſ. in Synod.
Hiſpalen.* apud Quintanaduen. *citat. numero 3.* Et in
Rituali Romano Pauli V. ſic cautum eſt: *Infantes expoſiti,
& inventi, ſi re diligenter inveſtigata, de eorum
baptiſmo non conſtet, ſub conditione baptizentur*; Et
propoſito dubio in Sacr. Congregat. Concilii die 18. 8
Decembris 1723. Quomodo ſe gerere debeat Parochus
Sanct. Spiritus in Saxia in collatione baptiſmatis infantibus,
qui ad Archihoſpitale deferuntur, ſive iidem
habeant ſchedulam, de baptiſmo teſtantem, ſive non
habeant, & etiamſi ex colore, & cæteris corporis
qualitatibus deprehendatur, eoſdem eſſe conſtitutos
in ætate ſex, aut decem menſium, vel unius anni
cum dimidio. *Sacr. Congreg. reſpondit, die 15. Januarii
1724. Eſſe baptizandos ſub conditione in omnibus
caſibus; excepto tamen caſu ſcedulæ, quæ habeat
certitudinem.*
Quæri ad rem etiam poteſt. An iſti infantes expoſiti
ſint irregulares, & proindè indigeant diſpenſatione 9
ad Ordines? Quod pendet ex eo, an dici debeant illegitimi,
quia, ſi tales, repellendi ſunt ab Ordinibus,
abſque diſpenſatione. Definitum eſt in *capite 1. de fil.
Presbyteror. & in 6. eodem titul.* Illegitimos irregulares
eſſe, & à Sacris Ordinibus arcendos; ne turpitudo,
quam trahit fœtus ex illicito concubitu, Sacrum
Miniſterium polluat.
Quòd iſti infantes expoſiti, illegitimi cenſeri debeant,
docent Doctores apud Amoſtaz. *de Cauſis Piis libr. 4.
capit. 11. num. 73.* Et juxta communem, & tutiorem
ſententiam latè Pignatell. *tomo 7. conſult. 34. num. 1.*
Garz. *de benef. part. 7. capit. 2. numer. 9. & ſeq.* ubi,
quòd debeat attendi univerſalis cauſa projectionis, quæ
verificari ſolet in illegitimis, & rariſſimo in legitimis,
Corrad. *in praxi diſpenſ. libr. 3. capit. 2. nu. 1.* Rota
*in noviſ. deciſ. 780. num. 2. Seraphin. deciſ. 1081.
numer. 3,* ubi, expoſitionem infantis in Hoſpitali S.
Spi-

Spiritus Urbis, valdè repugnare legitimæ filiationi; & Romæ Expoſitos apud Hoſpitale prædictum, pro ſpuriis haberi, nominari, & tractari, dixerunt Mandoſ. apud Garz. *cit. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 7. Corrad. *cit. num.* 9.

Alii verò Doctores contrarium docent, quia plures legitimi Exponuntur, & in favorem legitimitatis eſt tenendum, *c. ex tenore Qui filii ſint legitimi*; Nec illegitimitas eſt præſumenda, quia ſapit delictum, Menoch. *de præſump. lib.* 6. *præſump.* 54. *n.* 29. Maſcard. *de probat. concl.* 799. Gratian. *diſcept.* 135. *à nu.* 31. Barboſ. *in rubr. de infant. expoſ. à n.* 3. *& de poteſtate Epiſcopi par.* 3. *alleg.* 51. *n.* 150. & alii apud Leoncil. *de privil. pauper. qu.* 3. *n.* 64. & de Expoſitis in Hoſpitali Sanctiſſimæ Annunciationis Neapolis, reputari eos legitimos reſpectu Ordinationis, Corrad. *cit. n.* 9. *& Sac. Cong. Concilii in Sulmonen.* 15. *Decembris* 1708. *& Gibalin. de irregul. qu.* 1. *propoſ.* 1. *n.* 5. docet, eos non eſſe irregulares; quia in dubio legitimitatis favorabilis interpretatio eſt facienda.

Verùm tenenda eſt tutior opinio, ut opus ſit diſ-
11 penſatione: Quia, quoad recipiendos Ordines, requiritur probatio legitimitatis; Et ſic non ſufficit præſumptio, Amoſtaz. *cit. nu.* 75. ac proindè tutior, & communior ſententia eſt, quòd ſit neceſſaria diſpenſatio, ut ultra ſupra adductos, docet idem Gibalin. *cit.* Peyrin. *de Rel. Præl. qu.* 2. *c.* 8. *nu.* 36. Diana *to.* 1. *par.* 1. *tract.* 15. *reſol.* 22. *& par.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 58. Garz. *cit. n.* 12. Bonac. *de irregul. diſp.* 7. *qu.* 2. *punct.* 3. *nu.* 10. qui addunt, quod urgens conjectura ſit pro illegitimitate eorum projectio, *& Sac. Cong. Concilii in cit. Sulmonenſi* 22. *Februarii* 1710. cenſuit. *In caſu, de quo agitur, pro diſpenſatione ad cautelam*, quia aderant conjecturæ hinc indè pro legitimitate, vel illegitimitate.

Hanc ſententiam comprobat praxis Romanæ Cu-
12 riæ; cùm obtineantur pro Expoſitis diſpenſationes Apoſtolicæ ad Sacros Ordines; Corrad. *cit. nu.* 2. *& n.* 9. dixit, obtinuiſſe privilegium Expoſitos in Hoſpitali Sanctiſſimæ Annuntiatæ Neapolis, ut promoveri valeant ad Ordines per Archiepiſcopum Neapolitanum, ſine âlia diſpenſatione; Sicque hoc privilegium præſupponit illegitimitatem eorum. Ex Bullam, quam aliqui aſſerunt *Gregorii XIV.* non conſtat ad-
13 fuiſſe, *Garz. cit. n.* 27. & potiùs eſſe valet aliquod privilegium conceſſum, ut alicujus Hoſpitalis Expoſiti legitimi haberentur, ac Sacros Ordines reciperent ſine diſpenſatione. Sed quia de hoc privilegio
14 non liquet quoad Hoſpitale S. Spiritus Urbis, ideò apud omnes pro illegitimis in eo expoſiti habentur, & diſpenſatione indigent, Gratian. *diſcep.* 35. *n.* 31. Garz. *cit. in addit. ad par.* 7. *cap.* 2. *num.* 7. & dixi ſupra.

Attamen, ſi ageretur de Expoſitis, quorum paren-
15 tes innoteſcerent, nihil obſtat quin ad Sacros Ordines promoveantur, ſi legitimi ſint, quamquam Expoſiti forent, *c.* 1. *de infant. expoſ.* Corrad. *cit. nu.* 1. Pignatell. *cit. conſ.* 34. *nu.* 1. Expoſiti, etiam incogniti, ad Sacros Ordines promoti ſine diſpenſatione, poſſent in illis miniſtrare, tuta conſcientia; quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, *c.* 1. *de fil. Presbyt.* Garz. *cit. n.* 11. Pignatell. *cit. n.* 1. *& in*
16 *Congr. Conſultorum S. Offic. die* 6. *Julii* 1643. reſolutum fuit, non eſſe reſpondendum in ſcriptis cuidam Religioſo in Regno Cyprarum, ſed oretenus dicendum, eſſe quietum in conſcientia, ut non indigeat diſpenſatione; præſertim cum ſit in quaſi poſſeſſione.

CONSTITUTIO XXIII.

SIXTI IV.

Incipiens (*Quoniam.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

Longiſſimo tempore notam poteſtatem Majoris Pœnitentiarii S. R. E. Sixtus dicit; ac ejus literis eſſe credendum, abſque inſertione in iis facultatum conceſſarum à Papa; necnon delegare poſſe propriam auctoritatem in his, quæ ad forum conſcientiæ pertinent; eaſque literas in utroque foro ſuffragari voluit.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Officium Sac. Pœnitentiariæ antiquitùs facultates habebat in pluribus, etiam quoad forum externum.*

2 *Sixtus IV. quæ in hac Conſtitutione ſancivit circa dictum Officium?*

3 *Reformatum fuit à Pio IV. & S. Pio V. & Innocentio XII.*

4 *Auctor edidit tractatum, ſeu libellum de Sacra Pœnitentiaria.*
Et de quibus circa hoc Tribunal, & Majorem Pœnitentiarium egit Auctor; quæque munera exercuit in Officio Sacræ Pœnitentiariæ, ibid.

5 *Remittitur Lector, quoad dictum Officium, & Majorem Pœnitentiarium ad ſcripta in eo libello, & dicendis in aliis Commentariis.*

Officium Sac. Pœnitentiariæ, ſeu Majoris Pœni-
tentiarii S. R. E. ad præſens ab uno ex S. R. E. 1
Cardinalibus exerceri ſolitum, antiquitùs innumeras ferè expeditiones faciebat, nedum in foro conſcientiæ, ſed etiam externo; prout eveniebat tempore Pontificatus *Sixti IV.* qui promulgavit hanc *Conſtitutio-*
nem in Urbe ann. 1484. *die* 9. *Maii*, in qua anti- 2
quitatem dicti Officii enunciat, ac fidem dandam ejus literis, abſque eo quòd eſſet neceſſaria inſertio facultatum ſpecialium, receptarum à Summis Pontificibus, decernit; necnon poſſe Majorem Pœnitentiarium delegare ejus poteſtatem aliis, etiam in iis, quæ ad forum conſcientiæ pertinent; ac præfatas literas in utroque foro ſuffragari voluit. Et de facultatibus ejuſdem Officii dixerunt *Paulus III. & Julius III. ut in Conſtit.* 1. *hujus tom.* 1. *Bullar.*

Attamen *Pius Papa IV. Conſt.* 13. *to.* 2. *Bullar.*
reformationem promulgavit pro iſto Officio Majoris 3
Pœnitentiarii, & S. Pius V. *Conſt.* 83. *eodem tomo* Reducta enim fuit facultas Majoris Pœnitentiarii ad caſus in foro conſcientiæ tantùm; & quoad Regulares in utroque foro exceptis caſibus aliquibus, in quibus limitata fuit auctoritas præfata; prout *Urbanus Papa VIII. per literas in forma Brevis* revocavit alias facultates, conceſſas Majori Pœnitentiario, ejuſque Officio, per vivæ vocis oracula aliquorum Summorum Pontificum; & noviſſimè *Innoc. XII.* promulgavit *Conſtitutionem, incip. Romanus Pontifex, apud Sanctam Mariam Majorem Tertio Non. Septembris ann.* 1692. *Secundo Pontificatus, quæ eſt regiſtra-*

Digitized by Google

giſtrata in ejus parvo Bullar. Conſt. 12. Quoad Officium Sacræ Pœnitentiariæ ego edidi tractatum, ſeu libellum: *De Sacra Pœnitentiaria Apoſtolica*, typis editum in Urbe anno 1712. ex Typographya Joſephi Nicolai de Martiis, præſentis Operis Commentariorum etiam Impreſſoris; in quo libello egi de Suprema Pontificia poteſtate in abſolvendis fidelibus à peccatis, & cenſuris, necnon de ejuſdem auctoritate in reſervanda ſibi aliquorum caſuum abſolutione; de Pœnitentiariorum Romanæ Eccleſiæ origine, & progreſſu, Inſuper de Officio Sacræ Pœnitentiariæ, ejuſque Officialibus. De Cardinali Majori Pœnitentiario. De virgula, ſeu ferula uſa à Pœnitentiariis. De iis, quæ pertinent ad reliquos Officiales Sacræ Pœnitentiariæ. De opinionibus ſervandis in Sacra Pœnitentiaria. De facultatibus antiquis, & recentibus Officii Sacræ Pœnitentiariæ. De pluribus ſpectantibus ad facultatem Sacræ Pœnitentiariæ. Atque de Minoribus Pœnitentiariis.

Hæc, & alia ſcripſi, quoad officium Sac. Pœnitentiariæ, & poteſtatem Majoris Pœnitentiarii, aliquo peculiari ſtudio peracto, occaſione capta ex ingenti beneficio ſan. mem. Clem. Papæ XI. quo aſſumptus fui in eo Tribunali Conſiliarius Canoniſta, ac deindè Datarius electus à ſan. me. Innoc. XIII. ibique per treſdecim annos verſatus fui, exercendo etiam per aliquod tempus munus Protegentis, ob infirmitatem D. Cyriaci Lancetta Decani Rotæ Regentis, quod munus ſolet eſſe penes aliquem ex Auditoribus Sacræ Rotæ. Ac noviſſimè ex ſumma munificentia SS. D. N. BENEDICTI XIII. cujus Apoſtolica ſollicitudo, & flagrantiſſimum zelum in obeundis aliis Paſtoralibus muniis, ut alibi dixi, etiam enituit, dum in elapſo anno Jubilæi, magna accurentium Chriſtifidelium ædificatione, & lætitia, Sacramentales Confeſſiones in Baſilica Lateranenſi excepit, ac Summi Pœnitentiarii munus exercuit, Eminentiſſimus, ac Reverendiſſimus D. Cardinalis Bernardus de Comitibus Major Pœnitentiarius, vir benignitate, & comitate præditus, me benevolè ſubrogavit Majorem Pœnitentiarium in ejus abſentia ab Urbe, dum recuperandæ ſalutis gratia, perrexit ad balnea Iſclana; ſicuti tenetur Major Pœnitentiarius abſens ſubrogare aliquem Cardinalem, juxta *Bullam* præfatam *Pii IV.*

Cùm etenim non videtur repetendum, ne protrahatur finis hujus tomi, ſatis ad juſti voluminis molem redacti, quod latiùs dixi in præfato libello; ideò remitto lectorem ad ipſum; & ad ea, quæ in ſequentibus Commentariis hujus operis occaſione Conſtitutionum, quæ occurrent, reſpicientium officium Sacræ Pœnitentiariæ, & Majoris Pœnitentiarii, explicabuntur; ac tradita in eo libello recenſenda erunt.

CONSTITUTIO XXIV.

SIXTI IV.

Incipiens (*Cura.*)

EPITOME BULLÆ.

SIXTUS EPISCOPUS, &c.

Conſanguinei, vel Affines uſque in quartum gradum reorum, qui in Statu Eccleſiaſtico condemnati fuerint pro aliquo Crimine ad confiſcationem, compellantur emere bona confiſcata, & in ſubſidium Univerſitates Locorum, necnon Parentes teneantur ſolvere Fiſco pro filiis uſque ad quantitatem legitimæ.

COMMENTARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Sixtus IV. plura diſpoſuit contra perverſos homines, delinquentes, & præſertim, quod teneantur conjuncti in quarto gradu reis condemnatis ad confiſcationem bonorum, emere bona confiſcata, ſi non reperiantur emptores, & in ſubſidium Communitates, & num. ſeq.*

Quodque parentes reorum teneantur ſolvere legitimam, filiis reis tempore eorum obitus debitam, ibid.

2 *Confiſcatio bonorum quæ ſit, & quæ veniant ſub nomine confiſcationis univerſalis, ubi de immobilibus, ſemoventibus, mobilibus, nominibus debitorum, juribus, & actionibus.*

Plures diſtinguuntur Caſus, ibid.

3 *Vindicatur hæc diſpoſitio Sixtina, quod teneantur emere bona conjuncti, ab injuſtitiæ labe.*

4 *Nomine Conſanguineorum in Conſtitutione expreſſo, qui veniant.*

Computatio graduum an fieri debeat jure canonico, vel civili.

5 *An obligatio emendi inducta ſit pro rata perſonarum expreſſarum, vel in totum, juxta gradus prærogativam.*

6 *Nonquid dicta diſpoſitio procedat in Curia Eccleſiaſtica, quoad Eccleſiaſticos reos condemnatos.*

Reſolvitur negative, ex oraculo etiam Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, ibid.

7 *Diſpoſitio hujus Bullæ procedit in Urbe, & in Statu Eccleſiaſtico immediato.*

8 *Quoad legitimam ſolvendam à parentibus pro filiis reis referuntur Conſtitutiones Pontificiæ ſucceſſivè editæ.*

Varias excogitarunt Summi Pontifices pro recto gubernio temporalis Ditionis S. R. E. leges, 1
quibus à perverſis hominibus expurgata remaneret; & præſertim temporibus illis, quibus magis creverat copia illorum ob Schiſmata, bella, & potentium Virorum incurſiones. Hinc Sixtus IV. *in hac Conſtitutione edita in Urbe die* 30. *Maii ann.* 1484. animadvertens, quod confiſcatio bonorum eorum, qui ob crimina condemnati fuerant ad hujuſmodi pœnam ſubeundam, parvipendebatur, quia eorum bona variis ſubterfugiis Fiſco minimè deferebantur, ideò ſtatuit, ut conjuncti in quarto gradu ipſorum reorum cogerentur emere bona, quæ ſint confiſcata, vel pro concurrenti quantitate pecuniam ſolvere fiſco, ſi in aliqua tantùm quantitate illi condemnati fuerint, & in ſubſidium dictorum conjunctorum non exiſtentium, vel impotentium, Communitates locorum obligatæ ſint ea bona emere, necnon quòd parentes teneantur ſolvere eidem fiſco ratam legitimæ ſpectantis eorum filiis reis tempore ipſorum obitus.

Bonorum confiſcatio eſt auctio univerſalis omnium bonorum, vel alicujus quotæ ad fiſcum, Guazzin. *de* 2
confiſc. concl. 1. *numer.* 1. Brugiot. *Inſtit. crim. l.* 4. *titul.* 18. *numer.* 2. Urſaya *inſtit. crim. libr.* 4. *titul.* 6. *numer.* 4. *ubi alii*, qua confiſcatione, ſi ſit facta terminis univerſalibus *omnium bonorum*, veniunt nomine iſtorum, immobilia, ſemoventia, mobilia, nomina debitorum, jura, actiones, &c. *l. bonorum in fine*, *l. rei appellatione ff. de verb. ſignif.* ſi verò confiſcata ſint bona mobilia, & immobilia, tunc non veniunt jura, & actiones, ſicuti ſi dicatur, *bona ubique exiſtentia*, excluduntur actiones, quæ non dicuntur exiſtere in loco, *l. Cajus de legat. & fideicom. ſecundo*, dummodò per conjecturas contrarium non elicitur, Rota *coram Merlin. deciſ.* 586. *num.* 5. *& dec.* 590. *num.* 9. *& ſeq. par.* 9. *rec.* ſicuti in confiſcatione non comprehenduntur bona futura, Clarus *qu.* 78. *num.*

Digitized by Google

numero 23. Farinacc. *quæſt.* 24. *numer.* 14. & *ſeq.* neque jura conditionalia, aut jus adeundi, Guazz. *cit. concl.* 13. *lim.* 34. & *ſeqq.*

De iſtis igitur bonis, quæ confiſcari debent, providit *Sixtus* ad favorem fiſci, cui ea adjudicantur in hac *Bulla* 4 quòd, ſi non adſint emptores, eorum Conſanguinei, & affines uſque ad quartum gradum rerum condemnatorum à fiſco, citrentu valore redimere debent, ac cogi poſſunt, & licèt hæc diſpoſitio
3 videatur dura, tamen valida eſt, utporè fundata in publica utilitate reprimendi delinquentes, & arcendi à Republica delicta, Bonfin. *in bannim. gener. capit.* 68. & inferius dicam de altera parte legitimæ filiorum confiſcanda: nomine igitur Conſanguineorum, an ve-
4 niant tantùm Agnati, & quartus gradus an computari debeat jure canonico, vel civili? Et videntur venire quicumque Conſanguinei, cùm univerſali verbo *Conſanguineorum* uſa fuit *Conſtitutio*, *Sabel. var. verb. Conſanguineus numero* 1. & *alii infra citandi*, & computatio gradus fieri debet jure canonico, Bonfin. *ad bannim. gener. citat. capit.* 68. *num.* 9. agitur enim de lege pœnali, & à Pontifice patre juris canonici facta, & ſic ſtrictè, & juxta iſtud recipienda.

Sed cùm dicantur *Conſanguinei*, & *Affines*, dubi-
5 tari poteſt, an pro rata in omnibus prædictis comprehenſis emptio fieri debeat, vel ordine ſucceſſorio, & juxta gradus prærogativam; aut priùs Conſanguinei primo nominati, & ſucceſſivè affines; Et dicendum omnes ſingulos teneri pro virili, *ad l. reos* §. *cum tabulis ff. de duobus reis*; non enim intrare debet gradus prærogativa, quæ honorem, ac utilitatem inducit potiùs quàm pœnam, nec ordo carithatis contrariam interpretationem facit, imò iſta importat, ut omnes pro virili graventur, ut dicitur in Carpenſi *ad Conſtitut. Ægid. gloſ. ad capit.* 25. *numer.* 2. & *ſeq.* & *Conſt. Ægid. lib.* 4. *gloſ. cap.* 25. *per tot.* ubi quod præſervari bebeat antiqua conſuetudo cujuſque Tribunalis.

Non tamen procedit diſpoſitio hujus *Bullæ* quoad
Eccleſiaſticos, quoniam in ea iſti non exprimuntur, 6
prout exprimi deberent, ad eliciendam voluntatem Papæ, velle comprehendere eos, cùm de poteſtate dubitari non poſſit, & cùm ſit pœnalis, & odioſa non debet extendi, & in hoc adeſt declaratio *Sacræ Congregationis Epiſcoporum*, & *Regularium ann.* 1589. 23. *Maii in Epiſtola Epiſcopo Maceratenſi*: *Queſta Sacra Congregatione ha prohibito altrè volte alli Prelati il coſtringere altrui il comprare, o redimere beni confiſcati, come coſa introdotta dal rigore della Corte ſecolare, inconveniente all' Eccleſiaſtica, che deve eſſer fondata, & eretta con modo più toſto paterno, che ſignorile; e però ſi notifica ancò à V. S.* ut ex dictis rationibus docent Maſſin. *de confiſc. cit. q.* 2. *nu.* 48. & 51. & *n.* 84. refert dictam *Epiſtolam Sac. Cong.* Vermigl. *conſ.* 115. *nu.* 8. & *conſ.* 327. *n.* 5. & *conſ.* 361. *n.* 17. Altograd. *conſ.* 4. *n.* 19. & 26. *l.* 1.

Hæc *Conſtitutio Sixtina* procedit in Urbe, aliiſque
Civitatibus, Terris, & Locis, Romanæ Eccleſiæ Tem- 7
porali dominio immediatè ſubjectis, ut ſunt verba illius, & ſic pro Statu immediato Romanæ Eccleſiæ.

Quoad ſecundam partem diſpoſitam in hac *Bulla*
Sixti IV. ut ſcilicet confiſcari debeat legitima, filio reo 8
competens contra patrem viventem ad favorem fiſci; fuit id comprobatum à Pio IV. *Conſtitut.* 52. *tomo* 2. *Bullar.* in qua extendit etiam, ſi condemnatio filii, & bonorum confiſcatio ſecuta fuerit in contumaciam. Innocentius rurſus Papa IX. in Urbe legitimam filiorum in vita parentum non confiſcari, ſed jus commune ſervari mandavit in ejus *Conſtitut.* 11. *tom.* 2. *Bullarii*; Unde cùm in citatis Conſtitutionibus de hac materia legitimæ confiſcandæ ſermo eſſe debeat, nihil ultra hic ſuperaddere putavi, cùm jam completis *Conſtitutionibus Sixti Papæ IV.* ad juſtam, & conſuetam molem redactus ſit Quintus hic Tomus, cui finem imponere cogor ad laudem Dei O. M. ac B. Virginis Mariæ, ejus opem expetens ad proſecutionem ingentis, ac laborioſi hujus Operis.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX GENERALIS
COPIOSISSIMUS,
OMNIUM RERUM, ET MATERIARUM,
quæ in hoc quinto Tomo continentur.

Primus Numerus, Paginam; Secundus verò, Numerum marginalem indicat.

A

ABbas exemptus, ſeu Nullius. Vide Prælatus inferior.

Abbas Farſen. quatenus, potuerit diſpenſare in denonciationibus Matrimonialibus, & quid ne ejus Vicario. *pag.* 62. *num.* 43. *& ſeqq.*

Abbas Fuldenſis non babet exemptionem nativam, & fuit fundatus poſt Epiſcopatum Herbipolenſem. *pag.* 58. *numer.* 6. *&* 7.

Abbates benedicuntur, & nonniſi impropriè conſecrari dicuntur *pag.* 169. *nu.* 1.

Eorum benedictio fit, non per unctionem, ſed per impoſitionem manus Epiſcopi. *ibid. n.* 2.

Neque in ea imprimitur character, aut confertur ordo. *ibid. nu.* 3. *&* 4.

Abbates benedicuntur, non ex neceſſitate, ſed pro congruitate, & ſi non ſint benedicti, nequeunt exercere certos actus præeminentiales, qui reſeruotur. *ibid. numer.* 5. *& pag.* 170. *n.* 7.

Hæc benedictio eſt introducta ex conſuetudiue, nec iteranda, niſi ſub conditione, ſi ea probari nequeat. *ibidem numero* 6.

Abbates Ciſtercienſes obtinnerunt ab Alexandro III. indultum, ut Epiſcopo Diœceſano tertiò requiſito, eos benedicere renuente, poſſent benedici ab Abbatibus ejuſdem Ordinis. *pag.* 170. *n.* 8.

Itemque quòd poſſent benedici à quocumque Catholico Antiſtite. *ibid. num.* 9.

Hæc benedictio de jure ſpectat ad Epiſcopum Diœceſanum. *ibid. num.* 10.

Abbates aliqui obtinuerunt privilegium, ut poſſent explete omnes actus ſine benedictione, nullatenus requiſito Epiſcopo Diœceſano. *ibid. n.* 11.

Prout obtinuerunt Olivetani ex privilegio Julii II. *ibid. numer.* 12.

Abbates Ciſtercienſes obtinuerunt indultum, ut poſſent benedici ab eorum Abbate Generali, ſeu ab alio Regulari per ipſum deputato. *ibid. n.* 13.

Abbates Caſſinenſes Congregationis S. Juſtinæ obtinueront privilegium, ut etiam non benedicti poſſint exercere omnes actus Abbatiales. *ibid. n.* 14.

Idemque privilegium, ſive ex conceſſione, ſive ex communione obtinent Olivetani, Camaldulenſes, Can. Lateranenſes, ac ferè omnes Congregationes Monachales. *ibid. num.* 15.

Abbates, vel Abbatiſſæ Ciſtercienſes proviſæ per Datariam cum expreſſione in Literis Apoſtolicis, quòd à Catholico Antiſtite munus benedictionis recipere valeant, benedici poſſunt ab eorum Abbate Generali, ſervata forma Indultorum eis conceſſorum. *ibid. nu.* 16.

Affertur ad rem reſolutio S. Congregationis Concilii. *ibid.*

Abbates nullius tenentur accedere & vocari debent ad Synodum Provincialem Archiepiſcopi, & ſi ſint exempti ab illo, tenentur eligere aliquem Metropolitanum, cum quo Concilium Provinciale celebrent. *pag.* 107. *num.* 23. §. Sed de hoc.

Abbates quoad benedictionem ſuſcipiendam, Plora fuerunt diſpoſita à Benedicto XIII. in ejus Conſtitutione edita in Concilio Romano, cujus diſpoſitio adducitur. *pag.* 170. *num.* 17.

Abbates perpetui in titulo, licèt temporales quoad adminiſtrationem, tenentur per Bullam Benedicti XIII. recipere benedictionem ab Epiſcopo Diœceſano, vel ſaltem illam ter poſtulare, ſub pœna ſuſpenſionis. *pag.* 171. *n.* 18.

Abbates perpetui quoad titulum, licèt non tales quoad adminiſtrationem, cenſentur Abbates perpetui, exercentque actus Abbatiales. *ibid. n.* 19.

Abbates perpetui in titulo, qui ex privilegio benedictionem à quocumque Catholico Antiſtite conſequi poterant, hodie poſt Bullam Benedicti XIII. illam obtinere debent ab Epiſcopo Diœceſano vel à Metropolitano, & adducitur congruentia hujus diſpoſitionis, *ibidem numero* 20. *&* 21.

Id prudenter diſpoſitum fuit, ſervando methodum obligationis, quam habent Regulares in ſuſcipiendis Ordinibus ab Epiſcopo Diœceſano. *ibid. n.* 21.

Abbates habentes privilegia, ut ſine benedictione exercere poſſent actus Abbatiales, vel quod poſſent benedici à ſuis Superioribus Regularibus, non fuerunt comprebenſi ſub Bulla Benedicti XIII. *ibid. nu.* 22.

Quod verum eſt de habentibus privilegia prædicta ex conceſſione, non autem per communicationem; quæ ad hoc locum non habere idem Pontifex declaravit. *ibidem numer.* 23.

Abbates quo Jure teneantur recipere benedictionem ab Epiſcopo Diœceſano: *ibid. n.* 25.

Abbates non recipientes benedictionem intra annum ab Epiſcopo Diœceſano excuſantur, ſi habuerint juſtum impedimentum, veluti ſi Sedes Epiſcopalis ſit vacans, vel Epiſcopus ſæpiùs requiſitus benedicere, recuſet. *ibid.*

Abbates benedicti, vel habentes à Sede Apoſtolica privilegium, ut poſſint facere ea omnia, quæ poſſunt Abbates benedicti, poſſunt ſuis ſubditis Regularibus Tonſuram, & minores Ordines conferre, aliaque Pontificalia Abbatibus competentia in ſui Ordinis Monaſteriorum Eccleſiis, & limitibus exercere. *pagina* 173. *numero* 34.

Affertur ad rem reſolutio Sacr: Congregationis Concilii approbata per Clementem VIII. & aliæ reſolutiones ejuſdem Congregationis. *ibid.*

Abbates non benedicti, non habentes privilegium Apoſtolicum, invalidè conferunt Ordines ſuis non Subditis, etiam Regularibus alterius Ordinis. *ibidem numero* 35.

Sed ſi habeant privilegium Apoſtolicum Ordinatio eſt valida, & ita ordinati indigent abſolutione, & rebabilitatione, à Sede Apoſtolica obtinenda. *ibid.*

Abbates obtinuerunt poteſtatem conferendi ordines, dummodò ſint Sacerdotes, & benedicti. *ibidem numero* 35.

Abbates non benedicti, niſi habeant privilegium Apoſtolicum, Ordines conferre non poſſunt, non obſtante conſuetudine etiam immemorabili. *ibid. n.* 36.

Abbates poſt Concilium non poſſunt conferre Ordines ſuis Subditis ſæcularibus, ſed ſolis Regularibus ſibi ſubditis. *ibid.*

Abbates conferre poſſunt non ſolùm ordinem & Lectoratus, ſed omnes minores Ordines, & primam Tonſuram. *ibid. num.* 37.

Explicatur *Hoſtienſis*, qui contrarium ſentire videtur. *ibidem.*

Abbates facultatem conferendi Ordines, ſi eos conferant ſuis non Subditis, ordinationem eſſe illicitam, & invalidam, aliqui voluerunt. *ibid. n.* 38.

Abbates recipiunt benedictionem ab Epiſcopo Diœceſano in reverentiam Cathedræ Epiſcopalis. *pagina* 171. *numer.* 20.

Abbates Monaſteriorum exemptorum ab Epiſcopo Diœceſano, benedicendi ſunt ab ipſo Epiſcopo. *pag.* 172. *numer.* 27.

Abbates, ſi ſint exempti, debent præſtare juramentum de parendo Romano Pontifici; aliàs de parendo ipſi Epiſcopo. *ibid.*

Abbates non benedicti: qui ex privilegio facere poſſunt omnes actus Abbatiales, an poſſint conferre Ordines minores. *ibid. n.* 28.

Abbates non benedicti nequeunt congregare Concilium, celebrare Capitulum, & exercere juriſdictionem ſpiritualem in Subditos, & multò minùs Ordines minores conferre. *ibid. n.* 29.

Abbates non benedicti, habentes privilegium faciendi omnes actus, quos facere poſſunt Abbates benedicti, conferre poſſunt Ordines minores Monachis ſibi ſubjectis. *pag.* 172. *num.* 30. *& ſeqq.*

Abbates habent facultatem conferendi Ordines minores, non quidem ex benedictione, ſed ex privilegio Pontificio. *ibid. n.* 31.

Abbates non benedicti ob negligentiam Epiſcopi renuentis bene-

Digitized by Google

benedictionis munus impendere, poſſunt ſine benedictione exercere omnes, actus Abbatiales, & Ordines minores conſerre. *ibidem numero* 32.

Explicatur ad rem *Textus in cap. cum contingat de ætat. & qualit. ibid.*

Eſt communior Doctorum ſententia, quòd Abbates non benedicti poſſint conſerre Ordines minores, ſuppoſito privilegio Apoſtolico, prout non benedicti poſſint exercere munia Abbatialia. *ibid. num.* 33.

Abbates validè, quamvis illicitè, conſerunt Ordines ſuis non ſubditis. *pag.* 174. *num.* 39.

Diſtinguuntur ad rem plures caſus. *ibid.*

Abbates conſerre non poſſunt Ordines Regularibus ſibi non Subditis, neque Sæcularibus, etiam habentibus literas dimiſſorias Superiorum Regularium, vel Ordinariorum, & ita Ordinati indigent abſolutione à Papa obtinenda. *ibid. num.* 40.

Abbates non conſerunt validè Ordines Oblatis Monaſterii, qui non emiſerunt tria vota ſolemnia. *ibid.*

Abbates conſerentes Ordines alienis Subditis, etiam prævijs literis dimiſſoriis proprii Ordinarii, remanent ſuſpenſi à collatione Ordinum. *ibid.*

Abbates Titulares, uti eſt Abbas Montis Regalis in Sicilia, non habentes privilegium conſerendi Ordines, vel habentes, ſed ſublatum per Concilium, nulliter Ordines conſerunt. *pag.* 175. *num.* 41.

Abbreviatores, eorumque Collegium in numero duodecim de Parco majori, fuerunt innovati à Sixto IV. cum aſſignatione emolumentorum. *pagina* 303. *nu.* 1.

Abbreviatores ſucceſſiſſe in locum Notariorum, qui acta Martyrum deſcribebant, aliqui voluerunt. *ibidem num.* 2.

Abbreviatores fuerunt conſtituti à Joanne XXII. *ibidem.*

Abbreviatores dicti ab abbreviando, ſeu in compendium redigendo. *ibid. nu.* 3.

Vel a conficiendis Brevibus, ſeu literis Apoſtolicis. *ibid. num.* 4.

Abbreviatores de Parco majori, & minori, in quo differant, & quid ſit Parcus. *ibid. nu.* 5.

Abbreviatores in præſenti, quodnam munus exerceant? *pag.* 303. *num.* 6. & 7.

Abbreviatores de Parco majori ſunt duodecim, & vigintiduo de Parco minori; ac alii examinantes literas in prima viſione conſtituunt novum Collegium cum Abbreviatoribus. *ibid. num.* 7.

Abbreviatores de Parco majori, quo habito utantur. *ibidem.*

Abbreviatores de Parco minori poſſunt eſſe Laici, & uxorati. *ibid.*

Abbreviatores tenentur ſtatutis diebus intereſſe in Cancellaria ſub pœna amiſſionis diſtributionis ſequentis Cancellariæ. *ibid. nu.* 8.

Abbreviatores obtinent locum in Cappella poſt Votantes Signaturæ, & præcedunt Correctorem Parci majoris. *ibidem.*

Adminiſtratores Eccleſiarum vacantium, an, & quatenus ſoleant deſtinari per Papam in Eccleſiis Citramontanis, & cum quibus facultatibus. *pagina* 29. *ſub nu.* 65. verſ. in facti.

Abſens damnari non poteſt, licèt ob criminum frequentiam inventa ſit banoitio, ſeu forjudicatio. *pag.* 164. *num.* 13. Vide Salvuſconductus.

Abſolutio à Caſibus reſervatis. Vide Caſus reſervati.

Ædiles qui fuerint antiquitùs. *pag.* 314. *numero* 1. & 2. Vide Magiſtri Viarum.

Ætas requiſita ad ſacros Ordines ſuſcipiendos quæ fuerit requiſita in Eccleſia primitiva, & quæ præſcripta per Concilium Tridentinum. *pag.* 148. *nu.* 53.

Ætas pro ſacris Ordinibus ſuſcipiendis præſcripta per Concilium, ſatis eſt, ſi ſit incepta; & quid ſi deficiat unus dies; vel ſit annus biſſextilis? *ibid.*

Ætas pro ſacris Ordinibus in Eccleſia Orientali, quæ fuerit præſcripta? *ibid. num.* 54.

Diſpenſare nequit Epiſcopus ſuper defectu ætatis requiſitæ per Concilium, ſed tantùm Papa, qui raro, & maxima circumſpectione diſpenſare debet. *ibid. nu.* 55.

Ætas pro ſacris Ordinibus non diſpenſatur a Papa, niſi per treſdecim menſes, & certis ex cauſis, quæ referuntur. *ibid. nu.* 56.

Ætas vigintiduo annorum completorum ſufficiens erat PP. Minoribus ad Presbyteratum ex privilegio Innocentii VIII. *nu.* 57.

Hæc privilegia, quoad omnes Regulares ſublata fuerunt per Concilium. *ibid. num.* 58.

Quæ privilegia, nec quidem in foro conſcientiæ, Regularibus ſuffragantur. *pag.* 149. *num.* 59.

Ægidiana Conſtitutio, quoad ejus originem uſum, & alia, remiſſivè. *pag.* 302. *num.* 1. fuit confirmata a Sixto IV. qui eam ſervari mandavit in ſtatu immediatè ſubjecto Sanctiſſimo Pontifici; quod etiam conſtituit, quoad Conſtitutionem Carpenſem pro Marchia. *ibidem, num.* 2. & 3.

Alienatio bonorum Eccleſiæ, ſi fiat ſine verificatione expoſitorum in literis Apoſtolicis, quæ pœnæ incurrantur. *pag.* 205. *num.* 3. & *ſeqq.* Vide Delegatus, Excommunicatio.

Alienatio ſumitur ſtrictè pro translatione plena dominii, & latè pro translatione dominii utilis ad tempus, vel in perpetuum, & utroque modo prohibita eſt in bonis Eccleſiæ. *pag.* 219. *num.* 1.

Alienatio prohibita à lege, ſivè ab homine importat cujuſcumque dominii translationem. *ibid. nu.* 2.

In bonis Eccleſiæ importat quemcumque actum, per quem irrogatur damnum Eccleſiæ. *ibid.*

Alienatio prohibita in bonis Eccleſiæ comprehendit venditionem, *ibid. nu.* 3.

Etiamſi ſit pura venditio ſine traditione, quo caſu contractus eſt nullus, licèt non incurrantur pœnæ. *ibidem, num.* 4.

Alienatio neceſſaria neceſſitate Juris, ſivè facti, non requirit beneplacitum Apoſtolicum. *ibid. nu.* 5. Vide beneplacitum.

Requiritur tamen Edictorum affixio, ut bona liberentur majori Oblatori. *ibid.*

Alienatio prohibita comprehendit dationem in ſolutum. *pag.* 220. *num.* 6.

Niſi ſit datio in ſolutum neceſſaria, facta auctoritate Judicis pro ſolvendo ære alieno, quo caſu non requiritur beneplacitum. *ibid. num.* 7. Vide Beneplacitum. Retractus.

Alienatio neceſſaria in vim Bullæ Gregorianæ vel *leg. Si quis ſepulchrum ff. de Relig. & ſumpt. funer.* procedit etiam in bonis Eccleſiæ, non obſtante prohibitione alienandi per Fundatorem appoſita, & confirmata per Sedem Apoſtolicam. *ibid. num.* 8. & 9.

Alienatio prohibita non comprehendit promiſſionem de vendendo. *ibidem, numero* 10. Vide Promiſſio de vendendo.

Alienatio prohibita non comprehendit emptionem cum pecunia Eccleſiæ; niſi pecunia ſit prohibita alienari. *pag.* 221. *num.* 11. Vide Eccleſia.

Alienatio prohibita comprehendit permutationem bonorum Eccleſiæ, quæ nequeunt permutari ſine ſolemnitatibus. *ibid. num.* 13.

Evidens utilitas, quatenus adeſſe dicitur in permutatione, & quomodo concedatur beneplacitum per Sac. Congregationem Concilii. *ibid.*

Alienatio prohibita comprehendit donationem etiam remuneratoriam, quæ fieri nequit ſine ſolemnitatibus. *ibid. num.* 14.

Alienatio prohibita comprehendit Conditionem, & quid veniat nomine Conditionis? *ibid. num.* 15.

Per Conditionem intelligitur omne pactum præjudiciale Eccleſiæ, per quod rerum dominium ab ea abdicatur. *ibid. num.* 16.

Alienatio prohibita in bonis Eccleſiæ, an comprehendat pacta reſolutoria. *ibid. nu.* 17. Vide Pactum.

Non comprehendit retrovenditionem neceſſariam faciendam ex pacto, vel ex natura contractus. *pagina* 222. *num.* 19.

Quatenus comprehendat Emphyteuſim. *ibid. num.* 20. Vide Emphyteuſis.

Alienatio prohibita in bonis Eccleſiæ complectitur prædia, ſivè ruſtica, ſivè urbana. *pag.* 224. *num.* 1.

Itemque molendina fixa in ſolo, & quid de illis poſitis ſupra Flumen. *ibid. num.* 2.

Necnon ſtabilia per legis fictionem, uti ſunt Cenſus, Livelli, Canones, loca Montium, vel Arrendamenta, necnon annui redditus. *ibid. nu.* 4. & 5. Vide loca Montium. Quod verum eſt de Cenſu reſervativo; & de ceſſione translativa Cenſus conſignativi, non autem de extinctiva, quæ eſt actus neceſſarius. *pag.* 225. *nu.* 6.

Alienatio prohibita comprehendit mobilia, quæ ſervando ſervari poſſunt. *ibid. num.* 7.

Alienatio prohibita bonorum Eccleſiæ complectitur etiam nomina Debitorum. *pag.* 226. *num.* 8.

Itemque Jura juriſdictionalia, præeminentialia, & ſervitutes, necnon Servos, & mancipia; & quid, ſi ſint fugitivi, vel benemeriti? *ibid. num.* 9.

Alienatio prohibita comprehendit gregem Animalium reddentium fructum diuturnum, vel Animalia deſtinata ad fundum colendum. *ibid.*

Non comprehendit gregem Animalium, quæ ſunt deſtinata ad venditionem. *ibid.*

Alienatio prohibita, quatenus comprehendat inciſionem Arborum. *ibid. num.* 12. Vide Arbores.

Alienatio prohibita comprehendit Eccleſias, & omnia loca religioſa, & ſacra, etiam non fructifera, quæ alienari nequeunt, neque ad uſum concedi ſine beneplacito Apoſtolico. *ibid. num.* 16.

Et quid de conceſſione ſitus Capellæ, vel Sepulturæ con-

Digitized by Google

ſtruc n'æ, vel de conceſſione Capellæ jam conſtructæ, an requiratur beneplacitum. *pag.* 226. *num.* 17. & *ſeq.* Vide Capella. Sepultura.

Alienatio prohibita comprehendit ſervitutem appogii, vel tigni immittendi, aut aliam ſervitutem paſſivam in parietibus Eccleſiæ, vel Monaſterii; itemque alienationem ſervitutis activæ. *ibid. num.* 20.

Itemque Juſpatronatus activum, & paſſivum, & quodcumque aliud jus honorificum. *ibid. num.* 21.

Necnon Juriſdictionem ſpiritualem, vel temporalem, & decimas ſpirituales, pro quibus non conceditur beneplacitum, ut transferantur in Laicum. *ibid. nu.* 22.

Non comprehendit patrimonia ſacra Clericorum. *ibidem num.* 23. Vide Patrimonium.

Alienatio Eccleſiæ, aliarumque rerum ſacrarum, & religioſarum, quatenus ſit licita, & an poſſint vendi, vel ſubhaſtari, & quatenus cadant ſub hypotheca. *ibid. nu.* 24. Vide Eccleſia.

Alienatio prohibita comprehendit res, & bona Eccleſiæ litigioſa. *pag.* 229. *num.* 25.

Itemque bona occulta, pro quibus inveniendis ſolet per Sac. Congregationem indulgeri tertia, vel quarta pars rei, favore Revelantis, & Subminiſtrantis jura. *ibidem.*

Alienatio prohibita comprehendit res inutiles, & infructuoſas, dummodò non ſint modicæ, in quibus ſufficit licentia Epiſcopi. *ibid. num.* 26.

Itemque hypothecam Eccleſiæ quæ ſitam, quæ alienari nequit ſine beneplacito. *ibid. nu.* 27.

Alienatio prohibita comprehendit mobilia pretioſa, & quomodo. *pag.* 230. *nu.* 28. Vide mobilia.

Quid dicendum de Reliquiis, & devotis Imaginibus. *ibid. num.* 29. & 30. Vide Reliquiæ. Imagines.

Alienatio prohibita quatenus comprehendit, pecuniam Eccleſiæ. *ibid. num.* 31. Vide Pecunia.

Comprehendit officia vacabilia Romanæ Curiæ. *ibid. num.* 32. Vide Officia.

Alienatio bonorum Eccleſiæ vacantis fieri non poſſunt, durante Sede vacante. *ibid. numero* 35.

Alienatio bonorum Eccleſiæ fieri non poteſt in Epiſcopum, aliumque Rectorem ipſius Eccleſię, & generaliter neque in Laicos. *ibid. num.* 36. & *ſeq.*

Et in petitione beneplaciti Apoſtolici debet id ſpecialiter exprimi. *ibid. num.* 38.

Alienatio bonorum juriſdictionalium Eccleſiæ in Italia, & Inſulis adjacentibus prohibita eſt, non obſtante ſolito, nec poteſt remitti caducitas. *ibid. nu.* 39.

Alienatio bonorum Eccleſiæ facta per Prælatos in proprios Conſanguineos valida eſt, dummodò concurrat utilitas Eccleſiæ. *pag.* 231. *nu.* 40.

Quo cauſa in petitione beneplaciti Apoſtolici exprimi debet qualitas Conſanguinitatis. *ibid. num.* 41.

Alienatio bonorum Eccleſiæ aliquando permiſſa eſt ſine ſolemnitatibus, & referuntur plures caſus. *ibid. numero* 42. & *ſeq.*

In his caſibus etiam impetratur beneplacitum Apoſtolicum, & qua ratione. *ibid. nu.* 49.

Alienatio in vim *Can. Terrulas* poteſt fieri à Prælato: etiam ſi juraverit non alienare bona Eccleſiæ ſine conſenſu Papæ. *pag.* 232. *num.* 60.

Dummodò concurrant certæ conditiones, quæ referuntur. *ibid. num.* 60.

Alienatio in vim *Can. Terrulas* procedit in rebus modici valoris, & quis cenſeatur valor modicus. *pag.* 233. *nu.* 61.

Modicus valor cenſetur, ſi non excedat ſcuta vigintiquinque auri. *ibid. num.* 62. & 63.

Ultra dictam ſummam non intrat arbitrium Epiſcopi, niſi ex certis circumſtantiis, quæ referuntur. *ibid. num.* 64.

Nec ſuſtinetur ſolitum pro majori ſumma, & afferuntur ad rem plura decreta Sac. Congregationis Concilii. *ibidem num.* 65.

Alienatio magni prædii non poteſt fieri per plures alienationes modicas in fraudem legis, pro excludenda neceſſitate beneplaciti Apoſtolici. *ibid.*

Alienatio in vim *Can. Terrulas* requirit neceſſitatem, ſivè preciſam, ſivè cauſativam, reſultantem ex evidenti utilitate. *ibid. nu.* 66.

Alienatio in vim *Can. Terrulas* fieri non poteſt à Vicario Generali, non habente ſpeciale mandatum Epiſcopi. *ibid. num.* 68.

Niſi Epiſcopus ſit in longinquis, quo caſu præſumitur ſpeciale mandatum. *ibid.*

Alienatio quoad conceſſionem, vel neceſſariam renovationem Emphyteuſis, & an fieri poſſit ab Epiſcopo in perpetuum. Vide Emphyteuſis.

Alienatio in vim *Can. Terrulas* fieri poteſt cum licentia Prælati Nullius; & in bonis Eccleſiæ erectæ in ſolo Lateranenſi licentia conceditur a Capitulo, non autem ab Epiſcopo, neque per Vicarium conſtitutum a Capitulo. *pag.* 234. *num.* 70.

Alienatio fieri poteſt ſine beneplacito, ſi adeſt imminens neceſſitas. *ibid. num.* 71.

Vel ſi bona ſint relaxanda in vim ſententiæ judicialis. *ibid. num.* 72.

Vel ſi fuerint relicta Eccleſiæ, ut expendantur in ornamentis. *ibid. nu.* 73.

Alienatio prohibita, an comprehendat ceſſionem Juris quæſiti, vel quærendi. *ibid. num.* 74. Vide Renunciatio. Hæreditas.

Alienatio ſtabilium fieri poteſt ſine beneplacito, ſi Teſtator ita diſpoſuit. *pag.* 235. *nu.* 80.

Et quid ſi ſtabilia fuerint Eccleſiæ adjudicata, vel data in ſolutum in locum cenſuum relictorum cum onere miſſarum; & Legatarii in receptione ſtabilium proteſtati fuerint de non incorporando menſæ Eccleſiæ, reſervata facultate vendendi, ad effectum emendi alios cenſus? *ibid.*

Alienatio prohibita comprehendit Cardinales, Epiſcopos, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas. *pag.* 238. *num.* 3. & *ſeq.* Vide Cardinalis. Epiſcopus. Beneficiatus. Canonicus. Regulares. Conſervatoria. Oblatæ.

Alienatio bonorum fuit denegata Capitulo Cathedralis pro obtinendo indulto Capparum, licet fuerit conceſſa pro erectione Collegiatæ. *pag.* 241. *nu.* 19.

Nec poſſunt aſſignari Cappellanis bona Eccleſiæ pro ſatisfaciendo onere miſſarum. *ibid. num.* 20.

Alienatio prohibita, quatenus comprehendat Collegia, Confraternitates, & ſimilia. Vide Collegium. Confraternitas. Hoſpitale. Mons. Locus. Oratorium.

Alienatio bonorum Eccleſiæ fieri non poteſt ſine beneplacito, quamvis adſit contraria conſuetudo. *pagina* 242. *num.* 37.

Et alienatio ſine beneplacito eſt nulla, & an incurrantur pœnæ poſita ignorantia. *Extravagant. Ambitioſa. ibidem.*

Refertur reſolutio Sac. Congregationis Concilii pro Diœceſi Mediolanenſi, in qua aderat conſuetudo faciendi alienationes cum ſola licentia Ordinarii. *ibid. num.* 38.

Alienatio facta ſine beneplacito eſt nulla, non obſtante ignorantia, aut non uſu *Extravag. Ambitioſa*, quod excuſat tantùm à pœnis, non autem à nullitate alienationis. *pag.* 243. *num.* 40.

Quod fortiùs procedit quoad Regulares in vim decreti Clementis VIII. *ibid. num.* 43.

Alienatio rerum Eccleſiæ in Italia, & Inſulis adjacentibus, Germania, Hiſpania, Luſitania, Gallia, Flandria, Polonia, & in Indiis fit prævio beneplacito Apoſtolico, pro quo recurritur ad Urbem. *ibid. num.* 44. & *ſeq.*

Alienatio bonorum Eccleſiæ facienda eſt prævio beneplacito Apoſtolico, non obſtantibus contrariis privilegiis prætenſis per Cathedralem Aquinatenſem, & per Regulares, præſertim Caſſinenſes, & Ciſtercienſes. *ibid. num.* 47.

Alienatio bonorum Eccleſiæ facta ſine beneplacito Apoſtolico eſt nulla ipſo Jure, etiam inter Eccleſias; nec requiritur ſententia declaratoria, etiamſi fuerit reſervatum beneplacitum. *pag.* 244. *nu.* 4.

Hæc nullitas poteſt allegari ab Alienante, ejuſque ſucceſſore, vel a Capitulo, & quolibet de Clero; imò etiam Laico, & à quolibet de populo. *ibid. num.* 5.

Non autem à Laico contrahente cum Eccleſia, qui, volente Eccleſia, tenetur ſtare contractui. *pagina* 245. *numero* 6.

Alienatio facta ſine beneplacito poteſt allegari nulla ab Eccleſia, etiamſi fuerit ratificata per Prælatum, & ratificatio fuerit facta ſine beneplacito. *ibid. nu.* 6.

Alienatio ſi ſit facta cum reſervatione beneplaciti non obtenti; an Laicus poſſit pœnitere, & allegare nullitatem contractus. *ibid. num.* 7.

Alienatio ſi ſit facta ſine beneplacito, Eccleſia non amittit dominium, neque poſſeſſionem rei alienatæ, eique datur reintegratio, imò etiam manutentio pro vitanda appellatione, quæ daretur in poſſeſſorio reintegrandæ. *ibid. num.* 8.

Hæc manutentio datur non ſolùm Succeſſori, ſed etiam ipſi Prælato male alienanti, ſi agat nomine Eccleſiæ. *ibid. num.* 9.

Et pro tota re alienata, non verò ſolùm pro parte, in qua fuit Eccleſia læſa. *ibid. num.* 10.

An, & quanto tempore præſcribatur contra Eccleſiam, pro alienatione facta ſine beneplacito; Et quid ſtante Bulla Urbani VIII. *ibid. num.* 11.

Alienatio ab Eccleſia facta, in dubio præſumitur valida, & quoties nullitas eſt turbida, non datur Eccleſiæ manutentio, donec videatur de nullitate, vel ſi ſit dubium, an alienatio cadat ſub *Extr. Ambitioſa. ibid. num.* 12.

Alienatio, ſi ſit facta cum ſolemnitatibus, & Eccleſia opponat de læſione, non competit Eccleſiæ manutentio, niſi probetur læſio, dummodò non ſit læſio enormiſſima. *ibid. num.* 13.

Alio-

Digitized by Google

Alienatio, ſit ſit facta ſine beneplacito, & Eccleſia ſit hæres Rectoris alienantis, non tenetur ſtare facto illius, & an poſſit conveniri pro damnis. *ibid. num.* 14. Vide Eccleſia.
Reſtitui debent Eccleſia fructus rei nulliter alienatæ, non à die motæ litis, ſed à die contractus. *ibidem nu.* 15.
Alienatio, ſive ſit nulla ex defectu beneplaciti, ſivè ex ejus mala executione; ſemper reſtituendi ſunt fructus à die contractus. *pag.* 246. *num.* 15.
Etiam ſi Rector promiſerit impetrare beneplacitum, & quamvis hæc promiſſio fuerit facta ab Archiepiſcopo. *ibidem*.
Et qualiter fructus rei malè alienatæ debeantur Fabricæ S. Petri. *ibid. nu.* 16. Vide fructus.
Alienatio rei Eccleſiæ, ſi ſit nulla quatenus ad Eccleſiam devolvantur melioramenta, & non fructus. *ibid. nu.* 20. Vide melioramenta. Fructus.
Alienatio rei Eccleſiæ, ſi ſit nulla, vel aliàs à contractu recedatur, Eccleſia tenetur reſtituere pretium, ac totum id, quod recepit ab Emptore. *pag.* 247. *nu.* 31.
Sivè contractus ſit nullus ipſo jure, ſivè declaretur nullus, aut ſit annullandus. *ibidem*.
Et ſi Eccleſia ex pretio emerit prædium, etiam tenetur reſtituere pretium vel prædium acquiſitum. *ibid.*
Et quid, ſi pretium fuerit receptum à Rectore, & non fuerit verſum in utilitatem Eccleſiæ? *ibid. num.* 32. Vide pecunia.
Alienatio rei Eccleſiæ facta ſine beneplacito, an ſit nulla etiam in foro conſcientiæ, & incurrantur pœnæ inflictæ contra male Alienantes, ſi conſtet de utilitate Eccleſiæ. *pagina* 248. *nu.* 34.
Alienatio facta bona fide ſine beneplacito ſemper eſt nulla, etiam in foro conſcientiæ, & ſunt reſtituendi fructus. *ibid. nu.* 38.
Sed aliæ pœnæ non incurruntur, ſi adeſſet Ignorantia facti, vel juris, aut erraretur in articulo juris valdè dubio. *ibid. num.* 35.
Alienatio facta ſine beneplacito abſque dolo, & fraude, & cum legitima cauſa, excuſat ab incurſione pœnarum. *ibid. num.* 36.
Refertur caſus impoſitionis Cenſus ſine beneplacito; ſed cum approbatione Vicarii, & legitima cauſa. *ibidem*.
Adducuntur reſolutiones Sac. Congregationis Concilii, quod ſemper incurrantur pęnę inflictæ contra malè alienantes, ſi non fuit obtentum beneplacitum. *ibidem num.* 37.
Alienatio rei Eccleſiæ facta ſine beneplacito, ultra nullitatem actus importat pęnam excommunicationis, & interdicti, ac privationis Beneficiorum. *ibidem numero* 38.
Excepta pœna nullitatis, non incurruntur aliæ pœnæ in foro interno, ſtante bona fide. Et ex quibus eliciatur bona fides? *ibid.*
Et quid ſi fuerit reſervatum beneplacitum, ſed poſtea non obtentum abſque mala fide. *ibid.*
Refertur praxis Sacræ Pœnitentiariæ in concedenda abſolutione pro alienationibus factis ſine beneplacito. *ibidem*.
Alienatio, ſi ſit facta ſine beneplacito, incurruntur pęnæ ipſo jure in foro conſcientiæ, ſed in foro externo requiritur declaratoria facti. *pag.* 249. *numero* 39.
Prout quoad Regulares, pro incurrenda pęna privationis officiorum, requiritur declaratoria facti in foro externo. *ibidem*.
Alienatio, ſi ſit facta ſine beneplacito, incurritur excommunicatio ab omnibus tàm alienantibus, quàm recipientibus. *ibid. num.* 40.
Abſolutio à dicta excommunicatione quatenus concedatur per Sac. Pęnitentiariam, vel Datariam, aut Sac. Congr. *ibidem*.
Epiſcopi, & Abbates ultra excommunicationem incurrunt interdictum ab *ingreſſu* Eccleſiæ. Et quid ſi in eo inſorduerint per ſex menſes? *ibid. num.* 41.
Inferiores Prælati, aliique Beneficiati privantur ipſo facto Beneficiis, quorum bona alienaverint abſque alia declaratione. *ibid. num.* 42.
Alienatio rei Eccleſiæ requirit evidentem utilitatem, quæ debet eſſe realis, non autem imaginaria, & contingibilis ex futuro eventu. *pagina* 253. *num.* 16.
Alienatio, ſi ſit facta cum reſervatione beneplaciti, ſi beneplacitum ſit obtentum, non poteſt Eccleſia, aut Laicus contrahens pęnitere. *pag.* 255. *num.* 37.
Licèt adhuc non fuerit probata evidens utilitas, dummodò ea adſit. *ibidem*.
Alienatio, ſi ſit facta, & impetratum beneplacitum, vivente Rectore alienante, licèt non præſentatum Delegato, Rector ſucceſſor non poteſt recedere à contractu. *ibid. num.* 38.
Limita, ſi beneplacitum fuit nulliter impetratum, vel obrepticium, vel ſi non clarè conſtet de evidenti utilitate, quo caſu non ſolùm Eccleſia, ſed etiam Laicus contrahens pœnitere poteſt. *ibid. num.* 39.
Alienatio, ſi ſit facta cum reſervatione beneplaciti, eo non obtento, Eccleſia poteſt pœnitere, non autem Laicus. *pag.* 256. *num.* 41.
Prout ſi ante impetratum beneplacitum Eccleſia declaravit nolle ſtare contractui. *ibid.*
Alienatio ſi fiat à Prælato aſſerente habere beneplacitum, vel habere facultatem alienandi a Summo Pontifice, quatenus alienatio valeat, & an aſſertiva Prælati præjudicet Eccleſiæ. *ibid. num.* 44.
Alienatio facta à Prælato cum juramento de non recedendo à contractu, poteſt Prælatus ante obtentum beneplacitum pœnitere. *ibid. num.* 46.
Sed ſi Prælatus, inſtante Laico, renuat obtinere beneplacitum in termino præfixo, poteſt Laicus recedere à contractu. *ibid. num.* 47.
Prout, ſi Laicus acceptet pœnitentiam Eccleſiæ hæc non poteſt ampliùs Laicum cogere ad ſtandum contractui. *ibid. num.* 47.
Alienatio bonorum Eccleſiæ quatenus ſit facienda majori Oblatori. *pag.* 257. *nu.* 53. Vide Oblatio.
Alienatio, quod fuerit cum evidenti utilitate, vel neceſſitate, probandum eſt ab Actore, ſi Executor fuerit merus, ſecus ſi fuerit mixtus, quo caſu juſtificanda ex actis, nec attenditur aſſertio Commiſſarii aſſerentis interveniſſe utilitatem. *ibid. nu.* 54.
Niſi ſententia ſine actis fuerit obſervata per 30. annos, & acta fuerint deperdita ſine fraude rei. *ibid. nu.* 55.
Annata an ſolvatur, ſi beneficium poſſideatur ab Intruſo & quomodo probetur intruſio. *pag.* 263. *nu.* 26.
Facta ſolutione Annatæ ab Intruſo, ad eam non tenetur legitimè Proviſus, & quare? *ibid. nu.* 27.
Annata non ſolvitur, ſi fructus Beneficii ſummam 24. ducatorum auri de Camera non excedunt. *ibid. num.* 29.
Idem dicendum de penſionibus. *ibid.*
Ad eliminandas fraudes introducta fuit Regula 55. Cancellariæ, qua ſub pœna nullitatis gratiæ præcipitur expreſſio veri valoris Beneficiorum. *ibid. num.* 30.
Annata latè ſumpto vocabulo, appellatur commune ſervitium & ex quibus beneficiis ſolvatur. *pag.* 262. *nu.* 19.
Annatæ reductæ ad medietatem fructuum ex quibus Beneficiis ſolvantur. *ibid. num.* 18. *&* 19.
Et qui de eis participent. *ibid.*
Annatæ poſſunt ſumi magis propriè, & minus propriè, & quomodo. *ibid.*
Commune ſervitium in quibus proviſionibus habeat locum, & quid ſit, & qui de eo participent. *pag.* 263. *num.* 20.
Minutum ſervitium quid ſit, & pro quibus ſolvatur; & inter quos fiat diſtributio emolumentorum. *ibidem, num.* 21.
Annatæ quomodo differant ab Annalibus remiſſivè. *pag.* 261. *num.* 6.
Innuuntur Auctores, qui doctè vindicant ſolutionem Annatarum adverſùs Obtrectatores. *ibid. nu.* 7.
Quibus argumentis propugnetur Annatarum juſtitia. *ibid. num.* 8.
Annatæ præſidium ſuſcipiunt potiſſimùm ex antiquitate ſolutionis. *pag.* 262. *num.* 9.
Quamplura jura recenſentur, in quibus ſit mentio Annatarum; etiam in Concilio Conſtantienſi. *ibid. num.* 9. *&* 10.
Nulla vis eſt facienda in Concilio Baſileenſi, quod annatas improbavit. Et quare? *ibid. num.* 11.
Unde meritò pœnæ fuerunt ſancitæ adverſùs non ſolventes Annatas. *ibid. num.* 12.
Annatæ ſolutæ ſunt reſtituendæ, ſi Proviſus poſſeſſionem non obtineat. *ibid.*
Annatæ contributio fuit deinde reducta ad medietatem fructuum, in expeditione Bullarum facienda. *ibidem, num.* 15.
Hæc ſolutio anticipata, fuit ab aliquibus improbata; ſed immeritò. Et quam blandè procedat Camera in hiſce exactionibus. *ibid. num.* 16.
Annatarum vocabulum à ſolutione fructuum Beneficiorum, unius anni, quæ Cameræ Apoſtolicæ fiebat, originem traxit. *ibid. num.* 13.
Ad quam contributionem faciendam, Proviſi obligationem emittebant in expeditione Bullarum. Et quomodo hæc contributio exigebatur. *ibid. num.* 14.
Annatarum ſolutiones non fiunt ratione obligationis perſonalis, ſed realis. *pag.* 263. *num.* 22.
Et fiunt in expeditione Bullarum. Secus, ſi non expediantur, licèt fuerit ſignata ſupplicatio. *ibid. num.* 23. *& pag.* 264. *num.* 34.
Si contigerit vacatio beneficii pluries in anno, ſemel tantùm ſolvitur annata. *pag.* 263. *num.* 24.
Si proviſus poſſeſſionem beneficii conſequi nequeat, fit tantùm obligatio ſolvendi annatam. *ibidem, numer.* 25. *& ſeq.*

Et retrahuntur à ſolutione annatæ fructus aliis reſervati, vel penſio. Et quid de gratiis expectativis, & hujuſmodi. *ibid.*
Annatarum Jura tripliciter conſiderari poſſunt. Alia dicuntur propriè annatæ, alia minutum ſervitium, alia commune ſervitium. *pag.* 262. *num.* 17. *&* 19. *& ſeq.*
Annatarum ſolutio in quam formam fuerit conventa in Concordatis Germaniæ. *pag.* 264. *num.* 36.
Annatarum ſolutio ſemel facienda eſt in uno anno, licèt pluties occurrat vacatio, & earum debitum non tranſit in Succeſſorem. *ibid.*
Annatarum praxis qualis ſit in Dataria, præter id, quod eſt diſpoſitum in Concordatis. *ibidem.*
Annus Sanctus. Vide Jubilæum.
Annus Pontificatus incipit à die Coronationis Papæ. *pagina* 96. *num.* 28.
Anſaldus de Anſaldis eximius Rotæ Romanæ Auditor, & Decanus valdè commendatur. *pag.* 82. *nu.* 3.
Appellatio facienda eſt ad Judicem Eccleſiaſticum, ſi ſententia, a qua appellatur, fuerit prolata à Judice Eccleſiaſtico, etiamſi Litigantes ſint laici. *pag.* 201. *num.* 83. Vide Auditor Cameræ. Cardinalis Vicarius.
Appellatio, ſeù reductio Laudi ad arbitrium boni viri, lati a perſona Eccleſiaſtica, petenda eſt coram Judice Eccleſiaſtico, etiamſi Collitigantes ſint laici voluntariè compromittentes in Eccleſiaſticum. *ibid.*
Appellatio a Papa ad Concilium priſcis Eccleſiæ ſæculis prorsùs inaudita fuit. *pag.* 129. *num.* 1.
In magno Schiſmate trium Pontificum tempore Concilii Conſtantienſis primo audita fuit, atque in uſu poſita à Legatis Poloniæ. *ibid. numero* 2.
Appellatio a Papa ad Concilium inhibita fuit per Martinum V. *ibid. num.* 3.
Itemque per Pium II. impoſita pœna excommunicationis ipſo facto, & interdicti, quoad Collegia, & Univerſitates, quas pœnas extendit ad alias perſonas, quæ enumerantur. *ibid. num.* 4.
Idem pariter diſpoſuit Sixtus IV. *ibidem num.* 5.
Refertur Bulla Julii II. quæ idem diſpoſuit cum ampliatione, quoad pœnas, & perſonas ſub prohibitione comprehenſas. *ibidem num.* 6.
Appellatio a Papa ad Concilium fuit reſervata in Bulla Cœnæ, cujus diſpoſitio adducitur. *pag.* 130. *num.* 7.
Per quem Pontificem fuerit primo facta hæc reſervatio in Bulla Cœnæ. *ibid.*
Pœnæ excommunicationis, & interdicti inflictæ contra appellantes ſunt reſervatæ Summo Pontifici. *ibid. nu.* 8.
Quæ perſonæ comprehendantur ſub pœnis prædictis. *ibid. numero* 9.
Appellatio à Papa ad Concilium prohibita eſt, tàm quoad ſententias particulares, quàm ordinationes generales, tàm in rebus Fidei, quàm in aliis materiis. *ibidem numero* 10.
An eædem pœnæ procedant in appellantes ad Concilium jam congregatum. *ibid.*
Appellatio à Papa ad Concilium primo audita fuit tempore Pii II. *ibid. num.* 11.
Refelluntur aſſerentes antiquitùs adfuiſſe hujuſmodi appellationes. *ibidem num.* 12.
Innuuntur appellationes, & ſubterfugia Lutheri contra deciſiones Pontificias. *ibid.*
Appellatio interpoſita per Fridericum II. non fuit à Papa, ſed a Concilio, & qua ratione fuerit inſubſiſtens. *pag.* 131. *num.* 13. *& ſeq.*
Appellatio interpoſita à Philippo Pulchro, Ludovico XI. & Philippo IV. Galliarum Regibus qualiter proceſſerint, & inſubſiſtentes fuerint? *ibidem numero* 14.
Appellatio à Papa ad Concilium ſemper fuit per Pontifices damnata, & referuntur exempla. *ibid. nu.* 15.
Bulla quoad hoc edita per Pium II. fuit venerata ab omnibus Catholicis, & ſignanter à DD. Gallis. *ibid. num.* 16. *& pag.* 132. *nu.* 17.
Fuit item rationabilis, juſta, & neceſſaria. *ibid. nu.* 18.
Appellatio à Papa ad Concilium eſt contra Primatum D. Petri. *ibid. nu.* 19.
Eſt injurioſa Chriſto, & quomodo? *ibid. num.* 20.
Itemque eſt contra divinam Politiam a Chriſto in Eccleſis conſtitutam. *ibid. num.* 21.
Idem comprobatur ex Conciliis, & Patribus. *ibid. numero* 22. *& pag.* 133. *num.* 23.
Exponitur D. Auguſtinus in contrarium allegatus, ubi agitur de appellatione interpoſita à Donatiſtis contra Judicium Melchiadis Papæ. *ibid. num.* 24.
Adducuntur plura jura, & Canoniſtæ id ipſum aſtruentes. *ibid. nu.* 25.
Appellatio à Papa ad Concilium improbatur etiam ab Auctoribus Gallis. *ibid. nu.* 26.
Indicantur ſcripta ab eiſdem Auctoribus, quoad appellationes interpoſitas occaſione *Bullæ Unigenitus*. *pag.* 134. *&* 135. *num.* 27.
Appellatio a Papa ad Concilium vetita eſt etiam in Cauſis Fidei, extinctionis Schiſmatis, & reformationis generalis Eccleſiæ. *ibid.*
Appellationes in Cauſis Diœceſum exiſtentium intra Provinciam Romanam devolvuntur immediatè ad Papam, uti Metropolitam. *pag.* 193. *nu.* 21.
Aquilejenſis Eccleſia ſubeſt Concordatis Germaniæ, quoad loca exiſtentia intra fines Imperii; itemque quoad loca exiſtentia extra dd. fines, ſi conſtet de acceptatione Ordinariorum. *pagina* 5. *numero* 7. Vide Concordata.
Aquinatenſis Eccleſia eſt in Provincia Romana, nec comprehenditur ſub Metropoli Capuana. *pagina* 193. *num.* 22.
Arbores fructiferæ incidi non poſſunt ſine beneplacito Apoſtolico; niſi ſit neceſſaria, vel agatur de ſylva cædua cujus fructus eſt inciſio. *pag.* 226. *num.* 12.
Arbores, eſſe ſylvam cæduam ex quibus probetur. *ibidem num.* 13.
Arbores à radice incidi non poſſunt ſine beneplacito Apoſtolico, & tunc pretium ſpectat ad Eccleſiam, non verò ad Beneficiatum. *ibid. nu.* 14.
Arbores non cæduæ, uti Populi, non poſſunt incidi per Beneficiatum, & ſi incidantur, earum pretium inveſtiendum eſt pro Eccleſia. *ibid.*
Non conceditur licentia incidendi arbores pro reparanda domo Canonicali. *ibid.*
Arbores fructiferæ exiſtentes in Viridario Regularium quatenus per eorum Superiores incidi poſſint. *ibidem numero* 15.
Archiepiſcopus, quoad delationem Crucis. Vide Crux.
Archiepiſcopales Eccleſiæ plures erectæ fuerunt à Summis Pontificibus. *pag.* 104. *num.* 14. *& pag.* 106. *num.* 22. *& pag.* 193. *num.* 15. *&* 16. Vide Papa. Vide Beneventana Eccleſia. Senarum Civitas.
Archiepiſcopales de novo facilè eriguntur, ſi Eccleſiæ priùs erant exemptæ, & concurrat inſignitas ipſarum Eccleſiarum, cum aliis requiſitis, quæ referuntur. *pag.* 110. *num.* 34.
Nec requiritur citatio, niſi fieret diſmembratio ab alio Metropolitano, vel Suffraganei aſſignandi eſſent alteri ſubjecti. *ibid. nu.* 35.
Vel ſi dicta Eccleſia eſſet aliàs exempta. *pagina* 111. *num.* 49.
Faciliùs conceditur erectio in Archiepiſcopalem, ſi in ea Civitate reſideat Imperator, vel Conſilium Imperiale. *pag.* 110. *nu.* 36. *& ſeqq.*
Vel etiam, ſi in ea reſideat ſupremum guberoium politicum illius Provinciæ. *ibid. nu.* 41.
Sive ſi Civitas erigenda in Archiepiſcopalem ſit antemurale contra Turcas. *ibid. num.* 42. *& ſeqq.*
Et erectio petatur a Principe de Eccleſia benemerito. *ibid. nu.* 44. *& ſeqq.*
Archiepiſcopatuum erectio. Vide Papa Erectio.
Archiepiſcopus Cameracen. Vide Cameracen.
Archiepiſcopus Beneventanus. Vide Beneventana Eccleſia.
Archiepiſcopus Capuanus. Vide Capuana Eccleſis.
Archiepiſcopus habet juris aſſiſtentiam pro juriſdictione in tota ſua Provincia, & probata ſituatione in ejus Provincia eſt manutenendus in omnibus actibus juriſdictionalibus, donec per Suffraganeum probetur exemprio, *pag.* 108. *nu.* 24.
Ex quibus actibus inducatur juris aſſiſtentia favore Archiepiſcopi. *ibid. num.* 25.
Hæc non excluditur ex eo, quod Suffraganeus cognoſcat Cauſas in prima, & ſecunda inſtantia. *ibid.*
Neque ex actibus negativis in facultativis. *ibid. numero* 26. Vide Epiſcopus.
Archiepiſcopus non eſt manutenendus, ſed diſcutiendum eſt petitorium, ſi aſſiſtentia juris ſit turbida. *ibid.*
Archiepiſcopus habet juriſdictiondm in Prælatos inferiores etiam *Nullius*, quamvis iſti ſint exempti eb Epiſcopo Suffraganeo. *ibid. nu.* 26.
Niſi habeant ſpeciale privilegium Apoſtolicum. *ibid.*
Archiepiſcopus habet majorem dignitatem, quam Epiſcopus, & juriſdictionem, non autem majorem poteſtatem ordinis, & quare. *ibid. nu.* 24.
Archiepiſcopus, quos actus præeminentiales, & juriſdictionales habeat in Suffraganeos. *pagina* 109. *numero* 28.
Archiepiſcopi, & Metropolitani olim differebant, ſed hodie confunduntur. *pag.* 104. *nu.* 9.
Eorumque erectio, & conſtitutio ad ſolum Papam pertinet, excluſa omni laica poteſtate, etiam imperiali. *ibid. num.* 10. *& ſeqq.*
Archiepiſcopi conſtituti ſine Suffraganeis non ſunt onorarii tantùm, ſed verè Archiepiſcopi, & Metropolitani conſtituti. *pag.* 107. *num.* 23. §. Haud tamen.
Quomodo intelligatur ex deficentia actuali Suffraganeorum

rum

rum non poſſe Archiepiſcopos exercere aliquos actus Metropoliticos. *ibid.*

Referuntur aliqui caſus erectioni prædictæ ſine Suffraganeis. *ib.*

Archiepiſcopi Græci exautorati, quia promoti auctoritate Imperiali, idque evenit in Concilio Chalcedonenſi. *ibid. num.* 23. §. *quare*.

Archiepiſcopi de novo non eriguntur per Summos Pontifices, niſi juſtis concurrentibus cauſis, neceſſitatis, vel utilitatis. *ibid. num.* 15. *& pag.* 110. *num.* 32.

Requiſita pro nova erectione Archiepiſcopatus referuntur. *pag.* 105. *num.* 16.

Quibus deficientibus Papa revocat erectiones factas à ſuo Prædeceſſore, ut egit Gregorius V. in Eccleſia Placentina. *ibid. num.* 17.

Archiepiſcopi, ſi de novo eriguntur motu proprio Papæ, non requiritur conſenſus intereſſe habentium, nec fit cauſa judicialis. *ibid. nu.* 18.

Secus ſi ad inſtantiam Patris, quo caſu fit cauſa in Congregatione Conſiſtoriali, citatis intereſſe habentibus. *ib. num.* 19.

Quæ perſonæ in hoc caſu citari debeant, & quorum conſenſus requiratur. *ibid.*

Major cauſæ cognitio requiritur, ſi agatur de ſupprimenda antiqua Eccleſia Archiepiſcopali de novo erigenda. *ibid. num.* 20.

Secus ſi erectio facienda ſit in partibus nuper ad fidem converſis, in quibus aſſignata dote faciliùs conceditur nova erectio. *ibid.*

Archiepiſcopi, ut de novo erigantur, non requiritur conſenſus Principum, vel Populorum, ſed audiendi ſunt, ſi rationabilis opponant. *pag.* 106. *num.* 21.

Eorum preces attenduntur. *ibid.*

Archiepiſcopi de novo multoties fuerunt erecti ad ſupplicationem Principum Civitatis erigendæ in Archiepiſcopalem. *pag.* 111. *n.*46.

Poſſunt erigi ſine Suffraganeis, vel cum uno Suffraganeo. *ibid. num.* 47. *&* 48.

Non attenduntur oppoſitiones Epiſcoporum, vel Archiepiſcoporum, ſi Eccleſia erigenda in Archiepiſcopalem ſit aliàs exempta. *ibid. nu.* 49. *&* 53.

Archiepiſcopi de novo erigi poſſunt, non attentis præjudiciis, quæ ex natura talis erectionis in conſequentiam ſequuntur aliis Epiſcopis vel Archiepiſcopis vicinioribus. *ibid. nu.* 51.

Archiepiſcopi antiquitùs habebant majores præminentias, quàm in præſenti, & poſt Concilium Tridentinum. *pag.* 109. *num.* 28.

De præeminentiis prædictis. *ibid.*

Archiepiſcopi non poſſunt exercere Pontificalia, niſi recepto Pallio. *pag.* 114. *num.* 8.

Tenentur recipere Pallium intra tres menſes à die confirmationis, niſi obtinuerint dilationem ad recipiendam conſecrationem. *ibid. nu.* 9.

Refertur caſus Epiſcopi Granganorenſis in Indiis Orientalibus, qui Pallium recepit ab alio non delegato in litteris Apoſtolicis, & conſecratus fuit poſt lapſum ſex menſium. *ibidem numero* 10. *& ſequentibus*. Vide Conſecratio. Pallium.

Archimandrita Meſſanenſis, ejuſque Monaſterium, loca, & Oppida plures obtinuerunt exemptiones, & privilegia ab Alexandro III. & Caliſto III. *pag.* 49. *nu.* 1. *& ſeqq.* Vide Epiſcopus.

Arma ad bellum facientia Infidelibus deferre prohibuit Nicolaus V. *pag.* 35. *nu.* 1. *& ſeqq.*

Affertur ratio impulſiva Pontificis ad id diſponendum. *ib. num.* 3. *& pagina* 36. *num.* 5.

Adducuntur aliæ Pontificiæ Conſtitutiones, & Conciliorum, & præſertim *Bulla cœnæ Domini*, id diſponens. *pag.* 35. *num.* 4.

Hæc probibitio deferendi arma Infidelibus non comprehendit Hæreticos; Licet Judæi hoc attentantes puniantur ab Inquiſitoribus. *pag.* 36. *num.* 6.

Arma deferendi prohibitio ad quas gentes facta intelligatur per jura ſupradicta. *ibid. num.* 7.

Arma deferre ad Hæreticos prohibitum eſt per Bullam Cœnæ. *pag.* 37. *num.* 8.

Quod verum eſt de Hæreticis nominatim declaratis, quod explicatur. *ibidem num.* 9.

Arma deferre ad Infideles, vel hæreticos coadjuvantes Chriſtianos contra alios infideles, vel Hæreticos, prohibitum non eſt. *ibid. n.* 10.

Prohibitio procedit etiam in Infidelibus, vel Hæreticis exiſtentibus ſub dominio Principis Catholici, & quid de Chriſtianis exiſtentibus ſub Principe infideli. *p.* 38. *n.* 11.

Arma; an poſſint deferri ad Infideles pro redimendis Chriſtianis captivis. *ibid. num.* 12.

Arma deferre Infidelibus cauſa mercaturæ, & non animo nocendi Chriſtianis quatenus ſit licitum. *ibidem nu.* 13. *& ſequenti*.

Non ſolùm arma, ſed quædam alia quibus Chriſtianis ab Infidelibus oppugnari poſſunt prohibita ſunt, quæ recenſentur. *ibid. num.* 14.

Reſervantur pœnæ etiam temporales contra tales culpabiles impoſitæ. *pag.* 39. *num.* 16.

Artifices non poſſunt uſurpare Teſſeras, ſeù Marchas alteriùs Artificis. *pag.* 278. *num.* 12.

Auditor Cameræ eſt Judex Cauſarum appellationum in toto Orbe à quibuſvis Epiſcopis, etiam Provinciæ Romanæ. *pag.* 195. *num.* 39.

Auditor Cameræ, & non Gubernator Urbis procedit in cauſis deciſis inter Laicos a Judice Eccleſiaſtico, *pagina* 201. *nu.* 83.

Auditores Rotæ gerunt munus Subdiaconi in Capella Pontificia, & præcedunt Clericis Cameræ, eiſque propriè competit nomen Capellanorum Papæ. *pagina* 44. *numer.* 19.

B

BAldachinum Epiſcopo viſitanti non tenentur erigere Moniales Regularibus ſubjectæ. *pag.* 79. *num.* 143.

Bambergenſis Eccleſia, an comprehendatur ſub Concordatis Germaniæ. *pagina* 5. *num.* 6.

Bannimenta generalia non comprehendunt Eccleſiaſticos, nec ſervantur in foro Eccleſiaſtico. *pagina* 216. *numero* 15.

Bannimenta generalia dicuntur leges Papæ, ut Princeps temporalis, nec ligant Clericos; præſertim ſi de illis nulla fiat mentio. *ibid.*

Banniti vigore ſtatuti poſſunt impunè occidi. *pagina* 164. *numer.* 12.

Banniti ſunt, qui ob grave crimen in jus vocati, in judicio ſe ſiſtere renuerunt, & in contumaciam tamquàm convincti banniuntur. *ibid. num.* 13.

Hæc bannitio contra abſentem, & in contumaciam quo jure fulciatur. *ibid.* Vide Salvuſconductus.

Banniti cur ità dicantur; amittunt territorium, & etiam viam publicam, ac libertatem, uſumque rerum omnibus communium. *pag.* 163. *num.* 10.

In Regno dicuntur forjudicati, ſeu forbaniti. *ibid.*

Banniti arcentur ab honoribus, à munere judicandi, & ab omni actu legitimo, *pag.* 166. *num.* 24.

Banniti non poſſunt eſſe teſtes, etiam ſi fuerint ab homicidio abſoluti. *ibid. num.* 25.

Banniti arcentur à munere Tabellionatus. *ibid. n.* 26.

Banniti, an poſſint condere Teſtamentum. *pag.* 167. *num.* 29. Vide Teſtamentum.

Banniti ſunt inhabiles ad omnes actus legitimos. *pag.* 167. *numer.* 30.

Banniti privantur omnibus beneficiis Civitatis, à qua banniuntur, non autem iis, quæ à Jure communi derivantur. *ibid. numer.* 33.

Banniti extra ditionem Bannientis poſſunt contrahere, & alios actus facere, quæ Jure communi competunt hominibus liberis. *ibid.*

Banniti propter crimen læſæ majeſtatis divinæ, vel humanæ amittunt etiam ea, quæ ſunt Juris communis. *ibid. num.* 31.

Bannum eſt pœna privans omnibus juribus humanitatis, & commercio, viciſſitudinibuſque officiorum. *pagina* 164. *numer.* 11.

Bannum æquiparatur interdictioni Aquæ, & ignis. *pag.* 163. *&* 164. *nu.* 11.

Bannum æquiparatur deportationi, & damnationi in metallum. *pag.* 164. *nu.* 12.

Benedictio Abbatum impropriè dicitur conſecratio; nam in ea non adhibetur unctio, ſed ſola impoſitio manus Epiſcopi. *pag.* 169. *numero* 1. *& ſequent.* Vide reliqua in ver. Abbas.

Benedictio Abbatum, in quo differat à benedictione Abbatiſſarum, & an hæc benedictio ſit iterabilis. *pag.* 172. *numero* 27.

Benedictio Abbatiſſarum minus habet, quàm benedictio Abbatum, & quomodo. *ibid. n.* 29.

SSmus D. N. BENEDICTUS Papa XIII. promulgavit Conſtitutionem ſaluberrimam, ut Regulares tranſire non valeant ad Militares, Hoſpitalarias Religones, & ad quaſcumque Religiones, clauſtralem, & regularem obſervantiam non habentes. In elencho Conſt. 3. Caliſti III.

BENEDICTUS XIII. initio Pontificatus inſtituit recitationem Salutationis Angelicæ, flexis genibus in Meridie, & poſt Solis occaſum, cum largitione indulgentiarum. *pagina* 42. *num.* 2.

Idque à toto Populo religioſè ſervatur; ducto exemplo ab ipſo Piiſſimo Pontifice, qui ad Campanæ ſonum hanc Orationem in terram proſtratus magna devotione ſemper recitat. *ibidem*.

BENEDICTUS XIII. ante aſſumptionem ad Pontificatum uſus fuit Pallio in Synodis Provincialibus per

ipſum habitis in Diœceſi Beneventana. *pagina* 127. *num.* 32.
De re Canonica optimè meritus, & in rituum Eccleſiaſticorum peritia apprimè verſatus. *pag.* 145. *nu.* 39.
ENEDICTUS XIII. diſciplinæ Eccleſiaſticæ inſtaurator convocat Concilium Romanum. *pag.* 107. §. hoc eodem, *& pag.* 146. *num.* 41.
Exemplum dedit, ut Concilia Provincialia cogerent Metropolitani. *ibid.*
Idque egit in Eccleſia Beneventana: & in hoc ab Auctore commendatus in primo Operis tomo. *ibid.*
In eodem Concilio definivit, Regulares abſque novo indulto Apoſtolico potuiſſe tutò extra tempora ordinari in vim eorum privilegiorum. *ibid.*
BENEDICTUS XIII. confirmat decretum Clementis VIII. & Conſtitutionem Innocentii XIII. de promovendis Regularibus ab Epiſcopo Diœceſano; cujus diſpoſitio refertur. *pag.* 151. *num.* 85.
Item ut promovendi ad ſacros Ordines extra tempora, vigore diſpenſationis Apoſtolicæ, non a quocumque, ſed à proprio Epiſcopo ordinentur. *ibid. num.* 87.
BENEDICTUS XIII. peculiari devotione proſequitur B. Jacobum de Marchia, cujus Canonizatio in dies ſperatur. *pag.* 188. *nu.* 14.
BENEDICTUS XIII. pontificalia munia per ſe ipſum exercet, ejuſque eximium zelum pro cultu divino reſtituendo, & diſciplina Eccleſiaſtica reparanda, commendatur. *pag.* 196. *nu.* 50.
BENEDICTUS XIII. reintegravit facultates Cardinalis Vicarii ad terminos conceſſionis factæ per Clementem X. *pag.* 198 *num.* 61.
BENEDICTUS XIII. prudenter adhæret ſenſui Sac. Congregationis, ut Cardinalibus Protectoribus Ordinum committantur cauſæ Regularium. *pagina* 271. *numero* 4. *in fin.*
BENEDICTUS XIII. prohibuit Laicis, ne geſtarent collare Clericale; eiſque latum laicale præſcripſit. *pag.* 279. *num.* 15. *in fin.*
Item prohibuit Clericis uſum Comæ adſcititiæ, pro honeſtate ſtatus Clericalis. *ibid.*
BENEDICTUS XIII. approbavit lectiones pro Officio SS. Roſarii, & Miſſam pro die feſto ejuſdem, quæ apponi cenſuit in Breviario, & Miſſali Romano. *pagina* 307. *num.* 11.
Maxima devotione, & humilitate SS. Roſarii proceſſionem pedibus comitatus eſt, & detecto capite, cum cereo intorſtitio. *ibid. nu.* 12.
Edidit literas Apoſtolicas in forma Brevis, quibus Fratribus Prædicatoribus indulſit, ut proceſſionem Roſarii prima Dominica Octobris peragere valeant, nulla requiſita licentia Parochi, vel Epiſcopi. *pagina* 307. *num.* 16.
Prudenter, & juxta juris regulas prohibuit in Concilio Romano, ne completo conceſſionis tempore, aliove caſo adveniente devolutionis, locatio, ſeu in emphyteuſim conceſſio renovaretur ad favorem Conductoris, vel Emphyteutæ. Cujus decretum refertur. *pag.* 232. *ante num.* 58.
BENEDICTUS XIII. edidit Conſtitutionem, qua præcepit, ut benedictio Abbatibus impenderetur, non a quocumque Antiſtite, ſed a Diœceſano tantùm Epiſcopo; quæ refertur. *pag.* 170. *n.* 17.
BENEDICTUS XIII. Apoſtolica ſollicitudine præterito anno Jubilæi ſacramentales confeſſiones excepit in Baſilica Lateranenſi, magna Chriſtifidelium ædificatione, & lætitia. *pag.* 318. *nu.* 4. §. *H.c,* & *alia.*
In eodem anno Jubilæi pluries benignè reduxit, ac diminuit numerum Viſitationum Baſilicarum. *pagina* 265. *num.* 6.
Ejus conſueta moderatione demandavit, ut Legati, qui declarantur, & mittuntur a Papa ad recludendas Portas Sanctas, non adhiberent, niſi moderatum Comitatum. *pag.* 266. *nu.* 16.
Beneficium *cap. Odoardus* quatenus ſuffragetur Clerico obligato in forma Cameræ? *pag.* 198. *nu.* 66.
Et quid ſi petat admitti ad dictum beneficium in Curia Cardinalis Vicarii? *ibid.*
Beneficium ſæculare non poteſt mutari in Regulare ſine beneplacito Apoſtolico, præſertim ſi beneficia ſint curata. *pag.* 240. verſ. quod rurſus.
Beneficia quoquomodo vacantia apud Sedem, vigore Concordatorum Germaniæ ſunt reſervata Sedi Apoſtolicæ. *pag.* 8. *nu.* 16.
Beneficia Officialium Romanæ Curiæ quatenus ſemper reſervata cenſeantur, ſive deceſſerint intra, ſivè ultra duas dietas. *ibid.*
Officiales Romanæ Curiæ expreſſi in *Extravag. ad Regimen*, ubicumque decedant, eorum beneficia ſemper ſunt reſervata. *pag.* 9. *nu.* 17.
Beneficia cenſentur vacare apud Sedem, ſi vacent per Matrimonium in Urbe contractum. *ibid. nu.* 18.
Vacatio apud Sedem comprehendit tàm Curiales, quàm quoſcumque alios Exteros in Curia decedentes. *ibidem.*
Et procedit tàm in vacatione per mortem naturalem, quàm per civilem, ſivè per privationem Beneficii. *ibid.* & *nu.* 19.
Beneficia vacantia per obitum Cardinalium, ac certorum Officialium S. Sedis Apoſtolicæ, non cadunt ſub Concordatis Germaniæ. *pag.* 10. *num.* 20.
Eorumque collatio ſemper ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, etiamſi vacatio contingat tempore dictæ Sedis vacantis. *ibidem.*
Beneficia vacantia per obitum Cardinalium in Diœceſi Cardinalis Epiſcopi habentis indultum conferendi Beneficia reſervata, in ejus Diœceſi exiſtentia, non poſſunt conferri per Indultarium jure ordinario, neque delegato. *ibid. nu.* 21. & *ſeqq.*
Beneficia vacantia per obitum Protonotarii non participantis in menſe non reſervato, vigore Concordatorum Germaniæ ſpectant ad Epiſcopum, quoad eorum proviſionem. *pagina* 13. *nu.* 30.
Sed, ſi vacent in menſe reſervato, ſpectat proviſio ad Papam, etiam in Diœceſi Epiſcopi habentis indultum conferendi in menſibus Apoſtolicis. *ibid.*
Beneficia per privationem, depoſitionem, aut translationem, ſunt reſervata Papæ ex ipſis Concordatis. *ibidem num.* 31.
Quid dicendum de privationibus Beneficiorum inductis per Conſtitutiones Pontificias, poſt edita Concordata, & nulla eorum facta mentione. *ibid.*
Afferuntur rationes pro utraque parte. *ibidem numero* 32. & 33.
Beneficia, quæ vacant ipſo jure, dicuntur ſtatim vacare, nec attenditur ſententia, aut declaratio. *pagina* 14. *num.* 34.
Secus autem, ſi privatio non contingat ipſo jure, ſed requiratur ſententia privationis, quo caſu attenditur tempus ſententiæ. *ibid. ſub num.* 34. verſ. porrò.
Sed ſi privatio fiat auctoritate Apoſtolica, ſemper proviſio ſpectat ad Papam vigore Concordatorum. *ibidem num.* 35.
Beneficia vacantia poſſunt conferri per Papam, vel Legatum à Latere, non obſtantibus Concordatis, concurrendo cum Ordinariis collatoribus, vel eos præveniendo. *ibid. num.* 36. & *pag.* 15. *num.* 40. Vide Legatus à Latere.
Dummodò conſtet de voluntate Papæ, & in eo adſit ſcientia, quòd collatio in vim Concordatorum ſpectet ad Ordinarios. *pag.* 15. *nu.* 38. & *ſeqq.* Vide Papa.
Beneficia vacantia per promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, vel Abbatiales ſunt reſervata Papæ per Concordata Germaniæ. *pag.* 18. *nu.* 47.
Sivè promotio fiat a Papa, ſivè alio habente indultum promovendi, ſeù jus eligendi. *ibid.*
Quæ beneficia vacantia per promotionem nequeunt reſignari intra tempus vacationis, & promotionis. *ibidem.*
Et proviſio facienda eſt per Papam etiamſi promotio fiat per electionem Capitularem. *ibid. num.* 48.
Beneficia Promoti ad Epiſcopatum non vacant, ſi antè promotionem fuerit à Papa conceſſum indultum retentionis beneficiorum. *pag.* 19. *num.* 49.
Quod indultum concedi poteſt per Papam abſque derogatione Concordatorum, nec præjudicat ipſis Concordatis. *ibidem.*
Licèt in conceſſione Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione requiratur derogatio Concordatorum, ubi de differentia inter Coadjutorias, & indultum retentionis beneficiorum. *ibid. ſub num.* 49. verſ. verùm quod.
Beneficia Coadjutoris Eccleſiæ Epiſcopalis cum futura ſucceſſione, an cenſeantur reſervata S. Sedi, ſi Coadjutor præmoriatur Coadjuto in Menſe ordinario, perinde ac ſi eſſent beneficia vacantia per promotionem. *pagina* 20. *num.* 52.
Beneficia vacantia per aſſecutionem alterius auctoritate Apoſtolica, per Concordata Germaniæ ſunt reſervata Papæ. *pag.* 22. *num.* 53.
Quod limitatur, ſi ſecundum beneficium fuerit ab Ordinario collatum, niſi tum primum beneficium eſſet alia ratione reſervatum. *ibid.*
Beneficia, & Dignitates Pontificales, Abbatiales, & majores poſt Pontificales in Cathedralibus, & Collegiatis, vi Concordatorum ſunt reſervata Papæ, *ibidem numero* 54.
Prout etiam Præpoſituræ in Germania, quæ ſunt primæ dignitates. *ibid.*
Et an hæc reſervatio procedat in Dignitatibus electivis? *ibidem.*
Beneficia monocularia etiam tenuiſſima comprehenduntur ſub alternativa, dummodò non ſint prima Dignitas poſt Pontificalem. *pag.* 23. *ſub num.* 54. verſ. Itidem.

Be-

Beneficia reſervata in Concordatis per ſex Menſes ſpectant ad Papam, & per alios ſex Menſes ad Epiſcopum. *ibid. nu.55.*

Beneficia erecta poſt Bullam Nicolai V. confirmatoriam Concordatorum Germaniæ, an cadant ſub alternativa contenta in dictis Concordatis. *pag.24. nu.59.*

Beneficia, quæ in Germania appellantur Officia Eccleſiaſtica, comprehenduntur ſub alternativa, ſi conferantur in titulum, aliàs ſecus. *pag.25. nu.60.*

Beneficium validè confertur Irregulari diſpenſato, etſi adhuc non fuerint expeditæ literæ diſpenſationis. *pag. 97. nu.33.*

Beneficia Juriſpatronatus laicalis, ut devolvantur ad Collatores ordinarios, requiritur in Patronis notitia individua vacationis, non ſufficit præſumptiva. *pagina 28. num.65. verſ. occaſione.*

Quod limitatur in Epiſcopo, in quo præſumitur notitia vacationis. *ibid.*

Beneficia debent provideri ab Epiſcopo intra ſex menſes; & quid de Beneficiis vacatis tempore Sedis vacantis, an ſex Menſes incipiant à die vacationis, vel à die poſſeſſionis Epiſcopatus. *pagina 29. ſub numero 65. verſ. hoc autem.*

Beneficia Officialium Sedis Apoſtolicæ non comprehenduntur ſub Concordatis Germaniæ, & qui ſint iſti Officiales. *pagina 11. num. 26.* Vidu Concordata, & Protonotarius.

Beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopatum, an poſſint conferri per Inferiorem habentem indultum conferendi Beneficia reſervata, ſi Promotus obtinuerit à Papa gratiam retentionis. *pag.20. num.51.*

Diſtinguuntur pro reſolutione Dubii plures caſus *ibid.*

Beneficia non vacant ob promotionem ad Epiſcopatum titularem, ſeu in partibus. *ibid. num.52.*

Beneficia vacantia in Menſibus ordinariis, vigore Concordatorum Germaniæ, quatenus debeant provideri facta expreſſa mentione Menſis, in quo vacaverint. *pagina 29. num.66.*

Beneficia, & Canonicatus Germaniæ ſunt exempti à ſolutione Annatarum. *pag. 31. num. 68. verſ. verùm.* Vide Annatæ.

Beneficia vacantia in Menſibus Apoſtolicis debent provideri per Papam intra trimeſtre, alias proviſio devolvitur ad Ordinarium. *pag. 26. nu.62.*

Et ſatis eſt proviſionem eſſe factam intra trimeſtre, licèt non ſit denunciata in partibus. *ibid.*

Et licèt de proviſione non conſtet, niſi per bigliettum Prodatarii, & ſignatura, ac datatio fuerit facta poſt trimeſtre. *ibid.*

An dies vacationis beneficii includatur in præfato trimeſtri. *ibid. verſ. verùm.*

Tempus præfati trimeſtris non eſt continuum, ſed utile; & an ex eo ſubducatur tempus infirmitatis Papæ. *ibid. num.63.*

Ex eo deduci debet tempus Sedis Apoſtolicæ vacantis, *ibidem.*

Et proviſiones factæ ab inferioribus Collatoribus, nondum elapſo trimeſtre, & deducto tempore Sedis vacantis, ſunt ipſo Jure nullæ in vim Concordatorum. & Bullæ Clementis VIII. *pag.27. num.64.*

Quatenus dictæ proviſiones nulliter factæ intra trimeſtre, revalidari poſſint per novam proviſionem factam poſt lapſum trimeſtris. *pag.28. nu.65.*

Hec nova proviſio debet eſſe anterior proviſione Apoſtolica, ubi de ſolemnitatibus ſervandis pro excludenda ſuſpicione anticipationis datæ. *ibid.*

Beneficia curata comprehenduntur ſub concordatis Germaniæ quoad alternativam Menſium, & provideri debent per concurſum, etiamſi vacent in Menſe Apoſtolico. *pag. 25. num.61.* Vide Concurſus.

Beneficia electiva, ſi fuerint renunciata, an ſint Papæ reſervata juxta Concordata Germaniæ. *pag. 17. num. 46.* Vide Electio.

Beneficia Juriſpatronatus laicalis excludunt alternativam, nec comprehenduntur ſub Concordatis Germaniæ. *pag. 23. nu.56.*

Secus dicendum, ſi ſint Juriſpatronatus Eccleſiaſtici. *ibid.*

Et quid ſi agatur de Jurepatronatu mixto. *ibid.*

Hæcque procedunt, ſi Patroni laici probent eis competere Juſpatronatum ex fundatione, dotatione, ſeu conſtructione; ſecus ſi præſcriptione, vel alio modo improbato per Concilium. *pag.24. nu.57.*

Beneficia Juriſpatronatus relicti Confraternitati laicali an comprehendatur ſub alternativa Concordatorum Germaniæ. *ibid. nu.58.*

Si Juſpatronatus eſt relictum Confraternitati intuitu Confratrum laicorum, cenſetur laicale; ſecus ſi intuitu Capellæ ſuorum Confratrum. *ibid.* Vide Juſpatronatus.

Beneficiatus non poteſt concedere Regularibus uſum ſuæ Eccleſiæ ſine beneplacito Apoſtolico. *pagina 240. num.17.*

Beneficiatus non poteſt alienare, ſeu locare ad vitam omnes fructus Beneficii ſine beneplacito. *ibid. num. 18.*

Beneficiorum fructus abſque fraude exprimi debet in proviſionibus; aliàs gratia irritatur. *pag. 263. nu.30.*

Beneficiorum uniones. Vide uniones Beneficiorum.

Beneplacitum, ejuſque forma non poteſt per Commiſſarios ſervari per æquipollens, ſed præcisè eſt adimplenda, præſertim ſi agatur de alienatione utili, non neceſſaria. *pag. 257. nu.56.*

Beneplacitum, ejuſque forma accidentalis, ſatis eſt ſi adimpleatur per æquipollens. *ibid. nu.57.*

Quæ ſint ſubſtantialia, & quæ accidentalia in forma Beneplaciti. *ibid.*

Beneplacitum quoad ejus Executorem, quatenus ſit merus, vel mixtus. *pag.258. n.58.* Vide Executor. Delegatus.

Beneplacitum conceſſum per viam gratiæ non indiget commiſſione. *ibid. num.64.*

Beneplacitum datur à Pontifice ſucceſſore per gratiam revalidatoriam. *ibid.*

Beneplacitum conceſſum per reſcriptum S. Congregationis exequitur etiam poſt mortem Pontificis, quo vivente fuit emanatum reſcriptum. *ibidem num. 65.* Vide Delegatus. Exequutor.

Beneplacitum, ſi fuerit nulliter exequutum, expediendum eſt aliud beneplacitum. *pag. 259. n.67.*

Beneplacitum, ſi fuerit de novo expeditum faciendus eſt novus proceſſus. *ibid. nu.70.*

Sed non requiritur novus conſenſus Eccleſiæ alienantis. *ibid. n.71.*

Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in alienatione ſtabilium facienda per Regulares, qui ex inſtituto ea poſſidere non poſſunt. *pag.219. n. 5.*

Requiritur tamen Edictorum affiſſio, ut venditio fiat majori Oblatori, & affertur reſolutio S. Congregationis Concilii in una *Ordinis S. Franciſci.* *ibid.*

Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in alienatione mobilium pretioſorum Eccleſiæ incorporatorum, facienda per Regulares incapaces ſtabilium. *ibid.*

Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur, ſi ex præcepto Teſtatoris bona alienari debeant. *ibid.*

Niſi Teſtator præceperit alienari, non omnia bona, ſed aliqua pro extinguendo debito hæreditario, quo caſu requireretur beneplacitum pro dignoſcendo, an adſit utilitas alienandi unam, vel alteram rem. *ibid.*

Requiritur in datione in ſolutum facta per Eccleſiam. *pag. 220. nu.6.*

Non requiritur, ſi datio in ſolutum ſit judicialis pro diſſolvendo ære alieno, dummodò æs alienum fuerit contractum ab initio cum beneplacito. *ibid. num. 6. & 7.*

Beneplacitum non requiritur in retractu rei Eccleſiæ vigore Bullæ Gregorianæ, & explicatur deciſio Rotæ, quæ contrarium ſentire viſa fuit. *ibid. n. 8.* Vide retractus.

Beneplacitum requiritur in alienatione locorum Montium. *pag. 225. num.7.* Vide loca montium.

Beneplacitum non requiritur in conceſſione ſitus pro conſtruenda Capella, vel Sepultura. *pag. 227. n. 18.*

Beneplacitum requiritur in conceſſione Capellæ jam conſtructæ, ſi concedatur uſus privativus. *ibid. nu.19.*

Beneplacitum requiritur pro imponenda ſervitute appodii, vel tigni immittendi in partibus Eccleſiæ, vel Monaſterii. *ibid. nu. 20.*

Beneplacitum requiritur in alienatione ſervitutis activæ per Eccleſiam acquiſitæ. *ibid.*

Beneplacitum Apoſtolicum quatenus requiratur in renunciando jus quærendum, vel quæſitum. *pag. 234. nu. 74.* Vide alienatio. Hæreditas. Renunciatio.

Beneplacitum non requiritur in alienatione rei Eccleſiæ factæ per Papam, etiamſi contrahat uti perſona privata. *pag. 238. n. 1.*

Neque in alienationibus factis ſub oculis Papæ, & de ejus mandato. *ibid. nu. 2.*

Vel ſi Papa concedat licentiam generalem alienandi ſine ſolemnitatibus. *ibid.*

Beneplacitum, an requiratur in diviſione bonorum menſæ Capitularis inter Canonicos, vel Capellanos, & an talis diviſio valeat, quoad Succeſſores. *pag. 239. num. 12.*

Beneplacitum quatenus requiratur in alienatione facienda per Collegia, Confraternitates, & ſimilia. Vide Collegium. Confraternitas. Hoſpitale. Mons. Oratorium Locus.

Beneplacitum Apoſtolicum, an concedi poſſit per Legatos à Latere, vel Nuncios. *pagina 251. num. 2.* Vide Legatus à Latere. Nuncius.

Beneplacitum concedendi facultas conceſſa per Summos Pontifices diverſis perſonis, fuit revocata per S. Pium V. *pag. 252. num. 7.*

Beneplacitum, ſi expediatur per Datariam, ſervanda eſt certa praxis, quæ refertur. *ibid. num.8.*

Beneplacitum expediendum eſt per Datariam, ſi agatur de conceſſione perpetua, vel canon excedat ſcuta decem, & octo monetæ. *ibid.*

Beneplacitum per literas Apoſtolicas in forma Brevis, qualiter expediatur, & quando hac forma ſit expediendum. *ibid. num.* 9.

Beneplacitum quomodo, & quando expediatur per Sacram Congregationem Concilii, vel Epiſcoporum. *ibidem num.* 10.

Beneplacitum, licèt fuerit reſervatum in alienatione rei Eccleſiæ, ſi tradatur poſſeſſio ante illius impetrationem, contractus remanet nullus, & incurruntur cenſuræ, & quatenus concedatur abſolutio. *pagina* 253. *numero* 26.

Si tradita fuerit poſſeſſio, debet id exprimi in impetratione beneplaciti, aliàs tàm beneplacitum, quam contractus erit nullus. *ibid.*

Quod verum eſt de poſſeſſione reali, non autem de civili translata per clauſulam conſtituti. *pag.* 254. *nu.* 27.

Beneplacitum licèt fuerit reſervatum cum clauſula: *Non aliàs, aliter, &c.* non poteſt transferri poſſeſſio naturalis ante illum obtentum, & executum. *ibid. nu.* 28.

Beneplacitum, ſi fuerit reſervatum impetrandum intra certum tempus, & non impetretur, contractus evaneſcit, ſi tempus fuerit adjectum per viam conditionis, & pacti reſolutivi. *ibid. num.* 29.

Quid ſi tempus adjiciatur per ablativum abſolutum, an elapſo tempore, & non impetrato beneplacito, reſolvatur contractus. *ibid. num.* 30.

Tempus ad obtinendum beneplacitum, ſi fuerit elapſum, non debet id exprimi Papæ in impetratione illius, niſi ob lapſum temporis eveniſſet reſolutio contractus. *ibid. num.* 31.

Beneplacitum poteſt impetrari ab uno ex Contrahentibus nomine utriuſque. *ibid. nu.* 32.

Beneplacitum reſervatum ſuper contractu facto pro Perſona nominanda, poteſt validè impetrari etiam ante nominationem factam. *ibid.*

Beneplacitum, ſi ſit reſervatum in alienatione rei Eccleſiæ, reſervatio continet clauſulam: *Quatenus de jure. pag.* 255. *num.* 33.

Dummodò reſervatio non fiat per viam conditionis, quo caſu pro validitate contractus beneplacitum eſt neceſſariò impetrandum; etſi de jure non requireretur. *ibid. num.* 34.

Beneplacitum cenſetur conceſſum, ſi ſupplicatio fuerit per Papam ſignata, & regiſtrata, nec eſt locus pœnitentiæ. *pag.* 256. *num.* 48.

Beneplacitum expeditum per decretum Sac. Congregationis, dicitur conceſſum, ſi fuerit factum reſcriptum, licèt non ſacta expeditio, ita ut non ſit locus pœnitentiæ. *ibid. num.* 48.

Secus ſi fuerit tantùm datus ſopplex libellus, abſque reſcripto obtento. *ibid.*

Beneplacitum quatenus cenſeatur obreptitium, vel ſubreptitium, & coram quo Judice cognoſcatur de cauſis ſubreptionis, & obreptionis. *pag.* 257. *nu.* 50.

Beneplacitum committitur Ordinariis pro executione, & verificatione expoſitorum; & aliquando per Papam committitur Dignitatibus Cathedralis, non autem Canonicis. *ibid. num.* 51.

Beneplacitum aliquando per Papam conceditur faciendo gratiam ſine commiſſione in aliquo caſo ſpeciali, ſi agatur de re parvi valoris. *ibid. nu.* 52.

Beneplacitum quoad ſupplicationes, & clauſulas apponi ſolitas, necnon de praxi faciendi proceſſum à Judicibus commiſſariis. *ibid.*

Qui Commiſſarii conficiunt proceſſum, & interponunt decretum nomine Sedis Apoſtolicæ. *ibid. nu.* 53.

Beneplacitum, ſi fuerit impetratum, non attenditur major oblatio. *ibid.* Vide oblatio.

Beneplacitum non ſupplet Cauſam, ſed tantùm ſolemnitates. *ibid. num.* 55.

Beneplacitum, ejuſque forma ſervanda eſt ad unguem à Commiſſariis, aliàs contractus eſt nullus. *ibidem numero* 56.

Beneplacitum in alienatione rei Eccleſiæ, licèt aliquando non requiritur ex diſpoſitione juris, poterit eſſe neceſſarium ex placito Contrahentium, qui contraxerunt ſub conditione impetrandi beneplacitum. *pag.* 255. *num.* 34.

Et an Eccleſia poſſit pœnitere, non obtento beneplacito. *ibidem.*

Beneplacitum reſervatum cum clauſula *non aliàs, aliter, &c.* importat pactum reſolutivum, & ſi non obtineatur, reſolvitur contractus. *ibid. nu.* 35.

Niſi reſervatio ſit facta cum clauſula, quatenus de jure, quæ modificat reſervationem. *ibid. nu.* 36.

Beneplacitum, ſi non poſſit impetrari à Pontifice vivente, non eſt expectandus alius Papa, ſed reſolvitur contractus. *ibidem.*

Beneplacitum ſi fuerit expeditum, Eccleſia non poteſt recedere à contractu, prout neque Laicus contrahens. *ibid. num.* 37.

Licèt adhuc facta non fuerit probatio utilitatis, dummodò adſit utilitas. *ibidem.* Vide Alienatio.

Beneplacitum ſi fuerit obtentum, poteſt Laicus contrahens cogi ad obſervandum contractum, & a Judice poteſt ſuppleri ejus conſenſus, necnon cogi poteſt ad obtinendum beneplacitum. *pag.* 256. *num.* 42.

Beneplacitum, ſi fuerit reſervatum per viam ſuſpenſionis conſenſus, Laicus poteſt pœnitere, quouſque beneplacitum impetretur. *ibid. num.* 43.

Beneplacitum eſt impetrandum a Rectore, ſi illud impetrare promiſerit, & ſe obligaverit. *ibid. num.* 45.

Beneplacitum habetur pro impetrato contra impetrare negligentem, niſi doceatur feciſſe diligentias pro eo impetrando. *ibid.*

Quod verum eſt, ſi agatur de contractu valido ſine beneplacito, ſecùs ſi de jure requiratur, & quatenus eo caſu Eccleſia poſſit pœnitere, & Rector conveniri poſſit à Laico pro damnis, & intereſſe. *ibid.*

Beneplacitum Apoſtolicum pro Regularibus & Monialibus ſemper expeditur gratis, & per ſimplex decretum Congregationis, etiamſi ſit Emphyteuſis perpetua. *pag.* 252. *num.* 11.

Et expeditur tàm per Congregationem Concilii, quàm Epiſcoporum, & cum clauſula *Si in evidentem. ibidem num.* 12.

Beneplacitum Apoſtolicum aliquando conceditur per Papam, exquiſito voto Signaturæ Gratiæ, aut Congreg. Concilii; & aliquando conceditur per ſimplex oraculum. *ibid. nu.* 13.

Beneplacitum Apoſtolicum non habet vim, niſi fuerint expeditæ literæ Apoſtolicæ, nec ſufficit, ſi ſit ſignata ſupplicatio. *ibid. num.* 14.

Dummodò exquiratur pro actu confirmando, non autem pro actu perficiendo, uti eſt in tranſactione, vel confirmatione concordiæ. *ibid.*

Beneplacitum Apoſtolicum ſi expediatur per literas Apoſtolicas, non inſerenda eſt in iis *Extrav. Ambitioſæ*, ſed ex ſtylo inſeritur, *Bulla* 2. *Pauli II. ibid. num.* 15.

Beneplacitum conceditur a Sac. Congregatione cum clauſula, ut affigantur Edicta, & pretium unico contextu convertatur in ſtabilibus. *pag.* 253. *num.* 17.

Et quid ſi utilitas ſit magna, & non reperiatur inveſtimentum promptum in ſtabilibus. *ibidem.* Vide Pecunia.

Beneplacitum poteſt impetrari poſt alienationem, ſi hæc fuerit facta cum reſervatione Beneplaciti. *ibidem numero* 22.

Et interim alienatio eſt implicito ſtatu validitatis, & obtento beneplacito retrotrahitur ad initium contractus. *ibid. num.* 23.

Si interim obierit Rector Eccleſiæ, poterit impetrari beneplacitum volente novo Rectore, ſed in petitione exprimendum eſt Papæ, quod alienatio eſt facta cum reſervatione beneplaciti. *ibid. num.* 24.

Beneplacitum ſi fuerit reſervatum, non transfertur dominium, niſi poſt illud obtentum, & executum. *ibidem num.* 25.

Non eſt faciendum novum inſtrumentum per obtentum beneplacitum. *ibid.*

Beneplacitum. Vide Alienatio.

Beneventana Eccleſia erecta fuit anno 969. in Synodo Romano ſub Papa Joanne XIII. *pag.* 104. *nu.* 14. *&* *pag.* 193. *nu.* 21. *&* *pag.* 143. *num.* 16.

S. Bernardini Senenſis natales, miraculoſa geſta, & obitus recenſentur. *pag.* 32. *num.* 1. *& ſeqq.*

Ejus corpus in Civitate Aquilæ aſſervatur, ubi ab Auctore adhuc puero fuit veneratum. *ibid.*

A Nicolao V. Papa Sanctorum albo adſcriptus fuit. *ibidem.*

Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Bernardus Maria Cardinalis de Comitibus commendatur. *pag.* 318. *num.* 4. §. *Hac.*

Biſuntina Eccleſia, an ſubjaceat Concordatis Germaniæ. *pag.* 7. *num.* 9.

Ejus Epiſcopus nominatur à Rege Galliæ ex conceſſione Innocen. XIII. *ibid.*

Bona Eccleſiæ ſunt patrimonium Chriſti, & in ejus dominio eſſe dicuntur. *pag.* 205. *nu.* 1.

Pro eorum conſervatione plura ſtatuta fuerunt per Conſtitutiones Pontificias, & præſertim per Paulum II. *ibid. nu.* 2. Vide Delegatus.

Bonaventura Balneoregenſis à Sixto IV. inter Sanctos adſcriptus fuit. *pag.* 315. *num.* 1. *&* 5.

Ejus natales, ingreſſus in Religionem Minorum, doctrina, mores, & geſta referuntur. *ibid. num.* 2.

Cardinalis erectus plura egregia geſſit, ac Sanctus habitus. *ibid. nu.* 3. *&* 4.

Obiit miraculis clarus, præſertim in translatione ejus corporis. *pag.* 315. *num.* 5.

Bulla ſub forma *Rationi congruit*. Vide literæ Apoſtolicæ.

Bulia

Digitized by Google

Bulla *Mare magnum* nuncupatæ à quo conditæ, & quid contineant? *pag.* 273. *&* 274.

Bulla Sixti V. contra malè promotos in quibus fuerit moderata per Clementem VIII. *pag.* 147. *nu.* 47. *&* *pag.* 257. *num.* 21.

C

CAlliſtus III. ad Pontificatum aſſumptus fuit, ejuſque Natales, geſta, & promotio referuntur. *pagina* 42. *numero* 1.

Cruciatam contra Turcas indixit, & Salutationem Angelicam in Meridie recitandam inſtituit, *ibid. nu.* 2. Vide Salutatio Angelica.

Calor iracundiæ quanto tempore durare dicatur, remittitur arbitrio Judicis, *pag.* 216. *num.* 19.

Camera Apoſtolica quare ita dicatur, ubi de Cameris, ſeu Ærariis aliorum Principum, eorumque variis nomenclaturis. *pag.* 42. *num.* 4. *& ſeqq.*

Camera propriè eſt Tribunal, in quo agitur de exactione pecuniarum Fiſcalium. *pag.* 43. *num.* 7.

Camera non cognoſcit in Cauſas inter privatos, niſi Fiſcus habeat intereſſe, vel ſuccedat Collitiganti, *ibidem*, *numero* 9.

Itemque ſi Debitor faſſus fuerit debitum, vel Fiſcus ſit ceſſionarius. *ibid.*

Camera habet privativam in Cauſis Fiſci, ejuſque juriſdictio non eſt prorogabilis, & requiritur ſpecialis derogatio Principis, ſi alteri committatur. *ibid. nu.* 10.

In Cauſis Cameralibus non recurritur ad Signaturam Juſtitiæ pro obtinendis commiſſionibus, ſeu appellationibus, ſed recurrendum eſt ad eamdem Cameram. *ibid.*

Et ad quem ſpectet declarare, quod aliqua Cauſa pertineat ad Cameram, vel ad aliud Tribunal. *ib.* Vide Clerici Cameræ.

Cameræ Apoſtolicæ Clerici ſunt veri Familiares, & Capellani Papæ. *pag.* 268. *num.* 7.

Obtinuerant à Sixto IV. privilegium expediendi gratis literas Apoſtolicas pro ſe ipſis, Nepotibus, ac Familiaribus. *ibid. num.* 8. *&* 9.

Quid, ſi gratia obtenta fuerit ante Clericatum aſſumptum, an ſit gratis expedienda *ibid. num.* 10.

Cameræ Apoſtolicæ Clerici ſunt exempti à Gabellis, etiam dimiſſo munere. Et an teneantur ad refectiones viarum, & Pontium. *ibid.*

Quid poſt ſuppreſſam venalitatem à ſa: mem: Innocentio XII. *ibid. nu.* 11.

Cameræ Apoſtolicæ Clerici gaudent dictis privilegiis poſt captam poſſeſſionem Clericatus. *ibid. num.* 12.

Refertur controverſia diſceptata, & reſoluta, inter D. Maggium Clericum Cameræ, & alios Clericos ſuper participatione ei denegata emolumentorum, Sede Apoſtolica vacante, diſtribuendorum inter Clericos prædictos. *ibid. num.* 13.

Cameracen. Diœceſis ſubjacet Concordatis Germaniæ, quoad loca ſita in Germania; in reliquis ſubjacet Concordatis Galliæ, vel Regulis Cancellariæ. *pagina* 5. *numero* 7.

Cameracenſis Archiepiſcopus, quoad ejus electionem non ſubjacet Concordatis Germaniæ, ſed ea conceſſione Papæ ſit ad nominationem Regis Galliæ. *ibid. nu.* 7.

Canonicatus Germaniæ, an ſubiiciantur regulæ 55. Cancellariæ, pro expreſſione veri valoris fructuum beneficiorum. *pag.* 263. *num.* 31.

Canonicatus Baſilicæ Vaticanæ, Eccleſiæ Toletanæ, & Hiſpalenſis non ſubiiciuntur oneri Annatarum. *pagina* 264. *num.* 33.

Canonici, an poſſint inter ſe dividere bona ſuæ menſæ Capitularis, abſque beneplacito Apoſtolico. *pag.* 239. *num.* 12.

Canonici non poſſunt locare ad vitam omnes fructus ſui Canonicatus ſine beneplacito Apoſtolico. *pag.* 240. *numero* 18.

Canonici non poſſunt ſine beneplacito Apoſtolico locare domus Canonicales. *ibid.* Vide locatio.

Canonici, & Clerici Baſilicæ Vaticanæ recipere poſſunt Ordines cum Dimiſſorialibus eorum Archipresbyteri. *pag.* 199. *nu.* 70.

Canonici Regulares S. Salvatoris fuerunt declarati à Calliſto III. veri Canonici Regulares S. Auguſtini. *pag.* 44. *numero* 1.

Quæ declaratio magis operatur, quàm communicatio privilegiorum, quàm prius obtinebant. *ibid. & num.* 2.

Quid ſi Papa dixiſſet eos cenſeri debere Canonicos Regulares S. Auguſtini, non autem declaraſſet eos eſſe tales? *pag.* 45. *nu.* 9.

Canonici Regulares S. Salvatoris non præcedunt in proceſſionibus Caſſinenſibus, quamvis iſtis præcedant Canonici Lateranenſes, & adducitur ratio diſparitatis. *ibid. num.* 10. *& ſeqq.*

Canonici Regulares, an ſint capaces beneficiorum, & quorum. Et an requiratur indultum Apoſtolicum ad ea obtinenda? *pag.* 283. *nu.* 4.

Canonici Regulares, qui obtinent beneficia ſæcularia, an teneantur deferre habitum proprium Religionis, *pag.* 285. *num.* 5.

Canonici Regulares promoti ad Epiſcopatus obtinuerunt uſum habitus violacei, & quare? *ibidem num.* 5.

Canonici Regulares Parochi, an teneantur retinere Socium. *ibidem num.* 5.

Canonici Regulares permanſerunt olim in Baſilica D. Joannis in Laterano remiſſivè, *pag.* 293. *nu.* 1.

Canonici S. Spiritus in Saxia ſunt verè Regulares cum tribus votis ſubſtantialibus; eorumdem bona, & redditus applicantur Hoſpitali S. Spiritus. *pag.* 300. *num.* 5. Vide Hoſpitale.

Teſtamentum condere nequeunt, ſicut alii Regulares, nec quidem cum licentia Præceptoris Generalis. *ibidem verſ.* his præmiſſis.

Eis non ſolet concedi à Papa indultum teſtandi. *pag.* 300. *verſ.* Sed numquid. Vide Regulares.

Canonici S. Spiritus ſunt capaces retinendi beneficia eorum Religioni unita, necnon adminiſtrandi eorum redditus. *ibid. verſ.* Quin.

Sed de fructibus diſponere non poſſunt, niſi ad uſus pios, & religioſos, nec de iis teſtari valent. *ibid.*

Canonici S. Spiritus, an poſſint obtinere indultum teſtandi de bonis reſervatis ante profeſſionem ad finem diſponendi cum indulto Apoſtolico. *pag.* 300. *num.* 5. *verſ.* Quod ſi.

Canonizatio Sanctorum, an requirat Miſſam per Papam celebrandam. *pag.* 135. *nu.* 10. *& ſeqq.*

Canonizatio perficitur per decretum Papæ, quod eſt de eſſentia actus; reliqui verò ritus ſunt pro majori decentia actionis. *ibid. num.* 13.

Canonizatio vario ritu in Eccleſia acta fuit, *ibidem*, *numero* 14.

Enunciantur ritus diverſi. *ibid.*

Canonizatio cum ejus forma ſolemni hodie inſtituta eſt, quæ recenſetur. *pag.* 136. *num.* 15.

Canonizatio ſolemnis aliquando peracta fuit ſine celebratione Miſſæ Pontificiæ, & Miſſa fuit celebrata ab alio. *ibid. num.* 17.

Referuntur plura exempla Canonizationis peractæ, abſque celebratione Miſſæ Pontificiæ. *ibid. num.* 18.

Canonizatio aliquando fuit peracta per Papam uno die, & Miſſa ſolemnis celebrata die ſequenti cum ſolita pompa, & receptione oblationum. *ibid.*

Canonizatio Sanctorum habet ſolemnitatem extrinſecam, & quænam illa ſit. *pag.* 32. *num.* 4. *& ſeqq.*

Debent præcedere proceſſus, eorumque diſcuſſio, ac Breve Beatificationis, quibus ſubſequitur decretum Pontificium, quod conſtet de duobus miraculis poſt Beatificationem, ac poſſe procedi ad Canonizationem. *ibid. num.* 6. *&* 7.

Si peracto hoc decreto Pontifex decedat, ejus Succeſſor non procedit ad Canonizationem, niſi per ipſum novo interpoſito, *pag.* 33. *num.* 8.

Canonizatio facienda indicitur per annum ante, prout etiam indicuntur publicè preces cum conceſſione indulgentiarum, & viſitatione alicujus Baſilicæ Urbis, ad quam etiam accedit Summus Pontifex, *ibid. num.* 9.

Convocantur Epiſcopi viciniores Urbis, & quare fiat hæc convocatio, & in quo numero. *ibid. numero* 10. *& num.* 11.

Canonizatio præceditur à Conſiſtorio ſemipublico, cujus forma cum omnibus ſuis requiſitis, & perſonis intervenientibus diſtinctè refertur. *ibid. num.* 12.

Referuntur aliæ ſolemnitates, & ſolemnis apparatus Baſilicæ Vaticanæ pro die Canonizationis. *pagina* 34. *num.* 13.

Item referuntur proceſſio, Miſſa, oblationes, Decretum Papæ, & omnes alii actus fieri ſoliti in ſolemni Canonizatione. *ibid. num.* 14. *& ſeq.*

Capella ſi concedatur alicui, poteſt recipi exſtimatio, ratione cæmentorum, & materialium, ſeu ſitus honorabilioris, non autem ratione ſpiritualitatis. *pag.* 227. *num.* 17.

Capella pro conſtruenda, ſi conceditur ſitus, an cenſeatur conceſſus ſimplex uſus, vel transferatur dominium. *ibid. nu.* 18.

Nec pro conceſſione talis ſitus requiritur Beneplacitum Apoſtolicum. *ibid.*

Capella conſtructa ſi concedatur cum uſu privativo, requiritur Beneplacitum. *ibid. nu.* 19.

Capitulum, ſi ſit citandum, debet eſſe congregatum in majori parte. *pag.* 258. *nu.* 60.

Capuana Eccleſia erecta in Archiepiſcopalem. *pag.* 104. *&* 105. *n.* 14. *& pag.* 106. *num.* 21.

Cardinalis major Pœnitentiarius eſt Vicarius Papæ in ſpiritualibus, habetque Juriſdictionem in toto Orbe pro

foro pœnitentiali, & conſcientiæ. *p.* 195. *n.* 38. V. Pœnitentiaria.

Cardinalis Vicarius Urbis antiquam habet inſtitutionem, & aliquando deputabatur ſimplex Epiſcopus, vel Abbas. *ibid num.* 40. *& ſeqq.*

Quando primò Vicarius Urbis cœperit eligi ex Cardinalibus. *ibid. num.* 42. *& pag.* 196. *num.* 45.

Cardinalis Vicarius Urbis aliquando ſpecialiter deputatur ob abſentiam Papæ. *pag.* 195. *n.* 43.

Eique dari ſolet limitata facultas pro guberno Urbis tantùm, & non extra diſtrictum. *ibid. num.* 4.

Niſi Papa eſſet longum iter facturus, quo caſu relinquit Vicarium cum facultate Legati à Latere majori, vel minori juxta diſtantiam loci, ubi Papa eſt diſceſſurus. *ibidem.*

Referuntur plures Vicarii conſtituti à Papa in ejus abſentia ab Urbe. *ibid.*

Cardinalis Vicarius Urbis quando primò cœperit eligi ex Cardinalibus habentibus characterem Epiſcopalem, & cum munere perpetuo ad vitam ipſius Electi. *pag.* 196. *num.* 35.

Eo abeunte, ſi Papa nolit ſtatim eligere Vicarium, deputatur Vicesgerens cum facultatibus Cardinalis Vicarii. *ibid. nu.* 46.

Debet eſſe Cardinalis, ſivè ſit Vicarius, ſivè Provicarius in abſentia Vicarii. *ibid. nu.* 47.

Conveniens eſt, ut Vicarius Urbis ſit Cardinalis, & quare. *ibid. num.* 49.

Cardinalis Vicarius Urbis primo inſtitutus fuit à Paulo IV. ſuumque munus exercet per ſe, & per ejus Vicesgerentem, ac Locumtenentes Civilem, & Criminalem. *ibid. nu.* 51. Vide Vicesgerens.

Cardinalis Vicarius habet Locumtenentem, qui eſt Prælatus, & unus ex Judicibus civilibus, & aſſiſtit in Congregatione Criminali. *ibid. num.* 54.

Habet quoque Auditorem, & quod ſit ejus munus. *ibidem.*

Habet etiam tres Judices civiles, qui habent inter ſe præventionem, ac reaſſumunt ab alio in Cauſa præventa, & quid ſi allegentur ſuſpecti. *ibid.*

Cardinalis Vicarius habet Locumtenentem Criminalem, & quæ ſit hujus juriſdictio. *ibid. nu.* 55.

Itemque quatuor Notarios cum Subſtitutis, & familiam armatam cum Baroncello, necnon Mandatarios, qui habent certas præeminentias. *pag.* 197. *nu.* 56. Vide Notarius.

Cardinalis Vicarius habet Cancellarium, ſeu Secretarium, & quodnam ſit ejus Officium. *ibid. nu.* 57.

Cardinalis Vicarius, etiam dum erat ſimplex Epiſcopus, præcedebat Auditori Cameræ. *ibid. num.* 58.

Cardinalis Vicarius eſt Judex ordinarius, & conſtituit unum tribunal cum Auditore Papæ. *ibid. nu.* 59.

Non obtinet collationem beneficiorum. *ibid.*

Ejus poteſtas durat ejus vita durante, nec expirat Sede Apoſtolica vacante. *ibid.*

Cardinalis Vicarius obtinuit amplas facultates à Clemente X. quæ poſtea fuerunt reſtrictæ per Innocentium XII. *pag.* 198. *nu.* 60.

BENEDICTUS XIII. eaſdem facultates ampliavit ad terminos primævè conceſſionis Clementis X. *ibidem, num.* 61.

Cardinalis Vicarius cognoſcit plures Cauſas, quæ ante Innocentium VII. pertinebant ad Cardinales Protectores locorum piorum Urbis. *ibid. nu.* 62.

Ejus juriſdictio complectitur legem Diœceſanam, & Juriſdictionis, ac poteſt convocare Synodum Cleri Romani. *ibid. nu.* 63.

Cardinalis Vicarius obtinet canonicam obedientiam, & ſubjectionem Clericorum. *ibid. nu.* 65.

Enumerantur Cauſæ, quarum cognitio ad ipſum ſpectat, habetque præventivam in Cauſis Hebræorum. *ib.*

Cardinalis Vicarius admittit ad Beneficium, *cap. Odoardus.* Clericos obligatos in forma Cameræ abſque ſpeciali commiſſione Papæ. *ibid. num.* 66. Vide Beneficium. *cap. Odoardus.*

Obtinet facultatem delegatam conceſſam Ordinariis, per Concilium, & Conſtitutiones Pontificias. *ib. num.* 67.

Approbat Confeſſarios, exceptis Pœnitentiariis trium Baſilicarum Urbis, qui approbantur a Majori Pœnitentiario. *pag.* 199. *num.* 68.

Non reſervat caſus, niſi pro aliquo caſu ſpeciali. *ibid. num.* 69.

Ordines confert, ac dimiſſorias concedit, & quoad Regulares ſervat decretum Clementis VIII. & quid de Canonicis Baſilicæ Vaticanæ. *ibid. nu.* 70.

Cardinalis Vicarius confert Sacramentum Confirmationis, ac exercet Pontificalia, aliiſque ea exercendi licentiam concedit. *ibid. nu.* 71.

Facit concurſus ad Parochiales coram ſuis Examinatoribus, licèt beneficia non conferat. *ibid. num.* 72.

Viſitationem Eccleſiarum non facit poſt erectam Congregationem Viſitationis; ſed ipſe, ejuſque Vicesgerens intervenit in dicta Congregatione, & eſt Ordinarius executor decretorum ejuſdem. *ibid. num.* 73.

Cardinalis Vicarius, ejuſque juriſdictio ad quæ loca ſe extendat, & referuntur variæ ſententiæ. *ibid. num.* 74.

Ejus Juriſdictio complectitur Urbem, ſuburbia, & ejus diſtrictum per quadraginta milliaria. *ibid. nu.* 75.

Exponitur Textus in *cap. tua nobis, de offic. Vicar.* ut procedat in Vicario relicto in Urbe in abſentia Papæ. *ibid. num.* 76.

Cardinalis Vicarius non eſt Vicarius Papæ, uti Patriarchæ Occidentis. *ibid. num.* 77.

In actibus, in quibus requiritur licentia Papæ, & Epiſcopi Diœceſani, uti eſt in erectione novorum Conventuum, non ſufficit licentia Cardinalis Vicarii, ſed requiritur facultas Apoſtolica. *ibid.*

Cardinalis Vicarius non eſt Vicarius Papæ, uti Metropolitani, nec ejus juriſdictio extenditur per Provinciam Romanam ad centum milliaria. *pag.* 200. *nu.* 78.

Appellationes à Tribunalibus Eccleſiaſticis extra quadraginta milliaria non devolvuntur ad ipſum, ſed ad A. C. *ibid.*

Cardinalis Vicarius habet juriſdictionem per diſtrictum Urbis, qui extenditur per quadraginta milliaria, licèt antiquitùs protraheretur ad centum ad inſtar Juriſdictionis, quam obtinebat Præfectus Urbis. *ibidem, numero* 79.

Diſtrictus Urbis cenſetur Diœceſis Romana. *ibid. numero* 80.

Cardinalis Vicarius in Epiſcopatibus exiſtentibus intra diſtrictum Urbis habet cumulativam in Cauſis ſpiritualibus, & jus cognoſcendi Cauſas in gradu recurſus. *ibid. nu.* 81. *& ſeq.*

Sed non poteſt ſe ingerere in aliis pertinentibus ad juriſdictionem eorumdem Epiſcoporum. *ib.*

Refertur caſus deciſus per Rotam quoad Parochum S. Ceciliæ Urbis, cujus Parochia extenditur ad Caſale Marliani Diœceſis Portuenſis, quod debeat approbari tam à Cardinali Vicario, quam ab Epiſcopo Portuen. *ibid.* Vide Parochus.

Cardinalis Vicarius, eſt Judex appellationum in Cauſis deciſis in Tribunalibus Epiſcopalibus intra diſtrictum Urbis, etiam ſi Cauſa ſit inter Laicos, dummodò ſit deciſa a Judice Eccleſiaſtico. *pag.* 201. *num.* 83.

Cardinalis Vicarius in prima inſtantia habet cumulativam cum Epiſcopis exiſtentibus intra diſtrictum, itaut ſit locus præventioni, præſertim ſi fiat per citationem. *ib. num.* 84.

Huic cumulativæ non obſtare Concil. Trident. in *cap. cauſæ omnes* oſtenditur. *ibid. nu.* 85.

Nec talis cumulativa fuit ſublata per Reformationem Innocentii XII. *pag.* 202. *num.* 86.

Cardinalis Vicarius poteſt tranſmittere Commiſſarios extra Urbem intra diſtrictum. *ibid.*

Cardinalis Vicarius habet cumulativam in locis exiſtentibus intra diſtrictum, licèt pertineant ad Epiſcopum, cujus Cathedralis ſita eſt extra diſtrictum. *ibid. numero* 87.

Diſtrictus quadraginta milliarium procedit etiam in Mari. *ibid. num.* 88.

Cardinalis Vicarius approbat Confeſſarios pro Triremibus Pontificiis, ſed ipſi non poſſunt excipere confeſſiones Remigium, dum ſunt in Civitate Centum Cellarum, abſque approbatione Epiſcopi Viterbien. *ibid. num.* 89.

Adducitur ad rem reſolutio S. Congregationis Concilii. *ibid.*

Cardinalis Vicarius, licèt poſſit concedere licentiam laborandi in diebus feſtivis; non tamen poteſt licentiam dare, ut exequantur mandata Judicum in die feſto. *pag.* 370. *num.* 91.

Poſſeſſio capta in die feſtivo cum ejus licentia circumſcribitur. *ibid.*

Cardinalis Vicarius habet vivæ vocis oraculum, eique creditur. *ibid. num.* 93.

Intervenit in Signatura Gratiæ, & in Congregatione Viſitationis Apoſtolicæ, habetque alia munera, quæ referuntur. *ibid.*

Ejus juriſdictio non expirat Sede Apoſtolica vacante, quo tempore etiam concedit dimiſſorias ſuis ſubditis. *ib. num.* 94.

Ligatur Conſtitutionibus Apoſtolicis, prout alii Epiſcopi. *ibid. nu.* 95.

Cardinalis Vicarius conferre poteſt primam Tonſuram Exteris in Urbe per ſex menſes commemorantibus abſque dimiſſoriis proprii Epiſcopi; & quando, quave moderatione hac facultate utatur. *pag.* 203. *n.* 96. *& ſeqq. & pag.* 205. *num.* 75.

Et creditur illi atteſtanti ſe habere facultatem Apoſtolicam *ibid.*

Cardinalis Vicarius examinat Concurrentes ad Beneficia extra Urbem, & quando. *ibid. n.* 97.

Cardinalis Vicarius, quoad collationem ordinum Exteris in Urbe commorantibus, & Subditis ſex Epiſcopatuum Cardinalitiorum. *ibid. num.* 98. & 99. Vide Ordines.

Cardinalis Vicarius cognoſcit Cauſas ſpirituales, & matrimoniales, & quo caſu iſtæ cognoſcantur per Sac. Congregationem Concilii. *ibid. num.* 100.

Ejus Locumtenens Criminalis Laicus, & uxoratus, quatenus poſſit ſubſcribere ſententias in Cauſis ſpiritualibus, *ibidem*, & *pag.* 204. *num.* 101. Vide Locumtenentes laicus.

Cardinalis Vicecancellarius eſt Miniſter Papæ in toto Orbe pro negotiis fori externi. *ibid.*

Cardinales menſe Decembris creari conſueverunt. Et quare. *pag.* 139. *num.* 5.

Cardinales comprehenduntur ordinationibus Pontificiis, dummodo non ſint odioſæ odio irrationabili. *pag.* 238. *num.* 3.

Et tenentur contribuere Seminario. *ibid.*

Cardinales Commendatarii in alienatione bonorum pertinentium ad eorum Titulos, Commendas, & Beneficia, ſubduntur diſpoſitioni *Extravag. Ambitioſæ*, *ibidem*, *numero* 3.

Cardinales Epiſcopi habentes Indultum conferendi Beneficia in eorum Diœceſibus vacantia, an poſſint conferre Beneficia vacantia per obitum Cardinalium. *pag.* 10. *num.* 21.

Reſolvitur non poſſe conferre, neque jure ordinario, neque delegato. *pag.* 11. *nu.* 22. & *ſeqq.*

Cardinales ſunt exempti à ſpolio Cameræ. *pagina* 275. *num.* 6.

Cardinalibus conceditur ampla facultas teſtandi. *pag.* 276. *num.* 7. & 9.

Cardinales comprehenduntur nomine Curialium. *ibid.*

Carmelitæ mitigati continent ſub ſe Carmelitas reformatos exiſtentes in Regno Poloniæ, & Provincia Pedemontana. *pag.* 296. *nu.* 1.

Recenſetur cauſa agitata in Urbe inter Carmelitas mitigatos, & reformatos Poloniæ. *ibid. num.* 2.

Carmelitæ mitigati vivunt ſub regula mitigata, quæ fuit confirmata a Sixto IV. etiam quoad diſpenſationem jejunii remiſſam arbitrio P. Generalibus. *ibid.*

Carmelitæ mitigati vivunt cum Conſtitutionibus editis ſub Generali Canali, confirmatis ab Urbano VIII. *pag.* 298. *num.* 3.

Eaſque a Carmelitis reformatis ſervari voluit idem Pontifex. *ibid.*

Carmelitæ mitigati prætenderunt, quod pro eis ederentur novæ Conſtitutiones, vel fierent additiones, aut correctiones ad Conſtitutiones Generales, & rejecta fuit eorum inſtantia. *ibid.*

Per Clementem XI. fuerunt in perpetuum aboliti quatuor Aſſiſtentes. *ibid.*

Carmelitæ diſpenſati per Priorem à jejunio, an cenſeantur diſpenſati ad eſum carnium. *ibid. numero* 4. Vide jejunium.

Carmelitæ, quoad diſpenſationem à jejunio pendent ab arbitrio Patris Generalis. *ibid. nu.* 5.

Carolus VI. Imperator eximiis laudibus extollitur, dum pro defenſione Italiæ, & totius Chriſtianitatis bellum in Ungaria contra Turcas promovet, pluribus reportatis victoriis. *pag.* 39. *nu.* 17.

Iterum commendatur, ob præſervatam Chriſtianitatem, præſertimque ditionem Eccleſiaſticam a Turcarum incurſionibus, & tyrannide; quique tanta gloria, tamque ſtrenuè contra Turcas pugnavit. *pag.* 110. *nu.* 45.

Petit erectionem Civitatis Viennæ, quæ Turcarum antemurale fuit, in Archiepiſcopalem. *ibid.*

Carpenſis Conſtitutio ſervanda eſt in Provincia Marchiæ ex Conſtitutione Sixti IV. *pag.* 302. *nu.* 3.

Caſus reſervati Ordinario abſolvi non poſſunt per Confeſſarium Regularem, extra mortis periculum, quoad Pœnitentes ſæculares. *pag.* 79. §. Ad quæ.

Et an poſſint abſolvi per Confeſſarium Monialium exemptarum ab Epiſcopo. *ibid.*

Confeſſarius Regularis extra mortis periculum nequit abſolvere Sæcularem complicem criminis carnalis externi peccaminoſi ſecum commiſſi, ſuppoſito edicto Ordinarii prohibitorio. *ibid.*

Poteſt tamen Confeſſarius Monialium exemptarum abſolvere Monialem complicem criminis prædicti, quatenus non ſit violata clauſura. *ibid.*

Caſus reſervati non poſſunt conſtitui per Prælatos inferiores, niſi ſint vere *Nullius*, non obſtante quacumque præſcriptione. *pag.* 70. *num.* 91. & 94.

Caſus reſervati ab Epiſcopo ſervandi ſunt in Eccleſiis Prælatorum inferiorum, in quibus retinenda eſt tabella dictorum caſuum cum titulo Epiſcopi, non autem Prælati. *ib. nu.* 92.

Facultas abſolvendi à reſervatis petenda eſt ab Epiſcopo, non autem à Prælato inferiori. *ibid.*

Neque talis facultas poteſt concedi Prælato inferiori per Epiſcopum in perpetuum, ſed ſolùm ad tempus, ſeu ad vitam Prælati. *ibid. n.* 93.

Caſus reſervati quatenus conſtitui poſſint per Superiores Regulares. *ibid. nu.* 95.

Caſus reſervati: Facultas reſervandi caſus competit Sedi Apoſtolicæ, & Ordinariis; canonizata à Sac. Conc. Trident. *pag.* 308. *nu.* 2. & 3.

Referuntur plura decreta Sac. Congregationis ſuper facultate abſolvendi à caſibus reſervatis; & cenſoris in Bulla Cœnæ reſpicientia Confeſſarios, tàm Regulares, quàm Sæculares privilegiatos, *pag.* 309. *numero* 7. & *ſeqq.*

Caſus reſervati occulti, an poſſint abſolvi à Confeſſariis privilegiatis, qui nequeunt abſolvere ab iis publicis. *pag.* 312. *n.* 16.

Caſus reſervati, qui nequeunt abſolvi à Confeſſariis privilegiatis, an intelligi debeant, quoad reſervatos in tabella, vel quoad reſervatos a jure, vel conſuetudine. *pag.* 313. *nu.* 17.

Quid, quoad Moniales ſubjectas Regularibus? cui facultas abſolvendi à caſibus reſervatis competat. *pag.* 313. *num.* 18.

Diſtinguuntur caſus, & adducitur reſolutio Sac. Congr. *ibid.* Vide verbo Regulares.

Cathedraticum non eſt ſolvendum à ſingulis de Clero, ſed a Parochis, Beneficiatis, & Presbyteris participantibus. *pag.* 213. *num.* 37.

Jus illud exigendi non ſuffragatur Epiſcopis pro cohoneſtandis exactionibus indebitè factis à toto Clero. *ibid.* Vide Epiſcopus.

Sancta Catherina Senenſis fuit à Deo elevata ad excelſa virtutis opera pro confundendis Sapientibus ſæculi. *pag.* 134. *nu.* 1. & 2.

Referuntur ejus natales, & virtutis opera in pueritia geſta. *ibid. num.* 3.

Sancta Catherina Senenſis aſſumit habitum S. Dominici de Pœnitentia, ubi ejus virtus in Dæmones, extaſes, & vigiliæ mirabiles innuuntur. *ibid. num.* 4. & *pag.* 135. *num.* 5.

Chariſſima fuit Romanis Pontificibus, præſertim Gregorio XI. quem Avenione adivit pro pace Florentinorum cum Eccleſia promovenda. *ibid. num.* 6.

Ob eximias virtutes, & miracula ſtatim poſt obitum eam canonizare in votis habuerunt Summi Pontifices, quod ob varias Eccleſiæ ærumnas ſuſpenſus fuit. *ibid. numero* 7.

Sancta Catharina Senenſis canonizata fuit à Pio II. aſſignata die feſtivitatis, & conceſſis indulgentiis viſitantibus ejus ſepulchrum in Urbe penes Eccleſiam S. Mariæ ſuper Minervam. *ibid. num.* 8.

Cauſæ criminales quatenus cognoſci poſſint per Prælatos inferiores. *pag.* 62. & *ſeqq.* Vide Prælatus inferior.

Cauſæ Eccleſiaſticæ, aliæ ſpirituales, ſeu matrimoniales, aliæ non ſpirituales, & quatenus earum cognitio poſſit per Papam delegari Laico. *pag.* 203. *num.* 100. & *ſeqq.* Vide Laicus.

Cauſæ judiciales requirentes proceſſum non agitantur in Congregationibus, niſi de conſenſu Partium, vel ſtante remiſſione facta per Auditorem Papæ. *pagina* 84. *num.* 24.

Cauſæ matrimoniales quatenus poſſint præſcriptione acquiri per Prælatum inferiorem. *pag.* 60. *num.* 32. & *ſeqq.* Vide Prælatus inferior.

Cenſus non reputantur bona ſtabilia ad effectum inveſtiendi pecunias relictas pro celebratione Miſſarum. *pag.* 253. *num.* 18.

Et quatenus in cenſibus poſſit inveſtiri pecunia retracta ex alienatione bonorum Eccleſiæ. *ibid.* Vide Pecunia. Permutatio.

Cenſus, ſi permittatur contrahi per Eccleſiam, apponitur clauſula in Beneplacito, ut teneantur illud extinguere, & deponere quolibet anno certam ſummam, & quatenus concedatur dilatio ad illum extingendum. *ibid. num.* 19.

Cenſus cenſetur impoſitus nomine Rectoris, & ſi nomine proprio actus fuerit geſtus, quoties ratione ſubjectæ materiæ reſpiciat qualitatem Rectoris. *ibid. num.* 20.

Cenſus a Collegio impoſitus extinguendus eſt per Succeſſores, quamvis Prædeceſſores illum extinguere non curaverint. *ibid. num.* 19. & 20.

Affertur ad rem reſolutio Sac. Congreg. Concilii *in Romana Ciſtercienſium*. *ibid.*

Ciſtercienſes debent uti veſtibus coloris albi, & nigri: & quid indicent hi colores. *pag.* 227. *nu.* 1. & 2.

Citatio ſemper inducit præventionem inter habentes juriſdictionem cumulativam. *pag.* 301. *num.* 84.

Clauſtra debent repeti à Regularibus, qui velint intentare nullitatem profeſſionis. *pag.* 283. *nu.* 4.

Quandoque permittantur Regulares ex juſta cauſa morari in Conventu alterius Religionis. *ibid. nu.* 2.

Digitized by Google

Clemens Papa XI. edidit decretum quoad Confeſſarios privilegiatos in Urbe, ne non abſolverent a certis caſibus, ſeu cenſuris. *pag.* 312. *nu.* 14.

Clemens XI. miſit enſem benedictum Eugenio à Sabaudia Duci Claſſis Chriſtianæ, qui victoriam contra Turcas pluries obtinuit in Ungaria. *pag.* 39. *num.* 17. *in fin.*

Ejuſdem Clementis eximia ſollicitudo in excitandis Principibus Chriſtianis, & præſtandis, ac promovendis ſubſidiis Principibus Chriſtianis in bello contra Turcas Italiæ ſubverſionem meditantes. *ibid. num.* 17.

Clemens Papa XI. miſit Pallium Patriarchæ Alexandrino à Schiſmate redeunti. *pag.* 120. *num.* 51. *in fin.*

Et quoad modum, ac ſolemnitatem, quo uſus fuit in Conſiſtorio. *ibidem per plures paginas.*

Clemens XI. promovit Eccleſiam Viennæ in Auſtria in Archiepiſcopalem. *pag.* 121. *num.* 53. *in fin.*

Clemens XI. ob ſingularem doctrinam, & pietatem laudatur occaſione cujuſdam decreti facti. *ibid.*

Clerici Cameræ numerarii ſeptem ſtatuti fuere ab Eugenio IV. & Nicolao V. qui ſupranumerarios excluſit à deciſione cauſarum, & participatione emolumentorum. *pag.* 43. *num.* 11. & 12.

Clerici Cameræ numerarii à S. Pio V. aucti fuerunt ad numerum duodecimum. *ibid. nu.* 13.

Si fuerint in paritate votorum, quatenus cauſa cenſeatur deciſa prò, vel contra Fiſcum. *ibid. nu.* 14.

Clerici Cameræ fruuntur privilegio Commenſalium Papæ, ſuntque ejus Cappellani. *ibid. num.* 12. & 16.

Eorum Officium erat venale, quod poſtea ſublatum fuit ab Innocentio XII. *ibid. num.* 15.

Referuntur munera obeunda a Clericis Cameræ, uti Papæ Capellanis. *ibid. num.* 17.

Controverſia circa præcedentiam inter dictos Clericos, & Auditores Rotæ fuit deciſa tempore Alexandri VIII. favore Auditorum. *pag.* 44. *nu.* 18.

Clerici Cameræ præcedunt Votantes Signaturæ Juſtitiæ, Præfectum Plumbi, & alios ſedentes in banco Protonotariorum. *ibid. num.* 19.

Deferunt Rocchettum etiam diſcoopertum tempore Sedis vacantis, & quare. *ibid.*

Habent privilegium Oratorii privati, & geſtant in pileo cordonem violaceum. *ibid.*

Clerici Cameræ Apoſtolicæ, eorumque privilegia; remiſſivè. *pag.* 268. *num.* 7.

Clerici Cameræ Apoſtolicæ. Vide Cameræ Apoſtolicæ Clerici.

Coadjutoria eſt reſidentialis, & incompatibilis cum alio beneficio reſidentiali. *pag.* 20. *ſub num.* 52. verſ. ſed quid dicendum.

Coadjutoriæ quatenus per Sedem Apoſtolicam concedantur in locis, ubi vigent Concordata, & quid in Univerſitate Lovanien. *pag.* 8. *nu.* 14.

Diſtinguitur inter loca, quæ gaudent Concordatis ex contractu, & loca, quæ gaudent ex privilegio, ſeu per extenſionem. *ibid.* Vide Concordata.

Coadjutor Eccleſiæ Epiſcopalis, ſi præmoriatur Coadjutor, ejus beneficia vacantia in menſe ordinario, an ſint reſervata Papæ. *pag.* 20. *num.* 52.

Coadjutor non habet jus in re, nec dicitur propriè Epiſcopus. *ibid. num.* 52. verſic. verùm.

Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione quatenus præjudicent Concordatis Germaniæ. *pag.* 19. *ſub num.* 49. verſ. verùm quod. Vide Beneficia.

Collegia Artificum, & Univerſitates Profeſſorum, quamvis habeant Cappellam pro eorum uſu, non ſunt loca Eccleſiaſtica, nec ſubjacent: *Extravag. Ambitioſæ*, *pag.* 242. *num.* 32.

Collegia erecta auctoritate Eccleſiaſtica, quamvis adminiſtrentur a Laicis, ſubjiciuntur diſpoſitioni *Extravag. Ambitioſæ*, & cenſentur loca Eccleſiaſtica. *pag.* 241. *nu.* 26.

Non erecta auctoritate Eccleſiaſtica, cenſentur merè Laicalia, licèt dicantur loca pia, ob opera pia, quæ in eis exercentur. *ibid.*

Collegia Puerorum, ſeu Alumnorum erecta ſine auctoritate Ordinarii, uti eſt Collegium Ghiſlerium Urbis, dicuntur loca pia, non autem Eccleſiaſtica, eorumque bona alienari poſſunt ſine Beneplacito. *ibid. num.* 28. Vide Confraternitas.

Collegiata de Nivelles in Diœceſi Namurcen. ſubjacet Concordatis Germaniæ. *pag.* 5. *ſub num.* 7. verſ. Concordata.

Collyridiani Hæretici qui. *pag.* 560. *num.* 1.

Coma adſcititia fuit prohibita Viris Eccleſiaſticis à SS. D. N. BENEDICTO XIII. *pag.* 278. *nu.* 15. *in fin.*

Commune ſervitium quid ſit. *pag.* 263. *num.* 21. Vide verbo: Annatuæ.

Communicatio Privilegiorum alicui Religioni facta non eſt adeò operativa, ſicuti eſt declaratio, quod talis Religio ſit de ea Religione, cujus privilegia communicantur. *pag.* 45. *num.* 3. & 4.

Computa Monaſterii Monialium Regularibus ſubjectarum revidere poteſt Epiſcopus ſimul cum Superiore Regulari. *pag.* 80. *ante num.* 144.

Computa in locis exemptis revidenda ſunt ab Epiſcopo cumulativè cum Prælato inferiore. *pag.* 84. *nu.* 19.

Computorum reviſio aliquando fit extrajudicialiter, & ſine figura Judicii. *pag.* 120. *num.* 49.

Concilium Romanum convocatum fuit à Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa BENEDICTO XIII. & qui Epiſcopi fuerunt vocati. *pag.* 107. §. *Hoc eodem.* Vide Epiſcopi Provinciæ Romanæ.

Concilium Tridentinum non derogatur per Papam, niſi expreſsè conſtet de ejus mente, alias præſumitur ſe illi uniformare. *pag.* 81. *nu.* 145.

Concilium Tridentinum diſponens contra privilegia Regularium, illis derogaſſe cenſetur, etiam ſine ſpeciali derogatione: *pag.* 142. *nu.* 26. & *pag.* 143. *num.* 28.

Præſertim attenta Bulla 94. Pii IV. cujus tenor refertur. *pag.* 143. *num.* 28.

Concilium, an ſit ſupra Papam, quæſtio eſt, prius inaudita, & in ultimis Sæculis mota, & qua occaſione. *pag.* 178. *num.* 8. & *pag.* 179. *num.* 10.

Concilium an poſſit Papam judicare, & deponere, præſertim tempore Schiſmatis, & cùm dubitatur, an ſit verus Papa. *pag.* 178. *num.* 9.

Afferuntur quinque ſententiæ, quæ quoad hoc dubium fuerunt in Concilio Conſtantienſi. *ibid.*

Concilium non ſolùm tempore Schiſmatis eſſe ſupra Papam, ſed ſemper, abſolutè, & in omni tempore, voluit Joannes Gerſonius, ſed ejus ſententia non fuit recepta in Concilio Conſtantienſi. *ibid.*

Sententia Gerſonis amplexa fuit à pluribus in Concilio Baſileenſi, dum quærebatur, an Concilium teneretur obedire Pontifici præcipienti diſſolutionem Concilii. *pag.* 179. *num.* 10.

Concilium ſubeſſe Papæ definivit Concilium Lateranenſe ſub Leone X. cujus verba referuntur. *ibid.*

Adducuntur Auctores, qui contra ſententiam Gerſonis ſcripſerunt, etiam occaſione propoſitionum Cleri Gallicani. *ibid.*

Impugnatur ſententia Gerſonis, & Baſileenſium, & adducuntur verba Dupini. *ibid. nu.* 11. & *ſeqq.*

Concilium quamvis legitimè congregatum, & in eo præſideant Legati Pontificii, non eſt infallibilis, niſi accedat confirmatio Pontificia. *pag.* 184. *num.* 31.

Referuntur exempla Conciliorum, qui errarunt, deficiente confirmatione Pontificia. *ibid.*

Nec Concilii infallibilitas deſumi poteſt ab Epiſcopis, qui quamvis in eo ſint Judices, non tamen ſunt infallibiles, niſi accedat confirmatio Pontificis, cui ſoli infallibilitas à Chriſto promiſſa eſt. *ibid.*

Concilia agnoverunt neceſſitatem confirmationis Pontificiæ, quam petierunt, & adducuntur exempla. *ibidem*, *num.* 32.

Concilium eſſe ſupra Papam, idem eſt, ac oves eſſe ſupra Paſtorem, quod eſt error intolerabilis, & error in Fide, nec excuſatur à temeritate inobedientiæ. *pag.* 185. *num.* 33. & *ſeqq.*

Concilium non eſſe ſupra Papam evincitur ex eo, quod à Concilio appellatur ad Romanum Pontificem. *ibidem*, *num.* 34.

Concilium Milevitanum, & Carthaginenſe IV. non negant appellationem à decretis Concilii ad Papam, ſed ſolùm, quòd cauſæ locorum longè diſtantium a Papa committerentur in Provinciis. *pag.* 186. *nu.* 36.

Idque non quoad cauſas Fidei, ſed quoad cauſas Politiæ Eccleſiaſticæ. *ibid. num.* 37. Vide reliqua verbo Eccleſia. Papa. Poteſtas.

Concionatoris approbatio ſpectat ad Epiſcopum, non autem ad Prælatum inferiorem, niſi eſſet verè Nullius. *pag.* 64. *num.* 57. & 58.

Neque eidem Prælato ſuffragatur conſuetudo immemorabilis. *ibid. num.* 61. Vide Prælatus inferior.

Concionatores Regulares prædicare volentes in Eccleſiis ſuorum Ordinum, petere debent benedictionem ab Epiſcopo, non autem licentiam, niſi prædicent in Eccleſiis alienis. *ibid. num.* 63.

Concordata Germaniæ continent duos notabiles errores typographicos, qui emendantur. *pag.* 5. *nu.* 5.

Concordata Germaniæ non comprehendunt beneficia Officialium Sedis Apoſtolicæ, & qui ſint ejuſmodi Officiales. *pag.* 11. *num.* 26.

An ſatis ſit, quòd Officiales dicta eorum officia actu retineant, quamvis actu non exerceant. *pag.* 12. *nu.* 27.

Et an comprehendant omnes Protonotarios, cùm in Concordatis tantùm ſeptem exprimantur. *ibidem*, *numero* 28.

Similiter an comprehendant Protonotarios non participantes, & honorarios. *ibid. num.* 29.

Diſtinguitur inter Eccleſias contentas ſub Concordatis per viam comprehenſionis, ab Eccleſiis contentis ex privilegio, ſeu per viam extenſionis. *pag.* 13. *nu.* 30.

Si

Si contingat vacatio per obitum Protonotarii non numerarii in menſe non reſervato; proviſio ſpectat ad Ordinariorum collationem vigore Concordatorum. *ibid. num.* 30.

Concordata Germaniæ non impediunt, quin Papa in collatione Beneficiorum poſſit concurrere cum Ordinariis Collatoribus, vel illos prævenire. *pag.* 14. *num.* 36. Vide Beneficia. Papa.

Concordata cadunt ſuper Beneficiis vacaturis, & gratiis expectativis, non autem ſuper vacantibus. *ibidem, numero* 37.

Nec impediunt quin Legati à Latere poſſint concurrere, aut prævenire Ordinarios Collatores. *pag.* 15. *num.* 40.

Secus dicendum in Nuntiis Apoſtolicis. *ibid.*

Concordata Germaniæ per viam comprehenſionis locum habent ſolùm in Germania, licèt per viam extenſionis alibi ſerventur. *pag.* 5. *nu.* 5. *&* 6.

Itemque ea loca extra Germaniam, quæ dicta Concordata acceptarunt. *ibid. num.* 6.

Concordata Germaniæ quatenus comprehendant Eccleſiam Herbipolenſem, & Bambergenſem. *ibid. num.* 6.

Sub eis comprehenduntur Eccleſia Tridentina, & Aquilejenſis, quoad loca exiſtentia intra fines Imperii. *ibid. num.* 7.

Itemque quoad alia loca, ſi conſtet de acceptatione Ordinariorum. *ibid.*

Non comprehendere Eccleſiam VVarmienſem oſtenditur. *pag.* 5. *num.* 7. verſ. Eccleſiam itidem.

Concordata Germaniæ locum habent in Helvetia, in Collegiata de Nivelles Diœceſis Namurcen. & in Diœceſi Cameracen. quoad loca ſita in Germania; ſecus quoad loca ſita in Gallia, & Hannonia, in quibus locum habent Concordata Galliæ, & Regulæ Cancellariæ. *pag.* 6. *ſub num.* 7. verſic. Concordata.

Concordata Germaniæ non habent locum in electione Archiepiſcopi Cameracen. Verùm hodie ex conceſſione Innocent. XII. ejus nominatio ſpectat ad Regem Galliæ. *ibidem.*

Concordata Germaniæ vigent in Eccleſia Virdunen. ex privilegio Leonis X. *pag.* 7. *num.* 10.

Itemque in Eccleſia Meten. & Tullen. per extenſiones Pontificias. *ibid.*

Concordata Germaniæ non comprehendunt Eccleſiam Biſuntinam. *ibid. num.* 9.

Eccleſia Biſuntina. Vide Biſuntina. Concordata.

Concordata Germaniæ quatenus habent locum in Eccleſia Genuen. *ibid. num.* 11.

Concordata Germaniæ fuerunt confirmata per Nicolaum V. & quid eadem Concordata contineant. *pag.* 2. *num.* 7. *&* 8. *& pag.* 4. *nu.* 1. *& pag.* 5. *nu.* 2.

Indicantur Auctores de dictis Concordatis tractantes. *pag.* 2. *num.* 7.

Concordata Germaniæ confirmavit Clemens VII. contra nonnullos Epiſcopos ea infingere tentantes in proviſione Beneficiorum. *pag.* 3. *nu.* 9.

Eademque declaravit Gregorius XIII. intra tempus trium menſium, intra quos Sedes Apoſtolica providere poteſt Beneficia vacantia in menſibus reſervatis. *ibid.*

Concordata continent plura favore Ordinariorum, quæ erant diſpoſita in reſervationibus Pontificiis. *pag.* 5. *num.* 2.

Concordata Germaniæ, licèt contineant plura diſpoſita in Concilio Baſileenſi, non tamen fuerunt approbata per Nicolaum V. uti decreta dicti Concilii. *ibid. nu.* 3.

Concordata Germaniæ differunt à Concordatis Galliæ. Remiſſivè. *ibid. num.* 4.

Favorabiliter ſunt interpretanda favore Ordinariorum, & quomodo, & an ſint favorabilia indultis Cardinalium. *ibidem.*

Concordata Germaniæ locum habent in Diœceſi Leodien. quoad loca ſita in Germania, *pag.* 7. *nu.* 8.

Licèt dicta Diœceſis fruatur aliis gratiis Pontificiis favorabilioribus. *ibid.*

Concordata Germaniæ, aliæque gratiæ à Summis Pontificibus conceſſæ vigent in Academia Lovanienſi, quoad aliqua Beneficia, & quomodo. *ibid. num.* 12.

Concordata non derogantur, niſi de eis fiat ſpecifica mentio. *pag.* 8. *num.* 13.

Quod limitatur in locis, quæ veniunt ſub Concordatis per viam extenſionis, & ex privilegio. *ibid. nu.* 14.

Stantibus Concordatis, quatenus per Sedem Apoſtolicam concedi poſſint Coadjutoriæ, & quid in Univerſitate Lovanien. *ibid. num.* 14.

Concordata Germaniæ, quæ beneficia relinquant proviſioni Apoſtolicæ, & quæ inferioribus Collatoribus. *ibid. num.* 15. Vide Beneficia.

Concordata Germaniæ concedunt Papæ Beneficia vacantia ob electionem illegitimam caſſatam, vel poſtulationem non admiſſam, vel per renuntiationem Electi. *pag.* 16. *num.* 41.

Et quatenus talis Electio cenſeatur nulla, utpotè non facta ad formam, *cap. quia propter*. *ibid. num.* 42. Vide Electio.

Concurſus ad Eccleſias Parochiales quatenus fieri poſſit à Prælatis inferioribus. *pag.* 76. *nu.* 136. *& ſeqq.* Vide Prælatus inferior.

Concurſus qualiter habendus coram Epiſcopo pro Eccleſiis Parochialibus, & quid in Parochiis Juriſpatronatus laicalis, vel exiſtentibus ſub Prælato inferiori. *pag.* 75. *nu.* 127. *& pag.* 75. *num.* 135.

Concurſus requiritur in Beneficiis curatis Germaniæ, non obſtantibus Concordatis. *pag.* 25. *num.* 61.

In Parochialibus Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, an ſuffragetur centenaria pro excludenda neceſſitate Concurſus. *ibid.* verſ. agendo.

Confeſſarii Triremium Pontificiarum, an ſint approbandi a Cardinali Vicario, vel ab Epiſcopo Viterbien. *pag.* 302. *num.* 39.

Confeſſarii Regulares, quoad caſus Epiſcopo reſervatos. Vide Caſus.

Confeſſarii quatenus approbari poſſint per Prælatos inferiores, & Superiores Regulares. *pag.* 62. *nu.* 51. *& ſeqq.* Vide Prælatus inferior.

Confirmationis Sacramentum miniſtrari nequit per Prælatos inferiores, quantumvis exemptos, non obſtante immemorabili, vel privilegio obtento ante Concilium. *pag.* 69. *num.* 83.

Nec tale privilegium obtinet Abbas Caſſinenſis. *ibid.*

Pro eo miniſtrando ſuis Subditis nequeunt advocare Epiſcopum exterum ſine licentia Diœceſani. *ibidem, num.* 84.

Quod procedit, etiamſi Prælatus inferior eſſet Epiſcopus titularis. *ibid.*

Confirmationis Sacramentum in locis exemptis eſt miniſtrandum ab Epiſcopo Diœceſano. *ibid. num.* 85. *& pag.* 84. *ſub num.* 19.

Quod non procedit in locis *Nullius* propriè, in quibus poteſt convocari quilibet Epiſcopus. *pag.* 69. *num.* 90.

Nec eſt neceſſariò convocandus Epiſcopus vicinior, etiamſi is alias habeat jus viſitandi. *ibid.*

A quo ſint miniſtrandæ expenſæ Epiſcopo convocato pro miniſtrando Sacramentum confirmationis. *ibid.*

Confiſcatio bonorum, quæ ſit, & quæ bona comprehendat. *pag.* 318. *num.* 2.

Plures caſus diſtinguuntur. *ibid.*

Confiſcationis bona tenentur emere Conſanguinei, & Affines intra quartum gradum ex Sixti IV. Conſtitutione. *ibid. num.* 5.

Ac in eorum defectum Univerſitates.

Nomine Conſanguineorum, & Affinium; qui veniant in hoc. *ibid. num.* 4.

Attendi debet proximitas jure canonico. *ibid.*

Tenentur pro virili omnes Conſanguinei, & Affines prædicti emere, & non debet ſervari gradus prærogativa. *ibidem.*

Non tenentur Eccleſiaſtici conſanguinei, & affines emere dicta bona. *ibid. num.* 6.

Ubi adducitur epiſtola Sac. Congregationis.

Dicta obligatio emendi procedit in Statu immediatè ſubjecto Romano Pontifici. *pag.* 319. *num.* 7. verſ. legitima.

Confraternitates Eccleſiaſticæ alienare nequeunt bona ſine beneplacito Apoſtolico. *pag.* 241. *nu.* 29.

Confraternitates erigi nequeunt ſine auctoritate Ordinarii, & ideò præſumuntur loca Eccleſiaſtica. *pag.* 65. *num.* 30.

Confraternitates cedere nequeunt bona, etiam ad favorem alterius Eccleſiæ ſine beneplacito. *ibid.*

Confraternitates, ſi non conſtet fuiſſe erectas auctoritate Ordinarii, poteſt id elici ex indiciis, & conjecturis. *ibid. num.* 34.

Si adminiſtrentur à Laicis, quatenus præſumantur laicales. *ibid. num.* 35.

Confraternitates ex quibus ſignis eliciatur eſſe Eccleſiaſticas, vel laicales. *ibid.* Vide Collegium. Locus.

Confraternitates Roſarii poſſunt erigi cum licentia tantùm Miniſtri Generalis. *pag.* 306. *nu.* 8. *in fin.*

Confraternitas S. Spiritus in Saxia quando, & à quo inſtituta fuerit: quod ſit inſtitutum Confratrum, & quam ſummam iſti contribuerent. *pag.* 301. *nu.* 1.

Ab Eugenio IV. fuit erecta in Hoſpitali Sancti Spiritus Urbis, cui ſe adſcripſerunt Pontifices, Cardinales, & alii primi Ordinis. *ibid. num.* 2.

Confraternitas S. Spiritus eſt ſub Juriſdictione Capitis ejuſdem Ordinis. *ibid. num.* 3.

Papa ſe obligavit ſolvere eidem annuos ducatos trecentos Cameræ. *ibid. num.* 4.

Indulgentiæ eidem conceſſæ quatenus fuerint moderatæ. *ibid. num.* 5.

Fuit erecta in Archiconfraternitatem cum facultate aggregandi. *ibidem, numero* 6. Vide Hoſpitale Sancti Spiritus.

Congregatio Olivetana plura privilegia obtinuit à Pio II. *pag.* 168. *num.* 1. *& ſeqq.* Vide Abbas.

Conſcientia, quid importet, ſi Papa otatur clauſula: *Conſcientiam tuam oneramus*. *pag.* 275. *num.* 54.

Prædicta clauſula non facit Executorem mixtum. *pagina* 258. *num.* 58.

Conſecratio propriè eſt Chriſmatis unctio, licet aliquando accipiatur pro benedictione. *pag.* 169. *numero* 1. Vide Abbas.

Conſecratio Epiſcoporum facienda eſt intra tres menſes ſub pœna reſtitutionis fructuum perceptorum, & infra ſex menſes ſub pęna privationis Eccleſiæ, & an hæ pęnæ locum habeant contra legitimè impeditos. *pag.* 115. *num.* 11.

Conſecratio Epiſcopi facienda à tribus Epiſcopis non eſt de jure Divino; & Papa ex cauſa, ac in locis, ubi eſt penuria Epiſcoporum, indulgere poteſt, ut conſecratio fiat ab uno Epiſcopo cum aſſiſtentia duarum Dignitatum. *ibid. num.* 12.

Tempus trium, vel ſex menſium ad ſe conſecrandum non currit legitimè Impedito, & incipit à die habitæ notitiæ confirmationis. *ibid. & nu.* 13.

Quale debeat eſſe tale impedimentum, & quid ſi fuerit impedimentum perpetuum, vel provenerit ex culpa Electi. *ibid. n.* 13.

Debet concludenter probari ab Electo, & quod adhibuerit diligentiam ad illud removendum. *ibid.*

Pœna privationis Eccleſiæ ob conſecrationem intra ſex menſes non obtentam requirit declaratoriam facti in foro fori. *ibid. num.* 14.

Secus in foro conſcientiæ, & refertur ad rem ordinatio Urbani VIII. *ibid. nu.* 15.

Conſecratio Epiſcopi facta ſine tribus Epiſcopis eſt valida, ſed illicita, & quæ pœnæ incurrantur. *pag.* 116. *numero* 20.

Adducitur reſolutio Sac. Cong. Concil. in *Tyren. Conſecrationis*. *ibid.*

Conſecratio Epiſcopi, ſi fuerit facta poſt ſex menſes, quatenus concedatur per Papam gratia *Perinde valere* cum rehabilitatione, & revalidatione tituli Eccleſiæ, condonatione fructuum perceptorum, & convalidatione omnium geſtorum. *ibid. nu.* 21.

Refertur ad rem reſolutio Congregationis Particularis pro Archiepiſcopo Granganor. in Indiis Orientalibus. *ibid.*

Conſervatoria Mulierum, aut Convertitarum erecta auctoritate Ordinarii non poſſunt alienare bona ſine beneplacito Apoſtolico. *pag.* 241. *num.* 25.

Conſtitutio Bonifacii VIII. *in cap. Ut periculoſa ne Clerici, vel Monachi*, eſt ſtrictè interpretanda, & requiritur temeritas in dimittendo habitu ad incurrendam pœnam. *pag.* 280. *num.* 21.

Conſtitutio Papalis publicata, & inſerta inter Extravagantes præſumitur notificata, & quod de ea habeatur ſcientia. *pag.* 243. *num.* 39.

Allegans ejus obſervantiam debet illam probare. *ibid.*

Ejus inobſervantia poteſt excuſare à pœnis, non autem à nullitate actus. *ibid. nu.* 40.

Conſtitutio Papalis obligat, ſi fuerit legitimè promulgata in Urbe, nec requiritur conſenſus Populi, aut probatio promulgationis. *ibid. num.* 41.

Præſertim, ſi Conſtitutio ſit inſerta in corpore juris, & redacta ad jus commune, uti eſt *Extravag. Ambitioſa*. *ibid. num.* 42.

Conſtitutio Papalis non præjudicatur per non uſum, niſi adſit conſenſus, & patientia Papæ. *ibid.*

Conſtitutiones Regularium approbatæ per Sedem Apoſtolicam nequeunt per eorum Superiores diſpenſari, niſi in caſibus permiſſis à Regula, ſive privilegio, aut à jure in caſibus particularibus ex Epikeja. *pag.* 297. *num.* 5.

Conſtitutiones Præmonſtratenſium prohibentes eſum carnium, non poſſunt generaliter diſpenſari ab eorum Superioribus, nec quidem pro uno die, excepto caſu diſpenſandi cum aliquo Religioſo particulari ex juſta cauſa. *ibid.*

Conſtitutiones contra jus, ſeu contra ſtatuta Religionis confirmata per Papam fieri nequeunt per Capitulum Generale, aut Superiorem generalem alicujus Ordinis, abſque expreſſa, & ſpecifica licentia Papæ. *pagina* 298. *num.* 6.

Conſtitutiones Regularium confirmatæ à Papa dicuntur Papales. *ibid.* verſ. Quod.

Conſtitutiones Regularium confirmatæ à Papa, poſſunt per ipſos revocari, ſi reſpiciant commodum Statuentium. *ibidem*. verſ. alii diſtinguunt.

Etiamſi in confirmatione Papali adſit clauſula decreti irritantis. *ibidem*. verſ. imò

Præſertim, ſi confirmatio Papalis fuerit accidentalis, data ad ſolemnitatem, & majorem ſtatuti efficaciam. *pag.* 298. *num.* 7.

Conſtitutiones, & ſtatuta non immutantur per confirmationem Papalem, ſed ab ea recipiunt robur ſecundùm eorum naturam. *ibidem*.

Niſi Papa confirmans aliquod addat, per quod faciat ſtatutum ſimpliciter ſuum, & ſibi proprium; vel ſi apponeret clauſulam: *De novo, & perpetuò ſtatuimus, & ordinamus*; quo caſu corrigi, & abrogari non poſſet per Inferiores. *ibidem*.

Conſtitutiones, & ſtatuta Regularium nonniſi cum magna circumſpectione ſunt immutandæ, & ad rem Conſtitutiones plurium Ordinum immutationem prohibentium. *pag.* 298. verſ. magna.

Conſtitutiones Regularium, ſi ſint immutandæ, vel novæ confirmandæ, exquiritur votum Capituli Generalis, & revidentur per aliquem ex Cardinalibus. *pagina* 299. *num.* 8.

Conſuetudo immemorabilis requiritur in Prælato inferiori pro acquirendo jure cognoſcendi de Cauſis matrimonialibus. *pag.* 60. *nu.* 33. Vide Prælatus inferior.

Conſuetudo immemorabilis in quo differat à quadragenaria cum titulo colorato. *pag.* 61. *num.* 36.

Conventus novi in Urbe fundari non poſſunt, niſi concurrant requiſita Bullarum. *pag.* 203. *nu.* 95.

Corona Imperialis qualiter per Papam concedatur Imperatoribus. *pag.* 40. *numero* 1. *& ſeq.* Vide Fridericus. Imperator. Papa.

Hæc coronatio quid ſignificet, & quàm antiquus ſit ejus uſus. *pag.* 41. *num.* 7. *&* 8.

Coronæ, ſeu globulorum filo inſutorum uſus quando invaluit. Vide Roſarium.

Crux olim deferebatur tantùm ante Summum Pontificem, ejuſque Legatos, quod poſtea ampliatum fuit ad Primates, Patriarchas, & Archiepiſcopos. *pag.* 118. *nu.* 40.

Eam defert Papa per totum Orbem; Legatus verò per Provinciam ſuæ Legationis, & ſtatim, ac ab Urbe diſcedunt. *ibidem*.

Et quid, quoad Patriarchas, & Primates. *pag.* 119. *nu.* 41. *&* 42.

Crux præferatur Archiepiſcopo per totam Provinciam, etiam extra viſitationem, dummodò Pallium receperit, & non adſit Legatus Apoſtolicus. *ibid. num.* 43.

Niſi ex privilegio Apoſtolico poſſit illam præferre per totum Orbem, utì habet Archiepiſcopus Nazarenus, excepta Urbe. *ibid.*

Crux præfertur aliquibus Epiſcopis ex conceſſione Apoſtolica. *ibid.*

Apponitur etiam in armis Gentilitiis ſub Galero Pontificali. *ibid.*

Crux Patriarcharum fit cum duplici ſigno; Archiepiſcoporum verò cum uno ſigno. *ibid.*

Crux præfertur Regi Ungariæ ex conceſſione Pontificia. *ibid. nu.* 43.

Crux præfertur ab Archiepiſcopo etiam per loca exempta ſuæ Provinciæ. *ibid. num.* 44.

Expenditur ad rem *Clem. Archiepiſcopo de privil.* & quod procedat etiam in Epiſcopis habentibus ex privilegio jus præferendi Crucem. *ibid. num.* 45.

Crux præfertur ab Archiepiſcopo etiam in Diœceſibus Suffraganeorum exemptorum, Eccleſiis Caſſinenſium, Chartuſianorum, Canonicorum Regularium Lateranenſium, aliiſque quantumvis exemptis. *ibid. num.* 45.

Etiam ſi accedat ad has Eccleſias occaſione viſitandi Sanctiſſimum Sacramentum ibi expoſitum, vel lucrandi Indulgentias Jubilæi, vel viſitandi Epiſcopum ibi hoſpitantem urbanitatis gratia. *ibid.*

Ejus prælatio non reſtringitur ad divina officia, ſed extenditur, etiam ſi Archiepiſcopus procedat tranſeundo, vel divertendo ad loca exempta. *pag.* 120. *num.* 47.

Etiam ſi accedat pro viſitatione Infirmi, vel Hoſpitis, aut pro revidendis computis. *ibid.*

Denegatur remiſſoria ad probandum, quod in ſimilibus actibus Archiepiſcopi anteceſſores ingreſſi fuerint loca exempta ſine Cruce. *ib.*

Crux præfertur ab Archiepiſcopo in locis exemptis, dummodò Juriſdictionem non exerceat. *ibid. num.* 48.

Sed ſi alias jure ſpeciali in aliquo actu habeat juriſdictionem in Exemptos, poteſt in exercitio talis actus Crucem deferre. *ibid. numero* 49.

Crux præfertur ab Epiſcopo Papienſi ubicumque, & quo voluerit, & inter ambulandum, quod privilegium fuit revocatum ab Alex. III. ſed poſtea confirmatum ab Honorio III. *ibid. num.* 50.

Cuculla eſt indumentum proprium Monachorum. *pag.* 278. *numero* 14.

Refertur diſceptatio, & reſolutio in Rota, an Abbas debuerit, & potuerit aſſiſtere cum cuculla in aliqua Eccleſia ſæculari ſibi ſubjecta, in Choro, unà cum Clericis ſæcularibus ſuperpelliceis indutis. *ibidem*.

Curia Romana ſemper obtinuit venerationem. *pag.* 275. *n.* 1. remiſſivè.

Curiales juſtè à Summis Pontificibus gratiis, & privilegiis aucti. *ibid.*

Curia-

Digitized by Google

Curialibus largitus eſt poteſtatem Sixtus IV. diſponendi de bonis acquiſitis ratione beneficiorum, exiſtentibus intra Urbem, vel intra decem milliaria, tam inter vivos, quam in ultimis voluntatibus etiam ad ſavorem Incapacium. *ibid. n.* 2.

Referuntur diſpoſitiones Julii III. Pii IV. Pauli V. circa eamdem rem. *ibid. num.* 4. *&* 5.

Curiales non ſubjacent ſpolio Cameræ, quoties eorum obitus in Urbe ſequatur, vel intra decem milliaria. *ibid. num.* 5.

Quod ſi Curialis obtineret beneficium in Diœceſi aliena, in qua eſt taxata contributio pro ſpolio Beneficiatorum. *ibid. n.* 6.

Curialium nomine comprehenduntur Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati Curiam ſectantes, qui proinde gaudent dicto privilegio. *pag.* 276. *num.* 7.

Archiepiſcopi tamen, & Epiſcopi Eccleſiarum reſidentialium decedentes in Urbe ſubjacent ſpolio, ſecus Epiſcopi Titulares Curiam ſequentes. *ibid. nu.* 8. *&* 9.

Quid veniat nomine bonorum in ſubjecta materia. *ib. num.* 10. *&* 11. & remiſſivè.

Curiales an poſſint deſerre togam, ſive habitum talarem. *pag.* 278. *n.* 15.

D

Datio in ſolutum æquiparatur venditioni, & in dubio præſumitur potiùs datio in ſolutum, quàm pignus. *pag.* 220. *n.* 6.

Datio in ſolutum rei Eccleſiæ, ſivè judicialis, ſivè voluntaria, quatenus requirat beneplacitum Apoſtolicum. *ib.* Vide alienatio. Beneplacitum.

Delegatio non patitur extenſionem de perſona ad perſonam, benè tamen de loco ad locum. *pag.* 216. *n.* 19.

Delegatio Epiſcopi pro tradendo Pallio Archiepiſcopo eſt ſtricti juris, nec egreditur perſonam Delegati. *pag.* 225. *num.* 16.

Delegatio durat poſt mortem Papæ delegantis, ſi eſt præſentata commiſſio, & citata pars. *pag.* 258. *num.* 64.

Delegatio expirat per prolationem decreti, quamvis nulli. *ibid.*

Sivè decretum ſit executum per traditionem poſſeſſionis, ſivè non. *ibid. num.* 66.

Sivè agatur de delegato Principis, ſivè alterius Inferioris. *pag.* 259. *num.* 67.

Præſertim ſi decretum ſit executum per poſſeſſionem, & rem judicatam. *pag.* 259. *num.* 68.

Quæ procedunt, ſivè Executor ſit merus, ſivè mixtus. *ib. num.* 69.

Delegatus ad conſecrandum Epiſcopum pro certa Eccleſia, poteſt ex cauſa illum conſecrare pro alia Eccleſia, *pag.* 216. *nu.* 19.

Delegatus pro executione beneplaciti Apoſtolici quatenus poſſit aliis ſubdelegare, & quid, ſi adſit clauſula, *per te exequaris*. *pag.* 258. *num.* 63.

Delegati Apoſtolici interponentes decretum pro alienatione rerum Eccleſiæ, non probata utilitate, nec verificatis expoſitis in literis Apoſtolicis, incurrunt excommunicationem ipſo facto per Bullam Pauli II. *pag.* 205. *numero* 3. *&* 4.

Quod verum eſt de Delegatis Epiſcopo Inferioribus; & ſi ſint Epiſcopi, vel alii Superiores incurrunt ſuſpenſionem ab Officio, & quid importet hæc ſuſpenſio ab Officio. *ibid. nu.* 6. *&* 7.

Et fiunt irregulares, ſi poſt ſuſpenſionem divinis ſe immiſcuerint. *ibid. num.* 8.

Delegati Apoſtolici interponentes decretum pro alienatione rerum Eccleſiæ, non probata utilitate, incidunt in cenſuras Bullæ Paulinæ, ſivè id faciant voluntariè, ſivè per metum, ſavorem, aut per ſordes. *ibidem, numero* 12.

Si adſit æqualis utilitas, non incurrunt cenſuras, ſed decretum pro alienatione interpoſitum eſt nullum. *ibid. num.* 23.

Et quid ſi fuerit quidem interpoſitum decretum, ſed non ſequatur alienatio, an eo caſo incurrantur cenſuræ prædictæ. *ibid. num.* 24.

Delegati Apoſtolici non incurrunt cenſuras prædictas, ſi in literis Apoſtolicis non inſeratur tenor Bullæ Paulinæ, quamvis ex hoc defectu non eſſet nulla delegatio. *pag.* 206. *nu.* 15.

Denunciationes matrimoniales quatenus diſpenſari poſſint per Prælatus inferiores. *pagina* 61. *num.* 42. *& ſeq.* Vide Prælatus inferior.

Diœceſis fines ſervandi ſunt, ut ſervetur diſciplina, & pax Eccleſiaſtica. *pag.* 87. *num.* 26.

Diœceſes dividere, terminare, & mutare ad ſolum Papam pertinet. *ibid.*

Diœceſum Provincialium Metropolitanarum, & Parochiarum fines auctoritate Pontificia ſunt conſtituti, neque abſque eadem auctoritate immutari poſſunt. *ibid. numero* 29.

Diœceſim quatenus habere dicantur Prælati nullius, & dicantur Diœceſani. *pag.* 53. *nu.* 29. Vide Prælatus inferior.

Diœceſis Papæ, utì Epiſcopi Romæ, complectitur Urbem, ejuſque diſtrictum, per 40. milliaria. *pagina* 200. *numero* 80.

Epiſcopatus exiſtentes intra eumdem diſtrictum Urbis non important monſtruoſitatem, quod idem locus ſit ſub duobus Epiſcopis, & qua ratione. *ibid. nu.* 81. *& ſeq.* Vide Cardinalis Vicarius. Epiſcopatus.

Diœceſis Papæ extenditur per quadraginta milliaria etiam in Mari. *pag.* 202. *nu.* 88.

Diœceſum omnium diviſio non fuit facta ab initio Eccleſiæ, ſed ſucceſſivè, prout loca amplectebantur Chriſtianam Religionem. *pag.* 58. *nu.* 5.

Diœceſum diviſio potuit fieri per Papam, relicto aliquo loco extra juriſdictionem Epiſcopi, ſub Prælato inferiori, qui eſſet verè nullius, & diceretur habere exemptionem nativam *ib. nu.* 6.

Sed verè eſſet exemptio dativa, utpotè data à Papa. *ibid.*

Dies apud Hæbræos computabatur à Veſperis ad Veſperas; ſed apud Romanos a media nocte ad mediam noctem. *pag.* 140. *num.* 11.

Dies vacationis Beneficii non includitur in trimeſtri, intra quod Papa in vim Concordatorum Germaniæ debet providere Beneficia ad ipſum ſpectantia vigore Alternativæ. *pag.* 26. *ſub num.* 62. verſ. Verùm.

Deſamatio ſimplex, etiam plenè probata, facit ſolùm indicium ad inquirendum. *pag.* 167. *nu.* 31.

Deſamatio æquipollens condemnationi eſt illa, ex qua ad condemnationem deveniri poteſt. *ibid.*

Deſamati de homicidio doloſo, etiam non condemnati, vel à Papa adverſùs ſententiam reſtituti, ſunt infames infamia Juris, privantur omni dignitate, & excluduntur ab omnibus actibus legitimis. *ibid. nu.* 31.

Dimiſſio habitus regularis. Vide habitus.

Dimiſſoriæ ad Ordines dari non poſſunt à Prælatis inferioribus, etiam verè nullius, niſi doceant de privilegio obtento poſt Concilium. *pag.* 65. *num.* 67. *& ſeq. & pag.* 84. *num.* 19. Vide Prælatus inferior.

Dimiſſoriæ ab Epiſcopis, aliiſque Ordinariis dirigi non poſſunt Abbatibus Regularibus, ſub pœna ſuſpenſionis a collatione Ordinum. *pag.* 174. *num.* 40.

Dimiſſoriæ nomen unde derivetur, & quod debeat fieri in ſcriptis ſigno Epiſcopali munitis. *pag.* 149. *nu.* 62.

Dimiſſoriæ juxta antiquam Eccleſiæ diſciplinam omninò ſolvebant Dimiſſum à juribus Epiſcopi dimittentis, illumque mancipabant Epiſcopo, cui dimiſſoriæ dirigebantur. *pag.* 150. *num.* 66.

Dimiſſoriæ noſtrorum temporum non ſolvunt Dimiſſum ad Epiſcopo dimittente, nec illum mancipant Epiſcopo ordinanti, & quare in hoc diſciplina Eccleſiaſtica fuerit immutata. *ibid. & num.* 68.

Dimiſſoriæ juxta antiquam diſciplinam aliquando continebant obligationem revertendi ad propriam Parochiam, ſed raro. *ibid. nu.* 67.

Dimiſſoriæ omninò requiruntur in ordinandis alienis ſubditis, ſive Laicis, ſivè Clericis, & quam prudenter hoc fuerit diſpoſitum. *ibid. num.* 68.

Diſpenſatio Apoſtolica pro matrimonio contrahendo requirit novum conſenſum poſt diſpenſationem obtentam. *pag.* 259. *num.* 71.

Diſpenſatio Apoſtolica directa Vicario Generali, iſto abſente, exequi non poteſt ab Epiſcopo. *pagina* 116. *num.* 17.

Diſpenſatio ſuſcipiendi Ordines extra tempora. Vide Indultum. Ordines.

Diſpenſatio aliquoties datur ad cautelam juxta conjecturas legitimitatis, vel illegitimitatis. *pagina* 317. *numero* 10.

Ubi adducitur reſolutio Sac. Congreg. & praxis Romanæ Curiæ pro diſpenſatione. *ibid. nu.* 12.

Diſpenſationes matrimoniales, & aliæ non committuntur per Datariam Prælatis inferioribus, ſed Epiſcopis, in quorum Diœceſi exiſtunt. *pag.* 61. *numero* 38. *&* 39.

Quid ſi eſſet Prælatus verè nullius, vel adſit conſuetudo, & quæ. *ibid. & num.* 40.

Domus demolita ob delictum ejus domini, non poteſt ampliùs reedificari abſque Principis licentia. *pag.* 227. *num.* 31. Vide Pictura.

Domus demolitio eſt una ex pœnis impoſitis contra Reos vindictæ tranſverſalis, non autem contra eorum Complices, & Fautores. *ibid. num.* 23.

Domus demolitio non exequitur contra Contumaces, niſi poſt annum. *ibid. nu.* 24. *& ſeq.*

Domus demolitio contra Reos vindictæ tranſverſalis non habet

Digitized by Google

habet locum, ſi Reus puniri poſſit pęna ducatorum 500, de Camera *ibid. num.* 25.
Hæc pœna non eſt abolita, ut aliqui voluerunt, nec fuit ſublata per ſtatutum Urbis. *ibid. num.* 26. *& ſeq.*
Domus demolitio non fit, ſi redimatur per pœnam pecuniariam, ne Civitas ruinis deformetur. *ibid. nu.* 28.
Domus demolitio non fit, ſed tantùm pictura Delinquentis inverſo capite, ſi Delinquens ſit major viginti annis, & non habet domum, quæ demoliri poſſit. *ibid. num.* 29.
Quatenus dicta pictura evitetur ex juſta cauſa. *ibid. numero* 30.

E

Eccleſia fundata eſt per Chriſtum ſupra D. Petrum, qui eſt Petra, ſuper quam Chriſtus Eccleſiam ædificavit. *pag.* 179. *num.* 12.
Id evincitur ex Evangelio, & ſenſu Patrum. *ibid. & num.* 13.
Eccleſia fundata eſt ſupra Div. Petrum, ita ut Fides, & Confeſſio D. Petri, ſit fundamentum cauſaliter, ipſe vero D. Petrus ſit fundamentum formaliter. *pag.* 180. *num.* 14.
Eccleſia, quòd ſit fundata, in Fide, & Confeſſione Div. Petri, antiqui Patres aſſeruerunt ad convincendam hæreſim Arianam, *ibid. num.* 15.
Eccleſia licèt fundata ſit ſupra D. Petrum, hoc tamen non excludit, quin Chriſtus ſit fundamentum Eccleſiæ primitivum, D. Petrus verò ſecundarium, & miniſteriale. *ib. num.* 16.
Eccleſia dicitur fundata ſuper Apoſtolos, ſed diversè, ac D. Petrus dicitur fundamentum Eccleſiæ, & diverſitas explicatur. *ibid. num.* 17.
Eccleſia Romana ſolùm, uti Cathedra D. Petri, ſuſcepit ſollicitudinem omnium Eccleſiarum; non autem aliæ Eccleſiæ, quamvis fundatæ ab Apoſtolis. *ibidem, numero* 18.
Eccleſiæ totius Orbis ſemper agnoverunt in Romana Eccleſia auctoritatem D. Petri, eique ſe ſubjecerunt ex traditione Apoſtolorum. *ibid.*
Eccleſia non poteſt intelligi pro Petra, ſupra quam Chriſtus fundavit Eccleſiam, juxta commentum Eraſmi. *p.* 181. *nu.* 19.
Eccleſia, quòd ſit columna, & firmamentum veritatis, id habet ex infallibilitate Papæ ejus capitis. *pag.* 184. *num.* 30.
Eccleſia in Concilio congregata non eſt ſubjectum immediatum ſupremæ Eccleſiaſticæ poteſtatis. *pag.* 185. *nu.* 33. Vide verbo Concilium. Papa. Poteſtas.
Eccleſia Dei plures Prælaturas agnoſcit pro gubernio Populorum, nempe Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos. *pag.* 103. *nu.* 4.
Omnes tamen ſubjiciuntur Romano Pontifici totius Eccleſiæ primati. *ibid. num.* 4.
Adducitur Epiſtola D. Bernardi ad rem. *ibid.*
Eccleſia quatenus poſſit pœnitere, & recedere à contractu facto cum Laico. Vide Alienatio. Beneplacitum.
Eccleſia ſi ſit debitrix cum hypotheca bonorum, non extantibus bonis, ex quibus Creditores ſatisfieri poſſint, an ad eorum inſtantiam poſſit fieri executio ſuper ipſam Eccleſiam ad finem eam vendendi, & ex pretio cæmentorum, materialium, & ſitus ſatisfieri Creditores. *pag.* 228. *nu.* 24.
Refertur caſus ſingularis in Cauſa Conventus S. Franciſcæ Romanæ Urbis deciſus pro Creditoribus à Cardinali Vicario, & Congregatione deputata, cum revocatione deciſionis facta in Signatura Gratiæ coram fa: me: Clemente XI. *ibid.*
Eccleſia, aliæque res ſacræ, & religioſæ ſunt ſub immediato dominio Dei, nec cadunt ſub hypotheca indebitis per eorum Rectores contractis. *ibid.* verſ. Verùm.
Sunt exemptæ a dominio Privatorum, & tributis laicalibus. *ibid.*
Eccleſia ſi ſit erecta in fundo emphyteutico, fundus numquam devolvitur ad dominum directum, & eſt extra commercium hominum, neque cadit ſub hypotheca, aut ſub cenſu. Et quid ſi hypotheca, aut cenſus ſit impoſitus ante conſtructionem Eccleſiæ, an intret devolutio, vel poſſit affrancari Canon. *ibid.*
Eccleſia ſæpè per Hæreſes, & Schiſmata vexata, ſemper tamen divina ope immunis evaſit. *pag.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.*
Ejus rei affertur exemplum tempore Concilii Baſileenſis. *ibid. num.* 3.
Eccleſia poteſt implicare pecuniam in emptione ſtabilium, niſi pecunia ſit inalienabilis, ex præcepto Teſtatoris. *pag.* 221. *num.* 11.
Et improbantur ſtatuta aliquorum Regnorum contrarium diſponentia, *ibid, num.* 12.
Eccleſia diruta quomodo, & cum quibus conditionibus profananda, & quatenus vendi poſſit ejus ſitus, & cæmenta. *pag.* 228. verſ. Hinc.
Eccleſia numquam ſubjicitur hypothecæ, nec ſubhaſtari poteſt ad inſtantiam Creditorum. *ibidem*, verſ. Nec potuerat.
Exponitur ſenſus Rotæ in contrarium adductæ. *pag.* 229. verſ. Exempla.
Eccleſia, aliæque res ſacræ numquam venduntur, nec pro debito ſubhaſtari poſſunt horrida voce Præconis. *ibid.* verſ. Cæterum.
Affertur ad rem reſolutio Sac. Congregationis Conc. in *Bononien. ibid.* verſ. Imò.
Eccleſia pro conſtruenda, vel dotanda quatenus Epiſcopus poſſit donare bona ſuæ menſæ, *pagina* 231. *numero* 45.
Eccleſia hæres Rectoris malè alienantis, non tenetur habere ratum factum ejuſdem, & an uti hæres poſſit conveniri pro damnis. *pagina* 245. *numer.* 14. Vide Alienatio.
Eccleſia Aquilejenſis. Vide Aquilejenſis.
Eccleſia Bambergenſis. Vide Bambergenſis.
Eccleſia Herbipolenſis. Vide Herbipolenſis.
Eccleſia Meten. Vide Concordata. Meten.
Eccleſia Tridentina. Vide Tridentina.
Eccleſia Tullen. Vide Concordata. Tullen.
Eccleſia Virdunen. Vide Concordata. Virdunen.
Eccleſia VVarmienſis quomodo debeat proponi in Conſiſtorio, an ſcilicet uti ad electionem Capituli, vel uti ad ſupplicationem Regis Poloniæ. *pag.* 6. *ſub nu.* 7. verſ. capta, *& ſeqq.* Vide VVarmienſis Eccleſia.
Edictorum affixio requiritur in alienatione bonorum relictorum Regularibus incapacibus ſtabilium, ut bona liberentur majori Oblatori. *pag.* 219. *num.* 5. Vide Alienatio. Beneplacitum.
Electio canonica, quoad ſui eſſentiam requirit libertatem in Electoribus, nec dicitur canonica, ſi requiratur conſenſus Principis ſuper Perſona eligenda. *pag.* 6. *ſub nu.* 7. verſ. Attamen.
Licèt Princeps poſſit opponere, quòd talis electio non confirmetur à Superiore Eccleſiaſtico, ſi Electus ſit ei ſuſpectus. *ibid.*
Electio facta non ſervatis ſolemnitatibus *cap. quia propter de elect.* licet adſit conſenſus majoris partis reſpectu totius Capituli, non eſt à Papa ex juſtitia confirmanda. *pag.* 17. *num.* 44.
Solet tamen Papa ex gratia confirmare, auditis Partibus, & refertur in hoc ſtylus Sacr. Congregat. Conſiſtorialis, & clauſulæ apponi ſolitæ in reſcriptis, *ibidem*.
Electio pro dignitatibus inferioribus, ex quarum vacatione Eccleſia non dicitur viduata, non requirit formam *cap. quia propter. ibid. n.* 45.
Sed ſufficit conſenſus majoris, & ſanioris partis Capituli. *ibid.*
Non tamen admittuntur ſuffragia Abſentium, aut per ſchedulas, non obſtante conſuetudine. *ibid.*
Electio etſi legitime facta fuerit, ſi tamen electus renunciaverit, & renunciatio admiſſa fuerit, ceſſant Concordata, & proviſio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam. *pag.* 17. *num.* 46.
Diſtinguitur inter renunciationem factam, ante, vel poſt electionem confirmatam, & quid de Epiſcopo cedente Epiſcopatui in manibus Papæ. *ibid.*
Electio facienda eſt ad formam *cap. quia propter* ſi agatur de Eccleſiis Metropolitanis, Cathedralibus, Abbatialibus, vel de prima dignitate in Collegiatis juriſdictionem habente. *pag.* 16. *nu.* 42.
Aliàs electio eſt nulla, & in vim Concordatorum Germaniæ proviſio devolvitur ad Sedem Apoſtolicam. *ib.*
Et cenſetur nulla ex defectu unius ſolemnitatis, debetque fieri collegialiter, nec Abſentes poſſunt mittere ſuffragia. *ibid.*
Et poſita canonica electione, debet infra tempus in Concordatis præſcriptum præſentare electionem Sedi Apoſtolicæ, & confirmationem petere, aliàs electio devolvitur ad dictam Sedem. *pag.* 17. *num.* 43.
Quibus omnibus concurrentibus, poteſt etiam Papa Electum non confirmare, & de alio providere ex rationabili, & evidenti cauſa. *ibid.*
Emphyteuſis bonorum Eccleſiæ requirit beneplacitum Apoſtolicum. *pag.* 222. *num.* 20.
Non conceditur ultra tertiam generationem maſculinam, licèt ex juſta cauſa extendatur ad fœmininam, vel ad nominationem Emphyteuticarii. *ibid.*
Emphyteuſis bonorum Eccleſiæ non conceditur in perpetuum, niſi agatur de ſterili, vel facilis diminutionis fructuum, & adſit magna utilitas generalis. *ibid.*
Emphyteuſis bonorum Eccleſiæ non requirit beneplacitum, ſi agatur de bonis ab antiquo concedi ſolitis. *pag.* 235. *num.* 50.

Non

Digitized by Google

Non obſtante juramento Prælati de non alienando, dummodò bona non ſint incorporata. *ibid.*

Sed probari debet ſolitum, & utilitas evidens tempore novæ conceſſionis, quodque in prima conceſſione adſueverunt ſolemnitates; niſi ſuerit mutatus ſtatus, quo caſu non procedit ſolitum, niſi ageretur de renovatione neceſſariò facienda juxta æquitatem *Bartoli. ib. num.* 51.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica, quod ſit ſolita concedi, probatur ex obſervantia primæ conceſſionis per quadraginta annos. *ibid. nu.* 52.

Probatur ſolitum ex duobus actibus conceſſionis effectum ſortitis per quadraginta annos, & quòd prima alienatio ab initio ſuit valida. *ibid. nu.* 53.

Emphyteuſis renovatio, ſtante ſolito, requirit, ut ſolitum non alteretur in damnum Eccleſiæ in ſubſtantialibus, ſecus ſi in accidentalibus. *ibid. num.* 54.

In caſu alterationis an utile vitietur. *pag.* 232. *nu.* 55.

Referuntur plura, ex quibus reſultat alteratio ſoliti. *ibidem num.* 56.

Emphyteuſis devoluta ob alienationem, irrequiſito domino, vel canones non ſolutos poteſt renovari ſine ſolemnitate, ſi non ſit incorporata Eccleſiæ. *ibid. numero* 57.

Secus ſi devolvatur ob lineam ſinitam, quo caſu requiritur beneplacitum, niſi concurrat ſolitum cum ſuis requiſitis. *ibid.*

Æquitas Bartoli de renovatione ab Eccleſia facienda ad ſavorem Proximioris quatenus locum habeat. *ibidem.*

Emphyteuſis Eccliſiaſtica conceditur à S. Congregatione cum clauſula, ut conceſſio fiat ſine ſpe renovationis, & quis fuerit Auctor dictæ clauſulæ. *pagina* 232. *col.* 1.

Referuntur diſpoſita in Synodo Romana, ex quibus excluditur omnis obligatio Eccleſiæ renovandi Emphyteuſim; exceptis ſylvis incultis ex æquitate concedendis iis, qui ad culturam redigerunt. *ibid.*

Emphyteuſis in perpetuum an poſſit concedi cum ſola auctoritate Epiſcopi in vim Can. *Terrulas. pag.* 233. *num.* 69.

Epiſcopatus Herbipolenſis fuit fundatus ante Abbatiam Fuldenſem. *pag.* 58. *nu.* 6.

Epiſcopatus plures in Regno Neapolitano quare fuerint erecti. *pag.* 193. *num.* 18.

Epiſcopatus erecti intra diœceſim Romanam, ejuſque diſtrictum, manent ſub habituali juriſdictione Epiſcopi Romani, qui in eis ſibi reſervavit aliqua jura. *pag.* 200. *num.* 81. Vide Cardinalis Vicarius.

Epiſcopatus diſmembratus ab alia Diœceſi, remanet ei ſubjectus in juribus reſervatis in diſmembratione. *ibidem.*

Epiſcopus ad differentiam Prælati Inferioris, habet jura Epiſcopalia ex proprio munere, & eſt conſtitutus ſuper omnes alios Eccleſiæ Miniſtros. *pagina* 50. *nu.* 2. & 3.

Epiſcopus eſt major Ordine Presbytero, & in Eccleſia datur Ordo Epiſcopalis contra hæterodoxos. *ibid. num.* 4.

Epiſcopus diœceſanus viſitare poteſt, & approbare Confeſſarios in locis Prælatorum inferiorum non habentium territorium ſeparatum. *pagina* 53. *nu.* 22.

Secus autem, ſi ſint nullius propriè, & habeant territorium ſeparatum à Diœceſi, quo caſu viſitatio ſpectat ad Epiſcopum viciniorem. *ibid.*

Affertur ad rem Epiſtola S. Congr. Conc. ſcripta Archimandritæ Meſſanenſi. *ibid. num.* 23.

Epiſcopus habet plures præeminentiarum ſpecies, quæ enumerantur. *pag.* 120. *nu.* 46.

Epiſcopus habet præeminentias merè honorificas, quas exercet etiam in aliena Diœceſi, & quæ ſint *ibid. num.* 47.

Epiſcopus habet præeminentias importantes totalem juriſdictionem, quas exercere non poteſt, niſi in Diœceſi, & in eos qui ſunt de Diœceſi. *ibid.*

Epiſcopus habet præeminentias orientes ex juriſdictione habituali, ſeu territoriali, quas exercet etiam in Exemptos. *ibid.*

Epiſcopus ſuſpenſus à collatione Ordinum poteſt celebrare Miſſam. *pag.* 158. *num.* 35.

Epiſcopus quoad collationem Ordinum. Vide Ordines. Irregularitas. Suſpenſio.

Epiſcopus reſpectu alterius Diœceſis habetur pro perſona privata. *pag.* 200. *nu.* 82.

Epiſcopus nihil recipere poteſt pro executione diſpenſationum, matrimonialium, ſed tantùm mercedes pro labore Actuarii. *pag.* 212. *num.* 34.

Epiſcopus quatenus poteſt exigere ſtrenam, & cogere ad illam præſtandam juxta ſolitum. *ibidem, numero* 35. Vide Strena.

Epiſcopus non poteſt imponere Subditis contributiones, & ab impoſitis abſtinere debet, non obſtante conſuetudine. *pag.* 213. *num.* 36.

Epiſcopus non poteſt exigere à Subditis ſubventiones in certis pecuniarum ſummis, ſi conſtet ab ipſo fuiſſe impoſitas. *ibid.* & *pag.* 214. *num.* 38.

Epiſcopus non poteſt cogere Subditos ad ſolvendam certam pecuniam, vel comeſtibilia tradi ſolita certis diebus feſtivis, & adducuntur reſolutiones in *Amalphitana, & Policaſtren. Subventionis, & S. Marci Exactionum, ibid.*

Epiſcopus quatenus teneatur reſtituere contributiones indebitè exactas à Clero. *ibidem.*

Epiſcopus contributiones exigere non poteſt à Clero ſub titulo Cathedratici, aut Synodatici, & quatenus iſtæ indebitæ exactiones ab Epiſcopis colorari ſoleant ſub hoc titulo Cathedratici. *pag.* 213. *num.* 37. Vide Cathedraticum.

Epiſcopus cogere poteſt Subditos ad ſolvendas ſolitas contributiones, ſi concurrat immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo colorato. *ibid. num.* 38.

Epiſcopus quoad receptionem Munerum. Vide Munera. Simonia.

Epiſcopus in alienatione bonorum ſuæ menſæ ſervare debet diſpoſita in *Extravag. Ambitioſæ pag.* 238. *num.* 4.

Refertur formula juramenti præſtari ſoliti ab Epiſcopis de non alienandis bonis ſuæ menſæ. *ibid.*

Epiſcopus attento juramento per eum præſtito de non alienandis bonis ſuæ menſæ, inconſulto Romano Pontifice, an alienare prohibeatur etiam in caſibus alias à jure permiſſis. *ibid. num.* 5. & *ſeq.*

Epiſcopus in vim *Can. Terrulas* poteſt alienare bona ſuæ menſæ ſine beneplacito Apoſtolico. *ibid. num.* 6.

Epiſcopus non poteſt alienare bona ſuæ menſæ ad ſavorem Capituli ſuæ Eccleſiæ ſine beneplacito Apoſtolico, etiam ſi alienatio non excedat centeſimam partem fructuum. *pag.* 239. *numero* 7.

Nec quidem pro conſtituendis Canonicis diſtributionibus quotidianis, vel pro Miſſis celebrandis. *ibid. num.* 8.

Epiſcopus non poteſt ſine beneplacito Apoſtolico alienare bona ſuæ menſæ, nec quidem ad ſavorem Seminarii, ſivè pro conſtruendis carceribus Epiſcopalibus ex pretio rei alienatæ. *ibid. nu.* 9.

Referuntur caſus Beneplaciti conceſſi Epiſcopo alienandi favore Senatus hæretici jus exigendi pecuniam à tranſeuntibus pontem, & alienandi bona menſæ etiam habentia juriſdictionem laicalem, cum cauſis, & cautelis in beneplacito appoſitis. *ibid. numero* 10.

Epiſcopus alienans bona ſuæ menſæ debet exprimere Papæ, quòd bona ſint ſuæ menſæ, & debet audiri Capitulum, ac executio committi ſolet uni de Capitulo. *pagina* 240. *num.* 11.

Epiſcopus non poteſt bona Eccleſiæ divitis dare alteri. *ibid. num.* 13.

Epiſcopus non poteſt applicare bona Seminarii pro erectione Canonicatuum. *ibidem, numero* 14.

Epiſcopus non poteſt donare favore Eccleſiæ centeſimam partem fructuum ſuæ menſæ, ſine beneplacito. *ibid. verſ.* quod rurſus.

Epiſcopus non poteſt ſine beneplacito mutare beneficium ſæculare in Regulare, nec permutare parochiam ſæcularem in regularem. *ibid.*

Epiſcopus non poteſt inhibere Prælato inferiori quoad actus, de quibus pendet judicium in Rota. *pag.* 66. *ſub num.* 73. verſ. Succeſſivè.

Nec ſuper iiſdem actibus poteſt ſe conſtituere judicem condendo edicta. *ibid.*

Epiſcopus eſt manutenendus in exercitio juriſdictionis quoad Cauſas criminales, & matrimoniales contra Prælatos inferiores, donec iſti per tres conformes probaverint immemorabilem. *pag.* 62. *nu.* 50.

Itemque quoad jus faciendi concurſum. *pag.* 77. *nu.* 139.

Epiſcopus pontificalia exercens in aliena Diœceſi ſine licentia Ordinarii quas pœnas incurrat. *pag.* 69. *nu.* 86.

Epiſcopus in infantia, & ante uſum rationis ordinari poteſt. *pag.* 147. *num.* 50.

Epiſcopus in ejus ordinatione facit conjugium cum Eccleſia, cui ſe adſtringit, & devovet. *ibid. num.* 50.

Epiſcopi Nullatenſes qui fuerint. *ibid. num.* 59.

Epiſcopus ſuffraganeus prætendens exemptionem à Metropolitano, illam probare debet, & interim eſt manutenendus Archiepiſcopus. *pag.* 108. *num.* 24.

Non dicitur eſſe in poſſeſſione exemptionis ex non uſu Archiepiſcopi in non exercendo actus metropoliticos. *ibid. num.* 26.

Epiſcopus ſuffraganeus qualiter poteſt præſcribere exemptionem à Metropolitano. *pag.* 109. *num.* 27.

Non poteſt præſcribere quodcumque jus metropoliticum, & Papæ. *ibid.*

Poteſt per quadragenariam cum titulo putativo præſcribere aliquem actum particularem Archiepiſcopalem. *ibid.*

Non poteſt præſcribere totam juriſdictionem activam Archiepiſcopalem, ſed requiritur privilegium Apoſtolicum. *ibid.*

Epiſcopus ſuffraganeus per quadragenariam cum titulo colorato poteſt præſcribere exemptionem paſſivam à Metropolitano. *ibid. num.* 27.

Epiſcopus in quibus actibus juriſdictionalibus, & præeminentialibus ſubjiciatur Metropolitano. *ibid. nu.* 28.

Epiſcopus quoad conſecrationem, ac tempus ad ſe conſecrandum & pœnas contra Negligentes inflictas. Vide Conſecratio.

Epiſcopus non poteſt exequi diſpenſationes Apoſtolicas directas ejus Vicario Generali, licèt hic fuerit abſens. *pag.* 125. *num.* 17.

Epiſcopus vicinior quiſnam cenſeatur, & qualiter vicinitas ſit metienda. *p.* 77. *n.* 1[illegible]. *&* 142.

Epiſcopus quatenus habet jus faciendi concurſum quoad Parochiales exiſtentes ſub Prælato inferiori. *pag.* 76. *num.* 136. *& ſeqq.* Vide Prælatus inferior.

Epiſcopus vicinior quatenus poſſit viſitare Eccleſias *Nullius*. *pag.* 77. *nu.* 141. Vide Viſitatio.

Epiſcopus vicinior, etiamſi poſſit viſitare loca *Nullius*, non tamen poteſt adminiſtrare Sacramentum Confirmationis invito Prælato inferiori. *pag.* 69. *nu.* 90. Vide Confirmationis Sacramentum. Prælatus inferior & Oleum Sacrum.

Epiſcopus non poteſt in foro conſcientiæ abſolvere Moniales a caſu violatæ Clauſuræ. *pag.* 80. *n.* 143.

Epiſcopus quoad Moniales Regularibus ſubjectas. Vide Moniales.

Epiſcopo non Diœceſano non poteſt per Sacras Congregationes, aut per Rotam committi exercitium jurisdictionis in locis exemptis quoad actus controverſos inter Epiſcopum, & Prælatum inferiorem; niſi adſit oraculum Papæ. *pag.* 68. *num.* 79. *& ſeqq.*

Epiſcopus quoad Indulgentias. Vide Indulgentiæ.

Epiſcopi duo, quod ſint in eadem Diœceſi, eſt monſtruoſum, & imperſcriptibile. *pag.* 85. *n.* 22.

Etiamſi in eadem Civitate eſſent Græci, & Latini, quo caſu conſtituitur Epiſcopus Græcus tamquam Vicarius Epiſcopi Latini. *ibid. & pag.* 86. *nu.* 23.

Et in caſu neceſſitatis ſecundus Epiſcopus conſtituitur uti Coadiutor, vel Vicarius, & quid fuerit ſervatum cum Epiſcopis Donatiſtis ad fidem reverſis. *ibid. num.* 24.

Epiſcopi Romanæ Provinciæ fuerunt vocati ad Concilium Romanum nuperrimè celebratum. *pag.* 107. *num.* 23.

Epiſcopi Provinciæ Romanæ non tenentur eligere Metropolitanum, ad quem accedant pro Synodo Provinciali. *pag:* 194. *nu.* 26. 31. *&* 35.

Epiſcopi exempti, & S. Sedi immediatè ſubjecti, qui nuperrimè interfuerunt in Synodo Romana, elegerunt Metropolitanum, ad quem accedant in futurum pro Synodo Provinciali. *ibid. n.* 27.

Epiſcopi non comprehenduntur cenſuris ob contraventionem legum, niſi de eis fiat ſpecialis mentio. *pagina* 147. *numer.* 47.

Epiſcopi Aſſiſtentes conſequuntur Indultum teſtandi pro certa ſumma omnia bona ubicumque exiſtentia. *pagina* 276. *n.* 9.

Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi in Urbe, vel extra decedentes. Vide Curiales.

Epiſcopi circa ſpolium. V. Curiales.

Epiſcopi exempti non ſunt de Provincia materiali Papæ, licèt ſint de formali. *pag.* 194. *nu.* 33.

Epiſcopi exempti ſubſunt immediatè Summo Pontifici, uti tali, non autem uti Metropolitæ, nec dicuntur eſſe de Provincia Romana. *ibidem n.* 34.

Epiſcopi Regionarii qui fuerint, & qualiter per Papam conſtitui conſueverint. *pagina* 58. *numero* 4. 8. *&* 9. Vide Diœceſis.

Epiſcopi Titulares Curiam ſequentes fruuntur privilegiis Curialium. *pag.* 276. *n.* 9.

Erectio Eccleſię Archiepiſcopalis, qualem numerum Suffraganeorum requirat. *pag.* 106. *num.* 22.

Non eſt neceſſarius, prout olim dicebatur, numerus duodecim Suffraganeorum & aliquando an fieri valeat ſine Suffraganeis. *ibid. num.* 22. §. Sed an.

Adducuntur exempla. *ibidem* V. Archiepiſcopi.

Erectio Eccleſiarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, Metropolitanarum, aliarumque. Vide Papa.

Erectio prædicta fieri ſolet per Papam, vel motu proprio, vel prævio Decreto Congregationis Conſiſtorialis. *pag.* 105. *num.* 18. *&* 19.

Et qui ſtylus in dictis Cauſis ſervetur. *ibid.*

Major cauſa requiritur in ſupprimenda Eccleſia antiqua Epiſcopali, quàm in conſtituenda nova. *ibidem, numero* 20.

In hujuſmodi erectionibus non eſt neceſſarius conſenſus Principum laicorum, nec citatio, ſed audiuntur eorum preces, *pag.* 106. *num.* 21.

Erectio Eccleſiæ Viennæ in Auſtria in Archiepiſcopalem refertur, ac votum Auctoris in cauſa illa factum in Congregatione Conſiſtoriali. *pag.* 110. *num.* 30. *& pluribus ſeq. paginis.*

Adducitur reſolutio dictæ Congregationis. *pagina* 111. *num.* 53.

Eremitæ B. Petri de Piſis è ſtatu Eremitarum ad Congregationem redacti fuerunt à Sixto IV. qui formam ejus gubernii præſcripſit ac privilegia confirmavit, & de novo eis conceſſit. *pag.* 301. *num.* 1. *&* 2.

Eremitæ B. Petri de Piſis emiſerunt primò profeſſionem ſolemnem ex mandato S. Pii Quinti, quòd hodie ſervant. *ibid. nu.* 3.

Quando fuerit in eis introductus uſus eligendi Provinciales, & abolitus uſus Diſcretorum, necnon vocis activæ in Examinatoribus, Magiſtris Novitiorum, & Diſcretis. *ibidem.*

Eugenius à Sabaudia inclytus Princeps, & Summus Imperialis exercitus Dux, laudibus extollitur ob plures victorias reportatas contra Turcas in Ungaria. *pag.* 96. *numero* 17.

Enſis benedictus eidem mittitur à Clemente XI. *ibid.*

Eugubina Eccleſia aſſignata fuit à Pio IV. ſuffraganea Archiepiſcopo Urbinatenſi; ſed poſtea uti ſita intra Provinciam Romanam, ſe geſſit uti non ſuffraganea. *pag.* 193. *num.* 23.

Eugubina Eccleſia per Bullam Benedicti XIII. reddita eſt ſuffraganea Archiepiſcopo Urbinatenſi. *ibid. n.* 24.

Exceptio, licèt firmet regulam in non exceptis, non tamen comprehendit ea, quæ indigent ſpeciali mentione. *pag.* 69. *num.* 83.

Excommunicatio ipſo facto incurrenda, ſi imponatur ab Epiſcopo contra accedentes ad Ordines ſine debitis requiſitis afficit etiam Regulares, & exemptos. *pagina* 156. *num.* 12.

Excommunicatio ipſo facto incurritur per quoſcumque quomodolibet cooperantes fieri alienationem bonorum Eccleſiæ abſque ejus utilitate, & non verificatis expoſitis in literis Apoſtolicis. *pag.* 205. *nu.* 9. *& ſeqq.*

Quæ cenſura incurritur tam à Laicis, quam à Clericis. *ibid. n.* 11. Vide Delegatus.

Executor merus dicitur, ſi Papa id expreſsè dixerit in Commiſſione, vel niſi adſint clauſulę facientes Executorem mixtum. *pag.* 258. *n.* 58.

Executor quòd ſit merus, vel mixtus ex quibus clauſulis eliciatur. *ibid.*

Executor merus non format proceſſum, neque facit citationem, ſed extrajudicialiter ſe informat ſuper expoſitis. *ibid. n.* 59.

Executor, ſi cęperit procedere judicialiter, debet continuare viam judicialem, quam elegit. *ibid.*

Executor mixtus neceſſariò procedit judicialiter cum proceſſu, citato legitimo Contradictore. *ibid.*

Executor, quòd ſit mixtus, debet juſtificari ex actis; quòd verè ſit merus creditor ejus aſſertioni. *ibid.*

Executor mixtus fit per clauſulam, *vocatis vocandis*, & citare debet per edictum intereſſe habentes, ſi non adſit certus Contradictor. *ibidem nu.* 60.

Executor mixtus citare debet perſonaliter intereſſe habentes, & quę alię perſonę citari debeant in executione beneplaciti Apoſtolici. *ibid.*

Executor debet procedere conjunctim cum alio Executore, ſi fuerint in ſolidum electi. *ibidem nu.* 61.

Ejus juriſdictio non dicitur firmata, niſi poſt pręſentatum beneplacitum. *ibid.*

Executor ſi fuerit in ſolidum electus v. g. Vicarius Generalis, & Archidiaconus, & utraque hęc dignitas reperiatur in una perſona, non poteſt ab ea validè fieri executio. *ibidem.*

Executor beneplaciti Apoſtolici non exigit propinam, & gratis omnia exequitur, ſolumque ſcutum unum monetę exigi poteſt pro ſcriptura. *ibid. nu.* 62.

Executor quatenus poſſit ſubdelegare. *ibid. num.* 63. Vide Delegatus.

Exemptio Pręlati inferioris alia nativa, alia dativa, alia pręſcriptiva, quę explicantur. *pagina* 57. *num.* 1. *& ſeqq.* Vide Pręlatus inferior.

Exemptio paſſiva a juriſdictione Epiſcopi poteſt concedi per Epiſcopum cum conſenſu Capituli. *pag.* 58. *nu.* 11.

Sed hodie requiritur Beneplacitum Apoſtolicum. *ibid.*

Exemptio paſſiva non tribuit juriſdictionem in alios, ſed ſolùm exemptionem ab Epiſcopo. *pag.* 59. *nu.* 12.

Adducitur formula ampliſſimę exemptionis conceſſę à Clemente XI. pro Fortalitio Urbano ſub juriſdictione Legati Bononię. *ibid. nu.* 14.

Exemptio pręſcriptiva quę ſit, & quatenus acquiratur per Pręlatos inferiores. *ibid. nu.* 15.

Exemptio alicujus Eccleſię Epiſcopalis à Metropolitano. *pag.* 108. *nu.* 26.

Quę pręſcriptio ſit ſufficiens pro dicta exemptione. *pagina* 109. *nu.* 27.

Quomodo ſuffragari valeat quadragenaria. *ibid.*

Diſtinguuntur caſus. *ibidem.*

Exemptio. Vide Pręlatus inferior. Regulares.

Expeditio gratuita literarum Apoſtolicarum. Vide literę Apoſtolicę, & Clerici Camerę.

Expenſę à quibus ſint miniſtrandę Epiſcopo extero convocato pro miniſtrando Sacramento Confirmationis,

Google

vis, & quatenus in ſubſidium teneatur Populus. *pagina 69. num. 90.*

Expoſiti in Hoſpitali Sanctiſſimæ Annunciationis Neapolis habent privilegium Apoſtolicum, ut habeantur pro legitimis, & non egeant diſpenſatione ad Ordines. *pag. 317. nu. 13.*

Expoſiti Hoſpitalis S. Spiritus Urbis non habent privilegium, ut ordinentur ſine diſpenſatione. *pagina 316. numero 2. & 4.*

Ac habentur pro illegitimis. *ibid.*

Expoſiti, quorum certi parentes innoteſcerent, ac fuiſſe legitimos, non indigent diſpenſatione ad Ordines. *pagina 317. num. 15.*

Expoſiti jam promoti ad Ordines ſine diſpenſatione poſſunt miniſtrare tuta conſcientia. *ibid. nu. 16.*

Expoſitorum cura habita apud Nationes. *pag. 316. nu. 5.*

Expoſiti in Hoſpitali an debeant baptizari. *pag. 316. num. 6.*

Baptizari debent ſub conditione. *ib. num. 7.*

Adducitur praxis Mediolanenſis & Hiſpaniæ. *ibid.*

Quando adeſſe dubium dici valeat. *ibid.*

Adducitur reſolutio Sacræ Congregationis Concilii quoad Expoſitos in Hoſpitali Sancti Spiritus Urbis *ibidem numero 8.*

Expoſiti an ſint irregulares, itaut egeant diſpenſatione quoad Ordines. *ibid. num. 9.*

Adducuntur variæ opiniones, & ſequitur tutior opinio, ut egeant diſpenſatione. *pag. 317. num. 10.*

Extractio à loco immuni in caſibus exceptis ſpectat ad Epiſcopum Diœceſanum, vel viciniorem, non autem ad Prælatum inferiorem etiam *nullius*, etiam, ſi agatur de Eccleſiis Regularium, vel Religionis Hieroſolymitanæ. *pag. 80. num. 144.*

Quatenus hæc facultas concedi ſoleat Vicario Capitulari, vel alio Prælato inferiori. *ibid.*

Extravagans, ſeù Bulla *Ambitioſæ Pauli II.* eſt conſervatrix bonorum Eccleſiaſticorum. *pag. 217. num. 1.*

Prohibuit alienationem bonorum Eccleſiæ, & referuntur contractus ſub tali prohibitione comprehenſi, & pœnæ impoſitæ contra Traſgreſſores. *ibid. num. 2.*

Referuntur ſummatim alias dicta per Auctorem in tomis præcedentibus quoad diſpoſita per dictam Extravagantem. *pag. 218. num. 3.*

F

FAbritius Cardinalis Paulutius Vicarius Urbis laudatur. *pag. 196. num. 48.*

Felix IV. dictus V. Pſeudopontifex verè fuit vir pius, & non niſi à Baſileenſibus deceptus, Pontificatum acceptavit. *pag. 1. num. 3.*

Quem tamen ſtatim, veritate agnita, abdicavit, & vero Pontifici Nicolao V. ſe ſubmiſit. *ibid. nu. 3.*

Feudum Eccleſiæ alienari non poteſt ſine conſenſu Regis. *pag. 14. num. 34.*

Fidei profeſſio in partibus Indiarum quatenus emitti poſſit in manibus alterius Epiſcopi non deſtinati in literis Apoſtolicis. *pag. 116. num. 18.*

Fœmineus ſexus a Deo elevatus ad opera excelſa virtutis pro confundendis ſæculi Sapientibus. *pag. 134. num. 1.*

D. Franciſcus Paulanus inſtituit Ordinem Minimorum. *pag. 271. num. 1. & ſeq.*

Et regulam Sororum, & Tertiatiorum. *pag. 272. num. 4.*

Ejus obitus, & canonizatio recenſentur. *ibid. num. 6.* vide verbo Minimi.

Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Franciſcus Cardinalis Barberinus laudatur quoad munia Epiſcopalia, quæ exercet. *pag. 152. nu. 79.*

Fratres Diſcalceati ſtrictioris Obſervantiæ fuerunt declarati eſſe de Ordine S. Franciſci, & gaudent privilegiis Ordinis non vigore communicationis, ſed declarationis prædictæ. *pag. 45. num. 8.*

Fridericus III. Imperator recepit coronam argenteam, & auream à Nicolao V. in Urbe. *pag. 40. numero 2.*

Refertur ejus magnificus acceſſus & receptio in Urbem. *ibid. nu. 3.*

Exponitur ſolemnis ceremonia coronationis ejuſdem Friderici *ibid. num. 4. & ſeqq.*

Fructus rei Eccleſiæ malè alienatæ debentur Eccleſiæ à die contractus, non à die motæ litis; etiamſi adfuerit beneplacitum, ſed malè executum; vel ſi Archiepiſcopus promiſerit beneplacitum obtinere, quod non obtinuit. *pag. 245. numero 15.*

Fructus rei Eccleſiæ malè alienatæ quatenus ſpectent ad Reverendam Fabricam. *pag. 246. num. 16.*

Fructus rei Eccleſiæ malè alienatæ non reſtituuntur, ſi adſit dubitatas facti, vel error juris valdè dubii, & ſufficit fides aliquo modo bona. *ibid. num. 17.*

Fructus reſtituuntur deductis expenſis ad favorem Poſſeſſoris. *ibid. nu. 18.*

Fructus Cenſus impoſiti ab Eccleſia ſine beneplacito, non ſunt reſtituendi, donec Eccleſia opponat de nullitate, & adducitur ratio diſparitatis. *ib. num. 19.*

Fructus non reſtituuntur, ſed compenſantur, ſi Eccleſia ex pretio rei malè alienatæ emerit rem fructiferam. *ibidem.*

Fructus reſtituendi ſunt ab hæredibus Rectoris alienantis, ſi Eccleſia non ſit facta locupletior. *ibid.*

Fructus melioramentorum factorum in bonis Eccleſiæ malè, & nulliter alienatis, quatenus acquirantur Eccleſiæ. *pag. 247. num. 27.*

Fructus prædicti non acquiruntur Eccleſiæ, ſi hæc reficere deberet melioramenta, ubi quatenus attendatur bona, vel mala fides. *ibid. nu. 28.*

Fructus non percepti, ſed qui percipi potuiſſent à poſſeſſore, non poſſunt prætendi ab Eccleſia, niſi in caſu moræ poſt interpellationem ad reſtituenda melioramenta. *ibid. numero 29.*

Idemque procedit in Eccleſia interpellata ad reſtituendum pretium melioramentorum, ſi fuerit in mora reſtituendi. *ibid.*

Fructus melioramentorum factorum in bonis Eccleſiæ non poſſunt acquiri Melioranti ratione dominii, nec ratione *leg. curabit*, *ibid.*

Sed remanet ſolùm creditor pecuniæ expenſæ, nec poteſt exigere intereſſe, niſi concurrente mora, & requiſitis *Pauli de Caſtro*, *ibid.*

Fructus rei Eccleſiæ malè alienatæ, & melioramentorum factorum reſtitui debent Eccleſiæ, deductis expenſis pro colligendis fructibus. *ibid. nu. 30.*

Fructus percepti ex re Eccleſiæ malè alienata non compenſantur cum melioramentis, ſi hæc fuerint facta bona fide, ſecus ſi mala fide, *ibidem* Vide Alienatio. Melioramenta.

Fructus rei alienatæ ſine beneplacito ſunt reſtituendi, etiam ſtante bona fide. *pag. 248. nu. 34.*

G

GErmani neutralitatem ſervarunt tempore Schiſmatis Baſileenſis, à qua receſſerunt per Concordata Germaniæ. *pag. 2. nu. 6. & 7.* Vide Concordata.

Gratia attenditur non à die datæ Bullarum, ſed à die ſignatæ ſupplicationis, etiam in præjudicium Tertii. *pagina 96. num. 24.*

Gratia expedita in forma commiſſaria, non præſentata Executori in vita Pontificis concedentis, non eſt de Jure exequibilis. *ibid. nu. 30.*

Sed per Regulam 12. Cancellariæ poteſt præſentari, & exequi, ſi fuerit expedita per annum ante obitum Papæ concedentis. *ibid.*

Gratia in forma commiſſaria expedita vim obtinet à die exequutionis datæ per Commiſſarium executorem; nec retrotrahitur ad diem conceſſionis, licèt poſtea expediantur literæ in forma *Rationi congruit*, *ibidem numero 30.*

Gratia conceſſa per Pontificem prædeceſſorem abſque expeditione Bullarum, quatenus ſit exequenda per Succeſſorem. Vide litteræ Apoſtolicæ.

Gratia pro homicidio fortuito non doloſo, quatenus fieri poſſit per Judices Status Eccleſiaſtici. *pag. 166. nu. 22.* Vide Præſes Urbini. Salvuſconductus.

Græci, & Albanenſes Græco ritu viventes in Italia, nequeunt promoveri ad Ordines ſine literis Dimiſſorialibus Epiſcopi Latini, in cujus Diœceſi commorantur, *pag. 152. num. 80.*

Græci confirmati à Presbytero Græco, ſi ordinentur ab Epiſcopo Latino, debent ante ordinationem iterum confirmari ſaltem ſub conditione. *ibid. nu. 80.*

Græci in diebus jejunii Miſſam non celebrant, & ideò in Quadrageſima Ordines non conferunt. *pag. 140. num. 8.*

Græci ritus, qui non ſunt contra Fidem, tolerantur ab Eccleſia Romana. *ibid.*

Gubernator Urbis habet juriſdictionem per Urbem, ejuſque Diſtrictum, extenſum ad 40. milliaria. *pagina 200. num. 79.*

Gubernator Urbis, tamquàm Cameralis gaudet privilegio gratuitæ expeditionis literarum Apoſtolicarum. *pagina 268. num. 9.*

Guidaticum in Regno idem eſt, ac Salvuſconductus. *pagina 265. num. 19.* Vide Salvuſconductus.

H

HAbitus, & color peculiaris fuit præſcriptus in quolibet Ordine Regulari. Et quare? *pag. 277. num. 7. & pag. 280. num. 19.*

Et quid de Societate Jeſu? *ibidem & pagina 279. numero 26.*

Et ſufficit quælibet diverſitas. *ibid.*

Habitus diverſitas ſervari debet etiam à Monialibus. *pag.* 276. *num.* 8.

Habitus unius Religionis non poteſt uſurpari ab altera. *ibid. num.* 10.

Imò aliquæ Religiones obtinuerunt privilegia, ne earum habitus ab aliis uſurpetur. *ibid.*

Habitus Regularis non poteſt geſtari à pueris ſexto ætatis anno completo. *ibid. num.* 10.

Fratribus Redemptionis Captivorum fuit prohibita delatio habitus exterioris, vulgo Cappa, coloris nigri, opponentibus Prædicatoribus. *pag.* 277. *num.* 11.

Habitus monachalis eſt vetitus Clericis ſæcularibus, & è contra. *pag.* 278. *num.* 12. & 14. ubi de Cuculla Monachorum.

Picturæ, & inſcriptiones aſſerentes formam habitus SS. Franciſci, & Antonii de Padua prohibentur, necnon imagines SS. Auguſtini, & Nicolai de Tolentino depictæ ſub habitu Fratrum Diſcalceatorum S. Auguſtini. *ibid. num.* 13.

Habitus talaris, an poſſit deferri à Cauſidicis, ubi de praxi Romanæ Curiæ. Et refertur proviſio SS. D. N. BENEDICTI XIII. *pag.* 278. *nu.* 15. & *ſeq.*

Cardinales, & Epiſcopi Regulares, an ſubdantur excommunicationi, ſi dimiſerint habitum propriæ Religionis? *pag.* 279. *num.* 17.

Habitus non facit Monachum, nec prolixior barba Philoſophum, niſi interiores virtutes cuſtodiantur. *pag.* 280. *num.* 19.

Pœnæ ſancitæ ſunt adversùs Regulares non utentes habitu decenti, vel proprium deſerentes, & quando illæ evitentur. *ibid. nu.* 20.

Referuntur diſpoſitiones Jurium. *ibid.* & *num. ſeq.*

Habitus dimiſſio cauſa ſtudii: remiſſivè. *pag.* 281. *nu.* 25.

Habitus dimiſſio temeraria quænam ſit? *pag.* 280. *nu.* 23.

Comprehendit hæc prohibitio omnes Regulares, qui emittunt tria vota in Religione approbata a Summo Pontifice. *pag.* 281. *num.* 25.

Et quid de Militibus profeſſis in ordine militari. *ibid. num.* 25.

An comprehendat Regulares dimittentes habitum intra clauſtra. *ibid. n.* 27.

Habitus dimiſſio ad vagandum eſt prohibita. *ibid.*

An incidat in pœnas Religioſus dimittens habitum ſuæ Religionis, & alium non aſſumens? *ibid.*

Et quid ſi aſſumeret habitum alienæ Religionis, proprio dimiſſo. *ibid. num.* 28. vel ut in ea profiteatur. *ibid. nu.* 29.

Et quid ſi dimitteret habitum profeſſorum, & indueret habitum novitiorum? *ibid. num.* 29.

Habitum proprium occultans ſub alieno habitu an incurrat pœnas? *ibid. num.* 30.

Habitus dimiſſio an excuſetur à pœnis ex brevitate temporis. *ibid. num.* 31.

Refertur ad materiam Textus Tridentini *Seſſ.* 25. *de Regul. cap.* 19. *ibid. num.* 32.

A quo valeat concedi licentia dimittendi, vel occultandi habitum Regularem? *pag.* 281. & 282. *nu.* 33.

Diſtinguuntur caſus, ubi de praxi S. Pœnitentiariæ. *pag.* 282. *num.* 34.

Et quid de Miſſionariis? *pag.* 282. *nu.* 34. *in fin.*

Habitus dimiſſio facta a Novitio, an interrumpat annum probationis. *pag.* 283. *num.* 3.

Habitus delatio, an inducat tacitam profeſſionem: vel poſſit impugnari profeſſio habitu non reaſſumpto. Vide Profeſſio.

Habitus regolaris debet deferri à Religioſis, etiam perpetuò promotis ad Parochiales. *pag.* 285. *num.* 5.

Habitus propriæ Religionis, an debeat retineri à Canonicis Regularibus obtinentibus beneficia ſæcularia? *pag.* 283. *num.* 4.

Habitus dimiſſio ex juſta cauſa, an excuſet ab Apoſtaſia? *pag.* 286. *nu.* 6.

Hæreditas delata, & non adita, dicitur jus quærendum, non autem quæſitum. *pag.* 234. *num.* 78.

Hæreditas delata, ſed non adita, poteſt ab Eccleſia repudiari ſine beneplacito. *ibid. num.* 79.

Secus ſi fuerit adita, vel legatum, aut fideicommiſſum acceptatum: nam cenſetur jus quæſitum, licèt Eccleſia adhuc bona non poſſideat. *ibid.*

Hæreditas delata Monacho transfertur in Monaſterium abſque facto Monachi, nec poteſt repudiari abſque beneplacito Apoſtolico. *pag.* 235. *num.* 81.

Hæreditas delata Eccleſiæ, an poſſit ab ea adiri, & poſtea repudiari ad favorem Tertii, ſine beneplacito Apoſtolico. *pag.* 236. verſ. dubitari.

Et quid ſi aditio, & repudiatio fiant in uno, vel diverſo actu. *ibid.* verſ. verum. Vide Alienatio. Renunciatio.

Helvetia ſubjacet Concordatis Germaniæ. *pag.* 5. *ſub num.* 7. verſ. Concordata. Vide Concordata.

Herbipolenſis Eccleſia an comprehendatur ſub Concordatis Germaniæ. *ibid. nu.* 6. Vide Concordata.

Hieroſolymitana Religio eſt talis ad omnes effectus, & per ingreſſum ad eam extinguitur penſio. *pagina* 96. *numero* 32.

Niſi adſit indultum Apoſtolicum illam retinendi. *ibid.*

Et quid ſi Penſionarius indultarius emiſerit profeſſionem ante exequutionem indulti. *pag.* 97. *num.* 33.

Homicidæ quàm ſint pernicioſi, & deteſtabiles, ac à Republica eliminandi. *pag.* 161. *num.* 2.

Contra eos plura ſtatuit Pius II. quæ repetuntur. *ibid.*

Homicidæ condemnati, ſeu banniti non poſſunt redire ad locum, ſeu diſtrictum, etiam habita pace hæredum occiſi, aut Salvoconductu a quocumque Officiali, etiam à Legato a Latere, nec quidem per modicum tempus, ſub pœna excommunicationis, aliiſque pęnis. *ibid. num.* 2.

Referuntur plures Conſtitutiones Pontificiæ id diſponentes, & præſertim Sixti V. qui hoc extendit ad conſilium, auxilium, aut favorem præſtantes. *ibid. nu.* 3.

Clemens VII. idem diſpoſuit, & ampliavit, ut nedum redire nequeant ad locum delicti per quinquaginta milliaria, ſed nec ad quaſcumque Terras, & loca Status Eccleſiaſtici. *ibid.*

Pius IV. extendit ad quoſcumque homicidas, etiam ex caſu fortuito, aut in rixa, quodque non ſuffragentur gratiæ, niſi ſignatæ manu Pontificis, & per Datarium datatæ. *ibid.*

Referuntur diſpoſita quoad hoc per alios Pontifices, & ſignanter per Innocentium XII. *ibid. nu.* 10.

Homicidæ habent ſignum eorum Caio, & quantum Deo ſint abominabiles. *pag.* 163. *num.* 6.

Referuntur pœnæ contra ipſos ſtatutæ lege naturali, & divina. *ibid.*

Homicidæ quibus pęnis afficiantur Jure civili, & per legem Corneliam de Sicariis. *pag.* 163. *num.* 7.

Conſtantinus Imperator quoad homicidas emendavit S. C. Tyberianum, quo cavebatur, ut pęnæ damnatorum ad decimum diem differrentur. *ibid.*

Homicidæ in Regno plectuntur ultimo ſupplicio, itaut nobiles puniantur truncatione capitis, alii laqueo ſuſpendantur. *ibid. num.* 7.

Homicidæ diffamati ſunt illi, quorum delictum eſt notorium jure, aut facto, aut famoſum, & infamia ſit orta ex indiciis certis, & evidentibus, ex quibus poſſit procedi ad condemnationem. *pag.* 167. *nu.* 31. Vide Diffamatio.

Homicidæ quibus pęnis puniantur per Bullam Pauli II. *pag.* 166. *nu.* 23. Vide Banniti.

Homicidium unde dictum, & quæ ejus definitio. *pag.* 162. *num.* 5.

Homicidium non dicitur; ſed pauperies, ſi homo à fera occidatur. *ibid.*

Homicidium pecunia vindicari ſumma impietas eſt. *pag.* 163. *num.* 7.

Homicidium varias ſpecies, & qualitates habet, quæ enunciantur, & juxta diverſitatem homicidii variæ impoſitæ ſunt pęnæ. *ibid.*

Homicidium primis mundi temporibus Deus levi pęna punivit, quam poſtea ab hominum excreſcentem malitiam adauxit. *ibid. nu.* 8.

Homicidium Jure naturali, divino, & humano execrandum. *ibid. num.* 9.

Homicidium à quibus Gentibus nefaria religione in ſacrificiis perpetratum fuerit. *ibid.*

Homicidium. Vide Banniti. Salvuſconductus.

Hoſpitale S. Spiritus in Saxia Urbis, ejuſque Præceptor habet ſuperioritatem ſuper omnes domos, & fratres apud quaſcumque nationes exiſtentes. *pag.* 249. *num.* 2. Vide Confraternitas S. Spiritus.

Ejus membra ſunt omnia Hoſpitalia S. Spiritus, quorum Præceptores debent eſſe fratres dicti Ordinis, providendi per Præceptorem generalem, ac ad nutum ipſius. *ibid. num.* 3.

Ejus Fratres ſunt verè Regulares cum votis ſubſtantialibus, & tenentur facere annum novitiatus ad formam Concilii, etiamſi ſint tranſlati ab alia Religione. *ibid. num.* 4. Vide Canonici. Novitiatus.

Hoſpitalia erecta auctoritate Eccleſiaſtica alienare non poſſunt bona ſine beneplacito Apoſtolico. *pag.* 242. *num.* 31. Vide Confraternitas.

Hypotheca Eccleſiæ quæſita remitti nequit ſine beneplacito. *pag.* 229. *num.* 27.

I

B. JAcobus de Marchia aſſeruit Sanguinem Chriſti in triduo Paſſionis fuiſſe a divinitate ſeparatum, unde magna ſuborta fuit controverſia inter Minoritas, & Prædicatores. *pag.* 187. *nu.* 1. & 2. Vide Sanguis Chriſti.

B. Jacobus de Marchia quare pingatur cum calice in manu. *ibid. num.* 8.

Ejus

Digitized by Google

Ejus corpus incorruptum aſſervatur Neapoli, & in præſenti promovetur ejus Cannnizatio. *pag.* 188. *num.* 14.

Jejunium ſi fuerit relaxatum, non cenſetur permiſſus eſus carnium, ſi diſpenſatus eſcis jejunio congruis ſuſtentari poſſit. *pag.* 297. *nu.* 4.

Diſpenſatus ad comedendum ante horam jejunii, non cenſetur diſpenſatus à jejunio. *ibid.*

Diſpenſatus ab eſu carnium non cenſetur diſpenſatus à jejunio ex declaratione Clementis XI. *ibid.*

Jejunium quoad abſtinentiam à carnibus injunctum Præmonſtratenſibus, an poſſit diſpenſari per eorum Superiores? *ibid. num.* 5.

Ignis, & aquæ interdictio apud Romanos quare inventa, & quod pœnæ genus eſſet? *pag.* 164. *num.* 11.

Igne, & aqua interdictos tecto excipere vetitum erat. *ibidem.*

Ignis, & aquæ interdictio ſuffecta fuit in locum deportationis in Inſulam; & hodie eſt loco proſcriptioni, ſeu banni. *ibid.* V. Baonum. Bannitus.

Imagines devotæ non poſſunt ex una in aliam Eccleſiam transferri ſine beneplacito. *pagina* 230. *nu.* 30.

Immemorabilis præſumit privilegium Apoſtolicum, quod præſumptum operatur idem, ac privilegium verum. *pag.* 87. *num.* 31.

Immemorabilis quatenus ſuffragetur Prælato inferiori pro acquirendo territorio ſeparato. *pagina* 87. *num.* 27. & *ſeqq.* Vide Prælatus inferior.

Imperator Romanus coronari debet à Papa Vicario Chriſti, qui eſt Imperator æternus. *pagina* 41. *num.* 7.

Mos Imperatorum recipiendi coronam à Papa eſt antiquiſſimus, & referuntur plura exempla. *ibid. num.* 8.

Quæ coronatio non eſt ſimplex cœremonia, ſed per eam nominantur, & ordinantur Imperatores. *ibidem num.* 9.

Innuuntur formulæ coronationis, & juramenti præſtandi per Imperatorem. *ibid.*

Indulgentiæ publicari debent ab Epiſcopo, non tamen à Prælatis inferioribus, niſi eſſent verè *Nullius*. *pagina* 70. *num.* 96. & *ſeq.*

Indulgentiæ publicandæ ſunt ab Epiſcopo, adhibit duobus de Capitulo. *ibidem num.* 97.

Non obſtante quacumque conſuetudine, aut privilegiis conceſſis ante Concilium. *ibid. num.* 98.

Indulgentiarum conceſſio non pendet à poteſtate Ordinis, ſed juriſdictionis. *ibid. num.* 99.

Indulgentiæ concedi poſſunt ab Epiſcopis etiam non conſecratis, vel a Legatis à Latere etiam noo Sacerdotibus. *ibid.*

Indulgentiæ concedi non poſſunt à Prælatis inferioribus, quantumvis exemptis. *ibid. numero* 100.

Neque à Capitulo Sede vacante, ejuſque Vicario, aut à Vicario Epiſcopi. *ibid. nu.* 101.

Indulgentiæ concedi nequeunt à Superioribus Regularium etiam Generalibus, vel Provincialibus, niſi ex privilegio Apoſtolico. *ibid. numero* 102.

Indulgentiæ quatenus concedi valeant ex conſuetudine ab inferioribus Epiſcopo. *ibid. num.* 103.

Indulgentiæ unius anni, vel quadraginta dierum tantùm largiri poſſunt ab Epiſcopo. *ibid.*

Indulgentiæ Jubilæi. Vide Jubilæum.

Indultum retentionis beneficiorum eſt antiquum uſque à tempore Cœleſtini III. *pag.* 19. *num.* 49.

An tale indultum præjudicet Concordatis Germaniæ. *ibid.* Vide Beneficia.

Indulta, & diſpenſationes concedi ſolitæ per Legatos, & Vicelegatos Avenionis vigent, & exequuntur, etiam finita legatione. *pag.* 141. *num.* 19.

Indultum ſuſcipiendi Ordines extra tempora conceditur per Papam ex certis cauſis, quæ referuntur. *ibidem num.* 20.

Adducitur Decretum ſub Innoc. XII. moderatorium conceſſionis Indultorum extra tempora. *ibidem numero* 22.

Indultum ſuſcipiendi Ordines extra tempora fuit conceſſum pluribus Religionibus. *pag.* 142. *nu.* 22.

An cenſeatur revocatum per Concilium Tridentinum? *ibid. num.* 23.

Indulta ſuſcipiendi Ordines extra tempora conceſſa poſt Concilium non ſuffragantur aliis rationa communicationis privilegiorum. *ibidem num.* 24.

Afferuntur ad rem reſolutiones Sac. Congregationis Concilii in terminis indulti conceſſi PP. Societatis Jeſu, & Minoribus. *ibid. nu.* 25.

Indulta ſuſcipiendi Ordines extra tempora conceſſa Regularibus ante Concilium, fuerunt revocata per idem Concilium. *pag.* 142. *num.* 26.

Indulta ſuſcipiendi Ordines extra tempora vim habent poſt mortem Papæ concedentis, etiam re integra, ante inceptam executionem. *pag.* 142. *nu.* 19.

Neque opus eſt revalidatoria novi Pontificis, cum hæc indulta non dirigantur Executori, ſed Oratori. *ibid.*

Indulta ſuſcipiendi Ordines extra tempora ex quo motivo fuerint conceſſa PP. Minoribus, & Societatis Jeſu. *pag.* 143. *num.* 30.

Ea motivo, quo fuerunt conceſſa, ſunt incommunicabilia aliis Regularibus. *ibid.*

Indulta ſuſcipiendi Ordines extra tempora conceſſa Regularibus ante Concilium, non fuiſſe revocata per idem Concilium defenditur ab aliquibus Doctoribus, & adducuntur eorum fundamenta. *ibid. nu.* 31. & 32.

Indulta ſuſcipiendi Ordines extra tempora conceſſa ante Concilium faciliùs communicabantur per communicationem privilegiorum. *pag.* 144. *nu.* 33.

Secus, ſi indulta fuerint conceſſa poſt Concilium, ut conceſſa fuerunt PP. Minoribus, & Societatis Jeſu *ib. n.* 34.

Indulta ſuſcipiendi Ordines extra tempora, an fuerint revocata per Concilium: adducuntur rationes pro utraque parte. *ibid. num.* 35. & *ſeqq.*

Concluditur, quod utraque opinio habet ſuam probabilitatem, & innititur reſolutionibus Sac. Congregationis Concilii. *pag.* 145. *num.* 37. & *ſeqq.*

Indulta ſuſcipiendi Ordines extra tempora, attenta opinionum ſciſſura, an ſint revocata per Concilium, opus eſſet Pontificia deciſione. *ib. num.* 40.

Adducitur declaratio facta per BENEDICTUM XIII. in Concilio Romano, quòd privilegia Regularium quoad hoc non ſint revocata, ſivè illa habeant expreſsè, ſivè per viam communicationis. *pag.* 146. *num.* 41.

Inſtitutio alia eſt collativa, alia auctorizabilis, & quænam ſit. *pag.* 74. *nu.* 122.

Inſtitutio corporalis eſt immiſſio ad corporalem poſſeſſionem Beneficii, & hæc ad quem de jure ſpectat? *ibidem numero* 123.

Inſtitutio collativa poteſt acquiri per Prælatos inferiores ex privilegio, vel præſcriptione quadragenaria. *ibidem numero* 124.

Inſtitutio auctorizabilis in Cappellis Monachorum ſpectat ad Epiſcopum, licèt collatio pertineat ad Abbatem. *ibid. num.* 125.

Et quid ſi agatur de Cappellis unitis Regularibus aliiſque Prælatis quoad temporalia & ſpiritualia. *ibidem numero* 126.

Etiam in his ſpectat ad Epiſcopum inſtitutio auctorizabilis. *pag.* 75. *nu.* 126. & 127.

Et quid de Parochis Regularibus, & Vicariis amovibilibus. *ibidem.*

Inſtitutio auctorizabilis in Eccleſiis verè *Nullius* ſpectat ad Prælatum inferiorem. *pagina* 75. *num.* 128. & *pagina* 76. *num.* 134.

Qualiter Prælatus inferior poſſit reddi capax hujuſmodi juris. *ibid. nu.* 129.

Inſtitutio auctorizabilis poteſt ab Epiſcopo transferi in ejus Vicarium; ſicuti ſede vacante tranſit in Capitulum, ejuſque Vicarium. *pag.* 135. *nu.* 130.

Poteſt per Inferiorem præſcribi per quadragenariam cum titulo colorato. *pag.* 75. *nu.* 131. & *ſeq.*

Expenditur ad rem Textus *in cap. Cum ſatis, de offic. Archid. ib. num.* 132.

Interdictum locale eſt nervus Eccleſiaſticæ diſciplinæ. *pag.* 292. *nu.* 4.

Affertur ejus exemplum ex facto D. Auguſtini contra Bonifacium. *ibid.*

Interdictum locale apponitur, ut ex luctu Populi Princeps reſipiſcat. *pag.* 292. *numero* 4.

Interdictum locale uti pœna medicinalis affert aliquod detrimentum, quod compenſatur cum utilitate medicinæ. *ibid.*

Civitas, & Populus innocens, quo jure ſupponatur interdicto ob delictum Principis. *ibid.*

Interdictum locale ſervantes, quod non fuit impoſitum ob eorum delictum, merentur & acquirunt augmentum gratiæ. *pagina* 293. *num.* 6.

Interdictum locale ob delictum Domini apponitur in ejus Terra. *ibid. num.* 7.

Interdictum locale originem non habuit ab Alexandro III. ſed longè ante ipſum fuit in Eccleſia. *ibid. nu.* 8.

Referuntur plura exempla interdicti localis Regnorum, Provinciarum, & Civitatum ante Alexandrum III. *ibid.* verſ. tempore, & verſ. cum Stanislaus.

Refellitur argumentum deſumptum ex eo, quod Gratianus in decreto non faciat mentionem interdicti localis. *ibid.*

Interdictum generale Regnorum Galliæ, & Angliæ ab Innocentio III. inflictum commemoratur cum ſuis cauſis. *pag.* 294. *nu.* 9.

Interdictum locale uſque à tempore D. Baſilii practicatum fuiſſe oſtenditur. *ibidem* verſ. an autem.

Adducuntur exempla interdicti localis in Regnis Luſitaniæ, Poloniæ, & Siciliæ, in Statu Veneto, Urbini, & Marchia. *ibid.* verſ. ultra.

Interdictum locale nonniſi cum maxima circumſpectione infligendum eſt. *ibid. num.* 10.

Servandum eſt etiam ab Exemptis, & Regularibus privilegiatis. *ibid.*

Interdictum locale juxta antiquam Eccleſiæ diſciplinam, quo titu inflictum fuerit. *pag.* 295. *num.* 11.

Ejus antiquus vigor in quibus temperatus fuerit à Bonifacio VIII. *ibid.*

Interdictum locale ſervare tenentur Regulares ex decreto Concilii Lateranenſis. *ibid. nu.* 12.

Licet poſtea, quoad hoc obtinuerint ſpecialia privilegia, ſivè directè, ſivè in vim communicationis. *ibidem, numero* 13.

Interdictum locale, ſivè latum à Papa, ſivè ab Epiſcopo ſervare tenentur Regulares, non obſtantibus eorum privilegiis, per Tridentinum ſublatis; cum ſola moderatione *Cap. Alma mater de excommun. in 6. ibidem, numero* 14.

Interdictum locale ſuſpendi non poteſt à Regularibus in feſtis Sanctorum ſuorum Ordinum. *ibid. num.* 15.

Niſi obtinuerint ſpeciale privilegium poſt Concilium, non obſtante Bulla S. Pii V. utpotè redacta per Gregorium XIII. ad terminos Juris, & Concilii. *pagina* 296. verſ. Nec obſtat.

Et an quoad hoc ſuffragetur privilegiorum communicatio. *ibid. numer.* 16.

Irregularis, ſi fuerit diſpenſatus, validè conſequitur beneficium, etiam ante expeditionem literarum Diſpenſationis. *pag.* 97. *ſub numero* 33.

Irregularis durante irregularitate eſt incapax Beneficiorum, & collatio eſt ipſo jure nulla. *pag.* 158. *numer.* 30.

Irregularis non privatur fructibus Beneficiorum antea obtentorum, nec privatur Beneficiis obtentis; ſed requiritur ſententia. *ibid. numer.* 31.

Irregularitas ipſo facto incurritur à miniſtrante in Ordinibus malè ſuſceptis, & an quoad hoc requiratur præſumptio ſcientiæ prohibitionis. *pag.* 155. *num.* 9.

Irregularitas incurritur non ſolum à miniſtrante in Ordine malè ſuſcepto, ſed etiam in aliis priùs ritè collatis. *p.* 156. *num.* 10.

Irregularitas quo jure incurratur à miniſtrante in Ordine malè ſuſcepto. *ibid. num.* 16. & 17.

Irregularitas incurritur ab eo, qui ordinatus bona fide ante legitimam ætatem miniſtrat in Ordine ſuſcepto poſt habitam notitiam defectus ætatis. *ibid. num.* 18.

Irregularitas, an incurratur ab eo, qui Ordines malè ſuſcepit ex eo, quòd celebraverit Miſſam cum Epiſcopo, dum Ordines recepit, vel in eadem Miſſa miniſtraverit ut Diaconus, vel Subdiaconus. *ibid. num.* 19. & 20.

Irregularitas incurſa ob adminiſtrationem Ordinis ſuſcepti ante legitimam ætatem, diſpenſatus per Pœnitentiariam, dummodò de præſenti habeat ætatem. *ibid. numero* 23.

Irregularitas nova incurritur, ſi diſpenſatus ab ea miniſtraverit in Ordinibus ante executionem diſpenſationis, *ibidem*.

Refertur caſus deductus in Pœnitentiaria Ordinati ad Subdiaconatum ante ætatem; qui fuit diſpenſatus ob irregularitatem cum facultate, ut promoveri poſſet ad ulteriores Ordines ante legitimam ætatem. *ibid. numer.* 24.

Irregularitas incurritur ab Epiſcopo ſuſpenſo à collatione Ordinum, ſi Ordines conferat. *pag.* 158. *num.* 35.

Secus autem ſi Miſſam celebret, & quare. *ibid.*

Irregularitas incurſa ab eo, qui miniſtravit in Ordine malè ſuſcepto, diſpenſatur per ſolam Sedem Apoſtolicam, niſi irregularitas eſſet occulta. *ibid. num.* 28.

Intruſio in beneficia, quomodo probetur, quando impetrantur beneficia? *pag.* 263. *nu.* 26.

Jubilæi Romani, ſeu anni Sancti origo. Innuuntur temporum mutationes, & varia intercapedo uſurpata à ſua origine uſque ad præſens pro indictione Jubilæi. *pagina* 265. *num.* 1. 2. & 3.

Referuntur Auctores de Jubilæo agentes. *ibidem, numero* 4.

Ad adipiſcendas indulgentias Jubilæi debent viſitari quatuor Baſilicæ Urbis. Et quæ ſint, & a quibus deſignatæ. *ibid. num.* 5.

Quid geſtum fuit ab Urbano VIII. tempore peſtis. *ibidem*.

Pro Jubilæo viſitatio præſcribitur per triginta vices Romanis, & Incolis Urbis, & per quindecim Exteris. *ib. nu.* 6.

SSmus D. N. BENEDICTUS XIII. pluries benignè diminuit numerum viſitationum. *ibid.*

Pœnitentiariis Baſilicarum datur facultas diminuendi dictas viſitationes. *ibid.*

An ſi quis poſt factas aliquas viſitationes obtinuerit reductionem, teneatur ex integro viſitare juxta numerum reductum? *pag.* 266. *num.* 7.

Viſitationes fieri debent in die. Et quomodo dies intelligatur, naturalis, vel Eccleſiaſticus? innuitur dubium excitatum tempore Clementis X. *ibid. numer.* 8. & 9.

Viſitationes omnium quatuor Baſilicarum debet expleri unica die. *ibidem, num.* 10.

Parvitas materiæ non excuſat, itaut ſi quis deficiat in unica viſitatione, non lucratur indulgentias, *ibid. numero* 11.

Jubilæi tempore ſuſpenduntur quæcumque indulgentiæ. *ib. num.* 12.

In aperitione Jubilæi recluduntur Portæ Sanctæ quatuor Baſilicarum; & in fine clauduntur, & quo titu, & a quibus? *ibid. nu.* 13. & *ſeqq.*

Quid geſtum fuit Pontifice impedito. *ibid. nu.* 14.

Adducuntur aliqui caſus non approbari à Sacra Congregatione ſuper ſolemnitate Jubilæi exiſtentis in aliqua Eccleſia ex vi privilegii Apoſtolici prætenſi. *pag.* 266. & 267. *nu.* 17.

Judæi deferentes arma Infidelibus, puniuntur ab Inquiſitoribus. *pag.* 36. *nu.* 6.

Judex Eccleſiaſticus Ordinarius, aut Delegatus nihil recipere poteſt pro juſtitia miniſtranda, & ſub quibus pœnis. *pag.* 212. *nu.* 34.

Nec quidem ſub titulo muneris, niſi ſint eſculenta, vel poculenta. *ibid.*

Judex pecuniam mutuò ab actu Litigantibus, vel de proximo Litigaturis recipere non valet. *pagina* 211. *numero* 28.

Secus à non Litigantibus, niſi ſint Mercatores, ſeù qui aliàs pecuniam otioſam tenere non ſolent. *ibid.*

Judex, quoad prohibitam receptionem munerum. Vide Munera.

Judex præſumitur habere notitiam eorum, quæ geſta ſunt in ejus Tribunali. *pag.* 165. *num.* 18.

Juſpatronatus activum, & paſſivum, & quodcumque aliud jus honorificum alienari ab Eccleſia non poteſt ſine beneplacito. *pag.* 227. *n.* 21. & *ſeqq.*

Juſpatronatus conceſſum à Papa etiam cum clauſulis importantibus æquiparationem Juriſpatronatus ex fundatione, non efficitur tale, ſed tantum ex privilegio. *pagina* 45. *num.* 5.

Secus ſi Papa declaraverit illum eſſe Juſpatronatus ex fundatione. *ibid. n.* 6.

Juſpatronatus relictum Confraternitati laicali, cenſetur laicale, ſi ſit relictum intuitu Laicorum confratrum; ſecus ſi intuitu eorum Eccleſiæ. *pag.* 24. *num.* 58.

Similiter cenſetur Eccleſiaſticum, ſi ſit relictum Operariis laicis intuitu Eccleſiæ. *ib.*

Itemque ſi ſit relictum Canoniſtis laicis contemplatione Eccleſiæ, ſeu Capituli. *ibid.*

Juſpatronatus hæreditatis deſtinatæ ad loca pia dicitur Eccleſiaſticum, etiamſi hæreditas ſit jacens. *ibidem*.

Juſpatronatus laicale evadit Eccleſiaſticum, ſi tranſeat in perſonas Eccleſiaſticas, & ſubjicitur reſervationibus, & Concordatis. *ibid.*

Dummodò non obſtet mens Teſtatoris elicienda ex conjecturis. *ibid.*

L

LÆſio ſi opponatur ab Eccleſia, non datur ei manutentio, niſi docto de læſione, dummodò læſio non ſit enormiſſima. *pag.* 245. *num.* 13.

Laicus in Tribunali Cardinalis Vicarii Urbis, & Legationis Avenionen. quatenus poſſit ſententias ſubſcribere in Cauſis ſpiritualibus, & matrimonialibus. *pagina* 203. *num.* 100.

Laicus poteſt per Papam delegari pro cognoſcendis Cauſis Eccleſiaſticis, ubi diſtinguitur inter ſpirituales, & non ſpirituales. *ibid.*

Refertur reſolutio Clementis XI. pro Locumtenente Criminali Cardinalis Vicarii. *pag.* 204. *n.* 101.

Laudemium. Vide Quindennia.

Laudum latum à perſona Eccleſiaſtica inter Laicos voluntariè compromittentes, eſt reducendum ad arbitrium boni viri a Judice Eccleſiaſtico. *pag.* 201. *nu.* 83.

Legatum quatenus poſſit ab Eccleſia renunciari ſine beneplacito Apoſtolico. *pag.* 234. *num.* 74. Vide Alienatio. Hæreditas. Renunciatio.

Legatus à Latere, quoad prælationem Crucis. Vide Crux.

Legatus à Latere, non obſtantibus Concordatis, poteſt concurrere cum ordinariis Collatoribus in proviſione beneficiorum, tum eis concurrendo, vel eos præveniendo, quamvis in praxi ſe abſtineat. *pag.* 15. *nu.* 40.

Legatus a Latere ſine ſpeciali facultate nequit concedere beneplacitum pro alienandis rebus Eccleſiæ, & quid in caſu neceſſitatis, ſi nequeat adiri Summ. Pontif. *pag.* 252. *nu.* 2. & *ſeqq.*

Legatus à Latere non cognoſcit Cauſas in prima inſtantia, ſed eæ per Concilium reſervantur Ordinariis. *ibid. num.* 3.

Beneplacitum ab eo conceſſum pro alienatione rei Eccleſiæ,

cleſiæ, præſumit in illo ſpecialem facultatem, ſi concurrat lapſus temporis, & obſervantia ſubſequuta. *ibidem*.

Legatus à Latere, ſi ſit Cardinalis, facultas eidem tributa non extenditur ad alios Legatos a Latere non Cardinales. *ibid. num.* 5. Vide Nuncius.

Legitima filii rei viventis obnoxii Confiſcationi bonorum, debet ſolvi à Patre Fiſco. *pag.* 319. *num.* 8.

Leodien. Eccleſia ſubjacet Concordatis Germaniæ quoad loca ſita in Germania; licèt habeat alias gratias Pontificias magis ſavorabiles. *pag.* 7. *num.* 8. Vide Concordata.

Lex Diœceſana, & lex Juriſdictionis quos actus ſub ſe contineant, & ad quam ex dictis legibus pertineat jus convocandi Synodum. *pag.* 71. *nu.* 106. *& ſeq.*

Licentia exequendi mandato Judicum die feſtivo in Urbe conceditur à Gubernatore, vel A. C. non autem à Cardinali Vicario. *pag.* 203. *num.* 91. *& ſeq.*

Literæ Apoſtolicæ ſub forma, *Rationi congruit*, expediuntur pro gratiis conceſſis per Pontifices prædeceſſores abſque expeditione Bullarum. *pag.* 94. *num.* 12.

Adducitur tenor talium literarum. *ibid.*

In his literis expediendi ſervanda eſt Regula 20. Cancellariæ, cujus tenor refertur. *ibid. num.* 13.

Literæ ſub forma, *Rationi congruit*, expediuntur ſolùm pro negotiis expeditis à Prædeceſſoribus expreſſis in Regula Cancellariæ, & qui Prædeceſſores comprehendi ſoleant in dicta Regula. *pag.* 95. *num.* 14. *& ſeq.*

Si regula utatur verbo, *Prædeceſſoris noſtri*, intelligitur de immediato. *ibid. nu.* 15.

Tales literæ ſunt uniformes juri communi. *ibidem, numero* 16.

Non continent novam gratiam, ſed atteſtantur de gratia per Prædeceſſorem conceſſa. *ibid. num.* 17. *& pagin.* 96. *num.* 24.

Licèt dictæ literæ ex gratia expediantur tamen aliquo modo dicuntur debitæ. *pagina* 95. *numero* 18. *& ſequenti*.

Literæ ſub forma, *Rationi congruit*, non expediuntur pro gratiis injuſtis per Prædeceſſores conceſſis. *ibidem, numero* 19.

Nec dant robur gratiæ ab initio injuſtæ, vel invalidæ. *ibidem*.

Literæ ſub forma, *Rationi congruit*, an expediantur pro gratiis ſolo verbo factis à Prædeceſſore, vel requiratur quod ſupplicatio ſit ſignata. *ibid. num.* 20.

De ſtylo requiritur, quòd gratia ſit ſignata ab Anteceſſore, nam mora nocet Impetranti. *ibid. nu.* 21.

Si non dubitatur de gratia ſolo verbo facta ſolet expediri dictæ literæ. *ibid. num.* 22.

Literæ ſub forma, *Rationi congruit*, nihil continere debent ultra contenta in ſupplicatione, aliàs poſſet dici de ſubreptione gratiæ. *pag.* 96. *nu.* 23.

Gratia in eis conceſſa attenditur, non à die expeditionis literarum, ſed ſignificationis ſupplicationis etiam in præjudicium Tertii. *ibid. num.* 24.

Literæ expeditæ, & plumbatæ tempore Papæ anteceſſoris, non ſunt expediendæ ſub forma, *Rationi congruit*. *ibid. num.* 25.

Nec etiam requiritur expeditio, ſi ſint plumbatæ in albo, ſed tunc ſit revalidatio per Succeſſorem. *ibid.*

Literæ in forma, *Rationi congruit* poſſunt expediri toto tempore vitæ Papæ ſucceſſoris, ſi agatur de gratia conceſſa ab immediato Prædeceſſore. *ibid. nu.* 26.

Secus ſi de Prædeceſſore mediato, quo caſu expediendæ ſunt intra ſex menſes. *ibid.*

Literæ in forma, *Rationi congruit* dantur, non à die conceſſionis gratiæ, ſed à die coronationis Papæ ſucceſſoris. *ibid. nu.* 27.

Literæ Apoſtolicæ poſſunt expediri per Papam etiam ante ejus coronationem, neque idcircò poſſunt impugnari. *ibid. num.* 28.

Literæ in forma, *Rationi congruit*, expediuntur etiam pro gratiis conceſſis in forma commiſſaria requirentibus miniſterium Executoris. *ibid. nu.* 29. *&* 30.

Affertur ad rem deciſio Rotæ in Cæſarauguſtana Penſionis. *ibid. num.* 31.

Literæ in forma, *Rationi congruit*, expeditæ pro gratia retinendi penſionem conceſſa in forma commiſſaria, non ſortiuntur effectum, niſi literæ fuerint exequutæ. *pag.* 97. *num.* 33.

Et quid ſi Penſionarius profeſſionem emittat ante executionem literarum. *ibid.*

Poſt earum exequutionem literæ ſortiuntur effectum à die conceſſionis gratiæ. *ibidem, ſub. num.* 33. *verſ.* Verùm.

Literæ cum indulto ad teſtandum, ſi fuerint expeditæ, valet Teſtamentum conditum ante illarum expeditionem, & poſt ſignatam gratiam. *ibid.*

Prout valida eſt collatio Beneficii poſt obtentam diſpenſationem ab irregularitate, etſi literis non expeditis. *ib.*

Literæ Apoſtolicæ expediuntur gratis pro Clericis Cameræ, eorumque Nepotibus, & Familiaribus. *pag.* 268. *num.* 7. *& ſeq.* Vide Clerici Cameræ.

Livella non poſſunt à Regularibus, & Monialibus cedi eorum Conſanguineis ſine licentia Sac. Congregationis. *pag.* 225. *nu.* 7.

Livella: quatenus Regulares obtineant indultum de eis diſponendi. *pagina* 300. *verſ.* Quod ſi.

Loca Montium in Urbe, an poſſint per Eccleſiam alienari ſine ſolemnitate. *pag.* 225. *num.* 7.

Loca Montium in Urbe veniunt nomine ſtabilium, præſertim ſi ſint Regularium. *ibid.*

Loca Montium vendi non poſſunt per Monialem etiam cum conſenſu Abbatiſſæ, pro fructibus ejuſdem Monialis vita durante, ſine beneplacito Apoſtolico. *ibid.*

Nec poſſunt per Monialem alienari fructus ejus vita durante ad illam ſpectantes. *ibid.*

Loca Montium deſcripta in literis patentibus in faciem Regularis, non poſſunt ab eodem in alium transferri, cùm eorum dominium non ſit penes ipſum Regularem, ſed penes Religionem. *ibid.*

Locus pius, & locus Eccleſiaſticus differunt ex erectione facta cum, vel ſine auctoritate Eccleſiaſtica. *pag.* 242. *num.* 33.

Locus quatenus cenſeatur Eccleſiaſticus ex viſitatione facta per Epiſcopum. *ibid.* Vide Confraternitas.

Locationes bonorum Eccleſiæ factæ ad vitam Canonicorum, & Capitularium ſine beneplacito Apoſtolico non ſuſtinentur, & an incurrantur pœnæ, *Extrav. Ambitioſ. pag.* 240. *num.* 18.

Locumtenens criminalis Cardinalis Vicarii laicus, & uxoratus, an poſſit ſubſcribere ſententias latas in Cauſis ſpiritualibus, & matrimonialibus. *pag.* 203. *n.* 100.

Refertur prudentialis reſolutio capta per Clement. XI. *pag.* 204. *nu.* 101. Vide Laicus.

Lotharius Franciſcus de Schonborn Elector Moguntinus Epiſcopus Bambergenſis laudatur, ejuſque virtutes eximiæ, & Paſtoralis vigilantia commendatur. *pag.* 195. *numero* 27.

Lovanienſis Univerſitatis indulta quoad collationes Beneficiorum quatenus infringantur per clauſulas derogatorias contentas in Regula 9. Cancellariæ. *pagina* 8. *numero* 13.

Lovanienſis Univerſitas quatenus gaudeat Concordatis Germaniæ ex Indultis Pontificiis. *pagina* 7. *num.* 12. Vide Concordata.

M

MAgiſtri Viarum in Urbe, & diſtrictu quam Juriſdictionem habeant. *pagina* 314. *num.* 3. *&* 4. Vide Ediles.

Quam obtineat Præſes Viarum. *ibid.*

Non poſſunt cognoſcere de Jure Congrui. *ibidem, numero* 5.

B. Mariæ Virginis cultus ab initio Eccleſiæ fuit receptus, & ſucceſſivis ſæculis auctus magiſque propagatus, potiſſimùm poſt Synodum Epheſinam. *pag.* 305. *nu.* 1. Vide verbo Roſarium.

B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Ordo ob quartum votum manendi in pignus apud Infideles, cenſetur arctior aliis Religionibus. *pag.* 46. *num.* 1.

Et ideò Calliſtus III. prohibuit ex eo tranſitum ad quemcumque alium Ordinem. *ibid.*

Quod tamen fuit immutatum à Clem. VIII. qui declaravit non poſſe Minores obſervantes tranſire ad Ordinem S. Mariæ de Mercede. *ibid. nu.* 3.

Melioramenta facta in bonis Eccleſiæ malè alienatis, quatenus ſint reſtituenda Melioranti, & quid de fructibus melioramentorum. *pag.* 246. *num.* 20.

Melioramenta neceſſaria reficienda ſunt Melioranti rem Eccleſiæ malè alienatam, etiam ſtante quacumque mala fide. *ibid. num.* 22.

Sivè conſiſtant in faciendo, ſivè in reficiendo, dummodò non adfuerit dolus, ut Eccleſiæ ſit difficilior recuperatio. *ibid.*

Melioramenta neceſſaria, quæ cenſeantur. *ibidem, n.* 23.

Melioramenta utilia debet reſtituere Eccleſia in pretio minori inter expenſum, & melioratum, ſi alienatio fuerit facta cum reſervatione beneplaciti, & Eccleſia velit pœnitere ante illius impetrationem, *ibidem, num.* 24.

Melioramenta utilia ſunt reductio ad culturam loci nemoroſi, & inculti, conſtructio domus pro Villicis, & ſtabuli pro Animalibus, plantatio vitium, aggeres pro avertendis aquis, & ſimilia. *ibid.*

Melioramenta, quæ fiunt pro ordinaria cultura, non dicuntur utilia, nec reficienda. *ibid.*

Melioramenta facta in bonis Eccleſiæ poſt beneplacitum denc-

Digitized by Google

denegatum, vel malè executum, vel poſt ioterpellationem factam, aut motam litem, conſentur facta io mala fide, nec ſunt reficienda ab Eccleſia, ſed cedunt ſolo. *ibid. nu.* 25.

Si ſint ſeparabilia abſque læſione prioris ſtatus, permittitur melioranti, ea abradere à fondo. *ibid.*

Si nullitas alienationis ſit ob defectum ſolius formæ, vel conſiſtat ioapice juris, & agatur de melioramentis utilibus perpetuam utilitatem importantibus, intrat æquitas Judicis pro eorum refectione. *ibid.*

Melioramenta ſunt reſtituenda, ſi fuerint facta ex conventione inita cum Eccleſia. *pag.* 247. *num.* 26.

Melioramentorum fructus quatenus ſint reſtituendi. *pag.* 247. *nu.* 27. Vide Fructus.

Menſa Abbatialis à Conventuali dividi non debet, ſi Abbas ſit Conventualis, ſecus ſi agatur de Abbate Commeodatario. *pag.* 240. *num.* 12.

Meten. Eccleſia per extenſionem Nicolai V. gaudet Concordatis Germaniæ, *pag.* 7. *num.* 10. Vide Concordata.

Metropolis in Italia una erat Romana, quæ comprehendebat etiam Siciliam, & Sardiniam. *pag.* 193. *num.* 16. *& ſeq.*

Metropolis Hydruatina à quo erecta, & cum quibus Suffraganeis. *ibid. num.* 17.

Metropolis Romana reſtricta remanſit inter Provinciam Capuanam, & Piſanam. *pag.* 193. *num.* 19. *& pag.* 194. *num.* 30.

Metropolis Senenſis, quando foit erecta per Pium II. fuit diſmembrata à Provincia Romana. *ibidem, numero* 20.

Metropolis Capuana non continet ſub ſe Eccleſiam Aquinatenſem. *ibid. nu.* 22.

Metropolitani duo poſſuot eſſe in eadem Provincia materiali. *pag.* 211. *nu.* 53.

Metropolitanus. Vide Archiepiſcopus. Erectio.

Milites profeſſi in Ordine militari veniunt nomiue Regularium, ſi emittunt tria vota, & comprehendnntur, ſub prohibitione dimittendi habitum in *cap. ut periculoſa, ne Cleric. vel Monach. pag.* 281, *nu,* 25.

Mioorum ioſtitutio, & incrementa receoſentur. *pag.* 271. *num.* 1. *& ſeq.* Vide D. Franciſcus Paulanus.

Quo tempore initium habuerit. Referuntur opiniones. *pag.* 272. *nu.* 5.

Mioimi quare ſic nuncupentur. *ibid. num.* 7.

Quæ privilegia, fuerint conceſſa huic Ordini. *ibidem, num.* 8.

De abſtinentia à carnibus aliiſque, quæ à carne trahuot originem. *ibid.* remiſſivè.

Minores Obſervantes tranſire poſſunt ad Ordinem S. Mariæ de Mercede. *pag.* 46. *num.* 3.

Minorum Ordo ampliſſimis privilegiis fuit cumulatus à nonnullis Romanis Pontificibus, præſertim à Sixto IV. ejus Conſtitutione 6. quæ Mare magnum ouocupatur. *pag.* 273. *num.* 1.

Quæ privilegia fuerunt in pleriſque moderata à Leone X. a Sac. Concilio Tridentino, & à Pio IV. & in quibus? *pag.* 273. *num.* 2.

Minuta ſervitia, quid ſint. *pag.* 263. *num.* 20. Vide Annatę.

Miſſam per Papam celebranda so ſit neceſſaria in Canonizatione Sanctorom. *pag.* 135. *num.* 13.

Miſſa io Canonizatione Sanctorum aliquando fuit celebrata per alium, non autem per Papam die ſequenti ad Canonizationem. *ibid.*

Miſſa Epiſcopi ordinantis, an reqoiratur, & ſit de ſubſtantia collationis Ordinum. *pag.* 158. *num.* 38. Vide Ordines.

Miſſa in primis ſæculis hora veſpertioa celebrari poterat io diebus jejuniorum, quæ dicebatur Miſſa veſpertina. *pag.* 140. *num.* 14.

Miſſa, quæ celebratut à Presbytero, dum ordinatur, concelebrando cum Epiſcopo ordinante, non cenſetur Miſſa Presbyteri Ordinati, ſed eſt pars Ordinationis in Presbyterum. *pag.* 157. *num.* 19.

Miſſionariis conceditur licentia dimittendi babitum regularem io facultatibus, quæ ſolent expediri per S. Congregationem de Propaganda Fide. *pag.* 282. *num.* 34. in fine.

Mobilia pretioſa obligari non poſſunt ſine beneplacito Apoſtolico, etiam ſi ſint mobilia ſerica, & Superiores Regulares ſine beneplacito alienantes inciduot in pœnas, etiamſi hoc faciant cum approbatione totius Capituli Generalis. *pag.* 230. *num.* 28.

Mobilia valdè conſumpta, & non magoi valoris, etiamſi ſint aurea, alienari poſſunt ſine beneplacito. *ibid.*

Mobilia argentea fuit permiſſum alienari ad effectum reſtaurandi Eccleſiam collapſam, quomodo. *ibid.*

Mobilia pretioſa ſuot reliquiæ, & quatenus alienari poſſint, & quid de Imaginibus devotis. *ibid. nu.* 29. *&* 30. Vide Reliquiæ. Imagines.

Molendina cenſentur bona ſtabilia, & quid ſi ſint Molendina poſita ſopra flumen. *pag.* 224. *num.* 2. Vide Alienatio.

Monachis quoad literarum ſtudia vetita, vel permiſſa. Vide Studia. Regulares.

Monaſterium Meſſanenſe Ordinis S. Baſilii, ejuſque Archimandrita obtinuit plura privilegia ab Alexandro III. & Calliſto III. *pag.* 49. *num.* 1. *& ſeq.*

Ejus commendatarius fuit Card. Beſſarion, qui procuravit ejus reformationem, & obtinuit privilegia à Calliſto III. *ibid. num.* 2.

Moniales exemptæ ſubduntur Epiſcopo qooad clauſuram, & alia, per Conc. Trid. & Bullam Gregorii XV. *pag.* 78. *nu.* 143.

Quod limitatur in Monaſteriis exiſtentibus ſub Prælato verè *Nullius*. *ibid.*

Moniales Monaſterii Oppidi Talcacotii Marſicanæ Diœceſis, ſunt *Nullius* ſecundùm quid, & abſtractæ à juriſdictione Epiſcopi etiam delegata. *ibid.*

Moniales exemptæ viſitari poſſunt ab Epiſcopo, etiam extra caſum Clauſuræ violatę, eique ſubduotur in pluribus, quę enumerantur. *pag.* 79. verſ. Circa.

Nec Epiſcopus viſitaturus tenetur eis præfinire diem, & horam viſitationis. *ibid.*

Non tamen poteſt viſitare Euchariſtiam, oleum Infirmorum, confeſſionalia, ſepulturas, & Reliquias, niſi adſit conſuetudo. *ibid.*

Moniales exemptæ non tenentur erigere ſedem cum Baldachino Epiſcopo viſitanti, ſed tantùm præparare ſtratum. *ibid.*

Quas perſonas Epiſcopus viſitans poſſit ſecum ducere in clauſuram. *ibid.*

Moniales exemptę non tenentur excipere Epiſcopum viſitantem cum cruce, & cantico *Benedictus*; nec tenentur adornare ſtratum in ingreſſu Clauſuræ, ibique Epiſcopo genuflexo tradere Crucem de oſculandam. *ibidem.*

Nec Epiſcopus poteſt ad eas ſermonem habere in choro vel alio loco. *ibid.*

Viſitare poteſt eorum cellas etiam in non pertinentibus ad Clauſuram. *ibid.*

Moniales Regularibus ſubjectæ non poſſunt in foro conſcientiæ abſolvi ab Epiſcopo, quoad caſus clauſurę violatæ. *pag.* 70. verſ. Alia.

Viſitari poſſuot ab Epiſcopo in concernentibus obſervantiam clauſurę toties, quoties expedire judicaverit. *ibid.*

Etiam quoad Eccleſiam, communicatorium, & crates Confeſſionarii; Itemque crates, & mœnia exteriora Monaſterii, chorum interiorem, dormitoria, cellas, & alia loca pro Clauſuræ cuſtodia. *ibid.*

Epiſcopus eas viſitans poteſt ingredi indutus mozzeta ſuper rocchettum, abſque ioterventu Superioris Regularis. *ibid.*

Et poteſt ad eas habere ſermonem ſpiritualem tam intra, quàm extra ſepta Monaſterii, eique tradenda eſt notula omnium Monialium, Educandarum, & Ancillarum. *ibid.*

Moniales Regularibus ſubjectæ poſſunt ab Epiſcopo in viſitatione ſingulæ, & ſeorſim interrogari, & examinari ſine obſervantia Clauſuræ. *ibid.*

Regulares, & ſæculares cum illis alloqui volentes tenentur obtinere licentiam Epiſcopi. *ibid.*

Eorum computa, & ſtatus OEconomicus revideri, & recognoſci poſſunt ab Epiſcopo, & Superiore Regulari. *ibid.*

Moniales in alienatione bonorum Monaſterii ſubduntur diſpoſitioni, *Extrav. Ambitioſa*. *pag.* 241. *num.* 25.

Mooiales ſubjectæ Regniaribus, ao poſſint abſolvi per ſuos Prælatos Regulares, & Confeſſarios à caſibus Epiſcopis reſervatis. *pag.* 313. *num.* 18. Vide Caſus reſervati.

Confeſſarii Provincialium debent approbari ab Ordinariis. *ibid. ſub num.* 18.

Referuntur nonoullæ reſolutiones Sacr. Congregationis Concilii in dubiis exortis inter Confeſſarios, & Superiores regulares cum Ordioariis, circa Moniales ſubjectas Regularibus, quoad licentias ingreſſus in Monaſterium, & allocutionis cum Monialibus. *ibidem numero* 19.

Monitoriales pro rebus deperditis concedi non poſſunt per Prælatos inferiores, etiam ſi ſint verè *Nullius*. *pag.* 65. *num.* 64. *&* 65. Vide Prælatus inferior.

Montes Pietatis erecti auctoritate Ordinarii, alienare non poſſuot booa ſine beneplacito Apoſtolico. *pag.* 242. *nu.* 31. Vide Confraternitas.

Mons Miſericordiæ Civitatis Neapolis in alienatione ſtabilium petit beneplacitum Apoſtolicum, *ibidem, numer.* 32.

Muoera à Judicibus Status Eccleſiaſtici recipi prohibuit Sixtus IV. *pag.* 301. *num.* 3.

Munera recipi ab Officialibus Sedis Apoſtolicæ in Terris

Digitized by Google

Eccleſiæ prohibuit Paul. II. & ſub quibus pœnis. *pag.* 207. *num.* 1.
Sivè dentur pro gratia, aut juſtitia obtinenda, ſivè non. *pag.* 208. *num.* 2.
Munera dare, aut recipere pro gratia, aut juſtitia obtinenda apud Sedem Apoſtolicam probibetur per plures Bullas Pontificias per totum Orbum. *ibid. nu.* 3.
Quæ Bullæ non comprehenduut data, & accepta pro juſtitia, aut gratia obtinenda apud alios Judices Eccleſiaſticos, niſi tantùm, quoad munera data ex bonis Communitatum. *ibid. n.* 4.
Munera prohibita per Bullam Paulinam comprehendunt omnes, exceptis ſolis Cardinalibus. Epiſcopi autem non comprehenduntur uti Epiſcopi, ſed tantùm, ſi ſint Officiales Sedis Apoſtolicæ. *ibid. nu.* 5.
Exteri etiam comprehenduntur, dummodo habitent Intra Statum Eccleſiaſticum, *ibid. num.* 6.
Non comprehenduntur Clerici, & Exempti, niſi agatur de Officiali, cui ipſi ſubduntur. *ibid.*
Munera Judices Eccleſiaſtici, & laici recipere non debent. *ibidem*.
Munera prohibita per Bullam Paulinam comprehendont tam Recipientes, quam ea Dantes. *ibidem num.* 6.
Munera recipi per Bullam Paulinam prohibetur omnibus Officialibus Status Eccleſiæ, & qui veniant ſub hoc nomine. *ibid. num.* 7.
Nomine Officialium veniunt Aſſeſſores, ſeu Conſultores Judicum. *ibid. num.* 8.
Bulla Paulina procedit qooad Officiales miſſos à Papa, ſeu à Sac. Conſulta, aut a Legatis à Latere, non autem quoad miſſos a Baronibus. *ibid.*
Itemque procedit in Officialibus miſſis ad loca immediatè ſubjecta Eccleſiæ Romanæ. *ibid.*
Munera prohibita per Bullam Paulinam comprehendunt omnia, ſolùm exceptis poculentis, & eſculentis conſummabilibus intra biduum. *pag.* 208. & 209. *numero* 9.
Datur in hac re parvitas materiæ reſtricta ad quantitem, in qua furtum committi non cenſetur. *ibid.*
Munera recipientes contra Bullam Paulinam tenentur ad reſtitutionem dupli. Et quibus facienda eſt reſtitutio? *pag.* 109. *num.* 10.
Et incidunt in excommunicationem ipſo facto, necnon in perjurium, ſi juraverint obſervantiam dictæ Bullæ. *ibid. num.* 11.
Hæc Bulla Paulina, an ſit uſu recepta, & an ejus ignorantia excuſet? *ibid. nu.* 12.
Munera non recipere, exceptis eſculentis, & poculentis per triduum conſummabilibus, jurant Gubernatores Status Eccleſiaſtici. *ibid. num.* 13.
Munera a xeniis in quo differant, & quatenus hæc prohibita etiam cenſeantur. *ibid. num.* 14.
Munera excæcant Judicum animas, & quare Judices apud Thebanos truncatis manibus ſculperentur. *ibidem*, *numero* 14.
Munera per Judices recipi jure divino vetitum; & quid conſiderare debeant Judices in recipiendis muneribus. *ibidem*, *nu.* 15.
Munera per Judices recipi jure civili, & Conſtitutionibus Pontificiis prohibitum, exceptis eſculentis, & poculentis. *ibid. nu.* 16.
Referuntur ſimiles probibitiones factæ in aliis Regnis quoad munera per Judices nullo modo recipienda. *pag.* 210. *num.* 17.
Sententia lata prævio munere quatenus ſuſtineatur; & quid ſi fuerit juſta. *ibid.* Vide ſententia.
Judices munera recipientes incurrunt infamiam juris. *ib. num.* 18.
Munera nec quidem pro celeri cauſæ expeditione recipi poſſunt per Judices. *ibid. nu.* 19.
Munera in pecunia cenſentur furtum, & rapina, etiam ſi non adſit promiſſio ferendi ſententiam favore Dantis. *ibidem*.
Munera etiam in eſculentis, & poculentis, ac xeniis in aliquibus Regnis Judicibus recipere vetitum eſt. *ibid. numer.* 20.
Licèt, ubi non adeſt ſpecialis prohibitio, poſſint recipi poculenta, & eſculenta brevi tempore conſummabilia. *ibidem*, *num.* 21.
Munera dicuntur brevi tempore conſummabilia, ſi per Judicem, ejuſque familiam intra tres dies conſumi poſſint, licèt non conſumantur. *ibidem*, & *num.* 22.
Munera recipi poſſunt per Judices, ſi adſit conſuetudo ea mittendi certis anni temporibus, uti eſt in Urbe. *ibid. num.* 23.
Munera quæ dicantur conſiſtere in eſculentis, & poculentis, & benè facit Judex, ſi etiam ab his abſtineat, præſertim ſi habeat ſalarium. *ibid. num.* 24.
Munera a Conſanguineis, & Affinibus recipere Judicibus permiſſum, & uſque ad quem gradum, & cum qua moderatione. *ibid. num.* 25.
Quid tolerandum in Extraneis, dummodò actu non litigent? *ibid.*
Munera ab Amicis benevolentiæ cauſa recipere permiſſum, & cum quo moderamine. *pag.* 211. *nu.* 26.
Niſi adſit lex verbis univerſalibus id prohibens. *ibidem*.
Munera parva, etiamſi non ſint cibaria, quatenus licitè recipiantur etiam à Litigantibus. *ibid.*
Leges prohibentes receptionem munerum an obligent in foro conſcientiæ, & ſub pœna peccati, & reſtitutionis. *ibid. num.* 27.
Et an comprehendant, quod Judex non valeat pecuniam à Litigantibus mutuò gratis recipere? *ibidem*, *num.* 28. Vide Judex.
Munera, & xenia recipi per Epiſcopos, alioſque Eccleſiaſticos Prælatos quatenus prohibitum, *ibidem*, *numero* 29.
Adducitur ad rem exemplum Div. Gregorii Magni. *ibidem*.
Munera in viſitatione recipere prohibitum eſt Epiſcopis, aliiſque jus viſitandi habentibus, eorumque Familiaribus, & quibus pœnis? *ibid. num.* 30.
Affertur ad hoc diſpoſitio Tridentini, & Taxæ Innocentianæ. *ibid. nu.* 31. & *ſeq.*
Munera, ſi recipiantur in viſitatione, non ſuffragatur Recipientibus condonatio facta per Donantes ad pœnas evitandas. *pag.* 212. *num.* 32.
Munera recipere in quibuſcumque rebus ſpiritualibus prohibitum eſt. *ibid. num.* 33. Vide Simonia.
Munera, ſeu ſtrenæ, quatenus licitè recipi poſſint ab Epiſcopis. *ibid. num.* 35. Vide Strena.

N

Nicolai V. natales, patria, animi dotes, & munia per ipſum exercita ante Pontificatum recenſentur. *pag.* 2. *num.* 4.
Ejus præclarum elogium per Cardinalem Ægidium prolatum affertur. *ibid.*
Nicolaus V. fuit litterarum, & Litteratorum ſtudioſiſſimus, & uti talis proponitur exemplum Summis Pontificibus. *ibid. num.* 5.
Refertur ejus prudentia in providenda Eccleſia Regienſi. *ibid.*
Nicolaus V. dum adhuc eſſet Cardinalis, & Epiſcopus Bononiæ, miſſus fuit Legatus ad Principes Germaniæ, & ejus opera facta fuerunt Concordata inter Germanos cum Sede Apoſtolica. *pag.* 2. *num.* 6. & 7. Vide Concordata.
Nicolaus V. coronavit in Urbe Fridericum Imperatorem duplici corona, & refertur ſolemnitas coronationis. *pag.* 40. *num.* 2. & *ſeqq.* Vide Fridericus.
Nicolaus Antonius Cuggiò Secretarius Cardinalis Vicarii commendatur. *pag.* 197. *num.* 57.
Notarius Cardinalis Vicarii, cujus officio annexa eſt Secretaria, habet privativam quoad alios Notarios ejuſdem Tribunalis ſcribendi, & expediendi omnia ea, quæ ſunt de pertinentiis Secretariæ. *ibid. num.* 58.
Habetque privativam, & cumulativam in aliis actibus pertinentibus ad publicum munus Notarii. *ibidem*.
Quæ emolumenta ad ipſum ſpectent privativè ad alios Notarios. *ibid.*
Enumerantur actus, in quibus dictus Notarius habet cumulativam cum aliis Notariis. *ibid.*
Notarii officium bonos mores, & probam fidem exigit, nec niſi à probis Viris exercendum. *pag.* 166. *nu.* 26. Vide Banniti.
Notarii ſeptem Sedis Apoſtolicæ à S. Clemente I. inſtituti, ut SS. Martyrum acta conſcriberent. *pagina* 126. *numer.* 1.
Eorum velocitas in excipiendis conſuetis notis longas Martyrum orationes. *ibid.*
Succeſſivè appellati fuere Protonotarii. *ibid. num.* 2. Vide Protonotarius.
Novitiatus debet fieri in Conventu deſignato ex decreto Clem. VIII. *pag.* 290. *num.* 23.
Novitiatus ad formam Concilii faciendus eſt à Regulari translato ad ordinem S. Spiritus, nec valet novitiatus peractus extra clauſtra Conventus dicti Ordinis. *pagina* 299. *nu.* 4.
Prout non ſubſtinetur penſio eidem Translato conceſſa. *ibid.*
Novitius dimittens habitum, an interrumpat annum probationis? *pag.* 283. *num.* 3.
Nuncius cum facultate Legati à Latere non concedit licentias alienandi bona Eccleſiæ, niſi habeat ſpecialem facultatem expreſſam in Brevi. *pag.* 252. *nu.* 4.
Solet ei concedi facultas prædicta pro valore non excedente ducatos quinque auri de Camera. *ibid. nu.* 6.

Digitized by Google

Nuntii Apoſtolici non ſunt Collatores ordinarii Beneficiorum in eorum Provincia. *pag.* 15. *num.* 40.
Nec poſſunt concurrere, aut prævenire Collatores ordinarios, ubi vigent Concordata Germaniæ. *ibid.*

O

OBlatia major in alienatione rerum Eccleſiæ regulariter non attenditur poſt obtentum beneplacitum, quia tunc jus eſt quæſitum Parti. *pag.* 257. *num.* 53.
Secus ante Beneplacitum obtentum, quia tunc attenditur utilitas Eccleſiæ. *ibid.*
Oblatio major attenditur in locationibus bonorum Eccleſiæ, ſi adſit injuria Rectoris, quo caſo poteſt demandari à Judice, ut locatio fiat plus Offerenti. *ibid.*
Adducitur ad rem reſolutio S. Congregationis Concilii. *ibidem.*
Oblatæ Turris Speculorum nequeunt alienare bona, nec recipere onus cenſus vitalitii ſine beneplacito Apoſtolico. *pag.* 241. *num.* 25.
Oeconomus in Parochialibus exemptis conſtituendus eſt ab Epiſcopo Diœceſano, vel viciniore. *pag.* 76. *num.* 137. & 140.
Etiamſi collatio ſpectet ad Patriarcham, vel alium quemcumque. *ibid.* Vide Prælatus inferior.
Officia Eccleſiaſtica in Germania, ſi conferantur in titulum, cadunt ſub alternativa Concordatorum. *pag.* 25. *num.* 60.
Officia vacabilia poſſunt haberi ab Eccleſia ad vitam alicujus, nec poſſunt ab ea alienari ſine beneplacito. *pag.* 230. *num.* 32.
Explicatur *Rota dec.* 204. *cor. Coccin. ibid.*
Oleum ſanctum per Prælatos inferiores, & regulares, aliosque exemptos recipiendum eſt à Cathedrali Epiſcopi Diœceſani. *pag.* 69. *num.* 87. & *ſeqq.*
Quod procedit etiam quoad Eccleſias Religionis Hieroſolymitanæ. *ibid. nu.* 89.
Oleum ſanctum tenetur Epiſcopus Diœceſanus dare Regularibus, aliiſque Exemptis ſuæ Diœceſis. *ibidem, numero* 89.
Oleum ſacrum in locis verè *Nullius* poteſt ſumi à quocumque Antiſtite. *ibid. num.* 90.
Oratoria Laicorum exiſtentia in Eccleſiis Regularium, erecta auctoritate Eccleſiaſtica, alienare non poſſunt eorum bona ſine beneplacito Apoſtolico. *pag.* 242. *num.* 32.
Ordinationes publicæ in Cathedrali, vel in digniori Eccleſia Diœceſis habendæ ſunt. *pag.* 141. *num.* 16.
Ordines ſumma diligentia, & devotione ſuſcipiendi, ac gravibus pœnis plectendi, qui contra Canonicas leges eos conferunt, vel ſuſcipiunt. *pag.* 139. *nu.* 1.
Referuntur abuſus, qui tempore Pii II. irrepſerant in collatione Ordinum, & diſpoſita per eundem Pontificem pro iis obviandis cum comminatione pœnarum. *ibid. num.* 2. & 3.
Ordines quoad tempus eos conferendi conſiderari poſſunt quoad menſem, diem, & horam. *ibid. num.* 4.
Ordines ab Apoſtolis indiſtinctè quocumque menſe conferebantur. *ibid.*
Ordines ſolo menſe Decembris collati fuerunt à Clemente uſque ad Simplicium, licèt poſtea in aliis menſibus collati fuerint. *ibid. nu.* 5.
Ordines ſacri in Occidente ut conferrentur ſolis quatuor anni temporibus, necnon in duabus Sabbatis præcedentibus Dominicam Paſſionis, & Paſchæ Reſurrectionis ſtatutum fuit. *ibid. num.* 6.
Nec valet conſuetudo, quæ alicubi vigebat Ordines conferendi in diebus dedicationis Eccleſiæ, vel Altarium. *ibid.*
Et Canones *Gratiani* contrarium diſponentes ſunt antiquati. *ibid.*
Ordines ſacros quare ſtatutum fuerit, conferri in præfatis temporibus. *pag.* 140. *num.* 7.
Ordines ſacri conferendi ſunt jejunis, & à jejuno, & præcedente jejonio totius populi. *ibid.*
Ordines apud Græcos conferuntur quolibet die, excepto tempore quadrageſimali, & quare. *ibid. num.* 8.
Ordines collati Clerico Latino ab Epiſcopo Græco juxta ritum Græcum, prævia licentia Epiſcopi Latini, tolerantur per Papam. *ibid.*
Ordines in temporibus à jure ſtatutis conferendi ſunt die Sabbati, non autem die Mercurii, aut Veneris. *ibid. num.* 9.
Ordines olim conferebantur in Veſperis Sabbatorum jejunii, vel in matutinis Dominicæ ſequentis. *ibidem, num.* 10.
Veſperæ Sabbati, an pertineant ad diem Sabbati, vel ad Dominicam ſequentem. *ibid. nu.* 11.
Verius eſt, quod Ordinationis ſolemnitas incipiebat in veſperis Sabbati, & attenta multitudine Ordinandorum protrahebatur uſque ad manè Dominicæ ſequentis. *ibid. nu.* 12.
Ordines primis Eccleſiæ ſæculis conferebantur de nocte ob perſecutiones Infidelium. *ibid.*
Nec Ordinationes habebantur, niſi inter Miſſarum ſolemnia. *ibid. num.* 13.
Mos habendi Ordinationes in Veſperis Sabbati obſolevit ex cauſis, quæ referuntur. *pag.* 141. *nu.* 16.
Ordines per Romanum Pontificem conferri poſſunt etiam extra tempora. *ibid. num.* 17.
Et indulgere, ut ab aliis extra tempora conferantur, ſivè pro Perſonis particularibus, ſivè pro aliqua Religione. *ibid. num.* 18.
Prout eamdem facultatem concedit Legatis, Nunciis, Miſſionariis, & Epiſcopis in partibus Hæreticorum, vel Infidelium. *ibid. num.* 19.
Ordines, quoad indulta eos ſuſcipiendi extra tempora. Vide Indultum.
Ordines extra tempora conferri poſſunt Regularibus habentibus privilegium ſivè expreſsè, ſivè per viam communicationis. *pag.* 146. *num.* 41.
Adducitur ad hoc declaratio BENEDICTI XIII. facta in Synodo Romana. *ibid.*
Ordines minores, & ſacri conferri debent diebus Dominicis, vel feſtivis de præcepto, & qui à Populo ſervantur, etiam ſtante indulto de ſe promovere faciendo extra tempora. *ibid. num.* 42.
Ordines duo ſacri conferri non debent eadem die. *ibid. num.* 43.
Etiam ſtante indulto de ſe promovendo extra tempora. *ibidem.*
Ordines minores, & Subdiaconatum eadem die ſuſcipiens, quam pœnam incurrat tam Ordinatus, quam Epiſcopus ordinans. *ibid. num.* 44.
Textus *in cap.* 2. *de eo, qui furtivè ordin. ſuſcep.* quoad ſuſpenſionem ab Ordine ſuſcepto procedit etiam, quoad ſuſcipientem Ordines minores, & Subdiaconatum ab Epiſcopo id ſciente. *ibid. num.* 45.
Si miniſtret in Ordinibus ita ſuſceptis incurrit irregularitatem. *ibid.*
Ordines minores, & Subdiaconatus eadem die conferri nequeunt, niſi adſit conſuetudo, quæ eſt probanda per Epiſcopum. *ibid. nu.* 46.
Sed Epiſcopus ita ordinans non incurrit ſuſpenſionem, nec pœnas contentas in Bulla Sixti V. contra malè promotos, quæ redacta fuit ad terminos juris, & Concilii Tridentini per Clementem VIII. *pag.* 147. *nu.* 47.
Poteſt tamen Epiſcopus puniri, & quomodo. *ibidem, num.* 48.
Ordines conferens Epiſcopus extra tempora, vel non ſervatis interſtitiis, non incurrit ſuſpenſionem, & qualiter puniatur. *ibid.*
Ordines minores conferri poſſunt ſine jejunio, & extra Miſſam. *ibid. nu.* 48. verſ. ad rem.
Ordines minores in aliquibus locis conferuntur feria ſexta poſt prandium ante diem Sabbati quatuor temporum. *ibidem.*
Quæ conſuetudo, ſi ſit immemorabilis, fuit tolerata per Sac. Congregationem Concilii; nam dixit expedire, ut Epiſcopus ſe conformet Pontificali Romano. *ibid.*
Ordines validè conferuntur Infanti ante uſum rationis, etiam ſine conſenſu Parentum: qui ſic ordinatus fruitur privilegio Canonis, & fori; licèt ſi ordinetur Subdiaconus, non ligetur voto caſtitatis, niſi pubes ratificaverit. *ibid. nu.* 49.
Ordines an validè conferantur Amenti. *ibid.*
Ordines Infantibus ante uſum rationis, etiam minores, & prima Tonſura conferri prohibitum eſt ex neceſſitate præcepti. *pag.* 148. *num.* 51.
In primitiva Eccleſia conferebatur Infantibus ordo Lectoratus, & qua ratione. *ibid. nu.* 52.
Ordines ſacri, quoad ætatem Ordinandorum. Vide Ætas.
Ordines alienis Clericis conferri non valent, niſi à proprio Epiſcopo fuerint dimiſſi, aliàs Ordinatio irrita eſt. *pag.* 149. *num.* 61.
Quæ dimiſſio debet eſſe in ſcriptis, ſigno Epiſcopali munitis. *ibid. nu.* 62.
Ordines potuiſſe conferri non Subditis videtur elici ex nonnullis exemplis ex antiqua diſciplina depromptis, quæ afferuntur. *ibid. num.* 63.
Ordines juxta antiquam diſciplinam conferri poterant Laicis exteris, non autem Clericis. *ibid. nu.* 64.
Affertur ratio diſcriminis inter Ordinandos Laicos, & Clericos. *pagina* 150. *numero* 65. Vide V. Dimiſſoriæ.
Ordines conferri alienis Subditis, ſivè Laicis, ſivè Clericis, ſine literis dimiſſorialibus ſui Ordinarii, omninò vetitum fuit, præſertim per Boniſacium VIII. *ibid. num.* 68.
Quod maxima congruentia diſpoſitum fuit. *ibid.*
Ordines ſine dimiſſoriis conferri poſſunt ratione originis, aut domicilii, aut Beneficii. *ibid. num.* 69.
Ordines conferri poſſunt Subdito ratione Beneficii, & quatenus

tenus

Digitized by Google

tenus ad hunc effectum quis cenſeatur ſubditus ex Bulla Innocentii XII. *ibid. num.* 70. & 75.

Quo caſu exhibendæ ſunt literæ Teſtimoniales Epiſcopi proprii. *ibid.*

Ordines conferri poſſunt Subdito ratione originis, & quatenus quis origine efficiatur ſubditus. *pagina* 151. *num.* 72.

Prout etiam ratione domicilii, & quatenus domicilium contractum cenſeatur ad effectum conferendi Ordines juxta Bullam Innocentii XII. *ibid. n.* 73.

Ordines conferri poſſunt Familiari triennali, præviis tamen Teſtimonialibus proprii Epiſcopi dummodò intra menſem ei conferatur Beneficium ad congruam ſuſtentationem ſufficiens. *ibid. num.* 74.

Ordines Ultramontanis non conferuntur per Epiſcopos Italiæ cum ſolis literis Dimiſſurialibus ſuorum Epiſcoporum, ſed ulterius requiritur licentia Sac. Congr. Epiſcoporum. *ibid. num.* 76.

Quod non procedit in Ultramontanis Regularibus, *ibidem*.

Ordines ſivè majores, ſivè minores, & prima Tonſura conferri non poſſunt Ultramontanis ab Epiſcopis Italiæ, niſi Dimiſſoriæ fuerint recognitæ per Nuntios Apoſtolicos, & Vicarium Urbis, & quas pœnas incurrunt Ordinantes, & Ordinati. *ibid. nu.* 77.

Ordines exteris in Urbe commorantibus conferri non poſſunt ab Epiſcopis extra Urbem, ſed Dimiſſoriales dirigendæ ſunt Cardinali Vicario, ſub pœna ſuſpenſionis, & quatenus abſolutio à ſuſpenſione concedatur. *ibidem num.* 78.

Ordines Subditis Epiſcopatuum Cardinalitiorum propè Urbem, in quibus non ſunt Suffraganei, conferuntur per Cardinalem Vicarium Urbis, nec Dimiſſoriæ dirigi poſſunt aliis Epiſcopis. *ibid. nu.* 79.

Niſi Cardinalis Epiſcopus accedat in ſua Diœceſi, & ibi ordinationes habeat, prout laudabiliter facere conſuevit Cardinalis Franciſcus Barberinus Epiſcopus Præneſtinus, *ibid.*

Ordines Papa conferre poteſt alienis Subditis ſine Dimiſſoriis proprii Epiſcopi. *pag.* 152. *num.* 81.

Ordines, ut poſſent conferri à quocumque Epiſcopo extra tempora ſine titulo Beneficii, & Patrimonii, & abſque literis Dimiſſoriis proprii Epiſcopi, fuit per Urbanum VIII. diſpenſatum cum quodam Tranſilvano. *ibidem*, *numer.* 82.

Ordines, ut poſſint conferri à quocumque Epiſcopo, non conceditur per Papam facultas, niſi ex cauſa legitima in literis exprimenda, & prævio diligenti examine, quæ facultas rarò conceditur. *ibid.*

Ordines ſi denegentur ab Ordinario, qualiter per Sedem Apoſtolicam provideri ſoleat. *ibid.*

Ordines à quo Epiſcopo recipiendi ſint per Regulares. *ibid. n.* 83.

Ordines abſque literis Dimiſſoriis proprii Ordinarii recipere poſſunt PP. Congregationis Oratorii ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi domicilium habent, quod non eſt derogatum per Bullam Innocentii XII. *ibid. num.* 84.

Decretum Clementis VIII. quoad ordinationes Regularium fuit confirmatum per Innocentium XIII. pro Regnis Hiſpaniæ, & generaliter per BENEDICTUM XIII. cujus diſpoſitio adducitur. *ibid. nu.* 85.

Ordines recipere à quocumque Epiſcopo fuit per Gregor. XIII. indultum PP. Societatis Jeſu, quod indultum non eſt revocatum. *ibid. num.* 86.

Breve extra tempora ſemper conceſſum cenſetur cum clauſula: *Servata forma Decreti Clementis VIII.* & affertur ad rem decretum noviſſimæ Synodi Romanæ. *ibid. num.* 87.

Ordines collati extra tempora, vel ante legitimam ætatem, ſeu abſque literis dimiſſoriis, validè, quamvis illicitè, conferuntur. *pag.* 154. *nu.* 1.

Explicantur Canones appellantes irritas hujuſmodi Ordinationes, ut intelligantur, quoad uſum Ordinis, non quoad characterem. *ibid.*

Ordines an validè conferantur carentibus debitis requiſitis, ſi Epiſcopus ante Ordinationem eis acceſſum prohibeat ad Ordines ſuſcipiendos. *ibidem*, *nu.* 2.

Validè conferuntur, ſed illicitè, ſi adſit ſimplex prohibitio Epiſcopi, etiamſi appoſuerit pœnam excommunicationis, quæ incurreretur etiam à Regularibus, & Exemptis, *ibid.*

Quid ſi Epiſcopus proteſtetur nolle ordinare carentes debitis requiſitis. *ibid. nu.* 3.

Adducuntur variæ opiniones, & diſtinguitur inter proteſtationem generalem factam ad terrorem, & proteſtationem directam ad certas Perſonas. *ibidem*.

Concluditur eſſe indagandam intentionem Ordinantis, an habuerit, necne intentionem ordinandi carentes debitis requiſitis. *pagina* 155. *num.* 4.

Afferuntur ad rem reſolutiones S. Congreg. Concilii, *ibid. numero* 5.

Tutiùs eſt iterari ordinationem ſub conditione, præſertim ſi agatur de Presbyteratu. *ibid. nu.* 6.

Ordines recipiens extra tempora, vel ante legitimam ætatem, aut ſine literis dimiſſoriis incidit ipſo jure in ſuſpenſionem contentam in Bulla Pii II. *ibid. nu.* 7.

Ante dictam Bullam hæc ſuſpenſio erat ferendæ ſententiæ, ſed hodie incurritur ipſo jure, & ſi ante abſolutionem miniſtraverint in Ordine ſuſcepto, incidunt ipſo jure in irregularitatem. *ibid. num.* 8. & 9. Vide ſuſpenſio. Irregularitas.

Ordines olim licitè conferebantur alieno Subdito ſine dimiſſoriis ſub ſpe ratihabitionis proprii Epiſcopi. *pag.* 156. *num.* 14.

Secus hodie, cùm incurratur ſuſpenſio ipſo facto. *ibid. numero* 15.

Ordines fuerunt collati à quodam Epiſcopo in Hibernia decrepitæ ætatis, & lumine orbato, ac ferè ratione carente, abſque Miſſæ celebratione per ſeipſum, licèt cum Miſſa alterius Sacerdotis, qui etiam multoties omnes ſacros Ordines eodem die contulit. *pagina* 158. *num.* 35.

Refertur votum Auctoris per Clem. XI. ſuper relato caſu requiſitum, cum reſolutione ſubſequuta. *ibidem nu.* 38. & *ſeq.*

Ordines ſacri, dum conferuntur, celebranda eſt Miſſa, idque ſervatum fuit etiam in Eccleſia primitiva. *ibid. num.* 38.

Quæ Miſſa celebranda eſt ab Epiſcopo ordinante, non autem ab alio Sacerdote coram illo. *ibid. nu.* 39.

Ordines ſacros invalidè conferri abſque celebratione Miſſæ Epiſcopi ordinantis, aliqui dixerunt. *ibidem*, *numero* 40.

Oſtenditur Miſſam Epiſcopi ordinantis nõn eſſe de ſubſtantia Ordinationis. *pag.* 159. *num.* 41.

Non eſt iteranda Ordinatio, quæ valida eſt, licèt Ordinati remaneant ſuſpenſi, donec ſuppleatur Miſſa celebranda ab eodem Ordinante, ſi poſſibile eſt, alias ab alio, & de die, quo Ordinationes haberi poſſunt. *ibid. num.* 43. & *ſeq.*

Ordines ſacros recipiens ab Epiſcopo, qui in collatione Ordinum Miſſam non celebravit, non incurrit ſuſpenſionem a jure latam, & qualiter puniendus ſit. *ibidem numero* 43.

Quam pœnam incurrat Epiſcopus conferens Ordines ſacros ſine celebratione Miſſæ. *ibid. num.* 44.

Ordines ſacros plures recipiens in eodem die eſt ſuſpenſus ab omnibus Ordinibus ſuſceptis, etiam a primo. *ibid. num.* 45. & *ſeqq.*

Ordines plures ſacros conferens Epiſcopus eodem die non incidit in ſuſpenſionem, & quam pœnam incurrat? *ib. num.* 49.

Affertur reſolutio ad rem Sac. Congregationis Concilii. *ibid.*

Ordines collati ab Epiſcopo decrepito, ferè dementato, quatenus debeant iterari ſaltem ſub conditione. *pagina* 160. *nu.* 51.

Ordines minores, & prima Tonſura quatenus conferri valeant ab Abbatibus Regularibus, & Prælatis inferioribus. Vide Abbas. Prælatus inferior.

Ordines Subditis Prælatorum inferiorum primæ, & ſecundæ ſpeciei conferuntur ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi exiſtunt. *pag.* 65. *num.* 67.

Ordines Subditis Prælati verè *Nullius* conferuntur ab Epiſcopo viciniore, & quis ad hunc effectum cenſeatur vicinior. *ibid. num.* 68. & *pag.* 66. *num.* 70.

Niſi idem Prelatus quoad hoc habeat clarum privilegium obtentum poſt Concilium. *pagina* 65. *numero* 69. & *ſeq.*

Afferuntur varia exempla talis privilegii, & reſolutiones Sacr. Congregat. Concilii. *ibid.* & *pag.* 66. *numer.* 71. & 72.

Ordines Subditis ſex Epiſcopatuum propè Urbem, ubi non ſunt Suffraganei, conferendi ſunt, prævio examine, & exercitiis ſpiritualibus, à Cardinali Vicario, ad quem ſolùm dirigi debent Dimiſſoriæ ab Ordinariis dictorum Epiſcopatuum. *pag.* 203. *nu.* 98.

Et aliter Ordinati ſuſpenſionem incurrunt, & quatenus concedatur abſolutio. *ibid.*

Ordines Exteris in Urbe degentibus conferendi ſunt à Cardinali Vicario, nec Dimiſſoriæ ab eorum Ordinariis dirigi poſſunt ad alium Epiſcopum. *ibid. nu.* 99.

Aliàs Epiſcopus ordinans, & Ordinatus incidunt ipſo facto in ſuſpenſionem, & irregularitatem ſi celebraverint, & quomodo eis abſolutio concedatur. *ibid.*

P

PActum redimendi poteſt apponi in contractu ab Eccleſia, ſecus ex intervallo ſine beneplacito. *pag.* 221. *nu.* 17. & *pag.* 222. *num.* 18.

Digitized by Google

Pactum redimendi nequit remitti ab Eccleſia ſine ſolemnitate. *pag.* 222. *num.* 19.
Pacta ligant ſolos Contrahentes, nec aliis prodeſse, aut obeſse poſsunt. *pag.* 5. *nu.* 7.
Pallium eſt ſpeciale ornamentum Papæ, Patriarcharum, & Archiepiſcoporum, licèt ex privilegio Apoſtolico fuerit conceſſum aliquibus Epiſcopis, qui enumerantur. *pag.* 113. *num.* 1.
Pallium miſſum ab Imperatore aliquibus Epiſcopis non fuit pallium ſacrum, ſed Imperiale ad extendendam æſtimationem eorum gradus. *ibidem*, *num.* 2.
Pallium ſolus Papa concedit, nec recipi poteſt à manu laica. *ibid.* *nu.* 3.
Etiam Patriarchæ Græci illud recipiunt è manibus Romani Pontificis. *ibid.* *num.* 4.
Licèt ex Pontificis conceſſione Patriarchæ darent pallium ſuis Suffraganeis, & quare hoc indultum fuerit. *ib.* *numero* 5.
Pallium in Oriente, & Occidente à ſolo Pontifice Romano, vel ejus Delegato recipitur. *pagina* 114. *numero* 6.
Pallium petebatur ab Epiſcopis, præviis inſtantiis, & precibus Imperatorum, & Principum. *ibid.* *num.* 7.
Antiquis Eccleſiæ ſæculis ſolus Pontifex Romanus eo utebatur. *ibid.* *num.* 8.
Sed poſtea fuit conceſſum aliis, & quomodo? *ibidem*.
Pallium petendum eſt intra tres menſes à die confirmationis, & interim exerceri non poſſunt functiones Pontificales, niſi tempus conſecrationis fuerit prorogatum. *ibid.* *num.* 9.
Pallium conſuevit recipi per Præſules coram Papa, qui etiam aliquando hanc facultatem concedebat ejus Legatis. *ibid.* *n.* 9.
Pallium conceditur Præſuli præſenti in Curia, vel ejus Procuratori in pleno Conſiſtorio ad inſtantiam Advocati Conſiſtorialis, & delegatur Epiſcopus, vel Dignitas Capituli præſertim in Indiis, quæ pallium concedat Abſenti prævio juramento, & profeſſione fidei. *ibid.* *nu.* 9. & *pag.* 115. *num.* 11. & 16.
Si Præſul ſit præſens in Curia traditur pallium per Cardinalem primum Diaconum in Conſiſtorio, & aliquando fuit impoſitum propriis manibus Summi Pontificis? *pag.* 114. *numero* 9.
Pallium nequit conferri ab alio Epiſcopo, quàm Delegato in literis Apoſtolicis. *pag.* 115. *num.* 16.
Quod procedit etiam in partibus Indiarum. *pagina* 116. *numero* 18.
Pallium ſi non fuerit ſuſceptum ab Archiepiſcopo conſecrato, validè hic exercet ea, quæ ſunt Ordinis, non tamen ſine culpa gravi. *pag.* 126. *num.* 20.
Et poteſt per ſententiam removeri ab Officio, & miniſterio. *ibid.*
Pallium invalidè confertur à non habente poteſtatem delegatam à Papa; ejuſque traditio pendet à Juriſdictione. *ibidem*, *num.* 20.
Et quatenus concedatur per Papam gratia *Perinde valere*, ubi referuntur exempla. *ibid.* *nu.* 21.
Formula traditionis pallii refertur, cum verbis addi ſolitis in traditione pallii Epiſcopo Oſtienſi. *ibidem*, *numero* 22.
Pallium quibus diebus Archiepiſcopus adhibeat, quæ enumerantur. *ibid.* *num.* 23. & *ſeqq.*
Sed Papa eo utitur in omnibus Miſſarum ſolemniis. *ibid.* *num.* 24.
Archiepiſcopus pallio non utitur in proceſſionibus, ſed tantùm in Miſſa, neque extra Provinciam, etiam ſi adſit licentia Epiſcopi loci. *ibid.* *nu.* 25.
Niſi adſit ſpeciale privilegium Apoſtolicum. *ibid.*
Pallium antiquitùs permiſſum erat in omnibus Miſſarum ſolemniis, quod poſtea immutatum fuit. *ibidem*, *numero* 26.
Eo uti poſſunt Archiepiſcopi per totam Provinciam, etiam in locis exemptis intra eam exiſtentibus, itemque extra viſitationem. *ibid.* *num.* 27.
Non autem extra Provinciam, niſi ex privilegio Apoſtolico, quod habet Archiepiſcopus Eboracenſis, & Compoſtellanus. *pag.* 117. *nu.* 28.
Pallium adhibetur ab Archiepiſcopo in celebratione Synodi Provincialis, vel Diœceſanæ, *ibid.* *num.* 29.
Examinatur aſſertio *Covarr.*, qui contrarium aſſerere videtur: *ibid.* *num.* 30. & *ſeqq.*
Pallium poſſe adhiberi ab Archiepiſcopo in Synodo elicitur ex formula traditionis Pallii adhibita per Alexand. III. *ibid.* *num.* 31.
Itemque ex praxi S. Caroli, & Eminentiſſimi Cardinalis Urſini Archiepiſcopi Beneventani, ad præſens Summi Pontificis. *ibid.* *num.* 32.
Archiepiſcopus uti debet pallio in obeundis muneribus, quæ ſunt poteſtatis Ordinis. *ibid.* *nu.* 33.
Invitatus ab Epiſcopo in propria Diœceſi, pallio uti non poteſt, nec unquam extra Provinciam. *ibidem*.
Pallium novum recipere debent Archiepiſcopi tranſlati ad alium Archiepiſcopatum. *ibid.* *nu.* 34.
Nec poteſt uti pallio, ſi Archiepiſcopatui renuntiaverit, etiam novo Archiepiſcopo permittente. *ibid.*
Novo item indiget pallio, ſi poſt renunciatum Archiepiſcopatum, ad illum iterum redeat. *ibid.*
Pallium quomodo conſervari debeat? & cum eo ſepelitur Archiepiſcopus, dum in propria Diœceſi ſepulturæ traditur. *ibid.* *num.* 35.
Secus, ſi in aliena Diœceſi ſepeliatur, quo caſu ponitur ſub capite Archiepiſcopi defuncti. *ibid.*
Pallium eſt perſonale, nec poteſt accomodari Archiepiſcopo. *ibid.*
Pallium ex qua materia, & quibus cerimoniis conficiatur. *ibid.* *nu.* 36.
Quare dicatur tradi ex corpore S. Petri. *ibid.*
Significat plenitudinem juriſdictionis receptæ à Papa. *ibidem*.
Pallium quam formam antiquitùs, quamque in præſenti habeat. *pag.* 118. *nu.* 37.
Pallium apud Græcos eſt cum faſciis dictis Omephrorion. *ibid.*
Pallium ſi caſu amittatur, Archiepiſcopus tenetur aliud petere, ſed interim non abſtinet à celebrando. *ibidem*, *num.* 38.
Pallium corroſum comburitur, ac cineres in Sacrario ponuntur. *ibid.*
Pallium ſi fuerit anguſtum, an ſit aliud de novo concedendum, vel potiùs tranſmittendum ad Urbem, ut melius reaptetur. *ibid.* & *num.* 39.
Pallium non ad ornatum, ſed ad deſignandam unitatem omnium Eccleſiarum cum Eccleſia Romana conceditur. *ibid.*
Pallium tempore D. Gregorii Magni erat ex byſſo cadente circa ſcapulas obvoluto. *ibid.*
Duo Pallia obtinet Archiepiſcopus, ex diſpenſatione obtinens duos Archiepiſcopatus. *ibid.*
Prout Cardinalis Archiepiſcopus, qui optaverit Epiſcopatum Oſtienſem. *ibid.*
Pallium petitum à Patriarcha Alexandrino Græco, qualiter eidem conceſſum fuerit à Clemente Undecimo. *pagina* 120. *numero* 51. Vide Patriarcha Alexandrinus.
Papa nonnulla concedit pro bono pacis, quæ aliàs de jure non concederet, quod exemplificatur in Concordatis Germaniæ. *pagina* 5. *numer.* 2. Vide Concordata.
Papa non obſtantibus Concordatis Germaniæ poteſt concurrere, & etiam prævenire ordinarios Collatores in proviſione Beneficiorum. *pag.* 14. *num.* 36. & *ſeqq.* Vide Beneficia. Concordata.
Dummodò conſtet de voluntate Papæ, & in eo adſit ſcientia vacationis Beneficii. *pag.* 15. *nu.* 38.
Verùm Papa ex ejus benignitate abſtinere ſolet ab his proviſionibus. *ibid.* *num.* 39.
Papa in vim Concordatorum Germaniæ debet providere intra trimeſtre beneficia ad ipſum ſpectantia vigore alternativæ, & quomodo dictum trimeſtre computetur. *pag.* 26. *nu.* 62. & *ſeqq.* Vide Beneficia.
Papa habet plenitudinem poteſtatis ſtatim poſt aſſumptionem ad Papatum, etiam ſi adhuc non ſit coronatus. *pag.* 96. *num.* 28.
Et poteſt expedire literas Apoſtolicas. *ibid.*
Papa habet ſuam propriam Diœceſim, uti Epiſcopus Romæ, quæ reſtringitur ad quadraginta milliaria circa Urbem. *pag.* 200. *num.* 79. Vide Cardinalis Vicarius. Diœceſis.
Papa dum eligitur, confirmatur, & ſtatim habet plenam adminiſtrationem. *pag.* 133. *num.* 25.
Papa quoad appellationem ab eo ad futurum Concilium. Vide Appellatio.
Papa quatenus teneatur confirmare electiones factas vigore Concordatorum Germaniæ. *pag.* 16. *num.* 42. & *ſeqq.* Vide Electio.
Et quid, ſi electiones non habeant omnes ſolemnitates præſcriptas *cap. quia propter*, licèt adſit conſenſus majoris partis reſpectu totius. *pag.* 17. *num.* 44.
Papa utitur pallio ſemper, ac ſolemniter celebrat. *pag.* 116. *num.* 24. Vide pallium.
Papa uti Vicarius Imperatoris æterni coronat Imperatorem Romanum. *pag.* 32. *nu.* 7.
Papa coronando Imperatorem, illum talem ordinat, & Imperatoris nomen tribuit, & quibus formulis in hoc actu utatur. *pag.* 41. *nu.* 9. Vide Imperator.
Papa ultra poteſtatem temporalem in ſtatu Eccleſiæ, habet multiplicem poteſtatem ſpiritualem. *pagina* 192. *num.* 7.
Papa, uti Chriſti Vicarius, habet primatum in toto orbe Chriſtiano, & gerit curam omnium Fidelium. *ibid.* *num.* 8.
Papa eſt Patriarcha totius Occidentis, quamvis in Oriente ſue-

te fuerint plures Patriarchæ. *ibidem*, *numer.* 10. & *ſeqq.*

Papa eſt etiam Patriarcha Orientis, deficientibus Patriarchis ob Schiſma Græcorum, *ibid. num.* 11.

Papa habet juriſdictionem Metropoliticam, quæ non reſtringitur ad Epiſcopatus Urbicarios, & Suburbicarios juxta fines juriſdictionis Præfecti Urbis. *ibidem num.* 13. & 14.

Metropolis Papæ complectitur omnes Epiſcopatus Italiæ, in quibus non ſunt conſtituti Archiepiſcopi. *ibid. num.* 15. Vide Metropolis.

Papa ſolus poteſt Eccleſiarum fines aſſignare, & ampliare, eaſque exemptas, & ſibi immediatè ſubjectas declarare. *pag.* 102. *num.* 1.

Papa ſolus poteſt erigere Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus, aliaſque Dignitates in Eccleſiis. *ibid. num.* 1. *pag.* 103. *nu.* 5. & *ſeqq.* & *pag.* 104. *num.* 10.

Non autem Imperatores, & Principes, & ſi quid iſti fecerint, abrogatum fuit. *ibid. num.* 11. & 12.

In Oriente neque fas fuit Imperatoribus erigere Metropolitanas Eccleſias. *ibid. num.* 13.

Papa ſolus poteſt unam Epiſcopatum in duos dividere, & unam Provinciam in duas Metropoles. *ibidem*, *numero* 13.

Papa pluries devenit ad erectiones Eccleſiarum Metropolitanarum, vel elevationem Epiſcopalium ad illas. *ibid. num.* 14.

Plures referuntur caſus. *ibid.*

Papa ratione ductus, & aliqua cauſa ſolet peragere erectiones Eccleſiarum in Archiepiſcopales. *pagina* 105. *num.* 15.

Cauſæ, quæ conſiderari debent pro erectione in Archiepiſcopalem? *ibid. nu.* 16. & 17.

Papa ſolus eſt Epiſcopus Eccleſiæ Univerſalis, & habet Primatum ſuper omnes Orbis Eccleſias, ejuſque Prælatos. *pag.* 103. *num.* 4.

Id comprobatur auctoritate D. Bernardi, & aliorum. *ibidem*.

Papa ſolus, uti Succeſſor D. Petri, habet plenitudinem poteſtatis pro dividendis Epiſcopatibus, ac conſtituendis Epiſcopis. *pag.* 103. *nu.* 5. & 6. & *pag.* 104. *num.* 10. & *ſeq.*

Papa concedere poteſt gratiam alteri præjudicialem, ſi hæc ſit talis de ſui natura, & præjudicium ſequatur in conſequentiam. *pag.* 112. *nu.* 52.

Papa docendo in rebus Fidei, etiam extra Concilium, errare non poteſt, cùm Chriſtus pro illo rogaverit, ut ejus Fides non deficiat. *pag.* 183. *nu.* 27.

Papa docendo Fideles, ut Papa, ſeu ex Cathedra, eſt infallibilis, etiam extra Concilium. idque oſtenditur univerſali Patrum conſenſu. *ibid. num.* 28.

Adducuntur exempla definitionum in rebus Fidei factarum à Papa extra Concilium Generale, quæ a tota Eccleſia fuerunt habitæ uti definitiones infallibiles. *pag.* 184. *num.* 29.

Papa eſt infallibilis in Definitionibus Fidei ex Cathedra factis, etiam ante acceptationem Eccleſiæ. *ibidem*, *numero* 30.

Papa eſt ſubjectum immediatum ſupremæ Eccleſiaſticæ poteſtatis. *pag.* 185. *num.* 33.

Papa eſt ſupra omnes Epiſcopos, nedum ſigillatim, ſed collectivè, & in Concilio congregatos. *ibid. nu.* 34. Vide V. Concilium. Eccleſia. Poteſtas.

Papa habet ſuam ſpecialem Provinciam complectentem Epiſcopatus exiſtentes inter Provincias Capuanam, & Piſanam. *pag.* 194. *numero* 30. & 32.

De ejus Provincia materiali non ſunt Epiſcopi exempti, licèt ſint de Provincia formali, uti illi immediatè ſubjecti. *ibid. num.* 33.

Papa quo jure ſubtrahat Epiſcopos à Metropolitanis, illoſque ſibi immediatè ſubiiciat? *ibid. num.* 34.

Papa erigendo in Metropolim Eccleſiam intra Provinciam Romanam exiſtentem, vel illam aſſignando in Suffraganeam alterius Metropolis, ſolet exprimere, quod illam diſmembret ex ſua Provincia. *pagina* 194. *numer.* 32.

Qua expreſſione ceſſante, præſumitur noluiſſe illam Eccleſiam diſmembrare. *ibid.*

Papa conſideratus uti Epiſcopus Urbis, habet ſuam Diœceſim ad inſtar aliorum Epiſcoporum. *pag.* 195. *n.* 37.

Papa uti Epiſcopus Urbis deputat Vicarium pro Urbe, Suburbiis, ejuſque diſtrictu. *pag.* 193. *nu.* 40. Vide Cardinalis Vicarius.

Papa, uti Caput Eccleſiæ, ac omnium Chriſtianorum Paſtor, & Doctor poteſt Canones, & decreta Conciliorum temperare, aut relaxare, prout temporum ratio poſtulabit. *pag.* 304. *num.* 4.

Id comprobatur exemplis Siriaci, Fabiani, & Melchiadis Sanctiſſimorum Pontificum. *ibid.*

Papa Primatum in Eccleſia obtinet, & qui ſecus ſentiunt Catholici non ſunt? *ibidem*, *num.* 5.

Ad eam referri debent pericula quæque, ac ſcandala emergentia in Regno Dei, ut ibi damna Fidei reſarciantur, ubi non poteſt Fides ſentire defectum. *pagina* 304. *nu.* 1.

Decreta Epiſcopalia in rebus Fidei firmitatem non habent abſque Papæ confirmatione. *ibid. num.* 2.

Parochus poteſt habere Parochiam extenſam ad duas Diœceſes. *pag.* 202. *nu.* 82.

Parochus habens Parochiam ſe extendentem in duabus Diœceſibus, eſt ſubjectus juriſdictioni utriuſque Epiſcopi, & ab utroque approbandus. *ibid.*

Refertur caſus Parochi S. Cæciliæ Urbis, cujus Parochia extenditur extra Urbem ad Caſale Marliani Diœceſis Portuen. *ibid.*

Parochus præſentatus à Patrono laico debet ab Epiſcopo examinari, & approbari ad Curam. *pag.* 75. *n.* 127.

Parochus Eccleſiæ unitæ Prælato inferiori debet ab iſto examinari, & approbari, ſed cura ei committitur ab Epiſcopo. *ibid.*

Parochus Regularis debet examinari, & approbari ab Epiſcopo. *ibid.*

Et quid ſi ſit Vicarius amovibilis. *ibid.*

Patriarcha Alexandrinus Græcus, abjurato Schiſmate, pallium petiit à Clemente XI. *pag.* 120. *nu.* 51.

Referuntur motiva Congregationis Particularis pro conceſſione, vel denegatione pallii dicto Patriarchæ. *ibidem*.

Fuit conceſſum pallium per Clem. XI. cum certis præcautionibus, quæ referuntur. *ibid.*

Afferuntur omnia acta geſta pro hac cauſam in Conſiſtorio cor. Clem. XI. *ibid.* uſque ad *pag.* 123.

Patrimonium ſacrum Clericorum alienari non poteſt ſine licentia Epiſcopi, nec requiritur beneplacitum Apoſtolicum. *pag.* 227. *nu.* 23.

Patrimonium ſacrum invalidè conceditur ſine licentia Epiſcopi in Emphyteuſim perpetuam, licèt reſervetur annuus Canon fructibus reſpondens. *ibid.*

Paolus II. ad Pontificatum aſſumptus fuit communibus Eligentium votis, & univerſali exultatione. *pag.* 191. *num.* 1.

Ejus natales, geſta, & obitus referuntur. *pag.* 192. *numer.* 2. & *ſeqq.*

Paulus II. Thiaram Pontificiam, vulgò Triregnum gemmis pretioſis ornavit. *ibidem*, *num.* 3.

Vicarium conſtituit in Urbe cum facultatibus in ejus Bulla præſcriptis. *ibid. nu.* 6.

Pecunia proveniens ex ſpolio Regularis, licèt fuerit depoſita in Banco publico, poteſt per Superiorem erogari pro indigentiis Conventus, abſque beneplacito Apoſtolico. *pag.* 230. *nu.* 33. Vide Spolium.

Pecunia relicta cum onere perpetuo Miſſarum, an poſſit implicari in annuis redditibus, vel debeat implicari in ſtabilibus. *pag.* 233. *num.* 80.

Pecunia Eccleſiæ quatenus comprehendatur ſub alienatione prohibita. *pag.* 230. *num.* 32.

Pecunia proveniens ex venditione ſtabilium, vel deſtinata ad emptionem illorum, non poteſt implicari ad alium uſum ſine beneplacito. *ibid.*

Nec poteſt implicari in cenſibus vitalitiis, qui cenſentur mobilia. *ibid.*

Pecunia præſumitur alienabilis, & uſu conſummabilis, niſi contrarium appareat, præſertim, ſi recipiatur bona fide. *pag.* 230. *num.* 31.

Pecunia recepta à Rectore Eccleſiæ ex alienatione nulliter facta, an ſit ab Eccleſia reſtituenda, ſi non conſter de verſione in bona Eccleſiæ. *pag.* 247. *num.* 32.

Aliqui diſtinguunt inter alienationem factam in cauſam neceſſariam, & in cauſam voluntariam. *ibid.*

Pecunia data ab Emptore liberè ſine beneplacito Apoſtolico, nec quidem reſervato, non eſt reſtituenda ab Eccleſia, niſi conſtet de verſione. *pag.* 248. *nu.* 33.

Pecunia depoſita a Contrahente penes Mercatorem ad creditum Eccleſiæ, perit Eccleſiæ, ſi Mercator decoxit. *ibidem*.

Pecunia eſt repetenda ab hærede Rectoris alienantis, ſi pecuniam conſumpſit, & promiſerit obtinere beneplacitum intra annum, quod non obtinuit. *ibid.* Vide Alienatio.

Pecunia obveniens Eccleſiæ ex alienatione ſtabilium debet unico contextu inveſtiri in bonis ſtabilibus, juxta clauſulam apponi ſolitam in beneplacito. *pagina* 253. *numer.* 57.

Niſi agatur de alienatione valdè utili, & inveſtimentum non inveniatur promptum in ſtabilibus. *ibid.*

Pecunia retracta ex alienatione bonorum Eccleſiæ, non approbat Sac. Congregatio, quod inveſtiatur in cenſibus. *ibid. nu.* 18.

Licèt id concedi ſoleat, ſi factis diligentiis non inveniatur inveſtimentum in ſtabilibus. *ibid.*

Quo caſu apponuntur cautelæ favore Eccleſiæ, præſertim regreſſus ad bona alienata, & quod cenſus ſint tuti, & aliquando cum Fidejuſſoribus. *ibid.*

Pecunia deponenda eſt in publica æde ſacra, ſi permittatur alienatio, & non demandetur inveſtimentum unico contextu faciendum. *ibid.*

Penſio excedens valorem duc. 24. in Germanis eſt ſubjecta ſolutioni annatæ, licèt benaficium ſit exemptum. *pagina* 31. *nu.*67. verſ. verùm.

Penſio poteſt retineri per Regulares profeſſos, ſi adſit indultum Apoſtolicum. *pag.* 96. *num.*32.

Exigi tamen non poteſt ante exequutionem indulti. *ibidem*.

Peracta exequutione indulti, debentur etiam termini penſionis maturati ante ipſam exequutionem. *pagina* 97. *num.* 34.

Permutatio ſtabilium Eccleſiæ cum cenſu permittitur cum pacto regreſſus, ac promiſſione perpetua exigibilitatis. *pag.*253. *num.* 18. Vide Cenſus.

Petrus de Oſma Hiſpanus, ejuſque errores fuerunt proſcripti ab Archiepiſcopo Toletano, & ſucceſſivè à Sixtu IV. *pag.*304. *num.* 2.

Refertur formula abjurationis per ipſum factæ. *ibid.*

Recenſentur præcipuæ hæreſes ab eodem diſſeminatæ. *ibid. num.* 3.

Petrus de Oſma aſſeruit, Papam non poſſe diſpenſare ſuper decretis Conciliorum, qui error refellitur. *ibid. num.* 4. Vide Papa.

Pictura Delinquentis inverſo capite, quo caſu fiat in locum demolitionis Domus. *pag.*217. *nu.* 29.

Pictura Delinquentis non poteſt amoveri à loco publico, abſque licentia Principis. *ibid. num.* 32.

Pictura Delinquentis, ſi fuerit appoſitu, debent deſtrui, & abradi arma, & inſignia Delinquentis à quocumque loco. *ibidem num.* 33.

Pictura Delinquentis in contumaciam decreta non debet fieri, niſi poſt annum. *ibid. nu.* 34.

Picturæ, & inſcriptiones aſſerentes formam habitus SS. Franciſci, & Antonii de Padua, necnon Imagines SS. Auguſtini, & Nicolai de Tolentino depictæ ſub habitu Fratrum Diſcalceatorum S. Auguſtini prohibentur. *pagina* 278. *num.* 13.

Pius II. antea Æneas Sylvius Piccolomineus dictus. Ejus ingenii dotes, & literarum ſtudia referuntur. *pag.* 92. *numer.* 1.

Ejus natales, Parentes, & Patria referuntur. *pagina* 93. *num.* 2.

Pientiam ejus Patriam in Civitatem, & Epiſcopatum erexit. *ibid.*

Pius Papa II. erexit Eccleſiam Epiſcopalem Senenſem in Archiepiſcopalem. *pagina* 103. *numero* 2. Vide Senarum Civitas.

Senſit pro Baſileenſibus contra Eugenium IV. quoad ſuperioritatem Concilii ſupra Papam, ſed poſtea, veritate agnita, ſe retractavit. *ibid. num.*3. & *ſeq.*

Succedit Calliſto III. in Pontificatu, ejuſque geſta, & obitus referuntur. *ibid. num.* 5. & *ſeq.*

Promulgat Bullam Canonizationis S. Vincentii Ferrerii factæ a Calliſto ejus prædeceſſore. *pagina* 93. *numero* 10.

Pius II. dum erat in minoribus, & laicus, Baſileenſium erroribus deceptus, libellum edidit *de Poteſtate Concilii ſupra Pontificem*. *pag.* 177. *num.* 2.

Sed deindè à Cardinalibus Juliano Cæſarioo, & Joanne Caravajali, aliiſque doctis viris de rei veritate edoctus, errorem ejuravit, ac coram Pontifice ſuntentiam retractavit. *ibid. num.* 3.

Pius II. ad Petri Cathedram evectus, edidit Conſtitutionem, qua contenta in præfato libello retractavit, tamquam contraria doctrinæ Conciliorum, & SS. Patrum. *ibidem n.* 4.

Refellitur *Maymbourgus* aſſerens, Pium nonniſi poſt aſſumptionem ad Pontificatum ab errore ſe retractaſſe. *pag.* 178. *num.* 5.

Pius II. adhuc laicus, ab Imperatore miſſus ad Eugenium IV. errorem ſuum de poteſtate Concilii ſupra Papam agnoſcit, ac damnat, & refertur oratio ab ipſo coram Pontifice habita, in qua error *Maymbourgi* evidenter convincitur. *ibidem nu.* 6.

Confutatur argumentum *Maymbourgi* deſumptum ex Conſtitutione ejuſdem Pii II. *ibid. num.* 7.

Pœna maledictionis quid ſit, & an importet excommunicationem, ſuoſque effectus pariatur. *pagina* 211. *numer.* 30.

Pœna, quæ ſtatim ſubſequitur delictum., cohibet audaciam delinquendi, & maximè conſolatur offenſos. *pag.* 162. *nu.* 4.

Pœnitentiariæ officium quando inſtitutum apud Sedem Apoſtolicam, & quos Officiales complectitur; & de ejus facultatibus. *pag.* 317. *nu.* 1.

Ubi de Cardinali majori Pœnitentiario, ejuſque facultatibus.

Quando fuit reformatum dictum officium? *ibidem numero* 3.

Edidit Auctor tractatum de Sacra Pœnitentiaria, & quæ contineat remiſſivè. *ibid. num.* 4.

Auctor fuit Canoniſta, & Datarius, ac Proregens in Officio Sacræ Pœnitentiariæ. *ibid.*

Necnon Pro-Major Pœnitentiarius loco Cardinalis Majoris Pœnitentiarii abſentis ab Urbe. *ibidem*, *numero* 4.

Pœnitentiarius Major. Vide Pœnitentiaria.

Portæ Sanctæ. Vide Jubilæum.

Poteſtas clavium importat ſupremam in Eccleſia poteſtatem, & hæc ſoli D. Petro a Chriſto tradita fuit. *pag.*179. *num.*12.

Adducuntur, & exponuntur verba Chriſti Domini, per quæ hæc poteſtas D. Petro tradita fuit. *ibid.*

Eadem explicatio auctoritate Patrum roboratur. *ibid. num.*13.

Poteſtas conceſſa D. Petro fuit plenaria, & uti ordinario Paſtori totius Eccleſiæ; non ſic poteſtas conceſſa aliis Apoſtolis. *pag.*180. *nu.*17.

Poteſtas clavium fuit conceſſa, immediatè Divo Petro cum jure tranſeundi ad Succeſſores. *pagina* 181. *numero* 20.

Poteſtas clavium habet pro ſubjecto immediato, non Eccleſiam, ſed Divum Petrum, cui tradita fuit, uti perſonæ publicæ, repræſentanti ſuos Succeſſores. *pag.* 182. *num.*21.

Poteſtas clavium alia geſtatria, ſeu adminiſtratrix, alia cooperatrix, & quænam inter illas ſit differentia. *ibidem numero* 22.

Exponitur mens D. Auguſtini, dum dicit poteſtatem clavium non datam ſoli Petru, ſed Eccleſiæ. *ibid.*

Idipſum evincitur auctoritate S. Franciſci Saleſii, cujus verba adducuntur. *ibid. nu.*23.

Poteſtas clavium non fuit tributa aliis Apoſtolis cum prærogativa independentiæ, & univerſalitatis ordinariæ, cum qua tributa fuit D. Petro, qui proindè jure præcipuo dicitur claviger Regni Cœlorum. *ibid. num.*24.

Poteſtatem clavium à Chriſto promiſſam Divo Petro, cum effectu eidem traditam fuiſſe, oſtenditur. *ibidem num.*25.

Poteſtas clavium Apoſtolis in partem ſollitudinis, ſed D. Petro in plenitudinem poteſtatis tradita fuit. *pagina* 183. *nu.*26. Vide Concilium. Eccleſia Papa.

Præcedentia debetur Epiſcopis ſupra Protonotarios Apoſtolicos, & de aliis circa præcedentiam in Capella Pontificia cum aliis Prælatis. *pagina* 126. *num.*4. & *ſeqq.* Vide Protonotarius.

Præcedentia digniorum ſupra minus dignos valdè conveniens eſt. *ibid. num.* 7.

Minus dignus aliquando præcedit digniori, ratione loci, actionis, vel miniſterii. *pag.* 127. *num.* 11.

Præceptor, ſeu Commendator Hoſpitalis Sancti Spiritus Urbis à quibus eligitur. *pag.* 316. *num.* 1. & 2.

Defert Crucem Ordinis in pectore. *ibid. nu.* 3.

Solet eſſe Prælatus. *ibid.*

Habet ſuperioritatem in omnia loca, & Hoſpitalia S. Spiritus in Urbe. *ibid. num.* 4.

Debet habere curam pro infirmis, & expoſitis, Hoſpitalis. *ibid. num.*4.

Prædicatorum Ordo fuit ampliſſimis privilegiis auctus à Sixto IV. ejus Conſtitutione 7. Mare magnum nuncupata. *pag.* 274. *nu.*1. & *ſeqq.*

Prælatus inferior verè *Nullius* cum ſeparatione territorii non conſtituitur, niſi per privilegium Apoſtolicum. *pagina* 89. *nu.* 34.

Si ex verbis privilegii non clarè eruatur diſmembratio territorii, ſuffragatur obſervantia per quadraginta annos, non quidem uti præſcriptio, ſed uti interpretatio veri tituli. *ibid.*

Referuntur actus, qui cadere debent ſub hujuſmodi obſervantia, ſcilicet concedere dimiſſorias, cognoſcere Cauſas matrimoniales, & criminales, indicere concurſus, & ſimilia. *ibid.*

Adducitur reſolutio Sacr. Congr. Particularis anni 1718. quod non ſufficiat quadragenaria cum titulo colorato, & quod in caſu tituli obſcuri id pendeat ex diverſis facti circumſtantiis. *pag.* 91. & 92. *per tot.*

Prælatus inferior eſt dignitate minor Epiſcopis, licèt ex conceſſione Apoſtolica obtineat aliqua jura Epiſcopalia. *pag.* 50. *nu.*2.

Prælatus inferior tertiæ ſpeciei, nedum habet juriſdictionem activam in Clerum, Populum, & loca ſibi ſubjecta, ſed etiam habet territorium ſeparatum à Diœceſi. *pag.* 52. *num.* 16.

Habet juriſdictionem ordinariam quaſi Epiſcopalem, & eſt propriè *Nullius Diœceſis*. *ibid. num.*17.

Præla-

Digitized by Google

Prælati inferioris triplex ſpecies per Auctorem propoſita, comprobatur pluribus Textibus juris Canonici. *ibidem, num.* 18.
Expenduntur Textus in *cap. auditis, & cap. cum olim de præſcription.* in quibus agi oſtenditur de Prælato cum juriſdictione activa, ſed abſque territorio ſeparato. *ibid. num.* 19.
Ex iiſdem juribus deducitur tertia ſpecies exemptionis cum qualitate *Nullius* propria, & ſeparatione territorii. *ibid. num.* 20.
Eadem triplex ſpecies Prælati inferioris fuit ſuppoſita per Concil. Trident. quod elicitur ex pluribus locis ejuſdem. *ibid. num.* 21.
Prælatus inferior quoad approbationem Confeſſariorum, & viſitationem. Vide Confeſſarius. Epiſcopus. Viſitatio.
Prælatus inferior, quamvis obtineat omnia jura Epiſcopalia, ſi non habeat territorium ſeparatum, non poteſt dici eſſe propriè *Nullius*, ſed tantùm habere ſecundam ſpeciem exemptionis. *pag.* 55. *nu.* 24.
Prælatus inferior primæ, & ſecundæ ſpeciei dicitur habere territorium, ſed impropriè. *ibidem, numero* 25. *& ſeqq.*
Prælatus inferior tertiæ ſpeciei habet propriè territorium cum ſuperioritate territoriali. *ibid. nu.* 27.
Affertur declaratio Sac. Congr. Concil. quoad Abbatem Monaſterii de Samos Diœceſis Lucen. qui declaratus fuit ſubjectus Epiſcopo quoad deputationem Æconomorum in Parochiis. *pag.* 54. *numero* 28.
Prælatus inferior, an & quatenus dici poſſit Diœceſanus, & Ordinarius. *ibid. num.* 29.
Diſtinguitur inter Prælatos primæ, & ſecundæ ſpeciei, qui nonniſi impropriè dicuntur Diœceſani, à Prælatis tertiæ ſpeciei, qui ſunt propriè Diœceſani, & Ordinarii. *ibid.*
Prælatus inferior juriſdictionem, ſeù exemptionem acquirere poteſt origine, aut privilegio, aut præſcriptione. *pag.* 57. *num.* 1.
Quæ exemptio dicitur, nativa; dativa, aut præſcriptiva. *ibid.* Vide Exemptio.
Prælatus inferior primæ, & ſecundæ ſpeciei exemptionem nativam habere nequit, & qua ratione? *ibidem, num.* 2.
Eam tamen habere poſſunt Prælati *Nullius* propriè. *ibid. num.* 5.
Et an poſſit deſumi ab initio Eccleſiæ in primæva diviſione Diœceſum, juxta ſenſum *Fagnani*. *pag.* 58. *nu.* 4. *& ſeqq.* Vide Epiſcopus. Diœceſis.
Prælatus inferior tertiæ ſpeciei potuit conſtitui per Papam in prima diviſione Diœceſum, relinquendo aliquem locum extra juriſdictionem Epiſcopi. *ibid. num.* 6.
Quæ exemptio poteſt dici nativa, ſed verè eſt dativa, utpotè data à Papa. *ibid.*
Prælatus inferior prætendens exemptionem nativam debet concludenter probare, & habere privilegium Papale in priori ad erectionem Epiſcopatus. *ibid.*
Hanc exemptionem non habet Abbas Foldenſis. *ibidem, num.* 7.
Adducitur exemplum plenariæ exemptionis dativæ cum formula extenſa per Auctorem in exemptione Fortalitii Urbani conceſſa per Clementem XI. *pag.* 59. *num.* 14.
Prælatus inferior primæ, & ſecundæ ſpeciei poteſt præſcribere exemptionem paſſivam, & activam quoad hæc, vel illa jura Epiſcopalia. *ibid. nu.* 15.
Hæc præſcriptio debet eſſe quadragenaria cum bona fide, & juſto titulo. *ibid. nu.* 16. 17. *&* 22.
Titulus coloratus requiritur, quando jus eſt contra Præſcribentem, ſecus è contra, quo caſu ſufficit ſola quadragenaria. *pag.* 59. *num.* 18. *& ſeq.*
Prælatus inferior poteſt præſcribere contra Epiſcopum jus conferendi Beneficia cum ſola quadragenaria ſine titulo. *ibid. num.* 20.
Prælatus inferior non præſcribit jura Epiſcopalia per quadragenariam ſine titulo, etiamſi adſit ſcientia, & patientia Epiſcopi. *nu.* 25. *& ſeq.*
Titulus debet eſſe juſtus, hoc eſt putativè talis, qui valeat inducere bonam fidem in Præſcribente. *pag.* 60. *num.* 27.
Et ultra errorem juris debet habere admixtum errorem facti, niſi ſit error juris maximè dubii, quod æquiparatur errori facti. *ibid. nu.* 28.
Et licèt titulus poſt completam præſcriptionem detegatur falſus, non ideò amittitur jus per præſcriptionem acquiſitum. *ibid. num.* 29.
Titulus privilegii conceſſi à Papa Schiſmatico reputatur ſufficiens, ſi Papa habebatur pro legitimo. *ibidem num.* 31.
Prælatus inferior verè *Nullius* habèt jus cognoſcendi de Cauſis matrimonialibus. *pag.* 61. *num.* 37.
Et non committuntur per Datariam diſpenſationes matrimoniales, aliæque literæ Apoſtolicæ, niſi ad ejus favorem concurrat immemorabilis. *pag.* 11n. *nu.* 38. *& ſeq.*
Vel niſi eſſet Prælatus verè *Nullius*. *ibid. nu.* 40.
Et eo caſu neque diriguntur ejus Vicario, niſi adſit ſpeciale privilegium, uti habet Vicarius Abbatis Caſſinenſis. *ibid. num.* 41.
Prælatus inferior primæ, & ſecundæ ſpeciei non poteſt diſpenſare in denunciationibus matrimonialibus. *ibidem num.* 42. *& ſeq.*
Quid ſi eſſet Prælatus verè *Nullius*? *ibid. nu.* 44.
Prælatus inferior primæ, & ſecundæ ſpeciei non habet jus cognoſcendi Cauſas criminales, niſi concurrat immemorabilis. *pag.* 62. *num.* 47. *& ſeq.*
Secus ſi ſit Prælatus *Nullius* propriè, & affertur reſolutio Sacr. Congregat. Concil. *ibid. num.* 49.
Prælatus inferior primæ, & ſecundæ ſpeciei nequit approbare Confeſſarios ſæculares; ſed hoc pertinet ad Epiſcopum privativè. *ibid. nu.* 51. *& ſeq.*
Poteſt tamen Prælatus regularis approbare Confeſſarios regulares pro audiendis confeſſionibus Regularium ſibi ſubditorum. *pag.* 63. *num.* 53.
Quod procedit etiam quoad laicos ſervientes, continuos commenſales, ſub obedientia in clauſtro degentes. *ibid. num.* 54.
Afferuntur diſpoſita, quoad hoc per Bullas S. Pii V. Gregorii XIII. & aliorum Pontificum. *ibid. nu.* 55.
Prælatus inferior verè *Nullius* poteſt approbare Confeſſarios pro audiendis Confeſſionibus laicorum. *pag.* 64. *num.* 56.
Prælatus inferior primæ, & ſecundæ ſpeciei non poteſt concedere licentiam concionandi, ſed hæc ſpectat ad Epiſcopum. *ibid. num.* 57.
Niſi eſſet Prælatus verè *Nullius*. *ibid. nu.* 58.
An quoad hoc ſuffragetur conſuetudo immemorabilis? *ibid. num.* 59.
Afferuntur reſolutiones Sac. Congr. Concil. decernentes non ſufficere immemorabilem, ſed requiri veram qualitatem *Nullius*. *ibid. num.* 61.
Prælatus inferior cujuſcumque ſpeciei etiam *Nullius* propriè non poteſt concedere monitoriales pro rebus deperditis. *pag.* 65. *num.* 64.
Sed ſi ſint Prælati verè *Nullius* poteſt, & debet per Datariam illis committi executio dictarum monitorialium. *ibid. num.* 65.
Prælatus inferior cum qualitate propria *Nullius* quatenus poſſit conſtitui per præſcriptionem? *pagina* 82. *numero* 2.
Refertur ad rem ſtatus Cauſæ inter Abbatem Fuldenſem, & Epiſcopum Herbipolenſem. *ibid. num.* 2. *& ſeq.*
Prælati inferiores nonnulli ſunt de facto, ob impotentiam, vel negligentiam Epiſcoporum in defendendis ſuis juribus. *pag.* 84. *num.* 14.
Prælatus inferior qualitatem *Nullius* nulla præſcriptione acquirere poſſe aliqui volunt. *ibidem, numero* 15.
Alii dicunt poſſe acquiri per immemorabilem, aut per quadragenariam cum titulo colorato. *ibid. num.* 16.
Prælatus inferior per quadragenariam cum titulo colorato poteſt præſcribere aliqua Jura Epiſcopalia abſque ſeparatione territorii. *ibid. num.* 18.
Affertur ad rem reſolutio Sac. Congr. Conc. in *Anglonen. Juriſdictionis* cum pluribus dubiis. *ibid. num.* 19.
Prælatus inferior cumulativè cum Epiſcopo poteſt viſitare Eccleſias, & loca ſibi ſubjecta. *ibid.*
Non cognoſcit Cauſas matrimoniales, nec criminales, & quid de civilibus & mixtis. *ibidem.*
Non impedit Epiſcopo adminiſtrationem Sacramenti Confirmationis, & cumulativè cum eo revidet computa locorum piorum. *ibid.*
Non concedit dimiſſorias pro Ordinandis tàm ſuper vita, & moribus quàm patrimonio, vel titulo Beneficii. *ibidem.*
Prælatus inferior non poteſt impedire Epiſcopo, retinere Vicarium foraneum in locis ſibi ſubjectis. *ibidem ſub numero* 19.
Eo mortuo, & Abbatia vacante, non eligitur Vicarius Capitularis. *ibid.*
Prælatus inferior non poteſt præſcribere in aliquo loco omnia jura Epiſcopalia unà cum Epiſcopo; ſecus ſi ſub Epiſcopo, vel cum ſeparatione territorii. *pag.* 85. *numero* 20. *& ſeq.*
Affertur, & expenditur ad rem doctrina *Hoſtienſis*. *ibidem.*
Poteſt præſcribere in aliena Diœceſi juriſdictionem, non autem territorium; & quin ſit habere territorium? *ibidem num.* 21.
Prælatus inferior, non ſolùm per privilegium Apoſtolicum, ut vult *Hoſtienſis*, ſed etiam per præſcriptionem poteſt acquirere omnia jura Epiſcopalia in aliquo loco, Vicario nomine Epiſcopi, & ſub Epiſcopo, remanente habitu juriſdictione penes Epiſcopum. *pag.* 86. *numer.* 25.

Digitized by Google

Adducitur, & probatur doctrina *Abbatis*, *&* *Butrii*. *ibidem*.

Prælatus inferior cum vera ſeparatione territorii à Diœceſi, nulla præſcriptione, ſed ſolo Apoſtolico privilegiu conſtitui poreſt. *pag.87. numer.* 26.

An ad hoc præſcriptio immemorabilis ſufficiat. *ibidem num.*27.

Affertur opinio negativa cum ejus fundamentis. *ibid. num.* 28. *&* 29.

Defenditur ſofficere immemorabilem, quæ præſumit privilegium Apoſtolicum. *ibid. num.*30. *& ſeq.*

Non ſufficit quadragenaria cum titulo colorato, ſeu putativo. *pag.88. num.*32. *& pag.*89. *num.*35. *& ſeq.*

Quamvis ſufficiat quoad exemptionem paſſivam, vel quoad aliqua tantùm jura Epiſcopalia. *ibid. num.*32.

Esponuntur, & conciliantur DD. qui pro contraria ſeotentia ſtare videntur. *ibid. nu.*33.

Affertur ad rem reſolutio S. Congr. Concil. in *Cluſina Iuriſdictionis*, *& in Anglonen. ibid.*

Prælatus inferior, an & quatenus poſſit publicare, vel concedere iodulgentias. *pagina* 70. *num.*96. *& ſeq.* Vide Indulgentia.

Prælatus poteſt præiudicare Eccleſiæ in quærendis ſed peccat, ſi lucrum Eccleſiæ quærendum amittat. *pagina* 236. *num.*82.

Niſi excuſet paupertas hæredum, vel cauſa vitandi ſcandalum. *ibidem*.

Prælati ioferioris juriſdictio dividitur in tres ſpecies, ſeù gradus, qui dilucidè explicantur. *pag.*91. *numero* 6.

Quæ trimembris diviſio non fuit ignota antiqnis Canoniſtis. *ibid. num.*7.

Prælati inferioris prima ſpecies importat regulariter exemptionem paſſivam, quæ reperitur in Regularibus quoad eorum Eccleſias, & Monaſteria. *pag.*51. *nu.*8. *& ſeqq.*

Licèt videantur in aliquibus habere etiam juriſdictionem activam. *ibid. num.*9. *&* 10.

Et Prælatus ita exemptus dicitur eſſe in Diœceſi, & territorio Epiſcopi, eidemque ſubjectus in pluribus, præſertim poſt Concilium, & Bullas noviſſimas. *ibidem. num.*11.

Prælati ioferioris ſecunda ſpecies, ultra exemptionem paſſivam, importat juriſdictionem activam in Clerum, & Eccleſiam ſibi ſubditam, & poreſt habere juriſdictionem in Cauſis civilibus, criminalibus. & ſpiritualibus, justa privilegia, qoæ obtinet. *ibid. num.*12.

Sed loca ita exempta ſemper ſunt in Diœceſi Epiſcopi; apud quem ſaltem remanet uoiverſalis, & habitualis juriſdictio ad dicta loca. *ibid. nu.*13.

Et talis Prælatus non dicitur habere territorium ſeparatum, quod exemplificatur in Præpoſito Atiſſæ, in Abbate Monaſterii S. Eliæ Terræ Carboni & in Abbare de Luculo.. *ibid. nu.*14.

Neque dicitur *Nullius*, niſi impropriè, & fictè *pag.*52. *numero* 15.

Prælati inferiores etiam *Nullius* nequeunt extrahere Delinquentes ab Eccleſia in caſibus exceptis, ſed hoc eſt reſervatum Epiſcopo Diœceſano, aut viciniori. *pag.*80. *numero* 144.

Et quando hæc facultas eis aliquando concedatur ad tempus. *ibid.*

Prælati inferiores quatenus poſſint viſitare Eccleſias ſibi ſubjectas privativè, vel cumulativè cum Epiſcopo viciniore. *pag.*77. *num.*141. *& ſeq.* Vide Viſitatio.

Prælati inferiores nequeunt per conſuetudinem acquirere juriſdictiooem in Cauſis matrimonialibus. *pagina* 60. *numero* 32.

Niſi adſit conſuetudo immemorabilis, quæ donec canonizetur per tres ſeotentias conformes, manuteneodus eſt Epiſcopus. *ibid. nu.*33. *& ſeq.*

Sententia Rotæ in hoc fuit moderata per Sac. Cong. Conc. *ibid. num.*34.

Prælati inferiores non habentes privilegium poſt Concilium conferendi Ordines, vel illud habentes, ſed obtentum ante Concilium, Ordines invalidè conferunt. *pagina* 174. *numero* 39. 40. *&* 41.

Prælati inferiores habentes privilegium poſt Concilium, ſi Ordines conferant ſuis non Subditis, validè, ſed illicitè conferunt. *ibidem*.

Prælati inferiores etiam propriè *Nullius* non poſſunt concedere Dimiſſorias ad Ordines. *pag.*65. *numero*67..

Sed Ordinum collatio ſpectat ad Epiſcopum Diœceſanum, ſi ſint intra Diœceſim; vel ad viciniorem, ſi ſit verè *Nullius*. *ibid.*

Quæ vicinitas attenditur reſpectu Eccleſiæ, non territorii. *pag.*66.*nu.*70.

Prælati inferiores non concedunt Dimiſſorias ad Ordines, niſi obtinerint ſpeciale privilegium poſt Concilium. *pag.* 65. *num.*69. *& ſeq. & pag.*66. *num.*71. *&* 72.

Referuntur plura exempla Prælatorum habentium hoc privilegium. *ibid.*

Refertur ſeries Cauſæ agitatæ in Rota, & Sac. Congreg. Conc. inter Archiepiſcopum Theatinum, & Præpoſitum Atiſſæ cum deciſionibus emanatis. *pag.*67. *num.* 73. *& ſeq.*

Prælati inferiores quantumvis exempti, nequeunt Chriſma conficere, neque miniſtrare, neque Ordines conferre. *pag.*69. *num.*83.

Refertur reſolutio Sac. Congreg. Conc. quod Abbas Caſſinenſis non valeat miniſtrare Sacramentum Confirmationis. *ibid.*

Prælati inferiores primæ, & ſecundæ ſpeciei nequeunt convocare Epiſcopum exterum pro miniſtrando Sacramento Confirmationis. *ibid. nu.*90.

Nec id licitum eſt Epiſcopo viciniori, eo invito, etiamſi aliàs poſſet viſitare loca exempta. *ibid.*

Prælati inferiores convocantes Epiſcopum pro miniſtrando Sacramento Confirmationis, debent ſubminiſtrare expenſas, & quatenus in ſubſidium teneatur Populus. *ibid. num.*90.

Prælati inferiores primæ, & ſecundæ ſpeciei, non poſſunt ſibi reſervare caſus in Sacramento Cooſeſſionis, ſed hoc ſpectat ad Epiſcopum. *pag.*70. *num.*91.

Et in eorum Eccleſiis ſervanda eſt reſervatio caſuum facta ab Epiſcopo, quorum tabella retinenda eſt in Sedibus Confeſſionalibus, in qua apponendus eſt titulus Epiſcopi, non autem Prælati inferioris. *ibid. num.*92.

Neque ab eodem Prælato, ſed ab Epiſcopo petenda eſt per Confeſſarios facultas abſolvendi à reſervatis. *ibidem*.

Nec Epiſcopus concédere poteſt in perpetuum Prælato inferiori hanc facultatem abſolvendi à reſervatis, ſed tantùm ad tempus, aut ad vitam ipſius Prælati. *ibidem*.

Prælati inferiores, ſi ſint verè *Nullius*, poſſunt ſibi reſervare caſus, aliàs ſecùs, non obſtante quacumque præſcriptione. *ibid. nu.*94.

Prælatus ſi ſit propriè *Nullius*, dicitur habere propriam Diœceſim, & territorium ſeparatum à Diœceſi Epiſcopi. *pag.*72. *num.*112.

Prælati inferiores quatenus poſſint Synodum convocare, vel ſint exempti, aut accedere teneantur ad Synodum Epiſcopi. *pag.*71. *nu.*104. *& ſeq.* Vide Synodus.

Prælati ioferiores quoad Inſtitutionem collativam, vel auctorizabilem. Vide Inſtitutio.

Prælati inferiores primæ, & ſecundæ ſpeciei uon poſſunt facere concurſum pro conferendis Parochialibus, ſed faciendus eſt coram Epiſcopo Diœceſano. *pag.*76. *nu.*136. *& ſeq.*

Secus Prælati verè *Nullius*, qoi habent jus convocandi Synodum. *ibid.*

Afferuntur ad rem plura decreta Sac. Congreg. Conc. *ibid. num.*137.

Prælati *Nullius*, ut habeant jus faciendi concurſum, quæ requirantur. *ibid. num.*138.

Si noo habeant jus faciendi Synodum, concurſus eſt habendus coram Epiſcopo viciniori, non autem coram Diœceſano. *ibid. & pag.*77. *num.*139.

Ad hunc effectum quis cenſeatur Epiſcopus vicinior, & unde deſumatur vicinitas? *ibid. num.*140. *& pag.*78. *ſub num.*143.

Æconomi deputatio in Parochialibus exiſtentibus ſub Prælato inferiori, ſpectat ad Epiſcopum Diœceſanum, vel viciniorem. *pag.*76. *nu.*137. *& pag.*77. *nu.* 140.

Præmonſtratenſes diſpenſari non poſſunt ab eorum Abbatibus quoad eſum carnium prohibitum in eorum Conſtitutionibus; nec quidem pro uno die; quamvis poſſint diſpenſari ex juſta cauſa quoad aliquem Religioſum in caſu particulari. *pag.*297. *num.*5.

Affertur ad rem reſolutio Sac. Cong. Conc. *ibid.* Vide Conſtitutiones.

Præpoſitus Monaſterii Canonicorum Regularium S. Auguſtini ſub titulo S. Nicolai Paſſavien. Diœceſis, non habet facultatem conferendi Ordines ſuis Subditis regularibus, eique hanc facultatem petenti denegata fuit. *pag.*175. *num.*42.

Refertur ad rem reſolutio Sacr. Congregat. Concil. *in Paſſavien. Iuris conferendi Ordines*. *ibid.*

Præſcriptio non valet in iis, quæ ſunt contra diſciplinam Eccleſiaſticam. *pag.*70. *nu.*94.

Præſes Urbini non habet facultatem faciendi gratias pro homicidiis fortuitis non doloſis, prout habet Cardinalis Legatus. *pag.*166. *nu.*22.

Præſes Urbini gratiam fecit pro homicidio fortuito, & Reus captus in Urbe fuit relaxatus, obnoxius primævis præjudiciis, cum declaratione nullitatis gratiæ. *ibid.*

Præſes Viarum. V. Magiſtri Viarum.

Prima Tonſura poteſt cooferri quacumque die, & hora. *pag.* 48. verſ. ad rem.

Prima Tonſura poteſt conferri exteris à Cardinali Vicario, per ſex menſes, in Urbe commoraotibus, ſine Dimiſ-

ſoriis

Digitized by Google

ſnriis propril Epiſcopi. *pag.*203. *nu.*96. *& ſeqq.* Vide Cardioalis Vicarius.

Prioceps avocat Cauſam ad ſe, attenta diſcordia ioter duo Tribunalia circa limites ſuæ juriſdictionis. *pag.*83. *num.*10.

Privilegiom Apoſtolicum verum, vel præſumptum per immemotabilem, æquiparantur. *pag.*87. *num.*31.

Privilegiom ſpeciale noo derogatur per legem ſpecialem ſubſequentem, niſi de eo fiat ſpecialis mentio. *pag.* 143. *num.*31.

Privilegia Regularium quateous cenſeantur derogata per Concilium abſque eorum ſpeciali mentione, & per derogatorias genetales. *pag.* 142. *nu.*26. *&* 27. Vide Concilium.

Privilegia, nt cenſeantur cummunicata inter Regulares, quæ concurrere debeant, & quid de privilegio non ſervandi interdictum locale in feſtis Sanctorum ſnorum Ordinum. *pag.*296. *nu.*16. Vide Ioterdictum.

Privilegia Regularium ſuſcipiendi Ordines extra tempora. Vide Indultum. Ordines. Vide Regulares.

Proceſſio Roſarii fit Domioica Menſis Octobris. *pag.* 307. *num.*14.

An requiratur pro ea peragenda licentia Parochi, vel Epiſcopi. *ibid. num.*14.

Referuntur Decreta Sacr. Congregationis. *ibidem*, *numero* 15.

Et noviſſimè diſpoſitio SS. D. N. BENEDICTI XIII. *ibid. num.*16.

Profeſſio emiſſa in ætate requiſita per Concilium eſt valida, licèt non fiat in ætate requiſita per Conſtitutiones Religionis. *pag.*48. *num.*17.

Dummodò in Conſtitutionibus non adſit decretum irritans profeſſionem factam ante ætatem in ea præſcriptam. *ibid.*

Profeſſio regularis ſolemnis, quid ſit? *pag.*286. *nu.*7.

Profeſſio ſolemnis duplici modo emittitur, tacitè, & expreſsè. *ibid.*

Profeſſio tacita quibus modis inducatur. *ibid. nu.*9.

Profeſſio tacita inducitur per habitus delationem. *ibid. nu.*7. *&* 9. & quomodo? *ibid.*

Concilium Tridentinum non derogavit tacitæ profeſſioni. Et quid diſpoſuit circa profeſſionem. *ibidem*, *num.* 20.

Profeſſio tacita, nt indncatur, requiritur delatio habitus Profeſſorum. *ibid. num.*11.

Et permanentia in novitiatu per annum. *ibid.*

Et ut habitus deferatur io Monaſterio. Et qualis debet eſſe hic habitus? Et quibus ſcientibus? *ibidem*, *numero* 12.

Et an requiratur conſenſus, & animus. Et qualis? *ibid. num.*13. *& pag.*287. *nu.*14.

Habitus delatio quam præſumptionem inducat; & quomodo enervetur. *pag.*287. *nu.*14.

Profeſſio tacita noo irritatur ob metum reverentialem. *ibid. num.*16.

Favorabiliùs proceditur in tacita, quàm expreſſa; & quare? *ibid.*

Profeſſio tacita, quæ inducitur poſt lapſum legitimi temporis ob delationem habitus, vel exercitium actuum profeſſorum, an poſſit dici nulla abſque ſcientia nullitatis expreſſæ profeſſionis? *ibidem*, *numero* 17. *& nu. ſeq.*

Refertur celebris Cauſa diſcuſſa in Sac. Congr. & Rota. *ibid.*

Referuntur fundamenta, & Auctores utriuſque opinionis. *pag.*287. *&* 288. *num.*18. *&* 19.

Quid tenendum io hac celebri quæſtione? diſtinguuntur caſus. *pag.*289. *num.*20.

Et an quæ firmata ſunt quoad Profeſſum, vindicent ſibi locum quoad Religionem acceptantem eam profeſſionem expreſſam nullam? *pag.*290. *num.*21.

Referuntur nonnulli caſus in Sac. Coogr. diſcuſſi, ad profeſſionem pertinentes. *pag.*290. *num.*22.

Profeſſio expreſſa, ſi fuerit emiſſa nulliter ex Decreto Clementis VIII. in Conventu non deſignato, vel ob ioterruptionem, ſeu deficientiam anni novitiatus; & Profeſſus perſeveraverit in Religione per annum, & ultra, an dicatur etiam nulla tacita profeſſio? *ibid. num.*23.

Refertur Decretum Urbaoi VIII. *ibid.*

Profeſſio nequit impugnari à Religioſo, niſi habitu retenso, vel eo reaſſumpto, ſi dimiſerat, & facto reditu ad clauſtra. *pag.*283. *num.*1.

Ubi de praxi inconcuſſa Sac. Congregat. *ibid.* latè, *& nu. ſeqq.*

Refertur Cauſa diſcuſſa io Sac. Congr. de quodam Canonico Regulari, qui cum licentia Generalis obtiouit Beneficium non curatum, & licentiam permanendi extra clauſtra cum habitu Presbyteri ſæcularis, ac poſtea intentavit judicium reſtitutionis in iotegrum, pro nullitate ſuæ profeſſionis, habitu non reaſſumpto, *ibid. num.*4.

Referuntur rationes hinc inde, & reſolutio. *ibid.*

Profeſſio aliquoties permittitur impugnari etiam habitu non reaſſumpto ex juſtis cauſis. *pag.*286. *num.*6.

Profeſſio Simoniaca. Vide Simonia.

Promiſſio vendendi non eſt venditio, nec comprehenditur ſub *Extravag. Ambitioſa*. *pag.*220. *num.*10.

Promiſſio vendendi bona Eccleſiæ oon parit actionem ad factum, ut Judex ex officio poſſit veoditionem facere, nec parit actionem ad ioteresſe, niſi adſit beneplacitum Apoſtolicum. *ibid.*

Proſper de Lambertinis S. Congr. Conc. Secretarius commendatur. *pag.*229. verſ. imò.

Protectores quam poteſtatem obtineaot in Ordines Regulares ſibi commiſſos. *pag.*271. *num.*1. remiſſivè.

Eorum facultates fuerunt moderatæ per Conſtitutionem ſa. me. Innocent. XII. Et quomodo? *ibidem*, *num.*2. *& ſeq.*

Protectoribus Ordioom aliqooties committuntur per Sacras Congregationes negotia, & cauſæ, vel pro ſecreta informatione, vel ut judicialiter procedaot. *ibid. num.*4. *in fin.*

Protonotarii Apoſtolici unde dicti, quodque eorum munus, & inſtitutio? *pag.*126. *num.*1.

Eorum Collegium per Sixtum V. auctum fuit ad duodenarium. *ibid. num.*3.

Protonotarii priùs præcedebant Epiſcopis ex Bulla Pii II. ab Epiſcopis præceduntur. *ibid. num.*4.

Præceduntur ab Epiſcopis etiam noo cooſecratis, & io Capella ſedent poſt Epiſcopos juxta eorum antianitatem. *ibid. num.*5. *&* 6.

Protonotarii quatuor io publicis Conſiſtoriis aſſiſtunt ſoper gradibus Solii Apoſtolici. *ibidem*, *num.* 6. *& pagina* 127. *num.* 9.

Io ſolemni equitatu pro capienda poſſeſſione per novum Pontificem, vel in ingreſſu alicuius Regis in Urbe præceduot Epiſcopis, oiſi ſint Epiſcopi Aſſiſtentes Solii Pontificii. *ibid. num.*10.

In equitatu pro ſepultura magni Principis, aut Decani Sacri Collegii quomodo procedant Auditor Cameræ, Theſaurarius, Epiſcopi Aſſiſteotes, & Protonotarii. *ibid. num.*12.

Protonotarii præcedunt omnibus Prælatis, exceptis Gubernatore Urbis, Auditore Cameræ, & Theſaurario. *ibid. num.*13.

Præcedunt Sacriſtam Papæ, niſi hic ſit Epiſcopus; itemque Præceptorem S. Spiritus, Archimandritam Meſſaoenſem, & Abbates habentes uſum Mitræ. *ibid. num.* 14. *&* 15.

Protonotarii Apoſtolici quam præcedentiam habeant io Capella Pontificia, & quæ in ea ſint eorum munia, quove loco ſedeant. *ibid. num.*16. *& ſeq.*

Si Præfectus Domus Pontificiæ ſit Protonotarius, quatenus præcedat omnibus aliis Protonotariis. *ibidem*, *numero* 20.

Protonotarii præcedunt omnibus Canonicis, tàm in Eccleſiis Urbis, quam extra. *ibid. num.*21.

Protonotarii Apoſtolici, eorumque Collegium ſemper fuit in magna veneratione, & quare? *ibid. nu.*22.

Quæ ſint eorum indumenta, & pileus prælatitius. *pag.* 128. *num.*23.

In pileo uſuali geſtant victam coloris roſacei, & refertur ad rem reſolutio Congr. particularis. *ibid. num.*24.

Protonotarii in Capella utuntur Cappis, non autem Cottis ſuper Rocchettum. *ibid. num.*25.

Protonotarii, eorumque Collegium quolibet anno tenent Capellam in feſto S. Cajetani. *ibid. nu.*26.

Unus ex eis ſemper aſſiſtit in Congregatione de Propaganda fide, & Sacrorum Rituum, necnon in coofectione proceſſuum Beatificationis, & Caoonizationis Sanctorum. *ibid. num.*27.

Protonotarii, eorumque Collegium habent jus creandi Doctores, & Protonotarios ooo participautes, aliaque privilegia, quæ indicantur. *ibid. num.*28.

Eoruoi officium eſt venale. *ibid. num.*29.

Protonotarii participaotes, quatenus comprehendantur in Concordatis Germaniæ quoad proviſionem beoeficiorum, & quid de Protonotariis non participantibus. *pag.*12. *nu.* 28. *& ſeqq.*

Protos Græcè quid Latinè ſignificet, & unde dictus Protoootarius, & Protomartyr. *pag.*126. *num.*2.

Q

QUadragenaria quatenus ſuffragetur Epiſcopo, ut cogere valeat Regulares, alioſque exemptos, ut accedant ad Synodum, *pagina* 73. *numero* 119. Vide Synodus.

Quadragenaria cum titulo colorato ſatis eſt Prælato inferiori ad præſcribendam inſtitutionem auctorizabilem,

vel collativam. *pag.74. nu.124. & pag.76. nu.131.* Vide Inſtitutio.
Quadragenaria cum titulo colorato æquiparatur immemorabili, & quomodo? *pagina 90. num. 36.*
Quadragenaria cum titulu coloratu ſupponit titulum in ſe infectum, qui inducit bonam fidem. *ibid.*
Quadragenaria non poteſt ſupponere titulum verum; nam tunc opus non eſſet præſcriptione. *ibid. numero 37.*
Qradragenaria cum titulo colorato ſupponit errorem facti; vel juris dubii, qui æquiparantur, *ibidem, numero 38. & 39.*
Quadragenaria completa, ſi titulus detegatur non validus, non præjudicatur Præſcribens. *ibidem, numero 40. & 41.*
Qradragenaria cum titulu colorato non ſuffragatur Prælato inferiori pro acquirenda vera qualitate *Nullius*, *ibid. nu. 42. & ſeq.* Vide Prælatus inferior.
Non æquiparatur privilegio, & quare. *pag.91. nu.43.*
Neque æquipollet immemorabili. *ibid. num.44.*
Niſi procederet per viam obſervantiæ interpretativæ tituli privilegii obſcuti. *ibidem num.45.*
Titulus coloratus, ſeu putativus, & titulus conceptus verbis dubiis, ſeu obſcuris, in quo differant? *ibidem.*
Affertur reſolutio Congregationis Particularis anni 1718. pro inſufficientia quadtagenariæ cum titulo colorato ad acquirendam qualitatem *Nullius*; licèt in caſu tituli obſcuri, ſeu dubii, dictum fuerit id pendere à ſingulis caſibus, & facti circumſtantiis. *pag.91. & 92. per tot.*
Qualitas propria *Nullius* quatenus poſſit acquiri per præſcriptionem. *pagina 82. numero 1. & ſeqq.* Vide Prælatus inferior.
Quindennia ſunt ſolutiones annatarum ſaciendæ quolibet decimoquinto anno, pro Beneficiis perpetuò unitis. *pag. 264. num. 36.*
A quo fuerunt inducta, & taxata, & qua de cauſa? *ibid. num. 37. & 38.*
Quindennia dici poſſunt annatæ. *ibidem.*
Quibus competat participatio quindenniorum? ubi de Capitulo Burgenſi *ibid. num. 39.*
Ad ſimilitudinem horum quindenniorum introducta fuerunt quindennia, ſeu ſolutiones laudemii, pro alienationibus rei emphyteuticæ ſactis in manus mortuas. Et quare? *ibid. num.40.*
Vide verbo Uniones Beneficiorum, & verbo Annatæ.

R

Regulæ Cancellariæ habent locum etiam in Germania, non obſtantibus Concordatis, & quatenus id verum ſit. *pagina 18. num.47.*
Regularis qualitas reſultat ex eo, quòd in Religione emittantur tria vota ſubſtantialia. *pagina 48. num. 16.*
Regularis non auditur ſuper nullitate profeſſionis, niſi habitu reaſſumpto, & ſacto reditu ad clauſtra. *pag. 283. num. 1.* Vide Profeſſio.
Aliquoties permittitur ex juſta cauſa morari in Conventu alterius Religionis. *ibid. nu.2.*
Regulares Mendicantes ſtudentes ſubjiciuntur in omnibus Generali Ordinis, revocatis contrariis privilegiis per Pium II. *pag. 100. num.7.*
Regulares qualiter ſtudiorum cauſa accedere valeant ad publicas Univerſitates extra clauſtra? *ibid. numero 8.*
Indigent licentia Superiorum Regularium. *ibid. nu.9.*
Et retinere debent habitum proprium, aliàs incidunt ipſo facto in excommunicationem. *ib. nu. 10.*
Etiamſi vacent ſtudiis eis permiſſis; & quid ſi de nocte redeant ad clauſtra, an incurrant pœnam prædictam. *ibidem.*
Regulares vacantes ſtudiis prohibitis incidunt ipſo facto in excommunicationem; niſi infra duos menſes redeant ad clauſtra. *pag.101. num.11.*
Hæc licentia debet eſſe Prælati Regularis cum conſilio Capituli Monaſterii, & quid ſi ea denegetur? *ibid. numero 12.*
Non requiritur conſilium Capituli, ſi conceſſio licentiæ commorandi extra clauſtra ſpectet ad Superiorem Generalem, vel Provincialem. *ibid.*
Hujuſmodi licentia nun conceditur hodie, niſi ad breve tempus. *ibid. nu. 13.*
Nec concedi ſolet per Sac. Cong. Epiſcoporum, & Regularium, aut Concilii. *ibid.*
Regulares omnes habere debent ſtudia intra clauſtra. *ibid. numero 14.* Vide Studia.
Regulares alienare non poſſunt bona Monaſterii ſine beneplacito; nec etiam inter Monaſteria ejuſdem Ordinis. *pag.241. nu.21.*
Regulares in acceptatione onerum Miſſarum nequeunt obligare bona Monaſterii ſine beneplacito Apoſtolico. *ibidem.*
Regulares facientes renunciationes bonorum poſt emiſſam profeſſionem abſque beneplacito Apoſtolico, incidunt in cenſuras, & quatenus eis concedatur abſolutio? *ibidem num.22.*
Regulares nequeunt recipere pecunias mutuò ſine conſenſu Monaſterii capitulariter exquirendi, nec pro mutuo obligare, vel pignorare res ſacras, & mobilia. *ibidem, numero 23.*
Regulares capaces acquirendi, ſed incapaces retinendi ſtabilia, quatenus ea alienare poſſint ſine beneplacito. *ibid. num.24.*
Regulares approbari poſſunt ab eorum Superiore Regulari pro audiendis Confeſſionibus Regularium. *pagina 63. num.53.*
Et an eorum facultas ſe extendat ad Sæculares in clauſtris degentes. *ibid. num.54.*
Regulares eum quibus conditionibus, & circumſtantiis obtineant à Sac. Cong. Epiſcoporum indultum diſponendi de livellis? *pag. 300.* verſ. Quod ſi.
Regulares quatenus ſint exempti, vel teneantur accedere ad Synodum. Vide Synodus.
Regulares teſtamentum condere non poſſunt; nec quidem cum licentia Superioris. *pag. 300.* verſ. His præmiſſis.
Eis Papa indultum teſtandi non concedit, quamvis concedere poſſit. *ibid.* verſ. Sed nunquid. Vide Canonici Sancti Spiritus in Saxia.
Exceptis Regularibus Epiſcopis, & Equitibus S. Joannis Hieroſolymitani. *ibidem.*
Regulares de bonis reſervatis ante Profeſſionem diſponere non poſſunt, nec pro bis conceditur indultum teſtandi. *ibid.* verſ. Quod ſi.
Affertur caſus ſingularis indulti conceſſi cuidam Moniali Hiſpaniæ. *ibid.*
Regulares quoſque poſſunt revocari ad clauſtra per Superiores, dicuntur manere ſub obedientia. *pagina 48. numero 20.*
Regulares ex indulto Apoſtolico poſſunt habere penſiones ſuper Beneficio ſæculari. *pag.96. num.32.*
Regularea non comprehenduntur ſub decretis generalibus, niſi fiat expreſſa mentio. *pag. 151. num.76.*
Regulares quoad caſus Epiſcopo reſervatos. Vide Caſus.
Regulares quoad obſervantiam Interdicti localis. Vide Interdictum.
Regulares quoad immutationem, revocationem, aut diſpenſationem ſtatutorum ſuorum Ordinum. Vide Conſtitutiones.
Regulares non poſſunt uti in ſoro conſcientiæ privilegiis expreſsè revocatis per Concilium, ex decreto Alex. VII. quo contrariam opinionem damnavit. *pag.273. num. 4. & pag.149. num.59.*
Quibus rationibus nitebantur hujus erroneæ opinionis Aſſeclæ? *pag.273. num.5.*
Regularium privilegia, quæ Tridentino adverſantur, fuerunt ampliſſimis verbis abrogata a Pio Quatto. *pagina 274. num. 7.*
Confirmationes forſan factæ dictorum privilegiorum, evenerunt cùm clauſula dummodò non adverſentur Tridentino. *ibidem.*
Regularium privilegia quare fuerunt abrogata per Tridentinum, alioſque Summos Pontifices? *ibid. nu.9.*
Regulares an poſſint uti privilegiis revocatis per Tridentinum? ubi Concilium non eſt receptum. *ibid. nu.10.*
Regulares non poſſunt uti privilegiis, etiam implicitè revocatis per Concilium. *pag. 274. nu. 11.*
Regulares obtinuerunt privilegia abſolvendi eorum Subditos à caſibus reſervatis. *pag. 308. nu. 1.*
Quibus Regularibus fuerit hoc privilegium conceſſum. *ibidem nu.2.*
Regularium privilegia abſolvendi à caſibus reſervatis an fuerint abrogata per Tridentinum. *pag. 309. nu.4.*
Certiùs eſt revocationem fuiſſe factam per Bullam Pii IV. la94.
Regulares quoad tranſitum ad aliam Religionem. Vide Tranſitus.
Regulares quoad privilegia ſuſcipiendi Ordines extra tempora. Vide Indultum. Ordines.
Regularium habitus. Vide Habitus.
Religio cenſetur arctior alia ad finem impediendi tranſitum, non tàm ratione inſtituti, & votorum, quàm ex aliis regulis, & obſervantiis Religionis. *pagina 82. nu. 2.* Vide Tranſitus.
Reliquiæ ſunt mobilia pretioſa, & alienari nequeunt ſine beneplacito, dummodò non ſint parvæ reliquiæ, ſed inſignes. *pag. 230. num.29.*
Reliquiæ non permittuntur per Papam extrahi ab aliqua Eccleſia, ſi ſint inſignes, vel muro clauſæ. *ibid.*
Renunciatio Juris quærendi fieri poteſt ab Eccleſia ſine beneplacito, ſecus ſi ſit jus quæſitum. *pagina 234. numero 74.*
Renunciatio, ſeu repudiatio juris quærendi fieri poteſt

per

Digitized by Google

per Creditores, cùm id non ſit diminutio patrimonii. *ibidem*.

Renunciatio juris quærendi fieri non poteſt à pupillo ſine decreto Judicis. *ibid. nu.* 75.

Renunciatio juris quærendi, quòd fieri non poſſit ab Eccleſia ſine ſolemnitate, aliqui voluerunt. *ibidem, numero* 76.

Sed contraria ſententia eſt verior, & rationibus comprobatur. *ibid. num.* 77.

Dummodo verè agatur de jure quærendo, non autem de quæſito, & ex quibus dignoſcatur eſſe jus quærendum, aut quæſitum. *ibid. num.* 78. Vide Hæreditas.

Renunciatio hæreditatis delatæ, ſed non aditæ, fieri poteſt à Regularibus ſine beneplacito Apoſtolico, ſed requiritur conſenſus Capituli Conventus, nec validè ſit à ſolo Superiore. *pag.* 235. *num.* 79.

Explicantur DD. aſſerentes requiri beneplacitum in remiſſione juris quærendi. *ibid. nu.* 80.

Renunciatio legati honorifici adminiſtrandi opus pium fieri non poteſt ſine beneplacito. *ibid.*

Renunciatio legati, vel alterius diſpoſitionis verè lucrativæ factæ Eccleſiæ, fieri nequit ſine beneplacito, etiamſi ſit diſpoſitio oneroſa, quæ reſpectu ad onus ſaperet lucrum. *ibid. num.* 81.

Præſertim ſit donatio inter vivos, cum clauſula conſtituti, & præcarii, quæ transferunt recta via poſſeſſionem, & dominium in Donatarium. *ibid.*

Vel agatur de hæreditate delata Monacho. *ibid.*

Renunciatio hæreditatis, quatenus fieri poſſit ab Eccleſis ad favorem Tertii, vel Cohæredis, aut Subſtituti. *pag.* 236. Vide alienatio. Hæreditas.

Reſtitutio in integrum pro intentanda nullitate profeſſionis non permittitur intentari, niſi habitu reaſſumpto, & facto reditu ad clauſtra. *pag.* 283. *nu.* 4.

Retractatio eorum, quæ malè dicta, vel ſcripta erant, quàm ſit laudabilis, & digna Virorum magni ingenii, exemplo D. Auguſtini, Pii II. & aliorum comprobatur. *pag.* 176. *num.* 1. Vide Pius II.

Retractus vigore Bullæ Gregorianæ locum habet, etiam ſi adſit prohibitio Teſtatoria, & pactum non alienandi; prout etiam in bonis Eccleſiæ. *pag.* 220. *num.* 8.

Et ſi exerceatur in bonis Eccleſiæ, non requiritur beneplacitum. *ibid.*

Retractus in vim, *leg. ſi quis Sepulchrum, ff. de Relig. & ſumpt. funer.* locum habet contra bona Eccleſiæ, non obſtante prohibitione alienandi appoſita à Fundatore, & confirmata auctoritate Apoſtolica; quo caſu neque requiritur beneplacitum. *ibid. nu.* 9.

Affertur reſolutio S. Cong. Conc. *Malacitana beneplaciti*. *ibidem*.

Retractus requirit interpellationem Vicini à Gregoriana Conſtitutione, & non à Sixtina. *pag.* 314. *numero* 6.

Retractus coactivus pro ornatu Urbis, an in præſenti detur, & quomodo. *ibid.*

Roſa aurea à Nicolao V. ſuit data Eleonoræ uxori Friderici III. *pag.* 40. *nu.* 4.

Roſarium ad cultum B. Mariæ Virginis inſtitutum, in quo conſiſtat. *pag.* 305. *num.* 2.

Roſarii inſtitutio cui adſcribatur. *ibid. numer.* 3. *& nu. ſequenti*.

Salutatio Angelica, ex qua componitur Roſarium, à quo ſumpta; ejuſque uſus, & a quo tempore? *ibidem num.* 4.

Roſarii inſtitutio non debet tribui D. Benedicto, aut Bedæ. *pag.* 306. *num.* 5.

Roſarium apud Anglos *Bedes* appellatur; & quare potuit ſic appellari. *ibid.*

Mos numerandi preces, & uſus Coronæ, ſeu globulorum filo inſutorum quando invaluerit. *ibidem, numero* 6.

Petrus Eremita quo ſenſu poteſt dici Auctor Roſarii. *ibid.*

Roſarii auctor D. Dominicus eſt dicendus. *ibid. numero* 7. *&* 8.

Quare à D. Dominico fuit inſtitutum Roſarium. *ib.*

Magiſter Alanus Roſarii devotionem propagavit. *ibid.*

Recenſentur Apoſtolica diplomata D. Dominico inſtitutionem Roſarii tribuentia. *ibid. nu.* 9.

Roſarii devotio aucta fuit ex promulgatione Bullæ Sixti IV. & ex victoria obtenta à Chriſtianis contra Turcas in ſinu Corinthiaco. *ibid. num.* 10.

Roſarii feſtivitatem, prima Dominica menſis Octobris, & officium ſub ritu duplici indixit Gregorius XIII. pro pleriſque Regnis. *ibidem*.

Roſarii officium fuit extenſum ad univerſalem Eccleſiam à ſa. me. Clemente XI. occaſione alterius victoriæ obtentæ contra Turcas. *ibid.*

SS. Dominus BENEDICTUS XIII. approbavit lectiones pro dicto officio apponendo in Breviario. *pagina* 307. *num.* 12.

Roſarium nihil continet, quod ad ædificationem non tendat, aut pietatem Fidelium non foveat, dummodo non putetur præfixum numerum precum aliqua virtute donari, vel temerè fiat abuſus patrocinii B. M. Virginis. *ibid. num.* 13.

Roſarii Proceſſio. Vide Proceſſio.

Roſarii Confraternitas. Vide Confraternitates.

Rota in materia Conciliarii adhæret ſenſui Sacræ Congregationis Conc. relinquendo opinionem propriam. *pagina* 83. *num.* 4. *&* 5.

Rota numquam procedit cum voto alterius Tribunalis. *ibid. nu.* 11.

Quando ab ipſa avocentur Cauſæ, & remittantur ad Congregationem Concilii, ſi adſint hujus decreta, vel diſpoſitiones Conciliares. *ibid. nu.* 12.

Ejus voti exquiſitio quatenus demandetur per Signaturam Gratiæ. *ibid. nu.* 7. *& ſeq.* Vide Signatura.

S

SAcrificium cum humanis victimis apud quas gentes in more habitum, quamque execrabile fuerit. *pag.* 115. *num.* 9.

Salutatio Angelica in meridie recitanda, prævia pulſatione Campanæ pro impetranda divina ope contra Turcas, fuit inſtituta à Calliſto III. *pag.* 42. *nu.* 2.

Idemque ad meridiem, & ſolis occaſum innovavit BENEDICTUS XIII. cum largitione indulgentiarum pro recitantibus genibus flexis. *ibid.*

Salutatio Angelica. Vide Roſarium.

Salvuſconductus concedi debet a Judice, Inquiſito de homicidio volenti ſe conſtituere ſuper qualitate homicidii, veluti appenſamenti, proditionis, aut aſſaſſinii, *pag.* 164. *nu.* 14.

Itemque Bannito pro homicidio etiam appenſato, dummodo illum petat ad ſe expurgandum, & non ad agendum contra Tertium. *ibid.*

Vel ſi velit confrontare cum alio Inquiſito, vel alium actum facere ad quod eſt neceſſaria præſentia Inquiſiti. *ibidem*.

Salvuſconductus conceditur pro vero, reali, & neceſſario ſervitio juſtitiæ, & pro eo tempore, quod juſtitiæ convenit. *ibid. num.* 15.

Etiam ſi Judex extrajudicialiter ſciat, Reum habere præjudicia cum Fiſco. *ibid.*

Et ſufficit aſſecuratio generalis abſque expreſſione delicti antea commiſſi. *ibid. num.* 16.

Salvuſconductus concedendus eſt Bannito, quando ob novum delictum eſſet iterum in contumaciam condemnandus, alias ſententia contumacialis eſſet nulla. *ibidem, num.* 17.

Niſi Judex ignoraverit præjudicium Citandi, & Reus non petierit ſalvumconductum, quo caſu ſententia eſſet valida, ſed inexequibilis; & Reus petere poſſet reſtitutionem in integrum ad probandum impedimentum comparendi, vel mittendi Excuſatorem. *pagina* 165. *num.* 18.

Et an hoc procedat, quando Reus damnatus eſt ab alio Judice, & in diverſo Tribunali. *ibid.*

Salvuſconductus conceſſus à Judice, cui prohibitum erat illum concedere, ſi poſtea Reus carceretur à Judice competente, non poteſt contra illum procedi ad pœnam Banni, & eſt relaxandus cum iiſdem præjudiciis. *ibid. num.* 19.

Quod procedit, ſivè Reus carceretur pro primo delicto, ſivè pro ſecundo patrato tempore ſecuritatis obtentæ. *ibid.*

Salvuſconductus conceſſus à Judice non habente juriſdictionem in loco, veluti à Notario, Barichello, vel Advocato Fiſci, nullatenus Reo ſuffragatur. *ibidem, numero* 20.

Itemque ſi Salvuſconductus ſit doloſè à Reo receptus, & culpa Impetrantis. *ibid.*

Salvuſconductus conceſſus à non habente facultatem, & ſtantibus ſtatutis eos annullantibus, ut eſt in ſtatu Eccleſiaſtico, quatenus Reo ſuffragetur. *ibid. nu.* 21.

Et quid de Reo decepto ab Amico atteſtante ſe habere ſalvumconductum. *ibid.*

Salvuſconductus, an Reo ſuffragetur in loco Partis offenſæ. *ibid.*

Salvuſconductus conceſſus à Gubernatore Civitatis Laviniæ non habente juriſdictionem illum concedendi, quatenus ſuffragaverit Reo capto per Curiam Gubernatoris Urbis, & adducuntur decreta Congregat. Criminalis dicti Gubernatoris. *pagin.* 166. *n.* 22.

Salvuſconductus, ſeu gratia conceſſa à Præſide Urbini. Vide Præſes Urbini.

Sanguis Chriſti, an in triduo Paſſionis fuerit ſeparatus à divi-

divinitate, quæſtio fuit mota à B. Jacobo de Marchia, & deinde acriter agitata inter Fratres Prædiratores, & Minoritas. *pagina* 187. *nu.* 1. & 2.

Pius II. prohibuit diſputare de bac quæſtione, quodque neutra ſententia appellari poſſit hæretico. *ibidem*, *numero* 3.

Sub pœna excommunicationis, & privationis vocis, aliiſqoe arbitrariis, quodque hæretici cenſeantur aſſerentes non eſſe obediendum prohibitioni Pontificiæ quoad hæc. *ibid. num.* 4. & 5.

Sanguis Chriſti, quod fuerit in triduo paſſionis ſeparatua à divinitate, non eſt propoſitio damnata, uti bæretira, à Clem. VI. *ibid. num.* 6.

Nec etiam uti talis damnata fuit à Pio II. qui B. Jacobum de Marchia ejus auctorem Catholicum declaravit, & permiſit Minoritis tenere propriam opinionem, dummodò contrariam bæreticam oon aſſererent. *ibidem*, *num.* 7.

Idem comprobatur aliis rationibus, & præſertim quod hanc ſententiam retinuerit Sixtus IV. aute Pontificatum. *ibid. nu.* 8.

Sanguis Chriſti, an in triduo paſſionls fuerit ſeparatus à Divinitate non fuit definitum per Pontifices Pii II. ſucceſſores. *ibid. num.* 9.

Sanguis Chriſti, quod in triduo paſſionis fuerit ſeparatus à divinitate, aſſeruerunt Minoritæ, & quibus rationibus. *ibid. num.* 10.

Sanguis Chriſti pluribus in locis bodie aſſervatur. *ibidem*, *numero* 10.

Sanguis Chriſti, quòd in triduo Paſſionis non fuerit ſeparatua à divinitate aſſeruerunr Thomiſtæ, & aſſeruotur corum fundamenta. *pag.* 188. *n.* 11.

Axioma Theologicum, *Quæ Chriſtus aſſumpſit*, *numquam dimiſit*, quomodo exponatur à Thomiſtis. *ibidem*, *numero* 12.

Adducitur quoad hanc quæſtionem ſententia Salmaticenſium. *ibid. nu.* 13.

Sanguia Cbiſti, an in triduo Paſſionis fuerit diviſus à divinitate, eſt quæſtio Theologica, & utraque ſententia defeudi poteſt. *ibid. num.* 14.

Seminarium erectum in vim Conc. Triden. cenſetur locus Eccleſiaſticus, ejuſque bona alienari non poſſunt ſine beneplacito Apoſtolico. *pag.* 241. *num.* 27. & *ſeq.*

Senator Urbis habet juriſdictionem per Urbem, ejuſque diſtrictum, qui extenditur ad 40. milliaria. *pagina* 200. *num.* 79.

Senarum Ecelefia à Pio II. in Metropolitanam erecta fuit, cum aſſignatione Suffraganeorum, aliorumque jutium Metropoliricorum. *pag.* 103. *num.* 2.

Senarum Civitatis antiquitas, viciſſitudines, ac Viri ſancti, & præclari ab ea editi recenſentur. *ibid. nu.* 3.

Sententia lata prævio pretio, ſeu munere, eſt nulla; ſed ſi lata ſit ob gratiam, eſt irritanda; & quid ſi ſententia fuerit juſta? *pag.* 210. *num.* 17.

Sepulturæ conſtruendæ ſi concedatur ſitus, non requiritur beneplacitum Apoſtolicum. *pag.* 227. *num.* 18.

Sepultura conſtructa, ſi concedatur cum uſu privativo, requiritur beneplacitum. *ibid. num.* 19. Vide Capella.

Servitus Appodii, vel tigni immitendi in parietibus Eccleſiæ, vel Monaſterii, imponi prohibita eſt ſine ſolemnitatibus. *ibid. nu.* 20.

Servitua activa Eccleſiæ quæſita alienari non poteſt ſine beneplacito. *ibid.*

Signatura Gratiæ, attenta diſparitate Votorum, vel gravitate articuli ſolet demandare etiam poſt Cauſam deciſam, ut Judices procedant cum voto, vel de voto Rotæ. *pag.* 83. *num.* 7.

Judicibus inferioribus reſcribit, ut procedant cum voto Rotæ; Congregationibus verò Cardinalium de voto Rotæ, & quænam eſt ratio differentiæ. *ib. nu.* 8.

Si fuerit judicatum contra votum Rotæ, quandoque Papa avocat Cauſam ad ſe pro danda reſolutione in Camera. *ibid. num.* 9.

Vel injungit Judici, ut ante prolationem ſententiæ extendat motiva ſuæ reſolntionis. *ibid.*

Signatura Gratiæ quandoque denegat votum Rotæ à Parte petitum, & mandat Judici qood iterum audiat. *ib. numer.* 10.

Numquam mandat, quod Rota procedat cum voto alterius Tribunalis. *pag.* 83. *num.* 10. Vide Rota.

Signatura Juſtitiæ non concedit commiſſiones, ſeù appellationes in Cauſis Cameralibus. *ibidem*.

An declarare poſſit in dubio, utrum Cauſa ſit Cameralis, vel alteriua Tribunalis. *ibid.*

Simonia non committitur ex eo, quod Regularis ante profeſſionem conſtituit ſibi præbendam favore Monaſterii pro ſui alimonia. *pagina* 48. *num.* 18.

Simonia commiſſa in emiſſione profeſſionia Regularis non reddit profeſſionem nullam, ſed ſolùm incurruntur pœnæ. *ibid. num.* 19.

Simonia committitor non ſolùm, ſi aliquod recipiatur in Ordine. Beneficio, aut profeſſione Regulari, ſed in aliis rebus ſpiritualibua. *pag.* 212. *num.* 33.

Prout in examine ad Parochias, in quo nec ante, nec poſt, aliqoid recipi poteſt ſub pœnis Simoniacorum; necnon circa indulgentias, & facultatem abſolvendi à reſervatis. *ibid.*

Sixti IV. ortus, geſta, & obitus recenſentur. *pag.* 267. *num* 1. & *ſeq.*

Societas Jeſu habet proprium habitum diſtinctivum. *pag.* 277. *nu.* 7.

In Societate Jeſu eſt prohibitus ingreſſus eorum, qui alterius Religionia habitom aſſumpſerunt. *ibidem*, *numero* 10.

Spolium Regularium poteſt erogari per eorum Superiores in indigentiis Conventus, etiamſi ſit pecunia depoſita abſque vinculo in banco publico. *pag.* 230. *num.* 33. Vide Pecunia.

Spolii reintegratio in Juriſdictionalibus non datur, niſi aſſumpta cognitione tituli, & ſufficit dare fumum ejuſdem. *pagina* 67. *nu.* 74.

Nec requiritur cognitio tituli, ſi ſpolium fuerir attentatum. *ibid. num.* 75.

Spolio Cameræ an ſubdantur Curiales Romanæ Curiæ. Vide Curialis.

Strena licitè recipitur ab Epiſcopo, ſed non poteſt cogere Subditos renuentes ad continuandum ſolitum. *pag.* 212. *num.* 35.

Strena non eſt præſtanda Epiſcopo per Canonicos ex maſſa Capitolari, ſed ex eorum præbendis, vel diſtributionibus. *ibid.*

Strena quatenus non cenſeator gratuita, & voluntaria, ſed debitum neceſſarium, itaut ad illam ſolvendam cogi poſſint, qui aliàs ſolvere conſueverunt. *ibid.*

Aſſeruntur reſolutiones Sac. Congreg. in *Nullius Terlitii Strena*, & *Oſtunen. Strena*, in qoibus Epiſcopo fuit conceſſa manutentio pro exactione, & adducuntur motiva reſolutionum. *ibid.* Vide Epiſcopus.

Studia literarum valdè congruentia ſunt Regularibus, nedum Mendicantibus, ſed etiam Monachis. *pag.* 98. *nu.* 1. & 2.

Contenta in opere *P. Mabilon de ſtudiis Monaſticis* ſummatim enunciantur, & refertur concertatio exorta inter ipſum, & Abbatem de Trappa, Monachorum ſtudia improbantem. *ibid.*

Studia literarum Monachia permiſſa cum temperamento. *ibid. num.* 3.

Adducuntur Canones, & Concilia permittentia Regularibus ſtudia ſacra, & prohibentia acceſſum ad Scholaa publicas, & ſtudia Legum, & Phyſicæ. *pag.* 99. *numero* 4.

Refertur Epiſtola Clementis XI. & Card. de Aghirre ad P. Mabilonium. quoad ſtudia Sacræ Scripturæ Monachis permiſſa. *ibid. num.* 5.

Suſpenſio jure incurritur à Suſcipientibus Ordines extra tempora, vel ante legitimam ætatem, vel ſine Dimiſſoriis. *pag.* 155. *nu.* 7. & 8.

Ad incurrendam dictam ſuſpenſionem an requiratur in Suſcipiente præſumptio, & ſcientia prohibitionis. *ibid. num.* 9.

Suſpenſio non incurritur, ſi adſit bona fides, veluti ſi Ordinatos credidit dicto matris ſuper ejus ætate. *ibidem*.

Diſtinguitur inter forum internum, & externum, *ibidem*.

Suſpenſio ob Ordines malè ſuſceptos incurritur non ſolùm ab Ordine malè ſuſcepto, ſed etiam ab aliis Ordinibus priùs ritè collatis. *pag.* 156. *nu.* 10.

Pœnitentiaria qualiter concedat abſolutionem ab hac ſuſpenſione. *ibid.*

Suſpenſio ob Ordines ſuſceptos ſine Dimiſſoriis incurritur ſolùm ab Ordine ita malè ſuſcepto. *ibid.*

Si Epiſcopus appoſuerit excommunicationem ipſofacto incurrendam contra accedentes ad Ordines ſine debitis requiſitis, tunc Ordinatus ſine illis remanet ſuſpenſus ab omnibus Ordinibus etiam ritè ſuſceptis. *ibid. numero* 12.

Suſpenſio incurſa ob Ordines ſuſceptos ante legitimam ætatem durat etiam poſt ſuperventam ætatem, & donec tollatur per abſolutionem. *ibid. n.* 13.

Suſpenſio incurſa ob Ordines ſuſceptos ſine Dimiſſoriis non tollitur per ratihabitionem proprii Epiſcopi. *ibid. num.* 14.

Suſpenſio incurſa ob Ordines malè ſuſceptos an ſit reſervata, & à quo diſpenſanda. *pagina* 157. *num.* 21. & *ſeqq.*

Suſpenſio ſi ſit incurſa ob Ordines ſuſceptos ante legitimam ætatem, abſolvitur per Pœnitentiariam, dummodò de præſenti habeat ætatem. *ib. n.* 23.

Suſpenſio incurſa ab Ordinato ſine literis Dimiſſoriis eſt reſer-

reſervata proprio Epiſcopo, vel ejus Succeſſori. *pagin.* 158. *num.* 26.

Niſi Epiſcopus eſſet ſuſpenſus à colletione Ordinum. *ib. num.* 87.

Suſpenſio incurſe eb Ordinato cum ſalſis Dimoſſoriis, vel à Subditis Epiſcopatuum propè Urbem, ordinatis ab alio, quam Cardinali Vicario, eſt reſervata Papæ. *ib. num.* 89.

Suſpenſionem incurrit Ordinatus eodem die in Minoribus, & Subdiaconatu, etiam Epiſcopo ſciente; ſi miniſtret, fit irregularis. *pag.* 146. *num.* 44. & 45. Vide Ordines.

Suſpenſio non incurritur eb Epiſcopo ordinante extra tempora, vel ante legitimam ætatem. *pagina* 158. *numero* 32.

Suſpenſio per ennum à colletione Ordinum incurritur ab Epiſcopo ordinante alienum Subdirum ſine literis Dimiſſoriis. *ibid. nu.* 34.

Quæ ſuſpeuſio eſt ab Ordine malè colletu, & à majore, non autem eb Ordinibus ordini collatu inferioribus. *ibidem*.

Suſpenſio ab actu certi Ordinis majoris, non extenditur ad actus Ordinis inferioris. *ibid. nu.* 35.

Syndici Minorum Obſervantium vendere non poſſunt ſtabilia eis relicta, niſi prævia affixione Edictorum, ut liberentur majori Oblatori. *pag.* 819. *num.* 5. Vide Alienario. Beneplacitum.

Synodus ſi convocari non valeat à Prælatu inferiori, concurſus eſt habendus coram Epiſcopo vieiniore. *pagina* 76. *num.* 138. & 139. Vide Prælatus inferior.

Synodus Cleri Romani convocari poteſt è Cardinali Urbis Vicario. *pag.* 198. *nu.* 64.

Synodi convocatio eſt jus Epiſcopale, & en pertineat ad legem Diœceſanam, vel juriſdictionis. *pag.* 71. *nu.* 104. & *ſeq.* & *pag.* 72. *nu.* 112.

Ad eam eccedere non tenentur Reguleres, utpotè exempti e lege Diœceſana, & juriſdictionis. *pagin.* 71. *numer.* 108.

Niſi eſſent Monaſterii non ſubjecti capiti Religionis, quæ ſubjacent legi Diœceſanæ, licèt ſine exempta eb onere Synodatici. *ibid.*

Synodum adire debent Regulares exercentes curam animarum Sæcularium. *ibid. num.* 209.

Itemque Perochi Eccleſiæ Lateranenſis. *ibid.*

Synodum adire tenentur Abbates, eliique Prælati inferiores primæ, & ſecundæ ſpeciei *ibidem*, *num.* 110.

Itemque Vicarii Commendarum Religionis Hieroſolymitanæ. *ibid. num.* 111.

Abbas S. Mariæ Patienriæ Ceſareæ Neapolis fuit exemptus ab onere accedendi ad Synodum. *ibid.*

Synodum convocare poteſt Vicarius Capitularis. *pag.* 72. *nu.* 113. & *pag.* 73. *num.* 116.

Synodum ab Epiſcopo celebratum an teneantur adire Prælati verè *Nullius*. *pag.* 72. *num.* 112. & *pagina* 73. *numero* 117.

Et an iidem Prælati poſſint ex ſeipſis Synodum convocare. *ibid.*

Dicitur poſſe convocate, ſi habeant tria requiſita, quæ enumerantur, & ſignanter ſpeciele privilegium Apoſtolicum. *pag.* 72. *num.* 113.

Afferuntur ad rem plura decreta S. Congr. Concilii. *ib. num.* 115.

Synodum Epiſcopi vicinioris tenentur adire Prælati inſeriores verè *Nullius*, ſi habeans curam enimarum. *pag.* 73. *nu.* 116.

Itemque Parochi exiſtentes in loco *Nullius*. *ibid.*

Et tenentur ſervare decreta edita in Synodo. *ibid.*

Synodum qui edire tenentur, eb acceſſu non eximuntur per conſuetudinem contrariam, aut privilegium ante Concilium, ſed ſolùm ſuffragari poteſt privilegium obtenrum poſt Concilium. *ibidem*, *num.* 118.

Nec eximuntur Regulares, niſi ſubſint Capitulis generalibus, & hi accedere tenentur ſi habeant curam animarum. *ibid.*

Exemptus eſt Abbas S. Sophiæ Diœceſis Beneventanæ ex privilegio S. Pii V. *ibid.*

Synodum ut adire reneantur exempti præſertim Regulares an ſufficiat decennalis, vel requiratur quadragenarie cum eitulo. *ibidem*, *nu.* 119. & *ſeqq.*

Conſuetudo accedendi ad Synodum qualiter, & ex quibus actibus inducatur contra exemptos ſevore Epiſcopi. *pag.* 74. *num.* 120.

Synodum congregare, an veleat Archiepiſcopus ente ſuſceptionem pallii? *pag.* 117. *nu.* 31.

Synodua ubi celebranda eſt, qualis debeat eſſe ornetus Eccleſiæ. *ibidem*.

Dies inchoationis Synodi eſt inter feſtivitates principaliores Eccleſiæ. *ibid.*

In ejus celebratione Archiepiſcopus utitur pallio. *ibid. num.* 32.

T

TEmeritas quid ſit? *pag.* 281. *nu.* 24.

Territorium unde dicatur, & quatenus Prælati inferiores dicanrur habere Territorium. *pag.* 53. *num.* e5. & *ſeqq.* Vide Prælatus inferior.

Territorium qui habere dicantur, & à quibus ecquiri poſſit. *pag.* 85. *nu.* e0. & 21.

Teſtamentum condere an valeant deportati. *pag.* 167. *numero* 27.

Teſtamentum condere valent Damnati ed mortem, exceptis Perduellionibus, & Sodumitis. *ibidem*, *numer.* 28.

Teſtamentum condere nequeunt Banniri de Jure Regni, & in Statu Eccleſiaſtico per Bullas Pontificias. *ibid. nu.* 29. & 30.

Quod verum eſt de Bannitis cepitaliter, & facinoroſis pœna mortis puniendis, non autem de eliis.

Teſtamentum condere poſſunt Banniri ſecundùm Jus commune, non eutem ſecundùm ſtatuta Civitatis, à qua ſunt Banniti. *ibidem*, *num.* 31.

Teſtamentum condirum per habentem indultum teſtandi valet, etſi non fuerint expeditæ literæ Apoſtolicæ, dummodo expediantur. *pag.* 97. *num.* 33.

Teſtamenrum condere, & teſtandi Indultum quetenus concedatur Regularibus. Vide Canonici S. Spiritus. Regulares.

Teſtandi facultas. Vide Curiells. Cardinalis Epiſcopi Aſſiſtentes.

Theſaurarius eſt verus familiaris Papæ, illique competit privilegium gratuiræ expeditionis literarum Apoſtolicarum. *pag.* 368. *num.* 7.

Theſaurarius Cameræ Apoſtolicæ fruitur privilegiò Commenſalium Papæ, eſtque ejus Cappellanus. *pag.* 43. *n.* 12. & 16.

Titulus coloratus ſufficiens ad quedragenariam debet eſſe in ſe invalidus, & inſufficiens, cum errore facti, vel juris dubii. *pag.* 90. *num.* 39.

Non præjudicat præſcriptioni, licèt ea completa detegatur invalidus. *ib.*

Titulus coloratus, ſeù putativus, & titulus conceptus verbis dubiis, & obſcuris ad importandam qualitatem Territorii ſeparati, qualiter differant inter ſe. *pag.* 91. *num.* 45.

Toga, ſivè habitus talaris en ſit indumentum proprium Curialium. *pag.* 278. *nu.* 15.

Tranſactio, ſi ſit facta à Prælato ſine beneplacito, poteſt Prælatus ab illa recedere. *pag.* 245. *nu.* 9.

Tranſitus à Minoribus Obſervantibus ad Ordinem S. Mariæ de Mercede eſt probibirus. *pag.* 46. *num.* 3.

Tranſitus ad ſtrictiorem quandoque vetitus abſque licentia Superiorum, vel indulto Apoſtolico. *ibid. num.* 4.

Qui ex indulto tranſit ad laxiorem, quatenus poſſit redire ad ſtrictiorem. *ibid.*

Indulta tranſeundi quando per Pœnitentiariam, vel Dateriam, aut per SS. Congregationes Epiſcoporum, vel Concilii expediantur. *ibid. num.* 5.

Tranſitus ad laxiorem ex quibus cauſis concedatur, & quid ſi agatur de Apoſtata. *ibid.*

Tranſitus ad æqualem, vel laxiorem requirit conſenſum Religionis à qua, & ad quam; licèt Pœnitentiaria ex juſta cauſa aliquando ſuppleat cenſenſum Religionis à qua, numquam entem Religionis ad quam. *ibid. numero* 6.

Quatenus concedetur tranſitus ubicumque invenerit benevolos Receptores. *ibid. nu.* 7.

Conceſſo tranſitu ad quamcumque Religionem, quatenus poſſit tranſire ad laxiorem, ſi invenerit benevolum Receprorem in equell. *ibid. num.* 8.

Adducitur reſolutio Sac. Congregat. Concilii, quod ſaris ſit, ſi Religio ad quam, ſit de iis, in quibus viget regularis, & clauſtralis obſervanria; ubi de rranſiru a Camaldulenſibus ad Canonicos Regulares S. Auguſtini. *pag.* 47. *nu.* 9.

Tranſirus ad quamcumque Religionem indultus à Sede Apoſtolica ex cauſa infirmitatis, ſi cauſe non ſit vera, in foro conſcientiæ non licet tranſire ad laxiorem. *ib. num.* 10.

Sed in foro externo tranſitus ſuſtineretur. *ibid.*

Indulta pro tranſiru non conceduntur, niſi ad Religiones per Sedem Apoſtolicam approbatas, in quibus vigeat clauſtralis, & regularis obſervantia. *ibidem*, *num.* 11.

Tranſirus ad Religiones Militares, vel Hoſpitalarias non eſt permiſſus, niſi ſpecificè concedatur. *ibid.*

Refertur caſus tranſirus permiſſi Can. Regulari S. Au-

guſtini

guſtini ad Hoſpitalarios S. Spiritus in Saxia. *ibidem*, *num.* 12.
Referuntur alii traoſitus conceſſi ad Hoſpitalarios, & fratres Cappellaoos Ordinis Hieroſolymitani. *ibidem*, *num.* 13.
In Brevibus conceſſionis tranſitus deſignari ſulet Religio ad quam, vel apponitur clauſula, quod in ea vigeat regularis, & clauſtralis obſervantia. *pag.* 48. *num.* 14.
Adducuntur aliæ clauſulæ in his Brevibus apponi ſolitæ. *ibid.*
Tranſitus ſactus ad Religionem, in qua non viget clauſtralis, & regularis obſervantia, eſt nullus, attentis clauſulis in Brevi apponi ſolitis. *ibid. num.* 15.
Expenditur caſus tranſitus ſacti vigore Brevis à Camaldulenſibus ad Canonicos Regulares S. Auguſtini Congregationis Ultienſis. *ibid. nu.* 16. *cum ſeqq.*
In dicto caſu fuit reſolutum, tranſitum ſuſtineri, & adducuntur motiva reſolutionis. *ibid. num.* 21.
Tranſitus ad Mendicantibus ad non Mendicantes, ſeu Monachos eſt prohibitus ſub pęna excommunicationis contra Recipientes, & Receptos, niſi ex licentia ſolius Summi Pontificis, ſublata facoltate id concedendi Majori Pęnitentiario. *pagin.* 49. *num.* 22.
Hodie Pœoitentiaria concedit ſuas licentias, & quomodo. *ibid.*
Tranſitus. V. BENEDICTUS XIII.
Tranſitus à Mendicantibus ad non Mendicantes non permittitur à Pœnitentiaria, niſi quatenus inter Mendicantes non ioveniantur benevoli Receptores. *ibid.*
Tranſitua ſi permittatur à Mendicantibus ad non Mendicantes, translatus remanet privatus voce, & inhabilis ad officia, & Beneficia Religionis ad quam. *ibidem*.
Quamvis Sac. Pœnitentiaria ſoleat ſuper hac inhabilitate diſpenſare. *ibid. nu.* 22. verſ. Quare.
Tridentina Eccleſia ſubeſt Concordatis Germaniæ quoad ea loca tantùm Diœceſis exiſtentia intra fines Imperii. *pag.* 5. *nu.* 7. Vide Concordata.
Tullen. Eccleſia per extenſionem Pauli III. gaudet Concordatis Germaniæ. *pagina* 7. *numero* 10, Vide Concordata.

V

VAlor fructuum quomodo exprimatur pro Canonicatibus Germaniæ juxta Concordata. Et an regula 55. Cancellariæ locum ibi ſibi vindicet. *pag.* 263. *num.* 31.
Valor exprimi debet de fructibus certis, & fixis, non autem incertis, & diſtributionibus quotidianis. *pag.* 263. & 264. *nu.* 32. & 33.
Veſtes coloris nigri, & viles, ſed non ſordidæ adhibebantur ab antiquis Monachis. *pagina* 276. *numero* 3. Vide Habitus.
Veſtium varietas, quare inducta apud Gentes? *ibidem*, *num.* 4.
Apud Romanos, & Hæbreos diſtinctus fuit uſus veſtium. *ibidem*, *nu.* 5. & 6.
Vicariæ perpetuæ non ſubduntur Concordatis Germaniæ, nec Regulis Cancellariæ, ſed earum diſpoſitio ſpectat ad Rectores Eccleſiæ Parochialis. *pag.* 25. *nu.* 61.
Quod eſt verum de jure nominandi, non autem de proviſione, quæ in menſibus reſervatis ſpectat ad Papam. *ibidem*.
Vicarii Apoſtolici deputantur per S. Congregationem Epiſcoporum, facto prius verbo cum Sanctiſſimo, & quare requiratur oraculum Papæ. *pagina* 68. *num.* 80.
Vicarius Capitularis poteſt convocare Synodum Diœceſanam. *pag.* 72. *nu.* 113. & *pag.* 73. *num.* 116.
Vicarius Capitularis non valet concedere Indulgentias, quas Epiſcopus concedere poteſt. *pag.* 70. *num.* 101.
Vicarius Capitularis non eligitur per Clerum Eccleſiæ exemptæ, Abbatia vacante. *pag.* 84. *num.* 19.
Vicarius Capitularis nequit extrahere confugitos ab Eccleſia in caſibos exceptis, cum hoc ſpectet ad Epiſcopum, & quatenus talis facultas ei concedi ſoleat. *pag.* 80. *num.* 144.
Vicarius foraneus retineri poteſt ab Epiſcopo io locis exiſtentibus intra Diœceſim, quamvis exemptis. *pagina* 84. *num.* 19.
Vicarius Parochialis amovibilis, etiamſi ſit Regularis, debet examinari, & approbari ab Epiſcopo, quoad curam animarum. *pag.* 75. *nu.* 127.
Viceſgerens, decedente Cardinali Vicario, & eo per Papam noo electo, fuit deputatus cum facultatibus Cardinalis Vicarii, non autem Electus Provicarius. *pag.* 196. *nu.* 47.
Viceſgerens depotatur à Cardinali Vicario, & quodnam ſit ejus munus, ac Juriſdictio. *ibid. num.* 52.
Viceſgerens deputatus cum facultatibus Cardinalis Vicarii poſt ejus obitum, quam præcedentiam habeat io Congregationibus in ejus Domo habitis cum Locumtenente Civili Curiæ Vicarialis, & Advocato Fiſcali Cameræ Apoſtolicæ. *ibid. nu.* 53.
Refertur caſus prudentialiter deciſus per Clementem XI. *ibidem*.
Viennenſis Eccleſia fuit erecta in Archiepiſcopatum cum aſſignatione Eccleſiæ Neuſtadt in Suffragaoeam. *pag.* 110. *num.* 29. Vide Erectio.
Adducitur votum Auctoris editum pro erectione Eccleſiæ Viennen. in Archiepiſcopalem. *ibid. numero* 30. & *ſeqq.*
S. Vincentius Ferrerius fuit canonizatus à Calliſto III. ſed Bulla Canooizationis fuit edita à Pio II. *pag.* 93. *numero* 10.
Ejus natales, geſta, & obitus referuntur. *ibid. num.* 11.
Vindicta contra perſonas innocentes, uti conjunctos, vel amicos Offenſoris, eſt immane ſcelus à jure non præviſum. *pag.* 215. *nu.* 1.
Vindicta contra perſonas innoceotes quot crimina in ſe contioeat. *ibid. nu.* 2.
Vindicta contra perſonas ionocentes invaloerat in Urbe tempore Pauli II. ob tumultos Schiſmatum præcedeotium. *ibid. num.* 3.
Referuntur diſpoſita in Bulla Pauli II. pro abolendo hujuſmodi facinore, cum pœois impoſitis contra Delioquentes, eorumque Fautores, & Receptatores. *ibidem*, *numero* 4.
Hæc Bulla fuit confirmata per alios Pontifices, & ampliata per totum Statum Eccleſiaſticum. *pagina* 215. *nu.* 5. & 6.
Vindicta tranſverſalis fuit coercita per bannimenta generalia, & bannimenta Legationis Bononiæ, ſuper Statutum Faventinum. *ibid. num.* 7.
Vindicta tranſverſalis ex Bulla Paulina extenditur ad Conſanguineos ultra quartum gradum. *ibid. numer.* 9.
Qui gradus computari debeot juxta jus Canonicum. *ibid. num.* 10.
Onus probandi conſaoguinitatem in caſu vindictæ tranſverſalis incumbit Fiſco. *pag.* 216. *n.* 11. & 12.
Vindicta tranſverſalis procedit, tàm contra offenſum, qui offendit conſanguioeum offeodentis, quàm contra conſanguineum offenſom, qui offendit conſanguineum offenſi. *ibid. nu.* 13.
Vindicta tranſverſalis verificatur etiam contra domeſticos, & amicos offendentis; necnon contra famolos, familiares, alioſque dependentes perſonæ offenſæ. *ib. num.* 14.
Bulla Paulina comprehendit tum Laicos, tum Eccleſiaſticos; non autem baonimenta generalia, quæ ad Laicos reſtringuntur. *ibid. num.* 15.
Vindicta tranſverſalis procedit etiam, quoad Mandantes, adhærentes, faventes, opem, & auxilium dantes in actu delicti. *ibid. nu.* 16.
Noo verificatur contra offendentes Advocatum, Procuratorem, Teſtes, alioſque io judicio aſſiſtentes principali offendenti. *ibid. nu.* 17.
Vindicta tranſverſalis, ut verificetur, debet probari per Fiſcum, quod inter offendeotem, & offeoſum oon adfuerit inimicitia, vel rixa, aut provocatio, vel alia cauſa, quæ ceſſare faciat vindictam tranſverſalem. *ibidem*, *nu.* 18.
Hæc ceſſaot, ſi offenſor declaret ſe id facere in odium Principalis. *ibid.*
Quid ſi offenſio fiat calore iracundiæ, vel præſente offenſore in rixa, & quanto tempore dicatur durare calor iracundiæ. *ibid. num.* 19.
Vindicta tranſverſalis committitur per quamcumque offenſionem realem, vel perſonalem, etiam in bonis perſonæ offenſæ. *ibid. num.* 20.
Plures pœnæ referuntur patratæ cootra Reos vindictæ tranſverſalis, & præſertim demolitionis Domus. *ibid. nu.* 21. & *ſeqq.* Vide Domus.
Virduoen. Eccleſia ex privilegio Leonis X. gaudet Concordatis Germaniæ. *pagina* 7. *numero* 10. Vide Concordata.
Viſitatio in locis *Nullius* Diœceſis, quatenus ſpectet ad Epiſcopum Diœceſanum, vel ad Epiſcopum viciniorem. *pag.* 53. *num.* 22. & 23. Vide Epiſcopus.
Viſitatio locorum *Nullius* propriè ſpectat ad Epiſcopum vicioiorem, non autem ad Diœceſanum. *pag.* 77. *numer.* 141.
Quatenus hæc viſitatio ſoleat committi per Sacr. Congregationem Epiſcoporum non viciniori. *ibidem*, *numer.* 142.
Viſitatio facienda ab Epiſcopo viciniore eſt cumulativa cum Prælato inferiori. *pag.* 78. & 79. *n.* 142.
Et Prælatus poteſt prævenire Epiſcopum in viſitando. *ibidem*.

Viſitatio fieri poteſt ab Epiſcopo viciniore iu locis *Nullius* iu omnibus, tam in capite, quàm in membris, & Beneficiis. *ibid.*
Sicuti etiam, qooad Clerum, & Populum. *pag.78. col.1.*
Refertur ſtatus Cauſæ inter Epiſcopum Minerbinen. & Archipresbyterum Cirignolæ eum reſolutionibus ſubſequutis. *ibid.*
Decreta facta in viſitatione loci *Nullius* ab Epiſcopo viciniore, & Prælato, ſi inter ſe ſint contraria, ſervanda ſunt decreta Epiſcopi, non autem Prælati. *pag.78. num.43.*
Viſitatio ſpectat ad Epiſcopum viciniorem, quoad Eccleſias *Nullius* ſæculares, non autem quoad Regulares. *ibid. col.2.* verſ. decimo.
Viſitatio Baſilicarum pro Indolgentiis adipiſcendis tempore Jobilæi. Vide Jubilæum.
Viſitatio Monialium Regularibus ſubjectarum. Vide Monoiales.
Vivæ vocis oracula conceſſa per Pontifices favore Regularium, fuerunt revocata per Gregorium XIII. & XV. & generaliter omnia vivæ vocis oracula etiam quoad Cardinales abrogavit Urbanus VIII. *pag.549. num.59.*
Uniones beneficiorum factæ fuerunt a Romanis Pontificibus Eccleſiis, Monaſteriis, & piis locis. *pag.260. nu.1.*
Ex quibus non contingebant vacationes dictorum beneficiorum unitorum; & Camera deſtaudabatur à receptione minutorum ſervitiorum, & aonatarum. *ibid.*
Ad tollendum præjudicium iis, iu quorum otilitatem minuta ſervitia, & anoatæ cedebant, quid ſervabatur ante tempora Pauli II. *ibid. num.2.*
Paulus II. redusit ſolutionem annatarum, aliorumque Jurium Cameræ, ſolvendorum in proviſionibus beneficiorum, uoitorum quolibet quindennio. *ibid. nu.3.*
Quæ Pauli II. diſpoſitio fuit confirmata, ac extenſa à Paulo IV. Pio V. & Sixto V. aliiſque Pontificibus. *pag.260. & 261. num.4.*
Ubi etiam de beneficiis Juriſpatronatus uuitis. *ibid.*
Diſpoſitio Pauli II. reſpiciebat beneficia unita auctoritate Apoſtolica, ſed à Succeſſoribus Pontificibus ampliata fuit ad unita per Apoſtolicos Legatos, & Nuncios. *pag.261. nu.5.* Vide Verbo Annatæ. Et Vide Qoindennia.
Vota ſi ſint paria in Cauſis Cameralibus, quatenus Cauſa cenſeatur deciſa contra Fiſcum. *pag.43. num.24.*
VVarmienſis Eccleſia, an, & quatenus ſit electiva, ſivè ad nominationem Regis Poloniæ. *pag.5. ſub num.7.*
Referuntur duo decreta Congregationis Conſiſtorialis hac in re emanata. *ibid.*
Refertur votum Auctoris ſuper eadem re io præfata Congregatione; & Adducitur documeotum Congregationis Particularis trium Cardinalium. *ibid.*
VVarmienſis Eccleſia an comprehendatur ſub Concordatis Germaniæ. *pag.5. num.7.* Vide Concordata.

X

Xenia à Litigantibus recipere quatenus Jodicibos vetitum ſit? *pag.210. num.20. & ſeqq.* Vide Munera.

F I N I S.

AUT 1.316.223

Digitized by Google

Digitized by Google